Digitized by Google

Digitized by Google

ACADEMIA
SEV
RESPVBLICA
LITTERARIA

VTILITER ET NOBILITER FVNDATA, legibus ac moribus inſtituta, privilegijs munitá, ludis ac certaminibus litterarijs exercita, Rectoris, Cancellarij, Conſervatoris, Officialium, Doctorum, Magiſtrorum, & Scholaſticorum præſidio inſtructa, Collegijs, collegarum, & præbendatorũ ſeu portioniſtarum apparatu amplificata

SVO LITTERARIO REGIMINE nouam, & amplam materiam ſuppeditat diſputandis theologicè, ac juriſticè moralibus quæſtionibus, quæ decem libris continentur.

Authore

D. BENEDICTO PEREYRA
SOCIETATIS IESV
Portugallenſi Borbano, & in Eborenſi Academia primario olim ſacræ Theologiæ Profeſſore, & jam emerito per continuatum vicennium docendi Theologiam.

VLYSSIPPONE.
Cum facultate Superiorum.
Ex Officina, & ſumptibus Antonij Craesbeeck de Mello. Anno 1662.

FACULTAS S. INQUISITIONIS.

CENSURA R. P. M. Fr. EDUARDI A CONCEPTIONE.

ATtente vidi, & curioſè perluſtravi Academiam litterariam bené fundatam, firmiter ſtabilitam, optimé ornatam, utiliter legentē, doctè eruditem, felici genio, ingenio mirabili, diſpoſitione rara, noviter erectam, & conſtitutam ab admodum Reverēdo Patre Benedicto Pereyra Societatis Ieſu Doctore Theologo & primario profeſſore in Collegio & Univerſitate Eborenſi: fateor ſanè me neſcire quid in illa magis admirer: novum inventū! ingenij acumen! laborem immenſum! infatigabile ſtudium! An brevitatem, felicitatem, & claritatem in excitandis, & reſolvendis pluribus gravibus & peculiaribus difficultatibus Theologiæ moralis, & utriuſq; facultatis, quæ a pleriſque obſcurè & diffuſé pertractatæ hic dilucidè proponuntur, ſubtiliter, ſuccinctè & appoſitè diſputantur, ingenioſé maturèque enodantur? totum mirabile. Nihil continet contra orthodoxam fidem, ſi bené multa pro ejus cōſervatione ac defenſione. Nihil contra bonos mores, immo multum laborat in eis inſtituendis & inſinuandis, proinde dignam judico ut typis mandetur in gratiam ſtudentium, litteratorum levamen, curioſorum gaudium, omniumque emolumentum. Olyſſipone in Conventu Deiparæ de Ieſu idibus Iunij 1660.

Fr. Eduardus à Conceptione
Lector jubilatus & Pater Provinciæ.

CENSURA R. P. M. Fr. *ROTERICI DE MAGALHAES.*

LIbrum, cui titulus eſt, *Academia, ſeu Reſpublica litteraria*, Authore Doctore Benedicto Pereyra Societatis Ieſu Portugallenſi Borbano, & in Eborenſi Academia Primario ſacræ Theologiæ Profeſſore, quanta potui mentis attentione avidé evolui, diligenter perlegi, & maturè conſideravi, quem non ſolum cujuſvis minimæ contra orthodoxam fidem ſuſpicionis erroris immunem inveni, nihilque quod bonis moribus, vel leviter, repugnet, in eo notavi, immò uberi adeò doctrina refertū, tot, tantiſque difficultatum in foro versātium ſolutionibus affluentem, ut non uni litterariæ tantum, ſed univerſæ Chriſtianæ Reipublicæ utiliſſimum fore exiſtimem; cuique non ſint unquam allata aromata tam multa, 3. Reg. cap. 10. ſeu (interlineali exponente) tam pretioſa, quia nec in hoc propoſito fuit difficultas, quæ Authorē poſſet latere, & non reſpondere. *Ecce tanquam Salomon hic.* Matth. 12. Ea propter Sanctiſſima Ieſu Societas, quæ alioquin innumeris e theſauris ſapiētiæ ſuæ libris in lucē editis, ſingulariter floret, mirabiliter hoc uno reddetur illuſtris: unū pro cunctis. Opus certe benedictum, quia in eo benè omnia dixit Benedictus. At ultra non ferar: cedo etenim tempori, cedo legi. Opus digniſſimum prorſus cenſeo ut typis mandetur, & luce fruatur. Vlyſſipone in Conventu Dominæ noſtræ de Gratia die 2. Septembris anni 1660.

Magiſter Fr. Rotericus *de* Magalhaēs.

VIſtas as informacoēs podeſe imprimir o livro, cujo titulo he, *Academia, ſeu Reſpublica litteraria*, Author o Padre Bento Pereira da Companhia de Ieſus, & depois de impreſſo tornarà ao Conſelho para ſe conferir com o original, & ſe dar licença para correr, & ſem ella nam correrà. Liſboa 3. de Septembro 660.

Pacheco. Souſa. Fr. Pedro de Magalhaēs, Rocha. *Caſtro.* Monteiro.

FACULTAS ORDINARII.

POdeſe imprimir. Liſboa 6. de Septembro de 660.

F. Biſpo de Targa.

FACULTAS *SOCIETATIS.*

EGo Franciſcus Manſo Provincialis Societatis Ieſu in Provincia Tranſtagana, poteſtate ad id mihi facta à R. admodū P. Goſouino Nichel Præpoſito Generali Societatis Ieſu, facultatem concedo, ut liber, qui inſcribitur, Academia, ſeu Reſpublica litteraria, compoſitus à P. D. Benedicto

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Pereyra ejuſdem Societatis, & gravium, doctorumque hominũ judicio approbatus, typis mandetur. In quorum fidem has litteras manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus. Vlyſſipone 21. Iulij anni 1660.

Franciſcus Manſo.

FACVLTAS REGII SENATVS.

Cenſura Doctoris Emmanuelis Peſſoa à Figueiredo.

DE mandato Regalis Majeſtatis veſtræ debita cum attentione vidi, & maxima cum utilitate perlegi librum, quem novus in lucem feſtinat dare titulus, *Academia, ſeu Reſpublica litteraria*, pro quo ſtat Author eximius Doctor Reverendiſſimus Pater Benedictus Pereyra, inter Divi Ignatij obſervantiſſimos filios non minimũ tenens locum, in inclyta Eborenſi Univerſitate emeritiſſimus primariam ſacræ Theologiæ regens cathedram. Opus ſanè omni laude, pariterque admiratione digniſſimum, valde perutile conſervationi non ſolum noſtræ Monarchiæ Luſitanæ, ſed etiam omnium totius terrrarum orbis, quæ abſque ſcientijs nunquam, aut raro diù perſiſtere valuere; prout optimé varijs in locis idem Author comprobat, hac ſua republica litteraria, continẽte ex antiquis per varia volumina diſperſa, ſelecta: denuò multa perquã neceſſaria ingenioſé inventa, methodoque luce meridiana clariori, doctiſſime deciſa: utraque miro cum delectu, ac judicio, non ambitione ſcribendi veluti congeſta, ſed maxima aviditate, omnibus Rebuspublicis, adinſtar hujuſce litterariæ inſtructis, proficiendi, magiſtraliter diſtincta, & ordinata; inter quæ nihil apparet Regali juriſdictioni contrarium, nec etiã moribus politicis, pro quibus reparandis, acquirendiſque immenſé laborat Author, cujus Academiam litterariam omnibus numeris abſolutam, & in bonum commune directam, typis omni celeritate mãdandam eſſe judico. Quapropter, ſi placuerit Majeſtati veſtræ, facultatem, quam juſtiſſime ſupplicat Author, ei concedere debet; ut ſic ad ſtudioſorum maximé Academicorum, ad quos primarió dirigitur iſtud opus, manus, ſtatim vale at pervenire, & per totum terrarum orbem, inoffenſo, ut aiunt, pede decurrere. Et ſic hoc favore adſtrictus Author alia volumina, quæ jam præ manibus habet, in lucem dare poterit. Vlyſſippone 25. Septẽbris anno Domini 1660.

Doctor Emmanuel Peſſoa à Figueiredo.

POdeſe imprimir viſta a informaçaõ, licenças do Ordinario, & S. Officio, & impreſſo tornará à Meſa para ſe taixar, & ſem iſſo naõ correrà. Lisboa 28. de Septembro de 660.

Moura T. P. Pedro Monteiro. Souſa. Velho. Gama.

COncordat cum originali. Vlyſſipone in Conuentu Sanctiſſimæ Trinitatis, October die 23. 662.

P. Fr. Philipus da Rocha.

Viſto eſtar conforme com o original póde correr eſte livro. Lisboa 24. de Outubro de 1662.

Pacheco. Souſa. Rocha. Alvaro Soares de Caſtro. Magalhaẽs de Meneſes.

Taixaõ eſte liuro em ſetecentos reis em papel. Lisboa 26. de Outubro de 662.

Moura T. P. Souſa. Gama. Sylva.

AD MARIAM
SEMPER VIRGINEM,
DEI MATREM.

SI Vates ille regius, ô Virgo Beatiſſima, ſua omnia opera dicabat Regi, Dico ego opera mea Regi. *Pſal. 44. illi nempe Regi, qui eſt Unigenitus tuus, Rex Regum, & Dominus dominantium; mihi jam à multo tempore ea injecta mens eſt, ut inſiſtens veſtigijs avunculi mei Patris Benedicti Ferdinandi, dicam opera mea Reginæ, illi nempe Reginæ, quæ aſtat à dextris Regis.* Aſtitit Regina à dextris tuis. *Pſal. 44.*

Credo enim pergratum fore Regi, ita ut Rex ſibi acceptum referat, dicare opus meum in lucem edendum, & tuta defenſione protegendum illi Reginæ, cui ſe Rex ipſe totum dicavit in lucem edendum, & protegendum, ut ſcilicet ab ea lucem vitæ hauriret, & protectionem acciperet puer in utero clauſus, gremio fotus, uberibus nutritus. O ſtupendum, & ipſas etiam Angelorum mentes excedens miraculum! Ille qui eſt lux increata, & lucem habitat inacceſſibilem, à te, ô Mater admirabilis, lucem poſtulavit, & qui rerum omnium factor eſt, voluit in te caro fieri, ut indutus tua carne protegeretur. Fœmina circundabit virum. *Ierem. 31. hoc eſt Maria Ieſum Chriſtum virum ſua carne induet, & proteget. O prodigium! A te matutina ſtella Sol juſtitiæ ortus eſt, & qui ab æterno fuit Deus oriens, lumen de lumine, Deus verus de Deo vero, voluit de te eſſe in tempore vir Oriens, & tali nomine gloriari:* Vir, Oriens nomẽ ejus. *Zach. 6. Quid igitur mirum, ſi ...rerum omnium authori perjucundum ſit ipſius Genetrici, quæ ſuo authori vitam, & lucẽ dedit, conſecrare opus; pro vita & luce haurienda?*

Hæc nimirum ratio, quæ longè lateq; diffunditur, & ſuo ambitu complectitur omnes libros tibi, ô magna Mater, offerendos, & quæcunq; opera ſub tuo nomine & omine in lucem edenda, me jam olim impulit, ut omnia ex meis operibus tibi conſecrarem, videlicet, Palladem togatam & armatam, Simulacrum de moribus omnium gentium, Philoſophiam naturalem, Elucidarium S. Theologiæ moralis, & juris utriuſq;, Arcana Theologica de Deo, & Promptuarium reſolutionum univerſæ Theologiæ moralis, aliudque Promptuarium reſolutionum univerſi juris Luſitani.

At opus hoc novæ lucis & vitæ avidum, ex eo quòd Academia inſcribatur, & circa Rem*publicam litterariam, viroſque ſtudioſos verſetur, peculiari jure ad ſe pertinet, tuumq; peculiare exigit, ac implorat auxilium. Tu namq; Academia maxima es, utpote parens & nutrix Sapientiæ increatæ, ſedes, thronus, & thalamus Salomonis, quæ tuis viſceribus infinitam Sapientiam claudens, deinde in lucem edens, tandem gremio & ulnis ſuſtinens, parata es omnibus Academijs, & viris ſtudioſis ferre auxilium, eoſque propugnare, expugnatis ipſorum hoſtibus. Quò (ut opinor) ſpectant illi fortiſſimi bellatores, qui lectulum Salomonis, te nempe, ô ſedes, & thronus ſapientiæ, prompti ad pugnam, & auxilium tuis ferendum, ſtrictis gladijs ambiebant.* En lectulum Salomonis ſexaginta ambiunt ex fortiſſimis Iſrael, omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi. *Cant. 3.*

Tu illa alia Academia, ſeu Turris Davidica, quæ ædificata eſt cum propugnaculis. *Cant. 4. legunt Hebræi,* quæ conſtructa eſt ad diſciplinas, vel ad diſcendum. *Nam præter hanc propugnaculorum ſtructuram, & munimen, univerſa Turris, ſeu Academia clypeata eſt:* Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium, *ut Academicis, & ſtudioſis omnibus impendat tutamen, & protectionem. Tu illa es nubes lucida, quæ in ſublimi Thaboris Academia, ubi fuere Magiſtri & diſcipuli, ſcilicet Deus Pater* Magi*ſter erudiens Apoſtolos, de præceptore Chriſto, quem audituri erant:* Hic eſt filius meus

dilectus; in quo mihi bené complacui: ipſum audite. *Matth.* 17. *proindeque tales Magiſtri Æternus Pater, & unigenitus Filius habuerunt diſcipulos, ſeu Auditores Apoſtolos. In hac (inquam) præclariſſima Academia, quis impertijt ſtudioſis lucem & protectionẽ, niſi tu ò Maria ſemper Virgo?* Nubes lucida obumbravit eos. *Matth.* 17. *quâ lucida illuminaſti, quâ obumbrans protexiſti.*

Ad hæc, quamvis reliqua deeſſent, tua eſt, & à te ideo ſpecialiter illuminanda & protegenda, mea hæc Academia, utpote condita & compoſita per alumnum hujus noſtræ Eborẽſis Academiæ, quæ ſub Spiritus ſancti nomine & dominatu longè floret. Tu enim, ò præclara Domus ſapientiæ, non in alijs magis ad vivum exprimeris Academijs, quas illuminas, & protegis, quàm in Academia Spiritus ſancti, cujus olim ſuperventu obumbrata verè ejuſdem Academia extitiſti. Sapientia ædificavit ſibi domum, excidit columnas ſeptem. *Prov.* 9. *Quis dubitat ædificiũ, ubi ſedem figit ſapientia, Academiam eſſe? quis dubitat Academiam, quæ nititur ſeptem columnis, hoc eſt ſeptem Spiritus ſancti donis, Academiam eſſe Spiritus ſancti? Hæc igitur Academia, ſicut te, ò Deipara, adumbravit, verum tui ipſius typum gerens (te enim increata Sapientia Æterni Parentis ſibi domum ædificavit) ita poſtulat tuo auxilio obumbrari, ſeu tua protectione defendi.*

Denique ſi quæcunque aliæ impellentes cauſæ deſiderarentur, ut tibi meum hoc opus nuncuparem, ſatis mihi ſuperque foret unicum exemplum, quo nobis præluxit Spiritus ſanctus, qui hujus noſtræ Eborenſis Academiæ protector eſt. Hic enim cum olim maximum quoddã molireretur opus, ſeu [ut palam dicam] librum componeret, velletq; illum in lucem edere, totum tibi, ò immaculata Virgo, tuisq; auſpicijs in lucem edendum dedicavit. Profectò juxta mentem nobiliorum interpretum, liber ille, quem vidit Ioannes in dextra ſedentis. Et vidi in dextra ſedentis ſupra thronum, librum ſcriptum intus & foris, ſignatum ſigillis ſeptem. *Apoc.* 5. *Liber (inquam) Spiritus ſancti, utpote ſignatus ipſius ſigillo, ſeu potiùs ſigillis ſeptem, Chriſtus eſt, ſeu compoſitum ineffabile, quem librum Spiritus ſanctus compoſuit in utero Virgineo.* Nam B. *Virgo cum admirata interrogaret Archangelum de tanto opere in ſe faciendo:* Quomodo fiet iſtud? *Luc.* 2. *ſtatim audivit, & intellexit operis authorem Spiritum ſanctum.* Spiritus S. ſuperveniet in te. *Hunc librum, ò Maria ſemper Virgo, cum tibi dicaret in lucem edendum, & à te protegendum Spiritus ſanctus hujus noſtræ Eborenſis Academiæ protector, manerem ego degener alumnus, ſi meum librum, quia Academia inſcribitur, & in Academia Spiritus ſancti, ipſius ductu, & ſuaſu compoſitus eſt, tibi nollem conſecrare.*

Accipe igitur, ò B. Virgo, quod tuum eſt, & cum tuam lucem, & protectionem tot titulis debitam libro impenderis, hoc potiſſimum idius authori præſta, quòd in perpetuum ſit tuus.

Servus tuus inter omnes minimus

Benedictus.

CANDIDO, ET STVDIOSO LECTORI.

HÆrebis, ſtudioſe Lector, in primo ſtatim operis veſtibulo, & illius titulum ſemel atque iterũ contẽplatus, miraberis quod nullus poſt hominũ memoriã, inter tot millia Theologorum, & Iuriſtarũm, qui ſcripſerunt, hanc ſibi provinciam tractandã ſuſceperit, cum nullus, quẽ noveris, ex profeſſo opus Academicũ urgeret, & morales quæſtiones circa Academiam, ſeu Rẽpublicam litterariam profligaret. Et hoc, eò maiori dignũ admiratione judicabis, quò videris Theologos, ac Iuriſtas ſcriptores alienis omnibus materijs intentos, ſuæ autẽ ſpecialiſſimæ, qualis eſt litteratura, ſeu res litteraria, oblitos. Præſertim cũ diſputationes, quas legeris in hac materia inſtitutas, & quæſtiones ſub eis excitatas, judices valde practicas, & paſſim in utroque foro incidentes.

Hujus ego oblivionis, ſeu prætermiſſionis cauſam a Philoſophia exigens, & exponens, te hæſitantẽ ſolvam admiratione. Tritũ illud eſt effatũ Ariſtotel. lib. 2. de anima c. 6. tex. 75. & c. 8. tex. 98. ſcilicet nullũ objectũ ſenſibile cẽlui impoſitũ, ſeu potẽtiæ ſentiendi immediatè adhærẽs percipi poſſe, ſed medio aliquo, & diſtantia opus eſſe. Rationẽ ſubdunt Conimbricenſes ad lib. 2. de anima c. 11 q. 3. a. 2. Nam, ut objectũ percipi queat, exigitur accõmodatio quædã, ſeu proportio inter ſpeciem objecti & potẽtiam: hæc autẽ proportio nõ apparet inter ſpeciẽ ab objecto immediatè productã, & potẽtiam. Eſt enim ſpecies, cũ primũ ab objecto exilit, admodũ craſſa & cõcreta: eamq; craſſitudinẽ, & concretionẽ paulatim in medio deponit, ſicut in ſpecie viſibili experimento cõpertum eſt.

Objectũ noſtri operis, quod Academia inſcribitur, eſt valde conjunctũ viris Academicis, imò illis adeo inhærẽs, & ferè idẽ cũ ijſdẽ, ut ab ipſis vix diſtinguatur. Nõ potuit igitur illorũ potẽtijs immediatè impoſitũ ſentiri et percipi, ut ab eis tractaretur. Video tamẽ, ingenioſe Lector, quòd mihi ſic differẽti ſucceſes, & cõfectũ argumẽtũ in me retorques. Si objectũ hoc (inquis) utpote Academicũ, ob immediatã cõjunctionẽ cũ viris Academicis nõ potuit ab illis ſentiri, & percipi, ut tractaretur: vel ergo tua ratio nulla eſt, vel ſaltẽ tu Academicus nõ es. Huic ego Lectori ſic urgenti, & arguẽti facilè occurram, profitens me Academicum, non qualẽcunq; ſed Academicum Apoſtolum in Academia Spiritus S. Nam in noſtra hac Academia Apoſtolica, qualis olim fuit Cænaculũ in Hieroſolymis, Spiritus S. Doctor Apoſtolos omnia docet, juxta illud, *Ille vos docebit omnia & ſuggeret vobis omnia*. Ioan. 14. Spiritus S. in ſua Academia inſtillat, imò infundit Apoſtolis omnem utilem doctrinam, ſive objecti remoti, ſive immediatè adhærentis ſenſibus, nulla excepta: *Docebit omnia.*

Verum ſentio te, importune Lector, huic meæ ſolutioni nõ adhuc acquieſcẽtẽ: cũ iterũ ſic urgeas. Si Spiritus S. in ſua Academia Apoſtolos omnia docet, cur in hac ſua Eborẽſi, nõ docuit hoc tui operis argumẽtũ Apoſtolos ante te quàmplurimos, eoſq; ſanctitate & litteris præclariſſimos, qui nobis immortalia ſuæ ſapiẽtiæ monumẽta reliquerũt: quorum tu veſtigia lõgè ſequẽs adorare debes? Huic ego inſtãtiæ quid reſpõderi poſſit, ignoro, niſi illud, *Spiritus ubi vult, ſpirat*: Ioan. 3. Noſtrũ enim nõ eſt, ſed ſuũ, ab illo dona & gratias accipere. Imò (ut verũ fatear) ea mihi ſentẽtia ineſt, ut arbitrer, ſicut Unigenitus Dei infima mũdi elegit, ut cõfunderet fortia. & ita theſauros ſuæ potẽtiæ, & largitatis oſtẽderet, ſic divinũ Spiritũ me infimũ, abjectũ, & imperitũ elegiſſe, mihiq; injeciſſe mẽtem de hoc cõponendo, & edẽdo opere, ut ſe Magiſtrũ divitẽ, & munificum erga me diſcipulum inopem, & rerum omnium egentem mirabiliter exhiberet.

Si quid toto hoc opere dignũ laude inveneris, totum divino Spiritui ipſiuſque Sanctiſſimæ Sponſæ, ſub cujus auſpicijs in lucem prodit, adſcribe. Si quid deprehenderis impolitũ, & forte a ratione devium, hoc totum meum eſt. Precor tamen, benigne Lector, ut conniveas in defectibus. Nam ipſa operis recenter excogitati novitas, & innumerabiliũ rerum tractandarum difficultas ſublimiorem calamum, & ſapientiam opulentiorem exigens meam tenuitatem, & imperitiam excuſat.

Vale.

INDEX

INDEX

LIBRORVM, DISPVTATIONVM, & Quæſtionum hujus operis, in quo citatur numerus marginalis.

LIBER I.

De eſſentia inſtitutione, utilitate, & nobilitate Academmia. Num. 1.

DISPUTATIO I.

Quid, & quotuplex ſit Vniverſitas, & Academia, Quis utriſque conſenſus, qua operatio, culpa, punitio? 1.

Quæſt 1. *Quid ſit Academia, & Vniverſitas, & quibus inſigniatur?* 3.

Quæſt 2 *Quotuplex ſit Academia?* 12.

Quæſt. 3 *Quiſnam ſit conſenſus, qua operatio Academia prout Vniverſitas eſt?* 24.

Quæſt 4. *Utrum, & qua ratione cenſeatur Academia, prout Vniverſitas eſt, delinquere; & poſſit deli ct. pœnam ſuſtinere?* 34.

DISPUTATIO II

De fundatione, & extinctione Academia. 46.

Quæſt. 1. *Ad quemnam ſpectet Academiam erigere, & protegere?* 46.

Quæſt. 2. *Quid poſſit Papa in Academys erigendis, & approbandis?* 55.

Quæſt 3 *Quo in loco Academia fundari, & qua ex cauſa transferri debeat?* 63.

Quæſt 4 *A quibus, & qualiter Academia extingui poſſit, ac debeat?* 71.

DISPUTATIO III.

De neceſſitate, & utilitate Academia, 80.

Quæſt 1. *Sintne Academia neceſſaria, & utiles bono publico?* 80.

Quæſt. 2. *Quàm ſint Academiæ neceſſaria Reipublicæ pro totius regimine publico?* 88

Quæſt. 3. *Quàm ſint Academiæ neceſſariæ Eccleſia, pro fidei cõſervatione, & regimine Eccleſia?* 94

Quæſt. 4 *Sintne Academiæ neceſſaria, & utiles pro ſtatu religioſo?* 99.

Quæſt 5 *Quale fuerit judiciũ magnorũ Principũ de utilitate Academia Conimbricenſis?* 108.

Quæſt. 6 *Quale fuerit judiciũ magnorũ Principũ de utilitate Academia Eborenſis?* 112.

DISPUTATIO IV.

De nobilitate, & excellentia Academia, 118.

Quæſt. 1. *Sitne Academia Reſpublica perfecta?* 118.

Quæſt 2 *Vtrum Academia excellat nobilitate omnem aliam Rempublicam?* 132.

Quæſt. 3 *Quaenam Academia alias nobilitate excellat?* 140.

LIBER II.

De legibus & ſtatutis Academia. 151.

DISPVTATIO I.

De eſſentia, & cauſis ſtatutorum. 151.

Quæſt. 1. *Quid ſit ſtatutum, & an conveniens quòd Academia ſtatutis gubernetur?* 152.

Quæſt. 2. *Quiſnam poſſit condere ſtatuta Academica?* 153.

Quæſt. 3. *Quiſnam poſſit in Eborenſi Academia condere ſtatuta, vel condita immutare?* 167.

Quæſt 4. *Qualiter, & qualia ſtatuta condere poſſit Academia?* 176.

DISPVTATIO II.

De ſtatutorum effectu, & ſtatuto aſſueto, 185.

Quæſt 1. *Vtrum, & qua ratione obliget ſtatutum Academicum?* 185.

Quæſt. 2 *Quam vim obligandi capiant ſtatuta Academica ex iuramento & voto?* 199.

Quæſt. 3. *Quinã obligẽtur ſtatutis Academicis?* 203

Quæſt. 4. *an ſcholaſtici convenienter feriẽtur?* 219

DISPVTATIO III.

De ſtatutorum confirmatione & deſitione. 228.

Quæſt. 1. *Qualiter ſe habeat confirmatio ſtatuti Academici.* 228.

Quæſt. 2. *Qualiter immutari poſſint ſtatuta diſpẽſatione.* 232.

Quæſt. 3. *Qualiter deſinant ſtatuta Academica partiali, vel totali revocatione?* 243.

LIBER III.

De privilegiis, & privilegiatis 250.

DISPVTATIO I.

De eſſentia, effectione, & deſitione privilegiorum Academia. 250.

Quæſt 1. *Quid ſit privilegiũ, & quotuplex: & an convenienter Academys conferatur?* 251.

Quæſt 2. *Quænam ſit cauſa efficiens & finalis privilegiorum Academia?* 257.

Quæſt 3. *Vtrum, & quomodo deſinant privilegia Academia per ceſſationem cauſa finalis?* 265.

Quæſt 4. *Vtrum, & quomodo deſinant privilegia Academia per revocationem?* 275

Quæſt. 5. *Vtrum Princeps ſacularis poſſit revocare privilegium, quod conceſſit Academia Eccleſiaſtica?* 282.

Quæſt. 6. *Vtrum, & quomodo deſinant privilegia Academia per clauſulas derogatorias?* 290.

Quæſt. 7. *Vtrum deſinant privilegia Academia per renunciationem?* 297.

DISPUTATIO II.

De qualitate, & excellentia privilegiorũ Academia. 305.

Quæſt.

INDEX.

Quæſt 1. *Qualis cauſa ſit ſtudium, ut conferantur privilegia, & collata excellant?* 305.

Quæſt. 2. *Quibus aliis privilegiis ſcholaſtica æquivaleant, & prævaleant?* 313.

Quæſt. 3. *Qualiter ſe habeat in foro Academico privilegiatus contra parem privilegiatum?* 323.

Quæſt. 4. *Vtrum Academia Eborenſis habeat omnia privilegia Conimbricenſis per communicationem?* 331.

DISPUTATIO III.

De Academicis privilegiatis, ipſorumque conditionibus & obligationibus. 340.

Quæſt. 1. *Quibus competant per ſe, & directè privilegia Academica?* 340.

Quæſt. 2. *Quibus indirectè competant privilegia ſtudioſorum?* 347.

Quæſt. 3. *Vtrum defunctis maritis ſtudioſis, privilegia competant ipſorum viduis?* 359.

Quæſt. 4 *Quanta ſit obligatio matricula in privilegiatis?* 365.

Quæſt. 5. *Qualis conditio ſit in privilegiatis ſtudioſis aſſiſtentia, frequentia, & ſtudium?* 372.

Quæſt. 6. *Quanā alia conditiones requirantur ad fruendum privilegiis Academicis?* 386.

DISPVTATIO IV.

De nonnullis privilegiis in ſpecie. 392.

Quæſt. 1. *Vtrum, & qualiter ſtudioſi habeant privilegium fori?* 392.

Quæſt. 2. *Vtrum & quomodo detur avocatio cauſarum, & inhibitio fori Academici?* 401.

Quæſt. 3. *Qualiter ſe habeat ſtudioſus ſucceſſor quoad forum?* 4-6.

Quæſt 4. *In quibus cauſis & caſibus amittatur forum Academicum?* 415.

Quæſt. 5 *Qualiter ſe habeat in ſtudiis, & ſtudioſis privilegium carceris, & carcerationis?* 420.

Quæſt. 6. *Qualiter ſe habeat privilegium hoſpitationis, vulgo* apozentadoria? 426

Quæſt. 7. *Quas ob cauſas poſſit ſcholaris expelli a domo conducta?* 436.

Quæſt. 8. *Diſcutitur caſus circa expulſionem cujuſdam inquilini ſcholaris.* 447.

Quæſt. 9. *Qualiter ſe habeat privilegium immunitatis ab oneribus perſonalibus.* 454

Quæſt. 10 *Qualiter ſe habeat privilegium immunitatis a tributis, & gabellis?* 458.

Quæſt. 11 *Vtrum Academia ſint immunes a ſubſidio Eccleſiaſtico?* 464

Quæſt. 12 *Quale ſit in Academiis privilegiū nundinarum macelli, & mercatorū pecuarij, vulgo* Marchante? 469.

Quæſt. 13. *Qualiter ſe habeat privilegium armorū in ſcholaſticis?* 477.

Quæſt. 14. *Quanam alia privilegia dentur in ſtudiis, & ſtudioſis?* 485.

LIBER IV.

De exercitio litterarum in ludis, & certaminibus. 492.

DISPUTATIO I.

De litterario certamine, in quo propugnantur theſes, ſeu concluſiones. 492.

Quæſt 1. *Quid ſit diſputatio: & an honeſta, & licita?* 492.

Quæſt. 2. *Quiſnam diſputationis ſit honeſtus finis, modus, locus, tempus?* 503.

Quæſt. 3. *Vtrum, & quomodo liceat diſputare de rebus fidei?* 514.

Quæſt. 4. *Vtrum, & quomodo liceat diſputare de Immaculata Conceptione B Virginis?* 526.

Quæſt. 5. *Suntne alia, de quibus diſputare prohibitū ſit?* 537.

Quæſt. 6. *Quanam prohibeantur in noſtra Societate defendi in diſputationibus tam publicis, quàm privatis?* 542.

DISPUTATIO II.

De litterario compoſitionum certamine in quo proponuntur Victoribus pramia. 553.

Quæſt. 1. *An convenienter proponantur pramia victoribus in certamine litterario?* 553.

Quæſt. 2. *Ad quid teneatur Rector pramia proponens, & judices de poematibus ſententiam ferentes?* 561.

Quæſt 3. *Ad quid teneantur certatores, ſeu oppoſitores in certamine litterario?* 569.

DISPVTATIO III.

De ænigmatibus, & tragœdiis Academicis. 580.

Quæſt. 1. *Quid ſit ænigma, & an convenienter pro exercendis ingeniis divinandum proponatur?* 580.

Quæſt. 2. *Quale ſecretū ſervari debeat circa ænigma proponendum, & jam propoſitum?* 586.

Quæſt. 3. *Quale jus in pramium vendicent conjectores ænigmatum?* 591.

Quæſt. 4. *Licita ne ſint, & qualiter tragœdia in Academiis?* 596.

DISPVTATIO IV.

De armis, & armamentariis Academicis. 604.

Quæſt 1. *Quid ſit liber, & quàm neceſſarius ſtudioſis?* 604.

Quæſt. 2. *Quanta ſit librorum præſtantia, & utilitas?* 610.

Quæſt 3. *Qualiter librorum impreſſio poſſit licitè, & utiliter fieri?* 619.

Quæſt. 4. *Qualiter ſe habeat librorum prohibitio & circa quas actiones?* 631.

Quæſt. 5. *Qualiter ſe habeat impreſſio, & prohibitio librorum in regularibus?* 644.

Quæſt 6. *Expediuntur nōnulla difficultates quoad libros, & manuſcripta regularium.* 655.

Quæſt. 7. *Quanam ſint in jure librorum privilegia?* 665.

Quæſt 8. *Quid juris in armamentariis Academicis, ſeu bibliothecis?* 677.

LIBER V.

De Rectore Academia. 685.

DISPUTATIO I.

De dignitate, & juriſdictione Rectoris. 685.

Quæſt. 1. *Quale ſit Rectoris munus, & dignitas?* 685.

Quæſt. 2.

Quæſt. 2. *Qualiſnam ſit juriſdictio Rectoris?* 692.
Quæſt. 3. *Quanam ſint requiſita ut quis Rector Academia creetur, & conſtituatur?* 699.
Quæſt. 4. *Quanta Rectori Academico debeatur reverentia, & obedientia?* 708.

DISPUTATIO II.

De poteſtate Rectoris Academici. 716.
Quæſt. 1. *Quanta ſit Rectoris poteſtas erga ſtudioſos.* 716.
Quæſt. 2. *Quanta ſit Rectoris poteſtas erga officiales?* 726.
Quæſt. 3. *Quid poſſit Rector Academicus circa proviſionem officiorum?* 734.
Quæſt. 4. *An Rector poſſit imponere penſiones officijs?* 744.
Quæſt. 5. *An poſſit admittere reſignationes officiorum?* 751.
Quæſt. 6. *An poſſit vendere officia vel permittere ut vendantur?* 757.
Quæſt. 7. *Vtrum, & quomodo officiorum collatio, & proviſio poſſit revocari, vel emendari?* 756.

DISPUTATIO III.

De obligationibus Rectoris Academici. 777.
Quæſt. 1. *Qualiter obligetur Rector ad obſervationem ſtatutorum?* 777.
Quæſt. 2. *Qualiter obligetur Rector in ordine ad ſtudioſos?* 785.
Quæſt. 3. *Qualiter obligetur Rector in ordine ad officiales?* 790.
Quæſt. 4. *Vtrum Rector Academia teneatur ire ad ſynodum?* 798.
Quæſt. 5. *Vtrum teneatur Rector ad ſolvendum ſynodaticum?* 808.

LIBER VI.

De Cancellario & Gymnaſiarcha. 815.

DISPVTATIO I.

De dignitate Cancellarij. 815.
Quæſt. 1. *Vnde dicatur Cancellarius, & quanam ſit ejuſdem dignitas?* 815.
Quæſt. 2. *Quo ſplendore fulgeat, & qua ſublimitate emineat dignitas Cancellarij?* 822.
Quæſt. 3. *Quanam ſint difficultates circa munus Cancellarij Eccleſiaſtici?* 829.
Quæſt. 4. *Quanam ſint difficultates circa munus, & dignitatem Cancellarij Academici?* 834.

DISPUTATIO II.

De Cancellarij juriſdictione, & poteſtate. 841.
Quæſt. 1. *Vtrum, & quanam juriſdictione polleat Cancellarius?* 841.
Quæſt. 2. *Qua polleat juriſdictione, & poteſtate circa candidatos graduandos?* 852.
Quæſt. 3. *Qua polleat Cancellarius poteſtate, ut pracipiat ſtudioſis, & officialibus?* 858.

DISPVTATIO III.

De Cancellarij Academici obligationibus. 869.
Quæſt. 1. *Ad quid teneatur erga candidatos ante collationem gradus?* 870.
Quæſt. 2. *Qualiter teneatur in ipſa gradus collatione, & proximè ante illam?* 881.
Quæſt. 3. *Qualiter peccet, at teneatur Doctoratum conferens indigno?* 891.

DISPVTATIO IV.

De Gymnaſiarcha poteſtate, & juriſdictione. 901.
Quæſt. 1. *Qualis, & quanta ſit illius ſuperioritas, & poteſtas?* 901.
Quæſt. 2. *Quodnam ſit Gymnaſiarcha officium, & obligatio?* 910.

LIBER VII.

De Conſervatore. 921.

DISPVTATIO I.

De Conſervatoris idoneitate, & officio. 921.
Quæſt. 1. *Vnde dicatur Conſervator: quinam ſit, & quotuplex?* 922.
Quæſt. 2. *Quanam ſint requiſita, ut quis Conſervator fieri, & dari poſſit?* 927.
Quæſt. 3. *Quinam poſſint, ac debeant eligi in Conſervatores?* 937.
Quæſt. 4. *Quanam ſit dignitas & officium Conſervatoris, praſertim in Academia Ebnẽſi?* 951.

DISPUTATIO II.

De Conſervatoris poteſtate & juriſdictione. 964.
Quæſt. 1. *Sitne juriſdictio ordinaria, an delegata? privativa, an cumulativa?* 964.
Quæſt. 2. *Circa quas cauſas verſetur poteſtas Conſervatoris?* 977.
Quæſt. 3. *Circa quas cauſas verſetur poteſtas Conſervatoris Academici?* 984.
Quæſt. 4. *Circa, & contra quas perſonas verſetur poteſtas Conſervatoris?* 991.
Quæſt. 5. *Vtrum, & quomodo Conſervator poſſit procedere contra officiales ordinarij, & e contra?* 999.
Quæſt. 6. *Quid poſſit Conſervator inhibendo, puniendo, abſolvendo, exequendo?* 1014.
Quæſt. 7. *Vtrum, & quomodo poteſtas Conſervatoris habeat territorium, & prorogationẽ?* 1026.
Quæſt. 8. *Vtrum, & quomodo poteſtas Conſervatoris poſſit impediri, vel infringi recuſatione, appellatione, revocatione?* 1039.

DISPVTATIO III.

De obligationibus Conſervatoris. 1053.
Quæſt. 1. *Ad quid teneatur Conſervator, quà judex eſt, antequàm ſententiam ferat?* 1053.
Quæſt. 2. *Ad quid teneatur Conſervator, qua judex eſt, in ipſa ſententia ferenda?* 1062.
Quæſt. 3. *Quibus virtutibus judex ornari, & a quibus praſertim vitijs abhorrere debeat?* 1071.
Quæſt. 4. *Qualiter Conſervator teneatur circa ſuã poteſtatem exhibendam, & nõ excedendã?* 1077.
Quæſt. 5. *Qualinam ſit obligatio Conſervatoris ad procedendum ſervato jure judiciario?* 1086.
Quæſt. 6. *A quonam ſit ipſe Cõſervator judicandus, & puniendus?* 1096.

DISPVTATIO IV.

De extraordinarijs magiſtratibus, & alijs Academia officialibus. 1103.
Quæ. 1. *Quis dicatur idoneus ad officiũ Academiæ?* 1103.

Quæſt.

Digitized by Google

Quæſt. 2. *An clericus in ſacris poſſit eſſe taxator adium, adilis, vel ſcriba Academia Eborenſis?* 1114.

Quæſt. 3. *Vtrum debeatur, & quomodo ſit ſolvendū ſalarium officialibus?* 1119.

Quæſt. 4. *Quanam ſint obligationes officialium?* 1131.

Quæſt. 5. *Quinam ſint, & qualiter ſe gerere debeant magiſtratus Academici extraordinary?* 1141.

LIBER VIII.

De Doctoribus, & Magiſtris. 1151.

DISPUTATIO I.

De graduatione, & dignitate Doctorum. 1151.

Quæſt. 1 *Quanam ſit in Doctore ratio nominus, & qualitatis.* 1152.

Quæſt. 2. *An Magiſtri Artium ſint in rigore Doctores?* 1163.

Quæſt. 3. *Quanam ſint requiſita ad Doctoratum, ſeu graduationem Doctorum?* 1171.

Quæſt. 4. *An Doctoratus ſit dignitas & qualis dignitas ſit quoad pracedentiam?* 1181.

SECTIO QVÆSTIONIS.

De pracedentia Doctorum ejuſdem facultatis, & omnium abſtrahendo à facultate. 1190.

Quæſt. 5. *An graduatus gradu non ſupremo facultatis ſuperioris pracedat omnem graduatum facultatis inferioris?* 1205.

Quæſt. 6. *Quinam ſint effectus, & veluti proprietates conſequentes Doctoratum?* 1215.

SECTIO QUÆSTIONIS.

De reliquis effectibus Doctoratus. 1236.

DISPUTATIO II.

De oppoſitione ad cathedram, ejuſque adeptione, & uſu. 1242.

Quæſt. 1. *Qualiſnam Doctor in cathedra provideri debeat, & qualiter fieri proviſio?* 1242.

Quæſt. 2. *Quinam ſint legitimi oppoſitores, & ſuffragatores, & qualiter oppoſitio fieri debeat?* 1251

Quæſt. 3 *Ad quid, & qualiter teneantur oppoſitores?* 1257.

Quæſt. 4. *Ad quid, & qualiter teneantur ſuffragatores?* 1270.

Quæſt. 5. *Quanam ſint Salaria Doctoribus, ſeu Magiſtris ſolvenda?* 1284.

Quæſt. 6. *Quiſnam ſit, qualiter fiat & ſe habeat Doctor emeritus, ſeu jubilatus?* 1294.

Quæſt. 7. *Vtrum Doctor ſuſpenſus a Doctoratu habeat locum inter alios Doctores?* 1307.

DISPUTATIO III.

De poteſtate Doctorum. 1315

Quæſt. 1 *Quam poteſtatem habeat Doctor in ſuos diſcipulos?* 1315.

Quæſt. 2. *Quam poteſtatem interpretandi habeat Doctor?* 1329.

Quæſt. 3. *Quanta ſit Doctoris poteſtas ad faciendā opinionem?* 1336.

Quæſt. 4. *Quanta ſit Doctoris poteſtas ad faciendā fidem, ut ſibi credatur?* 1347.

DISPVTATIO IV.

De privilegijs Doctorum. 1361.

Quæſt. 1. *An expediat frui privilegijs omnes Doctores?* 1361.

Quæſt. 2. *Ad quas perſonas extendantur privilegia Doctorum?* 1373.

Quæſt. 3. *Quanam requirantur in Doctore ad privilegia obtinenda, & retinenda?* 1383.

Quæſt. 4. *Quenam ſint in ſpecie privilegia, quibus fruuntur Doctores?* 1398.

DISPVTATIO V.

De Doctorum ſeu Magiſtrorum doctrina. 1414.

Quæſt. 1. *Quanam ſit ratio doctrina, & quanam pracipitanſus tam?* 1414.

Quæſt. 2 *Quantum debeat eniti Magiſter ad tradendam doctrinam puram, ſanam, & uniformem?* 1418.

Quæſt. 3 *Quantum Doctor abſtinere debeat a doctrina falſa tradenda?* 1429.

Quæſt. 4 *Sitne licitum, & expediens afferre novitatem doctrina?* 1444.

Quæſt. 5. *Qualiter ſe gerere debeat Magiſter in tradenda doctrina?* 1456.

Quæſt. 6. *An ſit optima ratio tradenda doctrina qua in Societate obſervatur?* 1465.

DISPVTATIO VI.

De obligationibus Doctorum. 1471.

Quæſt. 1. *Qualis eſſe debeat Magiſter in ſe?* 1472.

Quæſt. 2. *Qualis teneatur eſſe Magiſter ergà diſcipulos?* 1483.

Quæſt. 3. *Qualiter teneatur erga quoſcunq; etiam non diſcipulos?* 1492.

Quæſt. 4. *Qualiter teneatur Doctor in conſulendo?* 1505.

Quæſt. 5. *Quenam ſint pracipua obligationes Doctoris medici?* 1516.

LIBER IX.

De Scholaſticis tam diſcipulis, quàm auditoribus. 1530.

DISPVTATIO I.

Qualiter admittendi ſint in Academiam adoleſcentes, & admiſſi obligentur ſuis praceptoribus? 1530.

Quæſt. 1. *Quinam dicantur verè ſcholaſtici, ſive diſcipuli, ſive auditores?* 1531.

Quæſt. 2. *Qualeſnam in Academiam debeant admitti, & qualiter a parentibus ſuſtentari?* 1537.

Quæſt. 3 *An liceat admiſſo in Academiam mutare nomen, & habitum?* 1548.

Quæſt. 4. *Quantum honoris, amoris, & obſervātia debeant ſuis Magiſtris diſcipuli?* 1561.

DISPUTATIO II.

Quantum, & qualiter teneantur diſcipuli ad ſtudendum. 1571.

Quæſt. 1. *Quantus eſſe debeat in ſtudendo diſcipulus?* 1571.

Quæſt. 2. *Quantus eſſe debeat in frequentando gymnaſium?* 1581.

Quæſt. 3. *Quomodò ſtudere debeat ſcholaris?* 1594

DIS,

INDEX.

DISPUTATIO III.

Quantum & qualiter ſcholaris teneatur ex contractu & crimine? 1603

Quæſt. 1. *Qualiter ſcholaris teneatur ex ludo?* 1603.

Quæſt. 2. *Qualiter ſcholaris obligetur, vel obliget ex promiſſione, & donatione?* 1617.

Quæſt. 3. *Qualiter ſcholaris teneatur ex cõtractu emptionis & venditionis?* 1630.

Quæſt. 4. *Qualiter ſcholaris teneatur ex mutuo, commodato, mandato, & fidejuſſione?* 1636.

Quæſt. 5. *Qualiter ſcholaris teneatur ex locatione & conductione?* 1645.

Quæſt. 6. *Quid juris ſcholaſtico in ultimis voluntatibus?* 1652.

Quæſt. 7 *Qualiter teneatur ſcholaris ex crimine?* 1661.

LIBER X.

De collegijs, & prabendatis. 1668.

DISPUTATIO I.

De fundatione, & ſtatutis collegiorum. 1668.

Quæſt. 1. *Quid, & quotuplex ſit collegium: qua authoritate fundetur, & qua immutari poſſit?* 1669

Quæſt. 2. *Ad quemnam ſpectent collegij Purificationis ædificia, fabrica, & ſupellex?* 1678.

Quæſt. 3. *Quanam ulterius lucra habeat collegiũ Societatis S. ex collegio Purificationis?* 1686.

Quæſt. 4. *Quanam onera ſubeat noſtrum collegium ex collegio Purificationis?* 1693.

Quæſt. 5. *Qualiter ſe habeant ſtatuta, & privilegia collegiorum?* 1706.

DISPUTATIO II.

De idoneitate, & oppoſitione ad collegiaturam. 1717.

Quæſt. 1. *Quid ſit collegiatura, qualis ad illam idoneitas requiratur, & qualiter probetur?* 1717

Quæſt. 2. *An collegialis facta noviti o currat tempus collegiatura?* 1726.

Quæſt. 3. *Expediuntur difficultates circa varia requiſita ad collegiaturam?* 1735.

Quæſt. 4. *Qualiter ſe habeat oppoſitio ad collegiaturam?* 1748.

DISPVTATIO III.

De collegialium obligationibus, & correctione. 1760.

Quæſt. 1. *Qualiter teneantur collegiales erga collegium, & ipſius ſuperiorem?* 1760.

Quæſt. 2. *Qualiter collega obligentur inter ſe, & ad ſtatuta?* 1772.

Quæſt. 3 *Qualiter ſe habeat correctio, & punitio collegarum?* 1788.

DISPUTATIO IV.

De prabendatis, ſeu Capellanis. 1799.

Quæſt. 1. *Qualiter ſe habeat Capellania quoad adeptionem, & conſervationem?* 1800.

Quæſt. 2. *Ad quid, & qualiter Capellani Academici obligentur?* 1810.

FINIS QVÆSTIONVM.

Digitized by Google

LIBER I.

DE ESSENTIA, INSTITUTIONE, utilitate,& nobilitate Academiæ.

1 RVDIMENTA poſiturus operi, quod auſpicijs Magnæ Matris,ejuſdem Præſentationis die aggredior, non abs re capio exordium ab enucleatione eſſentiæ,neceſſitatis,utilitatis,& nobilitatis rei, circa quam meus præcipuus, imò totus verſabitur labor. Vt igitur lucem præferam innumeris difficultatibus, & quæſtionibus,quæ de Republica litteraria paſſim ſuboriuntur, & à nemine hactenus, quem viderim, vel commoventur, vel ſaltem profligantur: in hoc primo libro, & quaſi veſtibulo totius operis Academiam imprimis definitam, ſeu deſcriptā deinde inſtitutam,tandem utilem & nobilem quatuor exornabo diſputationibus, quarum prima erit de quidditate,multiplicitate,conſenſu,operatione, & punitione Vniverſitatis, & Academiæ. Secunda de illius inſtitutione,& extinctione. Tertia de utilitate,& neceſſitate. Quarta de nobilitate. Vnaquæque diſputatio ſuas exhibebit quæſtiones diſcutiendas: harum quælibet difficultates non leves enodandas. Hæc ſervabitur methodus in omnibus libris.

DISPVTATIO I.

Quid & quotuplex ſit Vniverſitas,& Academia: quis utriuſque conſenſus, quæ operatio, culpa, punitio.

2 ANtequam explicem inſtitutionem, & fundationem Academiæ, quod ſequenti diſputatione præſtabo, formalem rationem, ſeu eſſentiam, necnon multiplicitatem,ſeu diviſionem Academiæ prævijs quæſtionibus exponere, è re fore judicavi,ut exploratum maneat quid inſtituatur,& fundetur. Quidditas autem Academiæ planè innoteſcet tum ex diſcrimine inter ipſam & Vniverſitatem,ac præſertim elucidatis hominibus ac membris utriuſque, tum ex deprehenſo illius conſenſu, operatione,culpa,punitione,de quibus ſingulâs quæſtiones movebo,ac reſolvam.

QVÆSTIO I.

Quid ſit Academia, & Univerſitas, & quibus nominibus inſigniatur.

NE confuſionem pariat,aut tenebras offundat quæſtionibus diſputandis in toto hoc opere, hominum multiplicitas,quibus Reſpublica litteraria nuncupari ſolet, præcipua aperiam, ferente opem Elucidario meo lib. 1. Elucid. 12. ſect. 1: Nuncupari (inquam) ſolet Studium, Litterarius ludus, Schola, Vniverſitas,Academia,Liceum,Athenæum,Gymnaſium, Palæſtra.

Studium quid ſit?

3 Studium (ut definit M. Tullius de invent. lib. 1.) eſt animi aſſidua, & vehemens ad aliquam rem applicata magna cum voluptate occupatio, ut Philoſophiæ, Poeticæ. Hinc ſtudium litterarum eſt illa animi intentio & aviditas, qua ſe litteris quis impendit: & pro loco etiam in quo verſantur ſtudioſi, accipitur. Studium liberale & Latinum olim tantum erat Romæ, & Conſtantinopoli, in alijs autem locis, non niſi ex privilegio, ut habetur in proœm. Digeſtorum §. Hæc autem tria, & C. de ſtu. lit. in rubro & nigro lib. 11. Hodie tamen ſciſſo imperio ſtudium ſine lege floret multis locis, præſertim in Luſitania apud Conimbricẽſes, & Eborenſes.

Schola quid.

4 Ludus litterarius ſumitur pro ſchola, ubi litteræ docentur. Magiſter ludi is appellatur, qui litteras docet. l. 1. §. ludi ff. de vat. & extra. Apud profeſſores humaniorum litterarũ, & juris utriuſque Schola idem eſt, atque Societas ſcholarium, vel locus, in quo multi conveniunt ad diſcendum, ſive ſcientiam, ſive militiam l. 2. C. de privil. ſchol. lib. 12. Nam Græcis ſchola eſt quod Latinis vacatio. Scholaris ab Scholi vacatione, & ares virtute, eſt perſona vacans ab humanis negotijs, dedita virtutis, vel ſcientiarum diſciplinis. Hinc apud D. Rotericum Acunha 1. p. Decreti diſt. 61. cap. 10. n. 2. nomen Scholæ ex ſua ſignificatione poteſt actionibus pluribus accommodari, & etiam in jure Scholares ſunt qui militant in Principis ſacro Palatio, & ibi aliquod gerunt officium. Sic l. fin. Cod. de delator. lib. 10. l. pen. Cod. de pal. ſac. larg. lib. 12. & l. 1. 2. 3. Cod. de privileg. lib. 12. Scholarium appellatione nec magiſtri, nec Doctores veniunt, niſi in larga ſignificatione, ut rectè affirmat Sylveſ. v. Doctor n. 1. & videre eſt apud Lenaud. in privil. Doct. q. 43. vol. 14. par. 4. fol. 85.

Scholares qui.

Vniverſitas quid.

5 Vniverſus quaſi omnis in unum verſus; idest ſine aliqua exceptione: in ſingulari idem eſt quod totus. Vniverſitas in jure ſecundùm Azon. definitur in hunc modum: Eſt plurium corporum inter ſe diſtantium uno nomine ſpecialiter eis deputato collectio. Eſt triplex, quædam ſolius facti, ſeu corporum, ut grex, chorus: quædam juris & facti ſimul, ut peculium, dos, patrimonium: quædam ſolius juris, ut hæreditas. Hæc enim ſervat nomen etiam ſi nulla adſint corpora hæreditaria l. hæreditas ff. de petit. hær. Vniverſitatis appellatione continentur ſacerdotes, & alij clerici, ac proinde in ſui favorem uti poſſunt privilegijs & ſtatutis univerſitatum. Ita Oldrad. conſil. 32. quem citat Thuſc. pract. concl. tom. 8. lit. V. concluſ. 268. num. 1. Inde quod Parochus in favorabilibus reputetur de Vniverſitate, docet Alloer. in l. 1. vet. Vidi etiam ff. quod cujuſque univerſ. nomine.

Academia.

6 Sumitur Vniverſitas pro ea parte urbis, in qua ſtudiorum gymnaſia celebrantur, & Academia dicitur. Fuit olim Academia locus nemoroſus ab Athenis mille paſſus diſtans, & ab Academio Heroe nuncupata, ubi Plato fertur natus, & Philoſophiam magna diſcipulorum frequentia profeſſus: à quo loco diſcipuli Academici, ſicut ab Stoa porticu Athenarum, diſcipuli Zenonis Stoici dicti fuerũt. Lyceum fuit olim Athenis Schola Ariſtotelis, ſicut Academia Platonis. Polybius de natali ſolo Platon. recenſet, illum, quem Plato, ut aptiſſimũ tradendæ diſciplinæ, ſapientiæque acquirendæ locum delegerat, Academiæ nomine inſigniri. Rationem facti Platonis, & ejuſmodi loci ad ſtudia electi, ſubicit idem author his verbis:
„ Quia (inquit) ex frequenti terræmotu ſæpè
„ colliditur hic locus, exiſtimabat vir pruden-
„ tiſſimus efficaciſſimum hoc fore medium, ut
„ à malis auditores diſciſcentes meliora ca-
„ peſſerent, & ita ſuperiores eſſent ad ſapien-
„ tiam amplexandam. Timor enim ſicut mo-
„ deſtiæ eſt cognatus, ita familiaris eſt ſapien-
„ ti: quia ſcilicet mentẽ cõponit, & humiliat.
Viſus eſt Polybius hanc ſententiam hauſiſſe à ſacra Pagina: Initium ſapientiæ timor Domini. Pſalm. 110. Imò Academia dicebatur gymnaſium inferiùs, Lyceum verò ſuperius. Similiter ambulatio ſuperior, & inferior ambulatio. Nam diſcipuli Ariſtotelis vocabantur Peripatetici à Peripateo idest deambulatio. Athenæum erat locus Minervæ dicatus, ubi litterarum ſtudioſi varia diſciplinarum genera profitebantur. Gymnaſium fuit locus, in quo Palæſtritæ nudi exercebantur, & ſumitur in jure l. ſed & reprobari ff. de excuſ. tut. pro ſchola, & litterarum exercitio. Inde apud Rhetores Progymnaſmata, præexercitamenta dicuntur: idest exercitationes quædam in dicendo antequàm ad veras actiones deſcendant. Gymnaſtica eſt diſciplina exercitationis, ſive ars & doctrina, qua pueri exercentur. Denique Palæſtra eſt luctatio, & per tranſlationem accipitur non ſolum pro loco in quo ſe quis luctando exercet, ſed etiam pro loco ludi litterarij, ſeu luctaminis, quo mentes ſtudioſorum ſe veluti luctando exercent, ac expoliunt.

Lyceum.

Athenæum.

Gymnaſium.

Academia quid ſit.

7 Ex dictis facile apparet quid ſit Academia veluti materialiter accepta: ſi verò eã formaliter accipiamus, mihi videtur coincidere cum ſtudio generali: neque enim ullum invenio diſcrimen in authoribus inter Academiam & ſtudium generale, de quo ſit mentio cap. cum de diverſis 2. de privileg. in 6. Eſt autem ſtudium generale ſchola publica, in qua publicè ex privilegio Summi Pontificis, vel alterius Principis ſupremi, vel antiqua conſuetudine, cujus initij non extat memoria, permittitur ſocietas & concurſus ſcholaſticorum

Studium generale.

corum

eorum, & docentium. Ita ex Bartholo ad proœm. Pandectorum, & Panormitano ad cap. tuæ, de cleric. conjug. Petrus Greg. de Rep. lib 18. capit. 1. num. 7. Caſſanæus in Catal. glor. cap. 10. conſid. 32. Perez l. 1. tit. 10. lib. 4. ordin. Coſm. in pragm. ſanct. in proœm. §. quibus attentè, verbo ſtudiorum. Ortiz in patrocin. pro Gymnaſio Cæſarauguſtano p. 1. à num. 13. Monetà de diſtrib. quotid. part. 1. quæſt. 10. Truſſenc. in Decal. lib. 1. cap. 8. dubit. 12. §. 9. num. 3. & Lezana tom. 5. in Mare magnum Minimorum num. 17. Dicitur ſtudium generale, non quòd in omni ſtudio generali omnium ſcientiarum profeſſio & generalitas detur, ſed quòd in eo ſcientiæ vel omnes, vel aliquæ ab inſtitutis magiſtris publicè & gratis proponantur univerſis volentibus diſcere. Vnde idem eſt ſtudium generale, atque publicum. Additur (ex privilegio Summi Pontificis, vel alterius ſupremi Principis) quia omnino requiritur facultas vel approbatio illorum, ne ſtudium evadat illiberale, ſcilicet continens artes ſordidas & circunforaneas, vel artes quaſdam vetitas, ut divinationes, ſortilegia, aſtrologiam judiciariam, & ſimiles, quæ ſpecioſo nomine Mathematicæ feruntur.

8 Explicata ſic veluti genericè, & in toto ſuo ambitu Academia, & reſervata ad quæſtionem ſequentem maiori explicatione, patet 1. diſcrimen inter Academiam, & Rempublicam: nam Academia, quanvis dici poſſit Reſpublica cum addito, nempe Reſpublica litteraria, tamen eſt quid limitatius, ſeu minùs latè patens, & veluti quædam pars Reipublicæ in tota ſua latitudine acceptæ. Hæc enim apud Latinos eſt idem quod Politia, apud Græcos eſt civitas libera, quæ jure regitur. Apud Iuriſtas, authore Petro Greg. de Rep. lib. 1. c. 1. n. 6. ſic deſcribitur. Eſt rerum & vitæ quædam communitas unius ſocietatis, quæ efficit unum quoddam corpus civile, ex pluribus diverſis ut membris compoſitum, ſub una poteſtate ſuprema, veluti ſub uno capite, & uno ſpiritu, ad benè, & commodius vivendum in hac mortali vita, atque facilius ad æternam perveniatur. Ex quibus manet perſpicuum non ſolum civitates liberas, ſed præcipuè provincias & regna, quæ uni ſupremo Principi ſubjacent, verè Reſpublicas eſſe. Addit Petrus Barb. ad l. 2. §. legatis n. 82. ff. de judicijs, civitates alias præter Romam impropriè & abuſivè Reſpublicas appellari. l. bona civitatis, de verb. ſignif. Cum igitur Academia ſit pars civitatis, minùs propriè Reſpublica nuncupabitur. Hoc tamen non obſtante Academia tanquàm vera Reſpublica, inſtar minoris, gaudet privilegio reſtitutionis in integrum, ut cum Panormit. cap. 1. de in integ. reſtit. num. 14. Barth. & alijs defendunt Greg. Lopes l. ult. tit. 19. p. 6. & Maranta de ordine judic. part. 6. cap. ſecundus actus num. 85. quibus adhærens non diſſentit Molina to. 2. d. 574. §. Reſpublica.

Reſpublica quid ſit.

Roma ſola eſt Reſpublica.

9 Patet 2. diſcrimen inter Academiam & Vniverſitatem: nam Academia habet ſe ad Vniverſitatem (ut philoſophicè loquamur) tanquā pars potentialis ad totum, ſeu tanquā inferius ad Vniverſale, ſicut homo ſe habet ad animal. Latiùs enim diffunditur Vniverſitas, quàm Academia. Quamvis enim omnis Academia ſit Vniverſitas, non è contra omnis Vniverſitas eſt Academia. Quià collegium Vniverſitas dicitur l. 1. in princip. ff. quod cujuſque Univerſ. & tamen non dicitur Academia. Quomodo autem & per quot conſervetur Vniverſitas, ſeu jus & poſſeſſio Vniverſitatis, tradit Menoch. conſil. 1193. num. 4. & 14. Quòd Vniverſitas ex ſolis corporibus conſtans certum numerum requirat, non ita, ſi ex corporibus, & juribus conſtet, doctè notat ac probat Petrus Barboſ. tom. 2. parte 3. Rubricæ ff. ſolut. matr. num. 15. & 16. Cum verò Academia, & Vniverſitas, ut dictum eſt, neque coincidant, neque reciprocentur, uſus tamen obtinuit, ſic Academia appropriato jam ſibi Vniverſitatis nomine, tanquam illius nobiliſſima pars, & præcipuum inferius quaſi antonomaſticè Vniverſitas nuncupetur.

10 Patet 3. hanc clauſulam (quidam alij) non comprehendere Vniverſitatem, ut docent Marheſ. tom. 1. pag. 207. num. 108. & Barboſ. in collect. ad cap. Cum in multis, de reſcript. in 6. num. 8. Et idem dicendum eſſe de clauſula (Omneſque alios) rectè tradunt Mandoſius ſuper commiſ. eaſ. benefic. verſ. Omneſque alios. & Barboſa de clauſulis. clauſul. 94. num. 13. Idem etiam procedit de clauſula, ſeu voce: Aliquis. Quamvis enim hæc dictio comprehendat omnes perſonas abſque ulla diſtinctione, ut eam multis notat Caldas Pereyra de poteſt. elig. cap. 1. n. 26 tamen non comprehendit Vniverſitatem, ut tenent Gemin. conſ. 65. num. 27. & Barboſ. tract. de diction. dict. 22. num. 5. & 9. Ratio eſt quia licèt univerſitas contineatur ſub nomine perſonæ, ut docet Menochius conſ. 209. num. 4. & 8. & conſ. 390. num. 29. eſt tamen perſona dignior qualibet perſona ſingulari, ut probat Gratianus tom. 1. cap. 111. nu. 8. & prædicta dictio (Aliquis) ſolum refertur ad perſonas ſingulares, ut ex varijs notat Tuſch. lit. D. concl. 244. nu. 7. & concl. 269. n. 4.

Vniverſitatis & Academiæ diſcrimen.

11 Patet 4. quid veniat nomine Vniverſitatis & Academiæ. Quia Vniverſitatis appellatione venit imprimis quidquid ſub tali nomine in rigore proprietatis continetur, qualis Reſpublica, civitas, Academia, Collegiū. Addit Barb. de Appel. 2. 5 ex Oldrad. cōſ. 32. & Maſcard. de interp. ſtat. concl. 1. n. 19. Vniverſitatis appellatione comprehendi ſacerdotes & alios clericos, proindeq; in ſui favorē poſſe uti privilegijs, & ita.

Vniverſitatis appellatione quid veniat.

& ita.

Digitized by Google

& ſtatutis Vniverſitatum. Et ideo quòd parochus (adjungit) reputetur de Vniverſitate in favorabilibus, ſcripſit Alberic. in l. 1. verſ. Vidi etiam dubitari ff. quod cujuſque univ. nomine, quem citat Bellet. diſquiſit. clerical. p. 1. titul. de diſcipl. cleric. §. 2. num. 16. Denique Academiæ nomine venit omne generale ſtudium, nempè publicum à ſupremo Principe approbatum, ſive Academia perfecta, vel imperfecta, ſive laica vel Eccleſiaſtica, de quibus ſeorſim in quæſtione ſequenti.

QVÆSTIO II.

Quotuplex ſit Academia?

12 Academia, quam diximus eſſe ſtudium generale, ſcilicet id quod authoritate Papæ, vel ſupremi Principis erectum eſt, ita ut non ſufficiat quòd in eo optimè legatur, & publicè cuicũq; audire volenti, quidquid in oppoſitum teneant Moneta de quotid. diſtr. p. 2. q. 10. n. 17. & Sanctar. var. reſol. q. 3. nu. 12. duplicem ſubit multiplicitatem, prout dupliciter à nobis dividitur, 1. in imperfectam, perfectam, & perfectiſſimam. 2. in laicam & Eccleſiaſticam.

Academia quotuplex.

Quod attinet ad priorem diviſionem, Academia imperfecta dici poteſt ſtudium generale, in quo neque omnes diſciplinæ traduntur, neque poteſtas eſt, ut ſtudioſi litterarijs gradibus inſigniantur, quale apud Luſitanos ſtudium Olyſiponenſe, & Bracharenſe. Ad hoc membrum poſſũt reduci ſtudia in Eccleſijs Cathedralibus, quamvis à vera & legitima Academiæ ratione deficiant; ex eo quia illorum Scholares nó gaudent iiſdem privilegijs, ſicut ſtudẽtes in ſtudijs publicis, prout deciſum referunt Nicol. Garcia de benef. par. 3. cap. 2. n. 117. & Armendar. n. 124. apud Barboſam de pot. Epiſc. p. 3. alleg. 56. nu. 25. Academia perfecta eſt ſtudium generale, in quo licèt non omnes, ſed certæ ac deſignatæ ſcientiæ tradantur; datur tamen ex privilegijs Pontificijs, vel Regalibus poteſtas conferendi titulos graduum ſtudentibus, & mittendi probatos cum litteris teſtimonialibus ad Principes Eccleſiaſticos & laicos, veluti idoneos ad ſubeundam curam Reipublicæ, ſi viris egeant ad regendas Eccleſias, vel civitates. Ita Suar. tom. 4. de Religion. tract. de Societ. lib. 5. cap. 4. num. 1. & ex l. nemini licere Cod. de advocat. diverſ. judic. & §. Itaque ope in proœm. Inſtitut. Petrus Gregor. de rep. lib. 18. cap. 9. num. 1. Vbi addit notabile ac ſingulare privilegium conceſſum à Papa Vniverſitatibus Galliæ, nominandi ſcilicet graduatos idoneos Epiſcopis, Archiepiſcopis, Abbatibus & alijs collatoribus, ut beneficia primo vacatura poſt debitam inſinuationem litterarum graduum, & temporis ſtudij, & nominationem, illis conferantur menſibus definitis & conſtitutis in concordatis inter Leonem X. & Franciſcum I. Galliæ Regem. Non diſcrepat quod mihi narravit R. P. Ioannes de Briſacier Gallus Viſitator Generalis in Provincijs Luſitaniæ, ſcilicet moris eſſe in Gallia ut quicunq; Doctor aliunde idoneus poſſit deſignare ſibi quodcunq; beneficium nõdum ab alio Doctore deſignatum, ut cum primũ vacaverit, accipiat, ea tamen lege, ut facta ſemel unius deſignatione maneat incapax ad aliud deſignandum, vel accipiendum.

Galliæ Doctorum privilegiũ ſingulari.

13 Illud noto, non deficere à perfecta ratione Academiæ illam, quæ non omnia diſciplinarum genera, ſed certas quaſdam, ac deſignatas facultates profitetur. Nam apud Romanos fuit olim perfecta Academia in Vrbis Capitolio, in qua Cæſares ſuo decreto certas priùs tantum artes deſignarunt, quibus poſtea addita ſtudia Philoſohiæ, & legum civilium, & profeſſor unus Philoſophiæ, duo juris qui leges explanarent. L. unica Cod. de ſtudijs liberal. Vrbis Romæ lib. 11. Item Honorius III. Summus Pontifex, ut ſumitur ex cap. ſuper ſpecula, de privileg. non permiſit Lutetiæ Pariſiorum, in ſtudijs generalibus doceri jura civilia Romana, eo quòd ibi (inquit) non eſſet eorum uſus, nec in civitatibus vicinis, quæ conſuetudine & moribus adminiſtrantur. Voluit tamen (addit Tholoſanus de repub. lib. 18. cap. 1. numer. 7.) alias artes primas, ut Philoſophiam, Medicinam, & Pontificia jura cum privilegio legi, & audiri.

Perfecta Academia.

14 Academia perfectiſſima illa eſt, in qua non ſolum datur poteſtas conferendi gradus omnes litterarios, & dandi teſtimoniales litteras, ſed etiam omnes facultates ingenuæ, ſeu diſcipulorum omnium genera docentur & addiſcuntur: qualiter apud Gallos in Academia Pariſienſi, apud Caſtellanos in Salmanticenſi, apud Luſitanos in Conimbricenſi. Hæc enim adæquatam perfectionem ſortitur, tum ex parte cauſæ efficientis, ſeu Principis, qui ſuam ſine limitatione authoritatem impendit: tum ex parte cauſæ formalis, nempè juriſdictionis ac poteſtatis illimitatæ ad conferendos gradus: tum ex parte cauſæ materialis, ſcilicet omnigenarum facultatum, circa quas præcipuus labor, & magiſtrorum in docendo, & diſcipulorum in addiſcendo verſatur. Illud animadvertendum eſt, non omnem Academiam, quæ exactam, & adæquatam perfectionem adepta eſt, fuiſſe perfectiſſimam in ſuo exortu, & nativitatis veſtibulo. Nam Vniverſitas Romanæ curiæ, cui Innocentius IV. generalis ſtudij jura conceſſit capit. 2. de privileg. in 6. in ſuo

Academia perfectiſſima.

exor-

exordio tantum habuit profeſſores Sacræ Theologiæ & juris utriuſque: Poſtea Innocentius alius in Concilio Viennenſi, ut habetur Clement. 1. de magiſtris, illi adjecit profeſſores linguæ Hebraicæ, Chaldaicæ, & Arabicæ. Denique Eugenius IV. (ut in ipſius vitâ refert Platina, dictæ Curiali Academiæ omne litterarum genus adhibuit. Illud tandem animadvertendum eſt, multum conferre ad perfectionem ſaltem accidentariam Academiæ, quòd ſit frequentiſſima, ſeu à multis ſtudioſis, ſive Doctoribus, ſive auditoribus frequẽtata, ut ex l. 3. §. pen. ff. de decur. l. Magiſtros C. de profeſſ. & med. lib. 10. optimè tradũt Alciat. reſp. 91. n. 7. & Menoc. conſ. 80. n. 20. Ad hujuſmodi autem frequẽtiam magnopere conducit dari in Academia profeſſionem omnigenæ facultatis.

Academia frequentiſſima eſſe debet.

15 Quod attinet ad poſteriorem diviſionẽ Academiæ, ſcilicet in Eccleſiaſticam, & laicam, vel (ut alij vocant) ſæcularem, patebit definitio & explicatio utriuſque membri, ex deciſione difficultatis inquirentis; utrum omnis Academia dicenda ſit Eccleſiaſtica? Partem affirmativam defendunt Bellamera in cap. ex litteris n. 5. de conſtit. Moneta de conſerv. c. 6. n. 5. Balboa in Alleg. pro Vniverſ. Salamãt. & Salicetus in Auth. Habita n. 39. Probãt multiplici fundamẽto: 1. quia ſtudia generalia, quæ cũ Academijs coincidũt, ut diximus, erigi nõ poſſunt, nec ſolent abſq; Põtificia authoritate, ſtatutis, & privilegijs. 2. quia in ſtudijs nunquã deſunt clerici, quorũ cõmunio, & ſi minor pars ſit, cæteros omnes clericos intelligi facit: unde ſcholaſtici omnes indiſtinctè clerici appellantur. 3. quia ſi nõnullæ Academiæ, ſeu Vniverſitates ſtudioſorum judicandæ forent laicæ, ſequeretur abſurdũ, nẽpè quòd judex laicus talis Academiæ poſſit cognoſcere de cauſis ſtudioſorum clericorũ. 4. quia in omnibus ſtudijs generalibus præcipuæ ſcientiæ finẽ ſupernaturalem, & Religionis cauſam aſpiciunt, qualis S. Theologia, & Pontificij juris prudentia: & illarũ profeſſores, etiam merè laicos poteſt Pontifex à ſæculari juriſdictione extrahere, & foro Eccleſiæ addicere. 5. quia ex redditibus Eccleſiaſticis fundantur omnia, vel ſaltẽ pleraque ſtudia generalia. 6. quia omnia collegia ſtudiorum cauſa, & confraternitates laicorũ, Eccleſiaſtici Principis authoritate erecta, omninò judicari debent religioſa, & eccleſiaſtica, ut ex Lambertino & alijs probant Gutier. 1. canon. c. 36. & de Gabell. lib. 7. b. 95. n. 20. Azevedus lib. 10, à n. 25. tit. 1. lib. 4. Recop. Garcia de benef. 5. p. cap. 1. à n. 604. & Barbo. de pot. Epiſc. alleg. 75. n. 71. ergo idem de Academijs dicendum eſt.

Academia omnis an ſit Eccleſiaſtica.

16 Hæc ſententia mihi omninò diſplicet, & ejus confutatio patebit ex ſolutionibus fundamẽtorum infra apponendis. Sed antequàm vera ſententia proponatur, notandũ eſt 1. cũ Alphonſo de Eſcobar tract. de juriſd. in ſtudijs c. 21. Vniverſitates poſſe dupliciter conſiderari 1. prout ſunt ſingulorũ, hoc eſt in ipſis attẽduntur perſonæ, ſingulæ ex quibus coaleſcũt. 2. prout ſunt univerſorũ; hoc eſt prout cõſiderãtur ut corpus myſticum. Nã conſideratæ primo modo indigent utroque judice Eccleſiaſtico, & laico, vel uno habente utramq; juriſdictionẽ, Eccleſiaſticam & laicam. Siquidem ad ſtudioſos clericos Eccleſiaſtica, ad laicos juriſdictio laica requiritur. Si conſiderẽtur ſecundò modo, omnis Academia etiã cõtinẽs clericos, quæ in territorio Principis ſæcularis erecta eſt, laica & ſæcularis dici poteſt. Siquidem ut ſic Principi ſæculari ſubjecta eſt quoad reformationẽ, cõſervationẽ, gubernationem, & reliquas totius corporis cauſas, niſi ex ſua natura ſpirituales ſint, tales ſcilicet quæ & ſi in qualibet alia cõmunitate, etiam ſæculari inciderẽt, ad Eccleſiã pertinerent: Nec inde contra nos arguas Academiam dicto modo acceptã debere appellari mixtã, utpote adminiſtratã juriſdictione Eccleſiaſtica & laica. Nã eadẽ ratione poſſes inferre civitatẽ Eborẽſẽ Luſitano Regi ſubjectã, eſſe mixtã. Quia in ea Eccleſiaſtici, & laici judices aſſiſtũt. Et quidẽ hujuſmodi illationẽ ex fundamento poſito videtur feciſſe Petrus Greg. lib. 15. ſyntag. cap. 32. n. 9. quando dixit ſtudiorũ Academias ad mixtas Vniverſitates ſpectare. Notandum eſt 2. ad judicandam abſolutẽ Academiã, ſpectandas eſſe perſonas tum Eccleſiaſticas, tum laicas, ex quibus coaleſcit juxta intentionem fundatoris.

Academia conſiderata ut ſingulorũ, & ut univerſorum.

17 His prænotatis, vera & communis ſententia diſtinguit in hunc modum: quandò Vniverſitas pro maiori, vel ſaltem pari ſtudentium parte conſtat ex clericis, abſolutè Eccleſiaſtica: quando vero laicorum maior pars exiſtit, laica, ſeu ſæcularis abſolutè denominari debet. Ita Baſilius Ponze de Matrim. lib. 5. cap. 12. §. 7. Horat. Lucius privil. 66. limit. 1. Socinus cap. 1. num. 17. & cap. ſignificaſti num. 4. de foro compet. Maranta in praxi 4. p. diſtinct. 11. num. 23. Scaccia de appel. q. 8. num. 124. Tiberius Decian. tom. 1. criminal. lib. 4. cap. 9. num. 41. Riccius praxi. var. reſol. reſol. 317. num. 5. Azeved. l. 10. tit. 1. lib. 4. à num. 25. Farin. in praxi tom. 1. tit. de inquiſit. quæſt. 8. num. 4. Bobadilha lib. 2. cap. 18. n. 181. Narbona l. 3. gloſ. 1. tit. 7. lib. 1. Recop. à n. 2. & Alphonſus de Eſcobar cit. cap. 21. n. 24.

Academia quando Eccleſiaſtica vel laica dicenda eſt.

18 Prima pars, quòd ſcilicet Academia conſtans ex maiori, vel ſaltem pari clericorum parte, dicatur Eccleſiaſtica, probatione non indiget, cum pateat ex eo quòd denominatio ſumatur ex maiori, vel etiam pari parte, quando hæc potior eſt; qualis clericorum. Secunda pars difficilior, quòd nempè Academia conſtans ex maiori parte laicorum, dicatur laica, probatur 1. quia ad cujuſque rei naturam dignoſcendam, inſpici debet maior pars ipſius rei, cujus naturam minor induit, etiamſi dignior ſit. Vnde ſi minor pars ſit laicorum,

Denominatio ſumitur à maiori parte.

rum, corpus univerſale laicum erit, licet nobilior ac dignior ſit minor pars; ut ſumitur ex l. cũ auru n,19. alias l. ſequenti §. perveniamus, de auro & arg. leg. Vbi ſi legetur aurum, argentumve, in quo gemmæ incluſæ ſint, etſi majoris pretij, adhuc tamen auro cedent, cujus maior eſt ſpecies. Faciunt c. ex litteris, & c. cũ ſecundum, de jure patron. ex quibus id in ſpecie confirmat Socinus c.1.n.17. & Abbas q.6.n.8. Facit inſuper l. in modicis cũ duabus præcedentibus, de contrah. emptione, & l. ſi mercedem 53. §. ſi eum fundũ, de acti. empti. in quibus licet religioſa & ſacrá res ſit; adhuc tamen maiori parti fundi profani cedit, & cũ fundo tranſit in emptorem pars modica, quæ per ſe in cõmercio non erat, ideoq; nec vendi, nec alienari poterat. Facit deinde l. quæritur, de ſtatu hominũ) ubi Hermaphroditus ſi magis incaleſcat in ſexu fœmineo, quàm maſculino, licet maſculinus ſexus dignior ſit, tamen judicatur ut fœmina. Ergo ſimiliter Academia judicabitur laica, in qua minor clericorum pars maiori parti laicorum accedet.

Pars minor cedit maiori.

Hermaphroditus.

19 Probatur 2. ex abſurdo, nam ſi minor ac modica clericorum pars efficeret Vniverſitatem Eccleſiaſticam; ſequeretur omnia fere regna Chriſtianorum, & omnes civitates Eccleſiaſticas eſſe. Quia nullum regnum eſt, & nulla fere civitas, ubi non ſit aliqua clericorum pars. Probatur 3. nam res, quarum capaces ſunt laici, & ſi à clericis poſſideantur; laicæ tamen manent (Clement.1. de ſupplen. neglig. præl. ubi Barbatia conſ. 17. vol. 1. & cum alijs Maſcar. concl. 585. n. 6. & 7.) Cum igitur conſtet ſtudia generalia ſecundùm ſe, ipſorum natura & fundatione inſpecta, laicorum ſtudioſorum eſſe poſſe, rectè deducitur Academiã laicam denominari, non obſtante clericorũ parte poſſidente. Probatur 4. ex eo quòd attento communi jure, Vniverſitas ſcholarium, ſi plures ſint laici, rectè poteſt ſibi eligere Rectorem laicum, quamvis faciat cautiùs, ſi clericum eligat, ad hoc ut plenam in clericos etiam ſtudioſos juriſdictionem exercere poſſit: de quo alibi fuſiùs. Probatur 5. quia Academiarum erectio tanquam res prophana & politica pertinet ad laicum Principẽ, qui in ſuis ditionibus jus habet erigendi ſtudia, ſicut civitates excitandi, ita ut abſque illius licentia nullum ſtudium generale erigi, aut conſtitui poſſit, ut probant Iuriſtæ ex l.1. & 3. §. in ſũma, de collegijs illicitis, & nos infra late oſtendemus. Accedit quòd Princeps habet fundatam intentionem in univerſo ejus territorio, & conſequenter in omnibus Vniverſitatibus eodem territorio erectis, ut ex l.1. §. initio, de officio præf. urb. tradunt Borrell. de præſt. Reg. cap. 21. à n.14. & latiùs Caſtilho de tertijs c. 18. à n. 157. ergo omnis Academia laica erit, ſi prævaleat pars laicorum.

Eccleſiaſtica & laica res und. dicatur.

20 Obſervabis hanc reſolutionem procedere non ſolum quoties in Academia actu verſantur plures ſtudioſi laici, ſed etiã quando clerici excedunt numero laicos. Hic enim ſolum reſpicitur potentia, non actus, ſcilicet quod Academia poſſit tota ex laicis conſtare, ut laica ſit, ſicut è contra ut Eccleſiaſtica judicetur, requiratur nõ niſi clericos ad eam admitti, ſaltem pro maiori parte, aut æquali, ſicut hoc habere in Italia nonnullas Academias ex ſua fundatione, teſtantur Abbas, & Socinus citati ſupra n.18. In rebus enim tam phyſicis, quàm moralibus ſemper attenditur id quod per ſe eſt, & non quod per accidens contingit. Addo ſufficere ad denominationẽ Academiæ Eccleſiaſticæ, quòd ex intentionẽ fundatoris admittat pro maiori, vel ſaltem æquali parte ſcholaſticos in ordine ad clericatum recipiendum, illiſque ſubminiſtret facultates ſtatui clericali accommodas, qualis S. Theologia, & Canonici juriſprudentia, quãvis ſtudentes actu clerici non ſint. Hac enim ratione Eborenſis Academia Eccleſiaſtica cenſetur, ex intentione Henrici Regis fundatoris.

Potentia non actus reſpicitur.

21 Supereſt ut ſatisfaciamus fundamentis ſententiæ contrariæ poſitis ſupra n. 15. Ad primum dicimus falſum eſſe non poſſe ſtudia generalia erigi ſine Pontificis authoritate; cum quilibet Princeps ſupremus in ſua ditione, & republica eãdem obtineat poteſtatem. Quid autem poſſit Sum. Pontifex in quibuſvis Academijs erigendis, tradit eleganter per varias regulas Alphonſus de Eſcob. c. 21. à n. 90. & nos infra opportuniùs trademus. Ad ſecundum reſpondemus ſemper inſpiciendam eſſe maiorem partem, quanvis minor dignior ſit, ut ſupra oſtendi, & inſuper confirmo exemplo Æthiopis, qui cum aliqua ex parte albus ſit, nempe quoad dentes, & partem oculorum, albedoque nigredine nobilior & dignior ſit, tamen quia ex parte longè maiori niger eſt, abſolutè niger vocatur. Illud quod dicitur, ſtudioſos omnes vocari clericos, abuſiva, & barbara locutio eſt: item futiliſſimum apud Oſſual. lib. 17. c. 20. lit. k. quod dixit Salicetus ſtudioſos omnes ab Vltramontanorũ vulgo clericos appellari, & in l.1. ff. de juſtit. & jure, juſtitiæ ſacerdotes.

Denominatio à maiore parte.

22 Ad tertium dicimus nihil obſtare Vniverſitati laicæ quòd in ea ſit judex merè laicus, & ſint nonnulli clerici exempti in cauſis, quæ ad ipſos ut ſingulos, & ut clericos ſpectant. Quia adhuc talis judex poteſt exercere juriſdictionem in omnes ſtudioſos, qua totũ corpus Academicum integrant, & in laicos, etiã ut ſingulos, de quo alibi ex inſtituto. Ad quartũ reſpondemus ad ſæculares Principes ſpectare erectionem ſtudiorum, adeo ut Sum. Pontifex nequeat ob præciſam ſcholaſtici qualitatem laico, à Principis poteſtate eximere: alias pertineret ad ſolum Pontificem ſtudiorum erectio, & ſola ſtudioſi qualitas forum tribueret, non ſecus ac religio, ſeu ordo. Finis enim ſtudiorum non eſt merè ſpiritualis, ſed præcipuè conſiſtit in eo

Studiorũ erectio.

Finis ſtudiorum.

quòd

quòd evadant viri in omnibus ſcientijs docti, ut poſſint ſupremis Principibus aſſiſtere, & Rempublicam feliciter regere, ac exercitio virtutum moralium temperare.

Redditus Eccleſiaſtici quando tales eſſe deſinunt.

23 Ad quintum dicendum eſt nũ ob id, quòd Academia dotetur per Pontificẽ, & alatur redditibus Eccleſiaſticis, denominandam eſſe Eccleſiaſticam, cum è contra redditus ipſi antea Eccleſiaſtici poſt unionem Academiæ factam, profani debeant cenſeri. Nam redditus Eccleſiaſtici quando uniuntur loco cuicunque profano, vel perſonæ laicæ, naturam profanam & laicam induunt, argumento l. Paulus aliàs per procuratorem, de acquirẽn. hæred. ubi ſic: Quia mutatione perſonæ caſtrenſia eſſe deſierunt. Et ita in ſpecie tenet Laſſarte de decimis cap. 19. n. 31. Barboſa l. Titia n. 41. ff. ſolut. matr. Garcia de expenſ. cap. 9. à n. 97. Ramirez de lege Regia §. 31. n. 4. D. Franc. de Leon deciſ. 3. à n. 13. & Gama deciſ. 235. à n. 6. Denique ad ſextum reſpondetur negando cum Gutrierez de Gabell. q. 91. n. 18. Collegia ſtudiorum cauſa erecta, & confraternitates laicorum Eccleſiaſtica authoritate approbatas ex eo præciſè ſubire rei Eccleſiaſticæ denominationem. Ad hoc enim requiritur quòd ex primæua inſtitutione, & fundatoris intẽtione ordinẽtur ad finẽ ſpiritualem, qualis nõ eſt ſtudium, vel ſaltem ex maiori, aut æquali parte clericorum conſtentur.

Collegia & confraternitates Eccleſiaſticæ.

Sic expedita difficultate, perſpicuum manet optimam eſſe Academiæ diviſionem in Eccleſiaſticam & laicam, rectèque explicari utrunque membrum, quando Academia Eccleſiaſtica illa dicitur, quæ per ſe, ex vi ſuæ inſtitutionis, & intentione fundatoris conſtat ex parte maiori, vel pari clericorum: laica illa cenſetur, quæ ex maiori laicorum parte inſurgit.

QUÆSTIO III.

Quiſnam ſit conſenſus, quæ operatio Vniverſitatis, ſeu Academiæ prout Vniverſitas eſt.

24 Quamvis ex duabus quæſtionibus proximè diſcuſſis, ſatis innoteſcat Academiæ ratio, & quidditas, ad uberiorem illius explicationem valde conducet inquirere, & exponere legitimum ipſius conſenſum, ac operationem cum omnibus conditionibus ad utrunque requiſitis: nam rei effectus, & operatio maximè ejuſdem naturam, & entitatem manifeſtant. Igitur pro utriuſque intelligentia ſupponendum eſt 1. Academiam (& idem eſt de quocunque populo, & Vniverſitate) ſemper eãdem reputari, quamvis identidem alij atque alij tum ſuperiores, tum inferiores ſuccedant. Quia ſemper durat, nec unquam moritur. Ita ex l. proponebatur ff. de judic. l. ſicut fin. ff. quod cujuſq; univerſ. nom. Bart. in l. uſusfruct. ff. de ſtipul. ſervo. Niſonir. in rub. ff. ſolut. matr. n. 113. Cornel. in conſ. 43. col. fi. fol. 2. Pariſ. conſ. 27. n. 109. Silvani conſ. 2. n. 109. Menoch. conſ. 390. n. 9. & præſum. 45. lib. 6. n. 6. & alij, quos refert ac ſequitur Petrus Surdus conſ. 454. nu. 26. Vnde deducitur ſufficere legitimum conſenſum, quem olim Vniverſitas præſtitit, ac ſe ligavit, ut vim & efficaciam producat in ſucceſſores, in quibus eadem exiſtere, & durare cenſetur.

Vniverſitas ſemper eadem reputatur & durat.

25 Supponendum eſt 2. dari diſcrimen in ordine ad effectum conſentiendi inter Academiam, & omnes ſtudioſos ſive magiſtros, ſive diſcipulos, imò ſuperiores & ſubditos, acceptos ut ſingulos. Aliud eſt enim Academia prout Vniverſitas, & aliud omnes prædicti accepti ut ſinguli. Ita Gloſ. & interpretes ad l. ſicut §. ſi quod ff. quod cujuſq; univer. nom. Gabr. cõmun. opin. lib. 6. cõcl. 1. Rolan. vol. 4. cõſ. 33. n. 6 & Surdus conſil. 323. n. 10. Nam Vniverſitas quà talis, accipitur ut corpus myſticum coaleſcens ex multis perſonis tanquam membris: prædicti autem cum illa reduplicatione (ut ſinguli) accipiuntur ut perſonæ ſingulares ſecundùm ſe, quaſi corpus illud myſticum nec reſpicerẽt, nec integrarent. Vnde cauſæ Vniverſitatis ſunt diverſæ à cauſis ſingulorum: cum illæ per ſe primo concernant corpus myſticum, & ſolum per accidens, & ſecundariò extendantur ad ſingulos de Vniverſitate, ſicut è contra cauſæ ſingulorum per ſe primo reſpiciunt ipſos ſingulos, & ſolum ſecundariò Vniverſitatem. His poſitis,

Vniverſitas & ſinguli Vniverſitate.

Sit prima reſolutio. Vniverſitas ſolum cenſetur præſtare legitimum conſenſum ad proprias cauſas, quando ſolemniter congregata eſt, & illi ad quos ſpectat conſulere, vel definire, ſaltem ex maiori parte ſimul conſentiunt. Hanc deſumo ex citatis authoribus. Quod autem cenſeatur Vniverſitas præſtare legitimum conſenſum, congregatis ſolemniter ijs tantum ad quos ſpectat conſulere & definire, probatur, quia Concilium generale repræſentat totam Vniverſitatem, ut poſt multos reſpondit Crav. in cõſ. 195. n. 9. apud Menochium conſ. 426. n. 4. Quod ſufficiat conſenſus maioris partis, colligitur ex eodem Menochio conſ. 80. n. 25. & ex communi Iuriſtarum aſſerentium conſentire totum Concilium, vel Senatum, maiori parte conſentiente. Habetur expreſſè cap. 1. de teſtib. in 6. & cap. 1. §. ex quo, de cenſibus in 6. Deinde in Vniverſitatibus Eccleſiaſticis factum à maiori parte valere regulari[illegible]nſtar ex cap. 1. de ijs quæ fiunt à maiori pa[illegible]cap. Archiepiſcopus, de temporibus ordin. & quod factum à maiore & ſaniore parte valeat, & canonicũ reputetur, tenet Gloſ. fin. in cap. cum olim, de judic. Semper autẽ maior pars præſumitur ſanior cap. Eccleſia veſtra, de elect.

Academia legitimus conſenſus.

Conſenſus à adeò niſi ſimul tantum eſſe debet.

26 Dixi (ſimul conſentiunt) quia ad legitimum conſenſum Vniverſitatis non ſufficit quòd ſinguli diverſis temporibus acquieſcant, niſi tota Vniverſitas congregata id faciat, juxta Bart. in l. Omnes populi in 3. quæſt. 2. princip. quæſt. ff. de juſt. & jure, & dicit Alber. in l. nulli ff. quod cujuſque Vniverſ. nom. Quòd univerſitas non dicitur conſenſum præſtare, quando omnes de Vniverſitate conſentiunt, ſi unus hodie, & alter cras: quia ſimultaneus eſſe debet. Vnde conſenſus communis aliquorum ubi deſideratur, nulla tenus eis ſufficit ſingulariter ſignificare, niſi cum eis communi conſilio pertractetur can. 2. §. quod ſi neceſſitas 10. q. 2. Nam juxta Corn. conſ. 130. in fine vol. 1. Surd. conſ. 323. n. 12. & Dec. conſ. 437. n. 2. & 3. non dicitur ſcire univerſitas, niſi id ſciat quando eſt legitimè congregata. Addit Menochius conſ. 80. n. 13. quando agitur de re communi, neminem ſeorſim acceptum in illa habere partem, ut ſeparatim cõſentiat. Ratio ob quam ſimultaneus ille conſenſus exigatur, eſt, quia cum agitur de re & cauſa communi, ut aliquid Vniverſitatis nomine ſtatuatur, debent omnes, ad quos ſpectat, ſimul convenire, ut ſic Vniverſitatẽ repræſentent, & re diligenter cõſiderata, maturiùs & utiliùs definiatur quòd gerendum eſt.

Conſenſus ſingulorũ de Vniverſitate.

27 Secunda reſolutio. Quãdo agitur de cauſis ſingulorum quà talium, Vniverſitas ſolum cenſetur præſtare legitimũ conſenſum, quando omnes ac ſinguli, nullo excepto, conſentiunt. Ita fere omnes citati, præſertim Surdus conſ. 523. nu. 10. & Menoch. conſil. 416. n. 38. Sumitur ex l. pacta privatorum C. de pact. & c. quod omnes, de reg. juris in 6. Nam quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari, eo modo quo tangit: cũ igitur tãgat ut ſingulos, ab omnibus ut ſingulis, ac ſeorſim approbari debet. Deinde non debet nocere uni, quòd fit ab alio. L. non debet alteri ff. de reg. juris. Vnde Lucas de Penna ad l. 1. C. de capit. civi à cenſ. exim. lib. 11. num. 8. ubi loquitur de alicujus loci ſubjectione, & dicit omnes eſſe vocandos: id quod præcipuè verum eſt (diſtinguit Barth. ad l. ſicut §. ſi quid ff. quod cujuſque) quando negotium attinet ad omnes ut ſingulos: quia ſingulorum præjudicium concernit. Hinc eſt, quod quando agitur de juramento fidelitatis, ad hoc ut locus aliquis Dynaſtæ ſubjectus maneat, in talis juramenti præſtatione requiratur conſenſus omnino, ita ut minor pars impedire poſſit. Ita Neviz conſ. 12. nu. 116. ex Anchar. conſ. 10. & Iaſone in l. juriſgentium §. Hodie n. 8. ver. 53. limita. ff. de pactis. Nam p[illegible] juramentum fidelitatis, cum ſe ſubjectioni ſupponat, ad multa tenetur, ut habetur ex Cap. 1. de forma fidelitatis.

Singulorũ quãdo agitur incommodum conſenſus.

28 Facit 1. quòd in iis, quæ gravis ſunt incommodi, ut quando agitur de redigendo aliquem in ſervitutem, nõ ſufficiat quod maior pars Vniverſitatis conſentiat, ſed ſingulorum conſenſus poſtulatur l. ſi quis hac lege §. quoties ff. qui & à quibus, ubi, in accuſatione liberti, ut revocetur in ſervitutem, omnium patronorum conſenſus exigitur. Sic Iaſon ad 2. l. juriſgentium n. 8. & Gomez in §. Item ſerviana v. 41. Inſtit. de act. Facit 2. quod quando agitur de auferendo alicujus ſuum, non ſufficit maior pars univerſitatis, ſed omnes conſentire debẽt. Ang. in conſ. 270. viſis & examinatis verſ. ſecũdo, & Felin. in cap. cum omnes n. 12. de conſtit. quamvis ibid. diſſentiat Decius com. 6. ver. ſeptimo fallit. Facit 3. quod aſſerit Gloſ. recepta ab omnib⁹ in cap. ſi Archiepiſcop⁹, de tempo. ordin. nempè factum à maiori parte valere in Collegijs, ſed non in privatis. Huic conſonat Gloſ. conſtitutum in cap. cum omnes, de cõſtit. ubi perſpicuis verbis dicit à maiori parte capituli vel Collegij factum, ſuper eo quod eſt cõmune, non ut collegiatis, ſed ut ſingulis, non valere, niſi omnes conſentiant, vel niſi rem concedant in naturalem ac diſtinctum ſuum uſum. Facit 4. quòd conſenſus omnium requiritur in actu, qui Eccleſiæ præjudicat: nec in hoc caſu ſtatur maiori numero cap. fi. de maior. & obed.

Vniverſitatis diſſenſus & convocatio.

29 Pro maiori prædictorum explicatione obſerva 1. ex Gloſ. in cap. fin. diſt. 63. conſenſu aliquorum ſi quid fieri debet, eorum diſſenſu impediri faciẽdum, & diſſolui factum. Nam conſenſus, ſeu collaudatio eſt multorum voluntas, ad quos res pertinet, ſimul jũcta Gloſ. tractatus in cap. 1. de rebus Eccleſ. non alien. in 6. Obſerva 2. ex eadem Gloſ. ibidem citata conſenſum canonicorum non habitum in communi ſuper alternatione rei communis pluribus, ut ſingulis, ſi non interveniat tractatus, non valere: ſi autem præceſſit tractatus, & poſtea deliberaverunt alienare, licet ſingulariter conſentiãt, valere talem conſenſum. Obſerva 3. Vt valeat id quod agitur ab Vniverſitate, oportere quòd duæ partes vocandorum ſint præſentes, & quòd maior pars præſentium conſentiat. (Gloſ. pen. in cap. licet de vitanda, de elect. in 6.) Quod procedit quando poteſtas congregandi non eſt penes aliquem: ſi enim ſit penes ſuperiorẽ, qui legitimè convocavit, ſufficit minor pars congregata, ſi alij venire noluerint. (Cap. bonæ 4. de poſtul. prælat.) Poteſt autem congregari per ſonum campanæ ubi hoc eſt de more. (Cap. in cauſis, de elect. in 6.

Operatio Vniverſitatis.

30 Quod attinet ad alteram quæſtionis partem de operatione Vniverſitatis, conſtat imprimis Vniverſitatibus permiſſum eſſe de rebus ſuis ſtatuere, quando jus ſuperioris non læditur. Ita Bart. in l. Omnes populi n. 6. de juſt. & jure, Ruin. conſ. 109. n. 2. 3. & [illegible] 19. lib. 4. Barba. col. 29. col. 2. lib. 3. & Menoch. conſ. 28. n. 10. Conſtat 2. Vniverſitatem etiam ſcholarium poſſe ad agendum, & ſe defendendum conſtituere procuratorem. Cap. quia in cauſis, de procur.

Digitized by Google

curat. Quod autem conſtitutus ad procurandæ Univerſitatis acta dicatur quandoque actor, quandoque ſyndicus, quandoque œconomus, quandoque procurator, habemus cap. ſignificaſti, de appell. Univerſitas tamen agere non poteſt, quando maiores de Univerſitate ſunt excommunicati. Gloſ. cap. I. n. de procur. Conſtat 3. poſſe Univerſitatem eligere. Ea enim eligendo juri communi innititur, vel ſaltem ipſi juri propins accedit. Ita Ripa lib. 2. reſpon. cap. 13. n. 1. & cap. 33. n. 2. Bonif. in Clem. 1. de præb. Ioan. Monach. in cap. generali de elect. in 6. Card. conſ. 103. caſus ſuper quo col. 2. Conſtat 4. ex Menoch. conſ. 28. n. 32. licere Univerſitati abſolutè aſſumere litem ſingularis perſonæ illius Univerſitatis, etiamſi de principali intereſſe Univerſitatis non agatur. Nam Univerſitas erga civem & incolam ſuum loco patris eſt, proindeque injuriam ſui civis perſequi poteſt, ſicut injuriam filij pater. Ita Grav. conſ. 45. n. 1. & Bald. conſ. 288. col. 1. lib. 1.

Operatio quando tribuatur univerſitati.

31 Maior difficultas eſt exponere quando Univerſitati tribuenda ſit operatio. Et quidem, ſicut diximus de conſenſu, non dicitur Univerſitas aliquid facere, niſi id faciat legitimè congregata, etiam ſi ſinguli ſeparatim fecerint, ut tenet Bart. in l. omnes populi in 3. q. 2. in princip. ff. de juſt. & jur. Quia in ijs quæ pertinent ad plures ut univerſos, neceſſe eſt, quod omnes ſolemniter congregati ſaltem ex maiori parte conſentiant ſimul in operatione, ut univerſitati tribuatur operatio. l. 2. C. de decurion. lib. 12. & cap. in Geneſi, de elect. Quia ab Univerſitate geſtum debet eſſe univerſale, non autem ſingulare. Cap. de obligation. ad ratiocin. Unde quando in inſtrumento aſſeritur omnes de Univerſitate aliquid feciſſe, præſumitur omnes interfuiſſe, quamvis per partem adverſam hoc negetur cap. inter dilectos, de donat. Rectè igitur dicit Gloſ. in l. ſicut ff. Quod cujuſque, ſi omnes homines exiſtentes in platea aliquid faciant, dici factum à ſingulis. Quia juxta Innocenc. in cap. in Geneſi, & Abbatem in cap. cum omnes, n. 7. non dicitur factum ab Univerſitate, niſi congregetur communitas in concilio more ſolito, & concludat de explicando actum. Ut enim talis actus mandatus executioni adſcribatur Univerſitati, debuit præcedere tractatus de illo, & legitimus conſenſus circa illum in ſolemni Concilio.

Scientia operationis adſcribenda Univerſitati.

32 Accedit requiri ſcientiam Univerſitatis ad legitimum conſenſum in talem operationem ſibi adſcribendam. Quin imò non ſufficeret (inquit Surdus conſ. 28. n. 104.) quòd daretur ſcientia maioris partis populi, niſi etiam conſtaret talem ſcientiam habitam fuiſſe ab eis collegialiter congregatis; aliàs ſinguli dicerentur ſciviſſe, non autem univerſitas. Addo quòd in dubio an Univerſitas ſciverit alienationem, quam ejus procurator nomine illius fecit, præſumitur ignoraſſe. Cap. præſumitur, de reg. jur. in 6. & ita Grav. in conſ. 134. n. 18. decis. Pedemon. 71. n. 36. Quia dominus non præſumitur ſcire ea, quæ ſciunt ejus agentes & procuratores. l. item veniunt §. petitam 2. ff. de pet. hæred. Ubi Aug. dicit non eſſe bonam conſequentiam: procurator ſcit: ergo etiam dominus. Addit Alex. in conſ. 84. col. 2. vol. 1. quòd Princeps non præſumitur ſcire id quod ſciunt ejus officiales. Addit Natta in conſ. 639. n. 190. ex l. quod vulgo ff. pro empt. Gloſ. Bart. & alijs in l. ſi res obligata ff. de leg. 1. dominum juſtam habere ignorantiam earum quæ geſta fuerunt per ſervum, vel procuratorem.

Operationis attributio.

33 Denique (ut notat Surdus citato conſ. 28. n. 38. & 39.) eſt diſcrimen inter actum conſiſtentem in jure, & actum conſequentem ordinationem juris. Nam quando actus qui fit à ſingulis, conſiſtit in jure, & ex ipſo agitur de jure, tunc non poteſt talis actus adſcribi Univerſitati, quæ non fecit actum; ſecus eſt, quando actus tendit ad exequendum factum, quod decrevit Univerſitas legitimè congregata: tunc enim actus tribuitur Univerſitati decernenti ſeu ordinanti, non ſingulis, juxta Innoc. in cap. bona 2. ver. temere recedentes nu. 7. in fin. de poſtul. præl. & Fel. in cap. cum omnes col. 16. verſic. 2. n. 27. qui affirmant non requiri totius capituli Collegialem congregationem, quando recipiendus eſt ex præſcripto Pontificis canonicus jam proviſus. Ad hæc Socin. l. 1. §. fin. ff. de acquir. poſſeſſ. affirmat, quamvis Univerſitas non acquirat poſſeſſionem niſi communicato conſilio, tamen ſi agatur de executione facti, ut quia jam eſſet apprehendendi facultas conceſſa, tunc nudam apprehenſionem poſſe fieri per particulares, ita ut per illam communitati acquiratur poſſeſſio. Conſonat Parif. conſ. 111. nu. 71. vol. 1. ubi ait, quod ſi communitas facultatem habet incidendi ligna, talis actus inciſionis, qui in facto conſiſtit, poteſt exerceri per ſingulares de univerſitate, & eorum factum dicetur factum ab univerſitate. Hæ reſolutiones, quas adhibui mus utrique parti præſentis quæſtionis, ex ſequenti magis patebunt, & firmabuntur, cum à nobis diſcuſſum fuerit, utrū, quomodo, & quando Univerſitati culpa imputetur, & pæna infligatur.

QUÆSTIO III.

Utrum & qua ratione cenſeatur Academia, prout Univerſitas eſt, delinquere, & poſſit delicti pænam ſuſtinere?

Academia poteſt delinquere.

34 Explicatis conſenſu, & operatione Academiæ, quà Univerſitatis, proclive erit exponere illius culpam, & punitionem.

Digitized by Google

tionem. Neque enim culpa imputari poteſt, niſi conſentienti: neque per poteſtatem humanam puniri, niſi conſenſus in operationem externam prodeat. Vt igitur ad difficiliora à facilioribus procedamus, certum eſt 1. poſſe Vniverſitatem delinquere. Ita ex Can. ſicut vis 7. q. 1. & Auth. Item nulla communitas C. de Epiſc. & cleric. Farin. in praxi crimi. q. 24. n. 109. Miſing. cent. 4. obſer. 79. Gail. lib. 2. de pace publica cap. 9. Maſcar. de probat. conc. 1420. Mcnoch. de arbitr. caſu 598. Cur. Piſan. lib. 4. cap. 3. Parlad. diff. 88. §. 1. & Anton. Gom. var. tom. 3. cap. 1. n. 52. ver. 5. & exprimitur in Clem. 1. de pœnis. cap. quia ſæpè, de elect. in 6. Addo ex Gloſ. quæ deliquerit, in Extrav. dierum Ioann. 22. poſſe quidem Vniverſitatem delinquere, licèt non de facili, cum de facili non conſentiat. Certum eſt 2. Vniverſitatem delinquentem poſſe puniri. Ita ſumitur ex cap. Romana §. Vniverſitatem, de ſent. excom. in 6. & alijs apud Authores à nobis citatos, & citandos. Certum eſt 3. ex cap. Cupientes §. cæterum de elect. in 6. ſi Vniverſitatis homines deliquerint, non eſſe puniendos omnes de Vniverſitate, ſed eos tantum qui culpabiles ſunt & culpam perſonaliter commiſerunt.

Vniverſitatis delictum.

35 Prima difficultas eſt, quidnam requiratur ut Vniverſitas ipſa cenſeatur delinquere? Nicol. Mili. in ſuo repert. v. Vniverſitas ver. 14. exiſtimat Vniverſitatem cenſeri deliquiſſe, & teneri de delicto, quando omnes de Vniverſitate, vel ſaltem maior pars delictum patravit, etiam ſi nulla præceſſerit deliberatio, & nullum conſilium de tali delicto patrando. Probatur 1. quia quando maior pars aliquid facit, præſumitur in dubio feciſſe nomine Vniverſitatis l. aliud §. refertur, de reg. juris. Probat 2. quia nullo jure cavetur quòd debeat præcedere ſolemnis deliberatio, & conſilium, & Vniverſitas delinquat, & de delicto teneatur. Probat 3. quando illi delictum patrarunt, vel dixerunt ſe id facere nomine proprio, vel dixerunt ſe id facere nomine Vniverſitatis, vel nihil expreſſerunt: ſi primo modo, Vniverſitas non deliquit, ſed illi tantum: ſi ſecundo modo, Vniverſitas tenetur: item ſi tertio modo, juxta Gloſ. in l. ſicut §. 1. verſ. non debetur ff. quod cujuſque univerſ. nom. ergo non requiritur quòd ſolemniter præcedat deliberatio.

Rebellatio Vniverſitatis.

36 Oppoſitam ſententiam tanquam communem & veram, ſcilicet ut Vniverſitas crimen graviſſimum, quale rebellionis, incurriſſe dicatur, oportere quòd præcedat ſolemnis deliberatio, ſervata forma ſolita convocandi per ſonum tubæ, vel campanæ Vniverſitatem, conſultandi, & dandi voces conſuetas, rectè defendunt Bald. conſ. 283. n. 1. Iaſon in l. civitas col. 1. ff. ſi cert. pet. Hippoly. in prac. crim. §. conſtante n. 47. Decius conſ. 667. n. 9. Corn. conſ. 214. col. 1. Paul. conſ. 104. Angl. conſ. 363. Card. in Clem. 1. ſemper verſ. civitas in 3. q. & alij quos referunt, ac ſequuntur Tiberius Decian. tom. 2. crimin. lib. 7. cap. 8. nu. 9. Gratian. diſcept. foren. cap. 601. n. 49. & Barb. in Collect. ad Auth. Item nulla civitas C. de Epiſc. & cler. n. 7. Probatur 1. quia quod Vniverſitati adſcribendum eſt, debet fieri per congregatos in unũ, non autẽ per cõſenſus diviſos, & ſeparatos quaſi ſingulorum, cap. Canones diſt. 15. quod autem committitur per multos, nulla præcedente ſolemniter deliberatione, fit per conſenſus diviſos. Probatur 2. tunc ſolum maior pars operantium præjudicat minori, quando actus factus eſt ſecundùm formam ſolitam, ut docent omnes interpretes juris ad cap. cum omnes, de conſtit. Igitur quando forma ſervata non eſt, quilibet de Vniverſitate actum tanquam nulliter factum poteſt impugnare. Probatur 3. quia ad Vniverſitatem relata diſpoſitio non videtur adſtringere ſingulos cap. 1. de ſtatu regular. in 6. ergo è contra diſpoſitio, ſeu deliberatio ſingulorum non videtur imputanda Vniverſitati. Hinc eſt quòd apud Gellium noct. Atticar. lib. 7. cap. 3. Cato jure defendit Rhodienſes rebellionis criminis inſimulatos, quòd nullum de ea re convocato concilio pro more publicum factum fuiſſet decretum. Præterea Aret. conſ. 164. optimè defendit Vniverſitatem Florentiæ, quando occiſus fuit Archiepiſcopus, & captus Cardinalis, non incidiſſe in crimen, quia id patratum fuit, nulla communi deliberatione, & conſilio præcedente.

Ratihabitio Vniverſitatis.

37 Ex dictis infertur 1. quamvis poſſit intervenire ratificatio, ſeu ratihabitio Vniverſitatis circa factum ſingulorum per ſcientiam, & patientiam, tamen hujuſmodi ſcientiam non afficere Vniverſitatem, niſi legitimè convocatam. Ita Alciat. conſ. 7. n. 14. lib. 3. Decius conſ. 437. quæritur breviter n. 5. Corn. conſ. 46. col. 3. & 4. lib. 3. Bertazzol. conſ. civil. 41. num. 51. Cagnol. in l. 2. num. 145. ff. de orig. jur. Bart. Aug. & alij communiter ad l. ſicut §. ſi quid Vniverſitati ff. quod cujuſque Vniverſ. nom. & multi quos ſequitur Gratian. diſc. foren. tom. 4. cap. 601. num. 49. Infertur 2. cum Tiberio Decian. in tract. crimin. lib. 5. cap. 37. nu. 29. Vniverſitatem non probari hæreticam ex eo quòd ejus prælatus hæreticus probatus ſit. Ita Abb. in cap. damnamus, de ſumma Trin. n. 2. Et idem procedit de quocunque alio crimine prælati: non enim derivatur ab illo in Vniverſitatem, nec hæc cenſetur crimen habere, niſi in illud prædicto modo influxerit.

38 Ad fundamenta partis contrariæ facilis eſt evaſio. Ad primum negamus, quando maior pars aliquid facit, præſumi in dubio feciſſe nomine Vniverſitatis, ſi omninò requiſita ad legitimum conſenſum Vniverſitatis non præceſſerunt: lex n. citata procedit quando exiſtit prædictum dubium, poſtquam præceſſerunt requiſita, inter quæ numeratur deliberatio

ratio

tatio ſolemnis. Ad ſecundum negatur aſſumptum, jura enim quæ ſuadent requiri præviam deliberationem ſolemniter factam, citantur à nobis num.36. Ad tertium reſpondemus, quidquid dicant, vel exprimant patrantes delictum, & à fortiori ſi nihil dicant, non referre ad hoc ut delictum imputetur Univerſitati. Quia Univerſitatis nomine non poteſt operari, niſi qui ad operationem exercendam ab Univerſitate legitimè conſentiente mandatum accepit.

Univerſitatis punitio.

39 Secunda difficultas eſt, quænam debeant intervenire, ut Univerſitas puniatur? Conſtat 1. ut Univerſitas quà talis, pœnam ſub ratione pœnæ ſuſtineat, neceſſarium eſſe prævium delictum ab ipſa Univerſitate, vel ipſius nomine patratum: proindeque ut dentur omnia requiſita, de quibus ſupra n.36. ut Univerſitati delictum imputetur. Quia aliter pœnam ſubibit innocens. Conſtat 2. quanvis univerſitas capax ſit ſubeundi pœnam rebellionis, quando hujuſmodi delictum contraxit, ſicut fertur Carthago, Bononia, & Frixia propter rebellionem aratrum ſuſtinuiſſe, de quo Ioan. de Anan. in cap. dilectus, de ſimon. Gigas tract. de crim. læſæ Majeſt. ſub tit. de rebell. q.12. Brun. conſ.28. n.13. hoc tamen intelligi quando lex vel ſtatutum injungens pœnam non loquatur de perſona cõmittente hoc crimen: ſi enim de perſona loquatur, Univerſitas non comprehenditur. Quia ad hunc effectum, non dicitur perſonam habere, ut docent Sozi. conſ.275. col.5. & Decian. tractat. crim. lib.7. cap.8. n.8. Conſtat 3. quanvis unus, qui de tota Univerſitate, omnibus alijs mortuis vel privatis, remanſit ſolus, delinquat, & puniatur, non eſſe dicendam Univerſitatem punitam. Quia licèt Univerſitatis jus poſſit manere penes unum, ut tenet Gloſ. pauciores, in cap. 2. de poſtul. prælat. tamen unus non conſtituit Univerſitatem, Gloſ. 1. cap. bonæ. de elect. Imò Univerſitas eſſentialiter non eſt in ſingularibus. Cap. in Geneſi eod. ex quo fit, ut ſi Univerſitatis omnes præter unum delinquant in eligendo, ille ſolus poſſit eligere, cum in eo ſolo conſervetur jus univerſitatis Gloſ. 1. in can. fin. diſt. 65.

Puniendi an ſint qui non conſenſerunt Univerſitati delinquenti.

40 Primum dubium eſt, an quando Univerſitas verè deliquit, ac punienda venit, illi de Univerſitate qui non conſenſerunt, imò contradixerunt, debeant ſuſtinere pœnam v.g. pecuniæ, vel publicationis bonorum communium? Reſpondeo cum Ioan. de Anan. in cap. dilectus. Luca de Penna in l.3. Cod. de exact. & execut. lib.12. Brun. conſ.28. n.11. & alijs, quibus ſubſcribit Decian. lib.7. cit. cap.8. n.11. prædictos quoad ipſorum bona & perſonas neque eſſe mulctandos, neque puniendos. Facit 1. illud S. Paginæ Geneſ. 18. ubi loquens Deus cum Abrahamo volebat parcere Sodomæ, propter decem juſtos, ſi in ea invenirentur: ſi ergo juſti non cõſentientes delictis civitatis movent ſupremum judicem, ut abſtineat à ſupplicio civitatis delinquentis, quomodo ijdem eodem ſupplicio poterunt involui. Facit 2. quia Univerſitati toti poteſt contradicere unus de ea, ſi habeat rationabilem cauſam can. Nicæna diſt.31. ſemper autem rationabilis cauſa datur ad contradicendum & repugnandum delicto; ergo qui ſic contradicat, ſicut delicti, ita & ſupplicij immunis eſt. Facit 3. quia Univerſitatis homines ſi deliquerint, non puniuntur omnes de Univerſitate, ſed illi tantum, qui culpabiles ſunt. Cap. cupientes §. cæterum, de elect. in 6. ergo ſimiliter quãvis Univerſitas abſolutè deliquerit, in proprijs perſonis, & bonis non punientur, qui delicto repugnarunt. Facit 4. quod Univerſitatum delicta imputantur officialibus, & non ſingulis de Univerſitate. Clem.5. §. cæterum cum præcedenti, de uſuris, apud Steph. Daoyz in Ind. juris. v. Univerſitas. Ergo ſoli officiales veniunt puniendi in bonis proprijs. Quod intelligo de officialibus conſentientibus, & non repugnantibus delicto.

Singuli de Univerſitate non veniant puniendi.

41 Secundum dubium eſt, Utrum punita legitimè Univerſitate, omnes de illa veniant puniẽdi ſaltem in bonis communibus, quà partes Univerſitatis ſunt? Affirmativa reſolutio eſt de mente authorum, quos proximè citavi, & pro illa videndi ſunt Cyn. in l. ſi quis in tantam. col.3. C. unde vi. Salyc. in l.1. C. de ſedi. Bald. in l. Palla C. de ijs, quibus ut indig. Ioan. Monach. in cap. fin. de pœnis in 6. Gigas d. q.12. & Alex. conſ.13. n.10. qui in eam partem inclinant, ut ſinguli veniant puniendi. Quod regulariter non credo. Quia cum delicta Univerſitatis non imputentur ſingulis, ut nuper oſtendi, hi quà tales ratione illius puniri nequeunt. Procedit igitur reſolutio de hominibus Univerſitatis, quà partes illius ſunt, ſeu quà Univerſi. Probatur, quia filij quandoque perſonaliter innocentes puniuntur ob delicta parentum, v. g. infamia, eò quòd moraliter ſint idem cum parentibus, & veluti partes illorum, at qui homines Univerſitatis ſunt partes morales illius, utpote coaleſcentes in unum corpus myſticum; ergo quà tales partes, cum eodem corpore veniunt puniendi. Cõfirmatur à ſimili, nam quando Univerſitas ob aliquod ſuum meritum obtinuit beneficium, v.g. privilegium à Principe, omnes ut partes Univerſitatis fruuntur tali beneficio, quanvis non omnes perſonaliter ad meritum concurrerint, ergo quando Univerſitas commiſit delictum incurrendo demeritum, omnes illius partes incurrent pœnam, quanvis non omnes perſonaliter commiſerint culpam.

Punitio Univerſitatis extenditur ad poſteros.

42 Addo hujuſmodi punitionem poſſe extẽdi in ſucceſſores & poſteros, qui non erant de univerſitate tempore delicti. Nam ſententia nocet omnibus de univerſitate, etiam ſucceſſoribus, ut cum Guidone Papa q.279. ad medium, & conſ. 171. circa materiam proceſſus

n.4.

Digitized by Google

n.4.defendant Petr.Barb.in l. cum proponebatur 76.n.28. de judic.& Ranchinus in addit. ad Guidonem 279. Et ampliat Barb. quanvis mutata ſit forma regiminis: cùm ſemper ſit eadem univerſitas, mutatis habitantibus, ut docent Mandoſ.conſ.91. n.5. & Niconit. in rub.de novi operis nunt.n.14. Nam licèt concordia regulariter non poſſit nocere ſucceſſoribus, qui in ea non intervenerunt, nec ſunt hæredes prædeceſſorum, nec ſucceſſerunt in eorum bonis, nec aliquam cauſam ab eis habent, tanquam ſit res inter alios acta l.2.& ult. C.quib.res judic. non noc. tamen quando per maiorem partem Vniverſitatis aliquid ſtatuitur, tranſit in privatos, & poſteros, & abſentes, ut ex l. loci corpus §. ſi fundus ff. ſi ſervit. vendic. & l. ſupra §. Caſſius ff. de aqua pluvial. arcen. probat Gratian. tom.4.diſc.foren.cap.721.n.5. Quia in hoc caſu (inquit) non cõſideratur quòd res ſit inter alios acta: nam ſufficit, quod negotium ſit geſtum per Vniverſitatem, quæ repræſentatur per omnes ſucceſſores. Idem exiſtimo dicendum de nocumento pœnæ, quam Vniverſitas incurrit.

Pœna univerſitatis delinquentis.

43 Tertium dubium eſt, quas pœnas Vniverſitas delinquens poſſit incurrere? Civitatem, Caſtrum, Oppidum, & quanlibet Vniverſitatem, ſi labatur in hæreſim, & legitimè condemnetur, poſſe devaſtari, & comburi, tradunt DD. & Gloſ.in cap. ſi audieris 23. q. 5. Bart. in l.aut facta §.nonnunquam ff.de pœnis, Salyc.in l.2.C.de ſedit.in fin. & Gondiſ. de hæret.q.24. Rectè dicunt (legitimè condemnetur) quia ut monet idem Gondiſ. cit.n.2. non aliter civitas ob hæreſim deſtrui, & comburi poteſt, niſi præcedat ſententia Principis ſupremi, qualis eſt Sum.Pontifex. Ita Tiber.Decian.tractat. crimin.lib.5.cap.50. n.2. qui addit, quanvis punita foret civitas, v. g. privata nomine civitatis, & omnibus privilegijs, & facultatibus ipſi conceſſis, imò redacta in cineres, adhuc poſſe ſingulos omnes de civitate, de hæreſi convictos poſci ad ſingulare ſupplicium. Apud Budæum in annot.parte 2.in lib.3.ff.ad l. Iul. majeſt. exercitus, qui & ipſe Vniverſitas quædam eſt, ſi nolit pugnare, & Imperatorem offendat, reus eſt criminis, quod imbellia vocatur, & quandoque ſubit pœnam decimationis, nempe ut ipſo in aciem inſtructo decimus quique miles occidatur. Hanc pœnam indixiſſe Appium Claudiũ Conſulem refert Liuius ab V. C. lib. 2. Apud Decianum cit.lib.7.cap.8.n.15. ſi civitates crimẽ rebellionis committant, per conſtitutionem Bullæ aureæ ſub tit. de conſpirationibus, pariter & univerſitates (Intelligo Academias) centum librarum auri, & privationis libertatum ac privilegiorum pœnam incurrunt.

Cenſura lata in Academiam.

44 Quid de cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis? poteſt ne Academia, ut Vniverſitas eſt, illis ſubjacere? Eſt quæſtio latè diſcuſſa à Theologis & Canoniſtis in materia de cenſuris: idcirco à nobis hic breviter decidenda. Dico igitur, Vniverſitas quà talis poteſt ſuſpendi, & interdici, non tamen excommunicari. Quod ſuſpenſio in Vniverſitatem, ſeu communitatem poſſit cadere, tradit Suar.de cenſ.d.28.ſect.3.n.2. & 3.& habetur in cap.unico.Ne Sede vacante in 6.ſumitur ex cap.Romana, & cap.Si ſententia, de ſent.excomm.in 6.& Trident.ſeſſ.24. cap.16. Addo ex eodem Suar. n.5. Capitulum (& idem eſt de quacunque Vniverſitate Eccleſiaſtica) ſuſpendi poſſe non ſolum quatenus unum corpus politicum eſt, ſed etiam ita ut ſinguli à ſuis proprijs & perſonalibus officijs, aut beneficijs ſuſpendantur. Ratio eſt, quia delictum Capituli ita proprium eſſe poteſt, ut per ſingulares perſonas exerceatur. Deinde quòd interdictum poſſit ferri in Vniverſitatem quà talem, affirmant unanimiter authores ex cap.ſi ſententia, de ſentent. excom.in 6. & ratione, quia neque ex parte cõmunitatis tali pœna afficiendæ, neque ex parte juris aliud decernentis aliquid obſtat. Denique quòd Vniverſitas excommunicari nequeat, expreſſum eſt cap.Romana §.In Vniverſitatem, de ſent.excom.in 6. Ratio hujus deciſionis videtur eſſe eadem, ob quam Vniverſitas nequit affici ignominia apud Menoch.de Arbitr. lib.2. cent. 2.caſu 183.n.15. ſcilicet quia eſt corpus quoddam fictum, teſte Iaſone l.ſi quis maior n.7. Cod.de tranſ.ex l.mortuo ff.de fidejuſſ. Non diſſimilem reddit Decian.cit.lib.5.cap.50.n.7.quia Vniverſitas (inquit) tanquam corpus ſeparatum à ſingulis non habet animam, & ideò ligari non poteſt. Magis theologicè redditur à Suar. cit. d.18. ſect.2. num.2. & 3. Quia excommunicatio privat bonis perſonalibus, & ideo ſemper fertur in delinquentes perſonaliter: punitio autem communitatis fertur in bona communia, & nõ ſupponit omnes illius perſonas delinquentes. Hoc non obſtante Gloſ.penitus ad cap.Romana, cit. apud Stephan. Daoyz v. Vniverſitas, dicit Vniverſitatem non debere excommunicari, ſi tamen excommunicetur, tenere excommunicationem.

Ignominia nequit affici Vniverſitas.

45 Quid de pœna, quam Imperatores conſtituunt violenter invadentibus res apud fiſcum depoſitas. l. Si quis in tantam C. de vi. nimirum quòd ſi earum rerum dominus ſit invaſor, reddat earumdem poſſeſſionem, & amittat dominium: ſi invaſor non ſit dominus, reſtituta poſſeſſione, amittat earumdem æſtimationem: poteſt ne Vniverſitas hujuſmodi pœnam ſubire? Affirmativam partem, quam vocat communem Pariſ.conſ.21.nu.30. lib.4. benè ex Cyn. Alber. Bart. & alijs defendunt Afflict. deciſ.376.n.1.Dec.conſ.221.n.2. Ruin. conſ.107. n.4.lib.5. Natta conſ.88. nu.9.lib.1. Corn. conſ. 224.n.13. lib.4. quibus adhæret Menoch. de remed. recup.poſſeſſ.rem.9.nu.125. Probant ex l. ſemper §. 2. ff. quod vi aut clam. Procedit hæc reſolutio juxta ſuperiùs dicta, quando Vniverſitatis

Pœna violentiæ incurritur ab Academia.

tatis

Digitized by Google

tatis homines, ſeu concilium, quod refert totam Vniverſitatem, animo deliberato, ſolemni præcedente deliberatione, poſſeſſionem occupaverint. Illam extendunt citati authores, ut locum habeat, etiam quando factam occupationem per particulares homines, Vniverſitas ratificavit tanquam ipſius nomine factam. Intelligitur autem talis ratificatio 1. ſi Vniverſitas per aliquod tempus permaneat in poſſeſſione illa per alterum invaſa, & occupata. 2. ſi facta occupatione nomine Vniverſitatis, ipſa toleret, ac non puniat occupatorem, cum poſſit. His videtur diſſentire Natta conſ.83.n.20.lib.1. Dū aſſerit, etiāſi Vniverſitas ſe lætam oſtendat ob delictū cōmiſſum ab aliquo de Vniverſitate, non teneri. At intelligendus eſt, quando nulla intervenit conjectura, quod nomine Vniverſitatis geſtum ſit: & in hoc ſenſu prædictis conſonat.

DISPVTATIO II.

De fundatione, & extinctione Academiæ.

46 ORDO doctrinæ ut ſit optimus, ſequi & imitari debet ordinem naturæ: ſic enim ſcriptores tractabunt ordinatè de rebus ut ſunt, & exiſtunt. Res accepta quoad eſſentiam, ſeu in ſuo eſſe poſſibili (ut philoſophicè loquar) prior eſt quàm accepta quoad exiſtentiam, ſeu in ſuo eſſe actuali. Expoſui Academiam ſcrutando illius rationem formalem, ſeu eſſentiam, tum definiendo ex principijs intrinſecis, tum declarando ex conſenſu & operatione, quæ ſunt quaſi extrinſecæ proprietates quidditatis indices: ſequitur ut Academiæ exiſtentiam manifeſtem: quod facile præſtabo exponens fundationē, & extinctionem, proindeque incipiendi ac deſinēdi cauſas.

QVÆSTIO I.

Ad quemnam ſpectet Academiam erigere, & protegere?

Academiæ fundatio ad quem ſpectet.

IN hac quæſtione, prima & præcipua difficultas eſt expendere, ſitne peculiare munus ſupremæ poteſtatis, Academiarum erectio, ſeu fundatio, ita ut ſolus Princeps ſupremus, ſive Eccleſiaſticus, ſive laicus poſſit Academias, ſeu ſtudia generalia erigere, & fūdare: Pro parte negativa facit 1. quia Academiæ fundatio in tantum ſpectaret ad ſupremam poteſtatem, in quantum Academia Vniverſitas eſt: at qui ſi non omnis Vniverſitas, ſaltem aliqua poteſt fundari per poteſtatem non ſupremam: Collegium enim Vniverſitas eſt juxta leg. 1. ff. quod cujuſque Vniverſ. & tamen fundari ſolet per poteſtatem non ſupremam, qualis eſt Epiſcoporum, imò per privatam; cum frequenter privati homines fundent religioſis monaſteria & conventus; ergo etiam poterunt fundare Academias. Facit 2. nam ideo Academiæ erectio pertineret ad ſolum Principem ſupremum, quia in Academia tanquam in Republica litteraria dari debent leges quibus gubernetur, & litterarij gradus, quibus ſtudioſi inſigniantur: at qui leges tam civiles quàm Eccleſiaſticæ poſſunt condi per poteſtatem non ſupremam, ut nos olim tradidimus tract. de leg. q. 5. art. 4. & quæſt. 6. a. 4. & 5. deinde per eandem poſſunt conferri gradus litterarij, ut alibi oſtendemus; ergo hujuſmodi poteſtas ſufficiet ad cōdendum Academias.

47 Facit 3. quia Epiſcopus Princeps ſupremus non eſt: & tamen fundare poteſt Academiam, ſeu ſtudium generale; ergo &c. Suadetur minor, nam juxta Sanchez lib. 7. Matr. d. 1. num. 9. quidquid poteſt Pontifex in univerſa Eccleſia, poteſt Epiſcopus in ſua diœceſi niſi Pontifex ſibi reſervet: unde poſſet impedimenta dirimentia matrimonium ſtatuere, ſi Pontifex ea ſibi non reſervaret: cum igitur conſtet poſſe Pontificem erigere Academias, & non conſtet ſibi reſervaſſe hanc poteſtatem, videtur dari in Epiſcopo. Facit 4. quia non videtur eſſe minor poteſtas gubernandi Academiam, quàm illam de novo excitandi & condēdi: ſed Generalis Societatis Ieſu, qui ſuprema poteſtate non fungitur, Academias a noſtris gubernandas poteſt acceptare, ut ex 4. p. Conſtit. c. 11. §. 2. probat Suar. to. 4. de rel. lib. 2. cap. 28. n. 6. ergo ſuprema poteſtas ad excitandum non requiritur. Facit 5. quia ſupremi Principis eſt approbare Academias in ſuis ditionibus erectas, & fundatas: ſed illa approbatio ſupponit fundationem; ergo Academiæ fundatio tunc intelligitur facta abſque ulla poteſtate ſuprema.

Epiſcopi poteſtas in condendis Academijs.

48 Nihilominus ſententiam affirmantium, ad ſolum Principem ſupremum, ſive Eccleſiaſticum, qualis eſt Papa, ſive laicum, qualis eſt Imperator, Rex, & quicunque non recognoſcens ſuperiorem in temporalibus, pertinere erectionem & fundationem Academiarū, rectè defendunt S. Thomas tract. cōtra impugnātes religionē, Gloſ. ad §. Itē quoad dictas duas

Principis ſupremi eſt Academias condere.

partes ad verbum Vniverſitates, de collatio. In pragmat.ſanct. Ariſtot.10.Ethic. Batt. Bald. & alij communiter in procem.ff.§.tria,& in Auth. habita, & in Clem.Dudum §.ab olim. Renat. Chopin.lib.3.de doman.Franciæ tit.27.pag.581. Camillus Bortellus de præſt.Regis Cath. c. 34. per totum,& c.40.n.200.Franc.Marc.deciſ.349. num.1.Oſual.17.com.cap.20.lit.k.Natta vol.4. conſ.657.num.1. Geminian.ad cap. 2. de privileg. in 6. & multi alij, quibus relatis ſubſcribunt Ramirez tractat. de lege Regia §. 26. num.66. Petrus Gregor. de Rep. lib. 18. cap. 5. num.1. & lib. 15. ſyntag. cap. 32. num. 9. Alphonſus de Eſcobar tract. de juriſd. Academica cap.21.num.37. Eandem ſententiam innuit Barb. de poteſt.Epiſcop.p.3. alleg.56. num.22. quatenus cum multis tenet ſtudium generale dici illud, quod eſt erectum & inſtitutum per Papam, Regem,ſeu Principem.

Poteſtas ſuprema in erectione Academiæ.

49 Suadetur 1. ex reſcripto Antonini Pij,de quo mentionem fecit Modeſtinus l.ſi duas §.1.de excuſ. tut. ubi declaratur ad Principem pertinere deſignare uniuſcujuſque civitatis ſtudia, & profeſſores. Suadetur 2. Nam Academiæ erectio & inſtitutio eſt cauſa publica maximè conducens ad utilitatem, & ſplendorem communem regni: ſupremæ autem poteſtatis eſt attendere ad has valde communes cauſas, & veluti ſuprema negotia, a quibus valde pendet bona totius principatus adminiſtratio,imò & conſervatio. Suadetur 3. quia in omni perfecta Academia duo intervenire debent, quæ a ſola ſuprema poteſtate poſſunt emanare, alterum eſt tribunal Academicum, juxta leg. unic. Cod. de ſtudijs liber. urb. Rom. lib. 11. ubi appellatur auditorium Principis, & authore Tholoſano lib. 18. capit. 5. num. 1. eſt locus judicij, ubi Principis authoritate cauſæ & lites deciduntur. Alterum poteſtas conferendi gradus litterarios, quæ ſolius Principis ſupremi eſt, ut alibi ex profeſſo dicemus; ergo ſolus Princeps Academias poteſt condere. Accedit, quia plus eſt condere Academiam, quàm erigere de novo tribunal: ſed nullus ſæcularis Princeps ſuperiorem recognoſcens poteſt erigere novvum tribunal: cum in tribunali per juriſdictionem a ſupremo Principe derivatam lites dirimantur; ergo ad ſolum ſupremum ſpectat condere Academiam.

Tribunalis erectio.

Militiæ inſtitutio eſt Principis.

50 Suadetur 4. a ſimili, nam eodem modo ſe habet inſtitutio Reipublicæ militaris, atque Reipublicæ litterariæ, nempe ſtudium armorum,atque ſtudium librorum: ſed ſupremæ poteſtatis eſt Rempublicam militarem inſtituere,ſicut & politicam,qualis eſt civitas,ut probant Iuriſprudentes ex l.unica C.ut armorũ uſus lib.11.& l.3.ver.eadem lege ff.ad legem Iul. majeſt. Penna ad d. l. unic.ver.in conſultis col. 1. Balthazar Ayala de jur. & offic. bellic. lib. 1. c.1. §.4. Covarr. regul. peccatum 2.p. §.9. n.1. Marta de juriſd. 1.p. cap.39. Sixtin. de regalib. lib.2. c.1.n.16. Cattald.de Imperat.q.110. nu.112. Zechius de princip.lib.4.cap.5. num.4. Bottel. de præſt. Regis c. 32. num.6. & cum multis alijs Ramirez tract.de leg. Reg. §.26. num.64. ergo ſimiliter poteſtatis ſupremæ eſt inſtituere Rempublicam litterariam, qualis eſt Academia,præſertim quia neque ſunt levioris ponderis,neque minus conferunt ad utilitatem publicam litterarum, quam armorum ſtudia. Accedit ſimilitudo alia inter nundinas & ſcholas, nam ſicut in illis fit publicus conventus hominum ad vendendum & emendum, ita in his fit publicus concurſus ad docendum & diſcendum:ſed concedere nundinas in aliquo loco eſt poteſtatis Regiæ,& ſupremæ l.1. de nũdinis l.unic.C.eod. Gail obſer.60.n.24.lib.1. Sixtin.de regul.lib.1.c. 6.n.31. Gravet.in ſchol.ad concl.60. & Petra de poteſt.princ. c.10. num.28. verſ.219. Sicut protegere & defendere venientes ad tales nundinas,ut tenent Petrus Pecchi tract. de jur.Siſten. cap.10. num. 2. Socin. junior conſ. 61. num.13. & Menoch. conſ. 302. num. 33. vol. 4. ergo ſimiliter ad ſupremum Principem ſpectabit Academiarum inſtitutio & protectio.

Nundinarum indictio ad Regem ſpectat.

Academiarum fundatores qui.

51 Suadetur 5. inductione, quæ longam conſuetudinem, & praxim induxit. Nam 1. Mach. 1. (Et ædificaverunt gymnaſium Ieroſolymis)ſermo eſt de Principibus ædificantibus. Et quidem ab Ezrâ fuiſſe Academiam Iudæorum inſtitutam, tradit Petrus Greg. de Rep. lib.12.cap.5. num.20. Quod Ninias Aſſyriorum Rex Semiramidis filius nova gymnaſia, & ſcholas condiderit, memoriæ prodidit Beroſus, qui lib.5. ſcribit Salonem Celtarum Regẽm in Germania Academias inſtituiſſe. Apud Tholoſanũ lib.18.c.2.n.13.David,Ioſaphat Iudæorũ Reges,Salmanazar Aſſyriorum, Artaxerxes Perſarum,& alij Reges ſtudia generalia condiderunt. Tempore Semiramidis Sarron regnans apud Celtas,ut ferociam hominum contineret,publica erexit litterarum ſtudia, teſte Beroſo lib.5. Ethelvolfus Anglorum Rex(ſi credimus Polydoro lib.5.anno 847.)Romæ ſcholam ab Offa Merciorum Rege conditam inſtauravit.Hipparchus Piſiſtrati tyranni filius Academiam Athenienſem muro ſepſit.Fridericus II. Imperator Academiam Neapolitanam, authore Collennerio lib.4.condidit.Carolus Magnus Imperator plures in orbe Scholas, advocatis undequaque doctoribus cum ampliſſimis ſtipendijs erexit, & anno 791.Pariſienſem Academiam excitavit, ut narrat Aventinus lib.3.Alphonſus IX.Hiſpaniarum Rex ex Gallis & Italia ſapientibus accitis fundavit Placentiæ Academiam omnium bonarum artium altricem, ut refert Toletan. lib. 7. rerum Hiſpan. cap. 34. Fridericum II. Cæſarem fundamenta poſuiſſe Gymnaſij Vienneníis, anno 1237. quod poſtea renovavit Alber-

Digitized by Google

Albertus Archidux anno 1356. ac tandem Rodulphus Quartus perfecit anno 1366. memorat Henricus de viris illuſtr. parte 2. Bononienſem Academiam à Lotario fundatam tenet Bart. citat. ad d. §. & hæc tria num. 3. Denique in Luſitania noſtra duas celeberrimas fundarunt Academias, alteram Conimbricæ Rex Dionyſius, alteram Eboræ Rex Cardinalis Henricus. Qui plura cupit, adeat virum eruditiſſimum Petrum Gregor. de Republ. lib. 18. cap. 7. & Camillum Bortelum de Reg. praſt. cap. 40. ubi omnia fere ſtudia generalia totius orbis ſigillatim recenſet, & a num. 12. de Salmanticenſi.

Collegij erectio.

52 Supereſt ut ſatisfaciamus argumentis pro parte negativa adductis. Ad 1. negamus poſſe Vniverſitatem aliquam propriè dictam fundari authoritate privata: & quidem erectionem collegij egere ſupremi Principis authoritate, probat ex l. 1. de colleg. illic. & cap. fin. de relig. dom. cum multis Alphonſus de Eſcobar cap. 21. & nos ex inſtituto oſtendemus lib. 10. Privati enim quando fundant monaſteria & conventus, ſolum concurrunt ad illorum materialitatem ſuppeditando pecuniam ad ædificia & ſuſtentationem, regulares autem Summi Pontificis authoritate concurrunt ad formalitatem, qualis eſt juriſdictio, leges, ac vivendi ratio, ſine quibus myſticum corpus moraliter non coaleſcit. Epiſcopus erigere poteſt, ac debet collegia Seminariſtarum, juxta formam Tridentini ſeſſ. 23. cap. 18. non propria, ſed Concilij authoritate. Ad 2. patet ex num. 49. potiſſima ratio, ob quam Academia perfecta pendeat a ſuprema poteſtate, nempe quia inſurgere nequit ſine tribunali, legibus, ac facultate graduandi: quicunque autem habet poteſtatem ferendi leges, & conferendi gradus, vel eſt Princeps ſupremus, vel ad hoc illam participat. Et quidem Alphonſus de Eſcobar cap. 30. §. 2. dicit Epiſcopum habere poteſtatem graduandi non à ſe ipſo, ſed a Pontifice. Sed nos de hoc puncto latiùs lib. 6.

Graduandi & legiſlandi poteſtas.

Epiſcopi poteſtas in condendis Academijs.

53 Ad 3. exiſtimo, quanvis ſine authore, quem viderim, poſſe Epiſcopum erigere Academiam Eccleſiaſticam, ſed imperfectam, nempe ſtudium generale ſine tribunali, & facultate graduandi: non poſſe tamen erigere Academiam perfectam, qualem deſcripſi num. 12. Licèt enim fatear poſſe Epiſcopum in ſua diœceſi quidquid poteſt Papa in tota Eccleſia, niſi id Papæ ſit ſpecialiter reſervatum, credo tamen erectionem Academiæ perfectæ eſſe reſervatam Pontifici ex conſuetudine legitimè præſcripta: cum ſemper Epiſcopi volẽtes fundare Academias petant facultatem a Sum. Pontifice, ſicut petijt ſereniſſimus Henricus Cardinalis Archiepiſcopus, ut fundaret Eborenſem. Sufficere autem conſuetudinem ut talis poteſtas reſervetur, tradit Sanch. lib. 7. Matr. d. 1. n. 9. ubi ait ſola conſuetudine fuiſſe reſervatam potentiam ſtatuendi impedimenta dirimentia, & diſpenſandi in quinque votis reſervatis. Ad 4. dicimus longè minorem eſſe poteſtatem gubernandi, quàm erigendi Academiam: gubernare enim ſpectat ad miniſtros Principis, fundare ad ſolum Principem: ut eſt perſpicuum in adminiſtratione & fundatione cujuſcunque civitatis. Ad 5. quando dicitur ſupremi Principis eſſe approbare Academias, ſermo eſt de approbatione authentica, ſeu habente vim condendi & inſtituendi, quæ proinde non ſupponit Academiam conditam, ſed condit ac inſtituit: eo modo quo interpretatio juris authentica condit novum jus, & approbatio legis, quam ſupremus Princeps impendit, legem ipſam interdum ſtatuit, & condit.

Protector Academiæ quis.

54 Secunda difficultas eſt ad quem nam ſpectet Academiam protegere, ſeu defendere: Ex Auth. Habita C. ne filius pro patre, quam in favorem ſcholaſticorum addit Fridericus Imperator, rectè arguitur ſupremi Principis eſſe Academias, & in eis ſtudioſos protegere. „ Noſtram (inquit Imperator) laudem & „ protectionem omnimodo merentur, quorum ſcientia totus illuminatur mundus. Spectat igitur protectio ſtudioſorum, ſive docentium, ſive diſcentium, ex quibus effloreſcit Academia, ad Principem. Suadetur ratione, nam ad eum qui creavit, rei creatæ conſervatio, defenſio, & protectio incumbit: ſic ſolus Deus, qui de nihilo Angelos creavit, eos conſervare, protegere, ac defendere poteſt: atqui ſolus Princeps ſupremus Academiam creare poteſt, ut vidimus in prima difficultate; ergo ſolus poteſt conſervare ac protegere: eſt enim magna affinitas inter creationem phyſicam, & moralem.

Confirmatur, quia ut ex Auth. citata probat Tholoſ. lib. 18. cap. 7. n. 13. & Horat. Lucius lib. de privil. ſchol. priv. 52. Academiæ protectio conſiſtit præcipuè in eo quòd privilegia ſtudioſorum ſerventur, ita ut illi tutò verſari poſſint in Academia, ſint eundo & redeundo ſecuri, tam ipſi quàm eorum nuncij, ſint exempti a jure repræſaliarum, ſeu clarigationis, habeant fidem publicam, ſeu ut vulgus loquitur, ſalvum conductum, & ſic de ſimilibus: ſed hæc omnia præſtare ſolius ſupremæ poteſtatis eſt; ergo ſolus Princeps ſupremus poteſt protegere. Accedit quòd apud Rebuffum dicunt Salicetus & Bolog. omnes in interpret. citatæ Auth. verb. Noſtram laudem, ſuſcipiendam eſſe protectionem ſcholaſticorum, ſi opus fuerit, manu militari: milites autem cogi, conſcribi, & pugnare non poſſunt niſi interveniat ſupremi Principis authoritas.

Vide plura de protectione apud interpretes ad Rubricam Codicis de domeſt. & protect. lib. 12.

QUÆSTIO II.

Quid poſſit Summ. Pontifex in Academijs erigendis, & approbandis.

Pōtificis poteſtas in erigendis, & approbādis Academijs.

55 SErmo nobis erit de Academia tam Eccleſiaſtica quàm laica, & utriuſque per Pontificem erectione atque approbatione, ſive in ditione temporali & ſpirituali ipſius Pontificis, ſive in territorio Principis ſæcularis. Certum eſt 1. poſſe Summ. Pontificem in ſua ditione temporali erigere Academiam ſive Eccleſiaſticam, ſive laicam. Habetur cap.2. de privileg. & ratione, quia in terris ſuæ ditionis temporalis hàbet Pontifex ſupremam poteſtatem Eccleſiaſticam & laicam, cujus eſt Academias condere. Certum eſt 2. in omnibus Eccleſijs Cathedralibus, Collegiatis, & Parochialibus Romanæ Eccleſiæ ſubditis poſſe Papam ſtudia erigere, & magiſtros clericos ad eruditionem clericorum, & ſtudioſorum pauperum conſtituere in omnibus ſcientijs, & ex redditibus Eccleſiaſticis alere. Sic enim factum in Concilio Lateranenſi refertur capit. 1. per totum, de magiſtris. Erunt autem hujuſmodi Academiæ Eccleſiaſticæ, juxta ea quæ reſolvimus diſp.1.q.2.n.17. Certum eſt 3. quanvis ad conſtituendam Academiam laicam in regno cujuſcunque Principis ſæcularis, non ſit neceſſaria Pontificis authoritas, ſeu approbatio, ut rectè docent D. Antonin. 3.p. tit.5. c.2. §.1. & Camil. Borrel. de præſt. Reg. c.34. eam tamen valde conducere ad augmentū & conſervationem ſtudij, ut ex infra dicendis apparebit.

Academiæ laicæ fundatio per Papam.

56 Prima difficultas eſt, an poſſit Sum. Pontifex in terris Principis ſæcularis, eo invito, fundare Academiam laicam? Pro parte affirmativa facit 1. quia Concil. Trident. ſeſſ. 22. de reform. cap.8. commendat Epiſcopis viſitanda collegia quæcunque pia, etiam quas ſcholas, ſive quocunq; alio nomine vocant: quibus videtur innuere ſcholas, ſeu Academias omnes pias eſſe, & hac ratione Pontifici ſubeſſe, ut inſtituantur, & gubernentur. Facit 2. quia ad Papam tanquam ad ſupremum Eccleſiæ totius Magiſtrum ſpectat providere ipſi Eccleſiæ de doctrina & ſcientijs, quibus fideles imbuantur & informentur, præſertim ſi ſermo ſit de ſcientijs ſacris, qualis Sacra Theologia, & Ius Canonicum. Vnde Pius IV. in Bulla quæ incipit In ſacroſancta, expedita Anno 1564. Idibus Novem. præcipit ut quicunque docturi in ſcholis, faciāt publicè profeſſionem fidei, etiam ſi ſint laici in ſcholis laicis; ergo videtur ubicunque inter fideles poſſe inſtituere Academiam laicam, utpote fontem totius doctrinæ.

Nihilominus dicendum eſt non poſſe Papam abſolutè in ditione temporali Principis ſæcularis, eo invito Academiam laicam inſtituere, niſi id poſtulet cauſa religionis. Ita ſentiunt Baſilius Ponze de Matrim. lib. 5. cap. 12. §. unico, Suar. lib. 3. contra Regem Ang. cap. 5. a num. 8. & expreſſè Alphonſus de Eſcobar cap.21. num. 96. Sumitur ex cap. de quibuſdam 37. & Clem. 1. de Magiſtris. Ratio eſt, quia ſupremus Princeps laicus nullum ſuperiorem recognoſcit, nec ipſum Pontificem in temporalibus, in quibus proinde à nemine invitus cogi vel impediri poteſt, & nemo illi in temporalium adminiſtratione prævalere: inſtitutio autem, ſeu fundatio Academiæ, eſt cauſa politica & temporalis, communiſque qualitas cauſa ſtudiorum laicis & clericis. Nam finis præcipuus ſtudiorum eſt, ut evadant viri docti in omnibus facultatibus, qui poſſint Rempublicam feliciter regere, & ſupremis Principibus aſſiſtere. Dixi (niſi id poſtulet cauſa religionis) quia interdum poteſt imminere diſcrimē Catholicæ fidei ac religioni ob ignorantiā ex defectu & penuria ſtudiorum generalium, in quo eventu Pontifex ſuprema poteſtate Eccleſiaſtica, prævalente laicæ, poteſt ſæcularem Principē cōpellere ad condēdam Academiam, vel illo monito nolente, vel negligente, condere.

57 Ex dictis patet ſolutio ad primū pro parte affirmativa; nam Tridentr. loco citato commendans Epiſcopo viſitationē ſcholarum, intelligitur de Eccleſiaſticis & pijs, ut innuunt verba ſequentia: Non tamen quæ ſub
„ Regum immediata protectione ſunt, ſine
„ eorum ſcientia. Quam exceptionem Scobar citatus n.59. nulla alia ratione factam putat, niſi quia dictæ Vniverſitates, utpote res principaliter laicæ ad viſitationem & gubernationem laici Principis ſpectant. Ad ſecundum fateor Sum. Pontificem habere ſupremam poteſtatē in doctrina fidei & religionis, directè quidē, & in omni alia indirectè, quatenus impedire poteſt, ne adverſetur fidei ac religioni, & hac ratione ſicut præcipit fidei profeſſionē docturis publicè quācunque ſcientiam, ita poteſt præcipere inſtitutionē Academiarū, & ipſe quādoq; inſtituere.

Papa an poſſit eximere ſcholaſticum a iuriſdictione Principis.

58 Secunda difficultas eſt, Vtrum in Academijs laicis poſſit Papa ſtudioſos laicos a ſæculari Principis juriſdictione eximere, ipſo Principe non aſſentiente, quādo neq; fidei, neq; religionis cauſa interveniat? Negādū eſt ex dictis, cū citatis authoribus. Patet, quia Pontifex nequit detrahere juriſdictioni laicæ Principis, niſi per poteſtatem indirectam, quādo id expedit bono ſpirituali Eccleſiæ: at ſcholaſtici laici ita ſubjacent juriſdictioni Principis ſæcularis, ut ob præciſam rationem ſtudiorum ad Eccleſiaſticā pertinere nequeant. Studia enim ob id ſolum quod ſtudia ſint, piæ cauſæ non cenſentur, ut cum Bald. docet Petrus de Vbaldis in tract. 2. carm.

quæſt.

Studium ... non eſt.

quæſt. 14. num. 24. Barbat. vol. 4. conſ. 1. num. 3. Abbas ad cap. 1. de in integ. reſt. num. 15. Tiraquel. de privileg. piæ cauſæ in præf. ver. Item relictum & Marant. 6. part. 2. act. prin. num. 85. Confirmatur, nam ut multis probat Baſilius de Leon lib. 5. Matr. cap. 12. §. unico numer. 14. juriſdictio in Scholaſticos laicos, quam in Salmantina Academia habet Magiſter Scholæ, ideo eſt laica, quia procedit a Principe ſæculari, quaſi a Pontifice egredi non potuiſſet; ergo ſignum eſt quòd Papa ſcholaſticum laicum a juriſdictione Principis ſæcularis directè eximere nequeat.

Approbatio Pontificis non reddit Academiã Eccleſiaſticam.

59 Tertia difficultas eſt, utrum ſola Pontificis approbatio Vniverſitatem natura ſua laicam, reddat Eccleſiaſticam? Affirmant Gutierrez 1. canon. cap. 36. & de Gabellis lib. 7. q. 95. num. 20. Azevedus l. 10. num. 25. tit. 1. lib. 4. Recop. Garcia de benef. 5. part. cap. 1. a num. 604. Barb. de pot. Epiſt. alleg. 75. num. 21. & alij. Oppoſitum tamen verum eſt, & vocatur evidens ab Alphonſo de Eſcobar cap. 21. nu. 105. innuitur a Marta de juriſd. 4. part. caſu 113. „ num. 17. his verbis: Nec refert (inquit) quod „ hujuſmodi fraternitates ſint erectæ ex autho„ritate Pontificis; quia authoritas Pontificia „ facit ut collegium dicatur licitũ, ſed nõ facit „ quòd ſit locus pius. Probatur, quia Pontifex nequit juriſdictioni Eccleſiaſticæ ſubjicere Academiam laicam, niſi ex cauſa religionis, ut cõſtat ex n. 57. & 58. ſed hic ceſſat hujuſmodi cauſa; ergò etiam poſt Pontificiam approbationem Vniverſitas laica manebit. Confirmatur, nam dupliciter poteſt authoritas Pontificis conſiderari, 1. ut rem ipſam, cui Pontifex authoritatem impendit, erigat in ſpiritualem, prout evenit in Eccleſiarum & Capellaniarum fundationibus, quas collativas vocant, & hæc conſideratio in noſtro caſu non habet locum. 2. non ut rem ipſam in ſpiritualem erigat, ſed dum examinat, an quid adverſum moribus contineat, vel ut privilegia, aut redditus Eccleſiaſticos largiatur, aut quid ſimile: ut contingit in librorum publicatione, collegiorum erectione, & Academiarum fundatione, qui eſt noſter caſus: & tunc Pontificia authoritas, ſeu approbatio non facit Academiam Eccleſiaſticam, nec id Pontifex intendit, ſed ſolum facit licitam.

Approbatio Academiæ per Pontificẽ quos effectus habeat.

60 Quarta difficultas eſt, quos effectus pariat in Academijs laicis Pontificia approbatio, ut hæc meritò peti ſoleat a Principibus. Quinque invenio præcipuos. 1. effectus eſt, ut Academia, quam ſæcularis Princeps excitavit, non ſolum generalis ſit in ſua temporali ditione, ſed etiam in tota Eccleſia. Quia nullus Princeps extra ſuam ditionẽ poteſt cõdere ſtudium generale; nam extra territoriũ jus dicenti impune nõ paretur. l. fin. ff. de juriſd. deinde nullus Princeps in aliũ ſupremũ habet poteſtatem. l. ille a quo 13. §. tempeſtivũ ad Trebell. Pontifex autẽ in omnibus regnis & principatibus Chriſtianis poteſtatem habet. Cap. cuncta per mundũ 9. q. 3. Ex quo fit ut ſtudiũ a Pontifice tanquã generale approbatũ, in tota Eccleſia cenſeatur generale. Hunc effectum in ſpecie tradunt Petrus Gregor. de Repub. lib. 18. cap. 3. nu. 8. & Immola Clem. dudum, de ſepulturis num. 12. ad fin. Vnde talis effectus eam affert utilitatem, ut laureati in ſimili Academia per Pontificem approbata poſſint in aliorum Principum regnis docere Theologiam, & jus canonicũ, item quòd hujus Academiæ gradus (cæteris concurrentibus) valeant ad honores Eccleſiaſticos & beneficia comparanda, ad quæ deſiderãtur graduati in ſtudio generali. Ad munera autem ſeu officia merè laica, item ad docendum jus civile ac Regiũ, benè exiſtimat Eſcobar cap. 21. n. 108. nihil operari dictam approbationẽ, niſi ex conſenſu Principis ſupremi uniuſcujuſque regni, quo conſenſu accedente idem eſſet, quanvis deeſſet Pontificis approbatio.

61 Secundus effectus eſt, ut clerici ſtudioſi Scholæ Magiſtro in Academia Salmanticenſi licitè ſubjiciantur, & indiſtinctè in omnibus cauſis. Quod procedit de hujuſmodi ſubjectione erga ſimilem conſervatorẽ in alijs Academijs. Nam licèt jure cõmuni in cauſis Vniverſitatis, ſeu profeſſionẽ reſpicientibus juriſdictio Regia videatur ſufficere, ut docet Bobad. lib. 2. cap. 18. num. 214. & eſt l. fin. Cod. de juriſd. ubi Barth. & cæteri, tamen in cauſis clericos reſpicientibus ut ſingulos, ſatis dubium eſt an judex Academiæ laicæ etiam clericus poſſit cognoſcere, maximè ſine conſenſu prælati ex cap. ſignificaſti, de foro compet. de quo latè Abbas d. quæſt. 6. a num. 8. Quod omninò ceſſat accedente Pontificia approbatione: nec ulla prælati facultas exigitur ad prorogationem juriſdictionis: ſiquidem Pontifex eos omnino ſubmittit prædicto conſervatori, & eximit ab omni alio judice. Hinc etiam licitum manet juramentum, quod ſingulis annis poſtulatur ab ſtudioſis, de obediendo Rectori, quod ſine licẽtia prælati licitè non præſtaretur, ſi Academia a Pontifice approbata non foret. *Subjectio clericorũ in Academia laica.*

62 Tertius effectus eſt, ut Academia valeat licitè percipere Eccleſiaſticos redditus, ex quibus alitur, quos Principis conceſſione habere non poſſet. Hic tamen non tam approbationis effectus eſt, quàm ratio ob quam ſæcularis Princeps approbationem a Pontifice ſupplicare ſolet. Quartus effectus eſt apud Alphonſ. cit. c. 21. a n. 116. ut clerici etiam beneficiati & religioſi, liberè ad ſtudia poſſint migrare, neque à ſuis prælatis detineantur, & ut leges & phyſicam poſſint audire, & docere: quæ omnia cum ligentur canonicis prohibitionibus, de quibus in cap. ſuper ſpecula, ne clerici vel Monachi c. 2. eod. tit. in 6. neceſſariò Pontificiã diſpẽſationẽ requirũt, nec Regis ulla in id poteſtas *Redditus Eccleſiaſtici in Academijs.*

 eſt.

eſt. Vide Horat. Lucium privil. 100. limit. 1. Carolum de effect. cleric. effect. 29. a n. 1. & Barb. de pot. Epiſc. 3. p. alleg. 50. n. 47. Quintus effectus eſt ad tollendam controverſiam, an ſtudioſi beneficiati fructus beneficiorum valeant in abſentia percipere, ex privil. cap. fin. ad fin. de Magiſtris, ſi deficiat hæc approbatio in ſtudio generali. Quanvis enim poſſit defendi abſque expreſſa approbatione ſufficere tacitam, ſive præſumptam Pontificis, aut conſuetudinem, ut latè probat Lucius cit. priv. 100. tamen privilegium hoc indubitatum manet, ſi Academia per Pontificem approbatur. Vide Garciam de benef. 3. p. c. 2. a n. 54. Gratian. diſcep. foren. cap. 166. num. 15. & Azotium tom. 2. Inſtit. moral. l. 7. c. 4.

QUÆSTIO III.

Quo in loco Academia fundari, & qua ex cauſa transferri debeat?

Locũ deſignare ſpectat ſupremi Principis eſt.

63 SIcut ad Principem ſupremũ pertinet (ut diximus n. 48.) Academiã fundare, ita ad eundem ſpectat deſignare locum, in quo illa excitari poſſit, ac debeat. Ita ex l. ſi duas habent §. eſt autem ff. de excuſat. tutor. rectè deſumit Petrus Greg. de Rep. lib. 18. cap. 6. n. 3. Ratio eſt 1. quia omnia loca intra Principis territorium, eidem ſubjacent in ordine ad commune bonum ſive politicæ, ſive litterariæ Reipublicæ, ut quẽadmodum ſolus poteſt deſignare locum urbibus, ita & Academijs condendis: & hac ratione dicitur Princeps a juriſperitis habere intentionem fundatam in omni ſuæ ditionis loco. 2. quia non omnis locus aptus eſt tradendis & accipiendis diſciplinis. Idcirco olim ſolum Romæ & Conſtantinopoli divini humanique juriſprudentia tradebatur. Metuebant enim (inquit Barth. ex l. unica C. de ſtudijs liber. urb. Rom. & Conſt. lib. 11.) glorioſiſſimi Imperatores ne ſacroſanctæ leges, quæ cœlum ipſum terramque tuentur, in obſcurioribus locis, propter doctorum virorum penuriam, turpis lucri gratia ab imperitis corrumperentur. Principi igitur incũbit cavere ne a quolibet locus ſtudijs ſit optandus.

Academiis condendis locus non omnis olim permiſſus.

64 Tertio, quia cum ad generalia ſtudia liber pateat omnibus, tutuſque aditus, & ſic ex cunctis orbis partibus omnes confluãt, ad eum qui ſupremam habet Reipublicæ curã, pertinet decidere, ut is locus ſit ſtudijs dicatus, in quo prætextu ſtudiorum proditio, vel ſubverſio Reipublicæ parari nequeat. Hinc Iuſtinianus poſt redactum jus civile in tria corpora. Inſtitutionum, Pandectarum, & Codicis, in proœm. ff. §. hæc autẽ tria, ſua conſtitutione edi- „ xit in hunc modum: Hæc autem (inquit) tria „ volumina a uobis compoſita, tradi eis tam in „ regijs urbibus Conſtantinopolitana & Ro- „ mana, quàm in Berytenſium pulcherrima ci- „ vitate, quam & legum nutricem benè quis „ appellet, tantummodo volumus: quod & jam „ retro Principibus conſtitutum eſt: & non in „ alijs locis, quæ a maioribus tale non merue- „ rint privilegium. Quia audivimus etiam in „ Alexandina ſplendidiſſima civitate, & in Cæ- „ ſarienſium, & in alijs quoſdam imperitos ho- „ mines divagari, & doctrinam diſcipulis adul- „ terinam tradere: quos ſub hac interminatio- „ ne ab hoc conanime repellimus, ut ſi auſi „ fuerint in poſterum hoc perpetrare, & extra „ urbes regias, & Berytenſium metropolim „ hoc facere, denarũ librarũ curi pœna plectan- „ tur, & rejiciãtur ab ea civitate, in qua nõ leges „ docẽt, ſed in leges cõmittunt. Nõ multũ diſſonat Gloſ. ad cap. ſtatutum, de reſcrip. in 6. ubi ait ſtudia legum eſſe debere in civitatibus regijs. Et quanvis prædictæ conſtitutionis rigor ſit jãm hodie pene remiſſus, & tradat Abbas cap. quanto, de Magiſtris n. 3. & ex eo Cardoſus in praxi v. ſtudium n. 1. Litterarum ſtudia in qualibet civitate poſſe conſtitui, tamen ſatis ex dictis perſpicuum manet, ſolius Principis authoritate locum erigendis Academijs aptum deſignandum eſſe, & non omnem eſſe opportunum.

Locus ædificandis gymnaſijs aptus eſſe debet.

65 Eſt igitur citra controverſiam, oportere aptum, & commodum locum ædificandis gymnaſijs quæri, adeo ut teſte Bart. l. unica C. de ſtudijs, qui locum ſtudijs commodum occupat, priuſquam illa eo transferantur, teneatur eundem dimittere. Accedit, quòd licèt nemo cogatur rem ſuam vendere l. ſicut C. de action. & oblig. l. inuitum, l. dudum Cod. de contr. emption. l. emere C. de jure deliberan. l. 1. §. cura carnis ff. de offic. præf. urb. & cap. 1. de empt. & vendit. tamen locus aptus & opportunus condendis & ampliandis compellitur quis vendere, ut tradunt Cepola tract. de ſervit. urb. præd. cap. 82. Alex. in addit. ad Bar. in l. unica C. de ſtud. liber. verb. Rom. lib. 12. Petrus Lenaud. tract. de doctor. 2. p. n. 26. & Rebuff. de privileg. ſchol. privil. 100. Quia ad utilitatem publicam cogendus eſt quis cedere utilitate privata, & multum confert publicæ vtilitati habere ſapiẽtes, ac præſertim juriſperitos, qui Rempublicam gubernent, & Theologos qui univerſam Eccleſiam illuminent.

Locus opportunus Academiæ quis.

66 Præcipua difficultas eſt definire, quiſnam locus cenſeatur commodus, & opportunus. Imprimis, quantum ex varijs authoribus collegi, locum illum, quem fixum & ſtabilem oportere, ex cap. tuæ fraternitatis, de cleric. non reſiden. Auth. Habita C. ne filius, nõ dubito, ut evitetur divagatio ſcholaſticorum, tunc credam opportunum & commodum, quãdo fuerit clarus, publicus, in meditullio regni ſitus,

Digitized by Google

ſitus, ab omni rerum ſtrepitu, ac turbine ſeparatus, denique ſalubris & amœnus. Probo ſingula. Debere locum ſtudijs condendis deſignandum eſſe clarum ſeu nobilem, ſatis conſtat ex adductis n. 64. ubi ex utroque jure civili & canonico vidimus Academias ædificandas eſſe in quibuſcunque civitatibus præſertim regijs; omnis autem civitas locus nobilis eſt. Addo quanvis nobilis non eſſet ipſis tantum ſtudijs abundè nobilitari, imò inſignem reddi. Nam apud Paul. de Leaza in Clem. unica de foro compet. Inſignis locus non eſt quæcunque civitas, ſed illa tãtum quæ abundat copia peritorum. Hinc Athenas cultura ſtudiorum redditas fuiſſe celebres, & inſignes, vel ex eo liquet, quòd ob Academiam, quæ ibi ortum habuit, & inſigniter floruit, multi eas dixerint muſeum Græciæ, Pindarus culmen & firmamentum, Pythius Veſtam Græcorum, & Prytaneum, Thucydides Græciæ Græciam. Vide Cælium Rhodig. lib. 18. variar. c. 26. Apud Diogenem Laert. lib. 3. in Platone, Plato locum memoroſum prope Athenas herois Academi a quo Academia dicta, docendo inſignẽ reddidit, ſicut Ariſtoteles ſua ſchola Lyceium nobilitavit. In Germania (ut refert Petrus Gregor. lib. 18. Reip. c. 6. n. 3.) quæ olim fuerant oppidula adeo abjecta & obſcura, ut ea ſuis tabulis geographi non dignarentur, ſtudiorum erectione, & ſtudioſorum frequentia in tantam dignitatem & celebritatem excreverunt, ut ipſis regijs urbibus, imò & toti regno ſplendorem cõtulerint. Denique exploratum eſt omnibus, quantum in noſtro regno duabus civitatibus Eborenſi, & Conimbricenſi attulerint ornamentum duæ Academiæ, ſeu duo Luſitaniæ lumina.

Inſignis locus qui.

67 Quod locus generalibus ſtudijs eligendus, debeat eſſe publicus, clamant jura Theodoſij & Valentiniani, qui l. unica C. de ſtud. liber. Vrb. Rom. lib. 11. prohibent alio loco, quàm in Romano Capitolio magiſtros docere, aut alibi colligere diſcipulos publicé, & profeſſoribus publicis vetant privatim etiam docere, aut alibi quàm in auditorio publico. Hinc teſte Laertio lib. 3. in Platone locus publicus ex privato factus eſt Athenis pro erigenda Academia Platonica. Apud Tritemium lib. 1. hiſtor. in Rege 25. vetus conſuetudo Francorum fuit ſub quercu palam & publicè docere. Item Carolus Magnus lib. 2. capitulariorum capit. 5. præcepit Epiſcopis ſcholas publicas per Vrbes certis & commodis locis ſtatuere. Videtur id juſſiſſe edoctus exemplo Chriſti Servatoris, qui interrogatus de doctrina & diſcipulis, reſpondit Ioan. 18. ver. 20. „Ego palam locutus ſum „mundo: ego ſemper docui in Synagoga, & in „templo, quo omnes Iudæi conveniunt: & in „occulto locutus ſum nihil. Denique ſuadet ratio, locum conformem ſtudijs generalibus, ſeu publicis publicum eſſe debere, & talem qui ab omnibus liberè adiri poſſit, facilèque innoteſcat doctrina quæ diſſeminatur, ceſſentque præceptores clancularij, qui perverſis quandoque dogmatibus miſeros auditores inficiunt.

Locus publicus ad docendũ.

68 Deinde commodiùs fundari Academiam in meditullio regni, quàm in cõfinijs, luce clarius eſt, tum quia ſic ſtudioſi ad illam æquè facile ab omnibus partibus remotis confluent, tum quia illa in medio ſita corpore inſtar cordis in reliqua membra vitales ſcientiarum ſpiritus æquè facile diffundet. Non minùs opportunè quæri debet ſtudijs erigendis locus tranquillus, ſeu a rerum forenſium ſtrepitu, & armorum turbine ſemotus, qualem apud Strabonem lib. 15. & Xenophontem lib. 2. deſignarunt Perſæ ſcholis publicis, in quas confluebant viri Principes ad jus docendum, interpretandum, juventutiſque mores efformandos. Et Philo ſcribit lib. hiſt. ſeptuaginta interpretes Bibliæ ſecretum locum ſuis locubrationibus elegiſſe. Quia non ſolis poetis convenit ſeceſſus & otium juxta illud Ovidij 1. Triſt. eleg. 1. „Carmina ſeceſſum ſcribentis, & otia quærunt. Sed cuicunque ſtudioſo, ut vel ſcientijs tradendis, vel hauriendis vacet. Vnde quanvis fabri ſint utiles Reipublicæ, Academiæ utilitas, & ſapientum favor tantum prævalet, ut malleatores & fabri cujuſcunque materiæ obſtrepentes juxta ſcholas, qui proinde ſtudioſos interturbant, vel quieſcere, vel ſuis ergaſterijs cedere compellantur. Ita ad l. unic. C. de ſtud. lib. Vrb. Rom. lib. 11. Gloſ. Lucas de Pena, Ioan. de Platea no. 5. Pyrrhus, & Bart. n. 30. Cyn. & Iacob. de Arena n. 5. Bald. col. antep. Roman. n. 31. Socin. num. 64. Panorm. in cap. bonæ n. 11. de poſt. præl. & alij quos citant ac ſequuntur Rebuff. de privileg. Schol. privil. 3. & Petrus Barb. ff. ſolut. matrim. tom. 1. pag. 557. n. 54. Facit tex. in l. ædificia C. de ædific. publicis, ubi privata ædificia cohærentia mœnibus aut ædificijs publicis proſterni, ac dirui poſſunt ratione publicæ utilitatis: hæc igitur eſt in cauſa cur faber obſtrepens à vicinia ſtudiorum expelli poſſit, & Rebuffus citatus teſtatur ſe hoc nomine in Montepeſſulano per ſẽtentiam judicis expuliſſe quendam textorem, alta & jugi voce canentem. Ex quibus rectè deducitur incommodum & ineptum prorſus ædificandis ſcholis locum eſſe, qui non ſit ab omni ſtrepitu & tumultu ſeparatus.

Locus tranquillus, & liber a fabris ſtrepentibus.

69 Tandem hujuſmodi locum debere eſſe ſalubrem & amœnum, qualem nõ omnis exhibet regio, ſed quæ molli cœlo, & uberi ſolo fruitur, perſpicuum eſt: idque monet Principem Academiæ fundatorem doctiſſimus Tholoſanus de Rep. lib. 18. cap. 6. n. 12. & Laurentius in ſuo Theatro Verbo Academia pag. 31. lit. G. Quanvis enim nonnulli, authore S. Hieronymo lib. 2. cont. Iovin. dixerint Platonem elegiſſe Academiam, locum propè Athenas inſalubrem, ut diſcipuli nullam voluptatem caperent,

Locus ſalubris & amœnus Academiæ.

rent, prætetquam earum rerum, quas addiſce-
rent, hoc non concipio de tanti viri prudentia, & mente. Quid enim animum quantumvis litterarum avidum, & ſitibundum magis a ſtudio avocat, & impedit, quàm morbus, langor, ægritudo? Quomodo litteris operam dabit, qui febri ardentiſſima corripitur, vel dolore cruciatur, vel peſſimo ac putri humore contabeſcit? Longè igitur ſtudioſum impediet ab addiſcendis litteris moleſtia ac dolor, qui ex langore naſcitur, quàm voluptas, quæ capitur ex loco ſalubri, & amæno. Hinc Eſſeni Iudæi, vt pietatem impenſiùs colerent, & diſciplinas liberius ſectarentur, Scholas ſuas ad lacum Aſphaltem, & hortos balſami atque palmarum, locum ſaluberrimum, & amæniſſimum feruntur inſtituiſſe. Hinc etiam narrat Strabo lib.5. extitiſſe olim Neapoli ob aeris clementiam, & puritatem, Academiam celeberrimam: & lib.15. aſſeuerat Tharſenſem Academiam propter Cydmi ſaluberrimam aquam, locique commoditates, Alexandrinam, & Atheníenſem gloria litterarum ſuperaſſe. Hac tandem ratione maturo conſilio Dionyſius Luſitaniæ Rex ſuæ Academiæ Conimbricam, Henricus ſuæ, Eboram ciuitates pulcherrimas, & ſaluberrimas, illam inter Beirenſes, hanc inter Transtaganos, deſignarunt.

Translatio Academiæ.

70 Quod attinet ad alteram quæſtionis partem, de Academiarum tranſlatione, certum eſt ad eum qui poteſt Academiam condere, & ei locum deſignare, pertinere tranſlationem, itaut intra terminos ſuæ ditionis antiquum ſtudiorum locum deſeri, & novum a ſe deſignatum occupari jubeat, vel ſi non intra ſuæ ditionis terminos, ſaltem ex conſenſu alterius Principis, in cujus territorio Academia ſita eſt. Sic Vuernerus in faſciculo anno 791. ſcribit Academiam ab Athenis Romam, inde per Carolum Magnum Pariſios tranſlatam. Cauſa tranſferendi ſatis juſta videtur aeris corruptio, quando lues in loco ſcholarum graſſaretur. Tunc enim (inquit Petrus Greg. lib.18. cap.6. nu.10.) poſſent ſcholaſtici & profeſſores in quandam vicinam civitatem aut oppidum ſecedere. Prædictæ ſimilis, imò urgentior cauſa foret, ſi hæreſis peſte quacunque deterior ac truculentior loco eodem ſæviret. Tunc (addit citatus author) accedente Summi Pontificis, & temporalis Principis conſenſu, a loco hæreſi infecto diſcedendum eſt. Sic Pragenſis Academia, quam Carolus IV. Imperator fundaverat, tranſlata eſt ex Bohemia Lipſiam Miſnæ civitatem, diſtantem à Praga trium dierum itinere, quo tempore Pragenſes Ioannis Huſſi fuerunt imbuti dogmatibus. Notat Panorm. ad cap. ruæ fraternitatis, de clericis non reſident. n.20. Academiam tranſlatam comitari privilegia ſimilia, quæ in priori loco obtinuerat.

QVÆSTIO IV.

A quibus, & qualiter Academia extingui poßit, ac debeat?

Academiæ extinctio ad quem pertineat.

71 QVæſtionem nobis auſpicantibus a cauſa efficienti, planum eſt, conditorem Academiæ, poſſe ipſius deſtructorem eſſe, adeo ut ſicut ad ſupremam poteſtatem ſpectat Academiam erigere, ita poteſtatis ejuſdem ſit eam evertere. Nam per eaſdem cauſas, per quas res fit, deſinere poteſt, & hoc non ſolum in phyſicis, ut probant philoſophi, ſed etiam in moralibus, ut oſtendunt Theologi ac Iuriſtæ multis exemplis. Sufficiat modo unum deſumptum ex conditore legis: ſicut enim qui legem condidit, eam poteſt abrogare, ut cum indubitata ſententia tradidi quæſt.11. de leg. art.5. ita qui Academiam condidit, poteſt Academiam deſtruere. Quam reſolutionem adeo certam credit Alphonſus de Eſcobar tract. de ſtudijs gener. cap. 22.n.116. ut aſſerat Academiam ſæcularem poſſe Principem, in cujus territorio erecta eſt, inconſulto, invitoque Pontifice deſtruere. Nam ſicut Princeps ſæcularis abſque Pontifice poteſt erigere, ita abſque illo poteſt evertere. Quod ipſe author n.117. & 118. meritò limitat, niſi ad religionis & fidei eruditionem neceſſarium prorſus ſtudium illud foret, v.g. ſi non in alijs urbibus ſtudia erecta eſſent, & ſic doctrinæ eruditionique Chriſtianorum periculum immineret. Tunc enim Princeps nec piè nec juſtè extingueret: illumque Pontifex impedire, & a conatibus poſſet deterrere.

Academiarum eversores.

72 Suadetur poſita reſolutio inductione. Apud Hebræos, ut tradit Rabbi Abraham Levita teſte Petro Greg. de Rep. lib.17. cap.10. nu.5. fuere Academiæ, ſeu Generalia ſtudia, & Theonim ſcilicet juris interpretes, quorum primus fuit Hannina, poſtremus Hai Gahon, qui obijt anno Mundi 4798. qui fuit Domini Servatoris 1121. quo tempore (inquit citatus Author) extinctæ fuerunt Academiæ, ad quas ex toto Occidente, Africa, Ægypto, & Hiſpania confluebant Iudæi. Illas ego credo interijſſe, Chriſtianis Imperatoribus deſtruentibus, vel ſaltem earum ruinæ conſentientibus. Theodorus Lector lib. 2. author eſt Ediſſenam ſcholam, quam Perſicam vocabant, Zenonis Imperatoris juſſu fuiſſe abolitam, ſeu funditùs everſam, eo quòd nefariam hæreſim Neſtorij doceret. Sigonius lib.2. rep. Ital. narrat Scholam quæ erat Conſtantinopoli prope palatium, in qua viri doctrina, & ingenio multum præſtabant, ita fuiſſe deſtructam a Leone III. Imperatore, ut Doctores in Auditorio incluſos cum

libris,

libris, & omni ſupellectili comburi juſſerit; eo quòd ad ſe vocatos ſæpe in ſuam adducere ſententiam, ſed fruſtra tentaſſet. In ſua hiſtoria Vniverſali refert Chacon Alphonſum cognomẽto Sanctum Studium generale, quod Alphonſus VIII. Caſtellæ Rex Pallantiæ erexerat, per neglectum quendam deſtruxiſſe, ut illius deſtructio cederet in augmentum Salmantinæ Academiæ. Denique excidium juſſu ſupremorum Principum paſſas Academias Veronenſem, Bononienſem, Roſtochienſem, & alias, tradunt Æneas Sylv. cap. 38. hiſt. Boem. & Canzius lib. 11. Metropol. cap. 22. & lib. 11. Vandaliæ cap. 32.

Vniverſitatis extinctio multiplex.

73 Rogabis 1. quibus modis ſoleat contingere Academiarum deſitio, ſeu extinctio? Procedit quæſitum de Vniverſitate in tota ſua latitudine, cui ſatisfacimus dicendo talem deſitionem fieri multiplicitor 1: quando graviſſimum delictum, quòd commiſit prout Vniverſitas, de quo diximus n. 36. exoluit, ſuſtinendo aratrum, vel ſalis aſperſionem. l. Vſusfructus ubi Gloſ. verb. Cartago ff. quibus modis uſusfr. amit. l. aut facta §. fin. ubi Bart. nu. 9. ff. de pæn. l. metum §. animadvertendum, ver. Collegium, ubi Angel. n. 4. ff. quod metus cauſ: Baeza de inop. debit. cap. 13. n. 6. Bald. conſ. 322. imprimis conſiderandum eſt lib. 4. & Steph. Gratian. diſcep. foren. tom. 2. cap. 217. nu. 28. hoc autem ſigno innuitur fieri everſionem, abſque ulla ſpe reædificationis, & reſtaurationis. 2. ſi ob delictum vel aliam ob cauſam Princeps expellat omnes habitatores, ſervatis tamẽ ædificijs, & accitis alijs hominibus, qui domos expulſorũ occupẽt. Et tũc datur ſpes reſtaurationis per aliorũ ſubrogationẽ. 3. quando non ob delictũ, ſed alia ex cauſa Princeps concurſum moralem ſubtrahit, v. g. non ſoluendo ſtipendia præceptoribus, & non creando magiſtratus. Tunc enim diſſolvitur corpus myſticum abſque reparationis ſpe. 4. quando non interveniente Principe, ſed caſu aliquo mortui eſſent v. g. omnes canonici de Capitulo præter unum: de quo cap. Comprovinciales diſt. 64. Nam tunc extincta eſſet Vniverſitas Cap. bonæ memoriæ, de elect. l. ſi grege ff. de leg. 1. & Cap. ſi forte diſt. 65. ubi Archid. n. 3. Eſſet tamen extinctio cum certa ſpe reparationis. 5. quando etiam non interveniente Principe, caſu aliquo v. g. fluminum inundatione, aliave maiori naturæ vi ædificia corruerint, hominesve alio commigraverint abſque ulla reædificandi intentione. Vide Ramirez tract. de lege Regia §. 26. à n. 16. 6. quando duæ Vniverſitates per unitionem coaluerint in unam. Tunc enim quælibet deſinit eſſe per inceptionem unius tertiæ, quæ ex utraque inſurgit. Ad quam unitionem requiritur tanta poteſtas, quanta ad creationem, translationem, & extinctionẽ, qualis eſt ſuprema, ut deſumitur ex cap. ſicut unire, de exceſ. præl. Brun. conſ. 45. n. 4. Crau. conſ. 258. n. 10. & Menoch. conſ. 28. n. 24.

Vnitio Academiarum.

Extinguendi Academiam cauſa.

74 Rogabis 2. quas ob cauſas Academia omninò extingui, transferri, unirive poſſit? Suppono 1. ad juſtam Academiæ extinctionem, tranſlationem, vel unitionem, debere intervenire cauſam boni comunis. Patet, nam gubernativa poteſtas, a qua effectus illi provenire debent, ſive immediatè a Deo conferatur, qualis ſpiritualis Pontifici, ſive ab hominibus, qualis purè temporalis, præcipue data eſt propter bonum communitatis. Vnde ſicut legiſlator qui legem ſtatuit ob bonum commune, nequit illam juſtè abrogare abſque cauſa bonum commune reſpiciente, ita neque Princeps qui Academiam condidit, illam poteſt juſtè deſtruere abſque cauſa boni communis. Suppono 2. maiorem cauſam poſtulari ad omnimodam extinctionem, quàm ad tranſlationem & unitionem. Patet, quia plus eſt extinguere, quàm transferre & unire. Suppono 3. rem eſſe maioris momenti, proindeque dignam maiori conſideratione; Academiam deſtruere, quàm erigere. Quia in erectione naſcitur aliquid ſecundùm ſe utile, & reſpiciens commune bonum, in deſtructione evenire quòd illud idem a multis poſſeſſum cũ multorum injuria deſtruatur. Vnde ſicut legiſlator iniquiùs ageret legem utilem ſine cauſa abrogans, quàm ſi ab initio non condiderat, ita Princeps in erectione & extinctione Academiæ. Credo tamen ad juſtam extinctionem non omninò requiri quòd Academia incipiat eſſe nociva bono cõmuni, ſed ſufficere, quod deſinat eſſe utilis, & judicetur ſuperflua, proindeq; onerosa & difficilis. Sic enim Suar. lib. 6. de leg. c. 25. n. 6. credit ad juſtam legis abrogationem non requiri tantam mutationem, quæ efficiat legem injuſtam & prorſus inutilem, ſed ſufficere illam, ex qua lex nimis rigoroſa, & minùs utilis judicetur.

Cauſæ in particulari Academiæ deſtruendæ.

75 His poſitis, ex ſupra dictis præſertim n. 72. & 73. poſſunt deduci cauſæ in particulari, quæ videntur juſtæ ac ſufficientes ad extinctionem Academiæ. Prima eſt corruptio & perverſio doctrinæ, ſi v. g. univerſitas, quà talis delinquat conſpirans in tradendis hæreticis, vel falſis dogmatibus. Tunc enim reddetur valde nociva bono publico. Secunda eſt rebellio contra legitimum Principem, quam Vniverſitas ipſa patraret. Nullum enim ſcelus in politicis magis adverſatur bono publico, quàm rebellio ſeu defectio. Facta verò everſione illius ſceleratæ Academiæ, pertinebit ad clementiam, & liberalitatem Principis aliam condere, vel conditam augere prioris redditibus, pro ſtudentium, & regni communi bono. Tertia cauſa eſt, ſi Academia ob infrequentiam ſcholaſticorum ex difficultate loci, aut alijs capitibus, ſit parum utilis, & judicetur fore ut alia magis utilis ex illius deſtructione magnum incrementum capiat. Quarta eſt ſi locus ob aeris inclementiam, vel aliunde incipiat eſſe nimium inſalubris.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Digitized by Google

bris. Tunc enim ſi incommodum ſit perpetuũ, juſta cauſa ſubeſt, ut Academia in perpetuum transferatur,ut dixi num. 70. ſi ſit temporale,ut transferatur ad tempus,vel ſaltem pro tempore incommodi ſuſpendatur,ac ceſſet.

Academiæ extincta vel trãslata quid dicẽdum de privilegijs & redditibus.

76 Prima difficultas eſt,diſſoluta, transſlatave Academia, quid juris ſit de privilegijs,& redditibus? Facilis eſt reſolutio (ut notat Alphonſus de Eſcobar tractat.de juriſd.in ſtudij gener. cap. 22.) ſi loquamur de ijs,quæ ſæcularis Princeps contulerat. Nam ea omnia ad ipſius Principis nutum erant. Vnde Academia prorſus extincta, omnino extinguentur privilegia, & redditus ad Principem redibunt, aut alium quemlibet inſtitutorem, erectorem, donatoremve: tranſlata verò, ſi aliud Princeps non decernat,cum iiſdem privilegijs,& redditibus transferetur: ſic enim fert natura tranſlationis, ſeu ſubrogationis, ut tenent,ac probant authores ſtatim citandi. Dubium maius eſt de privilegijs & redditibus per Pontificem ipſi Academiæ nominatim conceſſis:quod decidendum judico ex adductis per Bart. in l. fin. de colleg. illic.a n.21.Abbat. cap.recolentes nu.3. de ſtatu monach. Felin. in cap.cum dilecta,n.21.de reſcript. Angel. l.ſicut §.2. quod cujuſque univ. Alex.in l.inter ſtipulan.§.ſactum de verb.oblig. & Petrum Gregor. lib.15.ſyntag.cap.32. ad fin. Ex quorum doctrina,Dico 1.Extincta Vniverſitate,vel in pœnam delicti, vel mero infortunio, privilegia expirabunt, redditusque Pontificis diſpoſitioni manebunt.Ratio eſt, quia tunc deficit forma & cauſa donationis, arg.l. Septitiæ, de pollicit. & l. 2. de jure immunit. Oppones textum in l.1.in fin. & l.3.in princ.de colleg. in quibus deciditur, extincto collegio, bona eſſe dividenda inter collegas;ergo ex paritate rationis extincta Academia bona videntur dividenda inter profeſſores Academicos. Reſpondetur negando paritatem: quia deciſio illarum legum non procedit de bonis,quæ ſunt propria collegij,ſeu Vniverſitatis, prout talis, de quibus noſtra reſolutio procedit, ſed de bonis, quæ collegæ ipſi contulerant, vel ipſis ut ſingulis quæſitis,quales ſunt redditus ſalariorum tempore extinctionis decurſi. De hac tamen materia ex inſtituto agemus lib.10.

Redditus extincta Academia cuius ſint.

77 Dico 2. In tranſlatione Vniverſitatis vel unione cum alia, ſi fieret ex cauſa neceſſaria,vel ſaltem publico bono utili,probabile eſt, etiamſi per ſolum Pontificem tranſlatio fieret,transire privilegia,& redditus Pontificiales: ſi autem tranſlatio,uniove voluntaria a Principe fieret, tunc conſenſus Pontificis neceſſarius eſſet:quo non dato, Pontificia privilegia extincta manerent, & redditus Pontifici quærerentur. Vtraque pars exprimitur ab Alphonſo de Eſcobar cit.cap.22.n.222. Prior deſumitur ex notatis a Felin.ſupra, Innocent.in cap. 2.de operis novi nunc.Gloſ.in reg.Privilegium, de reg. jur.in 6. & cap. Monaſterium, de rel. domi. qui textus ſingularis eſt ad id ut in unione quæcunque Vniverſitas ſua conſervet. Adduci poteſt pro hac parte l. legatum 16.de uſuf. leg l.4.de adminiſtr. rerum ad civit. & lex Caſtellæ 26. ver. pero ſi todos tit.3. p.3. Poſterior pars traditur ab Angelo, Felin. & Innocentio citatis,& ſumitur ex l.Septitiæ,de pollicit. & l. 2.de jure immunit.Sed quid juris de bonis,quæ Academia ſibi quæſivit, vel auxit nullo donante:Hæc ad Principem pertinere ut vacantia,deſtructa Vniverſitate, rectè docent Bart. Abb. & reliqui ſupra: tranſlatione verò, aut unione, ſequentur procul dubio Academiam. Quid denique juris erit, ſi ſemel deſtructa Vniverſitas iterum reædificetur? Diſtinguendum ex dictis arbitror: ſi perijt abſque ulla ſpe reſtaurationis, v.g.in pœnam delicti, quidquid reædificata obtinebit,beneficio, & novæ conceſſioni Principis tribuendum eſt. Quia tunc non priſtina,ſed nova Vniverſitas inſurgit. Si autem ſine delicto ob caſum aliquem, v.g. ob peſtem,aut alluvionem everſa eſt,cum ſpe reparationis,eadem privilegia,jura,& bona redibunt. Quia eadem Vniverſitas cenſetur dari: nec ipſius bona medio illo everſionis tempore alicui ceſſerunt.

De'ita Academia tanquam extincta.

78 Secunda difficultas eſt,utrum deſtructa Vniverſitate, ille ad quem bona illius pervenerant, teneatur ad debita, quæ Vniverſitas contraxerat? Reſolutio multiplex apponenda eſt iuxta modum multiplicem, quo Vniverſitas deſtrui ſolet, & a nobis expoſitus fuit num.73. Sit prima reſolutio. Quando Vniverſitas ob delictum graviſſimum v.g. hæreſis, aut rebellionis ab ipſa commiſſum, deſtruitur inverſione aratri,& ſalis aſperſione,ille ad quẽ perveniunt illius bona, etiamſi ſit Vniverſitas eodem loco permiſſu Principis ædificata, non tenetur ad debita prioris.Ita Bart.in l..n ſingulos n.1.de annu. legat. l. pater §. Tuſculanus ff. de legat.1. l.cognitionum §.conſuinitur,de var. & extraor,cognit.Regner.Sixtin.de regal.lib.1. cap.6. n.45.Afflict.deciſ.282.n.13. Bald.conſ.367. num.6.vol.3. Bellon.conſ.1.num.8. Gail obſerv. 61.num.1. lib.2. Ludouic. de Caſanate conſ.25. num.24. & faciunt notata per Doctores ad l. cum proponebatur ff.de judic. Ratio, quia perſona illa ſive vera,ſive ficta ad quam perveniunt dicta bona, neque activè neque paſſivè in locum Vniverſitatis prorſus extinctæ ſubrogatur. Secunda reſolutio, quando cum ſpe reſtaurationis diſſipatur Vniverſitas, ſervatis nempè ædificijs, & ſolum expulſis habitatoribus illam conſtituentibus, illi qui poſtea ſuperveniunt ipſam conſtituentes, manent obnoxij omnibus illius debitis. Ita Paulus de Caſtro in l.quod in rerum 24. ſi.navem n.1. Ripa in l. quominus n. 103.ff.de flumin. Azor 2.p. Inſtit. lib.9.c.3. Afflict.in addit.ad deciſ.392.num.8.Cepola cautela 235. Caſanate conſ.26.nu.40.Decian. reſp.43. n.17.

n.17. Anton. Gabriel. commun. opin. lib. 5. tit. de reg. jur. concl. 2. n. 27. Borrel. conſ. 70. nu. 30. & alij, quibus adhæret Caliſtus Ramirez de leg. l. c. 5. 25. n. 44. Ratio eſt manifeſta, quia in tali eventu non perit Vniverſitas quoad ſubſtantiam, ſed ſolum mutatur accidentaliter, proindeque facta ſubrogatione cenſetur moraliter redire eadem Vniverſitas, & ſic cum omnibus tam lucris, quàm oneribus; ſicut quando Eccleſia transfertur in alium commodiorem locum, vel unum officium loco alterius ſubrogatur, ut videre eſt apud Barb. l. divortio §. quod in anno n. 17. ff. ſolut. matr. & Cabedia. p. dec. 22.

Onera & debita Vniverſitatis pereuntis.

79 Tertia reſolutio. Quando Vniverſitas perit abſque ſpe reſtaurationis, non quidem ob delictum, ſed ex cauſa alia, ſervatis tamen ædificij, illi qui remanent ſingulares, nõ tenentur executivè ad debita, & cenſualia formata per Vniverſitatem extinctam, niſi quatenus conſtiterit poſſidere bona relicta à prædeceſſoribus illam univerſitatem conſtituentibus. Ita Roman. conſ. 275. n. 6. Rebuff. de nomin. q. 5. n. 5. Angel. conſ. 247. Curtius Senior conſ. 56. Bart. in l. ſi convenerit §. ſi nuda, de pignor. act. & Ramirez citatus n. 21. lit. b. refert deciſum in Curia D. Iuſtitiæ Aragonum die 11. Septemb. 1586. Ratio eſt, quia illi ſingulares non repræſentant Vniverſitatem illam mortuam, atque adeo ſolum ratione bonorum illius, quæ retinẽt, obligantur.

Quarta reſolutio. Quando non ob delictum, ſed caſu aliquo deſtruitur Vniverſitas abſque ſpe reſtaurationis, & tunc habitatores omnes locum deſerunt ſine intentione reædificandi, habentes bona pro derelicto, bona illa univerſitatis deſtructæ pertinent ad dominum talis loci, quin maneat obligatus ad debita, quæ Vniverſitas illa contraxerat. Ità Alex. conſ. 43. lib. 1. Curtius Senior conſ. 26. lib. 2. Tuſch. in concluſ. pract. v. Vniverſitas concl. 275. Et ſic fuit deciſum in favorem Caſtellani Empoſtæ in partita de Conſit. ex traditis a Gregorio Lopez gloſ. 4. l. 26. tit. 31. part. 3. & Avenda. de exequendis lib. 1. cap. 4. Ratio eſt, quia dominus talis loci, ut ſuppono, non influxit in hujuſmodi debita contrahenda; deinde non tenetur ratione bonorum ad ſe pervenientium: quia ut ſuppono, ſunt libera ab omni reali onere, quale res contrahunt per hypothecam, vel pignus; ergo nullo modo tenetur. Et quidem bona illa, quandiu non conſtat oppoſitum, ſemper cenſeri debent libera a reali onere hypothecæ: quia ut conveniunt Molina tract. 2. d. 530. Leſſius c. 8. dub. 7. & Lugo de juſt. d. 32. n. 27. res omnes quæ vendi nequeunt, oppignerari, & ſpecialiter hypothecari non poſſunt: res autem publicæ, ſeu communibus uſibus deputatæ, quales habet Vniverſitas, vendi nequeunt, ut tenet Anton. Gom. to. 2. var. c. 2. n. 5. & ſumitur ex §. 1. Inſt. de inutil. ſtipul. Quod intelligitur niſi Princeps ſupremus ex cauſa vẽdat.

Vniverſitatis bona an poſſint oppignerari & vendi.

DISPVTATIO III.

De neceſſitate, & utilitate Academiæ.

Academiæ utiles bono communi.

80 Diſputatis ijs, quæ ad Academiæ fundationem, & extinctionem viſa ſunt ſpectare, ac præſertim cauſis utriuſque expenſis, ut Principes pro injuncta ſibi a Deo, & populis Reipublicæ cura, ſeriò deliberent de Academijs erigendis, ac fovendis, ſequitur ut illarum neceſſitatem & utilitatem proponamus, diſcuſſis nonnullis quæſtionibus, ex quarum deciſione innoteſcet quàm ſint neceſſariæ & utiles bono publico, tum pro gubernatione politica, & Eccleſiaſtica, tum etiam pro ſtatu religioſo.

QUÆSTIO I.

Sint ne Academiæ neceſſariæ & utiles bono publico?

IN hac diſputatione uſurpamus neceſſitatem & utilitatem fere pro eodem. Quanvis enim neceſſitas abſolutè & ſimpliciter ab utilitate differat: cum neceſſarium ſimpliciter ſit id abſque quo res nequit ſubſiſtere, & dicitur neceſſarium ad eſſe, utile verò ſit id quod ad rem aliquam valde conducit, tamen poſſunt coincidere; ſi loquamur de neceſſario non ad eſſe, ſed ad melius eſſe: eo modo quo dicimus Dialecticam artificialem eſſe neceſſariam, hoc eſt utilem ad ſcientias comparandas: ibi enim ſermo eſt de neceſſario non ad eſſe, ſed ad melius eſſe. In hoc igitur ſenſu quæſtio eſt, ſintne ſtudia generalia, ſeu Academiæ neceſſariæ, & utiles bono publico, ſeu Reipublicæ? Pro parte negativa, quam ſoli homines impij, perverſi, & hæretici tuentur, confingi poſſunt hæ rationes. 1. quia cum Academiæ ſint ſtudia generalia, quæ ſine delectu excipiunt omnes undequaque venientes, proindeque conſtentur ex hominibus omnigenarum gentium, ſive hoſti-

hoſtilium, ſive peſſimis moribus, imò & erroribus, infectarum, ex ſua intrinſeca ratione afferunt bono communi periculum temporalis, & ſpiritualis ruinæ: temporalis, ne civitas ab hoſtibus capiatur, ſpiritualis, ne vitijs & erroribus contaminetur.

Poetica an ſit utilis. 81 2. quia in quacunque Academia ſunt profeſſores quarundam facultatum, quæ videntur pernicioſæ, vel ſaltem inutiles. Nam poeticam ideo viri graves improbarunt, quod in fabuloſis & fictis doceat mentiri, in laſcivis & obſcænis provocet ad nefariam turpidinem, in ludicris, & tragicis corrumpat audientes & ſpectantes, in ſatyricis omnium famam dehoneſtet, omnium vitas & mores deformet dente livido. Hinc Plato e ſua Republica ejecit, & Pythagorei apud Laertium in Empedocle è ſuis ſcholis poetas eliminarunt. Deinde philoſophia licèt in quibuſdam ſana & utilis videatur, tamen multas partes habet inutiles, imò nocuas: ſophyſtica enim docet inſidias & dolos tendere vera defendentibus, *Aſtrologia judiciaria.* Aſtrologia judiciaria, quæ docet ex motu ſyderum futuros eventus omninò fortuitos, & intrinſecè contingentes, item res præſentes & præteritas hominibus penitùs occultas, rectè damnatur a jure, ut tenent Azor Inſtit. mor. p. 1. lib. 9. c. 13. q. 1. Martin. Delr. Magic. diſquiſ. lib. 4. cap. 3. p. 1. & Petrus Greg. ſyntag. juris lib. 3. cap. 14. a n. 5. Vnde Aſtrologos judiciarios, qui de ſtatu Reipublicæ Chriſtianæ, vel Sedis Apoſtolicæ, de vita Romani Pontificis, aut ejus conſanguineorum judicia faciunt, ſeu facta in poſterum apud ſe retinent, vel alicui oſtendunt, aut verbis tractant, Vrbanus VIII. Conſt. 4. aliàs 113. incip. Inſcrutabilis Kal. Aprilis 1631. ferit excummunicatione majori latæ ſententiæ, & ſubjicit pænis reórum læſæ majeſtatis, ultimi ſupplicij, confiſcationis omnium bonorum, & privationis beneficiorũ, ſi clerici fuerint, ut refert Barb. ad l. Mathematicos C. de Epiſc. audien. n. 4. Mathematicos idcirco fuiſſe olim Vrbe pulſos, narrat Valer. Reginal. in praxi fori pænit. lib. 17. n. 172. Quid de magia & artibus maleficis? *Magicæ artes nocivæ.* ipſo nomine præ ſe ferunt pravitatem & perniciem. Ideo apud Sanch. lib. 2. Decal. c. 38. num. 93. libri omnes & ſcripta Geomantiæ, Hydromantiæ, & in quibus ſortilegia, veneficia, auguria, & incantationes continentur, Indice libror. prohib. interdicuntur, & à Pio V. Ordinarijs & Inquiſitoribus tradi jubentur: & meritò, cum Magia agnoſcat parentem ipſum dæmonem totius iniquitatis authorem. Nam Baſinus de artib. malef. apud Tholoſanum de Rep. lib. 13. cap. 27. n. 7. narrat juxta *Salmantinæ caveæ.* Vrbem Salmantinam fuiſſe olim marmoream Idolum in profundiſſima cavea collocatum, & cultum, cui dæmon aſſiſtebat, & inſtruebat magicis artibus, in ordine ad effectus mirabiles edendos, omnes qui ſe illi certis pactis, & invocationibus ſubjecerant. Hæc cavea poſtea obſtructa fuit, & ibi ſuperædificata Eccleſia, ne veſtigium aliquod nefariæ illius ſuperſtitionis appareret.

Academici, & litteris infenſi qui. 82 3. quia ex profeſſione pernicioſæ philoſophiæ non poſſunt evadere niſi profeſſores improbi, & peſſimi, quales minutim recenſet Petrus Greg. lib. 17. cap. 7. ubi plurimorum philoſophorum, quos magni fecit antiquitas, carpit vitia, quæ pudet referre. His videtur permotus Licinius Imperator, qui authore Prateolo lib. 10. hæreſ. 3. & Baronio to. 3. anno 316. adeo litteris infeſtus fuit, ut virus, & peſtem publicam eas appellaret. Hinc Iulianus Auguſtus, (ut memorant S. Auguſt. lib. 18. de civit. c. 52. Nicephor. lib. 10. cap. 25. & Socrat. lib. 3. hiſt. Eccleſ. cap. 16.) volens omnem litteraturam perimere, ſcholas omnes Chriſtianis claudi præcepit. Horum veſtigijs inſiſtens Habdalos Syriæ tyrannus, authore Paulo Diacono lib. 22. Chriſtianis ſub ſua poteſtate degentibus litterarum ſtudium prohibuit. Tandem quod armis, & Regia poteſtate geſſerunt prædicti, egit lingua Vviclephus, qui (ut traditur in Concil. Conſtãt. ſeſſ. 8. & 29.) dixit univerſitates, ſtudia, collegia, graduationes, & magiſteria a Papa & Epiſcopis eſſe vana gentilitate introducta, & non plus Eccleſiæ prodeſſe, quàm Diabolum. Hanc ſententiam poſtea ſectator Lutherus ita hauſit, ut (referente Adriano Papa in Bulla contra ipſum, quæ habetur to. 5. Concil.) impudenter dixerit Chriſtianas ſcholas eſſe Sodomas & Gomorrhas, & malorum omnium ſentinas. Imò contra ipſam Philoſophiam ita eſt invectus, ut Tholoſano teſte lib. 17. Reip. cap. 12. n. 4. ſcripſerit ad Germanicam nobilitatem Ariſtotelis Phyſicam, Metaphyſicam, & Ethicam protinus aboleri debere. His dogmatibus adeo hæſere diſcipuli Melancthon & Caroloſtadius, ut litterarum ſtudia alter piſtoria arte, alter agricultura mutaverit.

83 His tamen non obſtantibus, pars oppoſita affirmantium Academias neceſſarias eſſe, & prorſus utiles bono publico, indubitata omnino eſt inter viros mentis compotes, nedum pios & doctos, illos præſertim qui docent privilegia concedi ſtudiis & ſtudentibus ob publicam utilitatem, ſeu in cauſa ſtudiorum verſari principaliter utilitatem publicã. *Vtilitas publica in cauſa ſtudiorum.* Ita Barto. in l. 1. ad fin. num. 30. ff. ſolut. matr. Albericus n. 11. Angel. n. 12. Roman. n. 31. Alexan. de Imola n. 51. Iaſon. nu. 45. Vincent. de Herculan. n. 61. Petrus Barb. 7. p. ejuſdem legis num. 51. Accurſius in l. unica C. de ſtudijs liber. Rom. lib. 11. Panorm. in cap. ult. de judic. Rebuff. de privil. Schol. priv. 3. n. 1. Benedictus Gillius ad l. Ex hoc jure ff. de juſt. & jur. 2. p. c. 13. n. 14. Stephan. Gracian. diſcep. foren. cap. 186. n. 13. Oldradus conſ. 117. n. 3. & Flavius Cherubinus in Summa Bullarij tom. 1. ſuper Cõſtit. 9. Bonifacij VIII. ſchol. 2. quatenus dicit privilegia ſcholaſticis conceſſa

non

Digitized by Google

non eſſe data perſonis, ſed cauſæ. Fundatur 1. ſacra Pagina Sapien.cap.6.num.26. (Multitudo autem ſapientium ſanitas eſt orbis terrarum.) Quaſi dicat Spiritus ſancti congregationem ſapientum, qui in Academijs, ſeu ſtudijs generalibus multitudinem faciunt, & inde digreſſi ſua doctrina illuminant omnes nationes, afferre ſanitatem corporalem & ſpiritualem, qua nulla maior extat utilitas, univerſo orbi. Hinc Salomon, qui edoctus a S.Spiritu poſitam ſententiã protulerat, ut facto exequeretur, prope Templũ, & ipſius Regis palatia in Hieroſolymis excitavit, vel (ut alij volunt) renovavit Academiam inſtructam ſeptem palæſtris, ſeu Synagogis, in quibus erant profeſſores ſeptem artium liberalium, & totius doctrinæ legis. Sic referunt Pineda de rebus Salom.lib.3.cap.28.num.5. Carthag. tom.2. de ſacris arcanis Reipubl.lib.10.hom.10. interpretantes locum illum Prov.cap.9.num.1. Sapiẽtia ædificavit ſibi domum, excidit columnas ſeptem.

84 Fundatur 2.authoritate juris civilis, l. 1. ff. ſolut. matr. l. utilitas C. de primipilo lib.12. & præcipuè Auth. Habita C. ne filius pro patre, ubi Fredericus Imperator ſatis indicat ſtudiorum, & ſtudioſorum utilitatem his verbis: „ Dignum exiſtimamus, ut cum „ omnes bona facientes, noſtram laudem & „ protectionem omni modo mereantur, quorũ „ ſcientia totus mundus illuminatur, & ad obediendũ Deo, & nobis ejus miniſtris, vita „ ſubjectorum informatur, quadã ſpeciali dilectione „ eos ab omni injuria defendamus. Loca juris Canonici, & dicta Pontificũ, quæ huic parti ſuffragãtur, referemus quæſt.3. ubi nobis agendum eſt de utilitate, quam Academiæ pariũt univerſæ Eccleſiæ. Vt ad ciuiles leges antiquiores redeamus, Lycurgus celebratiſſimus legiſlator probè intelligẽs quantũ utilitatis accedat bono publico ex ſcholis publicis, lege ſancivit (ut in ejus vita ſcribit Plutarchus) quòd apud Lacedæmonios nemo pro arbitrio ſuo alere & inſtituere filium ſuũ poſſet, ſed omnes, ut primùm annũ ſeptimũ excederent, centuriati in claſſes unà colluderẽt, ac ſtudio vacarent.

85 Fundatur 3.ratione, quæ facilè deſumitur ex utilitate, quam bono publico afferunt ſapientes, & illis, quibus ſapientes inſtruũtur, facultatibus, ac ſciẽtijs. Academia enim æq; ſapientum, & bonarum artium, ac diſciplinarum altrix eſt. Quòd igitur ſapientes plus utilitatis afferant Reipublicæ, quàm imperiti, ſuadetur facilè ex diſcrimine inter utroſque. Nam Ariſtoteles (ut refert Laert. in vita Philoſ. lib.5. cap.8.) interrogatus olim qua re differrent docti ab indoctis. Qua vivi (inquit) a mortuis. Sentiẽs hominem abſque litteris, ſtatuam veriùs eſſe, quàm hominẽ. Vnde etiam Philoſophus (ut ait Laert. lib.5.c.1.) illud amicis & diſcipulis inter diſſerẽdũ frequẽter ſolitus eſt ingerere. Viſũ accipere „ lumen a circumfuſo aere, animum autem a diſ„ ciplinis liberalibus. Tantã ergo ex ipſis mẽte, afferunt ſapiẽtes bono publico utilitatẽ, quãtã homines vivi, tantam imperiti, quantam homines mortui. Quod attinet ad ſcientias, & optimas diſciplinas, Tullius Oratorũ Princeps „ Recrim. contra Salluſtium: An illum putas fieri „ poſſe civẽ egregiũ, qui non ſit ijs eloquẽtiæ „ artibus, & bonis diſciplinis eruditus? an ulla „ alia eſſe putas rudimẽta, & incunabula virtu„ tis, quibus animi ad gloriæ cupiditatẽ alũtur? „ Idẽ de Legi 6. ait civitates totas malis ſtudijs, „ maliſq; doctrinis repẽte everti. Quaſi diceret æquè nocere errores bono publico ad interitũ, atq; prodeſt ſcientia ad conſervationẽ. Eſt autẽ ignorantia mater omnium errorũ. Cap. Ignorãtia, cap. ſi in laicis 38. diſt. cap. niſi cum pridem §. pro defectu, de renunciat. apud Barb. de poteſt. Epiſc. p.2. alleg.46. nu.4. ſicut ſcientia eſt mater virtutum cap. præſentium 1. q.5. apud Menoch. de præſum. lib.6. q.91. n.20. Lambertin. de jure patron. lib.2. p.1. q.7. a.24. & Carolum de Graff. de effect. cleric. in prælud. nu.63. Tantum enim diſtat ſapientia ab ignorantia, quantum lux a tenebris. Ex Eccleſiaſt. cap.2. Bellet. diſquiſit. cleric. p.1. §.4. n.15.

86 Diſciplinarum omnium genera ſeorſim perſtringamus. Eſſe utilem grammaticam, constat ex Can. ſi quis diſt.37. ubi dicitur Grãmaticã eſſe addiſcendam, ut per eam intelligantur Scripturæ. Et quidẽ artes ingenuas ac liberales, quæ ideo, Tullio authore lib.1. orat. ſic appellantur, veluti ingenuo & libero homini convenientes, eſſe ad Rẽpublicã pro humana ſocietate cõſtituenda neceſſarias, placuit ſupremis Principibus, ut ait Vlpia. l.1. ff. de extraor. cognition. Sũt autẽ liberales artes (inquit Petr. Greg. de Repub. lib.17. cap.12. n.2.) veluti inſtitutiones præviæ ad notitiam ſapientiæ & juſtitiæ, ſeu veræ Philoſophiæ, quæ omnia cõplectitur, qualis poteſt eſſe juriſprudentia, quæ & divinarũ & humanarum rerum eſt notitia. l. juſtitia §.2. ff. de juſt. & jur. Philoſophiam profundiorẽ doctrinam Theodoſius, & Valentinianus dixerunt, eamque inter publicas ſcientias exponendã in Republica imperarunt l. unica C. de ſtudijs liber. Vrb. Rom. lib.11. Medicinam ſub Philoſophiæ nomine cõprehendit Gloſ. ad citatam legem: & eam bono cõmuni perquàm utilẽ; ſatis probavit Iulius Cæſar, qui (ut teſtatur Suetonius) omnes verã medicinam Romæ profeſſos, civitate donavit, & ideo multos celebres viros eã tunc excoluiſſe, & exornaſſe, ſcribit Zonaras lib.2. Annal. Eſſe leges & arma Reipublicæ æquò neceſſaria, proindeq; legũ peritiam, & artem militarem ita conjungi, ut neutra ſine altera ſtare, & conſervari poſſit, ſatis innuit Plato in Protagora lib.17. Quid de ſacra Theologia? Neceſſitas conſervandi in omni benè inſtituta Societate, & Republica verã religionẽ, ſuadet S. Theologiæ utilitatẽ: ideo

Sapientes utiles Reipublicæ.

Diſciplinarũ omnium genera Reip. utilia.

ſcholis (inquit Tholoſan.l.17.c.10.n.2.) doctoribus in Theologia ornandas neceſſitas ipſa docet. Quid de utilitatibus, quas affert Sacrarum Scripturarum lectio? Sacræ Scripturæ (inquit S. Auguſt. concione 2.in Pſal.90.) ſunt litteræ Dei ad nos de cælo miſſæ, exhortantes ut benè vivamus. Et S.Iſidor. Peluſ.lib.2. Epiſt.78. Sacrarum(ait)Scripturarum lectionem ſalutis viaticum eſſe exiſtima, ut quæ eorum, qui eam ſtudioſè atque diligenter audiunt, probitatis amorem,ac virile robur præclaris, & illuſtribus exēplis parat. Ex quibus ſatis perſpicuum manet, cum diſciplinarum omnium genera, quibus excoluntur ſapientes,tum Academias, quæ ſapiētibus ornantur, & tanquam firmiſſimis columnis nituntur, eſſe neceſſarias,& utiles bono publico.

87 Reſtat diſſolvere quæ initio quæſtionis pro parte negativa opponebantur. Ad 1. dicimus, ſi ea ratio vim haberet, tollere omninò omnem convictum,& commerciū humanum,inter diverſas nationes,ac proinde,deſtruere inter ipſas omnem amicitiam, & charitatem, ingenti malo boni publici. Servatā igitur Societate,& commercio bonis per ſe, mala illa quæ per accidens tum civitatibus, tū Academijs evenire poſſunt ex alienarum nationum odio, moribus,& erroribus, provida ac prudens magiſtratuum cura vitare poteſt. Ad 2.reſpōdemus nullam artem ex ſe eſſe pernicioſam,& inutilē, cùm omnes ex ſua ratione & natura verſentur circa utile & honeſtum,repertæque fuerint pro communi hominum utilitate, acproinde inter optimas diſciplinas numerari poeticam, aſtrologiam,& Philoſophiam, quæ ex ſolo abuſu, & malitia profeſſorum nocere poſſunt. Magia ſecundùm omnes ſuas ſpecies non eſt vera ars, ſed inventum diaboli pro decipiendis & perdēdis hominibus. Quod ſi inter veteres philoſophos extitere plures ſcelerati,hoc non philoſophiæ, ſed ipſorum nequitiæ adſcribendum eſt: & fortaſſe in maiora ſcelera eſſent prolapſi, ſi forent imperiti. Ad 3. ex impugnatoribus ſeu everſoribus Academiarum,& ſtudiorum ibi numeratis, manifeſta deſumitur ratio pro illarum utilitate: illi enim viri improbi, ſeu potiùs Tartarea monſtra, cum Principis Tartarei partes agerent,ob id præcipuè auſu peſtifero in Academias invecti ſunt, ut Chriſtianam religionem everterent,ruptis nempe mænibus,& concuſſis fundamentis, quibus orthodoxa fides defenditur,ac nititur. Si qui igitur in poſterum velint Academias impugnare & expugnare,recenſendi ſunt procul dubio inter Licinium,Iulianum,Vviclephum, Lutherum,& alia hujuſmodi Tartarea monſtra.

QVÆSTIO II.

Quàm ſint Academiæ neceſſariæ & utiles Reipublicæ, pro ipſius regimine politico.

88 DIſcuſſa quæſtione proxima,ſatis omnibus exploratū manet, Academias eſſe per quàm neceſſarias, & utiles bono publico velut in genere accepto: ut modò ſectemur ſpeciē,& amplam illius boni,pro maiori perſpicuitate, acceptationē conſtringamus, a politico regimine exordimur, inquirentes, ſint ne ſtudia generalia illi utiles,an inutiles? Et quidē pro illorū inutilitate pugnans ipſo ſtatim in limine neſcio quis, incipit nobis obſtrepere. Primò, quia nihil politico regimini inutilius, imo nihil pernicioſius excogitari poteſt, quàm ſuperbia: hæc enim lethifera peſtis eſt, quæ valet optimum cujuſcunque Reipublicæ ſtatum labefactare, ſi Principes vel magiſtratus tumidè & arroganter ſe gerat erga ſubditos, quos proinde in deſperationem & defectionem impellent. Atqui Academiæ continenter producunt,& alunt multos,qui de ſua ſapientia ſibi multùm placēt, & inaniter gloriantur, cum ſit indubitatum illud Apoſt. 1.ad Corinth.8. Scientia inflat. Igitur politico regimini ſunt inutiles. Secundò, quia immodicæ litteræ,quas in Academijs hauriunt ſtudioſi, faciunt inſanire, juxta illud Act.
„ 26.n.24. Feſti dicentis: Inſanis Paule: multæ
„ te litteræ ad inſaniam convertunt. Quid ergo magis inutile & periculoſum bono regimini, quàm inſania regentis? Tertio,quia non omnis doctrina in ſcholis tradita ſana eſt, imo omnis tradita in ſtudijs particularibus præſumitur adulterina,ut ex procemio ſſorum 9. hæc autem omnia,probat Aviles de jure prætor. cap.4. pag.111. num.10. Quod intelligit,niſi ex perſona legentis & audientis in loco particulari aliud judicetur, arg.in cap.tuæ, de cleri.non reſid.ubi Hoſtien. Quantum igitur ex una parte ſana doctrina regimini proderit,tantum ex alia nocebit vana,& adulterina.

Doctrina tradita privatim præſumitur adulterina.

89 His nō obſtantibus,tanquam futiliter,ne dicam impiè,oppoſitis,certiſſimum eſt,ex Academijs, in quibus floret optimæ diſciplinæ, quibus juvenes excoluntur, quouſq; ſapientes fiant,maximam bono regimini cōparari utilitatē. Conſtat 1. ex S.Pagina Ieremiæ c.23.n.5.Ecce
„ dies veniūt,dicit Dominus:&ſuſcitabo David
„ germen juſtum:& regnabit rex,& ſapiēs erit:
„ & faciet judiciū,& juſtitiam in terra. Ibi enim haud obſcurè ſignificatur, quantum proderit regimini politico ſapiētia regis,qui propterea facturus judicium & juſtitiam,quia ſapiēs erit:imo ob

Academiæ proſunt regimini politico.

Google

ob ſapientiam regnabit, quaſi aliter non regnaturus. Vnde Geneſeo. 41. num. 39. Pharao Ioſephu, quia invenit ſapiētem, præfecit rebus totius regni adminiſtrandis. Quia oſtēdit (inquit) ſibi Deus omnia quæ locutus eſt, numquid ſapientiorē, & cōſimilē tui invenire potero: Tu eris ſuper domū meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet: uno tantum regni ſolio te præcedā. Conſtat 2. ex annalibus, & antiquis rerū geſtarū monumentis, ſemper in omni Republica optimè adminiſtrata ſapientes præfuiſſe: & quidem illud ſatis inter veteres tritū, beatā fore illā Rēpublicā, in qua vel philoſophi regnarēt, vel reges philoſopharētur. Fuerunt a conſilijs regum Perſarum præcipui Magi, qui teſte Ammiano lib. 23. ſapiētiæ ſtudijs, & rerum divinarum notitia præcellebant, ſicut apud alias gentes Druidæ, Gymnoſophiſtæ, Brachmanes, ut ait Strabo lib. 5.

Sapientes apti ad regimen.

90 Conſtat 3. ex jure utroque, ſapientes, & eruditos viros, quos jugi ubertate parturiūt Academiæ, eſſe regimini politico perquàm idoneos. Nam ex §. fin. in proœmio Inſti. rectè oſtendunt Petrus Greg. de Repub. lib. 17. cap. 11. n. 5. & Rebuff. de privil. ſchol. priv. 49. finem inſtitutionis jurisprudentiæ in legibus Iuſtiniano eſſe, ut ab eruditis Reſpublica per partes illis commiſſa, rectè poſſit adminiſtrari: quia per illos (inquit) totus illuminatur mundus, & ad obediendum Deo & Principi vita informatur. Deinde ex cap. fin. de magiſtris cap. cum ex eo, de elect. in 6. & cap. fin. de reſcript. habetur ex ſeminariis ſcholaſticorum, ſeu ex generalibus ſtudijs emanare copiam doctorū, qui velut ſtellæ in perpetuas æternitates manſuri ad juſtitiam erudiūt multos: itē ex Academia tanquā e Troiano equo prodire advocatos, qui pro defendēdis oppreſſis inſudāt, exilire magiſtratus, judices, decuriones, qui Rēpublicā moderantur. Concinit reſcriptū CC. Diocletiani & Maximiani l. 1. C. qui ætate vel profeſſione ſe excuſant. lib. 11. ex quo deprehenditur magnā concipi ſpē de ſcholaſticis pro Republica rēperāda. Cū vos affirmetis (inquiūt) liberalibus ſtudijs operā dare, maximè circa juris profeſſionē, conſiſtēdo in civitate Berytiorū provinciæ Phœniciæ, providēdo utilitati reipublicæ, & ſpei veſtræ: decernimus ut ſinguli uſq; ad viceſimū quintū annū ætatis ſuæ, ſtudijs nō avocentur. Scholaſticis juriſperitiā addiſcentibus favere (ni fallor) legislatores inſtructi documētis Ariſt. 3. Polit. c. 8. & M. Tullij ad Q. fratr. qui diſertis verbis aſſerunt nullā poſſe dari benè inſtitutam Rēpublicā ſine peritis; felicē eſſe, quæ a ſapientibus regatur: inutiles eſſe leges, ſi lateāt, itaut nec a juriſprudentibus lucem accipiant, nec executioni mādētur.

Sapiens quibus instructus.

91 Conſtat 4. ratione, quia nemo ibit inficias, optimū moderatorem eſſe illum, qui polleat optimo intellectu, & optima voluntate, ſcilicet utraq; potētia rationali, a qua omnē rectam vim tū gubernandi ſe ipſum, tū regēdi alios quicunq; mutuatur: nam regere propriè refertur ad alios, gubernare ad ſe. cap. 3. de ætate, & qualit. Pollere autem verè ſapientes optimo intellectu, ex eo perſpicuum eſt, quòd hominū mēs, & ingenium exercitio litteratum acuitur, ſcientijs ac diſciplinis ornatur: pollere optima volūtate, ex eo deprehenditur, quòd decorati ſciētia præſumantur abſtinere a vitijs, cap. præſentiū 1. q. 5. apud Menochium de præſum. lib. 6. quæſt. 91. nu. 20. & cap. cum a juventute §. quis præterea, de præſum. apud Barb. in collect. tom. 5. ad cap. ignorantia diſt. 38. num. 3. Vnde apud Rebuff. privil. 48. cum apponantur indicia, quibus dignoſcitur verè ſapiens, omnia conſiſtunt in virtutibus voluntatem probam efficiētibus. Sapiens eſt qui non petit illicita, ait Bald. ex l. non idcirco C. de reſcind. vendit. Cōmendatur præcipuè ex virtute ſilentij, cùm debeat eſſe cautus in prolatione verborum cap. verum, de jurejur. & debeat tacere quod probare non poteſt cap. plerunque 2. q. 7. quare Socrates dicebat Sapiētiæ præcepta eſſe duo, tacere & addiſcere: & Plato per duo cognoſci ſapientē: Sapiens (inquit) cū injuria afficitur, non iraſcitur, & nō extollitur, cum laudatur. Quaſi omnis ſapientia cōſiſteret in quadam mentis & voluntatis moderatione. Recte igitur cuidā olim rogāti, quomodo poſſet conſequi perfectiſſimā ſapientiā, reſpōdit expertus magiſter, Suſtine, & abſtine: quaſi omnis ſapientia ſita foret in ea animi moderatione, qua quis ſuſtinendo dura, facit bonum, & abſtinendo a mollibus, declinat a malo.

Sapientis indicia quæ.

In doctis quam sint inepti regimini.

92 Conſtat 5. ex malis quæ reipublicæ, ejuſq; politico regimini advenirent, ſi ex defectu Academiarum, utpote fontiū, a quibus emanant ſapientes, hi deficerēt. Tunc enim rēpublicam per imperitos adminiſtrari, ideoq; ingentes calamitates perpeti, neceſſe foret. Impoſſibile enim eſt (inquiūt Aviles de jure prætor. c. 4. p. 111. n. 11. & Lucas de Penna in l. filios C. de decurio. lib. 10.) ut alios utiliter regat, quem proprius ſubvertit error. Et quidem regere neſciens ſe ipſum, alijs non debet præfici. Cap. 3. de ætate & qualit. Quod verò illiterati neque ſe ipſos proindeque neque alios poſſint regere, liquet ex eo quòd comparentur cæcis cap. poſt tranſlationem §. item ſi quis, de renunt. Quòd ſoleant nuncupari aſini, ut tenet Ioan. Monach. in cap. ex eo de elect. in 6. & in cap. ſicut num. 10. de verb. ſignif. & Parott. num. 23. apud Barboſ. de poteſt. Epiſc. p. 2. alleg. 46. num. 7. & ideò non veniant appellatione hominum, ſed jumentorum, ut ait Gomez in reg. de annali, quæſt. 47. in fine. Quanta igitur reipublicæ inferetur labes, quantum parabitur exitium, ſi deficiat ſciētia? Hoc innuit Deus Oſeæ 4. num. 6. Conticuit populus meus eo quòd non habuerit ſcientiam. Credo hoc loco inter conticere & perire, diſcriminis parum eſſe.

Scientia qualiter inflet.

93 Faciamus ſatis initio quæſtionis objectis. Ad 1. fatemur peſtiferum malum eſſe ſuperbiam, eaque inflatos omnia perperam, & ſiniſtrè adminiſtraturos. At vera ſapientia ſi adſit, illam opprimet potiùs, quàm fovebit. Sciẽtia enim inflat, non ſuo, ſed hominum vitio, qui bonis ſæpè rebus ad perniciem abutuntur. Hinc
,, S. Gregor. in Moral. Vera ſcientia (inquit) af-
,, ficit, non extollit, nec ſuperbientes, quos im-
,, pleverit, ſed lamentantes facit: nam quiſque
,, cũ repletus fuerit, ſe ſcire appetit: & jam ſui
,, conſcius, tanto per illam robuſtiùs ſapit, quã-
,, to ſe infirmum in illa veriùs recognoſcit.
,, Scientia ſine charitate inflat, charitate verò
,, formata ædificat. Ad 2. dicimus, quandam ſapientiam immodicam, & intempeſtivam, quæ vitio vertitur, quando quis non ſapit ſecũdùm ſobrietatem, inſaniæ proximam eſſe: tantum enim a vera ſapientia degenerat. Secùs res habet in vera ſapientia, quando quis ſapit, ſicut oportet, qualiter Apoſtolus divina & humana ſapientia inſtructus: cui proinde hallucinatus Feſtus inſaniam exprobravit. Ad 3. verum eſt, doctrinam, quæ traditur a privatis magiſtris clam, & quaſi in angulis, præſumi adulterinam: ex quo non improbatur noſtra reſolutio, ſed magis probatur, utpote procedens de ſtudijs generalibus, in quibus profeſſores ſanam doctrinam publicè tradunt omnibus undequaque confluẽtibus.

QVÆSTIO III.

Quàm ſint Academiæ neceſſariæ & utiles toti Eccleſiæ pro fidei conſervatione, & regimine Eccleſiaſtico.

94 Errorem eorum, qui damnarunt generalia ſtudia honeſtarum artium, adverſari fidei, & univerſali conſenſui, ac traditioni Eccleſiæ, docet Suar. tom. 4. Religion. tractat. 10. lib. 5. cap. 4. num. 2. ex Vualdenſi lib. 1. doctrin. fidei cap. 68. & nos illum repugnare juri, & manifeſtæ rationi, ſatis oſtendimus hujus diſputationis quæſtione 1. Quarè non eſt cur iterum data opera impugnemus, præſertim quia illius futilitas & improbitas identidem patebit ex hac, & ſequentibus quæſtionibus. Modò generalia ſtudia, ſeu Academias, in quibus præcipuè floret ſacrarum litterarum doctrina, eſſe utiles toti Eccleſiæ, ejuſque regimini, & fidei conſervandæ, ſuadetur 1. authoritate Conciliorũ. Nam Pariſienſe ſub Ludovico Primo, qui fuit Caroli Magni filius l. 3. cap. 12. ſic

Academiæ utiles toti Eccleſiæ.

,, habet: Obnixè ac ſuppliciter veſtræ celſitu-
,, dini ſuggerimus, ut morem paternum ſe-
,, quentes ſaltem in tribus congruentiſſimis
,, imperij veſtri locis ſcholæ publicæ ex veſtra
,, authoritate fiant, ut labor patris veſtri, & veſ-
,, ter, per injuriam (quod abſit) labefactando, io
,, depereat: quoniam ex hoc facto & magna u-
,, tilitas, & honor ſanctæ Dei Eccleſiæ, & vobis
,, magnũ mercedis emolumentũ, & memoria
,, ſempiterna accreſcet. Accedit Trid. ſeſſ. 5. c. 1. de reform. ubi quanta Eccleſiæ utilitas in ſcholis publicis accedat ex lectione ſacræ Scripturæ,
,, commendat his verbis: In gymnaſijs etiã pu-
,, blicis, ubi tam honorifica, & cæterorũ omniũ
,, maximè neceſſaria lectio hactenus inſtituta
,, non fuerit, religioſiſſimorũ Principũ, ac Rerũ
,, publicarũ, pietate & charitate ad Catholicæ fi-
,, dei defenſionẽ, & incremẽtum, ſanæq; doctri-
,, næ conſervationẽ, & propugnationẽ inſtitua-
,, tur. Quas igitur afferat utilitates lectio ſacræ Scripturæ, Epiſcopo, & ijs qui curã publicã gerũt in Eccleſiaſtica adminiſtratione, per otiũ recenſet Barb. de pot. Epiſc. tit. 2. gloſ. 10. n. 5.

Studia & ſapientes quàm utiles Eccleſiæ.

95 Suadetur 2. authoritate Summorum Pontificum. Nam Innoc. III. in cap. niſi cũ pridẽ, de renuntiat. pro explicanda utilitate, quã ſapiẽtes pariũt Eccleſiæ, affert optima verba D. Bern. ſerm. 36. in Cantica: Non ignoro (in-
,, quit) quantũ Eccleſiæ profuerint, & proſint
,, litterati ſui, ſive ad refellendos eos, qui ex ad-
,, verſo ſunt, ſive ad ſimplices inſtruẽdos. Aſferũtur ſimiliter hæc verba in 8. Synodo c. 2. & in c. omnes diſt. 38. ut probetur quàm ſit neceſſaria Epiſcopo ſcientia ad ſuam Eccleſiam regẽdam. Bonifacius IX. in Bulla 2. ſuper erectione
,, Academiæ Ferraẽriſis, ita habet: Fidelibus ip-
,, ſis, ad quærendũ litterarũ ſtudia, per quæ di-
,, vini nominis, ſuæque fidei Catholicæ cultus
,, protẽditur, juſtitia colitur, tam publica, quàm
,, privata res geritur utiliter, omniſq; proſperi-
,, tas humanæ cõditionis augetur, libẽter favo-
,, res gratioſos impẽdimus &c. Haud multum diſſimilis Paulus III. in Bulla 22. ubi agit de generali ſtatu civitatis Maceratenſis, ſic hortatur:
,, Fideles (inquit) ad quærendũ litterarũ ſtudia,
,, per quæ militaris Eccleſiæ Reſpublica geritur,
,, ac divini nominis, & fidei Catholicæ cultus
,, protẽditur, omniſque proſperitatis humanæ
,, cõditio augetur, noſtræ ſolicitudinis ope, A-
,, poſtolicíſq; favoribus propẽſiùs excitamus. Similia reperies in Bulla 11. Sixti V. ubi agitur de Academia, quæ Valẽtiæ in Aragonia, itẽ in Bulla 6. Ioannis XXII. & in Bulla 4. Leonis X.

S. Theologiæ ſtudiũ præd. Eccleſiæ.

96 Suadetur 3. quia in Academijs præſertim Eccleſiaſticis labor præcipuus impenditur ſacræ Theologiæ, quæ a Scripturis ſãctis originem ducit, & ab ijs tanquam a legitimis parentibus generatur, quantum autẽ Eccleſiæ Dei, ejuſq; fidei propagandæ, & optimo regimini proſit, teſtantur concilia, Lateranenſe in cap. 1. & cap. quia de Magiſtris, & Tridentinum ſeſſ. 5. de reform. c. 1. in quibus decernitur, ut lectio S. Theologiæ, & S. Scripturæ expoſitio in ſingu-

ungulis diæceſibns maximè ubi clerus numeroſus reperitur, habeatur. Teſtantur Pontifices: nam Honorius III. in cap.final. ne clerici, vel
,, monechi: Quiævero(inquit) Theologiæ ſtu-
,, dium cupimus ampliari, ut dilatato ſui ten-
,, torij loco, funiculos ſuos faciat longiores, ut
,, ſit fides Catholica circuncincta muro inex-
,, pugnabili bellatorum, quibus reſiſtere valeat
,, aſcendentibus ex adverſo: ad Archidiaconos
,, &c. hoc extendi volumus. Deinde Innocentius VI. in Bulla 2. Bonenienſem Academiam volens ampliare, quantū ex S. Theologia capiat emolumentum Eccleſia, ſatis manifeſtat his ver-
,, bis: Quaſi lignum vitæ in paradiſo Dei, &
,, quaſi lucerna fulgens in domo Domini eſt in
,, ſancta Dei Eccleſia, facultatis Theologicæ diſ
,, ciplina. Ipſa velut fœcunda eruditionis ma-
,, ter, ad irrigandam ſterilem orbis faciē, fluvios
,, de pectore Salvatoris emittēs, humanū genus
,, originalis ignorantiæ cæcitate deforme per
,, infuſionem veritatis, ad viam reducit juſtitiæ,
,, vivificat animas, eaſq; ad exaltationē Catho-
,, licæ fidei, & exterminium hæreticæ pravita-
,, tis, & cunctorum infidelium, & adverſus etiā
,, inviſibiles poteſtates, armis inexpugnabili-
,, bus munit, & fortiſſimas cōſtituit bellatrices.

S. Theologiæ multum confert ſtudiū liberaliū artium.

97 Quod ſi Academiæ judicantur utiles Eccleſiæ, ob profeſſionē, & ſtudium S. Theologiæ, ex hac etiā radice cēſebuntur utiles ob peritiā linguarū, & liberalium artiū, quibus florēt. Nam liberalium artiū ſplendorē multum conferre ſacræ Theologiæ, item ſacra Scripturæ intelligentiam, & interpretationem multum ab illis incrementum capere, habetur cap. de quibuſdam diſt. 37. Quanvis enim liberales artes per ſe non generent fidem, tamen diſponunt ad eam firmius percipiendam, ut latè oſtendunt Salmeron tom. 1. prolog. 17. & Pineda lib. 3. de rebus Salomonis a cap. 11. uſque ad 26. ubi aſſerit fuiſſe Salomonem Rhetorica, Poeſi, Dialecta, Muſica, Mathematica, Medicina, Phyſiologia, Theologia, omnibus denique artibus præſtantiſſimū, adeo ut diſciplinarū omniū cōpendium dici potuerit. Conſtat etiam ex ſāctis Patribus tū peritiam linguarū, tū etiam liberales diſciplinas eſſe præambulas ad ſupernaturalē & divinā ſciētiā, ut quis facilè illis inſtructus ſacrarū litterarū arcana perſcrutetur, & Theologicas veritates aſſequatur. Nam ad illud Pro-
,, verb. 1. Animadverte parabolam, & interpre-
,, tationē, verba ſapientū, & ænigmata eorum.
,, Addit S. Hieronymus, quæ propriè Dialecti-
,, corum & Philoſophorū ſunt. Et inferius ſub-
,, jungit: Quid ergo mirū ſi & ego ſapientiā ſæ-
,, cularē propter eloquij venuſtatē, & mēbrorū
,, pulchritudinē, de ancilla, atque captiva Iſrae-
,, litidē facere cupio? Concludit: Labor meus in
,, famlliā Chriſti proficit. S. Aug. lib. 2. de doctr. Chriſt. tria dicit eſſe neceſſaria pro intelligentia ſacrarum litterarum, nempe ſignorum notitiam, rerum cognitionem, & difficultatum expeditionem: primum confert linguarum peritia, ad ſecundum juvāt Philoſophia & Mathematica, in tertio lumen præbet Dialectica. In eandem ſententiam multa afferunt Clemens Alexan. lib. 6. ſtromat. n. 2. Naziāz. orat. 2. Theophylactus, & alij, quorum verba recitat Suar. to. 4. de relig. tract. 10. lib. 5. cap. 2. Ex quibus Eugenius Papa in cap. de quibuſdam diſt. 37. cit. rectè decrevit ut in omnibus Epiſcopatibus cō-
,, ſtituerentur Magiſtri, Qui ſtudia litterarum,
,, liberaliumque artium dogmata aſſiduè do-
,, ceāt. Et ſubdit rationem: Quia in his maximè
,, divina manifeſtātur, atq; declarantur mādata.

Eccleſia indiget viris litteratis.

98 Suadetur 4. ex eo quòd Eccleſia ſummopere indigeat viris litteratis c. ſuper ſpecula, de præben. cap. cum ex eo, ubi Ioan. Monach. n. 1. de elect. in 6. Hieron. Grach. in conſil. Syndicatus n. 67. Felin. in cap. ſi quando n. 7. ubi Navarr. except. 16. num. 5. de reſcript. Carol. de Graſſis tract. de effect. cleric. in prælud. a num. 63. & Bellet. diſquiſ. cler. p. 1. tit. de diſcip. cleric. §. 4. & Marcheſan. de comiſſion. p. 1. §. 2. Quia per viros doctrina excellentes totus mundus illuminatur Cap. fin. de Magiſtris, cap. cum ex eo, de elect. in 6. Auth. habita, ne filius pro patre. Flaminius de reſig. lib. 4. cap. 11. num. 17. & Carolus prælud. cit. num. 88. Sunt enim in Eccleſia Dei velut ſplendor. Cap. ſuper ſpecula de Magiſt. Dicuntur radij ſolis, & ſtellæ. Mandoſ. in reg. 16. Cancel. quæſt. 15. num. 3. Vnde Eccleſia ipſos ſemper amat. Cap. Epiſcopus 41. diſt. de quo latè Genuenſ. in practicab. Eccleſ. quæſt. 621. Eccleſia illis nititur, & ſuſtentatur, Abb. in cap. de multa num. 5. de præben. Felin. in cap. ſi quando num. 7. de reſcript. Igitur litteratis Eccleſiaſticum regimen committi debet, cap. porro diſt. 84. & cap. cum decorem de inſtitut. de quo multa eleganter tradunt Lambertinus de jure patron. lib. 2. p. 3. q. 5. art. 11. Felin. conſ. 18. n. 5. Conrad. in templo omnium judicum lib. 2. c. 1. §. 4. Caſſan. in Catal. gloriæ par. 1. Gigas conſ. 3. ex n. 55. Rolan. conſ. 47. a n. 75. & multi alij. Cum ergo viri in omni ſcientiarum genere verſati proſint Eccleſiæ, ut vel fidem tueantur, diſſipatis errorum tenebris, vel rudes optimis diſciplinis, ac documentis imbuant, vel curam animarum gerentes præficiantur omnibus, & Academiæ ſoleant parere, ac nutrire tales viros, conſequens eſt Academias eſſe neceſſarias & utiles Eccleſiæ ad fidei conſervationem, & regiminis felicitatem.

QUÆSTIO IV.

Sint ne Academiæ neceſſariæ & utiles pro ſtatu religioſo?

99 Ex ſuperioribus patet Academiarū neceſſitas, & utilitas ad publicum bonum,

bonum, ſive politicum, ſive Eccleſiaſticum, pro utriuſque Reipublicæ adminiſtratione. Supereſt diſcutiendum, extendaturne illarum neceſſitas, & utilitas ad bonum ſtatus religioſi, itaut litteraria exercitia proſint etiam regularibus? Nota hujuſmodi exercitia poſſe conſiderari dupliciter, primo paſſivè, ordinata ſcilicet ad diſcendū. Secundo activè nempe ordinata ad docendum: quæ duplex conſideratio duplicem parit difficultatem. Prima difficultas eſt, utrum exercitiū litterarum conſideratum paſſivè repugnet ſtatui religioſo? Affirmarunt nonnulli de quibus meminit S. Thomas Opuſc. 18. cap. 26. & opuſc. 19. cap. 11. à quibus eam ſententiam videtur hauſiſſe Kemnitius hæreticus, qui hoc nomine multum inſimulat, & acriter objurgat noſtram Societatem, utpote litterarijs ſtudijs impensè vacantem, ut narrat Payva lib. de Origine Societatis: & ideo Spencæus lib. 1. de continentia cap. 5. Antijeſuitam illum appellat. Fundantur 1. authoritate: nam S. Hieronymus ad Titum 1. & refertur in cap. olim diſt. 95. dixit ſtudium in religionibus inventum diaboli: (Antequam (inquit) inſtinctu diaboli ſtudia in religione fierent.) Id malum cavit S. Baſilius in regula 235. ubi noſtram difficultatem decidens ait, His ,, qui præſunt convenire ut ſcientiam habeant. ,, Vnuſquiſque vero (ſubjungit loquens de cæ- ,, teris) quæ officij ſui ſunt, ſtudioſè diſcat, & ,, perſequatur, neque curioſè ulterius, quid- ,, quam inquirat. Hinc Caſſiodorus lib. 1. Tripartitæ cap. 11. refert, & approbat veterem monachorum ab ſtudio litterario abſtinentium cō- ,, ſuetudinem. Multiplicem (inquit) ſcientiarū ,, cognitionem, & argutam diſſerendi ſubtili- ,, tatem, veluti rem ſupervacaneam, & etiam, ,, quod in præſtantioribus ſtudijs ponendum ,, eſt, ſibi ſurripientem, & ad vitam rectè inſti- ,, tuendam nihil afferentem adjumenti, peni- ,, tùs contemnunt. Accedunt exempla D. Antonij, & D. Benedicti, quorum monitis & inſtitutis omnis monachorum ſubſequentium poſteritas eremos coluit, & Eccleſiam nobilitavit. Nam de Antonio Sozomenus lib. 1. cap. 13. me- ,, morans illius vitam ac virtutes: Litteras (in- ,, quit) neque novit, neque magni æſtimavit: ,, ſed puram mentē, utpote litteris antiquiorē ,, & earum inventricem laudavit plurimum. De Benedicto Gregorius 2. dialog. in proœmio, ,, ſic ait: Romæ liberalibus ſtudijs traditus fue- ,, rat, ſed cum in eis multos ire per abrupta vi- ,, tiorum cerneret, eum quem quaſi in ingreſ- ,, ſu mundi poſuerat, retraxit pedem, ne ſi quid ,, de ſcientia ejus attingeret, ipſe quoque rue- ,, ret. Deſpectis itaque litterarū ſtudijs, ſoli Deo ,, placere deſiderans, ſanctæ converſationis ,, habitum quæſivit. Receſſit igitur ſcienter neſ- ,, ciens, & ſapienter ignorans.

Studium litterarū an proſit religioſo ſtatui.

100 Fundantur 2. ratione triplici. 1. quia ſtatus religioſus inventus eſt in ordine ad conſequendam perfectionem, & vitam ſupernaturalem, medijs virtutibus, & exercitio totius rectitudinis & honeſtatis, proindeque ſectando bonum, & declinando malum: ſed exercitium litterarum indifferens eſt, proindeque neque bonum, neque malum; ergo ſtatui religioſo ſupervacuum. 2. quia ſtatus religioſus fugit omnem gloriæ oſtentationem, & omnes honores, quibus ſæculares maximè inhiant, & inſerviunt: ſcientiæ autem honorem pariunt, & ad ſui vanam oſtentationem impellunt. 3. quia ſtatus religioſus magnopere diligit mentis Deo ſoli vacaturæ quietem, & quandam ab omni cogitationum tumultu, & diſtractione alienam tranquillitatem: exercitia autem litterarum, ſive in publicis contentionibus, ſive in verſandis privatim libris, mentem omninò diſtrahunt, & divinæ contemplationis aciem abrumpunt.

Nihilominus oppoſitum certiſſimum eſt: & quidem ſtudia litterarum, ſaltem ſacrarum religioſo ſtatui maximè congruere, tanquam dogma fidei tradit Suar. lib. 5. cit. cap. 1. n. 3. & probat ex illo Pſalmi 118. (Bonitatem, & diſciplinam, & ſcientiam doce me.) Quaſi non ſola bonitas, ſed etiam ſcientia conducat ad animæ perfectionem, quam religioſus ſtatus profitetur. Quæ reſolutio (ut arbitror) procedit de omnibus religionibus etiam monachalibus, quæ ſibi vacāt, & non alijs, ſed a fortiori de illis, quæ proximorum ſaluti incumbunt. Nam S. Thomas 2. 2. q. 188. a. 5. ubi quærens ſit ne religio aliqua convenienter fundanda ad ſtudendum? Reſpondet ſtudium litterarum omnibus religionibus eſſe utile: religioni verò quæ ad ſalutem proximorum procurandam ordinatur, eſſe neceſſarium. Sumitur 1. ex ſacra Pagina, nam Oſeæ 4. indignatur Deus contra populum, eo quòd ſtudere ,, & diſcere neglexerat: Quia tu ſcientiam re- ,, puliſti, repellam te. Iſaiæ 5. Propterea capti- ,, vus ductus eſt populus meus, quia non ha- ,, buit ſcientiam. Defectus ſcientiæ omnes calamitates populo Dei intulit, amiſſa libertate. Cum igitur in lege gratiæ quilibet religioſus ordo ſit populus Dei, Deo ipſi vinculis tribus ſpecialiter obſtrictus, ſcientia indiget pro vitandis illis calamitatibus. Quod ſi fuerit inſtitutus ad procurandam ſalutem proximorum, qualis noſtra Societas, non qualibet, ſed exactiſſima ſcientia indigebit, juxta illud Apoſtoli ad Ti- ,, tum 1. Amplectentem eum, qui ſecundùm ,, doctrinam eſt, fidelem ſermonem, ut potens ,, ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui con- ,, tradicunt arguere. Quia oportet diſcere ad docendum per exhortationem, & argutionem.

Religioſo ſtatui cōvenit litteras addiſcere.

101 Sumitur 2. ex Concil. Tridentino ſeſſ. 5. de reform. cap. 1. præcipiente ut in monaſterijs monachorum, ubi commodè fieri queat, lectio ſacræ Scripturæ habeatur: qua per negligentiam Abbatum omiſſa, Epiſcopi locorum in hoc ut Sedis Apoſtolicæ delegati

Lectio S. Scripturæ in monaſterijs habenda.

eos

cos ad id opportunis remedijs compellant. De quo decreto Piasec. in praxi Episc. p. 2. cap. 3. num. 41. Franciſcus Leo in Theſauro fori Eccleſ. p. 2. c. 2. n. 9. Campan. rub. 12. cap. 13. n. 5. & Gallet. in Margarita caſuum conſcientiæ, verbo legere, & verbo licentia, ubi aſſerit non eſſe neceſſariam licentiam Ordinarij ad illam lectionem in conventibus Ordinarij habendam. Dictis ſubſcribit Barboſa lib. 1. de jure Eccleſ. cap. 13. num. 46. & de poteſt. Episc. p. 3. alleg. 56. num. 12. ubi addit Paulum V. Conſtitutione ſua, incipit Apoſtolicæ ſervitutis, ſub Dat. kalendis Auguſti 1610. ordinaſſe; ut in omnibus regularium domibus, ſeu Monaſterijs lectio linguarum Hebraicæ, Græcæ, Latinæ, & Arabicæ habeatur, & a regularibus diligenter addiſcatur. Cum igitur Deus per ſcripturas, Concilium & Pontifices per decreta injungant monachis litterarum ſtudium, manifeſtè oſtendunt eſſe illud ſatis utile religioſo ſtatui. Sumitur 3. ex evidenti ratione: quia omnis ſtatus religioſus habet generaliter pro fine Deum colere mediante exercitio virtutum, quibus voluntas ornatur & perficitur, ſive quilibet particularis ordo attendat ſibi tantum, ſive etiam alijs: at qui voluntas potentia cæca eſt, quæ proinde operari nequit ſine intellectu prælucente, ſeu doctrinæ facem præferente; ergo oportet ſtudēdo addiſcere, & ſanam doctrinā comparare.

102 Quare ut reſpondeamus ad ea, quæ nobis ex authoritate opponuntur, imprimis ſiniſtrè affertur S. Hieronymus: nam ibi per ſtudia non intelligit ſtudia litterarum, ſed affectiones varias, ex quibus oriuntur diſſidia, & factiones: hic enim ſenſus patet ex contextu: „ Antequam (inquit) diaboli inſtinctu „ ſtudia in religione fierent, & diceretur in po„ pulis: ego ſum Pauli, ego Apollo, ego autem „ Cephæ, &c. Teſtimonium Baſilij noſtram „ confirmat ſententiam, cum affirmet religio„ ſum debere ſtudioſè diſcere quæ ſui officij „ ſunt. Neque enim nos aſſerimus utile eſſe religioſo ſtudium rerum quarumlibet, ſed earū tantum, quæ profeſſioni religioſæ, ſecundùm hanc vel illam, hujus vel illius ordinis regulam congruunt: proindeque non æqualem, ſed longè diſparem ſcientiam his vel illis regularibus ſectandam. Ex quibus patet ad id quod afferebatur de antiqua conſuetudine monachorum, & exemplis D. Antonij, & D. Benedicti ſtudia litterarum deſerentium: contenti enim ea doctrina, quæ ſibi ad vivendum ſolitariè ſufficiebat, omiſerunt omnem aliam, quæ fortè religioſis in frequentia populorum degentibus neceſſaria eſt.

Humilitas & perfectio religioſa cū ſtudio litterarum

Deinde ut reſpondeamus ad ea quæ nobis ex ratione opponuntur, ad primum dicimus ſtudium litterarum ex ſe neque bonum; neque malum eſſe: unde ſicut a fine malo malitiam, ita a fine bono bonitatem mutuatur: in religionibus autem ordinatur ad ſalutem animarum, a quo fine bono bonitatem ſortitur. Accedit quòd ſtudium rerum ſacrarum, de quo præcipuè agimus, ex objecto non indifferens, ſed valdè honeſtum eſt. Ad ſecundum fatemur ſcientiam honores ingentes parere, ex quo non ſequitur illius comparandæ ſtudium & ſolicitudinem repugnare cum humilitate religioſa: quanvis enim ſi illud habetur cauſa vanæ oſtentationis, ſuperbia ſit, tamen ſi gratia juvandi alios, charitas eſt. Ad tertium negamus ſtudium, quantum ex ſe, mentem diſtrahere, & a Deo avertere; quando enim quis cogitat de re honeſta propter Deum, mentem colligit potiùs, quàm diſtrahit: & hujuſmodi cogitatio medium eſt ſatis efficax (ut docet S. Thomas cit. a. 5.) ad impediēdum carnis concupiſcentiam, & alia infima deſideria.

103 Secunda difficultas eſt, utrum exercitium litterarum conſideratum activè, nempè ad docendum, ſive intra monaſterium, ſive in ſcholis generalibus, repugnet ſtatui religioſo: Pro parte affirmativa poteſt afferri 1. authoritas D. Hieronymi ad Riparium: „ Monachus (inquit) non docentis, ſed plāgentis habet officium. Quibus verbis concinunt quæ protulit V. Synodus, & referuntur in cap. hoc nequaquam §. præcipit 7. q. 1. Monachorum ſubjectionis habet verbum, & diſcipulatus, non docendi, vel præſidendi, vel paſcendi alios. Videtur igitur abhorrere ab inſtituto religioſo munus docendi. Poteſt afferri 2. ratio, nam munùs publicè docendi, præſertim extra monaſterium in ſtudijs generalibus, ſecum multa involuit, quæ religionis profectū regulariter impediunt: in magiſterio enim publico ſunt frequentiſſimæ occaſiones contendendi, nimium loquendi, & ſimiles, quibus animus diſtrahitur, tempus conſumitur, regularis diſciplina laxatur, devotionis fervor, & ſolidarum virtutum amor intepeſcit. Ergo videtur dicendum religioſo ſtatui multum repugnare publicè docere, & a fortiori, Academiarum curam ſuſcipere.

Monachi officium non eſt docere.

104 Nihilominus certiſſima eſt negativa ſententia, quam ex S. Thoma 2. 2. q. 188. a. 4. & 5. acriter defendit Suar. tom. 4. de relig. tract. 10. lib. 5. cap. 4. n. 4. affirmans munus publicè docendi eſſe poſſe valde accommodum ſtatui religioſo, & in præſenti tempore legitimè, & in magnam Eccleſiæ utilitatem fuiſſe à Societate aſſumptum. Deſumitur 1. ex S. Pagina „ Eccleſiaſtici 24. Qui elucidant me vitam æ„ ternam habebunt. Sermo eſt de ſapientia, quam elucidant qui publicè docent, & ex hoc vitam æternam, ad quam tendit omnis ſtatus religioſus, conſequuntur. Danielis 12. Qui „ docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor fir„ mamenti, & qui ad juſtitiam erudiunt mul„ tos, fulgebunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.

Docendi munus cōvenit religioſis.

nitates. Quem locum interpretatur S. Hieron.
Epiſt. 103. ad Paulinum, extollens quanti fiat a
Deo docere alios pro æterna vita comparāda.
Deſumitur 2. ex jure Canonico, Cap. ſuper ſpe-
cula, & cap. 1. ne clerici vel monachi in 6. in qui-
bus cùm regulares excludantur a munere do-
cendi medicinam, & juris civilis prudentiam,
videntur admitti ad docendum ſcientias ſacras,
& inferiores facultates, quæ illis ſubſerviunt, ac
famulantur. Accedit communis & antiqua cō-
ſuetudo Eccleſiæ admittentis viros religioſos
ad publicas cathedras, imò & Academias inſti-
tuendas, ut videre eſt apud Genebrardum in ſua
Chronol. lib. 3. & Euſebium lib. 5. hiſtor. cap. 4.
Nobis ſufficiat exemplum celeberrimæ Vniver-
ſitatis Pariſienſis, quam per Monachos inſti-
tutam & fundatam refert Antoninus 2. p. hiſto-
,, riali tit. 14. cap. 4. §. 12. his verbis: Fuerunt Pa-
,, riſijs fundatores hujus ſtudij, quatuor mona-
,, chi Bedæ diſcipuli, ſcilicet Rabanus, & Al-
,, cuinus, Claudius, & Ioannes Scotus.

Academia Societati commendantur.

105 Deſumitur 3. ex verbis magnificis,
quibus Summi Pontifices commen-
dantes Societati Ieſu Curam Academiarum, ſeu
generalium ſtudiorum, extollunt utilitatem,
quæ Eccleſiæ ex hoc ſuſcepto munere naſcetur.
Nam Gregorius XIII. in Bulla 100. ubi agitur de
inſtitutione Collegij Societatis Ieſu & ſtudio
generali ipſius in civitate Pontemonſinien-
,, ſi Lotenæ in Gallia, ſic habet: Intra men-
,, tis noſtræ arcana revoluentes, quantum ex
,, litterarum ſtudijs Catholica fides, tenebroſa
,, ignorantiæ caligine, ac hæreſum peſte expul-
,, ſa, augeatur, divini numinis cultus protenda-
,, tur, veritas agnoſcatur, juſtitia colatur; reli-
,, quæque virtutes illuſtrentur, ac benè beatè-
,, que vivendi via paretur, ad ea, per quæ ipſa
,, ſtudia ubilibet excitentur, & ſtudioſæ perſo-
,, næ ad excelſum doctrinæ faſtigium aſpiran-
,, tes, opportunæ ſubventionis auxilia ſuſcipi-
,, piant, libenter intendimus &c. Idem Grego-
rius in Bulla 102. ubi loquitur de Academia Vil-
nenſi Societatis Ieſu in Bolonia, eique multa
privilegia concedit, ſic exorditur: Dum attenta
,, cōſiderationis indagine perſcrutamur, quàm
,, pretioſum ſapientiæ, & ſcientiæ donum, per
,, quod ignorantiæ, & vitiorum tenebræ profli-
,, gantur, erroreſque tolluntur, ſoliciti reddi-
,, mur, & ſolertes, ut litterarum & pietatis ſtu-
,, dioſi, debitis virtutum inſigniantur honori-
,, bus, ac indefeſſi laboris ad gloriam Dei ſuſ-
,, cepti, præmium tandem reportent.

Studiorū laus & utilitas.

,, Vna generalium, tam divinorum, quàm
,, humanorum ſtudiorum Vniverſitas erigere-
,, tur, & inſtitueretur. Ac in dicto Collegio
,, Theologia, Philoſophia, & artes liberales pu-
,, blicè, & ea quæ in ſtudiorum generalium V-
,, niverſitatibus Poloniæ, & aliorum Chriſtia-
,, næ fidei regnorum leguntur ac explicantur,
,, & authoritate comprobantur, ad fidei ortho-
,, doxæ propugnaculum, civitatis prædictæ or-
,, namentum, feliciſſimū totiuſque Provinciæ
,, decus, per ipſos presbyteros (Societatis Ieſu)
,, interpretarentur, & perlegerentur.

106 Sixtus Papa V. in Bulla 107. ubi
agit de Academia, quæ eſt annexa
Collegio Græcenſi Societatis Ieſu, fundato
per Carolum Archiducem Auſtriæ, ipſique cō-
,, fert multa privilegia, ita ait: Cæleſtis Patris *Fidei augmentum ex ſtudijs.*
,, providentia ad ſummum Apoſtolatus Api-
,, cem evecti, tanquam de excelſo monte ad
,, ima agri irrigui militantis Eccleſiæ noſtrum
,, dirigentes intuitum, ac conſiderantes, quòd
,, per litterarum ſtudia, ad benè beatèque vi-
,, vendum via præbetur, veritas agnoſcitur, juſ-
,, titia colitur, cæteræque virtutes illuſtrantur,
,, ac humanæ proſperitatis conditio augetur,
,, fides Catholica, & cultus divinus protendi-
,, tur, ad ea per quæ ſtudia hujuſmodi ubilibet
,, propagentur, &c.

Paulus V. in Bulla 84. ubi agit de inſtitutio-
ne Academiæ erectæ per Epiſcopum Padebor-
nenſem in Collegio Societatis Ieſu fundato
per eundem Epiſcopum Padebornæ in Germa-
,, nia, ita ait: Intra mentis noſtræ arcana reco-
,, lentes, quantum ex litterarum ſtudijs Catho-
,, lica fides augeatur, divini nominis cultus pro-
,, tendatur, veritas agnoſcatur, ac juſtitia cola-
,, tur, ad ea per quæ litterarum ſtudia huiuſmo-
,, di ubilibet excitentur, & humiles perſonæ,
,, eis incumbere deſiderantes, id efficere poſ-
,, ſint, libenter intendimus.

Et Vrbanus VIII. cum Collegium, quod
Gregorius XIII. fundaverat Laureti, ut ibi ale-
rentur, & docerentur triginta iuvenes Dalma-
tæ, commendaret hominibus Societatis Ieſu
,, regendum, ſic ait in Bulla 64. Cæterum cum
,, dilectorum filiorum presbyterorum Societa-
,, tis Ieſu in hoc educandorum, inſtituendorū-
,, que adoleſcentium munere, diligentia, fides,
,, integritas, & in alijs ejuſmodi Collegijs, &
,, in hoc ipſo, quandiu Laureti, & in Seminario
,, Romano fuit, ſatis cognita ſit, atq; perſpec-
,, ta, Collegium, atque ſcholares hujuſmodi ip-
,, ſorum, ſicut a primæva origine fuit, regimini,
,, inſtitutioni, doctrinæ, atque obedientiæ ſub-
,, jicimus, &c. Ex quibus manifeſtè colligitur
non eſſe alienum a religioſo ſtatu publicè doce-
re, & ſuſcipere curam generalium ſtudiorum,
quæ Summi Pontifices, ut vidimus, committunt
regularibus, pro augmento fidei, ac totius Chri-
ſtianæ religionis propagatione.

107 Noſtra igitur ſententia ſic ſtabili-
ta, ad id quod pro parte cōtraria op- *Monachus docens.*
ponebatur ex authoritate, occurrimus: nam S.
Hieronymus ſolum loquitur de monacho,
prout monachus eſt: quia ſic ex officio habet
perfici, non perficere, pænitentia affici, non do-
cere: cum quo ſtare poteſt, ut monachus peritus
valeat ſuſcipere curam docendi a Pontifice
injun-

Digitized by Google

injungente. Eodem ſenſu loquitur V. Synodus. Nam hoc nomen (Monachus) ut videre eſt apud Dionyſium cap. 6. de Eccleſ. hierar. ſignificat propriè eum, qui ſolitariam & contemplatiuam vitam profitetur. Ex quo factum eſt, ut monachi multis decretis 16. quæſtione 1. a quibuſdam miniſterijs Eccleſiaſticis circa doctrinam, & ſacramenta repellantur. Hodie tamen a temporibus D. Dominici, & D. Franciſci, inſtitutæ ſunt religiones habitu & nomine Monachali, quæ conjungunt utranque vitam, contemplativam, & activam, quales mendicantes, quibus ex delegatione Sedis Apoſtolicæ competit officium prædicandi, & docendi. Ad id quod opponebatur ex ratione, dicimus valde accidentarias eſſe occaſiones indevotionis, & diſtractionis, quæ offeruntur in magiſterio: illas enim vitabit facilè regularis, qui ex obedientia, & charitate, ut par eſt, magiſterium ſuſceperit: imo inter litterarias contentiones, & Academicum tumultum, retinebit devotionem cordis, tranquillitatem mentis, & (ſicut legimus de multis religioſiſſimis ac ſanctiſſimis præceptoribus) omnem regularem diſciplinam ad unguem obſervabit.

QUÆSTIO V.

Quale fuerit judicium magnorum Principum de utilitate Academiæ Conimbricenſis.

Conimbricenſis Academiæ utilitas.

108 Quanvis ex hactenus diſputatis, apud eos qui probè noverunt Academiæ Conimbricenſis ſplẽdorem, quo in tota Luſitania, imo & toto orbe irradiat, ſive ob diſciplinas omnigenarum facultatum, quas profitetur, ſive ob egregios in omni ſcientiarum genere viros, quos omni ætate peperit, ſatis exploratum ſit, quantam prædicta Academia utilitatem afferat regno, & Eccleſiæ, pro utriuſque regimine, & tutamine, tamen abs re non judico hic apponere judicium, quod ab illius incunabulis, de ipſius utilitate tulerint viri Principes, ſeu optimates regia, aut Pontificia dignitate conſpicui. Imprimis Dionyſius Luſitaniæ Rex, qui tantæ moli prima fundamenta jecit, in regio fundationis diplomate, ſeu epiſtola ſubſcripta, anno Domini 1347. quæ eſt ad fol. 13. cujuſdam libri manuſcripti authentici, qui ſervatur in Carthophylacio Collegij Ebo-
„ renſis loculo 12. ſic ait: Dionyſius Dei gratia
„ Rex Portugalliæ, & Algarbij univerſis Chriſ-
„ ti fidelibus ſalutem. Regalem decet excel-
„ lentiam, invigilare remedijs ſubjectorum, ac
„ Regnum, & Regni habitatores magnificare
„ virtutibus præmiorum, ut dum Rex, & popu-
„ lus ei commiſſus, in multiplicatis juſtitiæ fru-
„ ctibus ſuſcipiunt incrementum, poſt huma-
„ næ vitæ tranſitum, ad æternam mereantur
„ beatitudinem pervenire. Quippe hoc Rex
„ cultor juſtitiæ, nunquam melius poterit du-
„ cere ad effectum, quàm ſi terram, ideſt Reg-
„ num ſibi commiſſum faciat ſemine multipli-
„ ci ſeminari, & ſic demum per illius gratiam,
„ qui de mortificato ſemine plurimum fructũ
„ affert, Regnum emittat palmas juſtitiæ, & ter-
„ ra germinet fructus ſuos, ſcilicet viros elo-
„ quiorum doctrina multiplici inſignitos, ut
„ per imbrem cæleſtis gratiæ, vitis literatis ad
„ omne bonum cooperantibus, Rex & Regnũ
„ in ſoliditate juſtitiæ ſolidentur. Sanè Regna
„ noſtra Portugalliæ, & Algarbij, perſpeximus
„ omni bono, quod humanam conditionem
„ pertinet, communicata: ſed quoniam Rega-
„ lem majeſtatem, nõ ſolum armis decoratam,
„ ſed legibus juſtitiæ & æquitatis oportet eſſe
„ armatam, ut utrunque tempus belli & pacis
„ rectè valeat gubernari: cupientes Regna noſ-
„ tra virtutum incrementis & radijs coruſcare,
„ ad decus & gloriam altiſſimæ Majeſtatis, &
„ glorioſæ Virginis Matris Chriſti, nec nõ almi
„ martyris Vincentij, & Sacroſanctæ Romanæ
„ Eccleſiæ, quæ cunctorum fidelium mater eſt,
„ & magiſtra, ad utilitatem publicam Regni
„ noſtri, in civitate noſtra Conimbricenſi, quã
„ prælegimus, in hac parte fundamus, & plan-
„ tamus irradicabiliter ſtudium generale. Vo-
„ lentes, ut ibidem apud religioſos conventus
„ fratrum Prædicatorum, & Minorum in ſacra
„ Pagina doceatur, ut ſit fides Catholica circũ-
„ data muro inexpugnabili bellatorum &c.

Academiæ Conimbricẽſis utilitas.

109 Dionyſij Regis magnificentiſſimi verbis annectamus verba ſimilia Summi Pontificis Nicolai IV. in quadam Bulla, quæ habetur fol. 2. libri citati. ubi agit de ſtudijs generalibus, quæ dictus Rex Conimbricæ fundaverat, & per id temporis erant Olyſippone;
„ Nos autem diligentius attendẽtes, quòd per
„ hujuſmodi ſtudia, cooperante illo, a quo bo-
„ na cuncta procedunt, in Regnis ipſis divinus
„ cultus augebitur, creſcet devotio, & fidei or-
„ thodoxæ cultores informationem ſuſcipiẽt,
„ &c. Idcirco ad augmentum, & corroboratio-
„ nem ſtudiorum ſolicitè intendentes, deſide-
„ rantes quoque ut per Apoſtolici favoris au-
„ xilium ſtudia ipſa firmis radicibus fulciantur.
&c. Poſt hæc nonnulla privilegia largitur eidẽ Academiæ, quæ ibidem habentur, & videri poſſunt. Eodem libro fol. 5. eſt quædam ſupplicatio, quam Prior S. Crucis Conimbricæ, & Abbas Alcobacenſis, Prior Vimaranenſis, & novemdecim alij Priores, & Rectores Luſitaniæ, obtulerunt Pontifici Clementi V. pro fundatione ſtudiorum generalium in Luſitania, flagitantes ut de redditibus Eccleſiaſticis ſuorum beneficiorum alerentur deſtinati præceptores: ſuppli-
„ cant igitur omnes his verbis: Cum regiam celſitu-

„ celſitudinem non ſolum armis decoratam,
„ ſed legibus oporteat eſſe armatam, & tam
„ tempore belli, quàm pacis Reſpublica rectè
„ valeat gubernari. Nam per ſcientiam mūdus
„ illuminatur, & vita ſubjectorum ad obedien-
„ dum Deo, & magiſtris, & miniſtris ejus ple-
„ niùs, & fideliùs informatur, fides corrobora-
„ tur, & per viros Eccleſiaſticos defenditur cō-
„ tra hæreticam pravitatem. Idcirco nos ſupra
„ dicti unà cum perſonis religioſis, & prælatis,
„ & alijs cum clericis quàm laicis Regnorum
„ Portugalliæ, & Algarbij plena inter nos deli-
„ beratione habita, divina inſpiratione mediā-
„ te, & utilitate noſtra privata & communi ſua-
„ dente: conſideramus valde expedire Regnis
„ ſupra ſcriptis & habitatoribus, in ijſdem ha-
„ bere in qualibet facultate generale ſtudium
„ litterarum &c. Quare ad pedes veſtræ Sanc-
„ titatis, Pater Sanctiſſime, recurrimus, humi-
„ liter deprecātes, quatenus ipſa dignetur tam
„ pium opus, laudabile, ad ſervitium Dei invē-
„ tum, & ad decorem patriæ, necnon ad utilita-
„ tem omnium noſtrum, & ſingulorum admit-
„ tere, & prædictam ordinationem miſericor-
„ diter de benignitate ſolita confirmare. Datū
„ apud Montem maiorem novum ſecūdo Idus
„ Novembris, Era MCCCXXVI.

Studiorū utilitas.

110 Hujuſmodi ſupplicationi annuens dictus Papa Clemens V. in quadam Bulla, quæ citato libro poſt ſupplicationem ap-
„ ponitur, ſic ait: Profectibus publicis ex debi-
„ to paſtoralis officij, cum dante Domino præ-
„ ſidemus, efficacibus ſtudijs intendentes, in-
„ genti utique deſiderio ducimur, & circa pro-
„ pēſioris ſolicitudinis excitamur, ut ſtudia lit-
„ terarum, per quæ ſcientiarum incomparabi-
„ lis theſaurus acquiritur, atque ad ſpiritualis,
„ & temporalis gaudij gloriam pervenitur, lau-
„ dabilibus incrementis dirigantur ubilibet,
„ atque propenſius invaleſcant, & in illis po-
„ tiſſimè locis, & partibus, quæ ad id fore ido-
„ nea & accōmoda dignoſcuntur, ad multipli-
„ candum doctrinæ ſemina, & gramina ſaluta-
„ ria producenda. Expedit enim ſingulis regio-
„ nibus orthodoxis, ut in eis viri habeantur
„ induſtres, litterarum decore, ſcientijs, & vir-
„ tutibus præſigniti, ut ſingula ipſorum conſi-
„ lijs providis, & conſulta providentia dirigan-
„ tur. Quòd eorum incolæ ſub rectitudinis ob-
„ ſervantia, & quietis beatitudinis gratulen-
„ tur, &c. Eodem lib. fol. 56. eſt alia Bulla ejuſ-
dem Papæ Clementis V. expedita ad inſtantiam
Regis Alphonſi IV. quæ dirigitur ad Epiſcopos
Olyſipponenſem & Eborenſem ſuper Luſitana
„ Academia, ubi ſic ait Pontifex: Dum ſolitæ
„ cōſiderationis indagine perſcrutāmur quàm
„ ſit donum ſapientiæ pretioſum, quàmque il-
„ lius deſiderabilis, & glorioſa poſſeſſio, per
„ quam ignorantiæ tenebræ profugantur, atq;
„ errorum funditùs eliminata caligine, morta-
„ lium curioſa ſolertia ſuos actus, & opera diſ-
„ ponit, & ordinat in lumine veritatis, magno
„ utique deſiderio ducimur, ut litterarum ſtu-
„ dia, in quibus margarita ſcientiæ reperitur,
„ laudanda ubilibet incrementa ſuſcipiant, &
„ perpetuò invaleſcant, &c.

111 Eodem citato libro fol. 82. reperitur Bulla quædam Ioannis XXII. expedita ad inſtantiam Regis Ioannis I. ſuper Luſitaniæ Academia, cujus initium ita habet: Dum
„ attentæ conſiderationis indagine perſcruta-
„ mur, quòd per litterarum ſtudia, cooperante
„ illo, a quo omnium charisinatum dona pro-
„ veniunt, efficiuntur ſtudij eruditi, inſtruuntur
„ rudes, provecti ad meliora concreſcunt, &
„ fides Catholica roboratur, libenter non ſo-
„ lum loca, ubi hujuſmodi polleant ſtudia, ſed
„ etiam legentes in ipſis, eos potiſſimè, qui
„ ſcholaſticis laboribus diutius inſudantes,
„ demum gradum, ſeu honorem titulis in ijſdē
„ inſigniri meruerunt, ſpiritualibus, & tempo-
„ ralibus donis curamus allicere, &c. Eodem
lib. fol. 131. inveniuntur litteræ Cardinalis Antonij, qui erat Pænitentiarius maximus Pauli III. in quibus conceditur magiſtris, & ſcholaſticis Academiæ Conimbricenſis poſſe frui in abſentia fructibus ſuorum beneficiorum: & ſic habe-
„ tur illarum initio. Solet nonnunquam Ro-
„ mana Eccleſia illos, per quos litteratorum
„ virorum numerus augetur, ac publicæ utili
„ tati conſulitur, ſpecialibus favoribus, & in-
„ dulgentijs proſequi &c. Denique claudo inſtitutum teſtimonio Doctoris eximij Franciſci Soarij, qui licèt Cardinalitiam purpuram non habuerit, omnibus tamen titulis meruit, proindeque inter magnos heroas etiam ſuprema dignitate fulgentes recenſeri poteſt. Hic igitur Doctor tom. 4 de relig. tract. 10. lib. 5. c. 4. poſtquam numeravit præcipua Europæ generalia ſtudia
„ toti orbi, & Eccleſiæ ſummè utilia: In Luſi-
„ tania (concludit) Conimbricenſe hoc ter ma-
„ ximi Ioannis III. regali planè munificentia
„ fundatum: quanvis enim tempore ſuperiori-
„ bus recentius ſit, non tamen doctrina, & Vni-
„ verſalis Eccleſiæ utilitate, ac fructu, præſer-
„ tim circa fidei propagationē, inferius exiſtit.
Nota dici fundatum à Ioanne III. non quòd ille re vera fundaverit (prima enim fundamenta jecit Dionyſius Rex) ſed quòd accitis ex toto orbe egregijs præceptoribus inſtruxerit, & annuo triginta millium aureorum proventu locupletauerit.

QUÆSTIO VI.

Quale fuerit judicium magnorum Principum de utilitate Academiæ Eborenſis.

Eborēſis Academiæ utilitas.

112 VEreor ne quis mihi ſuccenſeat, quaſi tempus fruſtra contererēin

in perquirendo judicium magnorum Principũ de utilitate Eborenſis Academiæ: fruſtra enim qui à paucis exigit ſententiam illam, in quam conſentiunt omnes. Et quidem ſatis exploratũ videtur, noſtram Academiam eſſe utilem, tum quia Academia eſt, tum quia Societatis regimini commiſſa, tum quia Luſitana, ſed præcipuè quia ſita Eboræ in plaga Tranſtagana, quæ non magis frumenti, & rerum omnium humanis uſibus intervenientium, quàm ingeniorum ferax eſt. Neque nova, ſed nimium priſca hujuſmodi feracitas Tranſtaganæ regioni ab ipſo naſcentis mundi exordio tanquam individua proprietas inhæſit. Multis enim retro ſæculis hæc fertiliſſima tellus floruit ſtudijs, & tanquam fœcunda parens, omni ferè ætate, viros omni ſcientiarum genere inſtructos progenuit. Natæ olim a prima rerum molitione ſcientiæ in paradiſo, quibus Deus optimus magiſter parentes noſtros imbuit, mox decurſu temporum ob admiſſa & ingeminata ſcelera mentibus hominum caligantibus, penè ſuppreſſæ, & extinctæ nõ priùs alijs gentibus, quàm Hiſpanis illuxerunt, non procul ab Eborenſi ſolo, intra fines Tranſtaganos: itaut non ad Græcos, ut aliqui ſomniarunt, ſed ad Bæticos, qui partim Caſtellani, partim Tranſtagani ſunt, acquiſitæ ſcientiæ originem referant. Erubeſco loqui ſine authoribus, quorum jam produco teſtimonia.

Tranſtaganæ regio parẽs ſcientiarum.

113 Strabo nobiliſſimus geographus, qui floruit Octaviani Auguſti ætate abhinc mille ſexcentis quinquaginta & ſex annis lib. 3. habet hæc verba, loquens de Bætica, quam ea parte, qua clauditur Ana fluvio, ſpectare ad Tranſtaganos, continereque Oliventiã, Serpam, Mouram, Mouranum, & alia præclara oppida, perſpicuũ eſt. Hi (inquit Strabo) inter Hiſpaniæ populos ſapientia putantur excellere, & litterarum ſtudijs utuntur, & memorandæ vetuſtatis volumina habent, poemata, leges quoque verſibus conſcriptas, e ſex annorum millibus, ut aiunt. Hæc ſunt cõcepta Strabonis verba, ex quibus Annius Viterbienſis diligentiſſimus antiquitatis indagator ad 5. librum Beroſi ſupputans & conferens tempora quibus Græcia & noſtra Betica cæpit florere diſciplinis philoſophicis, arguit in hunc modum. Quare (inquit Annius) philoſophia & litteræ non minùs ſeptincentis annis fuere ante Hiſpanis, quàm Græcis. Et paulò inferius: Quare (ſubjungit) ut complures authores tradunt, verum eſt quòd philoſophiæ initium, & litterarum ſimul non à Græcis, ſed antiquiſſimis Hiſpanis (intelligit Bæticos) emanavit.

114 Triumpha igitur & exulta tantorum authorum præconio o Bætica! Triumpha præ reliquis oppidis Oliventia Bæticæ pars optima, in qua non ſolum poſt orbis molitionem prima enituit philoſophia, ſed hac noſtra ætate, quando philoſophia ornatior & locupletior, feliciter editi authorem Logicæ P. D. Sebaſtianum do Couto, ut verè dicaris & ab orbis incunabulis philoſophiam peperiſſe, & natam quaſi gremio foviſſe, aluiſſeque. Præterea ne injurius & invidioſus videar, ſi ſupprimã alium reliqui curſus authorem P. Emmanuelem de Goes natum in oppido Portel, illud tandiu obſervavi, e ſolo Tranſtagano prodijſſe utrunque curſus authorem, ununque in Eborenſi Academia educatum ſcientias hauſiſſe, & utriuſque opus Conimbricenſes ſuo inclyto nomine condecoraſſe.

Curſus Conimbricẽſis Academia.

Hæc tamen non me deterrent a conatibus: ideoque rem perſpicuam, nempe Academiæ Eborenſis utilitatem incipiant illuſtrare teſtimonia Pontificum, quorum authoritas in humanis ſumma eſt. Pius IV. in quadam Bulla expedita 14. Aprilis, anno Domini 1561. in qua unit Collegio, & Academiæ Eborenſi nonnulla prædia, initio ita habet: Creditam nobis deſuper regendæ militaris Eccleſiæ providentiam, coadjuvante Domino, utiliter exequi cupientes, gratoſque Deo, & univerſæ Reipublicæ Chriſtianæ utiles fructus, qui ex litterarum ſtudio produci noſcuntur, intra cordis noſtri arcana revolventes, ad ea quæ pro perſonarũ hujuſmodi ſtudio vacantium ſubventione, eique incumbentium onerum ſupportatione, providè facta fuiſſe dicuntur &c. Nihilominus ipſe (Henricus) qui regimen & adminiſtrationem Collegij & Vniverſitatis hujuſmodi dilectis filijs fratribus Societatis Ieſu cõceſſit, maximum fructum ex ipſorum fratrum eruditione, doctrina, moribus, & exemplari vita, alijſque virtutibus indies provenientem, conſiderans; unde facilè ſperatur, doctos & eruditos homines, ejuſdem Vniverſitatis alumnos, non ſolum regno Portugalliæ, ſed etiam Africanis, Orientalibuſque Provincijs, chariſſimo in Chriſto filio noſtro Sebaſtiano moderno, & pro tempore exiſtẽti Regi Portugalliæ, & Algarbiorum illuſtri, ſubjectis, quæ viris doctis apprimè indigent, ſuffecturoſque &c.

Vtilitas Eborenſis Academiæ.

115 Idem Papa Pius IV. in alia Bulla expedita 2. Iulij anno Domini 1564. quæ unit Collegio Eborenſi Spiritus S. Prioratum Divi Georgij, ſatis extollit noſtræ Academiæ utilitatem his verbis: Gratos Domino, & Chriſtianæ Reipublicæ utiles fructus, qui ex juventutis eruditione, & ſana in viam morum, virtutiſque directione provenire noſcuntur, intra cordis noſtri arcana revolventes, ad ea, per quæ perſonarum Eccleſiaſticarum quarumlibet, præſertim religioſorum, ſtudijs hujuſmodi vacantium, ſubventioni providetur, libenter intendimus &c. Vnde (ex Vniverſitate ſcilicet) non ſolum Eborenſis, & aliæ vicinæ civitates, totaque ea Provincia

Collegij & Academia Eborenſis utilitas.

,, vincia magnam aſſiduè in litterarum ſcientia
,, ſuſcipiant augmentum, ſed etiam ſacerdotes,
,, & prædicatores Catholici inde ad partes Gui-
,, neæ, S. Thomæ, Braſiliæ, Indiarum, & aliarum
,, Provinciarum Conquiſtæ Coronæ Portugal-
,, lenſis nuncupatarum, pro verbo Domini ibi
,, ſeminando, fideque Catholica prædicanda,
,, & amplianda, non ſine uberrimo fructu ſin-
,, gulis annis emittuntur. Cumque dictũ col-
,, legium, quod etiam caput dictæ Vniverſita-
,, tis exiſtit, ex quo tanquam de perenni ſemi-
,, nario legentes, & magiſtri, aliique miniſtri
,, dictæ Vniverſitatis extrahi ſolent, ſufficien-
,, tes ad tantam ſcholarum, perſonarũque mul-
,, titudinem alendam, & manutenendam, red-
,, ditus non habeat &c.

Pius V. in quadam Bulla expedita 7. Octobri, anno Domini 1567. ubi unit Eborenſi Collegio triginta modios magnos tritici, & decem
,, hordei ex menſa Pontificali, ita ait: Perſonas
,, hujuſmodi nunc, & pro tempore in dicto
,, Collegio exiſtentes commodiùs alere, onera-
,, que ſibi pro tempore incumbentia ſupporta-
,, re poſſent, conſequenterque fieret ut ex ipſo
,, Collegio, tanquam de peréni ſeminario Ma-
,, giſtri, lectores pro diverſarum claſſium regi-
,, mine, necnon prædicatores, & alij ſpirituales
,, miniſtri, qui etiam peregrè etiam uſque ad
,, extremos Indos, aliosque Orientales popu-
,, los, proficiſcentes, & ibi verbum Dei ſeminã-
,, do, talentum a Patrefamilias ſibi creditum,
,, non infructuosè, quin potiùs magno cũ ſpiri-
,, tuali lucro exercerent, faciliùs extrahi poſ-
,, ſent &c.

116 Gregorius XIII. in Bulla expedita 4. Februar. An. Dñi 1576. ubi Collegio applicat quoſdã redditus fabricæ Sedis Eborenſis, ita
,, habet: Vlteriùs providè conſiderans, gregem
,, Dominicum a via ſalutis facilè aberrare poſ-
,, ſe, ubi ſacerdotes & alij miniſtri Eccleſiaſti-
,, cis muneribus mancipandi, qui ſacrarum, &
,, aliarum litterarum cognitioni, ad eundem
,, paſcendum & regendum incumberent, deeſ-
,, ſent, quodque ex præfati Collegij inſtitutio-
,, ne, ac illius magiſtrorum, & collegialiũ ope-
,, ra, & doctrina ſacerdotes ac alij miniſtri Ec-
,, cleſiarum, in civitate, & diœceſi Eborenſi cõ-
,, ſiſtentes, antea quidem rudes, & inertes, ac ad
,, Eccleſiarum gubernacula minùs idonei, dic-
,, tarum litterarum ſtudio fructuoſiùs intende-
,, re, & indies magis, magis proficere incipiũt:
& propterea cupiens Collegij ſeu Vniverſitatis
,, hujuſmodi augmento, & decori ſingulorum,
,, tam civitatis, & diœceſis præfatarum, quam
,, aliorum ad civitatem ipſam recurrẽtiũ ſcho-
,, larium, clericorum, & presbyterorum, qui bo-
,, narum artium, & litterarum ſtudijs vacare in-
,, tendant, & ad id aptiores reperti fuerint, cõ-
,, moditatibus, & profectui, ac denique publi-
,, cæ utilitati peramplius conſulere, eoſque al-
,, licere, in eadem civitate unum, vel duo, aut
,, plura alia collegia clericorum ſcholarium e-
,, rigere, & inſtituere ſummopere deſideret, ut
,, illi ſtudij ſui tempore inibi de more peracto,
,, necnon diſciplina ſapientiæ ſalutaris inde
,, perfectè hauſta, & bonæ vitæ exemplo im-
,, buti Parochijs, & alijs dictæ diœceſis bene-
,, ficijs perfrui, plebeſque ſibi commiſſas doc-
,, trina, & exemplo felicioribus inſtruere: &
,, ad prædicandum Dei Evangelium etiam in
,, remotiſſimas Indiæ Provincias, aliaſque re-
,, giones, ditioni temporali chariſſimi in Chri-
,, ſto filij noſtri Sebaſtiani Portugalliæ & Al-
,, garbiorum Regis illuſtris ſubjectas, ubi meſ-
,, ſis quidem multa, operarij autem pauci exiſ-
,, tunt, tranſmitti poſſint. &c.

117 Superſedeo multis alijs Pontificijs diplomatibus tranſcribendis, quia in idem recidunt, & mirificè conſentiunt in Eborenſis Academiæ utilitate commendanda & extollenda. Taceo diplomata tum Regis Sebaſtiani, tum Regis & Cardinalis Henrici, quibus dictam Academiam, vel privilegijs munierunt, vel redditibus magnificentiſſimè locupletarũt, intendentes publicam utilitatem tam Eccleſiæ, quàm ſuæ temporalis ditionis. Et quidem omnes in hoc Eborenſi Athenæo verſati; qui attentè perſpiciunt aſſiduum ſtudiorum fervorẽ, fere nunquam intermiſſam ſcholarum frequẽtiam, & rigorem incredibilem obſervantiæ Academicæ, quæ ego per annos ultra triginta expertus ſum, facilè ſibi perſuadent, uberes eſſe doctrinæ fructus, quos univerſæ Eccleſiæ noſtra hæc Academia jugiter producit. Expertis hoc teſtantibus facilè adhibebit fidem quicunque animadverterit, ex hoc ſcientiarum theatro, ſeu fonte communes totius orbis, noſtra ætate, prodiiſſe magiſtros, in omnibus diſciplinis, quas profitetur, ſcilicet in Grammatica Patrem Emmanuelem Alvarez, in Rhetorica Patrem Cyprianum, in Philoſophia utriuſque curſus Conimbricenſis authorem, de quo ſupra num. 124. in Theologia Scholaſtica inſignes Doctores Franciſcum Suarium Granatenſem, quem laurea Doctorali inſignivit, Ludovicum Molinam, Chriſtophorum Gillium, & Petrum de Fonſeca: denique in Theologia poſitiva inſignes interpretes Sebaſtianum Barradaz, Blaſium Viegas, Franciſcum de Mendoça, & Benedictum Ferdinandum.

Magiſtri cõmunesque Academia Eborenſi prodeuntes.

(†)

DISPV-

DISPVTATIO IV.

De nobilitate, & excellentia Academiæ.

118 ACademiam diſputatione 1. vidimus nominibus inſignitam, quoad eſſentiam, conſenſum, & operationes explicatam: diſputatione 2. fundatam conſideravimus: diſputatione 3. neceſſariam & utilem, prout ad ſui fundationem movere potuit finaliter, aſpeximus: hac tandem 4. diſputatione, quæ primum librum claudet, nobilem, & ſua nobilitate excellentem alias Reſpublicas ſuſpiciemus.

QUÆSTIO I.

Sitne Academia Reſpublica nobilis?

ESſe Academiam Rèpublicam diximus num. 8. modò inquirimus an, & quomodò ſit nobilis? Pro deciſione ſuppono 1. dari diſcrimen inter illuſtrem & nobilem: nam illuſtris apud Latinos eſt clarus, ſplendidus, in jure ille dicitur qui apud multos claret ſplendore generis, vel ſapientiæ, vel virtutis. *Illuſtris qui.* Illuſtres vocantur qui ſunt de conſilio, & conſortio Imperatoris l. quiſquis Cod. ad leg. Iul. Majeſtatis. Imò illuſtris quis dicitur in continenti, cum eſt aſſumptus ad latus Principis l. 1. Cod. de præpo. lib. 12. Superillustres ſunt Conſules, Senatores, patricij, dictatores, ut notatur l. 2. ff. de offic. ejus cui man. eſt juris. Apud Latinos nobilis refertur ad cognitionem, & eſt quaſi noſcibilis, ſeu notus, cui proinde opponitur obſcurus, ut ex M. Tullio lib. 2. offic. Valerio Max. lib. 1. cap. 7. Livio 3. Dec. lib. 6. & alijs refert Tiraquell. de nobil. cap. 2. num. 14. Hinc Nobilitas pro claritate generis, vel alterius rei excellentia, & dignitate ſumitur. In jure ſecundùm Bart. in tractat. de nobilit. circa legem Sicut proponitis Cod. de dignit. lib. 12. ſic definitur: „ Eſt qualitas illata per principatum tenentem, qua quis ultra „ honeſtos plebeios acceptus oſtenditur. Hujus definitionis explicationem per particulas vide in meo Elucid. num. 329. Modò ſufficit obiter affirmare nobilium appellatione venire non ſolum qui habent nobilitatem generis, ſed etiam qui ſunt nobiles beneficio Principis juxta trimembrem nobilitatis diviſionem, de qua Tiraquell. citat. a cap. 4. & Ioan. Garcia de nobilit. gloſ. 48. item venire juxta conſuetudinem loci, quicunque talis reputatur, ut tenet Menoch. de arbitr. caſu 670. num. 40. venire etiam quoad onera imponenda, & admiſſionem ad ordines militares, ubi nobilitas poſtulatur, nobiles ex privilegio, ſicut nobiles ex ſanguine, dummodò ſint immunes a labe Iudæorum, & Sarracenorum, ut tradunt Azeved. lib. 6. l. 1. a n. 59. tit. 1. & Ioan. Garc. cit. gloſ. 1. §. 1. n. 50.

119 Suppono 2. omnem Rempublicam denominari nobilem, ſive ſit politica, ſive Eccleſiaſtica, ſive militaris, ſive litteraria. *Reſpublica omnis nobilis.* Patet 1. ex acceptione nobilis, ſeu noſcibilis: omnis enim Reſpublica plurimis nota eſt, & in aliquali æſtimatione apud illos. Patet 2. quia omnis Reſpublica cõtinet aliquos nobiles, ſaltem illos, a quibus adminiſtratur, & ab ijſdẽ nobilitatem participat, ac denominationem. Nam denominatio ſemper fit a digniori, & potentiori l. quæritur ff. de actu homin. l. cum ex aliqua ff. de acquir. rerum dom. l. 1. in prin. ubi gloſ. ff. de verb. oblig. Videatur Seſſe de inhibit. cap. 1. §. 3. n. 13. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 5. §. 7. num. 133. & Thomas de Thomaſſ. in florib. deciſ. reg. 2.

His ſuppoſitis certiſſima reſolutio eſt omnẽ Academiã eſſe nobilẽ, tũ quia multis eſt nota, & in pretio habita, tum quia continẽs multos nobiles ſaltẽ illos, a quibus gubernatur, ſed præcipuè ex objecto nobiliſſimo, ad quod datur & *Academia omnis nobilis.* inſtitutione ſua ordinatur, ac tendit, nẽpe ſciẽtiam. Hæc enim nobilitat non tantũ effectivè, & radicaliter quaſi producens nobilitatem, ſed etiam formaliter, tanquam ipſiſſima formalis nobilitas. Nam ſcientia a Iuriſtis numeratur inter ſpecies nobilitatis. *Scientia nobilitat.* Hoc enim deſumunt ex l. providendum, ibi, quos ſcientia nobiliſſimos facit. C. de poſtul. Vbi Fran. Areti. Saly. Ang. Bald. Cyn. & alij. In eandem ſententiam Matth. Afflic. in cap. 1. col. 4. verſ. & prima ſpecies, Barboſ. in rubrica de officio delegati col. 3. Plat. in l. 2. col. 1. num. 1. C. de primic. lib. 12. Accedunt teſtimonia Ariſtotelis lib. 4. Polit. capit. 4. & Auli Gellij lib. 19. capit. 10. „ Sedentibus (inquit Gellius) doctrina, aut ge„ nere, aut fortuna nobilibus viris. Subſcri„ bit Caſſiodorus lib. Epiſt. 9. Epiſt. 7. Cum (in„ quit) doctrina facilè exornat generoſũ, quæ „ etiam ex obſcuro nobilem facit. Itẽ Seneca „ apud Tacitum lib. 18. Ego quid aliud munifi„ centiæ adhibere potui, quàm ſtudia (ut ſic „ dixerim) in umbra educata, è quibus cla„ ritudo venit. Accipitur hic claritudo pro nobi-

nobilitate,ſicut multis alijs in locis. Ex quibus ſic conficio rationem. Omnis res capit ſpeciē, eſſentiam,& perfectionem à fine intrinſeco,ſeu formali objecto, ad quod ex natura ſua tēndit, ut apud Philoſophos in confeſſo eſt: ſed omnis Academia habet pro fine intrinſeco ſcientiam, ad quam comparandā ordinata & inſtituta fuit: ſcientia autem nobilitas eſt; ergo omnis Academia nobilis.

Academia partes an ſint nobiles.

120 Maior eſt difficultas exponere, an ſit Academia nobilis quoad omnes partes ex quibus coaleſcit, itaut omnes Academiæ partes verè nobiles dici poſſint: Nota Academiæ partes eſſe quatuor in genere, nēpe ipſius moderatores,& officiales, qui licèt non dēt operam litteris, ipſis tamen valde conducunt, quatenus profeſſores, & ſcholaſticos, qui ſunt duæ poſteriores partes, gubernant,ipſiſque inſeruiunt. Conſtat 1. moderatores, qualis Rector, Cancellarius,Grymnaſiarcha,& Conſervator,nobiles eſſe: cum ipſorum dignitas pro nobilitate habeatur. Conſtat 2. nō omnes alios officiales eſſe nobiles. Quia multi ſua arte mechanica, & ſervili,quales tabellarij,macellarij,& alij ſimiles Academiæ famulantur.

Doctores & magiſtri ſunt nobiles.

Conſtat 3. Doctores,ſeu magiſtros & profeſſores diſciplinarum in Academia eſſe nobiles. Ita Menoch. præſum.189. nu. 86. Alexand. conſil. 213. Ponderatis num.9. Anton.Gomez l. 83. Tauri a num. 16. Fuſat. de ſubſtitut. quæſt. 407.n.12. Thuſcus lit.N.concluſ.48.n.9. Garcia de nobil. gloſ. 48. §. 3. num. 72. Vivi deciſ.255. num. 36. lib. 2. Gratian. tom.4.cap.190.num. 19. Socin. jun. conſ. 39. num. 27. lib. 1. Barboſa tractat. de appellat. appell. 164. num. 6. & multi alij relati a citatis. Sumitur ex l. providendum C.de poſtulan. & Cap.de multa 28. de præben. Ratio eſt quia magiſterium & doctoratus ſunt dignitas, ut habetur cap. quando, de magiſtris,Bar.in 1.conſtit. C. 3.col.ver.quæro circa, ubi communiter interpretes. Imò litteratura æquipollet dignitati. Gloſ.aut lege in can.perlectis §.fin. diſt. 25. dignitas autem & nobilitas idem ſunt, ut dicit Bar. l. 1. Cod. de dignit. lib. 12. apud Caſſanæum in Cathal. part. 8. con.12. Hinc vir litteratus dicitur fulgere cap. 1. & ibi addit marg. de magiſtris. Ex quo litteratura & nobilitas æquiparantur,ut latè docet Barb.tom.4.in collect. pag.452. col. 2. nu.12. Accedit quòd Doctor ſit egregia perſona,ut probat Menoch. in arbitr.caſu 70. n.9. fol.212. Quare ita nobilis eſt, ut dici nequeat perſona indigna, cui Comitiſſa non poſſit nubere. Ita ex Saliceto in l. providendum C. de poſtulan. Campegio tract.de jure dotium par. 1. quæſt. 13. & Ioanne Lupo Menochius de præſum. præſ. 189. nu.86. Addit Phæbus deciſ.162. n.6. ex Garcia Falconio Reg.145.& alijs Doctorem emeritum,vulgò jubilatum effici illuſtrem, & Comitem.

Scholaſtici an ſint nobiles?

121 Dubium eſt,an ſcholaſtici,qui nondū lauream doctoralem adepti fuerunt,& adhuc verſantur in Academia,ſint nobiles? Non eſſe nobiles ex præciſa ratione ſcholaſticæ & Academicæ profeſſionis,quāvis in albo matriculæ deſcripti ſint, patet ex eo,quia cū tali profeſſione ſtare poteſt magna ipſorū negligētia, inſcitia,& vitæ turpitudo, quæ veræ nobilitati adverſantur. At poſt adeptā ſcientiā,dicendos eſſe nobiles ipſa ſciētia,rectè tradit Rebuff.de priv. ſcholaſt.privil.45. ex Felino cap. cum adeo,de reſcrip.in fine. Alber.in procem.ff.in §.quibus, & Bono de Curtili in tract. de nobil.in 3.p.n.4. Et hæc reſolutio patet manifeſtè ex dictis num. 119. ubi oſtendimus ſcientiam eſſe nobilitatis ſpeciem, proindeque formaliter nobilitare. Cū verò Academia profiteatur, & intendat duplex genus artium, quas Conimbricenſes quæſt. 2. procem. art. 3. ratione graduum, dividunt in ſuperiores, & inferiores, ita ut ad ſuperiores ſpectent Phyſiologia, doctrina moralis, & utraque Theologia, ad inferiores ſeptem artes liberales, nempe Grammatica, Rhetorica, Dialectica, Arithmetica, Muſica, Geometria, & Aſtrologia,quāvis omnes nobilitare poſſint, etiam inferiores,utpote liberales,ſeu viro libero & ingenuo dignæ,tamen gratia perſpicuitatis, & utilitatis, eas ſumendo in concreto, diſquiram ſeorſim, an ſint nobiles Grammatici, Poetæ, Rhetores, Mathematici, Philoſophi, Medici, Chirurgi, Iuriſconſulti, Advocati, Theologi.

Grāmatici nobiles

122 Quod attinet ad Grāmaticos,eos eſſe nobiles,ſumitur ex utroque jure, ſcilicet canonico cap.ſiquis diſt.37.ubi dicitur Grāmaticam eſſe artem, cujus finis eſt, ut quis rectè loquendi rationem habeat, & per eā aliæ ſcripturæ intelligantur, quibus poſſit conſequi vitā æternam. Deinde ex civili l.tunc Cod.de ſtudijs liber. urb.lib.11. & l.fin.Cod.de profeſſ.lib.10. & l. Grammaticos 1. & 2. Cod.de profeſſ. & medicis lib. 10. Vbi apud Caſſanæum par. 10. conſid. 47. ponuntur Grammatici ante oratores, quia (ut notat Iſidorus lib. 1. Ethym. cap.4.) Grammatica eſt fundamentum omnium liberalium artium,itaut Orator ſine Grammatica eſſe non poſſit,& tamen eſſe poſſit Grammaticus ſine oratoria. Vnde Patritius lib.2.de inſtit. Reip.tit.1.dicit Grammaticam ita eſſe fundamētum aliarum diſciplinarum, ut hæ ſine illa ſint rudes,inconcinnæ,infantes, & barbaro eloquio hærentes. Hinc Auguſt.apud Caſſanæum citat. Grāmatica(inquit)eſt ſcientia, qua aperta cæteræ aperiuntur, & qua clauſa cæteræ clauduntur. Meritò igitur Quintilianus de art.orat. acriter invehitur in eos qui Grāmaticam ut tenuem ac jejunam cavillantur, quia illa(inquit)niſi fundamēta fideliter jecerit, quidquid ſuperſtructū fuerit, ſtatim corruet; neceſſaria pueris, jucunda ſenibus, dulcis ſecretorū comes. Romani idcirco tanti

Digitized by Google

tanti fecerunt Grãmaticam, ut in trivijs eam ex ſenatusconſulto publica mercede doceri edixerint: ex quo modũ loquẽdi (docere trivium) eſt docere Grammaticam, & hæc trivialis ſcientia nuncupata eſt. Item Imperatores fecerunt Grãmaticos immunes ab omnibus muneribus publicis, & civilibus, & perſonalibus civitatis, & etiã à tutela & cura l. ſiduas §Grãmatici ubi gloſ. de excuſ. tut. concinit tex. §. Item Romæ Inſtit. eod. tit. Eſt tamen aſvertendum cum Pet. Greg. lib. 17. de Rep. c. 1. n. 1. Latinos diſtinguere litteratum a litteratore, ſicut Græci Grammaticum à Grammatiſta, ita ut ille abſolutè, hic mediocriter doctus exiſtimetur.

Poetæ nobiles.

123 Poetas eſſe nobiles, ſuadetur 1. quia ars poetica inter ingenuas numeratur: & quidem tanquam utilis ad ſuadẽdum traditur ab Ariſtotele lib. 1. de poet. cap. 14. Poetæ (inquit Diodorus Siculus lib. 5. c. 9.) tanti apud Gallos fiunt, & tãtũ ſuadent, ut cũ inſtructa acie exercitus, eductis tactiſq; enſibus propinquãt, nõ ſolum amici, ſed hoſtes quoq; eorum intervẽtu a pugna conquieſcãt. Eſt etiam poetica valde utilis, ut memoriæ defectui conſulatur: unde Draco leges Athenienſibus tribus verſuum millibus ſcripſit, & Pittacus Mytilæneus ſexcẽtis elegijs. Quanvis enim jure canonico cap. ideo diſt. 37. prohibeantur Chriſtiani legere figmenta poetarum, quia per oblectamenta fabularũ provocãtur ad libidinẽ, nõ idcirco reprobatur ars poetica, ſed tantũ materia laſciva, circa quam ex aliquorum abuſu verſatur. Suadetur 2. nam ex ſola familiaritate & conſortio Principis emanat nobilitas, ut ex ſuperioribus n. 118. conſtat: ſolere autẽ poetas eſſe regum familiares, reſtatur Tholoſanus de Rep. lib. 7. c. 5. n. 4. apud quem fuit familiaris Euripedes Archelai Regis Macedoniæ, Anacreon Polycratis Samiorum tyranni, Æſchilus & Simonides Hieronis Syracuſiorum; cũ Dionyſio Siciliæ, inivit ſocietatem Philoxenus, cum Antigone Macedoniæ Rege Anaxagoras Rhodius, & Aratus Solenſis. Hinc Veſpaſianus Imperator juxta Sueton. de claris rhetor. poetis tam Græcis quàm Latinis primus ſalaria de fiſco conſtituit. Quo videtur alluſiſſe Ovidius lib. 1. de arte:

Cura ducum fuerant olim, Regumq; poetæ,
Præmiaq; antiqui magna tulere chori.

Rhetores nobiles.

Igitur fateri cõpellimur poetas eſſe nõ utcunq; nobiles, ſed præcipua nobilitate conſpicuos.

124 Quid de Rhetoribus? Nonnulli eos nobilitate indignos putant, tanquam inanes & vaniloquos. Hinc M. Cato cenſorius (ut narrat Quintilian. lib. 12. inſtit. orat. cap. 1.) cum audiſſet Romæ Carneadem Academico more in utranque partem de juſtitia diſſerentem, Patribus ſuaſit, hominem hunc citò dimittendum, ne ſua eloquentia animos civium corrumperet. Lacones (ut refert Plutarchus in Lacon. apor.) Cephiſophontem ſophiſtam ejecerunt, qui ſe profitebatur de re quavis poſſe totum diem dicere, affirmantes boni oratoris eſſe ſermonem habere rebus parem. Imo & Laconibus plebeis quidam (ait idem Plutarch. ibid.) cum luſciniam comprehendiſſet, vidiſſetque corpus voci non correſpondere, eam abjecit: Tu quoque, inquiẽs, nihil aliud quàm vox es. Conſentit S. Bernard. lib. 4. de conſid. Geboſulum (inquit) adoleſcentem, & ſtudentẽ eloquentiæ, cum ſapiẽtiæ ſit inanis, nõ aliud quàm juſtitiæ hoſtem reputes. Videtur igitur ars copioſẽ & ornatè dicendi improbanda, ſaltem in Chriſtianis concionatoribus. Vnde prædicator veritatis Apoſtolus 1. ad Cor. 2. Sermo (inquit)

Oratores nobiles.

„ meus, & prædicatio mea, non in perſuaſibili-
„ bus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenta-
„ tione ſpiritus, & virtutis: ut fides veſtra nõ ſit
„ in ſapientia hominum, ſed in virtute Dei.

125 Hæc tamen ſolum probant rhetoricã non eſſe neceſſariã, ut quis veritatibus ſupernaturalibus, ſeu fidei divinæ aſſensũ præbeat: itẽ etiã in humanis vanã eſſe eloquentiam, quæ ſiſtit in ſolo verborũ apparatu, luminibus, & pigmentis: imò pernicioſam, ſi tendat ad ſuadẽdũ falſitatẽ, vel nequitiã: quæ quidẽ eveniet ſolo vitio hominũ, & non artis. Nam rhetorica ars eſt perquàm utilis Reipublicæ, tẽdens ex ſe ad ſuadendum quæ expediunt, & diſſuadẽdum quæ nocent. Quod obtinebit proculdubio (inquit Valer. Max. lib. 8. cap. 10.) ſi modò ſuis partibus conſtet oratio, & ſi emendata ſit, quod ex Grãmatica accipit: ſi elegãs, quod ex Rhetorica: ſi probabilis, quod ex Dialectica mutuatur. Maximè ſi habeat ornamenta, quæ in pronuntiatione apta, & convenienti corporis motu conſiſtunt, quibus cũ ſe inſtruxit, tribus modis homines aggreditur, animos eorũ ipſa invadendo, horũ alteri aures, alteri oculos permulcẽdo, trahẽdo. Pacis comes (ait M. Tullius de clar. orat.) otijq; ſocia, & tã benè conſtitutæ civitatis quaſi alũna eloquẽtia. Duæ ſunt artes (inquit idem

Rhetorica utilis.

„ pro Muræna) quæ poſſunt collocare homines
„ in ampliſſimo gradu dignitatis: una imperato-
„ ris, altera oratoris boni: ab hoc enim pacis or-
„ namẽta retinẽtur, ab illo pericula belli repel-
„ lũtur. Cũ igitur dignitas & nobilitas coincidãt, ut ſupra oſtendi n. 120. perſpicuũ manet eloquẽtiam perducere hominẽ ad ampliſſimã nobilitatẽ, quãdo in ampliſſimo gradu dignitatis collocat. Multa omitto, cũ ſatis conſtet ex l. ſi duos ff. de excuſ. & cura. l. 8. C. de profeſſ. qui in urbe conſtan. lib. 12. l. fin. de profeſſ. & medi. l. laudabile C. de advoc. diver. judi. quantum Imperatores ſuis decretis voluerint rhetores nobilitare. Vnum vereor, ne infenſos, & concitatos in me habeam, quod illorum nobilitatem vocaverim in quæſtionem.

Mathematici nobiles.

126 Quid de Mathematicis? Eſt eorũ nobilitas, ex nobiliſſima, ſũmè utili, & quãdoq; neceſſaria facultate, adeo manifeſta, ut non

ſi, cur diu immorer in ea probanda. Vnum aſſero ex F. Patritio lib. 2. de inſtit. Reipub. tit. 2. quadripartitam Mathematices ſcientiam civili viro neceſſariam adeo eſſe, ut dixerit Pythagoras fruſtra quenquam philoſophari, qui eam non modò primoribus labris (ut dicitur) attigerit, verùm omninò exhauſerit. Nam Mathematicæ diſciplinæ (inquit Cælius lib. 9. c. 4.) ſubſellia quædam ſunt, ac elementa, vel gradus, quibus conſcenditur ad altiura. Mathematicæ nobilitatem, ſeu dignitatem ſecundùm quatuor illius partes, ſcilicet geometriam, arithmeticam, muſicam, & aſtrologiam eleganter ac ſigillatim exornat Caſſanæus part. 10. conſid. 49. & ſequentibus. Quid de Dialecticis, & Philoſophis? Nemo eos nobiles diffitebitur, præſertim ſi nobilitatem grammaticorum, poetarum, rhetorum, qui inferiores ſunt, a nobis hactenus exornatam viderit. Nam Zeno (ut memorat Tullius 2. de finibus, & orat. ad Brutum) Rhetoricam palmæ, nempe manui dilatatæ, ſeu diductæ; Dialecticā pugno, nēpe manui cōſtrictæ cōpreſſis digitis, ſimilē dicebat, quòd latiùs loquerentur Rhetores, Dialectici autē cōpreſſiùs. Quaſi Dialectici veritatē manu cōprehendant, ac teneant, quā Rhetores oſtentant manu porrecta, atque ideo fugæ obnoxia. Eſt enim Dialectica ars ex eo nobiliſſima, quòd ſit inſtrumentū agnitionis, & ratio verum inquirendi, cujus omninò huius eſt aſſecutio veritatis.

Dialectici nobiles.

Philoſophum eſſe nobiliſſimum quis intelliget cum ex M. Tullio 3. de orat. ita illum deſcribente, ut ſit is, qui ſtudeat omnium rerum divinarum atq; humanarum vim, naturam, cauſamque noſſe, & omnē benè vivendi rationē: tum ex Clem. Alex. lib. 2. ſtrom. ubi ſic; Hæc tria (inquit) ſibi vendicat noſter philoſophus, primū quidē contemplationem: ſecundo autē præceptorū executionē, tertio verò bonorū virorū conſtitutionē; quæ cū cōvenerint, efficiunt virū cognoſcendi præditū. Hinc Theodoſius, & Valentinianus Imperatores dixerūt Philoſophiam profundiorē doctrinā, eamq; inter ſcientias publicas exponendam præceperunt l. unica C. de ſtud. liber. Vrb. Rom. lib. 11.

Philoſophus nobilis.

127 Major eſt difficultas de Medicis: an reцenſeri debeant inter nobiles, tam jure communi quā Luſitano? Pro parte negativa ſtat Ioan. Garc. de nobil. gloſ. 48. §. 4. n. 12. & alij qui in odiū medicorum dixerunt multa, quæ invenies congeſta apud Tiraquellum de nobil. cap. 31. Caſſanæum in Catal. part. 10. conſ. 25. & Gamarum de excellentia legalis ſcient. ad finem. Facit 1. textus l. ult. ff. de jure immun. qui inter alios mechanicam artem exercentes, quales ſunt fabri, veterinarij, ferrarij, capſarij, & ſimiles, recenſet medicos. Facit 2. textus in l. ambitioſa ff. de decret. ab ordin. facien. ubi ſic habet, Ob liberalem artem, vel medicinam: cum igitur textus diſtinguat artem liberalem a medicina per particulam disjunctivam (vel) ſatis innuit medicinam non eſſe artem liberalem, ſed ſervilem.

Medici an ſint nobiles.

His nō obſtantibus, partem affirmativam rectè ſequuntur Cenedus ad Decret. collect. 16. Garc. de nobil. gloſ. 48. §. 4. n. 12. Menoch. præſ. 78. n. 25. Mantic. de conject. ult. vol. lib. 11. tit. 9. num. 7. Ruſtic. lib. 2. cap. 15. num. 123. Tiraquel. cit. cap. 31. num. 358. Vterque Barboſa, Pater ad Ordin. Luſit. lib. 4. tit. 92. nu. 9. Filius tract. de Appel. appel. 164. num. 6. & de poteſt. Ep. p. 2. alleg. 91. nu. 6. & Phæbus deciſ. 162. num. 15. ubi dicit reſolutionem eſſe certam de medicis Doctoribus, & ſic juxta Ordinationem Luſitanam fuiſſe deciſum in cauſa Doctoris Hieronymi Nonij, apud ſcribam Petrum da Coſta. Quod fatetur de medicis etiam qui Doctores non ſunt, & ait ſic fuiſſe decretum in cauſa Franciſci Lopes Roſa apud ſcribam Michaelem de Andrade anno 1595. Fundatur hæc ſententia 1. in illo Sacræ Paginæ Eccl. 30. Honora medicum propter neceſſitatem. Fundatur 2. in jure: nam textus l. medicos C. de profeſſor. lib. 10. eos æquiparat docentibus. Accedit leg. 1. §. medicorum ff. de varijs, & extraor. cognit. ubi dicitur eandem eſſe cauſam medicorum, & profeſſorum juris, niſi quòd illi ſalutis hominum curam habeant, hi nempe Iuris profeſſores judiciorum: cum igitur juriſconſulti ſint nobiles, ut infra oſtendemus num. 129. ſequitur medicos in jure cenſeri nobiles.

128 Nec obſtant textus adducti pro parte negativa. Omnibus enim ſatisfaciunt ex Tiraquel. cit. cap. 31. n. 523. Phæbus citat. num. 18. & Barboſa citatus de pot. Epiſc. num. 7. diſtinguendo partes medicinæ: aliæ enim ſunt ſpeculativæ, vel ſi practicæ, earum praxis ſolet præcipi, & non exerceri per medicum: aliæ ſunt artis chirurgiæ, quam illiberalem, ſeu machanicam eſſe, fatentur ipſi etiam medici: nam chirurgi manu operantur, & vox ipſa manus operationem ſonat. Cum verò medici olim chirurgiam ſimul exercerent, ut habetur l. qua actione §. ult. ff. ad legē Aquil. & ex multis alijs probat Briſon. lib. 2. c. 4. factum fuit, ut in citatis legibus confuſi medici cum chirurgis, dicerentur mechanici. Vnde non video quo fundamēto dicat Emman. Barb. ad lib. 4. Ord. tit. 92. n. 10. chirurgos eſſe nobiles, & hoc ſic judicatum fuiſſe, ut refert Cabed. p. 2. Areſto 26. Quia ibi ſolum fuit judicatum non eſſe plebeium; vulgò, piāo, quendam chirurgum, ex eo quod hic habuerit in ſuo ſtabulo equum alitionem, vulgo quartāo.

Chirurgi non ſunt nobiles.

129 Quid de juriſconſultis? Hos eſſe non tam nobiles, quām nobiliſſimos, & clariſſimos meritò defendunt Petr. Greg. lib. 17. de Rep. c. 11. Caſſan. Catal. p. 8. cōſid. 10. Tiraq. cit. c. 31. n. 4. Sumitur ex l. providendum C. de poſtul.

Iuriſconſulti nobiles.

Vbi

Digitized by Google

poſtulan. Vbi dicitur meritum ſcientiæ juris civilis reddere peritum ipſo jure nobiliſſimum. Hinc Vlpianus juriſconſultus appellatur nobilis l.2.§.ult.ff.de excuſ.tut. nobiliſſimus in l.diximus,in fin. cod.tit. item clariſſimus in l. cuſtodias ff.de public.judic. Quanvis enim Nicol. Neapol. in d. l. 2. §. ult. affirmet eam appellationem eſſe referendam ad nobilitatem generis,cum fuerit Vlpianus genere nobilis,ut cōſtat ex l.1.in prin.ff.de cenſibus:melius tamē Matth. afflic.in proœ.feud. col.2.n.7. & Tiraq.cap.5. nu.4. eſſe referendam ad nobilitatem juriſprudentiæ probant ex eo quòd ſcribit Spartianus ,, in Iuliano Imperatore: Didio (inquit) Iuliano,qui poſt Pertinacē imperium adeptus eſt, proavus fuit Salvius Iulianus,bis conſul,præfectus Vrbi,& juriſconſultus, quod magis eū nobilem fecit. Ex quibus fit,ut Princeps juriſperitis reverentiam habeat l.quidquid C.de advoc.diver,judic.item ut Doctores legum ſint ab omnibus honorandi, & ab alijs quantumcunq; maximis fratres appellari non debeant, ſed domini.l.1.C.de off.div.jud.

Advocati nobiles.

130 Quid de advocatis? Eos eſſe nobiles rectè affirmāt Guido Papa deciſ. 390. Garcia de nobil. gloſ.35. num.31. Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. p.1. collect.35. Vincent. de Franchi deciſ. 211. Garſ. Falchon. reg. 145. num. 18. Matienſ. in Dialogo relatoris part.1. cap.9.num. 8. Emmanu. Barboſ. in remiſſ. ad Ordin. lib.4.tit. 92.num.11. Gomez l.fin. Tauri num. 17. verſic. 6. Valaſc. de jure Emphyt. quæſt.23. num.3. & Phæbus deciſ. 162. num.11. Sumitur ex jure Canonico, cap. infames §. apud Vrbem 3. quæſt.7. Vbi dicitur poſſe advocare honore aliquo decoratos , vel habentes dignitatem gratia laudis ferendæ, ſed non pro lucro ferendo. Deinde quòd officium advocādi ſit laudabile, tenet gloſ.1.in cap.fin.de pæn.lib. 6. Sumitur etiam ex jure civili,l. Suggeſtionem, ubi Bart.C.advocat. diver. jud. P. Socinus, ubi Bart.C.eod.tit. & l. laudabile C. eod.tit. In quibus advocati cenſentur egregij, clariſſimi, in dignitate cōſtituti, & a muneribus perſonalibus exempti. Addit Phæbus citatus num. 9. advocatos jure comparari militibus, ſeu equitibus: ut enim hi armis, ita legibus illi hominum vitas defendere dicuntur l.qui advocati Cod. de advoc. diver. judic. Ianctis Matienço in dial. relatoris 1.p.c.9.n.4.& Baeça de inope debitore cap. 16. & tandem concludit citatus Phæbus num. 10. ſe vidiſſe in Senatu judicatum quòd advocati & nobiles poſſunt conſtituere procuratorem manu propria.

Theologi qualiter nobiles.

131 Quid de Theologis? Magnam inferrē injuriā omnibus iis, qui vere documētis S.Theologiæ ſive contēplatiuis,ſive moralis ſunt inſtructi,ſi illorū nobilitatē vellem in quæſtionem vocare. Si enim nobiles ſunt qui adhærent lateri Principis , quanta nobilitate fulgere dicentur, qui omnium ſcientiarum Principi, ac Reginæ Theologiæ miro modo adhærentes ipſam hauſerunt , & ſibimetipſis conglutinarunt? Si oſtēdimus nobiles illos omnes, qui inſerviūt liberalib⁹ diſciplinis,Grāmaticæ,Poeticæ, Rhetoricæ,Dialecticæ, & alijs, quæ ſunt famulæ & adminiſtræ Principis Theologiæ,quo gradu nobilitatis collocari debent,qui tantæ Reginæ obſequuntur? Certè de excellentia & principatu S. Theologiæ ita reverenter loquuntur jura, & interpretes,ut videre eſt apud Petr. Greg.de Rep. lib.17.cap.10. & Tiraquel.de nobil.cap.31. num. 532. ut ex illis Theologos auſim appellare nobiliſſimos,illuſtriſſimos, clariſſimos,&c. Ergo cū præcipuas Academiæ partes, quales ſunt ſcientiarum profeſſores,& auditores, nobiles viderimus, Academiam prout ex illis coaleſcentem, nobilem dicamus,neceſſe eſt.

QVÆSTIO II.

Utrum Academia excellat nobilitate omnem aliam Rempublicam?

132 EGimus hactenùs de nobilitate Reipublicæ litterariæ abſolutè, ſecūdùm ſe accepta,ſeu de nobilitate Academiæ abſoluta. Supereſt ut ſcrutemur nobilitatē reſpectivā, ſive Academiarū, quas cōparabimus inter ſe quæſtione ſequenti,ſive Academiæ in ordine ad alias univerſitates, ſeu Reſpublicas,quod facimus in præſenti. Cū vero nobis occurrat Reſpublica quadruplex, ſcilicet litteralia, clericalis, politica,& militaris,primā cū tribus alijs jā conferimus. Certū eſt 1. Academiam,ſeu Rēpublicā litterariam eſſe ignobiliorem clericali,ſeu Eccleſiaſtica. Patet, tum ratione finis,tum ratione partium ex quibus coaleſcit : nam Reſpublica Eccleſiaſtica ordinatur ad divinum cultum, & ſalutē æternam: deinde cōnſtat præcipuè ex perſonis initiatis ſacris ordinibus,& multis habentibus juriſdictionem ſpiritualem, quæ perſonæ, ad ſuum munus rite obeundum,debent eſſe nobiliſſimis ſcientijs excultæ:at Reſpublica litteraria ſolum habet pro fine comparare ſcientiā ad inſerviendum bono publico : deinde ex ſe non poſtulat,conſtare ex perſonis ſacris, ſed ſolum ex ſcientiarum profeſſoribus, & auditoribus. Certum eſt 2. Academiam, ſeu Rempublicam litterariam eſſe ignobiliorem politica, ſi hæc in tota ſua latitudine accipiatur, nempe complectens omnes ſuas partes,in ordine ad humanum convictum, & bonum publicum vitæ ſocialis: ut ſi comparetur Eborenſis Academia cum civitate in qua eſt. Patet a ſimili , quia eodem modo ſe habet forma ad compoſitum naturale & phyſicum , quo Academia ad compoſitum

Academia eſt ignobilior Republica Eccleſiaſtica.

compoſitum politicum, ſeu corpus myſticum, atqui forma eſt ignobilior compoſito,ut ex Ariſtotele 7.Met.cap.3.tex.7. & S.Thoma 3.p.q. 6. a.5. tradunt Conimbricenſes in lib. 2. phyſic. c. 7.q.5.a.1. & probant,quia compoſitum habet totam perfectionem formæ,& aliquid amplius; ergo ſimiliter compoſitum, in quo continetur Academia,erit nobilius eadem, quia habet totam perfectionem Academiæ, & aliquid amplius.

133 Duplex eſſe poteſt difficultas reſultans ex duplici comparatione,altera Academiæ cum Republica merè politica, excludente rationem includentis ad incluſum, altera Academiæ ſeu Reipublicæ litterariæ cum Republica militari. Quod attinet ad primam,ſi comparemus Rempublicam litterariam cũ merè politica non ſuprema, excludente omnem litteraturam, adhuc non deerunt qui pugnent pro merè publica non ſuprema, nixi eo tantum fundamento,quia nobilitas generis, qualis antiqua per multam avorum ſeriem propagata, qua præcipuè fulget Reſpublica politica, longè præſtantior eſt nova, quæ ex litteris comparatur, & ſola in Republica litteraria conſpicitur.

Litteraria Reſpublica an excellat politicæ.

Hoc ſuadent imprimis humaniores litteræ,noſque olim in noſtra Pallade togata claſſe 3. probl. 2.ſatis vidimus, quantum veteres antiquæ nobilitati generis detulerint,adeo,ut Suetonius in Vitellio cap.1.crediderit nobilitatem ſine antiquitate non conſiſtere, cum familiam nobilem a nova ſejunxerit. Adde Salluſtium in Iugurth. „Conſulatum(inquit)nobilitas inter ſe „per manus tradebat, novus nemo tam clarus, „neque tam egregijs factis erat,quin indignus „illo honore,& quaſi pollutus traheretur. Dicebatur homo novus qui abſque gentilitia nobilitate fulgebat propria virtute, aut ſapientia. Id etiam ſuadent profeſſores utriuſque juris,Legiſtæ ad tex. veteris pragmaticæ ſanctionis, in tit. de Colla. §. inſuper quod in quolibet, ad illa verba (ſi nobiles ex utroque parente, & antiquo genere) ubi D.Coſmas Guymier notat nobilitatem eo maiorem eſſe, quo antiquior eſt. Canoniſtæ ad cap. contra 16. q.5. cap. pen.de præben, cap.1. de purgat. canon. & in extrav. execrabilis Ioan.22. ubi dicunt habendam eſſe rationem gentilitiæ nobilitatis tum in pænis infligendis,tum in beneficijs conferendis.

Nobilitas generis magni facienda.

134 Nihilominus Academiam,nobilitate ſua, quæ in præciſa ſapientia cõſiſtit, excellere Rempublicam merè politicam ſolo generis ſplendore nobilitatam, conſtat 1. ex litteris humanioribus, nam Diodorus Siculus lib.1. cap.2. narrat Ægyptios & Saitas ſuam Rempublicam in tres ordines diviſiſſe: primum autem gradum fuiſſe nobilium,quæ præ cæteris doctrinæ dediti,maiore honore digni habebantur. Accedit pulcherrimum Sygiſmundi Cæſaris reſponſum ad illos, qui magnopere querebantur, quòd imperator prudentiſſimus tanti faceret ſapientes,ut magiſtratus omnes,& nobiliſſima quæque Reipublicæ munia eis deferret,præ„termiſſis claro loco natis. Ego (inquit) eos „amo,quos natura alijs anteſtare voluit. Cenſuit igitur potiorem eſſe ſapientiæ, quàm generis nobilitatem. Conſtat 2. ex utroque jure, nam in Canonico cap.vos qui diſt.40. & cap.illud autem diſt. eod. minoris fit nobilitas generis, quàm illa, quam quis proprijs viribus comparavit. Hujus ſententiæ ſunt Card.Alexand.in procem.decreti col.ult. Felin.in cap.ſuper eo 2. de teſtib. & Alenſis in 2.par.q.136. mem.2. §.1. qui omnes nobilitatem ſcientiæ anteponunt nobilitati generis. Addit Hoſt.&Gloſ.in Extrav. execrabilis diſputare de nobilitate generis eſſe idem,ac diſputare de nobilitate ſtercoris. Hoc tamen non approbo, quia cedit in magnum contemptum gentilitiæ nobilitatis. Conſtat etiam noſtra reſolutio ex l.pen. C. de his quibus ut indignis, & juris civilis profeſſoribus: nam Cyn. in l.providendum, Ro. ſingul.646. Alex.conſ.94.lib.1. loquẽtes de nobilitate ſciẽtiæ dicunt eam potiorem nobilitate generis. Conſtat 3. ratione manifeſta:nam ea nobilitas potior eſt,a qua omnis alia accipit ſplendorem: deinde ea Reſpublica nobilior,quæ confert nobilitatem alijs:atqui nobilitas generis mutuatur ſplendorem a nobilitate ſcientiæ: nam Principes ſummo loco nati magnam gloriam conſequuntur ex ſapientia,ut rectè probat Caſſan. p. 4.conſ.10.in S.Pagina,Eccl.10. & d.l.pen. C.de his,quibus ut indig. deinde Reſpublica, ſine ſapientibus, quos ab Academijs continenter accipit,nihil poteſt gerere præclarum, imo neque diu in dignitate permanere,ut ſupra diſp.3. q.2. ſatis oſtendimus; ergo longè maior eſt Academiæ,quàm illius nobilitas.

Nobilitas ſapientiæ potior quã generis.

Ad eos qui pugnabant pro nobilitate generis, contra nobilitatem ſcientiæ numer. 133. reſpondeo veteres magni quidẽm feciſſe nobilitatem vetuſtam, quod ſatis innuebant oſtentatione fumoſarum imaginum, at qui inter ipſos rectiùs ſentiebant, illam non prætuliſſe novæ illi, quam ſibi ſtrenui, ac periti propria virtute,& ſapientia pepererant: quibus proinde in omni Republica benè conſtituta ſemper patuit via ad conſulatum,imo imperium,quidquid judicent Suetonius,& Salluſtius; horum enim dicta non ſunt textus,qui explicari debeant. Ad id quod afferebant ex utroque jure, dicimus & ſolum probari nobilitatem generis in pretio habendam eſſe, quod fatemur,& intra eandem ſpeciem nobilitatem antiquiorem eſſe potiorẽ minùs antiqua: ſecus ſi nobilitas generis conferatur cum nobilitate nova, quam in Academijs producit ſapientia.

135 Aliquid amplius voluere nonnulli, inter quos eſt Barb.conſ.53.col.6. verſ.præterea pondero lib.2. apud Tiraq.de nobil.

Litteratus ignobilis an præferatur nobili æquè litterato.

Digitized by Google

bil.cap.5.nu.6. aſſerentes Doctorem litteratum genere ignobilem præferri Doctori genere nobili æquè litterato. Fundantur in Gloſ.ad cap. nunquam 56. diſt. ubi ex textu dici, illum eſſe magis laudandum, qui natus ex parētibus prorſus alienis a bonis moribus, ſeſe virtutibus addixerit, quàm qui ex bonis, probiſque parentibus natus, ipſe quoque bonus, probuſque eſt. Facit authoritas & ratio Iſocratis in Epiſt.ad Timotheum. Solent (inquit) plerique non ita commendare ac venerari natos ex illuſtribus & laudatis parentibus, ut eos qui patrum ſævitiam & immanitatem non imitantur, ſed ab illorum vitijs toto pectore ſunt alieni. Quidquid enim boni mortalibus præter expectationem & conſuetudinem offertur, id omnibus in rebus longè gratius eſt, quàm ea quæ uſitata & legitima ratione contingunt.

Nobilitas illius qui ſimul eſt litteratus.

Huic tamen ſententiæ meritò reclamant cōmuniter juris utriuſque interpretes, Iac.Alvar. in cap.1.§.cæteri col.3. Panorm,in cap.1. n.1.de don. Cyn.in l.providendum C. de poſtul. ubi dicit,quod præferendus eſt is,qui ſuâ virtute,& parentum imaginibus pollet, ei qui altero tantum innititur. Bald.ad l.nobiliores in fin. C.de commer.& merc. ubi ait nobilem dici tribus modis. 1.genere, & ita (inquit) vulgus accipit. 2.virtute,& ita Philoſophus accipit. 3.utroque, & iſta eſt(inquit)perfecta nobilitas. Expreſſiùs ad l.nemini in fin.C.de advoc. diver. judic. ubi abſolutè affirmat,quòd ſi duo ſunt æqualis ſciētiæ,is eſt magis honorandus, qui eſt de meliori ſanguine. Baldum ſequuntur multi, inter quos Hoſtien. in cap.venerabilis v. non multos, de præben.dicit, quod ſi quæratur de nobili & ignobili, æqualibus meritis, & ſcientia, ſemper nobilis erit præferendus,quia nobilitas gradum adjicit,ſicut conſtitutus in dignitate, vel perſonatu.c.dudum 1.§.1.de elect. & facit (inquit) l. quod ſi nolit §. qui mancipia ff. de ædil. edict. Probatur, nam generale eſt, ut qui duplici pollet dignitate, præferatur ei qui in altera tantum conſtitutus eſt, ut multis exemplis jure roboratis probat num.8.citatus Tiraquellus. 1.Doctor utriuſque juris præfertur Doctori unius tantum. 2. Comes & Baro præfertur comiti tantum, aut baroni. 3. Miles & Doctor præfertur Doctori tantum, aut militi. Quare ad Gloſ. & textum, quo fundantur adverſarij, benè reſpondet Panorm.in cap.penult.col.2.de præb. ignobilem qui ſe virtutibus addixit,eſſe magis commendādum, ex eo quòd ſua ſponte, nullo maiorum exemplo,virtutis,aut ſapientiæ viam arripuerit: non eſſe tamen magis honorandum quàm nobilem genere æquè benè moratum, vel ſapientem, quia in iſto fulget duplex decor, & parentum,& proprius.

Dignitate duplici pollens.

Dignitas & nobilitas non coincidunt.

136 Secunda difficultas eſt, utrum Academia excellat nobilitate Rempublicam militarem? Suppono 1.aliud eſſe inquirere de excellentia nobilitatis, & aliud de excellentia dignitatis.Quia nobilitas & dignitas non coincidunt: non enim quælibet dignitas nobilitat,ut docet Bar. ad l.1.co.2.ver.ſecundo quæro C. de dignit. lib.12. Nam inter ſervos omnium hominum abjectiſſimos ſine nobilitate dignitas eſt,ut tenet Gloſ.in c.denique 4.diſt.& rectè probat l.habitatio §. ſervus ff. de ven. in poſſ.mit. & l. ſed & ſi quid §.ſufficienter ff. de uſuf.ubi ſic dicitur: Sufficientia autem alere & veſtire debet ſecundùm ordinem,& dignitatem mancipiorum.Nam & ſervus reſpectu alterius ſervi dici poteſt dominus, ut probat tex. in l. ſi ſervus ff.de pecul. Suppono 2. ſicut diximus ſupra n.121. neminem ſcholaſtica profeſſione nobilitari,ita dicendum neminem profeſſione militari nobilem eſſe. Quanvis enim juxta Hoſt. in c.eo libentius. Salicetum in l. 1. col.4.C.de juris & fact.ignor. Lucam Pen.in l. 1.col.1.C.de cond.in pub.hor.lib.10.Guidonem Pap.dec. Delphi.388. & multos alios, militia præciſè accepta nobilitet, ita ut quis eo ipſo quòd ſit miles,evadat nobilis,tamen oppoſitum communius & probabilius eſt, ut cum multis tradit Tiraq. de nobil.cap.8.a n.5. Patet 1. quia Philoſophi ac Theologi artem militarem numerant inter ſerviles; 2. quia ſervi ad militiam aſpirare poſſunt. l. ſuper ſervis C. qui mil. non poſſ. lib.12. At nec ſervi,imo nec libertini ad dignitatem aſpirare valent, prohibti l.unica C. ad leg. Viſce. 3. quia infamia a dignitatibus repellit l.infamia C.de decur. lib.10. Infamis autem poteſt eſſe miles. Nam damnatus de crimine publico fit infamis. l. infamem ff.de publicis jud. & tamen non deſinit eſſe miles. l. ſi quis filio §.irritum ff.de injuſt.teſta. Accedit multos eſſe textus,quos affert Tiraq.n.8. facientes diſcrimen inter dignitatem & militiam: ex quibus ſatis deducitur militiam non eſſe dignitatem, & a fortiori nec nobilitatem.

Militia an nobilitet.

137 Senſus igitur difficultatis eſt, utrū præciſa ratione ſcholaſticæ,& militaris profeſſionis, Reſpublica litteraria excedat nobilitate Rempublicam militarem, ſecundùm eam rationem,qua nobiles ſunt? Pro parte negativa videtur ſtare imprimis authoritas juris canonici: 1. quia a militia ſpirituali ad armatam quandoque valet argumentum cap.degradatio §.actualis de pœnis in 6. Deinde appellatione militis comprehenduntur ſacerdotes & Epiſcopi cap.ſi officia diſt.59. & clerici etiam cap.hoc ad nos,ibi d. Adde quod miles videtur præferri monacho cap. Nicolao 64.de appell. eſt autem manifeſtum Eccleſiaſticam ſeu clericalem Rempublicam præferri litterariæ, ut diximus num. 132. ergo idem videtur dicendum de militari. Accedit jus civile,in quo Imperatores & Reges, quorum dignitas longè excedit omnem Academicam,milites ſibi pares faciunt, appellando commilitones, ut ſumitur ex l.1.ff.de milit.teſtam.

Academiæ nobilitas an ſit anteponenda militari.

tam. quod confirmat multis exemplis Tiraquel. cit. cap. 37. n. 52. Deinde magiſter militum l. ult. C. ut dig. ord. ſer. lib. 12. appellatur magnificus: ex quo Claudius Seiſſel ad d. l. §. 1. col. 3. dicit eundem eſſe magnificum & illuſtrem: & in §. 1. in auth. ut ord. præf. urb. vocatur glorioſiſſimus: gloria autem & nobilitas eadem eſt. 1. Reg. 2. & 2. ad Corin. 6. Pro eadem parte militat ratio 1. quia fons totius nobilitatis, qualis eſt Imperator, a militia, cui præerat, defluxit. 2. quia Reſpublica militaris in quocunque regno & imperio magis neceſſaria eſt, quàm litteraria: ſiquidem milites ſine ſcholaſticis, non e contra, regnum tueri poſſunt. 3. quia ſtudij cauſa eſt minùs juſta quàm militiæ, juxta Gratianum tom. 1. cap. 166. n. 19. de quo alibi.

Academia præſtat Reipublicæ militari.

138 Nihilominus amplector partem affirmativam, quam licèt in nullo Doctore Theologo, vel Iuriſta invenerim, omnes tamen eam tueri debent, ut ſuas partes agát tanquàm Academiarum verè alumni. Igitur quòd Reſpublica litteraria excellat militari, nititur 1. authoritate: nam Ægyptij (ut narrat Diodorus Siculus lib. 2. c. 2.) in ſua Republica, quam rectè inſtituerant, ac in tres ordines diviſerant, primum ordinem conſtituerunt ſapientū, poſthabitis militibus. Imo Romani qui exercitio armorum floruerunt, imperium non tam armis, „ quàm ſapientia compararunt. Sapientia (in- „ quit Polycrates lib. 4.) fecit Romanos do- „ minari. Nam ſummi illi Romanorum Imperatores qui fines imperij protulere, non tam corporis, quàm mentis viribus, & ſapientiæ fuere præditi: eos longa ſerie numerat Tiraquel. de nobil. cap. 5. num. Tam enim neceſſaria eſt ſapientia ipſis Imperatoribus pugnaturis, vel Regibus belli & pacis tempore dominaturis, ut Trajanus, authore Polycrate lib. 4. hortatus Regem Francorum, ut procuraret filios ſuos inſtrui liberalibus diſciplinis", aſſeruerit nihil differre Regem illitteratum ab aſino coronato. Ergo ex horum omnium mente Academia, quæ ſapientiæ, & ſapientium omnium altrix eſt, longè præſtat Reipublicæ militari. Nititur 2. ratione; quia nobilitas & perfectio Reipublicæ ſumi debet ab operatione, & fine: ſed nobilior & & perfectior eſt operatio ac finis Reipublicæ litterariæ, quàm militaris: ſiquidem litterariæ operatio verſatur in exercitio mentis, operatio militaris, in exercitio virium: illius finis eſt comparare ſcientias, quibus præclarè regatur, & tēporaliter feliciteturum: huius finis eſt conſequi militarem gloriam, qua Regnum permaneat, hoſtibus profligatis; ergò Reſpublica litteraria nobilior eſt militari.

139 Ad fundamenta partis contrariæ ſupereſt reſpondere. Imprimis noſtræ ſententiæ non officit jus canonicum: quia licèt in aliquibus valeat argumentum a militia ſpirituali ad armatam, tamen non valet in omnibus, & præcipuè non valet ad paritatem nobilitatis, de qua eſt præſens contentio. Deinde quanvis appellatione militis comprehendantur Sacerdotes, illa militiæ appellatio eſt nimis lata, & extra terminos noſtræ quæſtionis, quæ ſolum comparat Rempublicam litterariam cum militari ſtrictè accepta, ſcilicet armata. Quod dicitur militem præferri monacho, falſum eſt, ut oſtendunt interpretes ad citatum cap. Nicolao. Neque enim officit jus civile: Imperatores enim milites appellando commilitones non faciunt ſibi pares, ſed ſolum dicunt illos militare ſecum: non enim omnes qui ſimul militant, pares ſunt: & quanvis illi obtinentes faſtigium dignitatis militent, alijque habentes militiæ titulos magnificos, illuſtres, & glorioſos, horum præcipua pars, & felices belli eventus potius adſcribi debent ipſorum peritiæ, & ſapientiæ, quàm viribus. Et per hoc ſatisfactum eſt primæ rationi. Secunda non urget, quia ex neceſſitate non rectè deſumitur nobilitas: nam in Republica valde neceſſarij ſunt laniones, carnifices, clitellarij, & alij ſimiles, qui viles habentur & abjecti. Ad tertiam, quidquid ſit de maiori juſtitia cauſæ militiæ, quàm ſtudij, quam libro tertio examinabimus, negamus adhuc maiorem eſſe militantium, quàm ſtudētium nobilitatem: quia ſicut non ex neceſſitate, ita nec ex juſtitia rerum nobilitas deſumitur.

QUÆSTIO III.

Quænam Academia alias nobilitate excellat?

140 EXplicavimus nobilitaté Reipublicæ litterariæ reſpectivè in ordine ad alias Reſpublicas, ſcilicet Eccleſiaſticam, politicam, & militarem: exponamus modò illam reſpectivè inter ſe, hoc eſt videamus ſub latitudine, & intra multiplicitatem Academiæ genericè acceptæ, quænam Academia reliquis alijs ſit nobilior. Imprimis oportet 1. meminiſſe duplicis diviſionis Acedemiæ, quam retulimus diſp. 1. q. 2. prioris in Academiam Eccleſiaſticá, & laicam, poſterioris in imperfectam, perfectá, & perfectiſſimam. Oportet 2. facere comparationem non tantum membrorum utriuſque illius diviſionis, ſed præcipuè ratione ſcientiarū, quas unaquæque Academia profitetur, comparare inter ſe, ipſas imperfectas, ſeu partiales Academias, v. g. Philoſophicam cum Mathematica, utranque cum Medica, & Iuriſtica, denique Theologicam cum omnibus. Certum eſt 1. Academiam Eccleſiaſticam eſſe nobiliorem laica. Patet ratione perſonarum, ex quibus vtraque coaleſcit, & ratione finis, quam intendit:

Nobilitas Academiarū inter ſe.

illa

illa enim conſtat ex perſonis ſacris, hæc ex profanis: illa intendit comparare ſcientias in ordine ad felicitatem æternam, hæc in ordine ad felicitatem temporalem. Certum eſt 2. Academiam perfectiſſimam, eſſe nobiliorem perfecta, & hanc imperfecta. Patet, nam perfectiſſima ultra poteſtatem conferendi gradus litterarios, habet profeſſionem omnium ſcientiarum, proindeque continet omnium profeſſores & auditores, quod in reliquis duabus non cernitur: deinde perfecta facultate conferẽdi gradus imperfectam ſuperat.

141 Quod attinet ad aliam comparationem ratione ſcientiarum; in Academijs imperfectis, quas poſſumus aliquando vocare partiales, ſi v.g. ſint (ut ſolet evenire) in aliqua magna Academia diverſa collegia pro diverſis facultatibus, ſcilicet Grammaticorum, Philoſophorum, Mathematicorum, Medicorũ, Iuriſconſultorum, Theologorum, ſunt quædam extra dubium, quædam ſub difficultate. Extra dubium eſt 1. Academiam, ſeu Collegium Theologorum nobilitate præſtare reliquis. Cum enim profiteatur Theologiã, ſcientiarum omnium Reginam, nulla inferiorum profeſſio erit tam audax, vel amens, quæ velit cum ſua Domina de nobilitate contendere. Extra dubium eſt 2. Academiam, quæ profitetur ſolas diſciplinas inferiores, quales ſunt ſeptem liberales artes, nempe Grammatica, Rhetorica, Dialectica, Arithmetica, Muſica, Geometria, & Aſtrologia, eſſe ignobiliorem quacunque profitente aliquam ex ſcientijs ſuperioribus, quales ſunt Phyſiologia, Moralis doctrina, utraque Theologia, & aliæ, quas ad prædictas revocant Conimbricenſes in Logica q.2. prooem. art.2. Patet, quia Academiæ nequeunt eſſe in altiori nobilitatis gradu, quàm ſcientiæ, quas profitentur: ergo ſicut aliæ diſciplinæ ſunt inferiores, aliæ ſuperiores, ſic & Academiæ.

Theologica Academia præſtat omnibus.

Artes liberales.

142 Duplex tantum eſt difficultas orta ex duplici contentione, altera inter Philoſophos, & Mathematicos, altera inter Medicos, & Iuriſperitos, qui acriter certant de excellentia, ſeu nobilitatis gradu. Igitur prima difficultas eſt, Vtrum Academia Philoſophorũ nobilitate excellat Academiam Mathematicorum: ſeu utrum Philoſophi ſint nobiliores Mathematicis? Pro parte negativa, quæ Mathematicis favet, videtur ſtare 1. authoritas Ariſtippi Socratici apud Caſſanæum parte 10. conſid. 49. qui ex naufragio in Rhodiorum littus, impetu maris, & ventis aſſilientibus, cum foret excuſſus, ac inibi conſpexiſſet quaſdam Mathematicas figuras, gaudio exultans, & ſocios bene ſperare jubens: Veſtigia (inquit) hominum noſco: quaſi nulla diſciplina ſit magis digna homine, & magis hominis indicatrix, quàm Mathematica. Huic rei facit fidem haud vulgarem nomen ipſum ſumptum ex voce Græca Matheſis, quæ diſciplinam ſignificat: quaſi Mathematica (ut notavit Cælius Rhodiginis lib. 7. lect. antiq. cap. 30.) ſit & nuncupetur per antonomaſiam diſciplina. Videtur ſtare 2. ratio, nam inter ſcientias illa perfectiſſima & nobiliſſima eſt, quæ ſibi vendicat primum locum certitudinis, & evidentiæ: quæ enim recedit a certitudine & evidentia, in opinionem, vel etiam errorem degenerat: ſed Mathematica inter naturales ſcientias eſt in perfectiſſimo, ac nobiliſſimo gradu certitudinis, atque evidentiæ; ergo illas omnes, proindeque Philoſophiam nobilitate excedit. Minor eſt de mente philoſophorum, qui inter primarios numerantur: nam Plato lib. 7. de Rep. ſcribit oculum animæ, qui ab alijs ſtudijs propter rerum incertitudinem, & opinionum varietatem excæcatur, a Mathematicis diſciplinis recreari, excitarique ad veritatis contemplationẽ. Ariſtoteles 1 Eth. cap. 3. accipit pro exactiſſimo demonſtrandi genere Mathematicum. Averroes 1. Phyſ. com. 2. aſſerit demonſtrationem nuſquã reperiri perfectiorem, & frequentiorem, quàm in Mathematica. Alexander lib. 2. Metap. dicit robuſtiſſimum demonſtrationis genus eſſe Mathematicum.

Mathematicorũ nobilitas.

143 His non obſtantibus, ſequimur affirmativam partem, exiſtimantes potiorem eſſe Philoſophorum, quàm Mathematicorum nobilitatem ſuis Collegijs, ſeu Academijs impenſam. Exceſſum, ſeu excellentiam huiuſmodi nobilitatis ut probem, omitto authoritatem, quam quis poteſt eruere ex traditis ſupra n. 126, ubi ſatis diximus quanto in gradu nobilitatis veteres Philoſophiam eſſe collocatam judicaverint. Probo igitur ratione, quòd Philoſophi nobilitate excellant Mathematicis: quia nobilitas profeſſorum deſumenda eſt a nobilitate, & præſtantia diſciplinarum, quas profitẽtur: ſiquidem illi (ut ſuppono) non aliunde, ſed ſua tantum profeſſione, & ſcientia nobilitantur: atqui diſciplinæ Philoſophicæ ſunt nobiliores diſciplinis Mathematicis; ergo idem dicendum de profeſſoribus. Minor, in qua eſt difficultas, facile ſuadetur, nam apud Conimbricenſes in Log. quæſt. 2. prooem. a. 3. Mathematica recenſetur inter artes inferiores: deinde Philoſophia ſic ſtricte accepta continet Metaphyſicam, & Phyſicam: illa per antonomaſiam appellatur Sapientia, & juxta Ariſtot. 1. Metaphy. & S. Thom. 12. q. 57. a. 2. & in 3. diſt. 34. q. 1. art. 4. dominatur omnibus ſcientijs, & principijs, eſtque omnium virtutum intellectualium forma. Quòd vero tam Metaphyſica, quàm Phyſica ſint nobiliores Mathematica, patet, quia illæ verſantur circa nobiliora objecta, a quibus ſcientiæ ſuam perfectionem, & nobilitatem capiũt: nam Mathematica verſatur circa materiam intelligibilem, quæ eſt quantitas: abſtrahit enim a materia ſenſibili, etiam communi, non re ſed ratione: Phyſica verſatur circa res naturales

Philoſophorum nobilitas.

abſtra-

Digitized by Google

abſtrahendo a materia ſingulari tantum: Metaphyſica verſatur circa ens acceptum ſecūdùm ſe, abſtrahendo ab omni materia, re & ratione. Ita Conimbr. in lib.1. de poſter. cap.23. q.vnic. art.1.

Quarèad 1. ex authoritate pro parte negatiua, dicimus ſolum probare Mathematicas diſciplinas eſſe valde nobiles, & homine dignas, in quas proinde rectè quadrat nomen deſumptum a diſciplina, quod exornavimus ſupra num.126. ex quibus non infertur eſſe ſuperioris, vel etiā paris nobilitatis cum Philoſophia. Ad ſecūdum ex ratione, dicimus nobilitatem ſcientiarum rectè deſumi ex nobilitate objectorum, & quidē nobiliorem certitudinem ex objecto nobiliori: negamus tamen Mathematicam habere objectum nobilius, vel certitudinem nobiliorem: unde Plato, Ariſtoteles, & Averroes laudantes modum demonſtrandi in Mathematicis, ſolum voluere illum perſpicuitate excellere: quia nimirum utuntur medijs in cognoſcendo maniſeſtiſſimis, non tamen in eſſendo. Addunt Conimbricenſes in cap.2. de ſcient.& demonſtr.q.2. art.4. puras Mathematicas non eſſe ſcientias Ariſtotelicas: quia non demonſtrant per veras cauſas in eſſendo.

Iuriſperiti & Medici de nobilitate contentio

144 Secunda difficultas eſt, utrum Academia Iuriſperitorum nobilitate excellat Academiam Medicorum: ſeu utrum Iuriſperiti ſint nobiliores Medicis? Hoc punctū ſpectat ad materiam Iuriſprudentiæ, in qua Iuriſperiti agunt ſuas partes, ut judices in cauſa propria; & ideo tam acriter facto agmine involant in miſeros medicos, omni auxilio deſtitutos, ut de horum præſtantia & nobilitate actum ſit, niſi provocarent ad tribunal Theologicum. Diſcutiunt latè hanc quæſtionem Barbat. in cap. clerici, de judic. Caſſanæus in Catal. gloriæ part.10. conſid. 25. Tiraquell. de nobil. cap.31. a n.360. & apud ipſos Petrus Charmenſis, Bernardus Medicus Florentinus, & Collutius Pierus. Pro utraque parte ponam vires præcipuas authoritatis, & rationis, & loco ultimo meum interponendo judicium, litem componam. Pro medicis videtur ſtare imprimis authoritas Ægyptiorum, qui olim inter homines ſapientiſſimi, tanti fecere medicos, ut (teſte Diodoro Siculo lib.2.) eis de publico ſtipendia, victumque impenderent, & nullas artes exquiſitè addiſcerent præter Medicinam, ut narrat Strabo lib.15. Amabant illi etiam (ut ait Herod. in 2.) turbam Medicorum, itaut diſtributa Medicina, ſingulorum morborum eſſent Medici, non plurium, v.g. alij eſſent Medici capitis, alij oculorum, & ſic de reliquis corporis partibus, & morbis. Germani etiam tanto in pretio habuere Medicos, ut poſt Sylvicolas plus omnibus alijs ſapientibus honorarent. Quid Imperatores, Reges, ac Principes? Iulius Cæſar, teſte Suetonio in ejus vita cap. 42. omnes veram Medicinam Romæ profeſſos, civitate donavit. Vt innumeros taceam Principes, qui ſummis honoribus Medicos affecerunt, & apud citatos authores videri poſſunt, nullus ferme (inquit Tiraq. n.400.) celebriorum Principum ſine medicis ſibi quidem proprijs fuiſſe legitur. Quin & hodie publica conſuetudine receptum eſt apud omnes orbis nationes, ne Princeps uſquam gentium agat abſque Medicis. Addo ex Servio ad illud 7. Æn. Pæonicis revocatum herbis, vanos antiquitatis Deos, ſuum quoque Medicum habuiſſe, quem Pæana Dorici, Pæonem alij vocabant. Accedit Lucian. in medic. abdic. ubi ſcribit medendi artem cæteris eſſe honorabiliorem. Tullius lib.1. Offic. eam cooptat artibus honeſtis, quibus prudentia maior ineſt, & non mediocris utilitas quæritur. Denique Gratianus in cap. non ſanè 14. q.5. recitat verba D. Auguſtini ad Maced. In quibus præfert Medicos, legum, aut Canonum Doctoribus.

Medicus videtur excellere Iuriſperitis.

145 Stat deinde pro Medicis multiplex ratio principijs Philoſophicis, & etiam juris utriuſque textibus ſtabilita. 1. quia Medicina eſt vera & Ariſtotelica ſcientia, non ita Iuriſprudentia; ergo Medici profeſſione ſuæ facultatis præſtant Iuriſprudentibus. Antecedens patet, nam medicina ipſa Philoſophia eſt, aut certè utraque ita connectitur & cohæret, ut Plato & Ariſtoteles Medicinam, & Philoſophiam ſorores eſſe dixerint, alteram animi, alteram corporis conſervatricem; & Galenus ediderit librum hoc titulo, Quod optimus Medicus idem ſit & Philoſophus: conſtat autem Philoſophiam eſſe veram ſcientiam, cum per veras & neceſſarias cauſas tradat concluſiones neceſſariò, ac ſtabiliter veras: quod ſecus habet in juriſprudentia, quæ conſiſtit in intelligentia legum, quæ cum pendeant in fieri & conſervari a voluntate principum, nec neceſſitatem, nec infallibilem ſtabilitatem habere poſſunt. 2. quia ex l.1. C. de comitib. & archiatris lib.12. ubi Bart. habetur quòd Medicus Principis aut Papæ æquiparatur Ducibus, & vicarijs principis, & obtinet locum Comitis primi ordinis, quem gradum non habet legiſperitus Conſiliarius principis, ut notatur in l. juriſperitos ff. de excuſ. tutor. 3. quia nobilitas profeſſionis alicujus facultatis, & conſequenter profeſſorum ejus, ſumitur a fine: finis enim movet agentem, & eſt cauſa cauſarum, ut docet Philoſophus, & ſumitur ex l. eam quam C. de fideicom. ſed finis Medicinæ eſt nobilior fine juriſprudentiæ: illius enim finis eſt conſervatio ſubſtantiæ hominis, juriſprudentiæ finis eſt conſervatio qualitatis, ſeu bonæ, & honeſtæ converſationis: conſtat autem ſubſtantiam eſſe nobiliorem quacunque qualitate, utpote accidenti.

146 4. quia Medici præſunt corporibus, legiſtæ verò rebus, ut habetur l.1. §. Medicorum ff. de var. & extraor. cogn. ſed cor-

pri

pus præferendum eſt rebus, cum ſit dignius quàm res; deinde ille qui præeſt dignioribus præferendus eſt, juxta Authen. de defenſor. civit. §. Nos igitur, ubi ſic dicitur: Quãto enim quilibet præeſt melioribus, tanto melior ipſe & honeſtior eſt. Igitur medici ſunt præferendi legiſtis. 5. quia Iuriſtæ non poſſunt eſſe prudentes; ergo non poſſunt eſſe civiles. Conſequentia patet ex Philoſopho 1. Polit. ſic aſſerente: Neceſſe eſt civilem hominem eſſe prudentem. Antecedens ſuadetur, quia prudentia eſt habitus cum ratione vera: jura autem ſunt cum formidine, quoniam ſunt opiniones. 6. qui à Deo commendantur ſunt magis approbati, & procul dubio anteponendi ijs qui ſe ipſos commendant, juxta Apoſt. 2. ad Corint. 10. Non enim qui ſe ipſum commendat, ille probatus eſt, ſed quem Deus commendat. Sed medici commendantur à Deo, ut habetur Eccleſ. 38. Honora medicum propter neceſſitatem: etenim illum creavit Altiſſimus. A Deo eſt enim omnis medela, & a rege accipiet donationem. Diſciplina medici exaltabit caput illius, & in conſpectu magnatorum collaudabitur. Iuriſtæ autem ſe ipſos commendant, ut ſumitur ex cap. clerici per doct. de judic. Ergo medici juriſtis præferri debent.

Medici cõmendãtur a Deo.

147 Hæc pro parte Medicorum. Nihilominus pars & cauſa Iuriſtarum neque authoritate, neque ratione multiplici deſtituta eſt. Capiamus exordium ab authoritate divina. Proverb. 8. dicitur legum ſcientia derivari a Deo: Per me (inquit Deus) legũ conditores juſta decernunt. Pſal. 83. Benedictionem dabit legiſlator; ibunt de virtute in virtutem. Pſal. 9. Conſtitue Domine legiſlatorem ſuper eos: ut ſciant gentes quoniam homines ſunt. Item Act. 5. legis Doctor appellatur honorabilis. Surgens quidam in concilio Phariſæus, nomine Gamaliel, legis doctor honorabilis. Conſonat authoritas humana Ariſtotelis & Platonis: nam Ariſtoteles lib. 1. Polit. cap. ult. docet civilem diſciplinam eſſe honorabiliorem, præſtantioremque Medicina, quoniam qui civilem diſciplinam ſectatur, eum de anima ſcire neceſſe eſt: Medicina verò circa cognitionem corporis verſatur. Hanc doctrinam à Platone magiſtro hauſit, qui in Georgia ſcribit duas eſſe artes, quæ ad corpus: duas item quæ ad animam pertinent: gymnaſticam & medicinam ad corpus: ad animam verò nomotheuticam gymnaſticæ correſpondentem, & juſtitiam judiciariam medicinæ quoque convenientem.

Iuriſperiti nobiliores medicis.

148 Pro parte etiam Iuriſperitorum contra Medicos pugnat ratio multiplex. 1. quia anima præferenda eſt corpori, & quibuſcunque, ut ſumitur ex l. Sancimus C. de ſacroſ. Eccleſ. & cap. cum infirmitas, de pœn. & remiſ. ſed legalis ſcientia verſatur circa animã, medicina circa corpus, ut conſtat ex proximè dictis, & ex gloſ. in l. 1. §. proinde ff. de var. & extraor. cognit. ubi dicit, quòd ſcientia legalis eſt ſanctiſſima quoad animam: quia ejus præcepta concordant cum divinis: docet enim honeſtè vivere, alterum non lædere, jus ſuum unicuique tribuere, ex quibus anima præcipuè, deinde corpus etiam, & omnis Reſpublica conſervatur. Hinc Barboſa de poteſt. Epiſ. p. 3. alleg. 79. num. 23. Medicis (inquit) ſunt præſtantiores advocati, quia ſi medicinæ ſcientia præcisè ad curationem corporis tendit, ſcientia legalis principaliter ad curationem animi dirigitur, ut per Mozz. de contr. tit. de locato init. num. 16. & Bernar. Græv. concl. 43. num. 6. notatum eſt. 2. quia finis legalis ſcientiæ præſtantior eſt, & magis reſpiciens bonum commune, quàm finis medicinæ. Nam Tullius de legib. lib. 2. dicit ad civium ſalutem, ad civitatum incolumitatem, hominumque vitam beatam, & quietem leges eſſe adinventas: quod ſatis innoteſcit per text. in l. 2. §. poſt hæc deinde ff. de orig. juris, ubi Bald. dicit non poſſe civitatem ſtare abſque juriſperito. Accedit, quia utilitas publica præferenda eſt privatæ l. utilitas publ. C. de princip. lib. 11. quia ut docet Philoſop. 1. Ethic. bonum gentis divinius eſt, quàm bonum hominis: at finis ſcientiæ legalis tendit ad bonum magis publicum, nempe ad totam Rempublicam cõſervandam, finis Medicinæ ad conſervationem privatorum hominum, & curationem non omnium, ſed ægrotorum: Non enim opus eſt Medico benè valentibus. Matt. 9.

Legalis ſcientiæ objectum, & finis.

149 3. quia maior perfectio & nobilitas ſcientiarum (ut ſæpè monuimus ex Philoſ. lib. 1. de anima) ſumitur ex nobiliori objecto, ſeu ſubjecto attributionis: ſed juriſprudentia verſatur circa nobilius objectum, quàm medicina: illa enim tendit ad juſtitiam, hæc ad ſanitatem corporis; ergo illa præſtãtior eſt. 4. illa ſcientia nobilior eſt, per quam vita humana melius diſponitur, per quam homo redditur magis obediens Deo, ipſique Deo magis conjungitur: ſed humana vita meliùs diſponitur per leges, quàm per medicinam: deinde homo per illas Deo obediens, ipſi magis conjungitur, ut habetur ex juribus citatis: medicina autem cum non verſetur circa animam, aut mores, non tractat de conjunctione illius cum Deo. 5. quia juxta Chryſippum lex eſt rerum humanarum & divinarum cognitio, & hoc habetur l. nam Demoſthenes ff. de legib. medicina autem eſt tantum cognitio rerum humanarum; ergo legalis ſcientia nobilior eſt. 6. quia nativitas legis nobilior eſt, quàm nativitas Medicinæ: nam lex orta eſt a nobiliſſimo parente Deo Exod. 31. ibi. Digito Dei ſcriptos. & Deut. 10. & Exod. 25. Dabo (inquit Deus) tibi duas tabulas lapideas, & legem, & mandata, quæ ſcripſi, ut doceas filios Iſrael. Deinde

Iuriſperitorum excellentia.

nata

nata eſt in loco nobiliſſimo, nempe cælo: Iuſtitiā de cælo proſpexit. Pſal. 84. & quidem res habet nobilitatem ab authore, & a loco: ſicut cap. 1. de voto lib. 6. matrimonium commendatur quòd a Deo, & in paradiſo natum fuerit. At medicina ortum habuit ab homine in terra, juxta illud Ovid. Inventum eſt medicina meum. 7. Illa ſcientia nobilior eſt, quæ illuminat univerſum orbem, & prodeſt univerſis: ſed ita ſe habet juriſprudentia, tum quoad vim illuminādi juxta Auth. Habita C. ne filius pro patre, item quoad vim afferendi utilitatem omnibus, juxta cap. de capitulis, & ſequent. 10. diſt. & neutrum cernitur in medicina. 8. Quia Iudæi aſſumuntur ad doctoratum in medicina, & aſſumi nequeūt ad doctoratum juris, ut deſumit Bart. in l. fin. C. de poſtul. & l. fin. C. de Iudæis, ex eo quòd Doctoratus juris eſt dignitas, quam Iudæi habere non poſſunt. Sequitur igitur Legiſtas præferendos eſſe Medicis.

150 Hæ ſunt pro utraque parte vires præcipuæ, ſeu fundamenta ſolidiora hujus graviſſimæ contentionis, in qua veritur præſtantia, & honor profeſſorum duplicis facultatis nobiliſſimæ, & utiliſſimæ. Non audeo tantam litem, quæ videtur ſuperare meum captum, dirimere, ne concitem in me odium alterius partis profeſſorum; & quidem ſi offendam Medicos, vita periclitabor, in quorum manus incidere neceſſe eſt; ſi offendam Iuriſperitos, ſubibo famæ periculum, cum opus hoc qualecunque ſit, forte illorum manibus tractabitur. Igitur remitto litem prorſus decidendam ad ſuperiorem judicem. Interim apponam quod dicunt duo graviſſimi Theologi, quorum fides in hac re minùs ſuſpecta eſt. Anton. Flo. in 1. parte 3. partis principalis ſuæ ſummæ tit. 5. cap. 2. §. quæritur poſtquam monet Iuriſconſultos & Medicos, ne ſe invicem contemnant, ſed honorent potius, & Auguſtin. Anconitanus lib. de poteſt. Eccleſ. q. 109. reſoluunt ſcientiam legalem digniorem eſſe medicina: cum illa ordinetur ad conſervationem boni publici, quod præfertur particulari perſonæ, ad cujus conſervationem medicina ordinatur. Denique quidquid ſit de his facultatibus inter ſe de primatu contendentibus, quas ego ſolum veras ſcientias eſſe exiſtimo, in quantum participant a Philoſophia, extra quam non datur vera ſcientia naturalis, ſaltem Ariſtotelica, tamen ſi loquamur de profeſſoribus, apud omnes exploratum, & *Iuriſconſultus parens Imperatoris.*
perſpicuum ſatis eſt, Iuriſperitos longè Medicis præſtare, tum in honoribus, & dignitatibus, quibus funguntur, tum familiaritate Principum, quibus inter ſupremos conſiliarios adhærent. Cum ergo a Principe ut a fonte emanet nobilitas, quænā par dicetur nobilitati Iuriſcōſultorū, quos Imperatores voluerunt habere loco parētū? Hanc prærogativam maximam, quòd ſcilicet profeſſor juris appellari debeat Imperatoris parens, deſumunt interpretes a l. ex divi C. de locato, ubi Imperator Alexander vocat Vlpianum parentem ſuum: Ad Domitium Vlpianum (inquit) præfectum prætorio, & parentem meū. Exponit Gloſ. in ſcientia, & ætate.

LIBER II

DE LEGIBVS SEV STATVTIS Academiæ.

151 VIDIMVS in libro primo Academiam conſideratam in ſuo conceptu formali, nempe quoad eſſentiam, multiplicitatem, & nomenclaturam: mox fundatam a Regibus, & Principibus: deinde operantem, & qua ratione delinquere, ac puniri poſſit: tandem pro hortandis opulentibus ad locupletes, & iteratas fundationes, illius neceſſitatem, utilitatem, & nobilitatem expreſſimus. Cum verò Academia poſt recentem nativitatem ſit quodammodo in pueritia rudis adhuc, impolita, & balbutiens, neceſſe eſt, antequam excedat teneram ætatem, inſtitui legibus, formari moribus, cultu excoli: quæ omnia ſecundo hoc libro præſtabimus per ſequentes diſputationes.

DISPUTA-

DISPVTATIO I.

De eſſentia, & cauſis ſtatutorum Academiæ.

ALiæ ſunt cauſæ (ut loquar cum Philoſophis agnoſcentibus quatuor cauſarum genera) intrinſecæ, quæ ſcilicet rei eſſentiam componunt, qualis materia & forma; aliæ extrinſecæ, qualis efficiens, & finalis; quæ licèt non ingrediantur conceptum quidditativum, ita ſe gerunt deforis, ut efficiens influat in exiſtentiam, finalis agentem moveat, rem agendam terminet, ac ſpecificet. Diſputabimus in præſenti de eſſentia, & cauſis ſtatutorum ita modeſtè, & parcè, ut a vaſtiſſimo tractatu de legibus ſolum deſumamus quidquid omninò neceſſarium fuerit pro explicandis ſtatutis Academicis.

QUÆSTIO I.

Quid ſit ſtatutum, & an conveniens quòd Academia ſtatutis gubernetur?

152 CIrca primam quæſtionis partē, videtur ſtatutum ab authoribus accipi dupliciter. 1. latè, & ex vi nominis, prout derivatur a verbo ſtatuere, & ſic definitur a Sylveſtro v. eodem: Eſt jus ab homine poſitum: vel diſpoſitio ex qua jus producitur. Inſtit. de jur. nat. gent. Et in hac latitudine ſtatutum ſolo vocabulo differt a lege, & conſtitutione. 2. accipitur preſſè pro lege municipali. Sunt autem municipalia jura (ut tenet Alexand. Scot. v. eod.) quæ ſtatuta vulgò appellamus, hoc eſt peculiares cujuſcunque civitatis leges. Vnde Azor part. 1. lib. 5. cap. 1. quæſt. 1. cum alijs, quos tacitis nominibus citat, nec impugnat Suar. lib. 5. de leg. cap. 1. num. 7. ponit diſcrimen inter legem & ſtatutum, quòd lex ſit Principis ſupremi, v. g. Imperatoris, Regis, & Romani Pontificis, aut totius populi conſtitutio: ſtatutum verò ſit inferiorum Principum, aut civitatum & populorum, in Principis poteſtate, & ditione degentium. Vnde leges Academiarum, Collegiorum, ac religionum ſtatuta appellantur, illi verò ſtatutarij, quibus populus, vel ſupremus Princeps impendit authoritatem ſtatuta condendi. Capitularia ſunt libri ſtatutorum, Auth. Caſſa. C. de ſacroſ. Eccleſ.

Statuti quid ſit.

153 Cum verò conſtet ex utraque acceptione ſtatutum, vel coincidere cum lege juxta priorem, vel continere vim legis, ejuſque ſpeciem eſſe, juxta poſteriorem; pro explicanda quidditate ſaltem generica ſtatuti, neceſſe eſt paucis exponere quid ſit lex; quas conditiones exigat; & quomodo definiatur? Conſiſtere legem in ſolo actu intellectus, credunt Vaſq. 1. 2. diſp. 150. c. 3. & Azor tom. 1. lib. 5. cap. 2. q. 1. Conſiſtere ſimul in actu intellectus, & voluntatis, exiſtimat Becanus tract. 3. de leg. cap. 1. quæſt. 1. num. 11. & Paludus in 3. diſt. 33. diſp. 4. Comunior tamen, & probabilior ſententia tenet, legem, prout interna eſt, & conſideratur ex parte Legiſlatoris, conſiſtere formaliter in ſola voluntate obligandi ſubditos. Ita Suar. lib. 1. de leg. cap. 5. num. 24. & Salabi tractat. 14. d. 1. ſect. 6. number. 39. Ratio eſt: quia poſita tali voluntate, & ſublato quocunque alio lex intelligitur exiſtere, & Princeps imperare.

Lex quid ſit, & quas conditiones exigat.

Quod attinet ad conditiones, ex parte materiæ imperandæ requiritur quòd hæc ſit honeſta, & poſſibilis: ex parte formæ, quòd lex juſtè feratur, ſeu ut in ea ferenda ſervetur forma juſtitiæ; deinde quòd lex ſufficienter promulgetur: ex parte efficientis, quòd lex feratur a poteſtate juriſdictionis, ſeu publica, & quòd per efficientem imponatur communitati: ex parte finis, quòd lex ordinetur ad bonum commune, & ex ſe ſit perpetua. Quæ omnes conditiones poſtulantur a ſtatuto Academico, utpote genericam, ac veram rationem legis includente. Ex quibus ſic definitur lex a Sancto Thoma prima ſecundæ quæſt. 90. art. 4. „Eſt „ordinatio rationis ad bonum commune, ab „eo qui curam communitatis habet promul„gata. Dicitur (ordinatio rationis) quia eſt opus naturæ rationalis rectè præſcribentis quid ſit faciendum, aut vitandum. Particula (ad bonum commune) oſtendit legem non tam reſpicere bonum ſpeciale ſubditorum, quam Reipublicæ. Cætera vendicant reliquas conditiones, ſcilicet legem debere ferri in communitatem, provenire a poteſtate publica, & ſufficienter eſſe promulgandam.

Legis definitio.

154 Præterea cum ſtatutum ſit ſpecies, ſeu membrum legis communiſſimæ, hujus multiplicitas cum omnibus diviſionis, & ſubdiviſionum membris breviter explicata majorem lucem ſtatuto Academico inter alia

Legis multiplicitas.

K dig-

dignoſcendo. Ex Alenſi 3. part. quæſt. 26. & Valent. 1. 2. quæſt. 90. diſp. 7. quæſt. 2. pun. 1. dividitur lex communiſſima in æternam & temporalem: æterna formaliter exiſtit in Deo, & cōſiſtit in decreto æterno divinæ volūtatis ſtatuētis ordinē in tēpore ſervādum a creaturis rationalibus, quoad actiones earū liberas. Tēporalis eſt quæ in tēpore fertur, & ſubdividitur in naturalē, & poſitivā. Naturalis juxta Vaſq. 1. 2. d. 150. c. 3. n. 13. & 22. in Deo eſt divina natura prout boni & mali regula: in creaturis, eſt natura rationalis prout exigit operationes debitas, & excludit indecētes: proindeq; ſolū violatur immediatè per actionē, vel omiſſionē intrinſecè pravā. Poſitiva eſt quæ pēdet a libera volūtate, & ſubdividitur in divinam, & humanam. Divina procedit immediatè a poteſtate Dei, & eſt qua Deus gubernat homines ut cōſtituētes corpus quoddam politicum. Humana procedit immediatè a poteſtate humana, & vel eſt generalis, & ſecūdū dictamina ita affinia lumini naturali, ut ſūt omnibus gētibus cōmunia, & vocatur, Ius gētiū: vel eſt ſpecialis, nempe alicujus regni, vel civitatis. Humana dividitur rurſus in Eccleſiaſticā, ſeu canonicā, quæ a poteſtate ſpirituali oritur, & in ſæcularē, ſeu civilē, quæ naſcitur a poteſtate corporali. Sub prædictis cōtinētur quædā leges merè præceptivæ, quædā merè pænales: aliæ irritātes, aliæ prohibētes. Deniq; ſtatutum cōtinetur ſub lege poſitiva humana ſpeciali, ita pecūliari, ut municipalis ſit juxta dicta n. 152.

Legis & ſtatuti appellatio.

155 Rogabis 1. quid veniat tam legis, quā ſtatuti appellatione? Legis appellatione venite, quod Principi placuit, tradunt Menoch. conſ. 566. num. 21. & Tuſch. tom. 5. lit. E. concl. 252. num. 22. Quia Principis placitum habet vigorem legis. l. quod Principi ff. de legib. §. Sed & quod Principi Inſtit. de jur. natur. Nam Princeps eſt lex animata in terris, ut probat Surdus deciſ. 2. num. 5. & 23. deinde contractus Principis habet vim legis, ut tradunt Mantica de tacitis & ambig. convent. lib. 3. titul. 10. num. 47. & Peregrin. de jure fiſci lib. 6. titul. 1. Legis ſive juris appellatione venit conſuetudo, ut docent Menchaca Illuſtr. cap. 3. num. 2. Guido Papa ſingul. 803. & Bernard. Grævæ ad pract. Cameræ Imper. lib. 1. concluſ. 36. Quod intelligo de conſuetudine legitimè præſcripta, cum ſola hæc parem vim habeat cum lege. Addit Barboſa tractat. de appellat. appell. 129. num. 8. ex Deciano conſil. 59. num. 30. tom. 5. communem opinionem venire legis appellatione in ſtatuto de lege loquente. Quod mihi difficile eſt, cum neque pactum, neque dogma prudentum venire credam: quanvis pactum dicant legem datam negotijs Fulgoſ. conſil. 144. & Ancharran. conſil. 44. num. 3. & dogma prudentum appellet legem Rolandus de Valle conſil. 51. num. 31. lib. 2. Statuti appellatione venire conſuetudinem, meritò defendunt Alexand. conſil. 190. col. 2. lib. 2. & Card. Tuſch. pract. tom. 7. lit. S. concluſ. 426. num. 4. Nam a pari procedunt ſtatutum & conſuetudo, quia valet argumentum ab uno ad alium, ut tenet Barb. de locis commun. argum. loco 105. num. 3. Statuti etiam appellatione venite pacis capitula inter civitates liberas, innuit Fulgoſ. conſ. 149. n. 3. circa finem verſ. ea autem, ubi aſſerit dicta capitula leges, & ſtatuta eſſe.

Statuti appellatio.

Statuti, ſententia, deciſio.

156 Rogabis 2. quodnam ſit diſcrimen inter ſtatutum, pronunciatum, ſententiam, & deciſionem? Pronunciatum, & ſtatutum pro eodem uſurpari poſſunt. Pronūciaſſe enim, & ſtatuiſſe promiſcuè ſolemus dicere eos, qui jus habent cognoſcendi. l. pronunciatum ff. de de verb. ſignif. Inter ſtatutum & ſententiam generalem (teſte Suar. de cenſur. diſput. 5. ſect. 5. n. 15.) illud intereſt quòd præceptum latum per modum ſtatuti obligat omnes, qui ſunt in territorio, etiam extraneos, non verò qui ſunt extra territoriū, quantuuvis ſubditos: latum verò per modum ſententiæ ſolùm obligat perſonas ſecundùm ſe, in quas directè fertur, ubicunq; ſint. Sententia & lex (ut notavit Salas de leg. diſp. 9. ſect. 1. n. 3.) in hoc ſolo differre vidētur, quòd lex univerſale quoddam præceptum eſt, ſententia verò eſt præceptū particulare faciēdi quod lex præcipit, aut inferēs pænam pro legis trāſgreſſione. Deciſio apud Ciceronē 4. verr. idem valet atque determinatio, vel dirēptio litium mutuo conſenſu. Apud Iuriſconſultos quanvis ſumatur pro tranſactione l. ſi hæres ff. ad leg. Falſid. tamen frequentiùs uſurpatur pro lege Imperatoris Inſtit. de nup. §. Vnde quæſitum l. veteris Cod. de contr. & commitet. ſtipul. Hodie verò celebrantur Deciſiones Rotæ, quæ ſunt determinationes cauſarum per Audiores ſacri palatij, quibus Romani Pontifices cauſas ex toto orbe undequaque confluentes demandāt. Cum verò Auditores illi ad examinādā & cognoſcēdam cauſam, ſedeant omnes in orbem, vulgò rotam, hinc Rotæ nomen prævaluit, teſte Cherubino in comp. Bullar. ad Bullam 5. Martini V. pag. 94.

Deciſiones Rotæ.

Statutorum condendorum convenientia.

157 Circa 2. partem quæſtionis de cōvenientia ſtatutorum ad regimen Academicum, difficultas eſt, quam diſputat Ariſtot. 3. polit. c. 5. 11. & 12. num Reſpublicæ meliùs legibus ac ſtatutis, quàm ſola præpoſitorū prudētia, & præceptis gubernētur? Difficultatē rectè decidit Molina de juriſd. tract. 5. diſp. 68. n. 2. ex S. Thoma 1. 2. q. 105. a. 1. ad 2. affirmans meliùs Rēpublicam legibus gubernari, quàm prudentia præpoſitorum ſine legibus. Et hoc procedit de quacūq; Republica politica, eccleſiaſtica, & etiā noſtra litteraria. Patet 1. quia facilius eſt reperire unum aut paucos viros probitate, ſcientia, & experientia præditos, qui leges condant, juxta

quas

Digitized by Google

quas decidantur cauſæ, quàm invenire ſufficiẽtem multitudinem prudentum, ac proborum, qui ſine ullo legum ſubſidio, & poſſint præcipere ſubditis quæ oportet, & eos in ſingulis eventibus judicare. Patet 2. quia ad aſſequendam juſtitiæ rationem leges conduntur diuturna conſultatione, & matura deliberatione, ac præcipuè longo rerum experimento: judicia verò in privatis eventibus non patiuntur tantam moram: & quidem ſi judices non haberent in promptu leges, juxta quas deciderent cauſas, difficillimè attingerent rectum, & facillimè errarent. Patet 3. quia leges & ſtatuta quando conduntur, cum reſpiciant eventus in communi, nullus ibi intervenit reſpectus perſonarum particularium, atque adeo conditores non cenſentur duci affectu, ſed ratione: judices autem in eventibus particularibus, ſi ferrent ſententiam abſque prævijs ſtatutis Principum, facilè reſpicerent perſonas, vel munera, & ſic deviarent à recto. Patet 4. nam quando per ſtatuta quibus aliquid præcipitur, aut prohibetur, pænæ imponuntur, minùs odioſum ac moleſtum eſt ſubditis delinquentibus ſuſtinere tales pænas, a judice per ſententiam executioni mandatas, quàm ſi talis judex de novo pro ſuo arbitrio illas infligeret. Hæ omnes rationes militant in quacunq; Republica benè inſtituta: ex quibus infero cum Suar. lib.1.de leg. cap.3.a n.3. leges fuiſſe neceſſarias ſaltem ad melius eſſe ratione finis, pro conſervatione, & recta adminiſtratione reipublicæ. Addo, præter aſſignatas rationes, quæ communes ſunt omni Reipublicæ, dari peculiarem, ut Academia ſtatutis certis ac ſtabilibus regatur: cum enim præcipuum, aut penè univerſum corpus ſubditorum conſtet tum ex viris ſapientibus, tum ex juvenibus ingenij perſpicacis, & exercitati, qui proinde aliorum placito & judicio ſubduntur difficulter, ſi judices Academici abſque ullis ſtatutis pro ſuo arbitratu pænas reis decernerent, vel cauſas deciderẽt, ingens, ac jugis daretur perturbatio, ſubditis fere nunquam acquieſcentibus. Eſt igitur ſummopere conveniens, ut condantur ſtatuta pro regimine Academiæ.

QUÆSTIO II.

Quiſnam poſsit condere ſtatuta Academiæ?

Statuta impropria.

158 NObis ſermo nõ eſt de ſtatutis improprijs, & vim legis nõ habẽtibus, qualia fieri ſolẽt per modũ præcepti tẽporalis, vel per modũ conventionis, ſeu contractus a Principe revocabilis. Hujuſmodi enim ſtatuta obligantia ad tẽpus poſſunt facere quæcunq; communitates perfectæ, & a fortiori Academiæ, ut notant Suar. de leg. lib.3. cap.9. num.17. & Bonacina diſp.1.de leg.q.1. p.n.5. Nam circa ſpeciale jus Luſitaniæ illud habetur lib.1.Ordin.tit.66. num.28. poſſe Senatum civitatis, aut oppidi, Cameram vocamus, facere aliquas ordinationes ad bonum civitatis, aut oppidi conducentes, quæ ſermone vernaculo appellamus Poſturas, & obſervari debent. Notat verò Barboſa ad citatum locum Ordinationum, dictas Poſturas habere potiùs rationem præcepti, quàm legis. Quia inter alia ad veram rationem legis poſtulatur, quòd ex ſua natura ſtabilis ac perpetua ſit: illæ autem ordinationes ſolum obligant ad tempus, & ad ſummum pro tempore, quo Senatores in officio permanent, ita ut debeant a ſucceſſoribus confirmari, ſi obligationem prorogare velint. Eſt igitur ſola quæſtio de ſtatutis proprijs, veram legis rationem habentibus, quæ municipales leges nuncupari ſolent, & a nobis explicantur ſupra num.15.

Poteſtas juriſdictionis, & dominativa.

159 Pro explicatione ſupponendum eſt 1. poteſtatem juriſdictionis a poteſtate dominativa differre 1. ex objecto, quia poteſtas juriſdictionis eſt in ordine ad gubernationem politicam, atque adeo reſpicit communitatem perfectam: dominatiuam non ita, cum reſpiciat communitatem imperfectam, qualis eſt privata familia: 2. ex fine, quia dominativa attendit per ſe ad bonum privatum, vel imperantis, vel illius cui imperatur: illa verò nempe poteſtas juriſdictionis, ſolum intendit rectum regimen communitatis, & illius bonum. 3. ex modo cogendi: quia dominativa nequit punire pæna ſanguinis: ſecus poteſtas juriſdictionis, & politica. Supponendum eſt 2. poteſtatem juriſdictionis coincidere cum imperio, quod eſt duplex, alterum dicitur merum, alterum mixtum. Merum imperium dicitur quædam ſumma poteſtas, per quam ea quæ ſunt juriſdictionis maximæ explicantur; illius enim eſt facinoroſos pænis etiam capitalibus afficere. Merum vocatur quaſi ſeparatum à cognitione pecuniaria, quaſi nullum inde ſequatur commodum pecuniarium. Inſtit. de public. jud. in princ. Aliter explicatur in gloſ.1. ad cap. Sedem, de offic. ordin. Merum imperium eſt quædam ſumma poteſtas, & alta ex publico inducta; quæ apud Principes eſt, præcipuè Papã, & Imperatorẽ. Effectus illius ſũt v.g. in ſpiritualibus depoſitio, trãſlatio ſediũ Epiſcopaliũ, & diviſio unius ſedis cathedralis in duas: in ſæcularibus pæna capitis. Mixtũ imperiũ eſt poteſtas media, per quã ea quæ ſunt in juriſdictione media explicãtur. Dicitur mixtũ quaſi ex juriſdictione, & mero imperio: eſt penes judices, quorũ officiũ mercenariũ eſt, & ſi ad bonũ publicũ tendat. Illius effectus in ſpiritualibus ſunt, dedicare Eccleſias,

Imperiũ duplex.

Merum & mixtum imperium.

altaria conſecrare,& Virgines velare:in ſecularibus vero,mittere in poſſeſſionẽ,pupillis tutores dare, infligere pœnas graves,nempe mutilationem,relegationem,fuſtigationem, & reliquas, excepta capitali.

Dominativa poteſtas ad leges.

160 His ſuppoſitis,certum eſt 1.apud Canoniſtas ad cap.cum Eccleſia S.Mariæ, de conſtit. & Legiſtas ad l.omnes populi ff. de juſt. & jure, quos referunt ac ſequuntur Suar. lib.1.c.8.n.5.& Bonacina d.1.q.1. pun.3. num.3. neminem ratione ſolius poteſtatis dominativæ, ſcilicet nec dominum reſpectu ſervorum, nec patrem reſpectu filiorum, nec maritum reſpectu uxoris, & totius familiæ, poſſe leges cõdere. Nam deficit tunc juriſdictio in ſuperiori, & deficit ratio communitatis perfectæ in inferioribus. Sola autem communitas perfecta legis,aut ſtatuti capax eſt. Certum eſt 2.poteſtatẽ ſummam, qualis illa quæ datur cum mero imperio,ſufficere ad condendas leges. Nam ſtatuta condere meri imperij eſt, ut ait Rolandus to. 2.conſ.42. num. 11. Vnde Imperatores, Papas, Reges,& alios ſupremos Principes,qui excitãt Academias,poſſe veris legibus, ac ſtatutis illas dirigere, ac inſtituere, indubitatum eſt,ſi intra fines ſuæ ditionis,ex perſonis ſubditis illas fundarunt. Certum eſt 3. non ſufficere ad ſtatuta Academica, & quæcunque alia condenda juriſdictionem non ſupremam, niſi accedat privilegium Principis, vel recepta conſuetudo. Patet,quia legiſlativa poteſtas,utpote inter omnes præcipua, tota ſecundùm ſe reſidet in Principe ſupremo;ergo ſi ab illo non derivetur,vel privilegio, vel conſuetudine legitimè præſcripta, non ſufficiet quæcunque juriſdictio mixti imperij. Dixi (niſi accedat privilegium Principis, vel conſuetudo)quia perfectã cõmuniatẽ,nẽpe civitatem, oppidum, & etiam Academiam, vel Collegium,ex privilegio,vel cõſuetudine poſſe condere ſtatuta,ſeu leges municipales,cõſtat ex §.Conſtat Inſtit.de jure nat.& ex l.leges.C. de legib.

Academia in cõdendis legibus.

161 Tota difficultas eſt, utrum de facto, ſpectato jure communi, perfecta aliqua communitas,qualis Academia, per privilegium ſit in poſſeſſione legitimæ conſuetudinis ad condenda ſtatuta,ſeu ferendas leges ſpectantes ad ipſius peculiare regimen politicum? Partem negantem videntur abſolutè defendere Suar.de leg.lib.4.cap.6.num.13.& Palaus tract. de leg. diſp.1. pun. 23. §. 2. num. 11. Suadere poſſunt 1. quia ſine juriſdictione nulla communitas quantumvis perfecta leges, aut ſtatuta poteſt condere, ſed nulla communitas perfecta non ſuprema habet ſufficientem juriſdictionem, etiam privilegio, vel conſuetudine,cum nulla habeat merum imperium;ergo nulla Academia de facto poteſt ſibi leges ſtatuere. 2. Quia Palaus citatus aſſerit patere manifeſtè in Hiſpania nemini à Rege conceſſum eſſe leges ferre, ut traditur in l. 12. titul.1. partita 1. Vt vero id poſſimus affirmare de Luſitania, ſatis eſt quòd nec ex Ordinationibus Regni, nec ex aliqua conſuetudine conſtet poteſtatem legiſlativam fuiſſe alicui civitati,aut oppido permiſſam. 3.Quia neque Duces, Marquiones,Comites, Barones, & ſimiles dynaſtæ ſubditi regibus habent ex aliquo privilegio,vel conſuetudine poteſtatẽ condendi leges pro ſuis civitatibus,vel oppidis:ut cũ communi Theologorũ, & Iuriſtarum, quos citant,defendunt Vaſq.diſp.153. c.3.num.36. & Salas diſp. 7. ſect.13. Nam tota poteſtas civilis,& potiſſimum legiſlativa, utpote præcipua ab univerſa communitate in regem tranſlata fuit; ergo non poteſt dari in aliquo ſubdito Regis, etiam ſubditos habente,niſi ex ſpeciali Regis conceſſione. Sic videtur expreſſum in jure Caſtellæ l.12. tit.1.partita 2. & quanvis in jure Luſitaniæ non ſit expreſſè definitum, tenendum tamen eſt ad ſolum Regem pertinere leges condere,ut tradit Molina in noſtro jure verſatiſſimus tractat.5. de juſt.diſp.46.§. Perperam.Ex quibus rectè infertur Academias neque ex privilegio, neque ex conſuetudine poſſe leges ſibi condere.

Duces & Marquiones in cõdendis legibus.

Academia jure communi poteſt cõdere ſtatuta.

162 Nihilominus oppoſitam ſententiam affirmantium univerſitatẽ habere jure cõmuni,ex privilegio, vel cõſuetudine poteſtatẽ condẽdi ſibi ſtatuta,ſeu leges neceſſarias pro ſuo regimine,defendunt cõmuniter juriſtæ, & nonnulli ex Theologis, (Bart. in l. omnes populi num.6.de juſt.& jure, Baldus in l.2. n.3. C. de conſtit.Cuiac.lib.10.reſp.Pap. exponens latè l.Antiochenſium 37. de privil.cred. Albert. in prima par. ſtat. quæſt.5. Alexand. in l.1.colum.3. ff. de jur. omn. jud. & in conſil. 177. col.2. vol.2. Aret. conſil.18.circa finem.Cror. qui communem dicit conf.64.num.26. Barbat. conſil. 29. col. 4. lib. 3. Ruin. conſil. 109. a num. 2. lib. 4. Gotifr. col. 2. §. his videlicet Cod. de conſtit. pec. Gregor.Lop. l. 12. gloſ.r. Avend.lib.1.c.19.prætor.a num.3. Surdus tom. 1.conſ.59.num.14. Menochius conſil.28. num. 20. Caſtro de poteſt. leg.pæn.lib.1.cap.1.Menchaca lib.1. Illuſt.cap.47.& cap.34. num.2. cap. 35.num.10.Azeved.l.14. tit.6. lib.3. Thuſcus lit. S. concluſ. 453. Aviles in proœmio præter V. en los caſos, num.2. Alphonſus de Eſcobar de juriſt. in ſtudijs gener. cap. 23. à num. 2. Nec ex Theologis diſſentiunt Sotus de juſtit. lib. 4. quæſt. 5. art.2. & Salas de legibus diſp.8.ſect. 17. num. 89. ubi concedens hãc poteſtatem Academijs, eam ſolum limitat quoad materiam, ſcilicet ad ſtudendum de rebus minoribus ad ſe pertinentibus.

163 Sumitur ex jure Canonico cap.ex litteris,de conſtit. ubi Pontifex ſupponit legitimè fuiſſe factum quoddam ſtatutũ a Collegio artium liberalium Academiæ Pariſienſis. Item ex civili l. omnes populi, de juſtit.& jure

L 1,

Digitized by Google

l.1. C.de emancip.liber. l. prohibere 3. §. planè quod vi aut clam l. ut gradatim de muner. & honor. l. item eorum quod cujuſque univerſ. l. fin. C. de Colleg.illic. Suadetur, quia Principis ſupremi, proindeque habentis in fonte poteſtatem legiſlativam, eſt Academiam condere, ut oſtendimus lib.1. diſp.2.q.1. Igitur ubi primū Vniverſitas erigitur Principe ſupremo approbante, & nihil juris ſibi expreſſè reſervāte, in ipſa approbatione tacitè venit, ut omnia jura Vniverſitatis habeat, hoc eſt omnia privilegia per jus commune, aut Regium Vniverſitatibus in genere conceſſa l.1.§.quibus.ff.quod cujuſque univer. Inter quæ (ait Scobar cit.c.23. num.2.) non minimum illud eſt, ut poſſit intra ſuæ poteſtatis, ſeu profeſſionis terminos, leges ſibi peculiares conſtituere. Id deinde poſtulat neceſſitas: cum enim quælibet Vniverſitas ſolis legibus juris communis aptè gubernari nequeat, & una lege omnibus provideri nō poſſit: nam unaquæq; provincia ſuo ſenſu abundat, & in qualibet ſingularia emergunt, quæ ſingulari lege indigent: neceſſe eſt quòd profeſſores ſibi ipſis jus peculiare faciant. Confirmatur deſumpto argumento a phyſicis ad moralia: nam in compoſito naturali ſpectat ad genitorē conferre quidquid neceſſarium eſt ſaltem in radice ad ipſius conſervationem, v.g. omnes potentias & proprietates, ut ex S.Th. 1.p. q.18.a.1. & Alb. Magno tract.2.c.4.docēt Conimb.in lib. 8.Phyſ.q.1. a.2. ergo ſimiliter in compoſito morali ac myſtico, qualis eſt Academia, cenſebitur genitor illius, nempe Princeps conferre neceſſaria ad ejus conſervationem, ac proinde poteſtatem condendi ſibi leges, ſine quibus conſervari nequit.

164 Ex dictis patet ſolutio ad fundamenta partis negativæ poſita num.161. Ad primum fatemur ſine juriſdictione ſuprema, vel ſaltem derivata a Principe ſupremo veras leges ſtatui non poſſe: dicimus tamen Academiam illam accipere tacite à Principe ſupremo, ſuo conditore, vel approbatore, ſi ille talē poteſtatē expreſſè ſibi non retinuit. Ad 2. quidquid teſtetur Palaus de communitatibus Hiſpaniæ, quod verum non eſt in omnibus, ut conſtabit infra de Vniverſitate Salmanticenſi, hoc non officit noſtræ ſententiæ, quæ procedit attento jure communi, & non reſervāte Principe ſibi poteſtatem legiſlativam. Ad 3. de Ducibus ac dynaſtis ſuperiorem recognoſcentibus, eadem ſolutio adhibetur, & inſuper aſſignatur diſparitas ob quam illl in ſuis ditionibus non cenſeantur accipere a ſupremo Principe poteſtatem legiſlativam, eam tamen accipiat Academia. Nā civitates & oppida talium dominorum ſufficiēter gubernantur legibus communibus totius Regni, cum ſint partes quaſi homogeniæ ejuſdem totalis Reipubllcæ politicæ; ac proinde nulla eſt neceſſitas accipiendl poteſtatem ad condendum leges peculiares: Academia verò cum ſit Reſpublica diverſæ rationis a Republica politica, indiget ſtatutis, ſeu legibus peculiaribus, ad quas neceſſaria eſt poteſtas.

165 Hactenus dicta procedunt ſpectato jure communi, quando Princeps ſupremus oppoſitū non diſpoſuit circa poteſtatē cōdendi, minuendi, augendi, vel immutādi ſtatuta in Academia, quam vel ipſe cōdidit, vel ab alio conditam approbavit. Semper enim ſtandum erit pro eo quod expreſſerit: quia voluntas tacita, ſeu interpretativa dari nequit cum oppoſita expreſſa. Hinc eſt quòd apud Luſitanos neque in Conimbricenſi, neque in Eborenſi Academia reſideat poteſtas legiſlativa. Nam condere, augere, & immutare ſtatuta Academiæ Conimbricenſis pertinet ad ſolum illius protectorem, qui eſt Rex Luſitaniæ, ita ut quando aliquod de novo condendum, vel abrogandum, augendum, vel declarandum ſit, præcedente informatione Rectoris, & clauſtri pleni, Rex pro arbitrio decernat quod Academiæ magis expediens fuerit. Si quid verò Academia in clauſtro pleno ſtatuerit, vigorē ſtatuti non obtinebit, niſi accedente Regis confirmatione. Ita habetur lib.2. Statutorum. tit.1.n.2. De legiſlatore Eborenſis Academiæ diſputabimus quæſt. ſequenti.

Statuta Conimbricenſis Academiæ condere cujus ſit.

Quid apud Caſtellanos in ſua illa celeberrima Academia Salmanticenſi? Paulus III. per Bullam, de qua in Sat. fol.125. decrevit, ut Vniverſitatis concilium, quod plenum vocant, ſi duarum ſaltem partium ex tribus, accedat conſenſus, poſſit ſtatuta pro regimine & utilitate Academiæ condere, & condita revocare, reformare, etiam ſi authoritate Apoſtolica fuerint confirmata: & denique omni ordinationi per dictum concilium factæ eandem authoritatem præſtat, ac ſi in ſpecie fuiſſent per Pontificem approbata, vel condita. Quomodò autem hoc ſtare poſſit, ac debeat intelligi, cum Academia Salmantina purè laica ſit, latè diſputat Alfonſus de Eſcobar cit.cap.23. à n.12. uſque ad 20. Illud ſcio poſſe dictam Vniverſitatē leges condere, ſupponi a Sanchez lib.1. conſil. cap.8.dub.27.n.1.

Salmanticenſis Academiæ ſtatuta.

166 Rogabis ad calcem quæſtionis, an ſtatuta quæ Academia, ut diximus, ex privilegio, vel conſuetudine poteſt facere, ad ſui valorem indigeant confirmatione Principis? Affirmant Ioan. Garcia de nobil. in inſcript.num.10. & Aviles cap.17. gloſ. Proveer, quod limitant, niſi Vniverſitas facultatem ſpecialem à Principe habeat. Meliùs negat abſolutè Avendaño l.1. cap.19. præter num. 3. Subſcribit Scobar citatis cap. 23. à num. 25. quatenus quærit an ſemoto privilegio condendi ſtatuta abſque confirmatione, exigatur confirmatio Principis jure communi, vel Regio Caſtellæ? & reſpondet negativè. Semel

Confirmatio ſtatutorum per Regem.

Digitized by Google

Semel enim approbata Vniverſitate, ea poteſtas tranſit, d.l.tin.de colleg. l. 4. tit. 14. lib. 9. ibi. Y entre tanto nſen dellas. Neque (inquit) verum credo quod quidam ſcribunt, ante confirmationem in vim tantum pacti valere ſtatuta: nam ſi id verum eſſet, non poſſent ijs ligari forenſes & alienigenæ, utpote quorum conſenſus nec expreſſus, nec tacitus interceſſit. l. 1. de pact. ad alienigenas comprehendi ſtatutis intra Vniverſitatis territorium, ſive profeſſionem, oſtendit apertè l. 1. C. de emancip. liber. & probat Azeved. d. l. 1. n. 11. tit. 14. lib. 4.

QUÆSTIO III.

Quiſnam poſſit in Eborenſi Academia condere ſtatuta, vel condita immutare?

Eborenſis Academiæ ſtatuta.

167 NOn eſt quæſtio de ſtatutis acceptis in ſua primæva origine, ſcilicet a prima Academiæ nolitione. Quia Sereniſſimus Cardinalis Henricus cũ primum Eborenſem Academiam excitavit, authoritate Summi Pontificis Pauli IV. ſtatuta pro illius directione, & litterario regimine condidit, eaq; Sebaſtianus Luſitaniæ Rex Auguſtiſſimus confirmavit duplici ſuo diplomate, altero expedito 10. Auguſti, Anno Domini 1563. altero expedito 28. Novembris anno Dñi 1567. Ex quibus cõſtat in primis illis ſtatutis condendis interveniſſe duplicem poteſtatem legiſlativam ſupremam, alteram Eccleſiaſticam, quam Summus Pontifex demandavit Cardinali ſereniſſimo, alteram laicam, qua Rex Auguſtiſſimus ſtabilivit. Nam Academiæ ſive Eccleſiaſticæ, ſive laicæ ſint, de quarum ratione dixi n. 16. egent utroque Principe, ut rectè docet Petrus Gregor. de Rep. lib. 18. cap. 5. n. 5. Quanvis enim conſideratio doctrinæ, ut ſana inducatur, diſcatur, & doceatur, nullaque repugnet probis moribus, pertineat ad utroſque, tamen ſeculares Principes indigẽt in ſpiritualibus auxilio Summi Pontificis, & in temporalibus Pontifices indigent auxilio Principis ſæcularis Cap. quoniam idem, & ſequent. 10. diſt. Vnde in quacunque Academia, ſive ſit Eccleſiaſtica, qualis hæc noſtra Eborenſis, ſive laica, qualis Conimbricenſis, ſicut uterq; Princeps poteſt conferre privilegia, ita poteſt condere ſtatuta, hoc tamen diſcrimine, quòd nenter poteſt condere ſtatuta niſi in materia propria, v.g. Princeps Eccleſiaſticus in materia Eccleſiaſtica, & Princeps ſecularis in materia ſeculari, uterque autem poteſt conferre ſua privilegia perſonis tam Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus.

Statuta condendi poteſtas quomodo ſit penes Generalē Societatis.

168 Tota difficultas eſt de ſtatutis poſt illam primam originem, ſeu nativitatem in poſterum de novo condendis, alterandis, & immutandis: ad quemnam pertineat hujuſmodi condendi, & immutandi poteſtas? Extat quoddam antiquum Cardinalis Henrici ſtatutum, lib. 2. cap. 5. quod ita habet: Videns
„ quòd pro varietate temporum, neceſſarium
„ eſt, ut meliùs procedant res Vniverſitatis, al-
„ terare ſtatuta, vel condere alia de novo, Ge-
„ neralis Societatis Ieſu, vel cui ille hoc demã-
„ daverit, facere poterit. Verùm neque effec-
„ tum, neque vigorem ullum habebunt, niſi
„ poſtquam Rex tanquam Protector Vniver-
„ ſitatis illa confirmaverit, aut cõceſſerit fieri.
Poſt hoc ſtatutum conditum & promulgatum idem Sereniſſimus Henricus petijt a Summo Pontifice Pio V. ut non ſolum omnimoda Vniverſitatis cura, regimen, & adminiſtratio Præpoſito Generali, & religioſis Societatis committeretur, ut erat commiſſa: verùm etiam ejuſdem Vniverſitatis, ac ſcholarium in ea pro tempore exiſtentium juriſdictio, correctio, & viſitatio, quoad ea, quæ Societatis conſtitutionibus non repugnant, eiſdem Præpoſito Generali, & religioſis Societatis in perpetuum concederetur. Quibus precibus in quadam Bulla expedita anno Domini 1568. dictis Pontifex reſpondit in
„ hunc modum: Nos hujuſmodi ſupplicatio-
„ nibus inclinanti Præpoſito Generali, & reli-
„ gioſis præfatis non ſolum omnimodam cu-
„ ram, regimen, & adminiſtrationem Vniverſi-
„ tatis præfatæ, prout aliàs illis commiſſa, &
„ conceſſa extitit: verùm etiam illius, & ſcho-
„ larium in eadem Vniverſitate pro tempore
„ exiſtentium juriſdictionem, correctionem,
„ & viſitationem, quoad ea, quæ eorum conſ-
„ titutionibus non repugnant, in perpetuum
„ Apoſtolica authoritate concedimus. Et Por-
„ tugalliæ Regẽ in juriſdictione, correctione,
„ & viſitatione, præfatis omnibus, & ſingulis
„ alijs ad eandem Vniverſitatem pertinẽtibus,
„ illius religioſos, ſcholares, officiales, lectio-
„ nes, &c. ſe intromittere, aliquamve ſuperio-
„ ritatem, juriſdictionem, correctionem, aut
„ viſitationem, ſeu viſitandi, aut corrigendi jus
„ habere nullatenus poſſe declaramus. Et pro
„ potiori cautela Vniverſitatem, ſeu Collegiũ,
„ illiuſque religioſos, officiales, perſonas, res,
„ & bona quæcunque hujuſmodi, necnon
„ ſcholares, in ea pro tempore exiſtentes, a Re-
„ gis Portugalliæ juriſdictione, correctione, &
„ viſitatione ex nunc perpetuò eximimus, &
„ liberamus: illaque omnia Præpoſiti, & reli-
„ gioſorum præfatorum curæ, regimini &c.
„ perpetuò ſubmittimus, ac ſubjicimus. Poſt
„ hæc ad calcem Bullæ præcipit Pontifex ut
„ hæc omnia mandentur executioni, Non ob-
„ ſtantibus quibuſvis conſtitutionibus, & or-
„ dinationibus Apoſtolicis, dictorumque Col-

legij,

„ legij, Vniverſitaris, & Eccleſiæ Eborenſis, jn-
„ ramento, confirmatione Apoſtolica, vel qua-
„ vis firmitate alia roboraris, ſtatutis, & con-
„ ſuetudinibus, privilegijs quoque, & litteris
„ Apoſtolicis, ram illis, quàm Regi, & alijs
„ præfatis quomodolibet conceſſis & confir-
„ matis.

169 His poſitis, grave dubium eſt, fuitque jam olim inter primos, & primarios hujus Academiæ Doctores controverſum, utrum ſtatutum illud antiquum in quo decernitur, ut nullum aliud de novo conditum a Præpoſito Generali habeat vigorem abſque Regis confirmatione, vel beneplacito, manſerit omninò abrogatum per Bullam hanc Pontificis Pij V? Et conſequenter, utrum Generalis Societatis Ieſu poſſit de novo condere ſtatuta, & condita immurare pro hac Eborenſi Academia abſque Regis confirmatione, & beneplacito? Partem negantem utriuſque dubij dicitur tenuiſſe olim præclariſſimus Doctor Ludovicus de Molina: quanvis ego illum non invenerim jn antiquis Academiæ codicibus pro hujuſmodi opinione pugnantem, vel ſaltem ſubſcriptũ. Pro illa tamen poſſunt confingi hæc fundamẽta. 1. Quia videtur Pontifex non potuiſſe eximere Academiam, ſaltem quoad omnes partes a juriſdictione Regis: quia Rex in temporalibus ſupremus non poteſt per Pontificem directè privari ſua juriſdictione, quam habet in vaſſallos ſuos. 2. Quia licèt Pontifex id potuerit, non videtur voluiſſe & intendiſſe, quia verba Bullæ non revocant in ſpecie poteſtatem confirmàndi ſtatuta: & ſicut in conceſſione generali non veniunt quæ Princeps in ſpecie non erat veriſimiliter conceſſurus, ita in privatione generali non debent venire illa quibus non eſſet veriſimilitet privaturus: & quidem potiori jure, cum illa favorem, hæc rigorem contineãt: & Principis beneficium amplè, rigor ſtrictè interpretari debeat. At Pontifex præſumitur in ſpecie non privaturus Regem ſublimi illa poteſtate confirmandi ſtatuta, in cujus poſſeſſione erat.

170 3. Quia Pontifex in tantum privavit Regem juriſdictione & ſuperioritate in Academiam, in quantum annuit poſtulatis Sereniſſimi Cardinalis: hoc enim maniſeſtè patet ex illis verbis: Nos hujuſmodi ſupplicationibus inclinati. Sed Cardinalis videtur non intendiſſe quòd Rex privaretur jure illo confirmandi ſtatuta, tum quia prò bono ſuæ Academiæ optavit, & obtinuit quod Reges Luſitaniæ illam protegerent: tum quia ſi per Pontificum diploma intẽdiſſet abrogationem prædicti ſtatuti, impetrato tali diplomate, procul dubio obliteraret dictum ſtatutum, ne otioſé & pernicioſé maneret inter reliquas: quod tamen non fecit, cum de facto maneat lib. 2. cap. 5. ergo etiam Pontifex non intendit privare Regem tali poteſtate. 4. Quia Rex Luſitaniæ adhuc perſeverat in poſſeſſione muneris Protectoris Academiæ, quod habet ex vi ſtatutorum lib. 1. cap. 1. Neque enim Pontifex ſuo illo diplomate intendit ſpoliare Regem munere illo Protectoris, neq; Sereniſſimus Cardinalis ſua ſupplicatione id intendit, cũ pro bono & conſervatione ſuæ Academiæ Regiã protectionẽ magnoperè appetierit: atqui Protector habet juriſdictionẽ in protectos, ut conſtat in Eminentiſſimis Cardinalibus religionũ protectoribus, & ſupponitur in citato ſtatuto hujus Academiæ lib. 1. cap. 1. num. 2. ubi declaratur officium Protectoris in *Protectoris officium.*
„ hunc modum: A elRey como Protector per-
„ tence defender, & favorecer a Vniverſidade;
„ & mandarlhe conſervar todos ſeus privile-
„ gios, & entendendo que os officiaes, ou eſ-
„ tudantes da Vniverſidade, que nam forem
„ da Companhia de Ieſu, & ſobre que ſua Al-
„ teza tem jurdição, não cumprem ſeus regi-
„ mentos, ou quaeſquer outras obrigaçoens
„ ſuas, mandalos conſtranger por via de juſti-
„ ça, pera que ſempre ſe conſerve o bom go-
„ verno, ordem, & bem da dita Vniverſidade.
Ergo ſicut Rex per Bullam non fuit privatus hac juriſdictione, & ſuperioritate, neque etiam illa, quã obtinuerat confirmandi ſtatuta. 5. Quia quanvis demus Regem fuiſſe per Bullam illam Pontificis ſpoliatum omni juriſdictione, & ſuperioritate, adhuc dicendum eſt retinuiſſe poteſtatem confirmandi ſtatuta. Quod oſtenditur: quia abrogatio juris antiqui quantũ fieri poſſit, vitari debet, ut ex cap. cũ expediat de elect. in 6. probat Suar. de leg. lib. 6. c. 27. a n. 4. atque adeo illius tanquam odioſæ interpretatio ſtrictè facienda eſt: ſed ſtatutum illud lib. 2. cap. 5. dans Regi poteſtatem confirmandi, eſt jus antiquum, deinde ne corruat per legem Pontificiam, quæ privat Regem omni juriſdictione, poteſt interpretari de quadam confirmatione, cui nulla juriſdictio annexa ſit, v. g. ſi talis confirmatio ſe habeat tanquam conditio pura, qua poſita ſtatutum habeat vigorem, non quidem a confirmante, ſed aliunde ad poſitionem talis conditionis: potuit enim conferens poteſtatem legiſlatiuam Patri Generali, illam ſub ea conditione conferre, ſicut ſub alijs; ergo ſtatutum ſic interpretatum permanet, & conſequenter Præpoſitus Generalis Societatis nequit condere, vel immutare ſtatutum Academicum, quod ſortiatur effectum, & vigorem abſque confirmatione, vel beneplacito Regis Luſitaniæ.

171 Nihilominus partem oppoſitam affirmandum fuiſſe ſtatutum illud abrogatum, vel derogatum Bulla Pontificia, & conſequenter poſſe noſtrum Generalem ſtatuta de novo condere, & condita alterare, ſeu immutare abſque ullo Regis beneplacito, vel confirmatione, tenuerunt, ut inveni in archivo Academiæ, Patres graviſſimi & litteratiſſimi, ſci- *Statuta Eborenſis Academiæ quia non egent Regis confirmatione.*

E4 licet

Digitized by Google

licet Nicolaus Gracida in Epiſtola ad P. Provincialem ſcripta 15. Maij 1585. Paulus Ferret, Franciſcus Pereyra, Antonius Carvalho, Ludovicus Alvares, & Nicolaus Pimenta: quibus ego libenter ſubſcribo impulſus 1. ratione a priori: quia ubi datur ſufficiens poteſtas, ſimul & voluntas efficax ſufficienter declarata ad revocãdum legem priorem per poſteriorem, ſtatim lex prior intelligitur revocata: ſed Pontifex habuit ſufficientem poteſtatem revocandi prius illud ſtatutum, a quo Rex vendicaverat poteſtatem confirmandi ſtatuta hujus Academiæ: deinde ſua lege poſteriori, ſeu Bulla ſatis manifeſtavit voluntatem efficacem revocandi; ergo de facto revocavit. Maior eſt axioma receptiſſimũ a Doctoribus in materia de legibus. Minor quoad 1. partem eſt clara, tum quia Eborenſis Academia eſt Eccleſiaſtica, proindeque ſubjecta Pontifici, tum quia Pontifex Paulus IV. impertierat authoritatem fundatori ad ſtatuta illa condenda; & ad eandem poteſtatem ſpectat legem condere, & abrogare. Quoad 2. patet, quia tunc cenſetur legiſlator manifeſtare voluntatẽ efficacem revocandi, quando cum verbis legis poſterioris ſtare nequit prior, & docet Suar. de leg. lib. 6. cap. 27. n. 16. & n. 12. ubi non approbat doctrinam Sancij lib. 1. Matr. d. 17. n. 6. aſſerentis legem poſteriorem eſſe impropriandam, ut vitetur prioris correctio. At cum verbis Bullæ Pontificiæ ſtare non poteſt ſtatutum illud, ſiquidem hoc tribuit Regi juriſdictionem, vel ſuperioritatem confirmandi ſtatuta, & Bulla Pontificis aufert à Rege omnem omninò juriſdictionem, ac ſuperioritatem, etiam collatam ſtatutis factis Authoritate Apoſtolica, ut videre eſt in verbis Bullæ ſupra relatis. Quòd verò Rex non habuerit poteſtatem confirmandi ſtatuta aliunde, niſi ex prædicto ſtatuto condito authoritate Apoſtolica, videtur clarum, quia cum Academia ſit Eccleſiaſtica, & leges illius quà talis Eccleſiaſticæ eſſe debeant, ſolum poſſunt manere intra Regis poteſtatem ex commiſſione Pontificis.

Confirmatio legum juriſdictio eſt.

172 Impellor 2. ratione a poſteriori, ſeu a ſimili: quia de facto ſunt Generales quorundam religioſorum ordinum habentes poteſtatem confirmandi Provinciales electos, ita ut Provincia eligat, ipſi verò Generales vel approbent, vel quaſſent & annullent electionem: ſi igitur detur caſus, in quo Summus Pontifex tales Generales privet omni juriſdictione, & ſuperioritate, procul dubio non poterunt confirmare dictas electiones; ergo ſimiliter Reges Luſitaniæ privati per Pontificem omni juriſdictione erga Academiam, non poſſunt Academica ſtatuta confirmare. Solum ſupereſt probandum poteſtatem confirmandi leges includere juriſdictionem, vel ſuperioritatẽ: quod quidem videtur adeo perſpicuum, ut non indigeat probatione. Probatur tamen, quia poteſtas confirmandi debet correſpondere, & proportionari poteſtati, qua fit actus confirmandus; quia eſt completiva illius, imò ſuperior, cui inferior illa ſubordinatur: ſed poteſtas condendi leges includit juriſdictionem & ſuperioritatẽ, ut apud omnes in confeſſo eſt; ergo a fortiori poteſtas confirmandi leges. Accedit, quia nemo audebit negare Summum Pontificem ſuprema quadam juriſdictione & ſuperioritate confirmare leges, quas condunt Provincialia Concilia; ſignum eſt ergo confirmationem ſtatutorum habentium vim legis, qualem habent Academica, ut ſupra vidimus, involvere juriſdictionem, & ſuperioritatem. Cum igitur ex dictis conſtet derogatum manere ſtatutum illud, per quod Rex confirmare poterat ſtatuta, & aliunde omnis juriſdictio, poteſtas, & ſuperioritas pro adminiſtranda Academia Eborenſi, ſit penes Præpoſitum Generalem Societatis Ieſu, ex Bullis Pontificijs, ſequitur poſſe illum condere, & immutare ſtatuta, quæ vigorem ſortiantur abſque ulla Regis confirmatione.

173 Supereſt ſatisfacere fundamentis partis negativæ. Ad primum negatur aſſumptum, quia Pontifex potuit privare Regem tali juriſdictione. Nam in Regẽ ponderanda eſt duplex juriſdictio, altera Regis quà talis in ſcholaſticos ſeculares tanquam ſuos vaſſallos, altera in totam Academiam Eccleſiaſticã, quam accepit a Pontifice ex vi citati ſtatuti: Quanvis igitur Rex non poſſet per Papam ſpoliari priori juriſdictione, ipſe tamen illa ſe abdicaverat, quatenus ad preces Cardinalis voluit, ut ſuus urbanus prætor non haberet juriſdictionem in ſcholaſticos, quà prætor, ſed quà Academiæ conſervator, & talem abdicationem manifeſtavit confirmans ſtatuta, in quibus illa declaratio continetur. Poſterior juriſdictio, cum tota à Pontifice emanaverit, potuit per eundem auferri: imò in dubio, an potuerit, pro Pontifice, utpote ſuperiori præſumendum eſſet. Ad 2. dico, neque cum intentione, neque cum verbis Pontificis ſtare poſſe, ut remaneat in Rege aliqua juriſdictio, vel ſuperioritas, qua Pontifex illum potuerit privare: quia intentio Pontificis fuit ut Rex nullo modo ſe intromitteret in regimen Academicũ, aliquam ve juriſdictionem, vel ſuperioritatem haberet: quod expreſſiſſimis verbis dixit: & quanvis non fecerit formalem mentionem illius particularis juriſdictionis cõfirmandi ſtatuta, ſatis æquipollenter fecit per illa verba (aliquam juriſdictionem) & per alia, ut patebit illa conſideranti. Qui enim intendebat privare omni juriſdictione, exprimendo minores exempli gratia, ſatis intellexit maiorẽ, nempe legiſlativam.

Juriſdictio Regia in ſcholaſticos.

174 Ad 3. dico ſimiliter fuiſſe intentionem Sereniſſimi Cardinalis, ut Rex privaretur omni juriſdictione, etiam illa confirmandi ſtatuta, utpote præcipua: quia voluit

totum

totum regimen ſuæ Academiæ Eccleſiaſticæ fuiſſe Eccleſiaſticum, totumque eſſe penes unã perſonam Eccleſiaſticam, ſcilicet Generalem Societatis, ne perturbaretur a laico per correctionem, viſitationem, aut aliquas conſtitutiones. Nec obſtat, quòd obtenta Bulla derogatoria, extat adhuc ſtatutum illud inter alia non obliteratum: quia de ſtatuto illo materialiter accepto parum curavit: nam de facto extat aliud ſimile lib.1.cap.2.n.2. ubi dicitur clericos Academiæ non eſſe exemptos a juriſdictione ordinaria Archiepiſcopi, & tamen poſt obtentam Bullam exemptionis, nemo audebit negare illos exemptos eſſe. Ratio autem cur primis illis temporibus voluerit Sereniſſimus Henricus quòd Academia in aliquibus ſubeſſet Regi, & Archiepiſcopo, fuit, quia nondum probè cognitam & exploratam habuerat Societatem, quam ubi primùm omninò perſpexit, ſtatim voluit ex integro præfici Academiæ. Hujus rei argumentum evidens eſt, quòd quando poſtea fundavit Collegium Purificationis, totam poteſtatem condendi, & immutandi ſtatuta commiſit Societati abſque ulla ſubordinatione ad Regem, de quo agemus lib.10.

Protectoris authoritas quæ.

175 Ad 4. fateor Regem Luſitaniæ adhuc manere Protectorem Academiæ Eborenſis, ex vi ſtatuti lib.1.cap.1. nego tamen ex vi ſuæ protectionis habere poteſtatem confirmandi ſtatuta, aut juriſdictionem aliquam in Academiam. Quia officium protectoris ex ſua præciſa ratione nullam ſuperioritatem vel „ juriſdictionem importat. Poſiti (inquit Bar„ to.n.2.ad l.1.Cod.de excuſ.mun. lib.10. ſub „ protectione alicujus, non dicuntur illi ſub„ jecti: nec talis recipiens aliquam habet ju„ riſdictionem, ſed tenetur defendere de facto „ cum armis. Apud Bertachinum verbo Protector citatus Alexan.in addit.Barto.ad §. omnem in prima conſtit.ff.ubi dicit quid importetur per tale verbum. Neque obſtat quòd Cardinales Protectores habeant ſuperioritatem, & juriſdictionem, eam enim habent, non ex præciſa ratione talis muneris, ſed ex ſpeciali commiſſione Pontificis modò amplianris, modò reſtringentis, de quo Lezana tom.2. cap.9. a n.13. & tom.5.in Carmel.n.401. Neque etiam obſtat citatum ſtatutum lib.1.c.1.n.2.de officio Protectoris, quia ibi non ſupponitur Regem habere juriſdictionem ex vi talis muneris, ſed aliunde, quà Rex in vaſſallos: hoc enim manifeſtè in„ nuunt illa verba: Entendendo que os offi„ ciais, ou eſtudantes da Vniverſidade, que não „ forem da Companhia de Ieſu, & ſobre que „ ſua Alteza tem jurdição. ubi ſignificat non habere juriſdictionem in omnes, cum ſit Protector omnium. Addo, quanvis daremus Regem antea quà Protectorem habuiſſe juriſdictionẽ, hac fuiſſe privatum per illam Bullam Pontificiam, remanente nudo miniſterio Protectionis.

Ad 5. reſpondeo, quamvis odioſa ſit, & reſtringenda abrogatio juris antiqui, tamen faciendã omnino eſſe, quando verba legis poſterioris omninò repugnant verbis legis prioris, ſicut oſtendimus repugnare in noſtro caſu, tum ex verbis ipſis, quæ accipi debent juxta proprietatem juris, in quo confirmatio ſtatuti, ſicut & electionis denotat veram juriſdionem, & non conditionem tantum, ut liberè interpretabantur adverſarij: tum ex intentione Cardinalis & Pontificis volentis impedire Regem, ne aliquo modo ſe intromitteret, & perturbaret regimen Academicum, quæ quidem perturbatio poſſet ſequi, ſi illa confirmatio quacunq; ratione neceſſaria foret.

QVÆSTIO IV.

Qualiter, & qualia ſtatuta condere poſſit Academia?

176 HActenus diſputatum eſt præcipuè de cauſa efficiente ſtatutorum; ſupereſt diſputare de cauſa formali quas complectitur duplex propoſiti tituli pars. Cauſa enim finalis, nempe utilitas publica Academiæ intendenda ex fine legis, conſulto omittitur, quia parum aut nihil difficultatis ſpeciale continet. Quod attinet ad formalem cauſam, notandum eſt 1. formam legis eſſe duplicem, alteram intrinſecam, & veluti ſpiritualẽ, quæ a Baldo in l. Scire etiam ff. de excuſ.tutor. & ab alijs Iuriſtis vocatur anima legis, & aliam extrinſecam, quæ vocatur a Iuriſtis corpus legis. Nam ſicut homo, ita lex humana (ut volũt) ex anima & corpore coaleſcit. Forma intrinſeca juxta Suar.lib.3.de leg. cap.20.nu.5. & Salas diſp.11. ſect.5. conſiſtit in voluntate Legiſlatoris, utpote, inducente obligationem, præcipuũ legis effectum. Cum enim intra legiſlatorem duo conſiderentur, nempe voluntas, & ratio: nam per voluntatem, quam interpretes vocant mentem, ſeu intẽtionem legiſlator vult præcipere, & per rationem, ſeu motivum movetur ad præcipiendum. Vnde dicunt ex ratione intelligi mentem, ſcilicet ex motivo voluntatem. Forma extrinſeca cõſiſtit in ſigno externo, quatenus a volũtate Principis informatur, & ideo corpus legis dicitur, quãvis aliunde nuncupetur forma, ex eo quòd ſit actus humanus, & verſetur in quibuſdam ſolemnitatibus. Notãdum eſt 2. tam formam intrinſecam legis, quæ eſt voluntas efficax legiſlatoris, quàm formam extrinſecam, quæ eſſe debet ſignum externum ſufficienter manifeſtativum illius voluntatis, ſicut & alia omninò neceſſaria ad ſubſtãtiã legis, requiri ad ſtatutũ Academicũ, utpote veram legem.

Statutorum cauſa.

177 Diffi-

Solemnitas Academiæ in condendis ſtatutis.

177 Difficultas ſpecialis eſt, utrum in illis Vniverſitatibus, quas diximus quæſt.2. poſſe condere ſibi ſtatuta pro bono regimine, ſit neceſſarium ex parte formæ utriuſque intrinſecæ & extrinſecæ, quòd Vniverſitas ſolemniter convocetur, & circa ſtatutum condendum præſtet unanimem conſenſum? Pro comperto habeo Academiam volentem ſtatutum aliquod de novo condere, vel conditum immutare, nihil debere omittere de ſolẽnitatib⁹, quas dixi lib.1.diſp.1.q.3.&4.neceſſarias eſſe, ut Vniverſitas quà talis cẽſeatur cõsẽtire, &operari. Modò pro peculiari conſenſu, & operatione circa legem condendam, aut immutandam, dicendum eſt, jure communi inſpecto, ſtatuta Academica fieri debere vocatis omnibus, qui concilium conſtituunt, præſentibuſque ſaltem duabus partibus, & ex conſenſu maioris partis ipſarum. Sumitur ex l. nulli 3. ff. quod cujuſque univer. & l. quod maior 19. ff. ad municip. Et ita in ſpecie Avendan.lib.1.cap.19. Prætor. Aveles cap.17.gloſ. las hagan n.4. Avend.l.14.tit.6.lib.3.a n.11. & Alphonſus de Eſcobar de Pontificia juriſd.cap.23.a n.37. Idem ex l. aliud §. refertur ff. de re jud. probat Surdus conſil.65.n.4. addens ex Bart. in l. quicunque in fin. C. de om. agr. deſer. lib.10. Bald. in l. reſcriptum in princ. ff. de pac. & alijs, ubi requiritur in actu conſenſus omnium, ſufficere quòd maior pars intervenerit. Ibidem Decius ſubdit non eſſe falſum ſecretarium, qui diceret, omnibus conſentientibus, etiam quando contradixerunt aliqui, & populus ipſe feciſſe dicitur, quidquid concilium facit. Ex dictis tanquam fundatis in ſolo jure civili ſatis conſtat dictam formam procedere in Academia laica. Addo etiam procedere, & obſervandam eſſe in Academia Eccleſiaſtica. Sumitur a cap. cum in cunctis, de his quæ fiunt a mai. par. ex Later. Concil. ſub Alex.3.cap.16. & refertur ab Anton. Auguſt. collect. 1. Decret. lib.3. tit.10. cap. unico. Ex quibus probatur in Vniverſitatibus Eccleſiaſticis præcedere regulariter, quod fit a maiori parte, niſi minor pars rationabiliter contradicat. In capitulis (inquit Auguſt. Barb. tom.2. collect. ad tit.11. cap.1. lib.3. Decret. nu. 1.) quod a maiore & ſaniore parte fuerit ſtatutum, prævalere debet appellatione remota, & conſuetudine contraria licèt jurata non obſtante. Imò ſi quis juret ſervare talem conſuetudinem, privabitur communione, donec agat pænitentiam, niſi pars maior objiciat aliquid rationabile. Hæc colligunt (addit) ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioann. Andr. Imola, Anania, Butr. Anchar. Henric. Panorm. Hoſt. Cened. collec. 120. Vivian. in rationali lib.3. juris Pontif. pag. 120. Alagona in compen. juris canon. pag.421. Ximen. in coner. p.1. & 2. Et hæc ſufficiunt pro forma ſtatuti Academici, modò ſervetur debita promulgatio, & quidquid ad ſubſtantiam legis, ſive jure communi, ſive jure municipali poſtulatur.

Conſenſus Academiæ in legem.

Pars maior in conſenſu.

178 Reſtat ut delibemus aliquid de materia circa quam verſari poteſt, ac debet ſtatutum Academicum, & diſcutiamus pro reliqua tituli parte, qualia ſtatuta poſſit condere Academia. Sit prima difficultas, utrum Academia poſſit ſtatuere, ſeu ſtatutum facere in materia vectigali, ſeu tributaria, nempe an poſſit imponere collectam univerſis ſtudioſis? Procedit difficultas Principe inconſulto, & nõ expectata illius confirmatione. Si enim conſenſus, vel approbatio Principis interveniat, clarum eſt ex parte cauſæ efficientis poſſe collectam illam, ſeu ſtatutum ſubſiſtere. Eſt igitur negativa reſolutio pene indubitata apud Scobar cit. cap. 23. ubi ait difficultatem hanc decidendam eſſe ex jure communi, & legibus Regijs Caſtellæ, quæ de concilijs populorum loquuntur, cum ad exemplum Reipublicæ Vniverſitates in pluribus judicentur, ut probatur l. 1. §. quibus ff. quod cujuſcunque univerſit. Quid autem ſupradicto jure Regio cautum ſit, percipies ex l.1. tit.6. lib.7. l.15. ver. Y mandamos tit.7. l.25. tit.6. lib.3. Recopil. & poſt Azeved. ibi, la è Flores lib.2. var. q.21. a n.12. Bovadill. lib.5. cap.5. n.13. Cancer 3.p. cap.13. a nu.98. & cap.4. num.222. Inter conſentientes, ſive Doctores, ſive ſtudioſos collecta rectè imponi poterit. Nam cùm uniuſcujuſque accedit aſſenſus, non collecta, ſed obligatio privata eſt, nec ad hanc Regius deſideratur aſſenſus, ut citati authores animadvertunt. An Doctores, ſeu conſiliarij poſſint ſuffragium in cõcilio ſemel emiſſum emendare, alibi reſolvemus. Vide interim cap. Publicato 33. de elect.

Collecta an poſſit imponi ab Academia.

179 Secunda difficultas eſt, Vtrum Academia poſſit condere ſtatuta in materia, in qua jus commune, ſive canonicum, ſive civile contrarium diſpoſuit? Clariùs, utrum Academia poſſit ſibi condere ſtatutum oppoſitum juri communi illius Principis, cui ſubeſt? Procedit juxta ſuperiùs dicta, quãdo Princeps ſupremus, ſive Eccleſiaſticus, ſive laicus Academiam excitavit, poteſtate legiſlativa ſibi non reſervata, ita ut Academia ſit in conſuetudine legitimè præſcripta condendi ſtatuta. Procedit item ſervata proportione & reſpectu Academiæ Eccleſiaſticæ ad jus canonicum, & Academiæ laicæ ad jus civile. Pro parte affirmativa facit 1. quia ſtatuta Academica ſimilia ſunt legibus municipalibus, ſeu peculiaribus regnorum, imò inter jura municipalia recenſentur: atqui leges municipales poſſunt condi, & paſſim de facto conditæ inveniuntur contra jus commune, ergo ſimiliter poterunt condi ſtatuta Academica contra jus commune. Facit 2. quia ſi aliquid obſtaret, eſſet quia jus commune eſt lex ſuperioris, cui non poteſt prævalere lex inferioris: ſed hoc non obſtat, quia Academia condit ſtatuta per poteſtatem legiſlativam ab

Statuta Academica contra ius canonicum, vel civile.

ipſo

Digitized by Google

ipſo ſuperiori derivatam, quæ proinde ejuſdem rationis eſt; ergo &c. Facit 3. quia Principes feudatarij recognoſcunt Imperatorem, ut ſupremum dominum: & tamen poſſunt condere municipales leges, quibus derogent legibus Imperialibus, atque adeo poſſunt condere leges contrarias juri communi illius Principis, cui ſubſint; ergo ſimiliter Academia poteſt cõdere ſtatuta oppoſita juri communi. Facit 4. quia ſi Academia ſit Eccleſiaſtica, eodem modo ſe habet in ſubjectione ad jus canonicum, quo ordo quicunque regularis: ſed religioſi ordines poſſunt facere ſtatuta contraria juri canonico, & de facto interdum faciunt: nam Societas Ieſu in Congreg. 5. Generali can. 3. ſtatuit, ne quis ex ijs, qui Hebræorum, aut Saracenorum genere deſcendunt, deinceps in Societatem admittatur: & hoc videtur eſſe contra ſacros Canones; tum quia jure communi omnis Chriſtianus carens impedimento canonico aptus eſt ad religionem, & ille defectus generis nullum impedimentum canonicum eſt; tum quia circa ea quæ ſpectant ad tria vota ſolemnia religionis, diſpoſitio ſpectat ad ſolum Papam, Arg. cap. cum ad monaſterium, de ſtatu monach. ergo etiam Academia Eccleſiaſtica poterit condere ſtatuta in tali materia quæ opponantur juri canonico.

180 Nihilominus pars negativa omninò defendenda eſt, ſi intelligatur de ſtatuto poſitivè oppoſito, ſeu contrario juri canonico, aut civili. Eam defendunt communiter Theologi, ac Iuriſtæ, Bart. ad l. omnes populi ff. de juſt. & jure. Suar. lib. 6. de leg. cap. 26. a n. 4. Sanch. lib. 8. de Matr. diſp. 6. a nu. 14. Emman. Rodr. tom. 1. regul. 69. a. 4. Hierony. Rodr. ejus conſobrinus reſol. 90. num. 36. Maſcar. de prob. concl. 424. n. 34. Cabedus 1. p. deciſ. 61. a n. 7. Scobar Loaiſa de juriſdict. in ſtudijs general. cap. 23. à n. 41. & a fortiori defendunt, qui abſolutè dicunt ſtatutum inferioris confirmatum à ſuperiori, jam per ipſum inferiorem abrogari non poſſe, inter quos eſt Sylveſter v. Beneficiũ 3. p. 9. n. 13. Botteus de Synod. Epiſt. 2. p. a. 4. n. 12. Sayrus tom. 1. theſ. lib. 6. c. 11. nu. 11. Barboſa de pot. Ep. 2. p. alleg. 34. num. 7. & Azor lib. 5. cap. 15. q. 7. Suadetur 1. hæc ſententia authoritate juris expreſſi Clemen. Ne Romani, de elect. cap. quod ſuper his. cap. cum inferior, de maior. & ratione manifeſta, quia nullus inferior ſuo præcepto, aut ſtatuto prævalere valet contra præceptum, aut ſtatutum ſuperioris: voluntas enim inferioris ſubordinatur voluntati ſuperioris: ſed Academia Eccleſiaſtica (& idem eſt de quocunque ordine regulari) eſt inferior Pontifice, à quo jus canonicum emanat: deinde Academica laica eſt inferior Principe, à quo jus civile oritur; ergo neque Eccleſiaſtica contra jus canonicum, neque laica cõtra jus civile ſtatuere poteſt.

181 Infertur 1. ex doctrina Sori lib. 9. de juſt. q. 6. art. 2. Genuenſis in ſua praxi cap. 48. n. 5. Sylveſtri v. immunitas 2. nu. 7. & aliorum, quos refert & ſequitur Fagund. præc. 1. quinc. lib. 3. cap. 7. n. 9. non poſſe Academiam condere ſtatutum, quo præcipiatur ut ſoli ſacerdotes Academici dicant Miſſas pro ſcholaſticis defunctis. Sicut non poteſt Epiſcopus ſtatuere ut nulli alij Sacerdotes Miſſas defunctorum celebrent, aut officia mortuorum efficiant, niſi Sacerdotes talis cathedralis, vel talis Parochiæ. Quia tale ſtatutum foret contra jus canonicum, per quod omnes Sacerdotes habent libertatem celebrandi Miſſas, & officia pro cunctis fidelibus defunctis, ut docet Imola in cap. Eccleſiæ S. Mariæ, de conſtit. & ſumitur ex cap. fin. de immunit. Eccl. in 6. Infertur 2. cum Alphonſo de Eſcobar cap. 23. citato à n. 42. non poſſe Academiam condere ſtatutum, ut Doctorali gradu honorandi ſint puri ſanguinis, quos vocant, Chriſtãos velhos, & a tali gradu repellãtur omnes infecti ſanguine Hebræo, quos vocant, Chriſtãos novos. Quia Univerſitates non poſſunt ſibi ſtatuere aliquid contra jus commune, ut præter ſupra citatos docent omnes ad l. 3. §. Divus, de ſepulch. violan. & cap. Eccleſiæ S. Mariæ 10. de conſtit. Prædictum autem ſtatutum eſſe contra jus commune cõſtat: quia jure communi tam canonico, quàm civili deſcendentes ex Iudæis omnium dignitatum & officiorum capaces ſunt, imò & ipſi noviter converſi, cap. quod autem, & cap. quemadmodum 23. q. 7. cap. recurrat 32. q. 4. cap. Neophytus 71. cap. eam te 7. de reſcript. Ita Otalor. de nob. 2. p. 3. p. c. 7. Montalvus lib. 2. tit. 3. lib. 4. for. verbo Tornadizo. Roman. ſingul. 672. Bovadilla lib. 3. c. 8. n. 9. Olvald. lib. 18. com. cap. 7. lit. N. & doctè Covarr. Clemen. ſi furioſus 1. p. § 2. n. 8.

Statutũ pro decẽs celebrare Miſſas pro defunctis.

Statutũ de Iudæo excludendo à Doctoratu.

182 Satisfaciamus rationibus factis pro parte affirmativa n. 179. Ad 1. conceſſa maiori, diſtinguẽda eſt minor, nempe cõcedendo quòd leges municipales poſſint cõdi cõtra commune civile Cæſareum, quando Principes illarum conditores ſunt ſupremi, & nullo modo ſubditi Imperatoris: ſecus, ſi ſubditi ſint. Et eodem modo de Academijs ſubditis, vel nõ ſubditis philoſophãdum eſt. Ad 2. fateor Academiam cõdere ſtatuta per poteſtatem ſibi à ſupremo Principe demãdatam, ſeu derivatam: at Princeps nũquam cenſetur cõferre poteſtatem ſubdito, quæ obſtet ſubordinationi, ut nempe ſubditus ſuperiori ipſi prevaleat, niſi fortè in caſu aliquo ſpeciali, quem exprimit. Ad 3. dicendum non eſt abſolutè poſſe Principes feudatarios condere leges ſpeciales, quæ derogẽt legibus Imperatorijs. Nam Suarius lib. 3. de leg. cap. 8. num. 2. & Palaus diſp. 1. de leg. pun. 22. § 1. n. 6. affirmant id eſſe dicendum ex modo donationis, interprete conſuetudine, imò ex ipſa con-

Feudatarij in legibus condendis.

Digitized by Google

conſuetudine legitimè præſcripta. Nam evenire potuit, ut Imperator concederet ſuas terras, ſub conditione parendi legibus imperialibus, & non condendi alias, quibus imperiales derogarentur. An verò ita conceſſum fuerit? conſuetudo declarabit, quæ legitimè præſcripta ſicut quibuſcunque humanis legibus vim dare, vel adimere poteſt, ita imperiales in omnibus Imperij provincijs vel augebit, vel diminuet.

Statutũ de non admittendis Hebræis.

183 Ad 4. neganda eſt minor, ſcilicet negandum poſſe aliquam religionē ex poteſtate ſibi generaliter conceſſa ſtatutum aliquod condere poſitivè oppoſitum juri canonico. Quod ſi de facto nonnulla regularium ſtatuta juri canonico opponuntur, id ſpeciali Summi Pontificis conceſſione, vel approbatione factum eſt. Quod attinet ad ſtatutum Societatis factum in Congreg. 5. quanvis Navarrus conſil. 26. de regul. quod incipit Orta ſunt gravia dubia, loquens de ſimili, quod fecit Generale Capitulum Minorum, ne admitteretur ad profeſſionem religioſam ſui ordinis aliquis de ſanguine Hebræo, dicat erraſſe circa illud ſtatutum, quanvis ſine peccato, vel omnes, vel maiorem partem eorum Patrum, qui illi Capitulo affuerunt, etiamſi ſanctiſſimi, & eruditiſſimi fuerint, ut ipſe fatetur, tamen rectiùs ſentit Suarius tom. 4. de relig. tract. de Societ. lib. 2. c. 2. n. 4. exiſtimans contrariam ſentẽtiam certam eſſe, nec damnandos tot viros religioſiſſimos & doctiſſimos. Rectè igitur diſtinguit inter ſtatutum oppoſitum juri canonico poſitivè, & negativè, ita ut poſitivè opponatur quod eſt contra jus canonicum poſitivè prohibens, v.g. quando jus canonicum prohibet ne quis, v.g. cæcus admittatur ad ſacros ordines, & ſtatutum religionis præciperet admittendum: negativè autem opponatur quod eſt contra jus canonicum aliquid permittens, ſeu non auferens, eo modo quo non aufert habilitatem ab hominibus Hebræi ſanguinis ad religionem, quanvis non decernat poſitivè eos eſſe habiles, & prohibeat eos excludi ab aliqua religione. Rectè igitur concludit, quanvis religio non poſſit condere ſtatuta quæ poſitivè opponantur juri canonico, poſſe tamen condere, quæ opponantur negativè, qualiter opponitur illud de non admittendis Hebræis: Quia tale ſtatutum non eſt ſimpliciter contrarium voluntati Pontificis: cum in rigore non detur contradictio, vel oppoſitio, ſed additio, vel effectio alicujus moralis effectus, quem Pontifex ſua lege etſi facere noluit, tamen non prohibuit fieri ab habentibus poteſtatem.

184 Oppones, hæc reſolutio, ſeu argumenti ſolutio non cohæret cum ijs, quæ tradidimus n. 181. aſſerentes non poſſe Academiam ſtatuere, ut homines ſanguine Hebræo infecti repellantur a doctoratu, ex eo quòd hujuſmodi ſtatutum repugnaret juri cõmuni tam civili, quàm canonico, per quod illi homines a dignitatibus & officijs non repellũtur: ſed etiam per jus canonicum, cui ſuis peculiaribus ſtatutis regulares ordines derogare nequeunt, idem homines generis Hebræi non repelluntur a profeſſione religioſa; ergo etiam per ſtatuta regularium ad illam inhabilitari nõ poſſunt. Tam enim Academiæ Eccleſiaſticæ, quàm regulares ordines Pontifici, & ipſius cõſtitutionibus ſubjiciuntur. Reſpondeo diſparitatem inter caſum priorem, & poſteriorem petendam eſſe ex dictis. Nam ſtatutum illud Academicum ſi daretur, opponeretur juri canonico poſitivè, ſiquidem jus canonicum poſitivè habilitat tales homines ad dignitates, & cõſequẽter prohibet, ne per jus aliquod inferius a dignitatibus repellãtur, ſeu præcipit ne inhabilitẽtur: at ſtatuta illa regularia ſolum opponuntur juri canonico negativè, ut expoſuimus nu. 183. quia jus canonicum non habilitat poſitivè dictos homines ad profeſſionem, ſed ſolum negativè habilitat, hoc eſt non inhabilitat.

DISPVTATIO II.

De ſtatutorum effectu, & ſtatuto quod vocant aſſuetum.

185 EXplicatis cauſis præcipuis ſtatutorum, ſcilicet efficiente, finali, formali, & materiali, ſaltem quoad graves & peculiares difficultates, ſequitur ut vertamus calamum ad ſcribendum, ſimulque mentem ad exponendum effectum illorum, nempe obligationem, quam pariunt. Hoc autem cum præſtiterimus, examinata prius vi obligationis, deinde expoſitis ſubjectis, ſeu ſubditis ad quos vis obligationis extenditur, non abs re diſputabimus de ſtatuto aſſueto, ut vocant, quod ortum habuit a conſuetudine feriandi ſtatutis, & conſuetis temporibus.

QUÆSTIO I.

Vtrum, & qua ratione obliget ſtatutum Academicum?

CIrca primam quæſtionis partem de effectu ſtatuti Academici, ſcilicet obligatione, an detur? Notádum eſt 1. procedere tá de Academia Eccleſiaſtica, quàm de laica & civili. Notádũ eſt 2. procedere de obligatione in cõſciẽtia, ex cujus violatione oriatur peccatũ. Quia indubitatum eſt omne ſtatutum, quod habet vim legis, eſſe vinculum morale, atque adeo vim aliquo modo obligandi neceſſariò obtinere. Eſt igitur prima difficultas, Vtrum ſtatuta cujuſcũq; Academiæ, ſive Eccleſiaſtica, ſive politica & civilia ſint, habeant ex ſe vim obligandi in conſcientia, ita ut poſſint obligare ſub peccato? Partem negativam tueotur Authores diviſi in duas factiones: altera eſt Calvini, Vvicleſi, & aliorum hæreticorum apud Sayrum tom. 1. lib. 3. Theſauri cap. 6. & Azorium tom. 2. lib. 9. quæſt. 5. negantium poſſe legem Eccleſiaſticam obligare in conſcientia: altera eſt Gerſonis 3. part. tractat. de vita ſpirituali ſect. 4. Almaini de poteſt. Eccleſ. cap. 12. & aliorum aſſerentium ſaltem leges civiles nõ habere vim obligádi in conſciẽtia. Inclinare vidẽtur Decius in cap. Nam concupiſcẽtia, de cõſtit. & Imola in cap. 2. de maior. & obed.

Obligatio vis in ſtatutis.

186 Probant 1. ex verbis Apoſtoli 1. Cor. 7. Pretio empti eſtis, nolite fieri ſervi hominum. Et infra non excludẽs penitùs ſervitutẽ, addit: Servus vocatus es, nõ ſit tibi curæ. Quaſi nullus, qui pretioſo Chriſti ſanguine fuit redemptus, ſit ſervus animo, hoc eſt per obligationem parendi in foro interno, quamvis poſſit eſſe ſervus corpore per externã vim coactivam. Accedit illud ejuſdem Apoſtoli ad Timoth. 1. Iuſto non eſt lex poſita. Et ad Galat. 5. Si ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege. Ergo ſaltem juſti lege humana ligari nequeunt. Probant 2. nemo poteſt obligare in eo foro, in quo non poteſt cognoſcere: ſiquidem non poteſt obligare ubi non poteſt judicare, ut conſtat ex l. ult. ff. de juriſd. omn. judic. ſed homo nequit judicare de conſcientia alterius, cum illam cognoſcere nequeat; ergo nequit obligare in conſcientia. Probant 3. obligare in conſcientia eſt obligare ad pænam alterius vitæ: ſed homo nequit punire pæna alterius vitæ, cum in altera vita nullam habeat juriſdictionem; ergo nequit obligare in conſciẽtia. Maior, & minor rectè procedunt. Conſequẽtia rectè colligit, præſertim accedente l. ult. ff. de officio ejus, cui mandata eſt juriſd. ex qua habetur neminem poſſe obligare ad pænam, quam infligere nõ poteſt. Probant 4. ſpecialiter de poteſtate civili: nam ad eandem poteſtatem ſpectat ligare & ſolvere: ſed Princeps ſecularis non habet poteſtatem ſolvendi culpam à conſcientia; ergo neque ligandi in conſcientia. Probant 5. obligatio legis deſumenda eſt ex fine, ad quem lex ordinatur: ſed lex humana civilis ordinatur ad finẽ temporalem, nẽpe ad externũ regimẽ politicum Reipublicæ, pacem, & felicitatem temporalem; ergo ſaltem lex civilis (& idem eſt de quocũque civili ſtatuto Academico) nequit inducere obligationem ſpiritualẽ, qualis eſt obligatio conſcientiæ.

187 Communis nihilominùs & certa eſt pars oppoſita aſſirmans ſtatutum Academicum, quoad vim legis humanæ, ſive Eccleſiaſticæ, ſive civilis, habere efficaciam obligandi in conſcientia. Ita S. Thomas 1. 2. quæſt. 96. a. 4. D. Antoninus 1. part. tit. 18. cap. unico §. 2. Sotus lib. 1. de juſt. quæſt. 6. art. 4. Navarrus in Summa cap. 23. nu. 54. quibus & alijs ſubſcribunt Valent. tom. 2. diſput. 7. quæſt. 5. punct. 6. Vaſquez 1. 2. diſp. 158. cap. 2. Suar. lib. 3. de leg. cap. 21. num. 6. Salas diſput. 10. de leg. ſect. 1. numer. 6. Azor tom. 1. lib. 5. cap. 6. à quæſt. 1. Sayrus lib. 3. cap. 4. Reginal. Sum. lib. 13. num. 174. & Palaus tractat. 3. diſp. 1. punct. 14. num. 2. Quod attinet ad vim legis Eccleſiaſticæ ad obligandum in conſcientia, fundatur 1. authoritate: nam Chriſtus Dominus loquens cum Apoſtolis Lucæ 10. Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit. Matth. 18. Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi tanquam ethnicus & publicanus. Conſentit illud Apoſtoli 1. ad Theſſal. 4. Qui hæc ſpernit, non hominem ſpernit, ſed Deum. & illud Act. 15. ubi dicitur Apoſtolicum præceptum eſſe neceſſarium ad ſalutem. Ex quibus rectè oſtenditur legem Eccleſiaſticam habere vim obligandi in conſcientia, cum illius transgreſſores Deum offendant. Fundatur 2. ratione, nam Eccleſia habet poteſtatem præcipiendi, & de facto multa præcipit ſub excommunicatione maiori ipſo facto incurrenda: ſed hæc excommunicatio incurri nequit abſque culpa lethali, ut conſtat ex materia de cenſuris; ergo lex Eccleſiaſtica habet vim obligandi in conſcientia.

Statutum Academicum habet vim obligandi in conſcientia.

188 Quoad obligationem in conſciẽtia ſecundùm vim legis civilis, patet 1. authoritate. Nam Proverb. 8. Per me reges regnãt, & legum cõditores juſta decernũt. Et Sap. 6. Audite reges: quoniá data eſt à Dño poteſtas vobis. Item in teſtamẽto novo 1. Petri 2. Subjecti (inquit) eſtote omni humanæ creaturæ, ſive regi quaſi præcellenti, ſive ducibus &c. quia ſic eſt voluntas Dei. Quibus cõſonat Apoſt. ad Ro. 13. Omnis anima poteſtatib⁹ ſublimioribus ſubdita ſit: nõ enim eſt poteſtas niſi à Deo: itaque qui reſiſtit poteſtati,

Lex civilis obligat in cõſcientia.

„ Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt, „ ipſi ſibi damnationem acquirunt. Quod intelligit S. Ioann. Chryſoſtom. homil. 23. etiam de damnatione apud Deum; qualis contrahitur per peccatum ex fractione legis obligantis in conſcientia. Hæc teſtimonia adeo manifeſtè oſtendunt legem civilem obligare in conſcientia, ut dicat Suarius citatus videri reſolutionem de fide, vel proximam fidei. Patet 2. ratione, quia gubernatio civilis eſt perfecta gubernatio, utpote communitatis perfectæ, qualis eſt Reſpublica: ſed perfecta gubernatio ſtare nequit ſine eo quòd caput imperet reliquis membris obligando in conſcientia; ergo legiſlator civilis in conſcientia obligare poteſt. Minor ſuadetur, nam plus requiritur ad gubernādā Rempublicam, quàm ad regēdam privatam domum: & tamē ad hujus regimē fuit neceſſarium quòd paterfamilias poſſet obligare in cōſciētia tum uxorē, tum ſervos, juxta Apoſt. ad Coloſſ. 3. & Petrum Epiſt. 1. c. 2. ergo à fortiori Princeps Rempublicam obligare poterit.

189 Fundamenta adverſariorum ſic diſſolues. Ad 1. dices Apoſtolum per illa verba ad Corinthios, ſolum ſignificaſſe fortius Chriſti, quàm hominū imperiū eſſe, ita ut quādo opponātur, Chriſto potiùs, quàm hominibus parēdū ſit. Quaſi diceret, ita ſubjecti eſtote dominis tēporalibus, ut à Chriſti ſervitute non deficiatis: ita obtēperate hominibus, ut propter eorū imperiū nō excutiatis Chriſti jugum. Ad duo alia citata loca dices, ſermonem eſſe Apoſtolo de lege veteri, & ſenſum eſſe, legem veterem nō fuiſſe datam propter juſtos, ſed propter peccatores Iudæos, ut eos à ſceleribus præſertim idolatriæ avelleret: deinde juſtos nō cenſeri eſſe ſub illa, quia licèt ad illius obſervationem tenerentur, tamen ex amore operantes non ſentiebant onus, ſed magnam ſuavitatem in executione. Ad ſecundum, ut reſpondeas, nota forum divinum & humanum in eo præſertim differre, quòd Deus præcipit directè etiam actus merè internos, homo verò ſolos externos directè, & internos non niſi indirectè. Vnde forum humanum quanvis non ſpectet immediatè & directè ad forum internum cōſcientiæ, ſcilicet per præceptionem & prohibitionem actuum externorum, ſpectat tamē mediatè & indirectè præcipiendo, vel prohibēdo actus externos, qui liberi, morales, & humani ſine internis eſſe nequeunt. Ex quibus poſitum fundamentum dilues, reſpondendo non poſſe hominem judicare & cognoſcere conſcientiam alterius directè ferendo leges circa actus merè internos, poſſe tamen indirectè mediantibus externis, quos præcipit.

Iuſto imposita nō eſt lex.

190 Ad 3. negabis conſequentiam: nam rectè intelligitur poſſe unum inducere obligationem in conſcientia, & pænam pro violatione obligationis infligi ab alio. Ad illud quod affertur pro conſequentia probanda dices, quando pæna directè imponitur, non poſſe legiſlatorem obligare ad pænam, quam ipſe nullo modo infligere valet: in quo ſenſu lex citata explicanda eſt: quando verò pæna ex quadam conſecutione naſcitur, ſicut in lege humana pæna ſpiritualis, poſſe legiſlatorem obligare ſub pæna, quam nequit inferre. Cōſtat exemplo: nam ſi Princeps ſupremus imponeret pænam reſervatam ſibi pro tranſgreſſione legum, quas ſui gubernatores ferrēt, in tali evētu gubernator poſſet legem condere obligātem ad pænam, quin poſſet talem pænā infligere: atque adeo ex vi legis à ſe conditæ cōtraheretur reatus talis pænæ per quādam neceſſariam cōſecutionem. Ad 4. negabis maiorem, ut ſic abſolutè prolatam: quia illa duo ligare & ſoluere non habent inter ſe neceſſariam cōnexionem. Patet, nā homo poteſt ſe voto ligare, quin poſſit ſe ſemel ligatū expedire. Deinde ſunt prælati qui poſſunt ligare per cēſuras, & tamē nō poſſunt abſoluere ab eis quoad culpā cōmiſſam in violatione cēſuræ. Sufficit autē ferri legē directè obligātem ad actus honeſtos externos, cujus trāſgreſſione offendatur Deus jubēs parere hominibus, ut homines per talē legē dicātur obligari in conſciētia. Ad 5. dices legem civilem ita ordinari ad pacem, & felicitatem tēporalem, ut etiam reſpiciat honeſtatem morū, ſine qua vera pax, & felicitas tēporalis nec verè cōparari, nec diu cōſervari poterit. Vnde ut ſuū finē perfectè cōparet, debet obligare in cōſciētia: hæc enim eſt quæ dirigit, & regulat humanas actiones. Quæ enim pax erit, ſi lex civilis ſemper violetur in occulto, & ſolum obſervetur coram ijs, qui vel punire, vel accuſare poſſunt?

191 Secūda difficultas eſt, utrum & quomodò de facto ſtatuta Academica obligēt in conſcientia? Cum ex dictis ſuperioribus conſtet ſtatutum Academicū habere verā rationem legis humanæ, antequā accedamus ad explicandum peculiarem obligationem, quam parit, videndum eſt, utrum omnis lex humana de facto obliget in conſcientia? Pro parte negativa videntur ſtare Ledeſma 2. 4. quæſt. 17. art. 2. dub. 6. Ioan. Medina C. de jejunio q. 7. Aragon. 2. 2. quæſt. 62. art. 3. Covarr. Reg. peccatum par. 2. §. 5. Azor lib. 5. cap. 6. quæſt. 4. Driedo 1. de libert. Chriſtian. cap. 3. & Salas diſp. 10. ſect. 5. Poteſt probari 1. à priori, nam tota obligatio legis naſcitur à voluntate legiſlatoris: ſed legiſlator poteſt velle ſuam legem non obligare in conſcientia; ergo tunc non obligabit. 2. à poſteriori, quia de facto dantur veræ leges, quæ in conſcientia non obligant, quales ſunt imprimis regulæ Prædicatorum, & Franciſcanorum, item regulæ Societatis, ut expreſſè habetur 6. part. conſtitut. capit. 5. Deinde lege purè pænales, quæ

Lex humana an poſſit dari ſine obligatione.

Digitized by Google

quæ non abſolutè, ſed quaſi ſub conditione decernunt, ut qui hoc fecerit, vel nō fecerit, talem pœnam ſuſtineat : denique leges quæ nituntur præſumptione non obligant in conſcientia, ubi ceſſat præſumptio.

192 Communis tamen & vera ſententia eſt, nullam legem de facto dari, imò nec dari poſſe, quæ aliquam obligationem in conſcientia non inducat. Ita S. Thomas 1. 2. quæſt. 92. art. 2. & utriuſque juris profeſſores, Canoniſtæ ad cap. omnis diſtinct. 3. & Legiſtæ ad l. legis virtus ff. de legib. quos ſequuntur Sotus 1. de juſtit. quæſt. 6. art. 5. Toletus lib. de peccatis cap. 20. Becanus tractat. 3. cap. 6. quæſt. 3. num. 2. Bellarmin. 3. de laicis cap. 11. Suar. lib. 3. cap. 22. num. 9. & Palaus diſp. 1. punct. 14. num. 4. Fundatur, quia omnis vera lex debet eſſe juſta, rationabilis, & procedere à ſuperiore habente poteſtatem, & intentionem obligandi : ſive præcipiat, ſive prohibeat : ſed hoc poſito neceſſariò inducet obligationē ad aliquid, juxta illud Apoſtoli ad Hebr. 13. hortātis: Obedite præpoſitis veſtris. Ergo omnis lex obligat in cōſciētia ad aliquid. Confirmatur, nam effectus primarius legis eſt obligare : ſed nulla forma poteſt ſtare ſine ſuo effectu formali ; ergo neque aliqua lex quin obliget. Maior ſuadetur ex diſcrimine inter legem & conſilium : in eo enim lex diſtinguitur eſſentialiter à conſilio, quia lex obligat, conſilium non obligat.

Lex humana an poſſit in ſuis obligare.

193 Ex dictis patet ſolutio ad rationes pro ſententia negativa : nam ad primam factam à priori, eſto lex (reſpondent benè citati authores n. 192.) habeat totam vim obligandi à voluntate legiſlatoris, tamen legiſlator, ſi intendat veram legem, nequit illam ferre ſine voluntate efficaci obligandi. Explicatur in voto : nam licèt votum habeat totam vim obligandi ex voluntate voventis, tāquam lex particularis, tamen ſi vovens intendat verum votum, non poteſt non habere voluntatem ſe obligandi. Implicat enim velle rem ſine neceſſariariis logicè ad talē rem. Ad ſecūdam rationem factam à poſteriori, ut tria legum genera ibi relata expediamus, eſt imprimis diſſidium inter Sanchez, & Suarez, ſintne veræ leges regulæ Societatis, & aliæ ſimiles : Negat Sanchez lib. 6. Decal. cap. 4. num. 13. Probat, nam præciſo ſpeciali præcepto ſuperioris, qui poteſt obligare ad ſuſtinendum ſupplicium pro violatione, illæ regulæ ex ſe nec ad pœnam ſubeundam in conſcientia obligant; ergo non ſunt veræ leges. Antecedens patet nam ex voluntate fundatorum, qui expreſſē declararunt ſe noluiſſe obligare ſub aliqua culpa, tum ex natura ipſius pœnæ, quæ ſequi nequit niſi culpam; cum igitur ſupponatur nullam fuiſſe culpam admiſſam in violatione regulæ, non poteſt dari obligatio ad pœnam ſuſtinendam.

Regulæ Societatis an ſint veræ leges.

194 Affirmandum tamen eſt cum Suario lib. 3. de leg. cap. 22. num. 11. prædictas regulas eſſe veras leges. Probatur, quia ad veram rationem legis ſatis eſt obligare in conſcientia, ſi non ad id quod proximè diſponit, ſaltem ad aliquid aliud : ſed regulæ prædictæ quanvis non obligent ad id quod proximè diſponunt, ſaltem obligant ad ſuſtinendam pœnam, quæ pro earum violatione à ſuperioribus injungi poteſt ; ergo ſunt veræ leges. Maior conſtat in voto pœnali, quod eſt verum votum, & tamen non obligat ad id quod proximè diſponit, ſed vel ad id, vel ad pœnam : verbi gratia, ſi quis voveat : Voveo, ſi luſero, dare eleemoſynam, non obligatur abſolutè ad non ludendum, ſed poſito ludo, ad pœnam dandæ eleemoſynæ. Idem procedit de lege pœnali, quam infra explicabimus. Minor ſuadetur, quia ſi religioſus per illam regulam ad nihil omninò obligaretur in conſcientia, illam violans non eſſet magis dignus pœna, quàm ſi alia quæcunque conſilia non obſervaret : quod nemo admittet ; ergo ſaltem ſub illa conditione obligat. Ad fundamentum Sanchez, negatur antecedens : voluntas enim fundatorum nolentium obligare ſub culpa, interpretari debet de obligatione in ordine ad id quod per regulam præcipitur, vel prohibetur, & non in ordine ad pœnam acceptandam : ſic enim exigebat optima gubernatio, ne prælati carerent jure puniēdi trangreſſores regularum. Ad illud, quod pœna ſolam culpam ſequi poſſit, dicendum eſt culpam ibi poſſe accipi lato modo, nempe pro defectu inculpabili Theologicè, in quo ſenſu procedit regula 23. juris in 6. pœnam aliquando inferri ſine culpa, ſed non ſine cauſa, vel etiam ipſam pœnam accipi lato modo, nempe pro pœnalitate, & eſſe impropriam, quatenus ſequitur culpam impropriam. Nam ſicut in voto pœnali illud quod appellatur pœna, non ſequitur veram culpam, ſic in dictis regulis.

Pœna in ordine ad ſolam culpam.

195 Pro ſecundo genere legum, ſcilicet pœnalium, conveniunt Caſtro de lege pœn. cap. 8. Vaſq. d. 159. cap. 2. Suar. lib. 5. cap. 4. num. 2. & Palaus diſp. 1. punct. 15. num. 10. omnem legem pœnalem obligare aliquo modo in conſcientia. Nam lex pœnalis juxta commune Theologorum, & Iuriſtarū placitum, dividitur in mixtam, & puram. Mixta dicitur illa, quæ includit virtute duo præcepta, alterum faciendi, vel vitandi actum, alterum ſuſtinendi pœnam, ſi cōtingat trangreſſio : pura vocatur, quæ ſolum continet unum præceptum, quaſi hypotheticum ſuſtinendi pœnam, ſi res non fiat, re autem ad quam immediatè diſponit, non facta, ſed tranſgreſſa, obligat ad ſuſtinendam pœnam ; quæ latè accipitur

Lex quæ nititur præſumptione.

pro incommodo,& afflictione naturæ. Ex quibus patet omnem legem pœnalem obligare aliquo modo in conſcientia: ſi enim ſit mixta, importat duplicem obligationem, ut expoſuimus, ſi ſit pura, obligat ad ſuſtinendam pœnalitatem, eo modo, quo votum pœnale, & regulæ Societatis.

Lex quæ nititur præſumptione.

196 Pro tertio genere legum, ſcilicet quæ nituntur præſumptione, communis ſententia ſtat apud Suarium lib.5. cap.23. num.1. & Salas diſp.10. ſect.4. num. 18. legem fundatam in præſumptione ſolum obligare quando veritas cum præſumptione coincidit: ſecus, ſi non coincidat. Quod ut explicetur, advertendum eſt, præſumptionem vel fundari in aliquo facto, quando ſcilicet legiſlator in caſu ſingulari aliquid præſumit, & ratione talis præſumptionis aliquid decernit: vel fundari in periculo de communiter contingentibus, ut quando legiſlator non quia præſumit fraudes in ſingulis caſibus, ſed quia prudenter exiſtimat aliquam materiam eſſe obnoxiam fraudibus, legem generalem decernit, ut fraudes evitet. Quamvis igitur in priori caſu, ſi veritas facti ſit contra præſumptionem, lex non obliget in conſcientia, tamen in caſu poſteriori lex ſemper obligat, etiam ſi in particulari non coincidat præſumptio cum veritate, ſeu non detur id quod communiter timeri ſolet. Nam tunc (quod in priori caſu ſecus accidit) adhuc perſiſtit fundamentum legis, nempe morale periculum commune, quod non ceſſat per talem, vel talem caſum ſingularem. Ita Vaſquez diſp. 163. capit. 2. & 3. Sanchez 1. Decal. lib. 4. capit. 15. num. 37. Suar. lib. 5. capit. 23. numer. 6. & 9.

Statuta Academica quomodo obligent.

197 Cum igitur ex hactenus diſputatis manifeſtum ſit, omnem legem ratione aliqua obligare, opportunum nobis erit peculiarem jam de ſtatutis, ſeu legibus Academicis urgere difficultatem, nullo authore (quē viderim) excitatam, nedum peremptam, quomodò ſtatuta Academiarum in conſciētia obligēt? Non enim dubium alicui eſſe poteſt de obligatione, quam ſtatutum veluti in communi cōtinet, quatenus lex eſt, ſed de modo, ſeu peculiari ratione obligationis, quam continet prout peculiaris, ſeu Academica lex eſt: & ſenſus difficultatis in hoc vertitur, obliget ne ſtatutum illud in conſcientia ad id de quo immediatè diſponit, an inſtar legis purè pœnalis, vel regularum noſtræ Societatis ſolum ad pœnam ſuſtinendam, facta ſuppoſitione tranſgreſſionis? Obligare in conſcientia ad id de quo immediatè diſponit, v. g. ad talem, vel talem veſtem gerendam, à tali vel tali ludo, aut armis abſtinendum, ita ut tranſgreſſor peccet culpa Theologica, ſuaderi poteſt 1. quia ſtatuta Academica iiſdem verbis ferri ſolent, quibus communiter leges canonicæ & civiles, nempe his (præcipimus, imperamus, ordinamus) ſed leges canonicæ, & civiles, ſi non ſint purè pœnales, obligant in conſcientia ad id de quo immediatè diſponunt; ergo ſimiliter ſtatuta Academica. 2. Quia cùm tota obligatio legis à voluntate legiſlatoris declarata promanet, ut detùr modus obligandi extraordinarius, qualis cernitur in lege purè pœnali, & in regulis Societatis, debet talis modus exprimi in verbis legis, vel ſaltem in aliqua lege, & regula univerſali, ut ſubditis innoteſcat: aliter judicādus eſt modus obligationis communis, & vulgaris: ſed in ſtatutis Academicis nullus talis modus exprimitur; ergo obligant modo ordinario ad id de quo immediatè diſponunt.

Statutorum violatio an ſit peccatum.

198 Nihilominus, conſultis viris doctis, ſentio oppoſitum, nempe ſtatuta Academica non obligare in conſcientia ad id de quo immediatè diſponunt, ſed inſtar noſtrarum regularum, vel legis purè pœnalis obligare veluti ex ſuppoſitione, ſeu facta tranſgreſſione ad ſuſtinendam pœnam ſcholaſticam. Moveor, quia ad ſalvandam veram rationem legis in ſtatutis Academicis, neceſſe eſt quòd illis concedamus aliquam vim obligādi in conſcientia: ſed non eſt dicendum obligare ad id de quo immediatè diſponunt; ergo obligant modo prædicto: cum non ſuperſit alius obligandi modus. Maior & conſequentia procedunt. Minor ſuadetur tum ex communi ſenſu virorum peritorum, tum ex praxi confeſſariorum: neque enim viri docti & timorati tranſgreſſiones ſtatutorum in Academia reputant peccata etiam venialia, ut ſi v. g. ſcholaſticus gerat tibialia hujus vel illius coloris, in palæſtra habeat galerum pro pileo, neque confeſſarij in confeſſione inquirunt de hujuſmodi tranſgreſſionibus; ergo non cenſentur peccata Theologica. Non audeo hanc reſolutionem extendere ultra Academias Luſitaniæ, de quibus ſolum teſtari poſſum. Iudicent de alijs qui illis teſtes adſuerint.

Ad primum pro parte oppoſita reſpondetur, conceſſa maiori, & minori, negando conſequentiam: quia benè poſſunt diverſæ leges iiſdem verbis latæ diverſam parere obligationem, & diverſo modo: tum, ex parte materiæ duplicis, alterius levis, alterius gravis: tum ex parte voluntatis in legiſlatore, qui poteſt etiam in materia gravi obligare leviter, proindeque per eadem verba variare modum obligationis aliunde manifeſtatum. Ad ſecundum negatur minor, quia licèt fateamur totā obligationē, & etiam omnē modū obligationis promanare à volūtate legiſlatoris manifeſtata per ſignū aliquod externum: quia aliter cōvictus hominum ſtare nequit, dicimus tamen ſufficienter manifeſtari in legiſlatore Academico per con-

conſitetudinem, quæ dicitur lex non ſcripta, & nõ ore prolata, cum in ſe æquipolleat omni ſigno externo etiam facto per ſcripturam, vel oris ſermonem. Et quidem ipſo quotidiano uſu ſatis intelligunt Scholaſtici talem eſſe, qualem expoſuimus, obligationem, quam pariunt ſtatuta Academica.

QUÆSTIO II.

Quam vim obligandi capiant ſtatuta Academica ex juramento, & voto, ut obligent ſtudioſos.

199 CErtum eſt 1. juramentum, & votum addere ſtatutis Academicis obligationem religionis, ita ut frangens ſtatutum juramento firmatum, cenſeatur perjurus, & frangens ſtatutum voto munitum judicetur voti reus. Certum eſt 2. obligationem juramenti, ſicut & voti ita eſſe perſonalem, ut non poſſit egredi ab eo qui perſonaliter juravit, aut vovit. Prima difficultas eſt utrum Academia (& idem eſt de quacunq; alia cõmunitate) poſſit ſe juramento obſtringere? Pro deciſione difficultatis, & explicatione partis affirmativæ, quæ apud Doctores indubitata eſt ex cap. Dilecto, de præben. notabis juramentum poſſe dupliciter ab Academia præſtari 1. ab Academicis veluti collegialiter, & per modum communitatis acceptis, v. g. in ordine ad ſervandum aliquid quod concernit totam communitatem, v. g. ſi jurent non revocare aliquod ſtatutum. 2. ab Academicis ut ſingulis, ſeu diviſim & ſingulariter operantibus, ut ſi jurent ſe jejunaturos in pervigilio alicujus Sancti, vel defenſuros aliquam opinionem piam. Dico 1. ut Academia priori modo, ſeu collegialiter obſtringatur juramento, neceſſe eſt quòd juramentum præſtetur à ſingulis, ita tamen ut regulariter ſufficiat ut maior numerus ſuffragantium juret. Ita Suar. tom. 2. de Religion. lib. 2. de jurament. cap. 31. num. 1. & Fagund. in Decal. part. 2. lib. 1. cap. 13. nu. 1. Patet prima pars, nam obligatio juramenti eſt verè perſonalis, atque adeo ſolum poteſt deſcendere ex intentione, & conſenſu perſonali: cum igitur communitas ſit ficta, & non vera perſona: per juramentum obligari nequit, niſi quatenus ſingulæ perſonæ jurent. Secunda pars ſuadetur, nam quod fit à maiori numero, ſecluſo caſu aliquo ſpeciali, cenſetur fieri à toto Collegio, à tota communitate, vel Academia. Dico 2. Vt Academia obligetur poſteriori modo, ſcilicet ad actum obſervandum à ſingulis, qua talibus, neceſſe eſt, quòd jurent ſinguli nemine excepto. Ratio eſt, quia tunc obligatio primariò ac per ſe afficit ſingulos, & ſolum ſecundario ac per accidens denominat Academiam.

Academia an poſſit obligari juramento.

200 Secunda difficultas eſt, quomodò obligentur perſonaliter in priori caſu, obligata per maiorem partẽ Academia, illi qui noluerunt jurare? Pro comperto habet Suar. citatus num. 11. huſuſmodi conſiliarios nõ obligari in virtute juramenti, quanvis aliunde obligari poſſint ratione pacti, promiſſionis, aut legis. Quia cum jurare ſit actio perſonalis, neceſſe eſt quòd ſinguli jurẽnt vel per ſe ipſos, vel per alium, cui facultatem præbeant jurandi nomine ſuo, & ejus juramento omniũ nomine facto conſentiant. Addit idem Suar. eodem num. 11 ſibi videri, poſtquam ſententia illa prævaluit, ut Capitulum (idẽ diceret de Academia) juret, & ſe obliget juramento, poſtquam maior numerus juravit, alios cogendos eſſe ad jurandum: quia tenẽtur cum toto cõformari, & quià aliàs non poſſet eſſe firmum fœdus cum Capitulo, vel univerſitate juratum. Dicta procedũt etiam de voto.

Obligatio juramenti an comprehendat non jurantes.

201 Tertia difficultas eſt, an juramẽtum, aut votum quod præſtitit, aut emiſit communitas, tranſeat ad ſucceſſores? Communis, & omninò vera eſt negativa ſententia, quã defendunt S. Thomas 2. 2. q. 98. a. 2. ad 4. Sotus lib. 8. de juſt. q. 2. art. 1. Antonin. 2. p. tit. 10. cap. 6. Covar. cap. Requiſiſti num. 2. de teſtament. & de pact. 1. p. § 5. nu. 4. Greg. Lop. in l. 5. tit. 15. part. 2. gloſ. 10. Anton. Gom. tom. 2. var. cap. 14. n. 19. Sylveſter v. juramentum 4. quæſt. 2. Gutier. de juram. 3. p. cap. 12. num. 7. Matiẽço lib. 5. recop. titul. 10. l. 5. gloſ. 13. num. 10. & alij, quibus adhærent Sanch. lib. 3. Decal. cap. 13. num. 1. & Suar. lib. 2. de jurament. cap. 31. num. 12. Ratio patet ex dictis, quia ſicut nemo præſtat juramentum, niſi propria voluntate & conſenſu, ita nequit conſtringi juramento alterius, niſi faciens illud ſuum, in ipſum perſonaliter conſentiens: juramentum enim vinculum perſonale eſt. Et hæc procedunt (inquit Sanch. num. 2.) quanvis jurans dixerit ſe jurare pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus.

Juramentum & votum an tranſeat ad ſucceſſores.

202 Oppoſitum videntur ſentire Navar. in Sum. cap. 12. Hiſpane nu. 80. Latine num. 79. verſ. 13. & Manuel 2. tom. Sum. cap. 99. num. 33. quatenus dicunt ſucceſſores populi alicujus, qui ſe obſtrinxit voto eleemoſynæ alicujus quotannis erogandæ, aut jejunij, feſtive obſervandi, teneri propria voti obligatione. Probant, quia ſucceſſores ſunt idem populus l. proponebatur ver. Et populum ff. de judic. ſed verum eſt dicere populum teneri voti aut juramenti obligatione; ergo etiam ſucceſſores. Reſp. cum Sanch. lib. 4. Decal. capit. 15. num. 16. ſucceſſores reputari eundem

Obligatio ad ſucceſſores tranſiens.

eundem

eundem populum quoad ſolam repræſentatio- nem & poteſtatem, eo modo quo hæres reputatur eadem perſona cum teſtatore. At cum re vera (inquit) ſit perſonarum diſtinctio, & propria voti obligatio ſit omninò perſonalis, nequit alios præter ipſiſſimas perſonas adſtringere. Addit tamen nu. 19. obligationem ſervandi votum, aut juramentum prædictum tranſire ad ſucceſſores, vel in ratione legis à populo præceſſore ſtatutæ, vel in ratione cujuſdam pacti, cujus obligatio tranſit ad ſucceſſores juxta Petrum Ledeſmam de Euchar. cap. 27. concl. 14. & Vaſq. 1. 2. q. 96. a. 5. d. 167. Semper tamen ut hujuſmodi vim obligandi in ſucceſſoribus obtineant, cauſam rationabilem ex qua emittantur, poſtulant: ſecus (inquit Sanch. n. 20.) ſi ob grandinem, nebulas, & ſimiles nænias fiant.

Confirmatur poſita doctrina, quia filius non tenetur ad vota parentum nomine ipſius emiſſa, ſi conſenſum non præſtitit, ut docent Sylveſter v. votum 2. q. 9. Navarrus in Summ. Latin. cap. 12. n. 74. & Sotus lib. 7. de juſt. q. 2. a. 1. tenebitur tamen ex obedientia parentibus debita, ſi ipſi poſtea exequi jubeant. Quicunque tamen præſens, tacens, & conſentiens, ſive parentibus, ſive externis ipſius nomine voventibus, vera obligatione non adſtringitur. Si dubium ſit, an internè conſenſerit, vel ratificaverit, præſumendum eſt non conſenſiſſe. Quia in rebus oneris & obligationis, qualis eſt votum, taciturnitas non eſt indicium conſenſus, ut probat Sanch. lib. 1. Matr. diſp. 5. nu. 5. An hæredes teneantur ad vota defuncti ab ipſo non impleta? Vide Sanch. lib. 4. Decal. c. 15. à num. 25. Ex quibus, & hactenus dictis intelliges juramenta & vota Academicorum, quæ vel per modum ſingulorũ, vel per modum communitatis emiſere, nõ trãſire ad ſuccedentes.

Statuta edenda an cadant ſub juramentum.

203 Quarta difficultas eſt, an juramẽtũ circa ſtatuta obſervanda intelligatur ſolum de ſtatutis jam editis, an etiam de edendis? Nota poſſe juramentum tripliciter fieri. 1. expreſſè de ſervandis ſtatutis editis. 2. expreſſè de ſervandis editis, & edendis. 3. ſimpliciter de ſervandis ſtatutis, nihil exprimendo de editis, aut edendis. Certum eſt, ſi juramentum fiat primo modò, non extendi ad edenda: ſi fiat ſecundo modò complecti utraque, tam edita, quàm edenda. Habetur cap. penult. de jurejur. & ratione, quia juramenti obligatio continetur intra jurantis intentionem, & extra non extenditur, & in utroque caſu propoſito ſatis expreſſa intentio eſt. Dubitatur de tertio modo, quando quis juret ſe ſervaturum ſtatuta, & non exprimit de editis tantum, vel etiam edendis. Divus Antoninus 2. par. tit. 10. cap. 6. §. 6. Roſella verbo jurare n. 25. & Abbas in cap. penult. nu. 2. de jurejur. affirmant juramentum extendi ad ſtatuta edenda, ſi hæc nec ſint magni momenti, nec cedant in notabile præjudicium jurantis. Probant ex l. fin. C. quæ res pignor. ubi obligatio bonorum ſimpliciter facta complectitur bona etiam futura, eo quòd hujuſmodi obligatio importet præjudicium modicum.

204 Longè tamen probabilius exiſtimo prædictum juramentum nõ extendi ad ſtatuta futura, ſeu edenda. Ita Angelus v. Iuramentum 5. n. 25. Sylveſt. v. eod. 4. q. 13. Baldus ad cap. penult. de jurejur. num. 2. Alexan. de Nevo ibid. n. 13. Fumus v. Iuramentum num. 37. Petrus de Ledeſma tom. 2. Summæ tr. 11. cap. 5. dub. 2. corol. 2. Azor tom. 1. Inſtit. Moral. lib. 11. cap. 8. q. 7. Sanch. lib. 3. Decal. cap. 14. num. 1. & Fagundez in 2. præc. Decal. lib. 2. cap. 23. nu. 5. Patet 1. quia juramentum ſtrictiſſimi juris, ac interpretationis eſt, ad vitandum, quantum fieri poſſit periculum perjurii; ergo niſi ſufficienter innoteſcat jurantis intentio, ſemper interpretandum eſt, ut minus obliget. 2. Quia poſſidentis conditio melior eſt, & jurans eſt in poſſeſſione ſuæ libertatis, ac rei promiſſæ & juratæ; ergo quandiu de illius intentione planè non cõſtat, a poſſeſſione libertatis per majorẽ obligationem dejici non debet. Ad fundamentum Divi Antonini & aliorum ex l. fin. citata, quod affert, & non ſolvit Sanch. citatus, dico eſſe diſparitatem in extenſione obligationis ad bona futura, quam declarat lex finalis, & in extenſione juramenti ad ſtatuta futura, quam negat noſtra ſententia: quia cum prior obligatio ſit per hypothecam ex debito antea contracto, non cenſetur major, quàm debitum contractum, ac proinde non plus tollere libertatem debentis, at extenſio ad ſtatuta futura importat majorem obligationem, & minuit libertatem jurantis. Ex quo videbis diſcrimen inter omnia ſua bona donantem, & dicto modo obligantem: hic enim intelligitur etiam de futuris, ille de ſolis præſentibus: quia (ut ait Gloſ. ad l. fin. cit.) qui ex hypotheca obligat, quanvis extendatur obligatio ad futura, non plus debet; ſecus ſi donatio, vel promiſſio extẽdatur ad futura. Quare mihi diſplicet Fagundez citatus n. 6. qui cõtra legem finalem expreſſè definiẽtem obligationem hypothecæ extendi ad bona futura, quam fortaſſis non ponderavit, abſolutè negat valere obligationem quæ cadat in bona futura: male citatis Pinello, Gama, & Iulio Claro, qui negantes nomine bonorum omnium, intelligi futura, non loquuntur de obligatione, quam producit jus pignoris, aut hypothecæ.

205 Quinta difficultas eſt, quantum obligetur ſcholaſticus jurãs ſervare ſtatuta, & an ſemper graviter? Videbitur alicui ſemper obligationem gravem eſſe ratione juramenti: quia per juramentum in quacunque materia affertur Deus in teſtem; proindeque reſultat obligatio gravis verificandi talem rem, ne Deus dicatur afferri in teſtem rei falſæ; & videatur cõtemni ſumma veritas. Nihilominus

Promiſſorium juramentum circa ſtatuta ſervanda.

hoc

Digitized by Google

hoc fundamentum procedit de ſolo juramento aſſertorio, & non de promiſſorio: quia illud ſolum attēdit ad rei veritatem vel falſitatem præſentem, hoc ſe accommodat materiæ, quæ promittitur. Eſt igitur communis, & vera reſolutio juramentum ſervandi ſtatuta non ſemper parere obligationem gravem, ita ut tranſgreſſor ſtatuti minimi ſemper peccet lethaliter: ſed ſe accommodare materiæ, ita ut in gravi obliget graviter, in levi leviter. Vnde, ut loquamur cohærentes ad reſoluta num. 198. juramentum de ſervandis ſtatutis Scholaſticis nil obligat ad id quod ſtatutum immediatè diſponit, ſed ſolum facta tranſgreſſione, ad ſuſtinendam pænam.

Ita Medina 1.2.q.96.art.4.colum.antep. Gerſonius 2.p. in regul. moral. tractat. de ſuperbia Alphab.63. litera O. Hoſtienſis, Gomezius, & alij quos citant, ac ſequūtur Padilla l. cum proponas n.2. Cod. de tranſact. Sanch. lib.3. Decal. cap.14.n.2. & Fagun. in præc. 2. Decal. lib.2. cap. 23. num.7. Sumitur 1. ex authoritate Clement. 1. cum igitur imprimis verſic. declaramus, de verb. ſignif. ubi noſtra reſolutio definitur de voto obſervandæ regulæ fratrum Minorum: in voto enim, & juramento eadem ratio, & definitio procedit. Sumitur 2. ex ratione, quia juramentum cadit in rem juratam juxta intentionem jurantis, quem obligat: ſed qui præſtat juramentum circa obſervationem ſtatuti alicujus, non jurat præcisè obſervare rem illam in ſtatuto contentam, ſed prout continetur in ſtatuto, ſeu jurat obſervare ſtatutum, atque adeo juramentum attingit proximè ſtatutum, & hujus ratione rem; ergo juramenti obligatio commēſurari, & adæquari debet ipſi ſtatuto: unde ſi ſtatutum in re gravi obliget graviter, juramētum, aut votum, addita circunſtantia religionis, obligabit graviter, ſi ſtatutum in re levi obliget leviter, levis etiam erit obligatio juramenti, aut voti.

Iuramentum accō modatur materiæ. 206 Confirmatur 1. quia juramentum ſervandi ſecretum, quod ſolent præſtare in congregationibus, & communitatibus miniſtri publici, vel conſiliarij, obligat graviter aut leviter, juxta gravitatem, aut levitatem materiæ: & idem eſt quando quis privatim jurat ſe aliquod ſpeciale ſecretum ſervaturum: non enim (ait Sanch. lib.3. Decal. cap.4.n.23. & cap. 14.n.5.) erit mortalis tranſgreſſio, ſed ſolum venialis, quando ſecretum levis momenti ſit. Cōfirmatur 2. nam juxta authores proximè citatos, illi qui jurant ſtatuta alicujus ſodalitij, ſeu confraternitatis decernentia aliquid ſub certis pænis faciendum, aut omittendum, non peccat in tranſgreſſione, ſed ſolum ad pænam ſolvēdam juſtè (ut ſuppono) poſtulatam tenentur; ergo idem dicendum erit de ſcholaſticis jurantibus ſtatuta Academica: cum hæc (ut diximus) ſint purè pænalia, & inſtar eorum, quæ ſolent cōdi in confraternitatibus. Confirmatur 3. nam juramentum delatum ſcholaſticis de obediendo Rectori Academiæ, ſolum obligat juxta capacitatem materiæ, & quidem non graviter, quādo materia gravis non eſt, v.g. quando jubētur ſub pæna præſtiti intereſſe certæ ſupplicationi ſolemni, & Miſſarum ſacrificio, ut docent Vaſq. 1.2.q.96.a.4.d.158. cap.5.n.51. Covarr. de pactis 1.p.§.7. Azor lib.11.cap.8.q.11. Emmanuel Rodr. tom.2. Sum. cap.9.n.ult. & Sanch. lib.3. Dec. cap.14.num.6. Si autem res præcepta ex aliqua circunſtātia redderetur gravis, quia v.g. conduceret notabiliter bono publico Academiæ, tūc præceptum, & juramentum obligarent graviter, illorumque tranſgreſſio lethalis foret.

207 Sexta difficultas eſt, quando deobligetur ab obſervatione juramēti, qui juravit ſervare ſtatuta Academica? Dico 1. Qui juravit ſervare ſtatutum aliquod, deobligatur à tali juramento, quando ſtatutum illud cauſa aliqua corruit, v.g. quia in deſuetudinem abijt, vel à legiſlatore revocatum eſt. Ita Driedò lib.2. de libert. Chriſt. cap.1. Tablena verbo jurare q.36. Sylveſt. v. juramentum 4.q.23. Gutierr. de juram.1.par.cap.38.n.14. D.Antonin. 3.par. tit.10.cad.6.§.6. & Burgos de Paz l.1. Tauri n. 365. Ratio eſt, quia deficiente materia jurata deficit juramentum, & conſequenter ejus obligatio: juramentum enim ſine objecto materiali nequit ſubſiſtere: ſed in prædicto caſu materia juramenti eſt ſtatutum, quod (ut ſupponimus) deficit vel per deſuetudinem, vel per revocationem; ergo tunc jurans deobligatur à tali juramento. Hinc colliges jurantem ſervare omnia ſtatuta Academiæ, ſolum teneri ad ea quæ ſunt in viridi obſervantia, non verò ad ea quæ caſu aliquo collapſa ſunt. Ita Suarez tom.4. in 3.p.d. 35.ſect.3.n.5. & Sanch. citatus cap.14. n.9. Dico 2. Iurans ſervare aliquod ſtatutum, cujus obligatio per aliquod tempus ſuſpenſa eſt, tandiu deobligatur à juramento, quandiu ſtatutum nō obligat. Ita Navarrus lib.1. conſil. tit. de conſtit. conſil.3.q.7.n.25. Sanch. cit. n.12. & Fagun. cit. lib.2.c.23.n.28. Ratio eſt, quia acceſſoriū ſequitur principale l. etiam Cod. de jure dotium, & Reg. Acceſſorium, de reg. juris in 6. juramentum autem eſt acceſſorium ſtatuto; ergo ad ceſſationem, vel ſuſpenſionem obligationis ſtatuti ceſſabit, vel ſuſpendetur obligatio juramēti. Vnde ſi aliquod ex ſtatutis juratis non eſſet tunc uſu receptum, & poſtea uſu reciperetur, ſolum obligabit juramentum à tempore receptionis. Quia lex edita, & promulgata, quandiu non acceptatur, exiſtit, ſed ſuſpenſa, & ſtatim obligat, poſtquam acceptatur. Secus eſſet, ſi omninò extingueretur deſuetudine, vel revocatione expreſſa legiſlatoris; tunc enim quanvis poſtea per uſum & acceptationem reviviſceret, juramentum priſtinum de illa non obligaret. Quia jam eſt nova lex, ad cujus obſervationem jura-

Iuramēti ceſſatio.

mentum non extenditur. Si tamẽ jurans voluit ſcienter ſe obligare ad tem independenter à ſtatuto, ſemper obligabitur, quandiu res licita extiterit, ſive ſtatutum vigeat, ſive non. In dubio autem talis voluntatis, ſolum præſumitur intentio ſervandi ſtatuta eo modo, quo ipſa obligaverint. Vide Sanch. lib. 3. Decal. cap. 14. num. 13.

QVÆSTIO III.

Quænam perſonæ obligentur ſtatutis Academicis?

Statutorum obligatio quos afficiat.

208 EFfectum adhuc ſtatuti Academici perſequentes, cum ſatis egerimus de illius vi, & ratione obligandi, ut inveſtigemus ſubjectum, ſeu perſonas, quas hujuſmodi obligatio complectitur, facile eſt indiſcriminatim, & veluti in confuſo aſſerere omnia membra Academiæ, ſive ſtudioſos, qui diſcendo, aut docendo litteris dant operam, ſive officiales, qui Academico regimini inſerviunt, obligari ſtatutis reſpectivè acceptis. Erit tamẽ difficultas quadruplex extendere hujuſmodi obligationem 1. ad legiſlatores, qui per modum capitis alijs imperant, & ſtatuta condunt. 2. ad perſonas clariſſimas, quæ videntur aliunde exemptæ, quales Cardinales, Epiſcopi, Reges, Duces, & ſimiles. 3. ad illos qui de induſtria nolunt ſe libro matriculæ adſcribere. 4. ad illos qui matriculati ſunt, ſed ex cauſa ad tempus abſunt: itẽ ad illos qui degunt in eadem urbe tempore feriato, quando ſcholæ ceſſant.

Legiſlator an obligetur ſuis ſtatutis.

209 Prima difficultas eſt, utrum ſtatuta Academica ſua obligatione afficiant ipſum legiſlatorem? Suppono condẽtem hujuſmodi ſtatuta contineri tanquam membrũ in corpore Academico, ſive ſit multiplex perſona, quale concilium Academicum, ſive ſit perſona ſimplex, qualis v. g. Princeps aliquis, qui inter alios ſtudioſos vacet litteris. Si enim ſit extra Academiam, & profeſſionem litterariam legiſlator procul erit ab obligatione legum Academicarum, cum quarum materia nihil habet commune. In hac difficultate certum mihi eſt Senatum, ſeu concilium Academicum obligari ſtatutis à ſe conditis, ratione ſingularum perſonarum, ex quibus coaleſcit: nam quæcunque ſubdita eſt, & capax legis. Sic in ſimili conveniunt Authores legiſlatricem communitatem, ſive Eccleſiaſticam, qualis eſt generalis Synodus Epiſcoporum, & Capitulum Canonicorum, ſive politicam, qualis Reſpublica Venetorum, aut Genuenſium, ſuis legibus obligari.

210 Dubium eſſe poteſt, quando Princeps aliquis Academiæ, & ſtatutorũ conditor in eadem litteris vacat, an ſuis teneatur ſtatutis? Partem affirmantem non ſolum de obligatione quoad vim directivam, ſed etiam coactivam, defendunt Hermonopolus lib. 1. Epitomes tit. 1. Cuiacius lib. 15. Obſervat. juris civilis cap. 30. & Ferdinan. de Mendoza 1. de pact. cap. 5. à nu. 4. & quoad vim directivam videntur tenere quicunque affirmãt abſolutè legiſlatorem quoad illam teneri ſuis legibus, S. Thom. 1. 2. q. 96. a. 5. Victoria Relect. de poteſt. civil. n. 21. Navarrus in cap. ſi quando, de reſcrip. Excep. 1. Vaſq. diſp. 167. cap. 1. Suar. lib. 3. de leg. cap. 35. n. 4. Salas d. 14. ſect. 2. n. 16. Covarr. in cap. Alma mater 1. par. §. 1. n. 5. Becanus tract. 3. cap. 6. q. 12. n. 2. Azor lib. 5. cap. 11. q. 1. Leſſius lib. 2. de juſt. cap. 35. dub. 5. Sayrus in clavi lib. 3. c. 4. Tanerus q. 6. à nu. 19. & Bonacina diſp. 1. de leg. q. 1. pun. 6. n. 19.

Probant 1. authoritate, nam Deus olim quaſi exprobrans Principibus inæqualitatem in „ obſervatione legum, dixit Michææ 6. Numquid juſtificabo ſtateram impij? Et Matthæi „ 23. dixit de Phariſæis. Qui dicũt, & nõ faciũt. „ Alligãt onera, & digito ſuo nolũt ea movere. Hoc eſt præcipiunt, & non exequũtur. Addunt ex utroque jure. Nam cap. cum omnes, de con- „ ſtit. ſic habetur: Quod quiſque juris in alte- „ rum ſtatuerit, ipſe eodem uti debet. Et ponitur celebre illud Platonis 4. de legib. Princi- „ pem alloquens: Patere legem, quam ipſe tu- „ leris. Deinde l. 4. C. de legib. & conſtitut. Princ. dicunt Theodoſius, & Valẽtinianus Im- „ peratores: Digna vox eſt Majeſtate regnãtis „ legibus alligatum ſe Principem profiteri. Probant 2. ratione, quia valde diſſonum, & indecens eſt nõ cõformare opera verbis, aliud faciẽdo, aliud præcipiendo, ita ut caput maneat difforme reliquis membris: ſed Princeps eſt caput Reipublicæ, ſubditi ſunt reliqua membra; ergo in obſervatione legum tenetur ſe illis cõformare.

211 Nihilominus in caſu Propoſito Principis qui dat operam litteris in eadem Academia, in qua legiſlator eſt, exiſtimo ſuis ſtatutis neque teneri quoad vim coactivã, neque quoad directivam. Nam in qualibet lege conſideratur duplex vis, altera directiva, quæ in conſciẽtia obligat ad id quod per legem dirigitur, altera coactiva, qua legiſlator impoſita pœna cogit ad ipſius legis obſervantiam. Pro prima parte hujus ſententiæ, quòd Princeps nõ teneatur ſuis ſtatutis quoad vim coactivam, ſtãt mecum communiter Theologi, S. Thomas 1. 2. q. 96. a. 5. Valent. tom. 2. diſp. 7. q. 5. pun. 4. Sylveſter v. lex q. 14. Suar. proximè citatus num. 15. Salas n. 28. Tanerus n. 18. Sayrus nu. 5. Vaſq. Becan. Bonacina & alij. Sumitur ex l. Princeps ff. de legibus, ubi ſic habetur: Princeps legibus ſolutus eſt. Deinde ratione 1. quia non datur vis coactiva, niſi ex poteſtate, & juriſdictione: ſed

Legiſlator Academicus non tenetur ſuis ſtatutis.

nemo

Digitized by Google

nemo habet juriſdictionem, & poteſtatem coactivam in ſe ipſum: hæc enim requirit extrema diverſa; & idem juxta Philoſophum nequit eſſe agens & patiens; ergo &c. 2. Quia lex eſt ſuperioris in ſubditos: nemo autem ſui ipſius ſubditus eſt, ut à ſe ipſo cogatur. 3. Quia nemo poteſt eſſe judex in cauſa propria, ut habetur cap.inter querelas, ubi Gloſ.23.q.4. lex autem quatenus cogit ad pœnam eſt veluti ſententia lata à legiſlatore tanquam judice. Hæc procedunt de ſolo Principe ſupremo. Quia alij inferiores pro legum propriarum trangreſſione poſſunt à ſupremo Principe puniri, ut Epiſcopus à Papa.

212 Pro ſecunda parte noſtræ ſententiæ, quòd ſcilicet prædictus legiſlator nec etiam teneatur ſuis ſtatutis quoad vim directivam, quanvis nullus ſtet author, quia nullus quæſtionem movit de legiſlatore Academico in noſtris terminis, ea tamen patet ex dictis num. 198. ubi reſoluimus ſtatuta Academica non obligare in conſcientia ad id de quo immediatè diponunt, ſed tantum facta illius tranſgreſſione, ad ſuſtinendam pœnam. Cum igitur legiſlator ſupremus non teneatur ſuis legibus quoad vim coactivam, quæ reſpicit pœnam à judice infligendam, vel inflictam, ut diximus: deinde ſtatuta Academica non habeant vim directivam puram in ordine ad id quod immediatè diſponunt, ſequitur quòd illorum conditor ſit omninò in conſcientia immunis ab ipſorum obſervatione, & ſolum teneatur ex quadam decentia, & æquitate, ut reliquis membris conformis exemplum præbeat. Ad fundamentum authoritatis, & rationis pro parte affirmativa, unico verbo ſatisfit. Dicimus enim hæc ſolum probare legiſlatorem teneri ſuis legibus quoad vim directivam, quod facile admittimus, ſed in ijs tantum legibus, in quibus vis directiva eſt ſeparata à coactiva in ordine ad rem immediatè præceptam, vel prohibitam: qualis vis non datur in ſtatutis Academicis.

Statuta an obligent etiã illuſtres & exemptos.

213 Secunda difficultas eſt, utrum ſtatuta Academica obligent omnes, & quoſcunque in ſtudioſorum numeris deſcriptos, quantunvis ſint optimates regni, ut Duces, Marchiones, Comites, vel aliunde exempti, ut Cardinales, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Monachi? Pro parte negativa ſaltem quoad exemptos, facit, quia illi non ſubjiciuntur magiſtratui Academico quoad ſuas cauſas vel in civilibus, vel in criminalibus; ergo neque ſtatutis. Conſequentia patet, quia ſtatuta cum ſolum obligent ad ſuſtinendum pœnam, quæ per judicem infligitur, ex negata ſubjectione ad judicem, rectè negatur ſubjectio ad ſtatutum. Antecedẽs ſuadetur 1. quia clerici, monachi, & ſimiles non poſſunt renunciare ſuæ exemptioni, utpote in honorem ſtatus conceſſæ cap.ſignificaſti, de foro compet. Cap.cum tempore §.fin.de arbit. & latè hanc reſolutionem proſequuntur Emman. Roder.tom.2.regul.q.63.a.10. & Barb.de poteſt. Epiſc. alleg.71.& 123. Suadetur 2. in ſpecie, quia monachos matriculatos in ſtudijs generalibus non poſſunt corrigere alij præter prælatos regularium, ut ex quadam conceſſione Innocentij VIII. refert Emman.Roder.tom.2.regul. q.2. a.9. ergo non ſubjiciũtur magiſtratui Academico quoad correctionem.

Ecleſiaſtici ſubditi legibus univerſitat.

214 Nihilominus pars affirmativa omninò vera eſt. Pro qua citari poſſunt omnes Authores, qui dicunt omnia membra Reipublicæ ſubjici legibus talis Reipublicæ: itẽ Eccleſiaſticos omnes, etiam regulares, ſubjici legibus, bonum commune omnium reſpicientibus, & libertatem ac immunitatem Eccleſiaſticam non offendentibus, quales ſunt Medina 1.2.q.96.art.5. Covarr.in pract. cap.33. Sayrus in clavi par.1.lib.3.cap.4. Bellarm.lib.1.de clericis cap.28. Molina tom.1.de reſtitut.tract.2.diſp.31. concl.6. Vaſq.1.2.d.167.cap.4. Suar.lib.3.cap.34. n.6. Salas de leg.diſp.14.ſect.8.nu.94. Sanchez lib.2. Decal.c.28.n.18. Becanus tract.3.cap.6.q. 11.n.2. & alij tum Legiſtæ ad l. cunctos populos C.de Summa Trin.tũ Canoniſtæ ad cap.Eccleſia, de conſtitut. Ex quorum doctrina ſumitur fundamentum noſtræ reſolutionis: nam Eccleſiaſtici quomodocunque exempti à poteſtate laica ideo ſubjiciuntur legibus illis politicis, quia ſunt membra Reipublicæ politicæ: ſed etiam perſonæ, de quibus loquimur, ſunt membra Reipublicæ litterariæ, ſeu Academiæ, in qua per matriculam, & exercitium litterarium ſunt incorporatæ; ergo ſubjiciuntur ſtatutis Academicis. Confirmatur, nam perſonæ illæ in tribunali Academico judicantur, juxta Authen. Habita C.ne filius pro patre.l.1.ff.de judic.l.fin.de ter.diviſ. de quo agemus fusè lib.7. ſed nõ poſſunt judicari niſi ſecundùm leges Academicas, quibus proinde ſubjaceant; ergo illis ſubjacent. Ex quo corruit fundamentum partis negativæ. Negatur enim antecedens: ad cujus primam ſuaſionem reſpondetur clericos & monachos non poſſe renũciare ſuæ exemptioni, niſi Princeps, aut lex tali ſubmiſſioni aſſiſtat, eamque permittat: at ſubmiſſio illa in tribunalis Academici favorem eſt jure ipſo permiſſa, ut docet Alphonſus de Eſcobar cap.34. nu.12. Ad ſecundam reſpondetur cum eodem nu.22. conceſſionem allatam Innocentij, eſſe intelligendam de correctione fraterna, & cauſis ſolis regulariũ, quæ eorum regulam, & obſervantiam reſpiciũt, & non de cauſis Academicis, ipſamque Academicam obſervantiam ſpectantibus.

Statuta Academiæ an comprehẽdant non matriculatos.

215 Tertia difficultas eſt, an ſtatutis Academiæ teneantur illi, qui in eadem ſub aliquo magiſtro facultates audiũt, ſed in libro matriculæ ex induſtria deſcribi nolunt. Procedit difficultas jure communi ſpectato. Nam de jure ſpeciali hujus noſtræ Eborenſis

Academiæ certum eſt, ut habetur in diplomate Cardinalis Henrici, omnes non matriculatos, qui in Academia verſantur, ſubjici ſtatutis quoad rigorem & pœnam, quanvis nullo privilegio gaudeant. Pro ſententia negativa facit 1. quia legiſlator Academicus ſolum intendit obligare ſuis legibus ſcholaſticos, qui verè tales ſunt: ſed nullus cenſetur ſcholaſticus, aut pro ſcholaſtico reputatur, quãdiu matriculatus nõ eſt, ut cõſtat ex ſtatutis Academiæ Conimbr. lib. 3. tit. 1. init. ubi diſcernit expellendos eſſe à domibus etiam deſignatis nõ matriculatos, & ſubdit rationem, quia tales domus non debẽt deſignari niſi ſcholaſticis: clarè ſupponẽs nõ matriculatos, ſcholaſticos nõ eſſe; ergo nõ tenẽtur ſtatutis. Facit 2. axioma Iuriſtarum (Onus qui ſentit, debet ſentire commodum) l. 1. ff. de inſti. action. l. ſecũdum naturam ff. de regul. jur. de quo Anchar. cõſil, 217. n. 4. & Alexan. cõſil. 47. Perſpectis n. 4. lib. 5. & ſic vice verſa, commodum qui nõ ſentit, nõ debet ſentire onus: atqui ſcholaſticus nõ matriculatus nõ sẽtit commodum privilegiorum; ergo nõ debet ſentire onus ſtatutorum. Facit 3. argumẽtum à ſimili ex inductione, quia exercẽs militiam, quãdiu in albo militum deſcriptus non eſt, militaribus ſtatutis non adſtringitur. Deinde nõ tenetur legibus Chriſtianorum qui verè Chriſtianus nõ eſt, nec legibus ſacerdotum, qui verè ſacerdos non eſt, nec votis & ſtatutis religioſorum, qui verè religioſus nõ eſt, quãvis ex propria induſtria, & malitia Baptiſmum, vel ſacerdotium invalidè ſuſcipiat, & profeſſionem invalidè emittat, ut Chriſtianus, ſacerdos, aut religioſus exiſtimetur. Ergo ſimiliter frequentãs gymnaſium nõ tenebitur legibus ſcholaſticorum, ſi verè ſcholaſticus non eſt.

Statutis tenentur omnes ſcholaſtici.

216 Affirmativa nihilominus ſentẽtia, cõſultis viris doctis mihi videtur lõgè probabilior. Moveor 1. quia legiſlator ſuis ſtatutis intẽdit obligare omnes, qui in Academia ſub aliquo præceptore dãt operam litteris? deinde habet poteſtatem ad omnes illos obligãdos: hoc enim poſtulat ratio boni communis, & optima Reipublicæ litterariæ adminiſtratio, ne detur locus fraudibus, & ſcandalis; ergo omnes obligãtur. Moveor 2. quia ſtatuta comprehẽdunt in Academia omnes verè ſcholaſticos: ſed qui Academiam frequẽtãtes, litteris dãt operam, ſunt verè ſcholaſtici: tales enim in re fiũt, & cõſtituũtur per frequẽtationem gymnaſij, & ipſum exercitium litterarum: matricula enim nõ facit, ſed ſupponit ſcholaſticos, ut eos quocũque tempore tales eſſe probet, ac manifeſtet; ergo tenẽtur. Moveor 3. quia ſi ſcholaſtici ex malitia nõ matriculati, manerẽt liberi ab ſtatutis, reportarẽt lucrum ex iniquitate, & fraus illis patrocinaretur: ex quo etiam pateret lata via fraudibus: atqui nemini fraus & dolus patrocinari debet l. itaque fullo ff. de furtis. Cap. dilecti 30. q. 1. Cap. intelleximus, de judic. Ca. tuæ 12. de cleric. nõ reſid. Cap. ſedes. Cap. ex tenore, de reſcript. Cap. 2. de dolo. Cap. 2. de cognat. ſpirit. Cap. 1. de eo colluſ. detec. Cap. tuus, de uſuris, de quo Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 182. n. 60. Gravet. cõſ. 764. n. 6. Deinde fraudibus via nõ eſt aperiẽda l. in fundo ff. de rei vindic. l. cũ ij §. ſi cum his ff. de tranſact. Moveor 4. à ſimili, quia eodem modo ſe habet ſcholaſticus in ſua Republica litteraria, atque miles in ſua militari: ſed miles qui inter alios cõſcriptos militiam ſub duce aliquo exercet, obnoxius eſt legibus militaribus: nec ad vitandum ſupplicium pro trãſgreſſione allegabit ſe non eſſe cõſcriptum; ergo ſic ſcholaſticus. Moveor 5. quia ut ſupra reſolvimus nu. 198. tota vis ſtatutorum Academiæ ſita eſt in ordine ad ſuſtinẽdam pœnam, facta trãſgreſſione: ſed ſcholaſticus nõ matriculatus juſtè compellitur per magiſtrum, vel judicem ſuſtinere pœnam, pro trãſgreſſione ſtatutorum; ergo abſolutè illis adſtringitur.

217 Solvamus fundamẽta n. 215. oppoſita. Ad 1. conceſſa maiori, negatur minor: omnes enim qui verè ſtudẽt, & aulam frequẽtãt ſub aliquo magiſtro, ut diximus, ſcholaſtici ſunt, etiam nõ matriculati: quod nõ negãt ſtatuta Conimbricẽſia citata: ſed ſolum nolũt eos reputare ſcholaſticos in favoralibus, ut nempe privilegijs fruãtur. Ad 2. fallit axioma, commodum qui nõ ſentit, nõ debet ſentire onus, quãdo ex fraude & malitia quis commodũ nõ ſentit: quia in pœnam ſuæ fraudis, & malitiæ, ut commodo privetur, & onere prematur juſtum, & rationabile eſt. Ad 3. negatur primum exemplum, quia jam diximus pares eſſe milites, & ſcholaſticos ob exercitum armorum & litterarum, quo tales cõſtituũtur. Ad alia exempla, ſcilicet Chriſtiani, ſacerdotis, & religioſi fatemur neque illos, neque eos qui verè ſcholaſtici nõ ſunt, teneri legibus ſtatus, in quo per errorẽ exiſtimãtur eſſe. Eſt tamẽ diſcrimẽ inter ſcholaſticos, & illos: nam ſcholaſtici verè & ſubſtãtialiter tales cõſtituũtur per exercitium litterarum habitum in Academia, ad quod matriculatio accidẽtalis, & ſolum indicativa eſt: ſicut artifex v. g. ſutor, aut ferrarius cõſtituitur talis in re per exercitium artis ſutoriæ, aut artis ferrariæ, quidquid requiratur approbatio in ſcriptis ad exercẽdum tales artes. At Chriſtianus ſolum cõſtituitur talis per Baptiſmum in re ſuſceptum, ſacerdos per verum characterem talis ordinis, religioſus per veram profeſſionem, & nõ per aliquod exercitium.

218 Quarta difficultas eſt, utrum ſcholaſtici qui ex cauſa, vel ſine illa ab Academia ad tempus abſũt, teneãtur ſtatutis? & quid dicẽdum de omnibus, quãdo ceſſant ſcholæ tempore feriato? Reſolutio difficultatis propoſitæ quoad utrãque partem, pẽdet ex uniuſcujuſque Academiæ jure peculiari, ſive ſcripto, *Statuta an obligẽt abſentes vel omnes tempore feriato.*

Digitized by Google

ſcripto,ſivecóſuetudinario, quod nemo etiam diligentiſſimus tenetur comprehendere. Quátum poſſum aſſequi ex uſu, & conſultatione doctorum virorum,circa Academias Luſitanas, exiſtimo neminē,qui ab Academia abeſt,& alibi cómoratur,v.g.in ſua patria,teneri ad ſtatuta Academica. Conſtat ex praxi: quia ſcholaſtici extra Academiam impunè utuntur armis,& veſtibus, quibus non licet uti in ſcholis, gerunt cincinnos, & galeros, neque curant ſingulis diebus ſacro intereſſe, & ſingulis menſibus expiate animam confeſſione ſacramentali: & tamen judices Academici non ſolent punire hujuſmodi,vel alios ſimiles transgreſſores. Secus opinor accidere verſantibus in eadem urbe,ubi eſt Academia, quando vacant ſcholæ tempore feriato. Nam ſi hi nondum ſtudia ſua confecere,& habent animum progrediendi,ſtatutis Academicis ligātur, & ad eorum obſervationem poſſunt,ac ſolent à magiſtratibus compelli. Si verò ſtudia jam ſua ad metam perduxere, vel nolunt jam in ijſdē procedere, à dictis ſtatutis ſoluti manent. Ita mihi videtur ſe habere praxis in hoc regno, vel ſaltem in hac noſtra Eborenſi Academia, de qua teſtantur apparitores: nam ſi deprehendant tempore feriato ſcholaſticum agentem contra ſtatuta, deferunt ad cóſervatorem,à quo plectitur pro ratione probatæ transgreſſionis.

QVÆSTIO IV.

An ſcholaſtici convenienter ferientur ſtatutis temporibus: & qualiter ſe habeat in ſcholis hujuſmodi vacatio?

Conſuetudo pro lege.

219 Qvanvis conſuetudo legitimè præſcripta, qualis definitur à Theologis, „ Tacita obligandi voluntas ab eo profecta, qui obligare poteſt, „ uſu tantum,& more utenſium expreſſa, accipiatur pro lege non ſcripta, & tum in Academijs, tum alibi æquiparetur ſtatutis, tamen hujus loci non eſt conſuetudinis eſſentiam, cauſas: & effectus exponere. Quanta enim ſit vis conſuetudinis, præſertim Eccleſiaſticæ, videre eſt apud Sapientiſſimum pariter ac Illuſtriſſimum D.D. Sebaſtianum Cæſarem de Menezes Epiſcopum Conimbricenſem, in ſua Eccleſiaſtica Hierarchia diſp.5.§.2. à n.16. qui hāc materiam, ſicut & reliquas doctiſſimè perſequitur,tantam doctrinam moribus, & ſanguine regio condecorans, dignus proinde tantus vir evehi ad ſummam in ſua Hierarchia dignitatem. Item non poſſum Academicas omnes perſequi conſuetudines, utpote quæ captum excedunt,& ſub ſcientiam non cadunt. Pro reliquis unam aggredior, quæ in Academijs antonomaſticè conſuetudo eſt, aſſuetum vocant, ſcilicet mos feriandi,ſeu vacandi à lectionibus, certis,ac ſtatutis temporibus. Et quanvis in nónullis Academijs modus,& ratio feriandi ſcripta ſit inter alia ſtatuta,à ratione tamen conſuetudinis non deficit. Non enim dicitur conſuetudo res non ſcripta, ex eo quòd ita repugnet ſcripturæ,ut per illam deſtruatur. Quia (ut benè notat Suar.lib.7.de leg.cap.2.n.4.) perſiſtenti in ſuo robore ac vigore conſuetudini Scriptura advenire poteſt, ut conſtat ex cap.2. „ de præb.in 6. ubi ſic habetur: Hujuſmodi „ conſuetudinem authoritate Apoſtolica pro„ bantes, ac nihilominus volentes eam invio„ labiliter obſervari. Vbi lex Pontificis ſcripta non deſtruit conſuetudinem,ſed roborat.

Otioſitas dãnatur.

Eſt igitur propoſita quæſtio non cõtemnenda, an ſcholaſtici ſtatis diebus, ac menſibus convenienter Academico more ferientur, ſeu à lectionibus,& ſtudijs vacent? Pro ſententia negativa opponi poſſunt contra ſcholaſticos feriantes, & otio deditos non levia authoritatis, & rationum momenta. 1. ex Sacrá Pagina „ Eccleſiaſtici 33.n.29.de ſervo, Mitte illum in „ operationem,ne vacet: multam enim mali„ tiam docuit otioſitas. Et Ezechiel inter alias cauſas iniquitatis Sodomorum numerat otiũ, „ Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, „ ſuperbia,ſaturitas panis & abundantia, & o„ tium ipſius,& filiarum ejus. Ezech.16.n.49. „ Hinc Apoſtolus 1.ad Timoth.5.ſic præcipit. „ Otioſas viduas devita, quæ diſcunt circuire „ domos. Sacræ Paginæ affinis eſt doctrina Sanctorum Patrum. Nam S.Baſilius Magnus „ lib. hexam. homil. 7. Otium maleficij eſſe „ principium nemo eſt qui ignoret. S.Bernar„ dus lib.2. de conſid. Fugienda eſt otioſitas „ mater nugarum,noverca virtutum.

220 Secundo, ex ſacris Concilijs, & Canonibus. Nam cap.1. de celebrat. miſſar.& c.nũquã de cõſecr. diſt.5. præcipiũtur Eccleſiaſticæ perſonæ vel lectioni, aut eruditioni litterariæ incumbere, vel ſe operibus quibuſdam honeſtis exercere, ne diabolus inveniat otioſas. Cap. exijt §.cõtinetur, de verb.ſignif. in 6. otium appellatur animæ inimicus. Cap.niſi cum pridem §.verum.de renũc. otioſitas & voluptas dicũtur arma hoſtis antiqui ad miſeras animas captãdas. Vnde Cõcilia Pariſiēſe,Moguntinēſe, Chalcedonēſe, & Aurelianēſe cõtra clericos,ac monachos vagãtes,& otiãtes,ut à vita otioſa compeſcerēt,& ad laborioſam reducerēt, multa ſalutaria ſtatuerũt, ut habetur cap.nulla ratione 8.ſub 93. diſt. cap.Abbatibus 18.q.2. cap. juxta 11.q.1. cap. qui vere 12.q.1. cap.quidam monachi 16.q.1. & cap.penult.de apoſtat. Cõſentiunt leges civiles, l.qui ſub prætextu C. de ſacroſ.Eccleſ. & l.quidam ignaviæ C. de decurion. lib.10. ubi in priori

Theo-

Theodoſ. & Valentinian. in poſteriori Valentinien. & Valens multa decernunt contra eos, qui ne ſeſe labori ſubtrahant, & ignavo otio diffluant, in ſolitudines abeunt, ibique ſectantur ignaviā, & deſidem vitam.

Negotium melius quàm otium. Tertio, ex litteris humanioribus: nam Appiū Claudium teſte Valeriu Max. lib. 7. cap. 2. crebrò ſolitum dicere accepimus negotium populo Romano meliùs quàm otium committi: non quod ignoraret quàm jucundus tranquillitatis ſtatus eſſet, ſed quòd animadverteret præpotentia imperia, agitatione rerum ad virtutem capeſſendam excitari, nimia quiete in deſidiam
„ reſolvi. Et ſanè (inquit idē Valerius loco cita-
„ to) negotium nomine horridum civitatis no-
„ ſtræ mores in ſuo ſtatu continuit: blandæ ap-
„ pellationis quies plurimos vitijs reſperſit.
Mitto innumera, quibus poſſem oſtendere civitates otio ac deſidia funditùs everti, & optimum florentiſſimæ cujuſque Reipublicæ ſtatum labefactari. Illud ex Alberto Crantzio lib. 3. cap. 22. nolo tacitus prætetire, Conſtantinum Magnum Imperatorem fuiſſe adeo infenſum viris otioſis, ut monachos plurimos in otio vivētes ejeciſſet ſuis clauſtris, Epiſcopis aſſentiētibus, & aſſerentibus melius eſſe paucos Deo ſerviētes paſcere, quàm magnum gregem inutilium otioſorum habere.

Orioſitatis dãna **221** Quarto ex ratione, quia nō poteſt convenienter permitti quod cedit in damnum Academiæ, in damnum ſciētiarum, & in damnum ſcholaſticorum: ſed in triplex hoc damnum cedit ignavum otium; ergo permittendum non eſt. Minor ſuadetur, quia imprimis cedit in damnum Academiæ: ſi enim otioſi (ut patet ex proximè dictis) politicam Rēpublicam perturbant, quandoque funditùs cōvellunt, multo magis Rempublicam litterariam demolientur. Cedit in damnum ſcientiarum: nam ſicut ſcientiæ labore ac ſtudio comparantur, ita otio ac deſidia extinguuntur, cùm litterariæ diſciplinæ vigor otio ſoluatur, ac enervetur. Cedit denique in damnum ſcholaſticorum: quia ſi omnes qui otio deſident, proni redduntur ad omne ſcelus, & apti ut concreſcant in vitijs omnibus, ac præſertim libidine, juxta illud Ovidij lib. 1. de remed. amoris:

Otia ſi tollas, periere cupidinis arcus.

Et illud 1. de Ponto.

Cernis ut ignavum corrumpant otia corpus:
Et capiant vitium, ni moveantur, aquæ.

Quid erit dicendum de ſcholaſticis, quibus adhuc in prima juventæ face exultantibus calidus circum præcordia fervet ſanguis? Certè quidquid à lectionibus ceſſatum fuerit, vel in pernicioſo ac vetito taxillorum & alearum ludo cōſument, vel (quòd magis dolendum erit) in ſcortatione, & graſſatione. Igitur nulla à ſtudijs vacatio, nullumque otium convenieēter cōcedi poteſt,

222 His non obſtantibus, convenienter, aptè & honeſtè concedi vacationem in Academia, ut ſcholaſtici à lectionibus ſtatis diebus, & menſibus ferientur, rectè tradit Petrus Gregor. de Republ. lib. 18. cap. 8. n. 5. inſinuant Rebuff. in interpret. ad Authēt. Habita pag. 523. & Suar. tom. 4. de Relig. tract. de Societ. lib. 8. cap. 8. à n. 13. Probatur 1. ex S. Pagina, ubi paſſim laudatur requies, & tempeſtivum otium. *Feriæ aptè conceduntur in ſcholis.*
„ Proverb. 24. num. 15. Ne inſidieris, & quæras
„ impietatem in domo juſti, neque vaſtes re-
„ quiem ejus. Eccleſiaſtici 38. n. 14. Ipſi Domi-
„ num deprecabuntur, ut dirigat requiem eo-
„ rum. Eccleſiaſtes cap. 3. inter alia aſſignat etiā
„ tempus honeſto ludo & recreationi: Tempus
„ flendi, & tempus ridendi: tempus plangēdi,
„ & tempus ſaltandi. Imò requies alterna &
opportuna ſeptimo quoque die imperabatur
„ Exodi cap. 23. nu. 12. Sex diebus operaberis,
„ ſeptimo die ceſſabis, ut requieſcat bos, & aſi-
„ nus tuus, & refrigeretur filius ancillæ tuæ, &
„ advena.

Probatur 2. ex Sanctis Patribus, quorum doctrinam de intermiſſione laboris, etiam per honeſtam & moderatam recreationem, quam ſignificat nomine ludi, hauſit S. Thomas 2. 2. q. 168. a. 3. Nam S. Auguſt. lib. 2. de muſica in fine, *Recreatio honeſta.*
„ Volo tibi parcas: labor eſt in chartis, & aper-
„ tum ire per auras animum permittas: nam
„ ſapientem interdum remittere aciem rebus
„ agendis decet intentam. S. Ambroſ. lib. 3. de
„ Virgin. col. 4. Quod velis prolixè facere, ali-
„ quando ne feceris. Hoc loco paræmiæ vulgò
jactatum ait pro exigentia interjectæ quietis ad diuturnitatem laboris. Et Clem. Alex. lib. 3. pædagogi cap. 10. Supra modum laborare & peſ-
„ ſimum eſt, & morborum cauſa. Neque ergo
„ oportet eſſe omninò otioſum, neque eſſe
„ omninò nimis laborioſum. Denique S. Baſi-
lius conſtit. monach. cap. 8. ſuadet hujuſmodi intermiſſionem tanquam utilem ijs præſertim qui ſtudijs & exercitijs mentalibus animum ap-
„ plicant. Sæpenumerò contingit, cum exor-
„ tum in animo tædium ſuſcepta peregrinatio
„ diſcutit, & ſpatio ad colligendas denuò vi-
„ res, ac ſeſe colligendum refocillandumve da-
„ to, alacriorem ad capeſſenda de integro pie-
„ tatis certamina facit.

223 Probatur 3. ex jure Canonico, à quo tanquam honeſtæ reputantur feriæ tam militares, quàm judiciales, & Eccleſiaſticæ. Cap. 1. de treugua & pace. Cap. finali, de judicijs. Cap. fin. de ferijs. Clem. ſæpe, de verb. ſignif. Gloſ. 1. in Summa 15. q. 4. Item quòd quies nobis ex corde ſit appetenda, dicitur à Gloſ. fin. in addit. in cap. pen. de verb. ſignif. in 6. Accedit jus civile quod l. 1. ff. de ferijs & dilation. commendat judiciorum ferias & intermiſſiones, quæ ſolent dari diverſis temporibus. Item Iuriſconſultus l. medicus ff. de operis libertorū.

Ita

ita dicit exigendam eſſe operam à libertis, ut „ liberalis ſit exactio, idest(ait,ut acquieſcere „ meridiano tempore, & valetudinis,& ho- „ neſtatis ſuæ rationem habere ſinantur.

Probatur 4. ex litteris humanioribus, ac primum teſtimonio Poetarum: nam Ovid. lib. 1. de Ponto. *Quies & feſtiva.*

Otia corpus alunt,animus quoq; paſcitur illis:
Immodicus contra carpit utrunque labor.

Statius lib.4. Syl.

Noſtra ſatiſcit,
Laxaturque chelys,vires inſtigat, alitque
Tempeſtiva quies,maior poſt otia virtus.

Seneca in Furen.

Poſt multa virtus opera laxari ſolet.

Ad hunc finem, ut ſtudiorum uſus parumper deponeretur, fuiſſe olim pueris regijs ſpectantibus certamina coturnicum,& gallinaceorum, memorat Herodianus l[illegible]. Quod verò honeſtum & æquum ſit, ut onere ſtudiorum animus levetur, & ſtudia litteraria intermittantur, palam Anaxagoras teſtatus eſt, qui, ut refert Plutarch. in politicis, ſibi publicè decretis honoribus, magno animo repudiatis, id ſibi omninò fertur poſtulaſſe, ut quo die mortem obiret, pueris, qui diſciplinis & artibus operam darent,permitteretur feriatis „ otiari & ludere.Sæpè(inquit Petrus Greg.de „ Rep. lib.18. cap.8.num.5.) ſunt tenera inge- „ nia relaxanda,imò oblectanda: unde & mu- „ ſica olim miſcebatur diſciplinis, & remiſſio- „ nes fiunt certis diebus ſtudiorum,ne animus „ tædio obſeſſus deſperet de litteris,aut abhor- „ reat à labore diſciplinatum.

Studium diuturnū cum intermiſſione,

224 Probatur 5. ratione, nam cócēdere vacationem à lectionibus tépore opportuno,eſt valdè cóſonum, & omninò neceſſariū Academiæ fini,qui eſt cóparatio ſcientiarū; ergo talis vacatio conveniēter datur ſcholaſticis. Antecedens ſuadetur, quia ſcientiæ comparari nequeunt,niſi labore & ſtudio accommodato, ac nimis diuturno: ſtudium antē diuturnū eſſe nó poteſt,niſi intermittatur, juxta illud Ovidij „ Epiſt.3. Quod caret alterna requie durabile „ nó eſt: & parœmiam illam citatam num.222. „ Quod velis prolixè facere,aliquando ne fe- „ ceris. Ergo intermiſſio ſtudiorum conſonat Academiæ fini. Cóſirmatur 1.ex Felino ad cap. 1. de magiſtris, quia eodem modo ſe debet habere ſtudens mandando litteras memoriæ, quo manducans tradendo cibos ſtomacho: ſicut igitur ſtomachus non capit ultra vires digeſtivas, aliàs indigeſta ſequitur ciborum confuſio, ita mens & memoria non capit ultra certam portionem litterarum, & harum multitudine obruitur; ergo ſtudium eſſe debet ita moderatum, & intermiſſum, ut detur ſpatium decoctioni ac digeſtioni. Confirmatur 2. ex 5. fin. in procem. Inſtit. & Commentatore in 4. Ethic. quos ſequitur Rebuff.ſupra citatus: quia omni ſtudioſo ludus eſt neceſſarius, ne mens reddatur inutilis: ſi enim cótinuatum vehemēter animum ad hauriendas ſcientias appellat, ſpiritus procul dubio ruptis nervis ſatiſcet, ac ſenſus penè omnes diſſoluentur. Nam humana conditio (ut inquit Suar.citat. num. 5.) non fert perpetuam animi intentionem in ſtudijs, alijſque ſpiritualibus exercitijs,& ideo quietem aliquam, & relaxationem poſtulat. Hoc autem rectè exponitur à Sancto Thoma cit. q. 168. a. 2. & 4. exemplo, quod affert Abbas Abraham apud Caſſianum collat. 24. cap. 21. Sancti Ioannis Evangeliſtæ de arcu nimium intenſo, aut continuè ſagittas emittente, qui perſeverare diu nequit in ſumma illa intēſione, quin rumpatur.

Vacatio nimia, & immoderata quies reprehenditur.

225 Ad fundamentum authoritatis & rationis pro ſententia negativa, facilè ſatisfit. Quidquid enim pro illa ex ſacra Pagina, ſacris Canonibus, & litteris humanioribus opponitur, à nobis admittitur, ita tamen ut ſolum procedat contra nimiam vacationem, & immoderatam quietem, quæ degenerat in deſidiam, & ignaviam. Fatemur enim ex hoc peſſimo fonte erumpere luxuriam, ingluviem, & omnes alias Reipublicæ peſtes. Nobis tantum ſermo eſt de otio tempeſtivo, & quiete moderata, ut nempe ſtudiorum uſus parumper dimittatur, lectioneſque vacent opportunis, & moderatis intermiſſionibus: in quibus etiam ludus honeſtus, & temperata recreatio locum habeat. Nec dicas ſcholaſticos, ut plurimùm ætatis fervidæ,abuſuros hujuſmodi indulgentia, modumque in ludo & recreatione exceſſuros. Quia hujuſmodi abuſus, & exceſſus per accidens evenient: neque propterea evellenda eſt, & prohibenda feriatio, ſeu vacatio opportuna, quæ per ſe, & ex ſe conducit valdè ad finem Academicum, ut oſtendimus. Erit tamen, quantum fieri potuerit, cauendum, ut per ſcholaſticam diſciplinam incommoda prævehiantur. Et certè qui prædictis vacationibus abutuntur, indigni ſunt, quibus etiam moderata intermiſſio concedatur. Argum. l. Nemo deinceps Cod.de Epiſcop. audient. in qua licèt Imperatores Valent. Theodoſ. & Arcad. præcipiant circa Paſchatis feſtum relaxari carceratos, tamen hujuſmodi relaxatione, & feriatum favore judicant indignos ſacrilegos, ſcortatores, & omnes alios, qui publicam lætitiam & quietem talis relaxationis abuſu turbare poſſunt.

Miſſæ audiendæ obligatio in diebus feriatis.

226 Dubium eſt 1. Vtrum in illis diebus feriatis, ſeu aſſuetis, quos Academia reddit feſtivos,& à lectionibus vacuos in honorem & cultum quorūdā ſanctorum, v.g. D.Thomæ Aquinatis,D.Baſilij,&D.Catherinæ,

in ſcholis Eborenſibus teneantur Scholaſtici Miſſam audire, & ceſſare ab operibus ſervilibus? Meritò negant Henriquez lib. 9. de Miſſa cap. 45. num. 2. Alcocet in Summa cap. 27. & Suar. tom. 3. in 3. part. diſp. 88. ſect. 4. quos ſequitur Fagundez in quincal. præc. 1. lib. 2. cap. 2. num. 17. Ratio eſt, quia prædicti dies non ſunt ſimpliciter feſtivi, proindeque nullum extat præceptum quo teneantur ad Miſſam audiendam, & abſtinendum à ſervilibus: ſolum enim ceſſatur à lectionibus in honorem Divorum, ut Scholáſtici, ſi velint, poſſint liberiùs vacare rebus divinis. Et quidem ea in omnibus diebus feriatis mens Academiæ eſt, ut ſcholaſtici quádiu intermittunt ſtudia, ut in eadem ſitibundiores, & alacriores redeant, exercitijs honeſtis detineantur. Sic enim Bidellius cum ſolemni denunciatione aſſueti ſolet jungere adhortationem: „ Craſtina (inquit) die de more nó „ legitur: interim tamen memores ita vos va„ caturos, ut rebus honeſtis diligenter vace„ tis.

Simonia in conceſſione feriarum.

227 Dubium eſt 2. an magiſter concedés diſcipulis dies feriatos propter pecuniam, committat ſimoniam? Hanc difficultatem excitat Rebuff. de privil. Scholaſt. privileg. 38. & reſoluit pro parte affirmativa cum Archidiacono in cap. 1. de conſecr. diſtinct. 3. & Collecta in capit. 11. de ferijs. Videtur fundari in eo quòd Epiſcopus diſpenſans ob pecuniam cum ſcholaribus cauſa ſtudij, cenſeatur quaſi ſimoniacus, text. in cap. 1. de magiſtris. Et dic (inquit Rebuff. loco citato) quod ſi de jure non debet habere illam præbendam, quia in ſcientia prohibita ſtudet, vel eſt omninò indiſciplinatus, & Epiſcopus diſpenſat propter pecuniam, tam dans, quàm recipiens committunt Simoniam. Cap. Nemo, de Simon. ſi vero ſcholaris debet illam præbendam, & fructus habere in ſtudio, quia benè ſtudet, & in ſcientijs permiſſis, & Epiſcopus petit pecuniam ut diſpenſet, & recipit, is committit Simoniam, ſed non dans.

Nihilominus oppoſitum, ſcilicet nullam committi Simoniam à magiſtro vendente vacationes, ſeu dies feriatos, mihi eſt pene certum ex principijs Theologicis, quæ citari Iuriſtæ non videntur plenè aſſequi. Probatur, nam juxta S. Thomam in 4. d. 25. quæſt. 5. num. 1. Simonia definitur: Studioſa voluntas emendi, vel vendendi aliquid ſpirituale, vel ſpirituali annexum. Latiùs & explicatiùs apud Suarium lib. 4. de Simon. cap. 1. Eſt ſacrilegium, quod committitur in emptione & venditione, ſeu in contractu quolibet, quo res ſpiritualis ut talis eſt, pro temporali commutatur. At qui vacatio à lectionibus nec eſt res ſpiritualis, nec rei ſpirituali quid annexum, ut patet, ergo non eſt materia Simoniæ. Ex quo apparet diſcrimen inter venditionem diſpenſationis per Epiſcopum, & venditionem vacationis per magiſtrum: quia diſpenſatio illa verſatur in materia ſpirituali, qualis eſt materia beneficiorum, vacatio autem à lectionibus eſt materia merè temporalis, ſicut lectiones ipſæ. Dices, Venditio diſpenſationis in præceptis Eccleſiaſticis eſt Simoniaca, ut rectè docet Suarius citatus cap. 19. num. 11. ſed magiſter accipiens pretium pro vacatione, vendit diſpenſationem in præcepto aſſiſtendi lectionibus, quod poteſt eſſe Eccleſiaſticum, ſi v. g. Academia ſit Eccleſiaſtica, ſeu clericalis; ergo erit Simoniaca. Objectionem facilè declinabimus, ſi dicamus noſtram reſolutionem procedere in vacationibus Academiæ laicæ, & merè politicæ. Verum, conſultis viris doctis, adhuc exiſtimamus locum habere in Academia merè Eccleſiaſtica. Vnde credimus nó eſſe Simoniam vendere facultaté, ſeu diſpéſationé cujuſcunq; præcepti Eccleſiaſtici, ſcilicet à perſona, & poteſtate Eccleſiaſtica profecti, ſed illam tantum quæ eſt præcepti in materia ſpirituali, ideſt attingéte ſalutem animæ, quale eſt præceptum jejunandi, audiendi ſacrum, & ſimilia: ſecus de præceptis quæ verſantur in materia merè temporali, qnalia v. g. imponuntur macellario circa carnes vendendas clericis. Præceptum autem frequentandi palæſtram eſt in materia temporali. Egimus modò de ſolo peccato Simoniæ. Quod magiſter in illa venditione feriatum poſſit aliunde peccare, non dubitamus.

Simonia in venditione diſpenſationis.

DISPVTATIO III.

De ſtatutorum confirmatione, & deſitione.

228 CVM jam pro noſtro captu expoſuerimus ſtatuti Academici eſſentiam per ſuas cauſas & effectus, nonnullaque peculiaria de ſtatuto non ſcripto, ſeu conſuetudinario, quod aſſuetum vocant, ſequitur ut hac poſtrema diſputatione ſtatuti ipſius poſtremum exitum inquiramus, conjungentes duo extrema, nempe confirmationem, & deſtructionem, quarum illa cótinget,

Digitized by Google

tingens quando prælatus inferior, aut ſupremus ſtatuto jam edito robur adjiciet, hæc quando ſtatutum conditum etiam confirmatum vel diſpenſatione vulneraverit, vel derogatione imminuerit, vel abrogatione ſuſtulerit.

QUÆSTIO I.

Qualiter ſe habeat confirmatio ſtatuti Academici?

Cōfirmatio ſtatutorum Academiæ.

VT intelligatur vis, & ſenſus propoſitæ quæſtionis, & quid ſtatutis Academicis conferat confirmatio, planum eſt non procedere difficultatem, quando ſtatuta conduntur à ſupremo Principe. Quia tunc non datur locus confirmationi. Confirmare enim & dare primum eſſe, non poteſt una & eadem perſona, ſed requiruntur diverſæ, ut notavit Gloſ. v. confirmari ad cap. inter dilectos, de fide inſtrument. deinde confirmare importat ſuperiorem, quem non recognoſcit ſupremus Princeps. Solum igitur difficultas procedit, quādo ſtatuta cōduntur ab inferiore, & à ſuperiore confirmantur: & in hoc ſenſu præcipua quæſtio eſt, utrum ſtatutum quod inferior condidit, & ſuperior confirmavit, ita maneat roboratum, ac ſtabilitum, ut inferior ipſe conditor nequeat illud immutare ſive per derogationem, ſive per abrogationem abſque conſenſu ſuperioris confirmantis? Negativam partem, ſcilicet eorum qui dicunt poſſe adhuc inferiorem revocare ſuum ſtatutum, non obſtante confirmatione ſuperioris, tenet Bart. in l. omnium Cod. de teſtam. & in l. omnes populi ff. de juſt. & jure num. 33. ubi dupliciter limitat. Fundamentum ſumitur 1. ex l. omnium Cod. de teſtament. ubi dicitur teſtamentum confirmatum ab Imperatore poſſe adhuc revocari à conditore, & ratio eſt quia talis confirmatio relinquit teſtamentum cum dependentia à proximo conditore: eſt enim quædam ſolemnitas illi adjecta, quæ ipſius naturam non immutat. Sumitur 2. ex cap. cū acceſſiſſent, de conſtit. ubi dicitur in jure ſtatuta facta ab inferiore, & confirmata à Pontifice poſſe validè tolli ex conſenſu eorum, qui ſtatuta fecerunt. Sumitur 3. ex natura confirmationis, quæ accedit rei in ſua eſſentia conſtitutæ, proindeque nihil intrinſecè variat. Vnde confirmans aliquid, non dicitur aliquid novum facere. can. præceptis diſt. 12. Deinde confirmatio Papæ in forma communi impetrata nihil novi tribuit, Gloſ. confirmatione in cap. ex parte de conſtitut. & Gloſ. in forma cap. quia diverſitatem, de conceſſ. præbend. Item confirmare non eſt tantum, quantum conferre: quia qui confirmat non donat: qui autem confert, donat. Gloſ. non poteſt in cap. 1. de inſtit. Hinc eſt quòd confirmatio alicujus ſententiæ facta etiam à Papa, corruit, caſſata illa ſententia. Cap. ex parte 7. de reſtib. tandem in ſpecie, confirmatio ſtatuti non impedit illius retractationem, cum videatur facta favore ſtatuentium. Habetur in Gloſ. ad cap. dilecto, de præben. ergo poſt confirmationem ſuperioris, eo inconſulto, poteſt inferior mutare ſuum ſtatutū derogando, vel abrogando.

229 Affirmativam partem, nempe eorum qui dicunt non poſſe ſtatutum, poſtquam acceſſit confirmatio ſuperioris, revocari ab eo qui condidit, niſi ſuperior approbet talem revocationem, ſeu immutationem, defendunt Bald. in l. omnium Cod. de teſtament. num. ultim. Sylveſter verbo Beneficium 3. quæſt. 9. num. 13. Botteus de Synod. Epiſcop. 2. part. art. 4. num. 12. Saytus tom. 1. Theſauri lib. 6. cap. 11. num. 11. Azor lib. 5. cap. 15. quæſt. 7. Sanch. lib. 8. Matr. diſp. 17. num. 30. & Barboſa de poteſtat. Epiſcop. 2. part. allegat. 34. num. 7. Probant 1. quia per confirmationem ſuperioris jam eſt conſtitutum jus publicum, quod non poſſunt privati immutare. l. jus publicum ff. de pactis. Cap. ſi diligenti, de foro compet. Probant 2. quia ſtatutum confirmatum authoritate Apoſtolica factum eſt Apoſtolicum, juxta cap. pro illorum, & cap. dilecto, de præbend. & rectè ſumitur ex cap. ſi Apoſtolicæ, de præbend. in 6. ubi ait Pontifex: „Illa noſtra facimus, „quibus authoritatem impertimur. Cum igitur nullus prælatus poſſit revocare ſtatutum Apoſtolicum, nullus poteſt revocare ſtatutum à Pontifice confirmatum. Probant tertiò, quia inferior non poteſt revocare ſententiam ſuperioris: quando autem Princeps ſuperior confirmat, idem eſt ac ſi ferat ſententiam. leg. 1. §. ſed neque Cod. de veteri jure enuclean. confirmatio enim Principis (ut ait Gloſ. clauſula in capit. dilecto, de præbend.) æquipollet ſententiæ: ergo poſt factam confirmationem ſtatuti per ſuperiorem, inferior qui fuit conditor, illud immutare nequit.

Confirmatio duplex.

230 Vtraque ſententia, quamvis videatur extremè oppoſita, veritatem habet, & concordiam habere poteſt, ſi rectè explicetur, & intelligatur. Igitur pro utriuſque explicatione, & conciliatione adverte cum Baldo in l. explicito Cod. de ref. permut. num. 12. duplicem eſſe legis confirmationem, alteram eſſentialem, alteram accidentalem: eſſentialis eſt veluti forma dans eſſe legi, ſeu ſtatuto, ut quando Princeps, ſeu prælatus inferior

ideo confirmationem à ſuperiore poſtulat, quia ipſe caret poteſtate ferendi legem, quæ vim obligandi ſortiatur abſque confirmatione. Accidentalis dicitur, quãdo legiſlator inferior poteſtatẽ habet cõdẽdi verum & obligatorium ſtatutum, nihilominus illius cõfirmationem petit à ſuperiore ad maius robur, & authoritatem.

Dico igitur 1. Quando confirmatio ſtatuti eſt accidentalis, quia ſcilicet conditor illius habet poteſtatem condendi, & ſolum petit confirmationem ad maiorem authoritatem, poteſt illud abrogare, vel quomodolibet immutare, inconſulto ſuperiore, niſi hic in forma confirmationis addat clauſulam (ut ſi quid contra fiat, non valeat.) Ita Suar. de legib. lib. 6. cap. 26. num. 22. & pro hac reſolutione ſtant Authores primæ ſententiæ, quæ in hoc ſenſu explicata procedit cum his omnibus fundamentis. Probatur prima pars, quia illud ſtatutum per confirmationem non redditur proprium ſuperioris: ſuperior enim illi non adjecit novam obligationem, & cum prædictam clauſulam non addiderit, ſolum cẽſetur approbare juxta præciſam obligationem, quam inferior legiſlator induxerat: proindeque tale ſtatutum abrogari poteſt tum ab ipſo legiſlatore inferiore, tum à ſuccedente in pari poteſtate, ſive in favorem ſtatuentium, ſive in favorem & bonum aliorum conditum fuerit. Secunda pars habetur ex cap. dilecto filio, de præbeud. & ratio eſt, qnia ſi adhibeatur talis clauſula, inferior privatur per ſuperiorem poteſtate abrogãdi. Nunquam tamen talis clauſula cenſebitur à Principe impoſita, niſi declaretur, ſeu exprimatur. Quia novam obligationem inducere, odioſum eſt.

Dico 2. Quando confirmatio eſſen-

Revocatio ſtatuti confirmati. 231 tialis eſt, quia nempe conditor ſtatuti poteſtatem ſimpliciter condendi non habet, & ideo cõfirmationem petit, ut ſtatutum vim obligandi accipiat, poſt confirmationem, nequit abrogare, vel immutare. Pro hac reſolutione ſtãt omnes Authores, quos citavimus n.229. pro ſecunda ſentẽtia, quæ ſic intellecta procedit cum ſuis omnibus fundamentis. Ita etiam præter eoſdem citatos, ſentiunt Felinus cap. cum acceſſiſſent num.5. Salicetus in l.omnium, & l. ultim. Cod. de juriſdict. omn. jud. Geminian. Angelus, Tabiena, Armilla relati à Sanchez lib. 8. Matrimon. diſput. 17. num. 30. Surdus conſil.262. num.69. ubi citat Alexandrum, Iaſonem, & alios, Brunorus in Compend. reſolutor. propoſitionum juris §. ſtatuta cõfirmata à Papa, Seſſe tom. 3. Deciſionum Senatus Aragoniæ deciſ. 386. à num.13. Salas de legib. diſput. 18. ſect. 1. num. 10. ad finem, & diſp. 20. ſect. 3. num. 29. Stephanus Gratian. diſcept. foren. cap. 9. num. 5. & cap. 270. num. 69. Reginal. lib. 13. num. 190. Baſilius Ponze de matr. lib. 8. cap. 5. num. 6. Bonacina tom. 2. de leg. diſp. 1. q. 2. punct. 1. num. 16. & Palaus oper. moral. 1. p. tract. 3. diſp. 6. punct. 4. num. 6. qui omnes unanimiter affirmant conſtitutiones factas à prælatis inferioribus, qui poteſtate illas condendi carebant, ſi confirmentur à Pontifice, manere Pontificis, ita ut jam immutari nequeant à prædictis conditoribus. Patet, quia tunc ſolus ſuperior eſſentialiter confirmans eſt author ſtatuti, & ſolus illi vim ac robur impendit: inferior autem proponens ſolum petit tale ſtatutum à ſuperiore. Cum igitur juxta Authent. E contra Cod. de Republ. eadem authoritas poſtuletur in deſtruendo, quæ in conſtituendo, ſequitur ut ſtatutum revocari, & deſtrui nequeat, niſi eadem authoritate & poteſtate, qua eſſentialiter confirmatum fuit. Non eſt cur ſolvantur fundamenta alicujus partis, cum omnia, ut expoſuimus, intellecta, utranque noſtram reſolutionem corroborent.

QUÆSTIO II.

Qualiter immutari poſſint ſtatuta Academica diſpenſatione.

232 NOn eſt hujus loci afferre difficultates, quæ circa diſpẽſatione cujuſcũque legis cõmuniter agitari *Diſpenſatio quid ſit.* ſolẽt, & nos attulimus tract. 5. de leg. q. 2. Solum breviter attingemus communes, à quibus lucem capient peculiares circa diſpenſationem ſtatuti Academici. Prima difficultas eſt, quid ſit diſpenſatio, & quotuplex? Quoad primum, diſpenſatio ſolet in hunc modum definiri: Eſt relaxatio juris communis cum cauſæ cognitione, facta ab eo qui poteſtatem habet relaxandi. Hæc definitio nobis diſplicet, utpote redundans in aliquibus. Particula enim illa (communis) amputanda eſt, quia diſpenſatio non reſtringitur ad jus commune, cum extendatur etiam ad Synodale, & municipale, ſub quo continetur Academicum. Deinde quamvis diſpenſatio ſine juſta cauſa, ejuſque cognitione licita non ſit, tamen aliquando valorem habere poteſt: atque adeo particula (cum cauſæ cognitione) excludi debet. Rectiùs igitur, & magis categoricè diſpenſatio definitur à Suario lib. 6. de legib. cap. 10. num. 7. Salas diſp. 20. ſect. 1. & Ponze lib. 8. cap. 1. num. 3. in hunc modum: Diſpenſatio eſt juris alicujus relaxatio. Seu alijs verbis: Eſt exemptio alicujus à legis obligatione. Relaxatio, quæ idem valet atq; ſolutio, ſeu remiſſio, ponitur loco generis, utpote latè patens ad varias relaxationes,

ſeu

Digitized by Google

ſeu remiſſiones. Particula (juris alicujus) ponitur loco differentiæ, & excludit omnes alias relaxationes, nempe indulgentiam Eccleſiaſticam, quæ licèt ſit relaxatio alicujus vinculi & reatus, non eſt relaxatio juris: & abſolutionem à peccatis, à cenſuris, & alijs pœnis. Quamvis enim hujuſmodi abſolutio ſit remiſſio alicujus vinculi, quod ſæpè per jus inducitur, tamen nō relaxat jus; non enim fit contra jus, ſed ſecundùm jus.

Diſpenſatio quotuplex.

233 Quoad ſecundum, diſpenſatio quadruplex eſt, ex duplici diviſione præcipua, quam ſubit. Dividitur 1. in tacitam & expreſſam: expreſſa nullam in jure habet præſcriptam verborum formam, ſed tunc fit quando clarè & formaliter conceditur per verba, quæ ſufficiant ad explicandum animum, & voluntatem diſpenſantis. Tacita contingit, vel quando ſuperior habens poteſtatem diſpēſandi videt ſubditum non obſervare legem, & tacet, cum facilè impedire poſſet; vel quando ex certa ſcientia præcipit, aut concedit ſubdito aliquid quod ſine diſpenſatione fieri, aut valere non poteſt. Tunc enim præſumitur tacitè diſpenſare. Dividitur 2. in diſpēſationem totalem, ſeu puram, & partialem, ſeu mixtam. Prior datur, quando nulla omninò remanet obligatio, ſed tota aufertur, nulla facta commutatione. Poſterior fit dupliciter, 1. quando perſiſtēte eadem materia tollitur pars obligationis, ut ſi quis diſpenſetur ad ordines minores, & nō ad alios. 2. quando licèt auferatur tota obligatio à materia in qua antea erat, remanet tamen in diverſa materia obligatio alia minor per commutationem.

Diſpenſatio legiſlatoris in proprio ſtatuto.

234 Secunda difficultas eſt, Vtrum legiſlator Academicus poſſit in proprijs ſtatutis, quæ nempe ipſe condidit, diſpēſare. Procedit tum de legiſlatore ſupremo, qualis Pontifex, Imperator, & Rex, tum de inferioribus, qui à ſupremis legiſlativam poteſtatem hauſerint: ſive ſint primi legiſlatores, ſive habentes ſimilem, aut eādem poteſtatem, quales ſucceſſores in eadem ſede, & juriſdictione. Cōmuniſſima & indubitata eſt affirmativa ſententia apud Vaſq. diſp. 178. de leg. c. 2. Suar. de leg. lib. 6. c. 14. n. 2. Azor. tom. 1. lib. 5. c. 15. q. 5. Salas diſp. 20. ſec. 3. n. 16. & Bonacin. diſp. 1. q. 2. pun. 5. n. 15. Probatur, nam res per eaſdem cauſas, per quas naſcitur, diſſolui poteſt Cap. omnis 27. q. 2. Cap. omnis res, de reg. juris, in antiquis. de quo Narbona appell. à Vicario ad Epiſc. p. 1. n. 95. & Velaſc. conſ. 130. n. 17. atqui ſtatuta Academica fiūt per legiſlatorem ſuum; ergo ab eodem diſſolui poſſunt, vel in totum, ſi abrogētur, vel in partē reſpectivè ad ſubditos aliquos, ſi diſpenſentur.

Pōtificis poteſtas ad diſpenſandum.

Confirmatur inductione, nam Papa diſpenſare valet in toto jure Canonico ſive à ſe, ſive à prædeceſſoribus, tum in generalibus Concilijs, tum extra illa condito: imò diſpenſare valet in quacunque lege Apoſtolica humana. Quamvis enim Apoſtoli in alijs prærogativis excellentiores fuerint, tamen in poteſtate & juriſdictione Papa non eſt inferior, nec etiam Petro, cujus ſucceſſor eſt. Similiter Archiepiſcopus, & Epiſcopus diſpenſare valent in legibus Synodi diœceſanæ tanquam proprijs, quibus omnem vim contulerunt. Parochi enim ad Synodum confluentes ſunt conſiliarij, non legiſlatores. Non ſic in legibus Synodi provincialis, utpote ſuperioris cuicūq; ex Epiſcopis cōfluētibus. Idem cum proportione affirmandum eſt de Principibus ſecularibus: atque adeo de legiſlatoribus Academicis, ſive Eccleſiaſticis, ſive laicis.

Iuramentum non diſpenſandi.

235 Solet ab authoribus limitari tripliciter poſita ſententia. Limitatur 1. à Sylveſtro v. diſpenſatio q. 13. n. 19. Azorio cit. lib. 5. cap. 15. q. 7. & Sayro to. 1. Theſau. lib. 6. cap. 11. num. 11. ita ut legiſlator diſpenſare poſſit in lege ſua, dummodò non fuerit juramento firmata. Diſplicet Sancio lib. 8. Matrim. diſp. 17 num. 31. & Salas diſp. 20. ſect. 4. num. 42. & meritò, quia juramentum ſemper habet annexam conditionem æquitatis, ac proinde juramentum non diſpenſandi, intelligi debet, niſi cauſa juſta diſpēſationis interveniat. Qua conditione inſuper non admiſſa, adhuc aſſerimus tale juramentum non impedire valorem diſpenſationis, ſed ſolam licitam collationem illius. Limitatur 2. à Sayro de cenſur. lib. 6. cap. 11. num. 11. & Barboſa de poteſt. Epiſcop. alleg. 34. num. 7. ut non poſſit legiſlator inferior diſpenſare in ſuis legibus, quæ fuerunt confirmatæ à ſuperiore: v. g. Epiſcopus in conſtitutionibus, quas ipſe tulit, & poſtea Pontifex confirmavit. Hæc limitatio juxta à nobis tradita num. 230. & 231. vera eſt, quando ſuperior ita confirmat, ut conferat vim obligandi conſtitutionibus, eaſque faciat proprias. Secus, quando non conferat vim obligandi, ſed ſolum approbet legem factam, judicans eſſe laudabilem. Quod ſemper præſumetur, quando lex ante approbationem vim obligandi obtinebat. Limitatur 3. à Sanchez lib. 8. Matrimo. diſp. 17. num. 29. niſi conſtitutio transferit in contractum & commodum alterius, ut v. g. ſi fiat ut forenſes qui venerint ad civitatem, gaudeant immunitate à tributis. Tunc enim non valebit Princeps diſpenſare (inquit Sanchez) niſi cauſa legitima ſupervenerit. Notat tamen & benè Palaus tractat. 3. de legib. diſput. 6. punct. 4. num. 5. hoc non provenire ex eo quòd legiſlator non poſſit diſpenſare in lege propria, ſed quia nequit diſpenſare in lege naturali obligante ad contractum.

236 Tertia difficultas eſt, utrum prælatus inferior ex vi ſui muneris ha-

Diſpenſatio per inferiorem in lege ſuperioris.

beat poteſtatem ordinariam diſpenſandi in legibus ſui ſuperioris, v. g. Epiſcopus in legibus Pontificis? Affirmant Victoria Relect. de poteſt. Eccleſiaſt. n. 8. & Sotus in 4. diſt. 27. q. 1. art. 4. ex D. Antonino 1. p. tit. 17. §. 20. & Covarr. cap. Alma mater 1. par. §. 7. num. 8. Probant 1. ex illo vulgari axiomate, de quo Sanch. lib. 2. Matr. „ diſp. 61. n. 3. Quidquid poteſt Papa in univer- „ ſa Eccleſia, poteſt unuſquiſque Epiſcopus in „ ſua diœceſi, niſi ab ipſo Papa prohibeatur. Cum igitur Papa poſſit diſpenſare in ſuis omnibus legibus ubique, id poteſt Epiſcopus in ſua diœceſi, quando non prohibetur. Probant 2. ex cap. Nuper, de ſent. excom. ubi ſtatuitur, eo ipſo quòd legiſlator ſibi nõ reſervat abſolutionem cenſuræ, eam inferiori concedere; ergo idem de diſpenſatione dicendum eſt. Probant 3. Eodem modo ſe habet diſpenſatio in votis, atque in legibus ſuperioris: imò difficilius videtur diſpenſare in votis utpote attingentibus jus divinum: ſed Epiſcopus diſpenſare poteſt in omnibus votis non reſervatis; ergo etiam in legibus Pontificis. Probant 4. ſi inferior nunquam poſſet diſpenſare in lege ſuperioris, fruſtra ſuperior reſervaret aliquando diſpenſationem legis, quam ſtatuit: ſed reſervat; ergo ſupponit dictam poteſtatem in inferiori. Probant 5. unus ex actibus moraliter neceſſarijs ad gubernationem populi eſt diſpẽſatio legum; ergo cui committitur gubernatio, conſequẽter datur poteſtas diſpẽſandi, niſi ſpecialiter excipiatur.

Inferior nequit diſpenſare in lege ſuperioris.

237 Negativa tamen ſententia, quam defendunt Suar. de leg. lib. 6. cap. 14. n. 4. Salas diſp. 20. ſect. 3. Sanch. lib. 8. Matr. diſp. 5. n. 9. Bonacina diſp. 1. q. 2. punct. 1. n. 27. Baſilius lib. 8. cap. 6. num. 1. & Barboſa 2. par. de poteſt. Epiſ. alleg. 33. n. 18. longè communior & probabilior eſt, ſcilicet non poſſe inferiorem diſpẽſare in legibus ſuperioris, etiam non reſervatis, niſi tantum in caſibus ſibi conceſſis. Sumitur 1. ex Clem. Ne Domini, de elect. & ex cap. cum inferior, de maiorit. & obedient. ubi ſatis exprimitur non poſſe inferiorem jura ſuperioris mutare. Innuitur in cap. dilectus, de tempor. ordin. ubi reprehenditur Epiſcopus quòd eadem die plures ſacros ordines contulerit, non permittẽte jure: aliter potuiſſet reſpondere, ſibi non eſſe ſpecialiter prohibitum, ac proinde diſpenſaſſe. Sumitur 2. ex ratione, quia voluntas inferioris non poteſt impedire voluntatem ſuperioris, ipſique prævalere, cum illi ſubjaceat, & ſubordinetur: ſed impediret, & prævaleret, ſi non conſentiente ſuperiore, in ipſius lege inferior diſpenſaret: ſiquidem voluntas tollendi obligationem prævaleret voluntati obligandi; ergo nulla eſt illa diſpenſatio.

Epiſcopi poteſtas.

238 Vt ſolvamus probationes affirmativæ ſententiæ, ad 1. dicimus poſitũ axioma non eſſe ſimpliciter & abſolutè verum, cùm aſſignentur multa, quæ poteſt Papa pro univerſa Eccleſia, quæ nũquam poterũt Epiſcopi ſaltem eo modo quo Papa, ut approbare religiones, inſtituere cenſuras, canonizare ſanctos, concedere indulgentias abſolutè plenarias pro vivis & defunctis, diſpenſare in matrimonio rato, aut voto ſolemni. Quod ſi ad ſalvandam veritatem axiomatis dicatur aſſignata omnia eſſe prohibita à Papa, ipſique reſervata, dicemus pro illa probatione nobis oppoſita diluenda, legem ſuperioris eo ipſo quòd ſuperioris eſt, ſecum afferre prohibitionem tacitam, & virtualem, ut nullus inferior eam laxare, vel debilitare intendat. Ad 2. conceſſo antecedenti negatur conſeq. & diſparitas eſt inter diſpenſationem & abſolutionem: quia abſolutio non repugnat, neque opponitur juri, imò potius conformatur juri præcipienti ut abſolvatur diſpoſitus, in bonum & ſalutem animæ. Vnde quando non reſervatur, non ſolùm conceditur Epiſcopo, ſed etiam parocho: at diſpenſatio ſemper eſt cõtra jus, quod vulnerat: jus autem ſuperioris frangi nequit ſine ejuſdem conſenſu. Quare ſicut nullo modo affirmari poteſt diſpenſationem legis Pontificiæ non reſervatam concedi etiam parocho cuicunque, quod de illa abſolutione dicitur, ita ab abſolutione ad diſpẽſationem non rectè procedit argumentum.

Ad 3. negatur maior, quia diſpẽſatio in votis eſt quid lõgè diverſũ à diſpẽſatione in lege ſuperioris: nam eſt quædã remiſſio debiti in materia promiſſa Deo, cujus proinde debiti Deus creditor eſt, & ideo nomine Dei illud poſſunt remittere omnes prælati, quoties ſibi interdictum non eſt. Ad 4. dicimus non eſſe fruſtraneam illam reſervationem: quia cum aliquãdo detur generalis conceſſio diſpẽſationis, aptè fit expreſſa reſervatio, ne lex videatur cadere ſub illa generali conceſſione. Ad 5. reſpondemus diſpenſationem eſſe quandoque neceſſariam ad bonum regimen, præcipuè quãdo urget neceſſitas operandi. Vnde tunc poteſt impẽdi ab inferiori prælato, ſi ſuperior adiri nequeat. Quia verò non ſemper datur hujuſmodi neceſſitas, ideo non cẽſetur abſolutè commiſſa inferioribus prælatis facultas diſpenſandi in legibus, ac ſtatutis ſuperioris.

Diſpenſandi poteſtas in ſtatutis Academiæ.

239 Quarta difficultas eſt, quis poſſit diſpenſare, & quomodo in ſtatutis Academiæ? Ex generaliter reſolutis hæc cõtroverſia dirimenda eſt. Et quidem loquendo abſolutè, jure communi ſpectato, omnis legiſlator Academicus, & quicunque illi ſuccedens in pari poteſtate, diſpenſare valet in ſtatutis à ſe cõditis. Patet ex ſupra dictis num. 234. An verò hujuſmodi diſpenſatio data abſque ſufficiẽti & legitima cauſa valeat, & liceat? Reſpõdeo breviter valere, ſed non licere. Prima pars traditur à Covar. 2. par. de mat. cap. 6. §. 9. n. 8. & innumeris, quos ſequendo referunt Suar. lib. 6. de leg.

cap.

Digitized by Google

cap.19.n.6. Sanch. lib.8.Matr.d.17.n.24. Salas de leg.diſp.20.ſect.4. nu.27. & Baſilius de Leon lib.8.Matr.cap.14.nu.7. Ratio eſt, quia tota vis & obligatio legis pendet à voluntate legiſlatoris in fieri & conſervari: atque adeo ceſſabit obligatio quoties legiſlatori libuerit, etiamſi nulla rationabilis cauſa interveniat. Secunda pars communis eſt, & defenditur à S.Thoma 1.2.q.7.a.5. Vaſquio diſp.178. c.3. & 4. Suario citato cap.18.n.4. Salas cit.diſp.20.ſect.5.n.50. & Sanch.lib.8.Matr.d.18.n.3. Sumitur 1.ex authoritate utriuſque juris, nam jus Canonicum Trident.ſeſſ.24.c.5.de matrim.& jus civile l.relegati in fine ff.de pœnis, prohibent ne quis ſine legitima cauſa diſpenſet. Sumitur 2. ex ratione, nam diſpenſans ſine cauſa abutitur poteſtate, & operatur contra officium ſuperioris: facit enim inæqualitatem, & committit vitium acceptionis perſonarum, quæ ſuperioris officio repugnant; ergo peccat. Mortaliter ne, an venialiter ex ſuo genere? Suarez n.9. pugnat pro peccato mortali. Sanchez n.7. & Baſilius n.4. decertant pro veniali. Vtrique probabiliter.

Diſpẽſandi poteſtas in magiſtratu Academico.

240 Quod attinet ad magiſtratus, & prælatos Academicos, qui legiſlatores non ſunt, ſed legiſlatore inferiores, qualis Rector, Cancellarius, ſua ordinaria poteſtate nequeunt in ſtatutis diſpenſare, juxta à nobis tradita n.237. Id enim ſolum in diſpẽſando poterunt, quod eis permiſerit legiſlatoris volũtas tacita, vel expreſſa. Hoc autem conſtabit ex ſpeciali praxi, vel jure cujuſcunque Academiæ. Scimus in ſtatutis Conimbricẽſis pertinere diſpenſationem ad Protectorem, qui eſt Luſitaniæ Rex, ut habetur lib.2. tit.1.n.1. in ſtatutis autem noſtræ Eborenſis, poſſe Rectorem diſpenſare in aliquo caſu particulari cum cauſa juſta, ut exprimitur lib.1. cap.3.nu.5. Illud nobis compertum eſt, diſpenſationem factam per quemcunque inferiorem in lege ſuperioris abſque legitima cauſa, invalidam eſſe. Ita Valent.diſp. 7.q.5.pũc. 9. Vaſq.diſp.178.cap.3.nu.17. Salas de leg.d.20. ſect.4.n.31. Barboſa 2. p. de poteſt. Episc. alleg. 33.n.3. Suar.lib.6.de leg. cap.19.n.1. Thom.Sãch. lib.8.d.17.num.4. & Ioan.Sanch.diſp.54.ſelect. nu.38. Probatur, nam omnis actus, qui excedit poteſtatem operantis eſt nullus: ſed diſpenſans ſine cauſa in lege ſuperioris, excedit poteſtatem, ſeu commiſſionem ſibi datam: ſuperior enim non cenſetur poteſtatem illam concedere, niſi pro diſpenſatione rationabili. Quod procedit (ut benè notat Thom.Sanch.nu.5.) quanvis inferior acceperit plenitudinem poteſtatis à ſuperiori.

Diſpenſationis valor in inferiori diſpenſante.

Dupliciter tamen limitatur ab eodem num.6. & 8. ut ſcilicet valeat diſpenſatio facta ſine legitima cauſa ſecundùm ſe. 1. Quando Commiſſarius eſt merus executor, qualis cenſebitur, quando v. g. in commiſſione exprimuntur nomina eorum, cum quibus diſpenſandum eſt, nulla facta mentione cognitionis cauſæ. 2. Si Commiſſarius bona fide diſpenſavit prudenter judicans cauſam eſſe legitimam. Sic enim præſumitur ſuperior committere poteſtatem: idq; poſtulat bonum regimen ad evitandos ſcrupulos. Quidquid in oppoſitum dicãt Baſilius Põze lib.8.Matr.cap.14.n.8.& Palaus disp.6. pũct.8. §.2.n.5.

Diſpenſatio abſque cauſæ cognitione.

241 Maior dubitatio eſt, an inferior diſpenſet validè in lege ſuperioris abſque ulla causæ cognitione? Negant Azor tom.1.lib.5.cap.15.q.9.& 10. Navar.cap.fin.n.4. de ſimon. Menochius conſi.15.n.15. Barboſa de poteſt. Epiſc.2.p.alleg.33. nu.4. & Palaus diſp.6. pũct.13.n.4. Probant 1. Diſpenſandi poteſtas nõ impẽditur inferiori, niſi ſub ea cõditione, ut ſervetur juris ordo: ſed jus eum ordinem præſcribit diſpẽſaturo, ut cognitio cauſæ præcedat: ſic enim habetur expreſſè in Tridẽt. ſeſſ.25. cap.18. de refor. ergo irrita erit diſpẽſatio nõ præcedẽte cauſæ cognitione. Probãt 2. Inferior nequit diſpẽſare validè in lege ſuperioris abſque cauſa, ut dictum eſt n.240. ſed proinde eſt dispẽſare ſine cognitione causæ, atque dispẽsare ſine causa: ſiquidem causa ignorata reſpectu diſpẽſantis ita ſe habet, ac ſi nõ daretur, ex quo fit ut Suar.lib.6.de voto cap.27.nu.7. doceat invalidam eſſe dispẽsationem in voto absque causæ cognitione, etiam ſi causa ſubſiſtat: propter quod aſſertum Palaus citatus audet eximium Doctorem notare incohærẽtiæ; ergo invalidè dispensabit.

Affirmandum nihilominus eſt cum Suario lib.6.de leg.cap.19.n.6. Ludovico Lopez 1. par. Inſtruct.cap.4. Hoſtiẽſi cap. Cum ad monaſterium nu.32. Salas disp.10.sect.9.nu.79. Sãchez lib.8.Matr. disp.17.nu.11. & Baſilio lib.8.Matr. cap.15.n.18. Probatur, quia hujusmodi dispẽsatio habet quidquid jus requirit ad ipſius valorem: nec apparet jus quod dispensationi præscribat cognitionem causæ tãquam formam actus; ergo valida eſt. Confirmatur à ſimili, quia lex lata ſine cognitione causæ valida eſt, ſi revera à parte rei causa exiſtit; ergo ſimiliter dispensatio.

Cognitio cauſæ ad diſpenſationem.

242 Ad primam probationem adverſariorum reſpõdetur, Tridẽtinum præscribere ibi talem ordinem, non quidem ut formam ſubſtãtialem actus (aliter dispensans ſine cognitione causæ in lege propria invalidè ageret, cùm Tridẽt. ad omnes, & quoscũq; dispensãtes loquatur) sed tãquam inſtructionem, ut quis prudenter, & licitè dispẽset. Sic intelligẽdum eſt cap. Neceſſe, & cap. Dispẽsationis 1. q.7. Ad 2. negatur minor, quia ſi idem eſſet dispẽsare ſine cognitione causæ, & dispẽsare ſine causa, idem procederet in cõdente legem absq; cognitione causæ, & perinde se haberet atque ſi cõderet ſine causa, & lex eſſet invalida, quod nõ admittitur: in eo enim æquiparãtur cõditor

legis, & diſpenſans in lege ſuperioris, quòd utrumque requitat cauſam ad valorem actus. Illud quod afferebatur de voto, interim damus, & aſſignamus diſparitatem, quia cum votum ſit altioris ordinis, ſpectans ad religionem, & divinum cultum, Deus non committit ſuas vices niſi diſpenſaturo fideliter, & prudenter atque adeo cognoſcenti cauſam: ſecus in diſpenſatione legis humanæ, quæ cum ordinetur ad externum regimen, in ejus diſpenſatione potiùs attenditur cauſa in re, quàm interna cognitio illius.

QVÆSTIO III.

Qualiter deſinant ſtatuta Academica partiali, vel totali revocatione?

Revocatio ſtatuti quid ſit, & quotuplex.

243 HÆc quæſtio continet ſub ſe multiplicem difficultatem à nobis ſeorſim expediendam. Prima difficultas eſt, quid ſit revocatio ſtatuti partialis, & totalis, & quomodo differat ab irritatione, & diſpenſatione? Revocatio partialis, quæ alio nomine appellatur derogatio, eſt ablatio perpetua legis vel ſtatuti quoad partem. Rovocatio totalis, quæ alio nomine dicitur abrogatio, eſt ablatio perpetua legis, vel ſtatuti quoad totum. Sumitur ex l. derogatur ff. de verb. ſignif. Cum igitur derogatio ſe habeat ad abrogationem, ut pars ad totum, & eadem fere doctrina de utraque procedat, quidquid de abrogatione dictum fuerit, derogationi applicandum volumus, & vice verſa. Differt revocatio tam partialis, quàm totalis à diſpenſatione, quia revocare eſt tollere perpetuò obligationem legis, ſive in partem derogando, ſive in totum abrogãdo: diſpenſare eſt aliquem eximere à lege obligante. Præterea differt ab irritatione, quia irritare eſt impedire legem ne robur obligandi cõparet: quod evenit quando Princeps non confirmat legem ab alijs factam, & confirmatione indigẽtem: abrogare eſt legem, poſtquam comparavit vim obligandi, omninò tollere: derogare eſt tollere in partem.

Irritatio quid.

Derogationis auctor qui.

244 Secunda difficultas eſt, quiſnam poſſit revocare legem, vel ſtatutum, ſive derogatione, ſive abrogatione? Dico 1. Cõditor legis, vel ſtatuti, eique ſuccedẽs in æquali poteſtate, legem revocare poteſt tam derogatione, quàm abrogatione. Eſt reſolutio manifeſta ex illo celebri axiomate. „Res omnis per „quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem „diſſoluitur. Cap. omnis 27. q. 2. de quo Valaſc. cons. 130. n. 17. Et ideo eandem ſolemnitatem poſtulari in revocatione actus, quæ requiritur in ipſius confectione, tenent Caldas Pereyra de poteſt. elig. cap. 7. nu. 13. & Duen. regul. 187. ver. 18. quod axioma militat præcipuè in lege quæ à ſua cauſa efficiente, nempe ſuo conditore pendet in fieri, ac conſervari. Dico 2. Superior poteſt revocare legem inferioris, v. g. Papa legem Epiſcopi. Patet, nam ſuperior habet majorem juriſdictionem, & univerſaliorem pro loco, & ſubditis prælato, vel Principi inferiori ſubjectis. Dico 3. Inferior nõ poteſt revocare legem ſuperioris, v. g. Epiſcopus legem Papæ. Habetur in cap. Cum inferior, de maior. & obed. Et ratio manifeſta eſt, quia poteſtas ſuperior nõ ſubditur inferiori. Si enim inferior diſpenſat in legibus ſuperioris, in hoc tantum poteſt, quantum ei à ſuperiori cõceſſum eſt: & quidem expedit ut concedatur, non verò ut concedatur poteſtas revocandi. Quia communi uſui magis neceſſaria & frequens eſſe ſolet diſpenſatio, quàm abrogatio, vel derogatio. Hæc triplex reſolutio facilè applicatur revocationi ſtatutorum cujuſcunque Academiæ. Quod attinet ad Luſitanas, pertinere revocationem ſtatutorum in Conimbricenſi ad ſolum Protectorem, habetur in lib. 2. tit. 1. num. 1. ſtatut. ſpectare revocationem ſtatutorum in Eborẽſi ad Generalem Societatis Ieſu, cõſtat ex traditis ſupra disp. 1. q. 3.

Statuti jurati revocatio.

245 Tertia difficultas eſt, quando poſſit, ac cenſeatur Academia, imò quæcunque Vniverſitas, ſtatutum juratum à ſe factum revocare? Supponendum eſt dupliciter poſſe Academicas perſonas jurare aliquod ſtatutum, 1. quando jurant prout ſingulares perſonæ: & tunc fit, quando ſingulæ jurant id quod per ipſas ſingulares ſeorſum implendum eſt, v. g. quòd nemo niſi adſcriptus in matricula ſuffragium ferret. 2. Quando jurant non ut ſingulares perſonæ, ſed ut quædam Vniverſitas, & tũc fit, quando jurant quod implendum eſt, nõ per ſingulas ſeorſim, ſed per omnes collegialiter, & per modum Vniverſitatis acceptas: ut ſi jurent nullum eſſe admittendum, vel dimittẽdũ, niſi omnes conveniant, ac ſuffragentur: tunc enim hoc juramentum ſolum poteſt impleri per omnes, quà efficiunt univerſitatem. Hoc poſito. Dico 1. Quando ſtatutum priori modo juratum eſt, ita ut à ſingulis perſonis acceptis ſigillatim impleri debeat, Academia accepta per modum Vniverſitatis illud poteſt revocare, & ſic revocatione poſita extinguetur illius obligatio. Ita Sylveſter v. juramentum 4. quæſt. 2. diſt. 3. Abbas in cap. dilecto n. 19. de præbend. Angelus v. juramentum 5. num. 39. Tabiena v. jurare q. 36. & alij quos referunt, ac ſequuntur Gutier. de juram. 1. p. cap. 38. num. 16. & Sanch. tom. 1. Decal. lib. 3. c. 15. nu. 4. Probatur, quia ſtatutum illud tandiu obligabit, quandiu ſteterit, & ſolum obligabit juramentum ſtante ſtatuto, cui annexum, ſeu potius innixum eſt: juramentũ

enim

enim non variat naturam ſtatuti de ſe revocabilis, cum ſit de illius obſervatione, & non de ipſius non revocatione: atqui revocatio ſtatuti eſt actus de ſe licitus, & quanvis excedat poteſtatem uniuſcujuſque perſonæ ſingulariter ſumptæ, tamen non excedit poteſtatem omnium, quà accipiuntur per modum univerſitatis, ergo ab his ſic acceptis dari poteſt ſtatuti revocatio, & conſequenter juramenti extinctio. Notat vero Gutierrez citatus, ſi juramentum eſſet de non revocando tali ſtatuto, non poſſe abſque perjurio revocari etiam ab Academia, ut univerſitas eſt, niſi illius cauſa finalis deficeret.

Iuratum ſtatutum an poſſit revocari.

246 Dico 2. Quando ſtatutum poſteriori modo juratum eſt, quia ſcilicet Academia per modum Vniverſitatis illud implendum juravit, nequit Academia, etiam ut univerſitas eſt, illud revocare. Ita Covar. de pactis 2.p.§.2.n.5. Angelus v. Iuramentum 5.nu. 39. Abbas in cap. Dilecto n.19. Sylveſt. v. Iuramentum 4.q.2.diſt.3. Tabiena v. jurare q.36. Sánch. lib.3. Decal.cap.15.nu.5. & Fagundez lib.2. cap.24. n.4. in 2. præcepto Decalogi. Sumitur ex cap. Dilecto filio, de præben. & dignit. ibi,
„ Niſi forte ſtatutum aliquod obviaret, quod
„ eſſet juramento firmatum, hujuſmodi clau-
„ ſula prohibitionis adjecta, ut ſi quicquam
„ contra id fieret, non valeret. Probatur ratione, nam quando perſonæ Academicæ per modum Vniverſitatis ſtatutum jurant, ſibi adimũt poteſtatem contrarium agendi, & ſtatuto illi quomodolibet contraveniendi: ſed nihil magis contrarium eſt ſtatuto, nihilque magis illi contravenit, quam revocatio; ergo tale ſtatutum ſic juratum ab Academia revocari nequit. Addit Fagund. citatus opus non eſſe, ut exprimatur in tali juramento clauſula prohibitionis,
„ Vt ſi quicquam contra factum ſit, nõ valeat. Quia implicitè continetur in juramento. Mihi tamen videtur oppoſitum. Quia nemo cenſetur ſe abdicare poteſtate ad agendum validè, niſi id exprimat: in dubio enim ſolum cenſebitur privatus poteſtate ad agendum licitè. Nam qui jurat ſe non initurum contractum, ſi poſtea ineat, validè operabitur, quanvis non licitè. Vnde ſi Academia juret ſe non revocaturam ſtatutum à ſe factum, nihil aliud exprimendo, & poſtea revocet, valida erit revocatio, ſed illicita. Vt enim invalida foret, debuit Academia ſibi adimere poteſtatem per dictam clauſulam appoſitam. Erit autem talis revocatio etiam licita, ſi cedat in bonum publicum: quia ſemper hic caſus videtur exceptus in tali juramento. Quare noſtra reſolutio ſic intelligitur, ut ſi Academia juret ſtatutum, & poſtea revocet, quin hoc cedat in bonum publicum, talis revocatio ſit illicita: ſi juret, addita clauſula, ut contra factum non valeat, & poſtea revocet, talis revocatio ſit invalida. Semper tamen Papa ad eorum inſtantiã poterit ex cauſa revocare illud ſtatutum, quin obſtet clauſula (ut quicquam contra geſtum fuerit, non valeat.) Quia talis clauſula nequit aliquid imminuere de juriſdictione Sũmi Pontificis.

Statuti confirmaſi revocatio.

247 Quarta difficultas eſt, Vtrum ſtatuta cujuſcũque Academiæ cenſeãtur revocata per clauſulam generalem (Non obſtantibus ſtatutis) ſi dicta illa ſtatuta fuerunt confirmata à Summo Pontifice, Imperatore, Rege, vel alio Principe ſupremo? Satis communis, & vera eſt negativa ſententia, quam defendunt graves Iuriſtæ, Ludovicus Romanus in l. ſi vero §. de viro n.45. referẽs Ioannem Monachum, & Bertachinum tit. de clauſulis Reſcrip. verſ.49. citans Imolam, & Felinum in c. conſtitutus n. 21. ad fin. de reſcriptis, & c. nonnulli n. 10. Ioan. Bolognetus conſ.1.n.174. Menochius conſ.1007.n.79. Pariſ. lib.11. Surdus conſ. 262. n.69. Anaſtaſius Germonius de indultis Cardi. §. Etiam ex eo n.26. Brunorus in Compend. reſolutorio §. clauſula non obſtantibus. Barboſa clauſ.84.nu.1. Butrius, Ruynus, Celſus, Hugo, & alij relati à prædictis.

Probatur 1. poſita ſententia ex alia ſimili, quòd clauſula generalis revocatoria non habet efficaciam ad revocandum pacta confirmata, ſi de his non fiat expreſſa mentio. Ita Gloſ. ad Clemen. Dudum §. Nos etenim v. Pacta, de ſepulturis, ubi citat Ioan. Menochium, Ancharranum n.4. ibid. Alex. de Imola conſ.30. Ioan. de Imola vol.5. cõſ.122.n.6. Iaſon conſ.105.nu.1. & Petrus de Ravenna in Alphabeto aureo utriuſque juris lit. C. fol.16. Probatur 2. ex alia ſimili doctrina, quam tenet Surdus citatus referens Alexãd. & Nattam, ſcilicet immunitatem confirmatam à Principe, nõ revocari, niſi in revocatione fiat illius expreſſa mentio. Probatur 3. quia cõfirmatum non comprehẽditur generali revocatione privilegiorum, ut tenet Flavius Cherubinus in compend. Bullarij tom.1. ſuper Bullam 9. Innocentij VIII. ſchol. 1. ex quadam deciſione Rotæ, quam citat, & ſuper Bullam 3. Iulij III. ergo ſimiliter ſtatutum cõfirmatum nõ cõtinebitur in generali revocatione ſtatutorũ. Probatur 4. ex doctrina Stephani Gratiani diſcept. foren. cap.212.n.36. aſſerentis per revocationem generalem cõſuetudinum, quam ponit Tridẽtinum ſeſſ.7. cap.8. de reform. nõ revocari cõſuetudinem cõfirmatam: cum autem cõſuetudo legitimè præſcripta ſit lex, ſeu ſtatutum nõ ſcriptum, idem videtur aſſerẽdum de ſtatuto cõfirmato, ne ſcilicet cadat ſub generalem revocationem. Confirmatur denique poſita ſentẽtia ex ſtylo, qui obſervatur in clauſulis derogatorijs: in his enim frequentiſſimè Pontifices ſolent facere mentionem de ſtatutis cõfirmatis, & innovatis, v.g. ſic: (Non obſtantibus ſtatutis, etiam confirmatis, & innovatis.) Signum eſt ergo quòd ſi non fiat talis mentio, ſtatuta confirmata non revocantur.

248. Quin-

Revocatio ſtatutorum Eborenſis Academiæ.

248 Quinta difficultas eſt, utrum ſtatuta Academiæ Eborenſis, quæ ſunt in materia laica, ſeu concernente juriſdictionem laicam pendente à Rege, circa ejus miniſtros, cenſeantur revocari ab ipſo Rege per clauſiſlam revocatoriam ſimplicem? Præſupponendum eſt Sebaſtianum Luſitaniæ Regem quodam ſuo Epiſtolari diplomate, quo anno Domini 1567. ampliſſimè confirmavit, & approbavit ſtatuta Eborenſis Academiæ ſibi attinentia, poſuiſſe hanc clauſulam ſequentibus verbis: E tudo aſſi conteudo nos ditos „ eſtatutos, quero, & mando que ſe cumpra „ na maneira, que dito he, poſto que alguma, „ ou algumas das ditas couſas, ou todas ellas „ requereſſem particular proviſaõ, & dero„ gação. E iſto ſem embargo de quaeſquer „ Leys, Ordenaçoens, coſtumes, Proviſoens „ minhas, & Eſtatutos, Capitulos de Cortes, „ Poſturas de Camaras, feitas, & por fazer, „ que ſejão em contrario dos ditos Eſtatutos: „ porque quero, & mando, que contra elles „ não tenhão força, nem vigor algum, ſe ex„ preſſamente ſe não fizer menção deſta mi„ nha carta, & do que em particular ſe qui„ zer derogar della, & dos Eſtatutos, ſem „ embargo da Ordenação livro 2. titulo 49. „ onde diſpoẽ, que ſe não entenda ſer dero„ gada por mim Ordenação alguma, ſe da „ ſuſtancia della não fizer expreſſa menção. Ex hac ampliſſima clauſula derogatoria cujuſcunque in contrarium, quam Sereniſſimus Rex poſuit in Epiſtola confirmatoria ſtatutorum Eborenſis Academiæ ſatis conſtat illius ſtatuta non poſſe tolli per ſimplicem revocationem.

Derogatoria clauſula ſimplex.

249 Probatur ex communiſſima & certiſſima doctrina Theologorum & Iuriſtarum aſſerentium neque leges, canones, ſtatuta, conſtitutiones, vel conſuetudines poſſe revocari ſimplici clauſula generali derogatoria, v. g. Non obſtantibus legibus, conſtitutionibus, ſtatutis, ſi habeant clauſulam, quòd non revocentur, niſi in revocatione fiat eorum expreſſa mentio verbis formalibus, aut æquipollentibus. Ita Felinus in cap. Nonnulli num. 9. de reſcriptis, ubi citat Ioannem Andream, Salycetum, Panium, Caſtrenſem, & Panormitanum: ita etiam Sanchez tom. 2. Opuſcul. moral. lib. 6. cap. 9. dubit. 8. num. 1. Suarez de legib. lib. 8. cap. 38. num. 2. Salas de legib. diſput. 17. ſect. 14. num. 71. Miranda in Manual. prælat. regul. tom. 2. diſput. 43. art. 2. concluſ. 4. ad finem. Marta de Clauſulis 1. part. clauſul. 77. num. 11. ubi citat quandam deciſionem Rotæ, Moneta de commut. ultim. volun. cap. 7. quæſt. 3. num. 176. Layman. lib. 1. tractat. 4. cap. 23. num. 26. Baſilius de Leon lib. 8. Matrimon. cap. 19. §. 2. num. 16. Tannerus tom. 2. diſput 5. quæſt. 7. dubit. 3. num. 42. Bonacina tom. 2. de legib. diſput. 1. quæſt. 3. punct. 3. §. 3. num. 11. Auguſtinus Barboſa tractat. de Clauſul. clauſul. 82. num. 13. Palaus 1. part. tractat, 3. diſput. 4. punct. 21. §. 4. numero 4. Baldellus Theolog. moral. lib. 5. diſp. 53. num. 11. §. Et hæc, Geminianus, Ruynus, Cephalus, Mantica, & alij plurimi, quos relati citant. Hanc reſolutionem præcipuè ſumunt ex cap. Nonnulli, & cap. penult. de capellis Monachorum, & capit. 1. de exceſſ. prælat. in 6.

Confirmatur ex eadem doctrina, quam ſpecialiter in derogatione ſimplici ac generali teſtamentorum applicant, & ex l. Si quis ff. de legat. 3. ſumunt Cynus, Dinus, Archidiaconus, Duraote, Bartholus, Federicus de Sena, Raynerius, Baldus, Salycetus, quos refert, ac ſequitur Alexand. de Imola conſil. 7. à num. 4. volum. 4. Aſtenſis in Summa lib. [illegible] titul. 29. art. 4. ad finem. S. Antonin. 3. part. titul. 10. cap. 3. init. Angelus verbo Teſtamentum §. 11. verſ. ſecundus eodem v. 1. quæſt. 12. Tabiena ibidem §. 10. Armilla ibidem §. 12. Covarr. 2. part. rubricæ de Teſtament. num. 19. §. Quartum, Anton. Gomez in leg. 3. Tauri num. 94. Molina tom. 1. juſtit. tractat. 2. diſput. 153. §. Alio modo, Vaſq. de teſtament. cap. 2. dub. 2. num. 10. Cum igitur Eborenſis Academiæ ſtatuta roborata ſint ea ampliſſima clauſula, in qua præcipuè continetur, ut nunquam revocata cenſeantur, niſi eorum ſpecialiter mentio fiat, ſatis perſpicuum manet, ſimplici ac generali revocatione non tolli.

LIBER

LIBER III.

DE PRIVILEGIIS, ET PRIVILEGIATIS Academiæ.

250 CONSONVM, ac proximum eſt, ut qui hactenus toto libro ſecundo expoſuimus Academicas leges, ſeu ſtatuta, in hoc libro tertio ſubnectamus privilegia, quæ tantam cum legibus connexionem habent, ut à nonnullis appellentur leges privatæ ac favorabiles, & quidem maiori ex parte exceptiones legum ſunt. Complectetur liber quatuor diſputationes. Prima erit de eſſentia, effectione, & deſitione privilegiorum. Secunda de eorum qualitate, & excellentia. Tertia de privilegiatis, conditionibus, & obligationibus privilegiatorum. Quarta de nonnullis Academiæ privilegijs in ſpecie.

DISPVTATIO I.

De eſſentia, effectione, & deſitione privilegiorum Academiæ.

POſtulat optima ſcribendi, ac docendi methodus, ut ante omnia declaretur quidditas, & natura illius rei, quæ ita proponitur tractanda, ut circa ipſam, & ipſius proprietates præcipuus, vel omnis tractationis labor verſari debeat. Cum igitur tertius hic liber inſtituatur de privilegijs Academiæ, prævia diſputatio aptè diſcutiet illorum eſſentiam, & naturam, quæ expeditis cauſis illorum effectionis, & deſitionis optimè innoteſcet.

QUÆSTIO I.

Quid ſit privilegium, & quotuplex, & an convenienter Academijs conferatur?

Privilegij nomē, & definitio.

251 COntinet tres difficultates propoſita quæſtio. Prima difficultas eſt, quid ſit privilegium? Privilegium nuncupatur multipliciter, nempe ſpecialis facultas, prærogativa, exemptio, indulgētia, beneficium, gratia, ſed præcipuè lex favorabilis: quia (ut rectè docent Vaſq. diſp. 111. num. 19. Suar. lib. 8. cap. 6. nu. 6. & Salas diſp. 17. ſect. 1.) privilegium, ut tale ſit, debet per ſe primo & directè concedere beneficium & favorem. Quare licèt nonnullæ leges pænales latæ fuerint in beneficium, & defenſionem aliquarum perſonarum, v.g. Eccleſiaſticæ immunitatis, tamen non ſortiuntur veram rationem privilegij, quia per ſe primo non concedunt favorem, ſed imponunt pænam, & intendunt punitionem delinquentium, à qua reſultat favor aliorum veluti per accidens. Ex doctrina igitur Iſidori relati in cap. Privilegia diſt. 3. definitur in hunc modum: Eſt lex privata aliquid ſpeciale concedens. Dicitur (lex) non quia omne privilegium veram legis rationem habeat: quanvis enim privilegium perpetuum vera lex ſit, imponens obligationem alijs, ne uſum privilegij impediant, tamen temporale ex defectu perpetuitatis vera lex non eſt, ſed quandiu durat inſtat legis obſervari debet. Dicitur (privata) ratione ſubjecti, in quo reperitur: quia regulariter conceditur perſonæ privatæ, & licèt aliquando cōcedatur communitati, v.g. Academiæ, civitati, ei conceditur tanquam parti maioris communitatis, quæ lege communi obſtringebatur. Additur (aliquid ſpeciale concedens) quia aliter privilegium foret inutile, cum nihil operaretur. Vnde privilegium conceſſum Epiſcopo ut teſtari poſſit, non intelligitur de patrimonialibus bonis, ſed de acquiſitis ratione Eccleſiæ: quia de patrimonialibus jure communi teſtari poterat.

Privilegium differt a gratia, reſcripto, diſpenſatione, & lege.

252 Ex quibus obſervabis cum Suario de leg. lib. 8. cap. 2. n. 7. & Palao tract. 3. diſp. 4. p. 1. nu. 5. diſcrimina inter privilegium & res alias, quibus affine eſt. Nam diſtinguitur

guitur à gratia & beneficio, quia licèr omne privilegium ſit gratia & beneficiũ Principis,nõ è contra omnis gratia & beneficium eſt privilegium : quia abſolutio ab aliqua inhabilitate eſt gratia & beneficium,non verò privilegium, utpote data tranſeunter. Deinde differt à reſcripto:quia hoc ſi eſt datum,ut jus alicui ſervetur,continet juſtitiam, privilegium verò ſemper eſt gratia : ſi eſt reſcriptum gratiæ, ſæpè cõceditur pro unico actu,ut patet in reſcriptis diſpenſationum, & ijs quibus beneficia,dignitates,& officia conferuntur : privilegium verò non eſt niſi ad plures actus. Diſtinguitur à diſpenſatione,quia latiùs patet quàm diſpenſatio: nam hæc ſemper eſt in aliqua lege, ſeu obligatione,atque adeo contra jus : deinde conceditur ad unum actum , ideoque non permanet per modum legis , ſed tranſit inſtar præcepti: privilegium verò & aliquando non eſt contra jus, ſed præter jus, & ſemper permanet ſaltem per aliquod tempus ad multos actus. Tandem diſtinguitur à lege rigoroſa, quia hæc ſemper reſpicit bonum commune & publicum , ſemper obligat ad ſui obſervantiam eos in quos dirigitur,& aliquando pœnam imponit: privilegium verò reſpicit bonum ſpeciale, à legis obſervatione ſæpè excipit privilegiarium , qui non ſemper obligatur ad utendum ipſo privilegio.

Privilegium quotuplex.

253 Secunda difficultas eſt,quotuplex ſit privilegium, & quotupliciter dividatur? Huic difficultati fiet ſatis expoſita multiplici privilegiorum diviſione, quæ habetur 1. in perpetuum, & temporale : perpetuum eſt quod de ſe ſemper durare poteſt,niſi à Principe revocetur : cum concedatur abſque temporis determinatione rei de ſe perpetuæ,ut monaſterio, Academiæ, dignitati, familiæ. Temporale eſt quod de ſe finito tempore terminatur , ſive ex parte conceſſionis , quia conceditur ad vitam,vel beneplacitum, vel pro tempore definito. 2. in gratioſum,quod confertur gratis,abſque ullo reſpectu ad merita,& remuneratoriũ, quod conceditur tanquam præmium meritorum. 3. in perſonale & reale : illud confertur ſoli perſonæ , & ideo ſemper temporale eſt, quia cum perſona extinguitur. Reale eſt quod conceditur rei, & durat toto tempore, quo res durat. 4. in affirmativum,quod impendit facultatem ad aliquid faciendum , & negativum, quod concedit facultatem ad aliquid omittendum. 5. in favorabile & odioſum:illud eſt quod ita alicui favet, ut nemini noceat , etiam ſi juri communi deroget. Odioſum eſt quod ita privilegiatio favet,ut noceat alteri : tale eſt privilegium non ſoluendi decimas. 6. in conventionale & purum. Illud eſt quod ex pacto, & conventione impenditur: purum eſt quod caret omni pacto,& conventione. 7. in ſcriptum & non ſcriptum : illud eſt quod conceditur in ſcriptis:hoc quod conceditur verbaliter, & dicitur Vivæ vocis oraculum.

Privilegia ſunt neceſſaria in Republicam.

254 Tertia difficultas eſt,an privilegia convenienter Academijs conferantur? Quanvis Reſpublica ſine legibus, quibus tanquam moralibus vinculis coercentur homines, aptè adminiſtrari, diuque conſervari nequeat,& privilegia ſint quædam legum relaxationes, & exemptiones, tamen ſingulari jure propter utilitatem publicam,in favorem perſonarum & rerum fuere introducta,quæ alioquin communi regula cæteris denegantur. Nõ enim (inquit Petrus Gregor. lib.18.de Repub. cap.7. n.1.) tanta inter homines & res ſocietatis publicæ ſervatur æqualitas, ut pari modo omnia ſingulis arithmetica proportione conferri debeant. Cum igitur merita ut plurimùm in hominibus ſint inæqualia, valdè diſſonum foret, quòd omnes æquali legum ſeveritate devincirentur. Hinc eſt quòd generalibus ſtudijs , eorum perſonis tam docentibus, quàm diſcentibus, locis, rebuſque illorum ſoleant à Principibus conferri privilegia, & immunitates, quæ reliquis non tribuuntur. Quanto autem jure viri qui ſapientiam in Academijs colũt , à communibus legibus excipiantur, ſingularique præ cæteris honore condecorentur,planè intelliget qui viderit neceſſitatem, utilitatem, & excellẽtiam Academiæ,ſeu Reipublicæ litterariæ, quas ſupra lib.1.diſp.3.& 4.latè inculcavimus.

Privilegia ſunt neceſſaria Academijs.

255 Iuvat modò pauca ſeorſum attingere , quæ ex utroque jure tradunt conſentienti calamo ſcriptores, ut probent cõvenienter & utiliter impendi favores & privilegia tam Academijs,quàm ipſarum cultoribus. Hoc præſertim interpretes proſequuntur ad l. quicquid animi C.de advocatis diverſ. judiciorum, ubi Theodoſ.& Valentin. CC.multa privilegia rogaris, reverentia ſtudiorum à Principibus fuiſſe elargita teſtantur , quæ ſervari decernunt. Et quidem multam favoris cauſam in ſe continent tum facultates ipſæ, quas Academia profitetur , tum ſtudioſi, qui facultatibus ipſis ſtrenuam gnavant operam. Digna imprimis eſt ſcientiarum omnium regina Theologia, quæ privilegijs,& prærogativis maximis honoretur: deinde Iuriſprudentia , quæ æquum ab iniquo ſeparat , omnemque juſtitiam, & rectitudinem hominibus ſciendam, & amplectendam exponit. l. juſtitia ff.de juſt. & jure, tãdem reliquæ omnes diſciplinæ, quæ ſuæ reginæ Theologiæ ſubſerviunt,& pro fine ultimato nõ tam hujus , quàm æternæ vitæ felicitatem vendicant.

Quid cultores ſcientiarum, & ſtudiorum generalium alumni ? Ex Authen. Habita C.ne filius pro patre , ſatis manifeſtum eſt ob quas rationes Imperator Fredericus velit eos privilegijs, & immunitatibus perfrui , favoribus & honoribus cumulati . Imprimis quia cauſa ſtudiorum

„ diorum ſæpè peregrinatur: Quis enim illo-
„ rum (inquit Imperator) non miſereatur, qui
„ amore ſcientiæ exules facti, de divitibus pau-
„ peres, ſemetipſos exaniunt, vitam ſuam mul-
„ tis periculis exponunt, & à viliſſimis ſæpè ho-
„ minibus, quod graviter ferendum eſt, cor-
„ porales injurias ſine cauſa perferunt. Quod verò peregrini digni ſint favore ac privilegio ſpeciali, clamant divinæ, humanæque leges, ut habetur cap. 2. de treuga & pace. cap. ſi quis Romipetas 24. quæſt. 3. Authent. Omnes peregrini, & ibi interpretes Cap. communia, de ſucceſſion. Quia (ut dicebat Plato lib. 5. de legib.) ex eo quòd amicis, cognatiſque careant, majorẽ apud Deum & homines merẽtur miſericordiã. Vnde affirmabat Pythagoras vitum juſtũ peregrinum, nõ cive, ſed etiam cognato maioris faciẽdum eſſe. Quãvis enim ſcholaſtici, qui ſtudiorum cauſa à loco originis, & domicilij abſũnt, gaudeãt commodis, & privilegijs eorũ qui præſentes ſunt, ut ſumitur ex l. quæſitum ff. de leg. 3. l. Seræ §. Pamphilæ, ff. de fundo Inſtruct. Cap. tuæ, & cap. relatum, de cleric. non reſid. Clement. unica §. cæterum, de ſtatu Monach. Cap. cum ex eo, de elect. in 6. hoc non tollit quòd loco peregrinorum haberi, eorumq; privilegijs frui debeant. *Peregrini ſcholaſtici.*

256 Accedit (inquit Tholoſanus lib. 18. de Rep. cap. 7. n. 4.) dura à parẽtibus ſtudiorum cauſa ſeparatio l. 1. Cod. qui ætate & profeſſione ſe excuſant lib. 10. ab amicis & conſanguineis abſentia, chariſſimæ patriæ relictæ temporale exilium, inter homines ignotos cõverſatio, ut ſi in morbum inciderint, nullum fere habeant, cui ſe poſſint tutò committere. Si clade aliqua afficiantur, ſi viatici jacturam ſubeant, ſi iter agentes incidant in latrones, ſpolientur, aut vulnerentur, nullum vel rarò inveniant aliquem, qui opem ferre velit: & in ſumma, omnes experiuntur calamitates, quas incogniti, & allienigenæ pati ſolent. Ad hæc, quando in Academia verſantur, quos in addiſcendis & docendis litteris labores perferunt! Quas noctes inſomnes ducunt, aſſiduis lucubrationibus, dum libris incubant, confecti? qua meditatione animi in perſcrutandis difficillimis quæſtionibus agitantur! Quanto per æſtatem caloris fervore cremantur, quanto per hyemem frigoris rigore algeſcunt! Meminit Horatius in Poet. de hujuſmodi incommodis, quæ ſcholaſticus experitur: *Labores ſcholaſticorum.*

Multa tulit, fecitq; puer, ſudavit, & alſit.

Certè in gymnaſio frequentia, & in ſtudio aſſiduitas plurimos generant morbos, qui cum prædicta laborum catennata ſerie miſerrimos ſcholaſticos frangunt, debilitant, conſumunt. Quæ omnia cum in ſcholis ſuſtineantur ad finem utilitatis publicæ, ut ſumitur ex cap. de quibuſdam, ubi Gloſ. & Archidiac. 37. diſtinct. cap. 2. de privileg. in 6. cap. fin. de magiſtris; & cap. licet, de præben. manifeſtum relinquitur, rationi conſonum eſſe, quòd tam ſcholæ, quàm ſcholaſtici à communi hominum aliorum lege excipiantur, gratijſque prærogativis, & privilegijs, ornentur.

QUÆSTIO II.

Quænam ſit cauſa efficiens, & finalis privilegiorum Academiæ?

257 CVm proxima quæſtione privilegiorumeſſentiam, & convenientiam diſcuſſerimus, pro utriuſque maiori explicatione ſequitur, ut illorum cauſas exploremus incipientes à duabus præcipuis, effectiva, & finali, quæ inter reliquas primatum tenent, altera executionis, altera intentionis. Quod attinet ad efficientem in ordine ad privilegium communiſſimè acceptum, generalis regula, & communis ſententia eſt, quam tenent Molpheſius tract. 9. cap. 12. Abor 1. p. lib. 5. cap. 22. Salas diſput. 17. ſect. 3. Suar. lib. 8. de legib. cap. 8. num. 2. & Bonacina diſput. 1. quæſt. 3. punct. 3. num. 1. omnem, & ſolum legiſlatorem poſſe privilegium cõcedere. Patet, quia omne privilegium vel eſt diſpenſativum, concedens aliquid contra legem, quæ proinde minuatur quoad partem, vel eſt merè conceſſivum, ſcilicet impendens aliquid præter legem: atqui poteſtas legiſlativa requiritur omninò ad diſpenſativum, ſeu derogativum, quia nullus alius præter legiſlatorem, aut eo ſuperiorem poteſt authoritate propria in lege diſpẽſare, vel ei derogare: deinde requiritur ad privilegium merè conceſſivũ, quia hoc eſt etiam lex obligans alios ad obſervantiam privilegij: ergo hujus cauſa efficiẽs ſolus legiſlator, aut ejus vel ſucceſſor, vel ſuperior eſſe poteſt. *Privilegij cauſa efficient.*

Ex dictis colligitur 1. Suar. citatus à num. 7. poſſe Papam in ſpiritualibus directè ubique & omnibus fidelibus privilegia concedere: in temporalibus verò ſolum directè pro ſuo temporali territorio, indirectè, ſeu quantum opus fuerit ad ſpirituale bonum Eccleſiæ, pro omnibus territorijs. Colligit 2. omnes Principes ſupremos, ſive Imperatores, ſive Reges, ſive alios poſſe in ſua materia privilegia conferre, eo modo quo leges condere. Colligit 3. Epiſcopos, & omnes prælatos Eccleſiæ Epiſcopo ſuperiores, poſſe reſpectivè, & proportionaliter concedere privilegia. Siquidem poſſunt leges ferre.

258 Oppones, Quilibet dynaſta in ſuo dominatu poteſt concedere ſuis

H clien-

Digitized by Google

guitur à gratia & beneficio, quia licèt omne privilegium ſit gratia & beneficiũ Principis, nõ è contra omnis gratia & beneficium eſt privilegium: quia abſolutio ab aliqua inhabilitate eſt gratia & beneficium, non verò privilegium, utpote data tranſeunter. Deinde differt à reſcripto: quia hoc ſi eſt datum, ut jus alicui ſervetur, continet juſtitiam, privilegium verò ſemper eſt gratia: ſi eſt reſcriptum gratiæ, ſæpè cõceditur pro unico actu, ut patet in reſcriptis diſpenſationum, & ijs quibus beneficia, dignitates, & officia conferuntur; privilegium verò non eſt niſi ad plures actus. Diſtinguitur à diſpenſatione, quia latiùs patet quàm diſpenſatio: nam hæc ſemper eſt in aliqua lege, ſeu obligatione, atque adeo contra jus: deinde conceditur ad unum actum, ideoque non permanet per modum legis, ſed tranſit inſtar præcepti: privilegium verò & aliquando non eſt contra jus, ſed præter jus, & ſemper permanet ſaltem per aliquod tempus ad multos actus. Tandem diſtinguitur à lege rigoroſa, quia hæc ſemper reſpicit bonum commune & publicum, ſemper obligat ad ſui obſervantiam eos in quos dirigitur, & aliquando pœnam imponit: privilegium verò reſpicit bonum ſpeciale, à legis obſervatione ſæpè excipit privilegiarium, qui non ſemper obligatur ad utendum ipſo privilegio.

Privilegium quotuplex.

253 Secunda difficultas eſt, quotuplex ſit privilegium, & quotupliciter dividatur? Huic difficultati fiet ſatis expoſita multiplici privilegiorum diviſione, quæ habetur 1. in perpetuum, & temporale: perpetuum eſt quod de ſe ſemper durare poteſt, niſi à Principe revocetur: cum concedatur abſque temporis determinatione rei de ſe perpetuæ, ut monaſterio, Academiæ, dignitati, familiæ. Temporale eſt quod de ſe finito tempore terminatur, ſive ex parte conceſſionis, quia conceditur ad vitam, vel beneplacitum, vel pro tempore definito. 2. in gratioſum, quod confertur gratis, abſque ullo reſpectu ad merita, & remuneratoriũ, quod conceditur tanquam præmium meritorum. 3. in perſonale & reale: illud confertur ſoli perſonæ, & ideo ſemper temporale eſt, quia cum perſona extinguitur. Reale eſt quod conceditur rei, & durat toto tempore, quo res durat. 4. in affirmativum, quod impendit facultatem ad aliquid faciendum, & negativum, quod concedit facultatem ad aliquid omittendum. 5. in favorabile & odioſum: illud eſt quod ita alicui favet, ut nemini noceat, etiam ſi juri communi deroget. Odioſum eſt quod ita privilegiario favet, ut noceat alteri: tale eſt privilegium non ſoluendi decimas. 6. in conventionale & purum. Illud eſt quod ex pacto, & conventione impenditur: purum eſt quod caret omni pacto, & conventione. 7. in ſcriptum & non ſcriptum: illud eſt quod conceditur in ſcriptis: hoc quod conceditur verbaliter, & dicitur Vivæ vocis oraculum.

Privilegia ſunt neceſſaria in Republica.

254 Tertia difficultas eſt, an privilegia convenienter Academijs conferantur? Quanvis Reſpublica ſine legibus, quibus tanquam moralibus vinculis coercentur homines, aptè adminiſtrari, diuque conſervari nequeat, & privilegia ſint quædam legum relaxationes, & exemptiones, tamen ſingulari jure propter utilitatem publicam, in favorem perſonarum & rerum fuere introducta, quæ alioquin communi regula cæteris denegantur. Nõ enim (inquit Petrus Gregor. lib.18. de Repub. cap.7. n.1.) tanta inter homines & res ſocietatis publicæ ſervatur æqualitas, ut pari modo omnia ſingulis arithmetica proportione conferri debeant. Cum igitur merita ut plurimùm in hominibus ſint inæqualia, valdè diſſonum foret, quòd omnes æquali legum ſeveritate devincirentur. Hinc eſt quòd generalibus ſtudijs, eorum perſonis tam docentibus, quàm diſcentibus, locis, rebuſque illorum ſoleant à Principibus conferri privilegia, & immunitates, quæ reliquis non tribuuntur. Quanto autem jure viri qui ſapientiam in Academijs colũt, à communibus legibus excipiantur, ſingularique præ cæteris honore condecorentur, planè intelliget qui viderit neceſſitatem, utilitatem, & excellẽtiam Academiæ, ſeu Reipublicæ litterariæ, quas ſupra lib.1. diſp.3. & 4. latè inculcavimus.

Privilegia ſunt neceſſaria Academijs.

255 Iuvat modò pauca ſeorſum attingere, quæ ex utroque jure tradunt conſentienti calamo ſcriptores, ut probent cõvenienter & utiliter impendi favores & privilegia tam Academijs, quàm ipſarum cultoribus. Hoc præſertim interpretes proſequuntur ad l. quicquid animi C. de advocatis diverſ. judiciorum, ubi Theodoſ. & Valentin. CC. multa privilegia rogatis, reverentia ſtudiorum à Principibus fuiſſe elargita teſtantur, quæ ſervari decernunt. Et quidem multam favoris cauſam in ſe continent tum facultates ipſæ, quas Academia profitetur, tum ſtudioſi, qui facultatibus ipſis ſtrenuam gnavant operam. Digna imprimis eſt ſcientiarum omnium regina Theologia, quæ privilegijs, & prærogativis maximis honoretur: deinde Iuriſprudentia, quæ æquum ab iniquo ſeparat, omnemque juſtitiam, & rectitudinem hominibus ſciendam, & amplectendam exponit. l. juſtitia ff. de juſt. & jure, tãdem reliquæ omnes diſciplinæ, quæ ſuæ reginæ Theologiæ ſubſerviunt, & pro fine ultimato nõ tam hujus, quàm æternæ vitæ felicitatem vendicant.

Quid cultores ſcientiarum, & ſtudiorum generalium alumni? Ex Authen. Habita C. ne filius pro patre, ſatis manifeſtum eſt ob quas rationes Imperator Fredericus velit eos privilegijs, & immunitatibus perfrui, favoribus & honoribus cumulari. Imprimis quia cauſa ſtudiorum

„ diorum ſæpè peregrinatur: Quis enim illo-
„ rum (inquit Imperator) non miſereatur, qui
„ amore ſcientiæ exules facti, de divitibus pau-
„ peres, ſemetipſos exaniunt, vitam ſuam mul-
„ tis periculis exponunt, & à viliſſimis ſæpè ho-
„ minibus, quod graviter ferendum eſt, cor-
„ porales injurias ſine cauſa perferunt. Quod verò peregrini digni ſint favore ac privilegio ſpeciali, clamant divinæ, humanæque leges, ut habetur cap. 2. de treuga & pace. cap. ſi quis Romipetas 24. quæſt. 3. Authent. Omnes peregrini, & ibi interpretes Cap. communia, de ſucceſſion. Quia (ut dicebat Plato lib. 5. de legib.) ex eo quòd amicis, cognatiſque careant, maiorē apud Deum & homines merētur miſericordiā. Vnde affirmabat Pythagoras virum juſtū peregrinum, nō cive, ſed etiam cognato maioris faciēdum eſſe. Quāvis enim ſcholaſtici, qui ſtudiorum cauſa à loco originis, & domicilij abſunt, gaudeāt commodis, & privilegijs eorū qui præſentes ſunt, ut ſumitur ex l. quæſitum ff. de leg. 3. l. Seræ §. Pamphilæ, ff. de fundo Inſtruct. Cap. tuæ, & cap. relatum, de cleric. non reſid. Clement. unica §. cæterum, de ſtatu Monach. Cap. cum ex eo, de elect. in 6. hoc non tollit quòd loco peregrinorum haberi, eorumq; privilegijs frui debeant.

Peregrini ſcholaſtici.

256 Accedit (inquit Tholoſanus lib. 18. de Rep. cap. 7. n. 4.) dura à parētibus ſtudiorum cauſa ſeparatio l. 1. Cod. qui ætate & profeſſione ſe excuſant lib. 10. ab amicis & conſanguineis abſentia, chariſſimæ patriæ relictæ temporale exilium, inter homines ignotos cōverſatio, ut ſi in morbum inciderint, nullum fere habeant, cui ſe poſſint tutò committere. Si clade aliqua afficiantur, ſi viatici jacturam ſubeant, ſi iter agentes incidant in latrones, ſpolientur, aut vulnerentur, nullum vel rarò inveniant aliquem, qui opem ferre velit: & in ſumma, omnes experiuntur calamitates, quas incogniti, & alienigenæ pati ſolent. Ad hæc, quando in Academia verſantur, quos in addiſcendis & docendis litteris labores perferunt! Quas noctes inſomnes ducunt, aſſiduis lucubrationibus, dum libris incubant, confecti? qua meditatione animi in perſcrutandis difficillimis quæſtionibus agitantur! Quanto per æſtatem caloris fervore cremantur, quanto per hyemem frigoris rigore algeſcunt? Meminit Horatius in Poet. de hujuſmodi incommodis, quæ ſcholaſticus experitur:

Labores ſcholaſticorum.

Multa tulit, fecitq; puer, ſudavit, & alſit.

Certè in gymnaſio frequentia, & in ſtudio aſſiduitas plurimos generant morbos, qui cum prædicta laborum catennata ſerie miſerrimos ſcholaſticos frangunt, debilitant, conſumunt. Quæ omnia cum in ſcholis ſuſtineantur ad finem utilitatis publicæ, ut ſumitur ex cap. de quibuſdam, ubi Gloſ. & Archidiac. 37. diſtinct. cap. 2. de privileg. in 6. cap. fin. de magiſtris, & cap. *licet*, de præben. manifeſtum relinquitur, rationi conſonum eſſe, quòd tam ſcholæ, quàm ſcholaſtici à communi hominum aliorum lege excipiantur, gratijsque prærogativis, & privilegijs ornentur.

QUÆSTIO II.

Quænam ſit cauſa efficiens, & finalis privilegiorum Academiæ?

257 CVm proxima quæſtione privilegiorum eſſentiam, & convenientiam diſcuſſerimus, pro utriuſque maiori explicatione ſequitur, ut illorum cauſas exploremus incipientes à duabus præcipuis, effectiva, & finali, quæ inter reliquas primatum tenent, altera executionis, altera intentionis. Quod attinet ad efficientem in ordine ad privilegium communiſſimè acceptum, generalis regula, & communis ſententia eſt, quam tenent Molpheſius tract. 9. cap. 12. Abor 1. p. lib. 5. cap. 22. Salas diſput. 17. ſect. 3. Suar. lib. 8. de legib. cap. 8. num. 2. & Bonacina diſput. 1. quæſt. 3. punct. 3. num. 1. omnem, & ſolum legiſlatorem poſſe privilegium cōcedere. Patet, quia omne privilegium vel eſt diſpenſativum, concedens aliquid contra legem, quæ proinde minuatur quoad partem, vel eſt merè conceſſivum, ſcilicet impendens aliquid præter legem: atqui poteſtas legiſlativa requiritur omninò ad diſpenſativum, ſeu derogativum, quia nullus alius præter legiſlatorem, aut eo ſuperiorem poteſt authoritate propria in lege diſpēſare, vel ei derogare: deinde requiritur ad privilegium merè conceſſivū, quia hoc eſt etiam lex obligans alios ad obſervantiam privilegij; ergo hujus cauſa efficiēs ſolus legiſlator, aut ejus vel ſucceſſor, vel ſuperior eſſe poteſt.

Privilegij cauſa efficiens.

Ex dictis colligit 1. Suar. citatus à num. 7. poſſe Papam in ſpiritualibus directè ubique & omnibus fidelibus privilegia concedere: in temporalibus verò ſolum directè pro ſuo temporali territorio, indirectè, ſeu quantum opus fuerit ad ſpirituale bonum Eccleſiæ, pro omnibus territorijs. Colligit 2. omnes Principes ſupremos, ſive Imperatores, ſive Reges, ſive alios poſſe in ſua materia privilegia conferre, eo modo quo leges condere. Colligit 3. Epiſcopos, & omnes prælatos Eccleſiæ Epiſcopo ſuperiores, poſſe reſpectivè, & proportionaliter concedere privilegia. Siquidem poſſunt leges ferre.

258 Oppones, Quilibet dynaſta in ſuo dominatu poteſt concedere ſuis clien-

Digitized by Google

Dynaſtæ (?) in conce-dendo privilegijs. clientibus privilegium honoris, vel exemptionis à tali vel tali tributo ſibi ſolvendo, & quidpiam aliud de ſuis bonis, & fortunis: & idem procedit de qualibet civitate & oppido: & tamen neque omnis dynaſta, neque omnis civitas poteſt legem condere; ergo non ſolus legiſlator, vel alter æqualis, aut maioris poteſtatis valet concedere privilegium. Ad hanc objectionem negatur major: quia cum privilegium ſit, quæ alios verè obligare debet, ſemper exigit poteſtatem juriſdictionis. Vnde illud quod concedit dynaſta de proprijs bonis, non eſt privilegium, ſed tantum quædam prærogativa, vel beneficium, quæ latiùs patent quàm privilegium. Similiter id quod alicui concedit civitas non ſuprema per modum pacti, privilegium verum non eſt: quia obligatio ad illius obſervationem non egreditur à juriſdictione, ſed à pacto, ideoque eſt obligatio ex juſtitia.

Privilegiorū Academicorū (?) cauſa efficiens. 259 Quæ diximus in genere de cauſa effectiva privilegiorū facilè poſſunt aptari cauſæ effectivæ eorum, quæ Academijs, ipſarumque alumnis conferuntur: nam lib. 2. diſp. 1. q. 2. ſatis oſtendimus legiſlatores Academicos, & q. 3. legiſlatorem Academiæ Eborẽſis. Nam qui poſſunt leges cõdere in Republica litteraria, poſſunt eidem, & ejuſdem membris privilegia conferre. Habet enim privilegium diſpenſativum duplicem vim, alteram deobligãdi ab obſervatione legis, & alteram obligandi ad obſervationem ſui illos, ad quos ſpectat: utraq; autem vis illa poteſtatem legiſlativam poſtulat. Vnde obſervandum eſt legiſlatorem Academicum, qui ſolum habet poteſtatẽ in ipſam Rẽpublicam litterariã, v. g. Generalẽ Societatis Ieſu in Academiã Eborenſem, ſolũ poſſe cõcedere privilegia, quæ ad ſui obſervationẽ obligent mẽbra ipſius Academiæ, cũ ſubditos alienos obligare nequeat. Quarè ſupremo Principe legiſlatore opus eſt ad exactã privilegiorũ collationẽ. Solus enim ſupremus poteſt cogere univerſos ſui Regni ſubditos, & miniſtros, ut ſervẽt Academijs ſua privilegia, immunitates, & exẽptiones. Addit benè Petr. Greg. Tholoſan. lib. 18. de Rep. c. 5. n. 5. egere omnes Academias ſive Eccleſiaſticas, ſive laicas utroque ſupremo Principe, ſcilicet Eccleſiaſtico, & laico, ut nempe in omni materia ab illo comparet favores & gratias. Nã ut alibi diximus ex cap. quoniam, & ſequent. 10. diſtin. Principes ſeculares egẽt in ſpiritualibus auxilio Sũmi Pontificis, & in temporalibus Pontifices Principibus ſecularibus. Quòd verò ſecularis Princeps valeat concedere privilegia quoad temporalia ſtudijs Eccleſiaſticis, ſicut & Eccleſijs ipſis, cõſtat ex cap. in Synodo 63. diſt. jũcta gloſ. in cap. auditis, de in integ. reſtit. Gloſ. & Innoc. ad cap. auditis, de præſcrip. & cap. quo jure 8. diſt. ubi Archid. Quòd verò plurima privilegia à Sũmis Pontificibus fuerint conceſſa Academijs, & multa pariter à Principibus ſecularibus, quorum potiora habentur Airthẽt. Habita C. ne filius pro patre, videre eſt apud Speculatorem tit. de Reo, Gloſ. Cod. de profeſſ. & medic. lib. 10. Oldemdorpium de jure ſingulari cap. 10. Rebuffum tract. proprio de privileg. ſcholaſt. ubi numerat uſq; ad 180. & Horatium Lucium ſimili tractatu, ubi recenſet, & exponit uſque ad 100.

260 Quod attinet ad cauſam finalem, priùs expẽdendũ eſt, an requiratur, ut privilegij conceſſio abſolutè liceat, & valeat: deinde quænam ſit finalis cauſa, ut privilegia conferantur Academijs. Dico 1. Ad licitam conceſſionem privilegij ſemper exigitur cauſa rationabilis. Ita Suar. lib. 8. de legibus cap. 21. num. 2. Salas diſput. 17. ſect. 4. num. 29. & Palaus tractat. 3. diſput. 4. punct. 5. num. 2. quidquid in oppoſitum videatur ſentire Sanchez lib. 8. Matrimon. diſput. 1. numero 1. Probatur facilè ex ratione generali actus humani: nam hic ut cenſeatur honeſtus, debet fieri juxta regulas prudentiæ: ſed homo prudenter operari nequit; niſi ex cauſa motiva rationabili; ergo conceſſio privilegij abſque ulla cauſa rationabili neque prudens, neque honeſta eſt. Explicatur, nam privilegium vel conceditur contra jus, vel præter jus: ſi primo modo, continet diſpenſationem, quæ ſemper exigit cauſam juſtam, ut licitè fiat: aliter nec juſtitia legalis, nec diſtributiva ſervabitur: ſi ſecundo modo, quanvis non detur tanta inordinatio, quia ibi plus intervenit gratiæ, quàm juſtitiæ, tamen ne evadat actus prodigalitatis, & non liberalitatis, rationabilis cauſa requiritur: præſertim quia privilegium ex ſe invidiam parit, & ſi ſine delectu conferatur, pacem Reipublicæ turbare poteſt. Vt cauſa ſit rationabilis, non exigitur quòd immediatè reſpiciat bonum commune, ſed ſufficit quòd bonum privatum privilegiati immediatè intendat, & mediatè ad bonum commune dirigatur. *Privilegiorũ cauſa finalis.*

261 Dico ſecundo. Præciſa deceptione, & iniqua occultatione ex parte petentis, rationabilis cauſa non ita poſtulatur, ut ejus defectus reddat privilegium irritum. Ita citati Authores, Suar. à num. 3. Sanchez num. 1. Salas numer. 29. & Palaus num. 2. Deinde Navarrus lib. 4. conſilil. in prima editione titul. de Sponſal. conſ. 3. Emmanuel. Roderic. tom. 2. quæſt. regul. quæſt. 46. a. 2. & alij. Probatur, quia privilegium vel eſt merè conceſſivum, & præter jus, vel diſpenſativum, & contra jus: ſi eſt merè conceſſivum, fit de bonis Priocipis, quorum ipſe eſt dominus, atque adeo à ſola ipſius voluntate depẽdet: ſi eſt diſpenſativum, etiam valet ſine cauſa: quia lex humana ita dependet à voluntate legiſ- *Cauſa rationabilis privilegij.*

Digitized by Google

legiſlatoris, ut quomodocunque legiſlator mutet voluntatem, legis obligatio ceſſat, vel quoad totum, vel quoad partem; ergo privilegium valebit. Nuſquam verò privilegium dari ſine cauſa præſumẽdum eſt: quia delictum præcipuè in Principe non præſumitur.

Oppones, diſpenſatio eſt privilegium diſpẽſativum: indulgentia eſt privilegium conceſſivum: ſed neque diſpenſatio, neque indulgentia conceſſa ſine cauſa valorem habet; ergo ad valorem utriuſque privilegij cauſa rationabilis neceſſaria eſt. Reſpondeo diſpenſationem collatam à legiſlatore in propria lege nullam omninò cauſam exigere, ut valeat; quanvis legiſlator ſic diſpenſans peccet. Quod verò indulgentia conceſſa ſine cauſa etiam à Summo Pontifice invalida ſit, ex eo traditur à Suario tom. 4. in 3. p. diſput. 54. ſect. 2. quia Pontifex non eſt dominus, ſed diſpenſator tantum theſauri ſpiritualis Eccleſiæ, juxta illud „ Apoſtoli 1. Cor. 4. Sic nos exiſtimet homo „ ut miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſte- „ riorum Dei. Atq; adeo ſolum rationabiliter Indulgẽtias diſpẽſare poteſt. Nos vero ſolũ loquimur de privilegio cõceſſivo ex bonis ipſius Principis, quorum ipſe dominus eſt. Vrgebis, Omne privilegiũ habet veram rationẽ legis in ordine ad eos, quos ad ſui obſervationem obligat; ſed lex etiam à ſupremo Principe lata ſine cauſa non valet; ergo & privilegium. Reſpondeo 1. negando maiorem, quia ſaltem privilegium tẽporale, & perſonale defectu perpetuitatis rigoroſa lex eſſe nequit. Reſpondeo 2. requiſitam, & ſufficientem cauſam legis eſſe, quòd illa cedat in bonum commune, & hanc ſemper dandam eſſe in privilegio quà lege. Vnde quando dixi validè cõcedi privilegium ſine cauſa, intelligo reſpectu perſonæ cui conceditur, ſupponens dari cauſam boni communis, quia concedi nonnunquam favores ſine cauſa huic vel illi perſonæ in bonum cõmune cedere poteſt.

Indulgentia data ſine cauſa.

262 Difficultas præcipua, & pro noſtro inſtituto ſpecialis eſt, quænam ſit cauſa finalis & motiva, ob quam Principes rationabiliter conferant privilegia Academijs, & earum cultoribus? Pro comperto habeo cauſam ſolius ſtudij, ſeu ipſum ſtudium litterarum eſſe finalem cauſam ſatis rationabilem & ſufficientem privilegiorum. Ita Petrus Gregor. de Repub. lib. 18. cap. 7. Stephan. Gratian. tom. 1. cap. 186. num. 57. & Rebuff. ad Authent. Habita in interpretatione ad illa verba Omnibus qui cauſa ſtudiorum, ubi Imperator manifeſtè innuit eſſe ſufficientem pro fovendis, & privilegiandis ſcholaſticis. Accedit quod affert idem Rebuff. privileg. 145. expoſitum cauſa ſtudij, dici expoſitum quaſi in utilitatem Eccleſiæ. Domi. in cap. cum ex eo, de elect. in 6. Feli in cap. cum M, col. xi. verbo per induſtriam, de conſtitut. Bar. & Salyc. in l. fin. Cod. de nego. geſtis. Vnde ſi ſcholaris locaverit fructus ſui beneficij pro uno anno vel duobus, ut poſſet proficiſci ad ſtudium, & ibi moriatur ante tempus locationis finitum, tenebitur ille qui ſucceſſerit in beneficium, ſtare locationi, quaſi factæ in utilitatem Eccleſiæ. Panor. & Ana in cap. fin. ne prælat. vices ſuas. DD. in l. emptorem C. locati, & Alexand. in l. ſi filio fam. §. fin. ff. ſolutio matr. Probatur ratione, nam illa eſt ſatis rationabilis, & ſufficiens cauſa favores & privilegia concedendi, quæ valdè cedit in utilitatem publicam; ſiquidem poteſtas legiſlativa, aqua privilegia emanant, ad bonum commune ordinatur: ſed cauſa ſtudij cedit maximè in utilitatem publicam: ſtudio enim comparantur ſcientiæ, quibus Reſpublica optimè regitur, & univerſus orbis illuminatur, ut fidem orthodoxam retineat, conſervet honeſtos mores, colat omnem pietatem, ac religionem; ergo cauſa ſtudij rationabilis eſt pro conferẽdis privilegijs.

Cauſa finalis privilegiorum Academiæ.

Cauſa finalis eſt utilitas Eccleſiæ.

263 Rogabis, Vtrum privilegia ſtudijs cõcedantur principaliter propter utilitatem publicam? Difficillimum eſt diſcernere quæ privilegia ſint principaliter conceſſa ob utilitatem publicam, & quæ minùs principaliter, ſive in conſequentiam, qua de re aliquid tetigit Moneta de commut. ultim. volum. cap. 5. num. 745. Suar. lib. 8. de legib. cap. 6. num. 3. & Petrus Barboſa in l. 1. d. 7. num. 20. ff. ſolut. matrim. ubi ſentit privilegia ſcholaſticis conceſſa reſpicere utilitatem publicam ſecundariò, & in conſequentiam, non verò principaliter. Probat imprimis ex Gloſ. fin. in l. unic. Cod. de ſtudijs liber. Vrbis Romæ lib. 11. Sed Gloſſa ſolum ibi dicit in ſtudijs verſari publicam utilitatem, quæ privatæ anteponenda eſt. Deinde probat ex Iaſone in l. ſtipulatio §. habet num. 11. ff. de novi operis nunciat. ubi Iaſon nihil habet ad hanc rem: ſed ſolum dicit verſari utilitatem publicam non principaliter, ſed ſecundariò in conſervanda prætoris authoritate.

Privilegia conceſſa Academijs principaliter ob publicam utilitatem.

Exiſtimo tamen cum ſapientiſſimo Patre Franciſco Freyre in ſuis manuſc. lib. 3. conſ. 77. privilegia Academijs conceſſa fuiſſe principaliter propter publicam utilitatem. Sumitur 1. ex Authent. Habita C. ne filius pro patre, ubi Imperator loquens de ſcholaſticis ſic ait: „ Quis eorum non miſereatur, qui amore ſci- „ entiæ exules facti, de divitibus pauperes. „ Quorum ſcientia totus illuminatur mun- „ dus ad obediendum Deo, & nobis ejus mi- „ niſtris, vita ſubjectorum informatur, quaſi „ dam ſpeciali dilectione eos ab omni injuria „ defendamus. Ex quibus verbis patet cauſam motivam, quæ aſſignatur cõcedendi hujuſmodi privilegia, eſſe illuminationẽ mũdi, & hominũ informationẽ ad obediẽdũ Deo, & Principib⁹,

quæ cauſa evidenter publica utilitas eſt. Unde ſicut recte intulit Phæbus 2. part. deciſ. 146. num. 15. privilegium fori conceſſum Regijs ſenatoribus in hoc Regno lib. 2. Ordinat. tit. 59. & lib 3. tit. 5. fuiſſe principaliter cōceſſum propter bonum publicum, & ex eo quòd Rex dicat id concedere propterea quòd dicti Senatores in ipſius ſervitio ſint circa officia ſua perpetuò occupati, ac proinde ſi cogerentur abeſſe vocati ad alia judicia, Reſpublica damnum pateretur, ita rectè inferimus privilegia concedi ſcholaſticis principaliter ob bonum publicum, cum concedantur ob illuminationem mundi, qua mundus cum magno detrimento boni publici careret, ſi ſcholaſtici ab ſtudio diſtraherentur.

Scholaſtici ſunt perſonæ miſerabiles.

264 Sumitur 2. ex alijs verbis citatæ Authent. ubi ſcholaſticos Imperator videtur dicere perſonas miſerabiles, ibi: Quis (inquit) eorum non miſereatur? item pauperes, ibi: De divitibus pauperes. Quibus in locis latè Rebuff. cauſas miſerabilitatis, & paupertatis in ſcholaſticis aſſignat, & idem Rebuff. Vivius, Antonius, Theſaurus, & alij citati ab Emman. Barboſa in remiſſ. ad Ordin. lib. 3. tit. 5. §. 3. n. 19. expreſſè dicunt ſcholaſticos inter miſerabiles perſonas recenſeri: cōſtat autem privilegia cōceſſa miſerabilibus perſonis, & pauperibus reſpicere publicam utilitatem principaliter, ut cū communi oſtendit Petrus Barboſa in l. 1. a. 4. n. 69. ff. de judicijs, & in l. Alia §. eleganter n. 50. ff. ſoluto matrim. ex Gloſſa in l. unicam v. excedere C. quando Imperator inter pupilli, & viduas, & Baldo ibid. Sumitur 3. ex l. advocati C. de advocatis diverſ. judicio: ubi dicitur juriſperitos, aliosque Doctores, & ſcholaſticos non eſſe minùs neceſſarios Reipublicæ, quàm milites: privilegia autem militibus cōceſſa reſpiciūt principaliter utilitatem publicam, ut oſtendit idem Barboſa l. 1. p. 7. num. 6. ex l. miſſi C. de exactor. tribut. lib. 10. & l. utilitas C. de primipilo lib. 12. & l. milites ff. locati.

QUÆSTIO III.

Utrum, & quomodò deſinant privilegia Academijs conceſſa per ceſſationem cauſæ finalis?

Privilegij deſitio

265 SErmo nobis imprimis erit de abſoluta, & veluti generica deſitione privilegiorū propter ceſſationem cauſæ finalis, & poſtea de ſpeciali deſitione illorum, quæ ſtudijs, ac ſtudioſis conferri ſolent. Non loquimur de privilegio, quod eſt merum beneficium Principis, quale illud quod nec juri communi, nec juri privato alicujus tertij adverſatur. Quia (ut rectè monet Suar. lib. 3. de legib. cap. 30. num. 2.) de illo præcipuè verificatur regula juris in 6. Decet beneficium Principis eſſe manſurum. Cum enim cauſa ſolum fuerit poſtulata ut Princeps licitè conceſſerit, ipſeque abſolutè, & ex cauſa legitima contulerit, beneficium permanebit, eſto cauſa non permaneat. Confirmatur, nam privilegium illud eſt quædam donatio, & ſe habet inſtar eleemoſynæ: donatio autem facta amico durat, eſto amicitia deficiat: ſimiliter eleemoſyna facta pauperi, eſto finiatur paupertas.

266 Dubitatio tota eſt circa privilegiū quod juri communi, vel juri privato alicujus tertij opponitur: an ceſſet, vel deficiat, ceſſante, vel deficiēte cauſa finali ob quam conceſſum fuit? Sapientiſſimus P. Thomas Sānchez lib. 8. Matrim. diſput. 30. num. 14. abſolutè defendit ceſſante cauſa diſpenſationis, ipſius uſum non ſolum reddi illicitum, ſed invalidum, proindeque ceſſare diſpenſationem. Quod procedit de privilegio diſpenſativo. Hæc ſententia nititur tribus fundamentis. Primum fundamĕtum deſumitur ex authoritate utriuſque juris: nam jus civile l. Uranius 72. verſic. ſed cum duo ff. de fidejuſſoribus, decernit obligationē quandam fidejuſſoris extingui: & reddit rationem „ his verbis: Ut quemadmodum incipere aliàs „ nō poſſūt, ita nec remaneāt. Ex quibus ſic infert Gloſ. Quod impedit faciĕdū, impedit jā factū, ſi res habeat tractū ſucceſſivū, quoad effectū nō dum productum: atqui defectus cauſæ finalis impediret privilegium, ne concederetur; ergo impedit jam conceſſum. Ius Canonicum expreſſius loquitur: nam cap. Abbate, de verb. ſignif. cap. ruæ, de clerico nō reſid. & cap. generaliter 16. q. 1. apertè revocatur privilegium ceſſante cauſa.

Finalis cauſæ ceſſatio.

267 Secūdum fundamentum ſumitur ex triplici ratione: prima eſt, quia actus nō operatur ultra intētionem agentis, ut habetur cap. quemadmodum, de jurejur. ſed nō eſt intētio cōcedentis privilegiū, ut illud duret ceſſante cauſa: ſemper enim in omnibus imbibita eſt cōditio, ſi cauſa permaneat; ergo &c. Secūda ratio eſt, quia facilius extinguitur jus ſpeciale, & extraordinariū, quàm jus cōmune: ſiquidē jus cōmune tāquam quid bono cōmuni magis cōducēs ſupponitur maiori deliberatione, & maturiori cōſilio cōditū: ſed jus cōmune ceſſat ceſsāte cauſa finali, ut omnes fatētur; ergo à fortiori ceſſabit jus extraordinariū, & ſpeciale, quale eſt privilegium. Accedit, quia lex generalis indulgens aliquod privilegium ceſſat ceſſante cauſa finali; ergo à fortiori ceſſabit privata diſpenſatio, vel privilegium. Tertia ratio eſt, quia ad præſens inſtitutum nihil differt, nullam fuiſſe ab initio cauſam, & fuiſſe aliquam, quæ

jam

jam non eſt, ut latè probat Tiraquel. tract. ceſſante cauſa in princ. num. 14. ex l. nihil intereſt ff. de nautico fœnore, & l. 1. ff. de conditione ſine cauſa: atqui diſpenſatio eſt irrita, quando ab initio cauſa nulla fuit; ergo poſtea deficiet, cauſa deficiente.

258 Tertium fundamentum ſumitur ex inconvenientibus, quæ ſi privilegium, vel diſpēſatio perſeveraret ceſſante cauſa finali, ſequeretur eum cum quo diſpēſatum fuit in recitatione officij Canonici propter occupationes occurrentes, iis ceſſantibus adhuc manere diſpēſatum: ſimiliter diſpēſatum ad eſum carniū propter infirmitatem dubiam, poſſe illis veſci, poſtquam firmam valetudinem recuperaverit: hæc autem ſunt manifeſtè cōtra regulam, In ambiguis pro dotibus 85. §. nō eſt novum ff. de regulis juris, ubi habetur actum legitimè retractari, quando res ad eum caſum pervenit, & cauſa finalis deficiat.

Pro deciſione quæſtionis advertendum eſt cauſam conceſſionis aliam eſſe integrè exiſtentem, quando fit cōceſſio, aliam non integrè exiſtentem tempore conceſſionis; ſed habentem tractum ſucceſſivum; ſicut ipſum privilegium. Vtriuſque apponitur exemplum. Diſpēſat Pontifex in impedimento matrimonij ob paupertatem, vel in voto caſtitatis ob periculum incontinētiæ; integra adeſt cauſa, quando cōfertur diſpenſatio: quia confertur ob cauſam præſentem, & nō futuram. Si autem diſpēſet in recitatione horarum propter occupationes occurrentes, vel in eſu carnium ob dubiam valetudinē cauſa nō integrè exiſtit, ſed ſuccedit, ſicut uſus diſpēſationis. Igitur duplici reſolutione poſitam difficultatem expediam.

Privilegij ceſſatio.

269 Sit prima reſolutio. Quando privilegium, vel diſpēſatio cōceditur ob cauſam, quæ tempore cōceſſionis integrè exiſtit, nullo modo ſuſpenditur, aut ceſſat ob ceſſationem cauſæ; niſi fortè privilegij uſus ex aliqua circunſtantia reddatur iniquus. Ita Sà v. (gratia) num. 6. Sylveſter v. (diſpenſatio) quæſt. 6. Tiraquel. tractat. ceſſante cauſa in princ. num. 91. & 92. Gutier. Canon. quæſt. lib. 1. cap. 15. num. 12. Salas diſp. 20. ſect. 6. num. 67. & Suar. de legib. lib. 8. cap. 30. num. 12. Prima pars ſuadetur 1. nam tota cauſa, quam diſpenſatio & privilegium ad ſui valorem poſtulat, eſt quando conceditur; ergo quod poſtea ceſſet, nihil refert. 2. Quia ſi omne privilegium ceſſaret ceſſante cauſa finali; omne eſſet conditionatum habens cauſam finalem pro conditione conſervativa; ſiquidem conditionatum eſt quod conceditur dependenter ab aliqua conditione, ita ut ejus duratio commēſuretur cum duratione conditionis: ſed hoc dici nequit, cum detur re ipſa privilegium abſolutum, quod ubi primum exiſtit ob cauſam finalem ſemel exiſtentem, ad nullam durationem cauſæ vel [illegible] ergo conceſſum ob cauſam integrè [illegible] non ceſſat illa ceſſante. Secunda [illegible] conſtat: nam implicat, quòd quis [illegible] timam facultatem ad faciendum [illegible] tum eſt; ergo ſi uſus privilegij [illegible] ctus, privilegium ceſſabit. Oppones, [illegible] te cauſa finali ſemper uſus privilegij eſt [illegible] tus ex defectu cauſæ honeſtantis; ergo ſemper ceſſabit ceſſante cauſa finali. Negatur antecedens; quia ut honeſtetur ille uſus, ſatis eſt, quòd cauſa extiterit tempore conceſſionis; ſi aliunde ex aliqua circunſtantia non vitietur.

Privilegium non ſolvendi decimas quando ceſſet.

270 Ex dictis, & pro majori explicatione primæ partis, colliges uſque ſi conferatur privilegium alicui religioni nō ſolvendi decimas ob ſingularem fructum ſpiritualem in proximos; neque ceſſare, neque finiri privilegium, eſto ceſſet, & finiatur fructus ille ſpiritualis, quem facere ſolebat. Quia fuit conceſſum ob cauſam integrè exiſtentem; & ſub nulla conditione quòd illa fructificatio duratura eſſet in poſterum. Suppono enim quòd fructificatio præterita, & præſens fuerit cauſa ſufficienter motiva. Colliges ſecundò. Si quis diſpenſetur in voto caſtitatis ob periculum incontinentiæ; poſſe ſemel, & pluries nubere, eſto periculum ceſſet. Quia non fuit diſpenſatus ob periculum futurum; ſed ob præſens, quod dabatur. Colliges tertio. Si fœmina diſpenſetur in impedimēto conſanguinitatis ob paupertatem; poſſe nubere, eſto ante ineundum matrimonium dives fiat. Quia diſpenſatio fuit abſolutè conceſſa, & non ſub conditione, quòd paupertas duraret. Aliter multis pateret via ſcrupulis, & perplexitatibus.

Diſpenſatio durat ceſſante cauſa.

271 Secunda reſolutio. Quoties privilegium, & diſpēſatio eſt de obligatione diviſibili, ac ſucceſſiva; & cōceditur ob cauſam diviſibilem & ſucceſſivam, ceſſante cauſa, ceſſat privilegium; & diſpenſatio. Ita Tiraquell. allegans multos in tract. ceſſante cauſa limitat. 23. n. 11. Suar. lib. 8. cap. 30. num. 18. & Palaus diſp. 4. punct. 15. num. 6. Probatur, quia vis privilegij & diſpenſationis pendet à voluntate cōcedentis, imò à cauſa finali rationabili; quando diſpenſans ſupremus dominus non eſt, nec in propria lege diſpenſat; ſed in ſupradicto eventu rectè deprehenditur voluntatem privilegiantis, vel diſpenſantis eſſe conditionatam, & ponere pro conditione cauſam finalem extituram: ſiquidem adhuc tota non exiſtit, ſed exiſtet, v. g. duobus, vel tribus menſibus ſequentibus: deinde quandiu cauſa diſpenſationis nō exiſtit, non præſumitur Princeps ſupremus velle diſpenſare: & quicūque alius in lege ſuperioris diſpenſare nō poteſt; ergo ceſſante illa cauſa ceſſat diſpenſatio. Explicatur exemplo

 ſupra

ſupra adducto, de diſpenſatione jejunij, vel recitationis horarum ob valetudinem dubiam; ubi enim in valetudine detur firmitas, ceſſabit diſpenſatio: quidquid in oppoſitum dicat Salas de legib. diſp. 10. ſect. 6. n. 67. fine.

Finis ceſſatio in privilegio.

272 Supereſt ut explicemus fundamenta Thomæ Sanch. propoſita à n. 266. quatenus noſtræ duplici reſolutioni partim adverſantur, partim ſuffragantur. Ad primum fundamentum deſumptum ex utroque jure, dicimus in civili lege citata obligationem illam extingui, quia pervenerat ad ſtatum, à quo incipere non poterat, non quidem ob ceſſationem cauſæ finalis, ſed ob circunſtantiam advenientem, quæ reddiderat uſum obligationis iniquũ: in quo ſenſu loquitur Gloſſa, & procedit ſecunda noſtræ primæ reſolutionis pars. Ad jus canonicum facilis eſt reſponſio; ſiquidem illis omnibus capitibus confirmatur noſtra ſecunda reſolutio: nam in cap. Abbate, privilegium eſt quaſi conditionale, & dependens à cauſa ſucceſſiva; ibi enim conceditur cœnobio S. Bertini, ut Monachi Alciatenſes eligant ſibi ex illo idoneum in Abbatem tandiu, quandiu in eo viguerit regularis obſervantia. Similiter in Cap. Tuæ, decernit Pontifex gratiam conceſſam Canonicis, ut ob cauſam ſtudiorum poſſent in abſentia percipere fructus, ceſſare, ex eo quòd illi ſe conferebant in villas; quia illa cauſa finalis dandi operam ſtudio ſucceſſiva fuit. Eadem ratione in cap. Generaliter conceditur privilegiũ Eccleſiaſticis, qui apud ſanctas Eccleſias permaneant non divagantes, ea conditione, ut ſi divagantes officijs divinis non interſint, perdant illud: ex quibus ſatis conſtat permanentiam eſſe conditionem conſervativam, & cauſam ſucceſſivam dicti privilegij, qua deficiente reſolvimus n. 271. diſpenſationem, & privilegium deficere.

Cauſa finalis defectus.

273 Ad ſecundi fundamenti primam rationem, negatur minor: quando enim cauſa integrè exiſtit, concedens privilegium ſolum intendit concedere propter cauſam præſentem, & non propter futuram. Unde ex ſola cauſa præſenti licitè concedit privilegium permanſurum, etiam ſi ſciat non permanſuram cauſam: quia (ut optimè probat Sanch. citatus diſp. 30. n. 8.) plus exigitur ad inceptionem, quàm ad continuationem privilegij. Ad ſecundam negatur cõſequentia: quamvis enim jus commune ſit magis ſolidum, & ſtabile, quàm privilegium ex parte revocationis; nam privilegium faciliùs & ex minori cauſa, vel circunſtantia occurrente revocabitur, jus commune non niſi ex magna cauſa, tamen ex parte cauſæ finalis eam diſparitatem ſubeũt, quòd lex communis deficiente cauſa finali redditur inutilis, & iniquum eſt obligare ſubditos ad legis inutilis obſervantiam: at privilegium etiam ceſſante cauſa finali, manet utile privilegiario. Ex quo patet ſolutio confirmationis. Ad tertiam negatur major, quia ſufficienter cohoneſtatur conceſſio, ſi quando fit, cauſa finalis integrè exiſtat, etiam ſi poſtea deficiat, manente privilegio. Iura citata videntur procedere, quando cauſa non integrè exiſtit, ſed habet tractum ſucceſſivum, ut conſtat ex dictis. Ad tertium fundamentum, negatur ſequela, quia noſtra reſolutio (ut ſæpè monuimus) procedit de privilegio abſolutè conceſſo ob cauſam præſentem integrè exiſtentem: at diſpenſatio illa in recitatione, & eſu carnium fuit conceſſa ob cauſam ſucceſſivam, & dependenter ab ejus perſeverantia. Nec obſtat regula, In ambiguis, illa enim ſolum probatur ceſſante cauſa cõceſſionis poſſe Principem retractare volũtatem, & revocare privilegium, quod fatemur.

Privilegia Academiis ceſſit cauſa finalis an deſinant.

274 Ex hac doctrina noſtræ duplicis reſolutionis generaliter conſtitutæ proclive eſt decernere, an & quomodo ceſſent, vel deſinant ex ceſſatione, vel deſitione cauſæ finalis privilegia conceſſa Academijs, & earum ſtudioſis alumnis. Stephanus Gratianus diſcept. Forenſ. tom. 5. cap. 186. n. 57. ex Matth. Coler de proceſſ. execut. p. 4. c. 3. n. 164. abſolutè affirmat ceſſante cauſa ſtudij, ceſſare privilegium cõceſſum ſtudioſis. Accedit Bart. in l. 2. n. 1. & 2. C. de profeſſ. & medic. lib. 10. & Felin. in cap. 1. n. 5. de major. & obed. aſſerentes non eſſe locum privilegijs Doctorum, niſi illi utiliter, & benè ſe gerant. Et quidem omnes conveniunt ceſſare privilegia in illis advocatis, quos olim (ut teſtatur Cujac. obſer. lib. 4. c. 40.) vocabant rabulas, ſive à radendo, & auferendo juxta Feſtum, ſive à radendis, & offendendis auribus, juxta Quintilianum lib. 12. cap. 9. habent enim facũdiam, qua vehemẽtiſſimè latrant pro concinnãdis, & intricandis litibus.

Rabulæ unde dicti.

Nos verò applicantes ſuperiorem & generalem doctrinam privilegijs Academicis, dicimus 1. quando cauſa concedendi privilegium Academiæ integrè exiſtit, ut ſi illa eximatur à ſolvẽdis tributis ob præſentem frequẽtiam, & ſcholaſticam diſciplinam, quæ viget, talem exemptionem perſeverare, etiam ceſſante tali frequẽtia, & diſciplina. Conſtat ex reſolutione à nobis tradita n. 269. & confirmatur à ſimili, exemplo, quod tradidimus n. 270. ſcilicet exemptionem non ſolvendi decimas collatam alicui religioni ob ſingularem fructum in proximos, non ceſſare, nec finiri, ex eo quòd ceſſet, vel finiatur talis fructus. Dicimus 2. quando cauſa concedendi privilegium ſtudioſis non exiſtit integrè, ſed habet tractum ſucceſſivum ut exiſtat, v.g. ſi ſtudioſo beneficiario abſenti concedatur perceptio fructuum propter frequẽtiam in ſcholis, ea ceſſante, vel omninò deficiente, ceſſare, vel omninò deficere privilegium. Cõſtat ex reſolutione tradita num. 271. & exemplo, quod tradidimus n. 272. ex cap. Tuæ, ubi ſtatuit

Pon-

Pontifex ceſſare privilegium percipiendi fructus, quod conceſſum fuerat Canonici, cauſa ſtudij, & ex eo quòd illi ſtudium negligentes ſe cōferebant in villas.

QUÆSTIO IV.

Utrùm, & quomodò deſinant privilegia Academijs conceſſa, per revocationem?

275 DUplex ſub hoc titulo cōtinetur præcipua difficultas, altera an privilegia ſemel conceſſa, acceptata, & poſſeſſa revocari valeant? Altera, quiſnam hujuſmodi privilegia revocare poſſit? Circa priorem decidendam triplici concluſione, prænotandum eſt 1. interdum Principem concedere privilegium ſubdito, & interdum non ſubdito. Prænotandum eſt 2. privilegium eſſe in triplici differentia: aliud enim dicitur merè gratuitum, quod ſcilicet ex pura liberalitate, & libera voluntate Principis conceditur, aliud dicitur onerosum, ſeu lucrativum, quod concedens offert ſub conditione alicujus oneris; & privilegiarius lucratur tali onere exhibito, aliud denique vocatur remunerativum, quod confertur in remunerationem, & præmium obſequiorum, quæ ſunt exhibita Principi.

Revocatio privilegij ſine cauſa. Sit prima concluſio. Privilegium merè gratuitum conceſſum alicui ſubdito ad faciendum aliquid contra legem, vel præter legem, validè revocari poteſt, etiam ſine cauſa: ſemper tamē revocās peccabit ſaltem venialiter, ſi nulla omninò cauſa interveniat. Ita Felin. de judic. à n. 8. Matienzus lib. 5. tit. 10. lib. 6. n. 5. & alij, quos referunt, ac ſequuntur Baſilius de Leon lib. 8. Matrim. cap. 19. n. 11. Salas diſp. 17. ſect. 14. num. 70. Suar. de legib. lib. 8. cap. 37. n. 10. & Sanch. lib. 8. Matr. d. 33. nu. 1. Prima pars ſuadetur, quia illud privilegium pendet etiam in cōſervari à mera voluntate Principis, & ſicut Princeps ſubditum ſuum à lege eximere potuit, ita legi eundem ſubjicere iterum valet; ergo validè revocabitur etiam ſine cauſa. Secunda pars oſtenditur, quia mutare voluntatem ſine cauſa præſertim in beneficijs jam collatis levitas, & inconſtantia eſt, quæ valdè dedecet Principem, cujus beneficiū manſurum eſſe debet; ergo eſt peccatum, ſaltem veniale. Accedit Gloſ. teſtitnas in cap. Veniēs, de filijs presbyt. juxta quam revocare non debet quis fraudis conſilio, quod benignè cōtulit. Et hoc procedit etiam in revocatione juriſdictionis conceſſæ propter rationem factam: quidquid in oppoſitum dicat Sanchez citatus nu. 6. & 7.

276 Notanter dixi (ad faciendum aliquid contra legem, vel præter leg.) ut exciperem privilegium per quod aliquid donatur alteri transferendo dominium in illum, ut ſi Princeps alicui donavit caſtrum, aut jus accipiendi decimas, vel alia tributa. Quia hoc privilegium (ut rectè notavit Suar. n. 7. & Sanch. n. 2.) ſine cauſa validè revocari non poteſt. Eſt enim rigoroſa donatio acceptata: hæc autem poſtquam acceptatur, irrevocabilis manet, donec juſta cauſa adveniat: Unde tanta cauſa requiritur ut Princeps revocet illud quanta ut ſpoliet ſubditum rebus ſuis: ſecus dicendum, ſi privilegium iſtud conceditur ſub conditione, ut tandiu duret, quandiu placeat cōcedenti. Si hoc privilegium conceſſum fuit ſubdito, haberi poteſt pro ſufficienti cauſa revocationis, quòd revocatio cedat in publicā utilitatem. In quo eventu nulla debetur compenſatio: habet enim conditiones donationis, quæ revocari valet ſine compenſatione, quādo juſta cauſa intervenit. Si autem fuerit conceſſum nō ſubdito; nulla in concedente manet poteſtas revocandi, niſi in illis caſibus, in quibus perfecta donatio revocari poteſt, v. g. titulo ingratitudinis, & ſimilibus. Addit rectè Suar. n. 3. poſſe etiam revocari, ſi cedat in grave damnum concedentis, aut Regni. Semper enim ſecum defert tacitam conditionem, dummodò cōcedenti, aut Regno damnoſum non fuerit. Hæc doctrina benè applicari poteſt privilegijs, quæ Principes ſeculares concedūt Academijs merè Eccleſiaſticis, utpote verè non ſubditis.

277 *Revocatio privilegij lucrativi.* Secunda concluſio. Privilegium lucrativum, datum ſcilicet ex cōtractu oneroſo, quem ſubditus implevit, nullo modo revocabile eſt, niſi cauſa legitima interveniente. Ita Leſſius lib. 2. de juſt. cap. 33. dub. 4. n. 35. Salas de leg. diſp. 17. ſect. 14. n. 70. Vaſq. in opuſc. cap. 6. §. 1. dub. 1. num. 13. Suar. lib. 8. cap. 37. n. 5. & Sanchez lib. 8. Matr. d. 33. n. 9. Probatur, quia Princeps tenetur ex juſtitia ſervare cōtractus celebratos cum ſubditis; ergo ſi ſine cauſa illos non ſervet, injuſtitiam committet. Notant verò citati authores cauſam revocandi hoc privilegium, ſeu non ſervandi pactum, nullam aliā poſſe eſſe legitimam, niſi bonum commune, & utilitatem publicam. Addūt in tali eventu reddendum eſſe pretium, vel æquivalentiam operis exhibiti.

Ex concluſione ſic probata, & explicata colligitur 1. cum Bonacina diſp. 1. de leg. q. 1. punct. 8. §. 5. n. 12. & Baſilio Ponze lib. 8. Matr. cap. 19. §. 2. nu. 13. diſpenſationes Pontificis conceſſas pro foro externo, non poſſe revocari ſine legitima cauſa, & ſi cum legitima cauſa revocentur, pretium acceptum reddendum eſſe. Nam fuere impenſæ ob ſolutam pecuniam. Colligitur 2. cum Henriq. lib. 7. de indulg. cap. 21. n. 7. Emmanuele in expoſit. Cruciatæ §. 12. nu. 15.

 & alijs

& alijs, privilegia Bullæ Cruciatæ non revocari per Iubilæum, quàvis in eo dicatur revocari omnes gratias, facultates, & privilegia, quæ ex quacunque cauſa conceſſa fuerant. Sic enim fertur declaraſſe Clementem VIII. Deinde Vrbanus VIII. anno Domini 1625. Februar. 15. dixit non eſſe ejus mentem per Iubilæum Romanum ſuſpendi gratias, indulgentias, & facultates in Cruciata conceſſas. Ratio eſt, quia privilegia Cruciatæ conceduntur ſub contractu oneroſo impendendi certam eleemoſynam, cujus proinde debebat fieri ſpecifica mentio, & reddi unicuique eleemoſyna accepta.

Revocatio privilegij remunerativi.

278 Tertia concluſio. Privilegium remunerativum ſive fuerit collatum ex juſtitia, ſive ex gratitudine, revocari nequit ſine juſta cauſa, & ſine pretio reddito, vel compẽſatione exhibita. Ita Felinus Cap. Novit, de judicijs n. 12. Matienz. lib. 5. recupil. tit. 10. lege 6. Gloſ. 1. n. 18. Sanch. cit. num. 5. & Suar. num. 6. Probatur, quia privilegiarius per illud privilegium ſibi collatum ceſſit debito remunerationis, proindeque talis ceſſio accepto privilegio in contractum tranſijt. Suar. cit. num. 6. quanvis aſſirmet revocationem privilegij remunerativi debere compenſari, quando remuneratio debebatur ex juſtitia, aſſerit fortè non eſſe faciẽdam compenſationem, ſi remuneratio ſolum debebatur ex gratitudine. Palaus diſp. 4. punct. 21. §. 2. exiſtimat adhuc faciendam eſſe compẽſationem, quàvis remuneratio ex ſola gratitudine deberetur, nõ quidẽ propter merita præciſẽ, ſed propter ceſſionẽ illorũ, quæ pretio æſtimabilis eſt, damnoſa cedẽti, utilis ceſſionario. Vtrũque probabile judico, explicandum verò, & ipſa explicatione cõciliãdum, ſi dicamus adhuc deberi compẽſationem, non quidem ex juſtitia, ſed ex gratitudine. Patet, quia revocãs privilegium reducit rem ad priſtinum ſtatum; ſed in priſtino ſtatu ſolum debebatur remuneratio meritorum ex gratitudine: ceſſio autem meritorum nõ habet maiorem valorem, quàm habebãt ipſa merita; ergo illi ſolum facienda eſt compẽſatio, ex gratitudine, & non ex juſtitia fiet.

Privilegia revocare quis poſſit.

279 Circa poſteriorem difficultatem de cauſa efficiẽte revocationis, ſcilicet quiſnam poſſit privilegia revocare? Vt generalem apponamus doctrinam, antequam ad ſpecialem de privilegijs Academicis accedamus, conſentiũt nõnulli ex citatis Authoribus, Suar. lib. 8. cap. 37. n. 12. Baſilius cap. 19. n. 15. & Palaus §. 3. n. 1. privilegium poſſe revocari à cõcedẽte, & ejus ſucceſſore, quàvis nõ ſint ſupremi Principes. Ratio eſt, quia privilegium ſolo cõcedẽtis arbitrio impẽditur, ita ut illius juriſdictionem reſpiciat ſive ſupremam, ſive nõ ſupremam; ergo arbitrio concedẽtis, vel ſucceſſoris revocari poteſt.

Diſpenſationis revocatio.

Dubitatio eſt, utrum ſicut cõcedẽs privilegium cõtra propriam legem, illud ſine ulla cauſa validè revocare poteſt, id ipſum poſſit inferior diſpẽſans, & quaſi concedẽs privilegium cõtra legem ſuperioris, caſu quo diſpenſare, & quaſi privilegiare poteſt. Affirmativam partem ſequitur Bonacina diſp. 1. q. 3. pũct. 6. §. 3. n. 11. & probabilem vocat Suar. lib. 8. de leg. cap. 37. nu. 15. Negandam tamen eſt cum Sanchez lib. 8. Matr. diſp. 33. n. 12. & Salas diſp. 20. de legib. ſect. 12. fin. validam eſſe talem revocationem. Probatur, quia inferior tantum depẽdet à voluntate ſuperioris ad diſpẽſandum, quãtum ad revocãdum diſpẽſationem datam: ſed ſine cauſa validè diſpẽſare nequit, ergo ſine cauſa validè diſpẽſationem revocare non poteſt.

Revocatio privilegij a lege inferioris facti per ſuperiorem.

280 Ex oppoſito etiam dubitatur, utrũ ſuperior revocare poſſit privilegiũ conceſſum ab inferiore. Conſtat 1. poſſe validè & licitè revocare, data cauſa rationabili. Nam inferior poteſtas in lege condenda, & privilegio conferendo ſubordinatur ſuperiori. Cõſtat 2. illicitam eſſe revocationem factam ſine cauſa. Quia ſine injuria inferioris prælati, & ſine perverſione debiti ordinis regulariter fieri nequit. An verò ſine cauſa validè fiat? Sãchez lib. 8. Matr. diſp. 33. num. 7. Suar. lib. 8. de leg. cap. 37. num. 17. & Baſilius de Leon lib. 8. cap. 19. nu. 15. loquuntur cum diſtinctione aſſerentes validam eſſe prædictam revocationem, ſi fiat à Summo Pontifice, invalidam, ſi fiat ab alijs prælatis. Diſtinctio, & reſolutio hæc procedit de privilegijs, & diſpenſationibus Eccleſiaſticis. Ratio diſparitatis eſt, quia à Summo Pontifice tãquam à fonte emanat omnis juriſdictio, & ſpiritualis poteſtas in Eccleſia, quæ proinde ceſſabit, ſi ille ſuſpendat influxum: cum verò hoc non cernatur in alijs prælatis, excedent propriam poteſtatem, ſi attentent abſque cauſa privare inferiores ordinaria juriſdictione.

Privilegij revocandi cauſa.

281 Ex his abſolutè & generaliter reſolutis facilè erit intelligere an & quomodò privilegia Academica ſint revocabilia, & quiſnam poſſit ea revocare, præſertim ſi comparemus Academias laicas ad ſuos Principes, & legiſlatores laicos, item Eccleſiaſticas ad legiſlatores Eccleſiaſticos. Supereſt adhuc in ſpecie videndum, quænam ſit cauſa, & ratio legitima ob quam revocentur privilegia Academijs, & earum alumnis. Rolandus à Valle volum. 2. conſ. 66. nu. 25. ex Bal. c. 1. de mil. Vaſal. qui contu. ſupponit Vniverſitatem propter ſolam contumaciam poſſe privari privilegijs: quã doctrinam intelligo, & recipio juxta ea quæ tradidi lib. 1. diſp. 1. q. 4. ubi expoſui qua ratione univerſitas delinquere, & puniri poſſit. Et quidem ſicut legitima cauſa eſt delictum ritè probatum ut alijs bonis, ita etiam ut privilegijs Academia ſpolietur. Eſt etiam legitima cauſa hujuſmodi privationis, ſeu revocationis quando quis abutitur privilegio, ſive per exceſſum, ut ſi intendat facultatem ultra id quod cõceditur, ſive per occaſionem, ut ſi ex privilegio ſumat occaſio-

Digitized by Google

occaſionem peccandi. Ita ex cap. Vbi diſt.74. cap. Vt privilegia, de privil. & cap.2. de ſentent. excommu, Salas diſput.17. de leg. n.67. Suar. de leg. lib.8. cap.36. à n.4. & Bonacina diſp.1. q.13. pun. ult. n.2. Quid ſi nullum interveniat delictum? Eſt optima cauſa ratio utilitatis communis, quando ſcilicet bono publico expedit, ut privilegia revocentur: ſicut enim quis abſque culpa ob ſolum bonum commune alijs bonis, ita etiam privilegijs poteſt privari. Eſt etiam ſufficiens ratio ceſſatio cauſæ finalis habentis tractum ſucceſſivum juxta tradita n.274. ſed tũc non datur propria revocatio, ſed extinctio privilegij temporalis. Sic privilegium ſcholaritatis Academiæ Pariſienſis (inquit Petrus Gregor. lib.18. de Repub. cap.10. nu.9.) temporale eſt, & reſtrictum ad certum tempus habita ratione ſtudiorum, & facultatis, quam quis ſequitur. Qui profitentur & docent, tandiu utuntur privilegijs, quandiu profitentur & docent, & ſi per viginti annos cõtinuos docuerint, privilegium ſit illis perpetuum, quandiu vixerint in Vrbe, ſeu in dicta Vniverſitate. Scholaſtici vero (ait) Studentes in Theologia per quatuordecim annos uti poſſunt privilegijs ſtudij: in jure civili, aut pontificio, per ſeptennium: grammatici, dialectici, phyſici per quatuor, non plures: ut declaravit Curia Pariſienſis anno 1552. menſe Maij, eo quòd ut liquet ex jure civili & Pontificio, meta ſtudiorum impoſita eſt juri Pontificio per ſeptennium. Cap. cum ex eo, de elect. in 6. vide tamen cap. fin. de Magiſtris lib.5. tit.5. Iuri civili per quingennium in proœm. ff. Theologiæ per decennium. Vide §. præterea volumus verſ. tempus, & ibi Gloſ. Rebuffi de collatio. in pragmat. ſan.

Scholaritatis privilegium quandiu durat.

Tempus & meta ſtudiorũ.

QVÆSTIO V.

Vtrum Princeps ſæcularis poßit revocare privilegium, quod conceßit Academiæ Eccleſiaſticæ?

282 HÆc quæſtio decidenda eſt ex illa generali, an privilegium Eccleſiæ conceſſum à Principe laico, poſſit ab eodem revocari. Sententiam affirmativam videntur tenere Cynus, Imol. & Alexand. in l. non amplius §.1. ff. de legat. 1. Saly. in Authent. caſſa & irrita Fulg. & Paul. Caſtr. in l. Privilegia C. de ſacroſ. Eccleſ. quos citat Tiraquel. de privil. cauſæ piæ privileg.159. Quatenus affirmant privilegia pijs cauſis conceſſa poſſe à ſtatuentibus revocari. Eandem cum aliquali limitatione defendunt Villalobos in Summa tom.1. tractat.17. dub.21. n.4. Duardus in Bulla cænæ lib.2. can.15. q.27. num.16. & Souſa in eadem Bulla cap.16. diſp.84. concl.5. nu.6. dummodò hujuſmodi privilegium non fuerit confirmatum per Pontificem. Exiſtimant enim hi Authores (ut teſtatur Diana p.1. tractat.2. reſol. dic.) privilegia particularia hujus, vel illius Eccleſiæ, religionis, vel perſonæ revocari poſſe. Accedit Boſſ. in tit. de Principe n.176. ubi ait poſſe Principem revocare privilegium illud etiam ex intervallo poſt acquiſitionem.

Privilegium conceſſum Academiæ Eccleſiaſticæ per laicum dicunt aliqui revocari poſſe.

Facit 1. pro hac ſententia, quia non minus pendet privilegium à privilegiante, quàm lex à legiſlatore: tum quia privilegium eſt etiam lex, tum quia tam privilegium, quàm lex pendeat in fieri, & conſervari: ſed lex ad libitum legiſlatoris revocari poteſt, ſaltem validè, ut omnes fatentur; ergo & privilegium etiam conceſſum Eccleſiæ. Facit 2. quia ſi aliquid obſtaret tali revocationi eſſet quòd Eccleſia in illa dammum ſubiret: ſed hoc non obſtat, quia (ut docet Gloſ. in l. ſi onus §. pactus ne pereat, verbo quod in ſpecie ff. de pactis) quando per revocationem illius, quod prius conceſſum fuerat, aliquid reducitur ad jus, quod prius competebat antiquitùs, conqueri non poteſt, qui ex tali revocatione damnum patitur; ergo revocari poteſt. Facit 3. quia privilegium Principis æquiparatur ultimæ voluntati Cap. quia cunctis, de conceſſ. præbend. & Cap. ſi pluribus, de præb. in 6. de quo Gigas tract. de penſion. q.27. n.5. atqui ultima voluntas, etiamſi per illam aliquid relinquatur Eccleſiæ, ſemper revocabilis eſt, & ideo deambulatoria dicitur; ergo & privilegium.

Privilegium & ultima voluntas.

283 Facit 4. quia conſuetudo æquiparatur privilegio, ut habetur Cap. novit, Cap. ſuper quibuſdam §. præterea de verborum ſign. de quo Suar. de legibus lib.8. cap.7. n.8. ex quo infert nu.10. nomine privilegij generatim ſumpti poſſe venire conſuetudinem ad dandum jus ſpeciale, quia confert verum privilegium, & univocè tale: atqui conſuetudo, etiam legitimè præſcripta, & immemorialis revocari poteſt à ſupremo Principe, à quo ſuam omnem vim obtinuit; ergo & privilegiũ. Facit 5. quia ſicut Papa eſt ſupremus dominus ad revocanda privilegia à ſe conceſſa, ita Princeps ſæcularis ad ſua: ſed Summus Pontifex poteſt revocare privilegia ipſis etiam regibus conceſſa, & acquiſita per conſuetudinem, ut ex cap. a. de conſuet. & cap. clerici, de judic. fatetur Gabriel Pereyra de Manu Regia p.1. cap.6. num.6. ergo & Princeps ſæcularis poterit revocare, quæ conceſſit Eccleſijs. Facit 6. textus expreſſus in l. ſi quis curialis C. de Epiſcop. & Clericis, per quam Imperatores Arcadius & Honorius revocant legem civilem, quæ fuerat edita in favorem Eccleſiæ, ſcilicet quod curialis poſſet inviro ſuo ſuperiore in clericum ordinari, relictis omnibus bonis ſuis curiæ; ergo privilegium conceſſum Eccleſiæ per Principem ſæcula-

Privilegium & conſuetudo.

calarem revocabile eſt.

Privilegia Eccleſiæ non revocantur.

284 Nihilominus ſententia negativa longè communior, & verior eſt. Eá acriter defendit Sách. lib.7. Decal. cap.12. n.15. his verbis: (Ab omni (inquit) veritate, & Chriſtiana pietate alienum eſt, dicere privilegia ab Imperatoribus conceſſa Eccleſijs, & Eccleſiaſticis perſonis poſſe ab ipſiſmet Imperatoribus auferri.) Vbi pro hac ſentẽtia multos Authores citat, præter quos, eam tenent Bart. in l. privil. in l. fin. C. de ſacroſ. Eccleſ. Rom. ſingul. 478. Ioan. And. in addit. Specul. tit. de inſtru. edit. §. nunc vero. Domin. in c. quæ in Eccleſiar. col.3. de conſtit. Paul. Caſtr. in l. ſi quis Curialis C. de Epiſc. & Cler. Calca. conſ.13. pro parte negati. col.4. Fran. Aret. & Iaſ. in l. non amplius §.1. ff. de legat. 1. Panorm. conſ.6. in quæſtione, quæ vertitur, col.2. ver. ſecundum remedium lib.2. Innoc. in cap. novit, de judic. Archid. in c. quicunque 11. q.1. Abb. Mand. conſ.8. nu.18. lib.1. Socin. Sen. conſ.241. n.2. ver. prima eſt lib. 2. Felyn. in cap. Eccleſia S. Mariæ n.97. de conſtit. & in cap. ad Apoſtolicam nu.2. de Simon. Landrec. conſ.103. num.11. Vgol. in tract. de Simon. cap. 9. §. 10. n.5. Natta conſ.431. n.18. lib.1. Surdus conſ. 262. n.60. lib.2. Carolus de Graffis tract. de effect. Cleric. Effectu 2. n.14. Tiraquel. de privil. cauſæ piæ priv.159. Martha de juriſd. p.4. cent.1. caſ.52. n.6. Peſantius tract. de Immun. Eccl. diſp.5. 9. Alterius tom.1. diſp.16. lib.5. c.6. fol.703. col.2. Coriolanus in Bulla Cænæ excommun.15. fol.935. Azorius p.1. lib.5. cap.13. q.5. Lucas de Penna in l. fin. n.64. C. de locat. præd. civil. lib.11. Decius in d. c. Eccleſ. S. Mariæ n.11. Portocarretus in alleg. pro juriſd. S. Inquiſit. n.44. Gonzal. in reg.8. Cancel. gloſ.18. nu.23. Filliucius tom.4. tract.61. cap.10. nu.269. Diana par.1. tract.2. reſol.61. & quod pro hac parte plurimum valet, poteſtatis regiæ acerrimus propugnator Gabriel Pereyra de Caſtro de Manu Reg. p.1. cap.5. num.8. ad fin. Videatur Narbona in 3. par. Recopil. l.4. tit.1. leg.10. gloſ.22. n.21. Piramus in reſponſ. 2. pro juriſd. S. Officij nu.149. Curt. junior conſil.144. n.4. & Genuenſis in Pract. Eccleſ. tricen.17. q. 480. n.2.

Conſuetudo piæ obſervanda.

285 Sumitur 1. ex cap. ad Apoſtolicam, de Simon. ubi præcipiuntur laici obſervare pias, & laudabiles conſuetudines, quæ ex pietate fuerunt introductæ in favorem Eccleſiæ, ſeu clericorum. Vnde ait Gloſſa compellendos eſſe laicos officio judicis obſervare conſuetudinem dandi aliquid Clericis pro ſuo miniſterio, quanvis ex ſola pietate fuerit introducta: hoc autem ex paritate rationis procedit in privilegio conceſſo à laicis in favorem Eccleſiæ, atque adeò ſi laici jubentur talem conſuetudinem, vel privilegium obſervare, etiam jubentur nec revocare, nec abolere. Sumitur 2. ex l. privil. & l. fin. C. de ſacroſ. Eccleſ. ubi Bart. in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtitut. Dom. col.3. dixerunt ſtatutum, quo præcipitur ut in ſingulis annis debeatur conferri certa eleemoſyna Eccleſiæ, non poſſe revocari à Principe laico, qui tale ſtatutum condidit, ex eo quod tale ſtatutum fuerit factum in favorem: ergo idem dicendum erit de quocunque privilegio favorabili Eccleſiæ, etiam ſi non conferatur per ſtatutum. Sumitur 3. à ſimili, nam eodem modo ſe habet privilegium conceſſum Eccleſiæ, atque juriſdictio collata à Principe ſæculari: ſed juriſdictio ſemel data, & incorporata Eccleſiæ auferri nequit, cum per illam incorporationem reddatur Eccleſiaſtica: & ſic cum multis reſolvit Diana p.4. tract.1. reſol.82. loquens de juriſdictione, quam Inquiſitores habent in ſuos familiares, dato & non conceſſo quòd talis juriſdictio ſit regia, ideſt collata per Regem; ergo ſimiliter privilegium à Rege conceſſum.

Iuriſdictio data Eccleſiæ per Principem.

Remuneratorium privilegium.

286 Sumitur 4. ex cauſa, nam privilegium conceſſum Eccleſiæ, vel communitati alicui Eccleſiaſticæ cenſetur datum ob merita, & ſervitia facta bono publico, atque adeo eſt remuneratorium, & tranſit in vim contractus, quod autem hujuſmodi privilegium fiat irrevocabile, diximus nu.278. & eſt doctrina communis, quam præter ibi citatos, tradunt Surdus conſ.140. n.38. Aponte conſ.60. num.22. Olaſcus deciſ.139. n.28. Rolandus do Valle vol. 3. conſ.13. n.30. Grammaticus deciſ.65. num.24. Cochier de libert. Eccleſ. par.1. c.30. num.10. & Bayerola in alleg. pro juriſd. S. Officij art.5. n.91. Sumitur 5. ex perſona privilegiata, quia privilegium conceſſum non ſubdito revocari non poteſt, ut tenent Innoc. in cap. novit. de judic. Caſtren. conſ.317. col.3. Archid. in c. quicunque 11. q.3. Cardi. in repet. c. perpendimus in princ. de ſent. excom. Decius conſ.286. n.6. Iaſ. conſ.56. n.2. vol. & alij quos ſequuntur, ac citant Martha de Iuriſd. caſu 52. num.20. & Gabriel Pereyra de Manu Reg. p.1. cap.6. num.8. Eccleſia autem, & Clerici non ſunt ſubditi Principis laici, ut ex Natta conſ.431. n.18. lib.1. Surdo conſ.262. n.60. lib. 2. Innoc. Abb. Dec. & alijs tradit Carolus de Graffis tractat. de effect. Cleric. Effect. 2. num.17.

Privilegium cauſæ piæ.

287 Sumitur 6. ex ipſa ratione conceſſionis, quæ eſt pia: nam privilegia cauſis pijs conceſſa revocari nequeunt, ut eſt communis ſententia juriſtarum, quam defendunt Bart. Ioan. And. Domin. Paul. Caſtr. Iaſ. & multi alij, quos citat Tiraquell. tract. de privil. cauſæ piæ privil.159. ſed Eccleſia, & quæcunque communitas Eccleſiaſtica eſt cauſa maximè pia, atque adeo pia omnis conceſſio in illius favorem facta; ergo irrevocabilis. Sumitur 7. ex abſurdo quod ſequeretur data tali revocatione. Nam Princeps revocans offenderet immunitatem Eccleſiaſticam, ut arg. cap. Eccleſiarum mater, & cap. Eccleſiæ S. Mariæ de conſtit. probat Vgolinus tract. de Simon. tab.1. cap.9. §.10. n.4.

& cum

Digitized by Google

& cum multis Diana p.1.tract.2. reſol.61. Ratio eſt manifeſta, nam quicunque Princeps laicus privat Eccleſiam ſuis bonis injurioſè, violat immunitatem Eccleſiaſticam: ſed revocans privilegia conceſſa, & acceptata privat Eccleſiam ſuis bonis: quia inter bona Eccleſiæ numerantur jura: privilegium autem conceſſum poſtquã acceptatur, tranſit in jus acceptantis. Ex quo turſus infertur hujuſmodi revocantem incurrere excommunicationem Bullæ Cænæ: quod „ videtur expreſſum in verbis Bullæ, ibi, Quarumcunque Eccleſiarum juribus quomodolibet præjudicatur. Confirmatur, nam Conſtantinus Imperator conceſſit facultatem, ut Eccleſiæ poſſent ædificari per totum orbem: ſic habetur cap. futuram 12. q. 1. ſi ergo Principes huic privilegio derogarent condentes v.g. ſtatutum, quo præciperent, ne in eorum ditionibus poſſint ædificari de novo Eccleſiæ, vel monaſteria, offenderẽt Immunitatem Eccleſiaſticam, ut tradunt Anton. Bovius in Reſpon. pro cenſ. Pauli V. contra Venetos, Philippus Maynardus de privil. Eccl. contra Venetos p.2.a.24. Belletus in diſq. Cler. p.1. tit.6.§.1.n.20. Paulus Comitolus in Apolog. contra Venetos c.1.nu.17. Aloyſius in praxi tom.3. reſol.207.n.7. & Duardus in Bulla Cænæ lib.2. can.15. q.19. n.68. Subſcribunt Filliucius tom.1. tract.16. c.ad.10. n.270. Maynardus cit. p.2. art.22. n.95. affirmantes ſtatuta, quæ reſtringunt privilegia conceſſa toti Eccleſiæ à Deo, Papa, vel Imperatore, tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam.

Privilegia Academiæ Eccleſiaſticæ.

288 Ex dictis ſatis perſpicuum manet non poſſe Principem ſæcularem revocare privilegia, quæ conceſſit Academiæ Eccleſiaſticæ, ſemel accepta, uſu & conſuetudine ſtabilita. Quia (ut oſtendimus) non poteſt revocare privilegia Eccleſijs etiam privatis, vel communitatibus Eccleſiaſticis conceſſa: prædicta autem Academia inter communitates, & univerſitates Eccleſiaſticas numeratur. Nec ad hoc poſtulatur expreſſa privilegiorum acceptatio facta per Summum Pontificem: ſufficit enim quòd acceptẽt prælati ad quos ſpectat cura Eccleſiarum, & quòd per illos S. Põtifex cẽſeatur acceptare.

Supereſt reſpondere fundamentis ſententiæ affirmativæ, quæ oppoſuimus à num. 282. Ad primum dicimus æqualis dependentiæ eſſe legem, & privilegium reſpectu ſui conditoris, vel collatoris, quando privilegium confertur ſubdito, quem ſicut Princeps poteſt lege ſua obligare, ita & à tali lege eximere: ſecus reſpectu non ſubditi, qualis eſt Eccleſia, in qua privilegium acceptatum tranſit in jus, quod à Principe ſæculari revocari nequit. Ad ſecundum negatur minor, cujus probatio ſolum militat in privilegio quod eſt diſpenſativum in lege ſuperioris, proindeque collatum ſubdito: hic enim non debet conqueri quòd reducatur ad antiquum ſtatum, ſcilicet in quo per legem obligabatur: ſecus quando privilegium peperit Eccleſiæ non ſubditæ jus irrevocabile. Ad tertium reſpondemus benè æquiparari privilegium ultimæ voluntati, quia ſimpliciter utrumque revocari poteſt: verùm ſicut ultima voluntas, ſi tranſeat in contractum revocari nequit, ita & privilegium remunerativum, vel collatum non ſubdito.

Privilegij & conſuetudinis æquiparatio.

289 Ad quartum dicimus ex doctrina Gabrielis Pereyra citati cap.5. nu.8. conſuetudines & privilegia æquiparari, & iiſdẽ regulis metiri, quando materia ſubjecta nõ repugnat: ſecus ſi repugnet. Multa enim poſſunt acquiri privilegio, & non conſuetudine: poteſt enim laico concedi per privilegium, ut beneficia conferat cap. Adrianus 63. diſt. quod tamen per conſuetudinem etiam immemorialem acquiri nequit, ob perſonæ incapacitatem. Deinde cap. quanto de conſuetud. ſimplici ſacerdoti poteſt ex privilegio committi poteſtas conferendi ordines minores, quæ nulla conſuetudine acquiri valet. E converſo acquiruntur aliqua conſuetudine, ad quæ privilegium non ſufficit: prout in juriſdictione, quæ per conſuetudinem comparari poteſt, ſicut transferri dominium ab uno in alium, quod fortè per abſolutum privilegium fieri non poſſe, docet Suar. de leg. lib. 8. cap.7. n.12. Vnde licèt conſuetudo valeat revocari, privilegium poteſt fieri irrevocabile ex ſubjecta materia. Ad quintum patet manifeſtum diſcrimen inter ſupremos Principes laicum, & Eccleſiaſticum: quia laicus in nullo caſu habere poteſt pro ſubdito Eccleſiaſticum, ſeu Papam, hic autem ſemper habet per ſubdito laicum Chriſtianum in ſpiritualibus directè, in temporalibus indirectè, ut alibi expoſuimus. Vnde mirum non eſt quòd Papa poſſit revocare privilegia conceſſa Principi laico, non è contra. Ad ſextum benè reſpondet Felinus in cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ citat. num. 98. Imperatores revocaſſe favorem illum, ſeu privilegium de facto, & non de jure. Hinc Marta citatus num. 16. ex Decio in dict. cap. num. 4. dicit leges Codicis in quantum præjudiciales Eccleſiæ non cenſeri approbatas per Summum Pontificem, atque adeo tanquam factas à non habente poteſtate, non valere, neque eſſe allegandas in deciſionibus cauſarum.

QVÆS-

QVÆSTIO VI.

Vtrum, & quomodo deſinant privilegia Academica per clauſulas derogatorias?

Clauſula generalis derogatoria privilegiorum.

290 CIrca præcipuas clauſulas, quibus ſolēt Principes derogare privilegijs, vel ea omninò abrogare, occurrunt præcipuæ difficultates. Prima difficultas eſt circa illam generalem (non obſtantibus quibuſcuoque ptivilegijs) utrum privilegia Academica per illam derogentur, vel abrogentur: Loqui poſſumus de privilegijs, quæ ſunt inſerta in corpore juris communis, vel fuere cōceſſa per ſtatutum, vel neutro ex dictis modis. Dico 1. Privilegia Academica, ſeu ſcholaſtica, quæ ſunt inſerta in corpore juris, neque revocantur, neque derogantur per clauſulam generalem derogatoriam. Ita Rebuff. de privil. ſchol. privil. 179. ubi apponit pro exemplo: ſi mandaretur (inquit) per Regem, ut omnes exempti, vel non exempti debeant ſolvere collectas, vel alia munera, non obſtantibus privilegijs quibuſcunque, ſcholares non tenebuntur ſolvere: quia generalis privilegiorum derogatio non comprehendit privilegia in corpore juris clauſa, ut ſunt iſta ſcholaſticorum privilegia. Ita etiā Vitalis de Cambanis in tract. clauſul. clauſula generali fol. 1. col. 1. Fel. in c. 1. num. 12. de reſcript. Gloſ. in l. 1. §. legatis v. non compellunrur ff. de jud. Gloſ. in l. hæres inir. eo tit. & in Auth. qua in provincia C. ubi de crimin. agi oporteat; & ibi Bart. Decius in conſil. 165. viſo tenore, in fine Boerius in repet. l. cōſentaneum fol. 31. C. quomodo & quando jud. Roſella v. lex §. 15. Curtius Iunior conſ. 110. num. 29. lib. 1. Mandellus conſil. 185. num. 34. Menoch. lib. 6. præſum. 39. num. 1. & omnes infra citandi pro alijs reſolutionibus hujus primæ difficultatis. Ratio eſt deſumpta à jure per Rebuff. citatum, quia jura tot vigilijs promulgata non videtur Princeps uno verbo velle tollere l. ſi quando C. de inoff. teſtam. & cap. Eccleſia 2. de electione.

Privilegia collata per ſtatutum.

291 Dico 2. Privilegia Academica quæ fuere conceſſa per ſtatutum, non poſſunt derogari per ſuptadictam clauſulam generalem. Ita Gloſ. ad cap. 1. de conſtit. in 6. Sylveſter v. lex §. 27. dicto 1. Tabiena v. eod. §. 12. Sà v. eod. num. 21. Vaſq. 1. 2. diſp. 178. c. 1. num. 5. Sayrus in clavi lib. 3. cap. 10. n. 10. Suar. de legib. lib. 6. cap. 27. n. 13. Lorca tom. 2. de leg. diſp. 28. fine Reginaldus lib. 13. num. 198. Gironda de privil. q. 166. num. 892. Marta de clauſulis 1. p. clauſul. 77. num. 4. Moneta de commut. ult. volum. cap. 7. q. 3. num. 163. & Salas de legibus diſp. 18. ſect. 1. nu. 4. §. Septimo, ubi aſſerit eſſe omnium Doctorum. Sumitur ex cap. 1. de conſtit. in 6. „ ubi Bonifacius VIII. ſic habet. Quia tamen „ (loquitur de Pontifice) locorum ſpecialium, „ & perſonarum ſingularium conſuetudines, „ & ſtatuta poteſt probabiliter ignorare: ipſis, „ dum tamen ſint rationabilia, per conſtitutio- „ nem à ſe noviter editam (niſi expreſſè ca- „ veatur in ipſa) non intelligitur in aliquo de- „ rogare. Cum igitur ſtatutum maneat illæſum, lædi nequit privilegium in eo contentum. Confirmatur, nam ſi civitas vendat vectigal cum pacto, quòd ſolvatur de rebus omnibus gabella, nullo obſtante privilegio, adhuc non debet ſolui de rebus, quæ mittuntur ad exercitum, ob privilegium in ſtatuto contentum. Imol. in l. licitatio §. fin. ff. de Republica, & vectig. Ideo juxta Cepol. cautel. 47. bonum eſt, quando conceditur alicui privilegium, pro ipſius maiori firmitate, quòd inſeratur in libris ſtatutorum.

Privilegium ſpeciale non derogatur generali clauſula.

292 Dico 3. Academicum privilegium, quanvis neque in corpore juris cōmunis, neque in ſtatuto contineatur, adhuc nō deſinit per clauſulam generalem derogatoriā. Ita videtur ſentire Bal. in l. non plures C. de ſacroſ. Eccleſ. Iaſon conſ. 105. in cauſa col. 2. vol. 1. Sumitur ex cap. ſi propter, de reſcript. in 6. quod antiquus interpres Genzelinus ſic exponens redigit in ſummam: Gratia generalis (inquit) non præjudicat ſpeciali, & debet facere mentionem de præcedenti privilegio, conſuetudine, vel ſtatuto. Vbi ſupponit privilegium ſpeciale, quale cenſetur quodcunque Academicum, etiam diſtinctum, & ſeparatum à ſtatuto, nō aboleri per illam generalem clauſulam. Hoc etiam ſentit Archid. in cap. 1. de conſtit. & probat arg. l. cum Aquiliana, & l. Qui cum tutorib. §. 1. & §. fin. & l. non eſt ferendus ff. de tranſact. & l. in lege ff. de contrah. emption. Vnde Guillelmus Laudunenſis in Gloſſa Extravag. Sedes Apoſtolica, quam Felinus vocat Gloſ„ ſam auream, verb. immutari ita ait: Eſt hîc „ argumentum, quòd per conſtitutionem Prin„ cipis, quantumcunque publicè, vel ſolemni„ ter editam etiam licèt omnes de mundo nō „ obſtantias contineat: non tolluntur ſpecia„ lia privilegia, ſtatuta, vel conſuetudines.

Privilegia Pariſienſia Conimbricenſia Eborēſia quoad derogationem.

293 Vt veniamus ad nonnullas in ſpecie Academias, Pariſienſis (ut teſtatur Rebuff. citatus) habet privilegium quod nūquam comprehendatur ſub litteris quantumcunque generalibus odioſis quod eſt datum anno 1478. die 14. Aprilis, quod eſt collatum per Ludovicum hujus nominis undecimum Galliæ Regem. Conimbricenſis Academia etiam quoad ſua privilegia non patitur detrimentum per legem aliquam in qua cōtineatur generalis clauſu-

clauſula derogatoria. Ita Emmanuel Barboſa in remiſſion. ad lib. 5. titul. 8. Ordin. ubi ſub gravibus pœnis prohibentur certa armorum genera, & hujuſmodi prohibitio habetur etiam titul. Extravag. hujus Regni 1. cum ſeqq. tit. 2. part. 4. Ad citatam Ordinationem ſic habet dictus Barb. num. 8. Limita 5. in ſcholaribus Univerſitatis Conimbricenſis, quæ cum habeat ſtatutum à Rege confirmatum pro ſuis ſcholaſticis; non ligatur pœnis hujus Ordinationis; nec Extravag. poſtea editæ: quia per legem generalem non videtur derogatum privilegio ſpeciali ex Bald. in l. non plures n. 4. C. de ſacroſ. Eccl. quod magis procedit quoad privilegia Univerſitati conceſſa ex Roman. conſ. 436. & ita audivi judicatum noviſſimè in Senatu ſupplicationis; quæ ſententia eſt in judicio judicis Conſervatoris dictæ Univerſitatis apud Simonē Leal; prout mihi relatum fuit. Hæc Barboſa, quæ potiori jure affirmare poterat de privilegijs Academiæ Eborenſis; utpote collatis & confirmatis authoritate non tantum Regia; ſed etiam Pontificia, & contentis in corpore ſtatutorum; quæ derogari nequeūt, niſi per clauſulam ſpecialem & expreſſam, ut dixi n. 248.

294 Secunda difficultas eſt, utrum privilegia Academijs, vel ipſarum alūnis cōceſſa, derogētur per clauſulam, ubi ponitur, Non obſtantibus privilegijs conceſſis alicui perſonæ? Sentētia negativa mihi indubitata eſt. Quia particula manifeſtè denotans perſonam ſingularem non comprehēdit communitatem, neque perſonas prout ſunt alicujus communitatis: particula autem illa (alicui perſonæ) denotat perſonam ſingularem: quia vox (Aliquis, aliqua, aliquod, vel aliquid) ſolet adjūgi perſonis, & rebus ſingularibus, quas ſignificat, ut multis probant Dominicus de S. Geminiano conſ. 65. n. 27. Gratianus diſcept. forenſ. cap. 229. à nu. 2. Barboſa tract. diction. dict. 22. n. 9. Iacobus Beretta conſ. 16. n. 2. lib. 1. & copioſiſſimè Tiraquel. in l. ſi unquam verſ. Omnia num. 5. Cod. de revoc. donat. Deinde communitas, Collegium, Univerſitas, vel capitulum non veniunt appellatione perſonæ, ut tenent communiter Iuriſtæ, Hoſtienſ. in cap. 2. num. 14. de reſcript. in 6. In eod. cap. Archid. num. 5. Ioan. Andr. nu. 2. Geminian. num. 8. Iacobinus in l. Collegium num. 3. Cod. de hæred. inſtitut. Decius in l. ſi familiā num. 11. ff. de juriſdict. omn. judic. Roman. conſ. 195. num. 3. Gallinius de verb. ſignif. lib. 3. cap. 19. num. 14. Brunorus in Compend. reſol. verbo Perſonæ appellat. ad fin. Azevedus ad l. 22. à num. 1. tit. 7. lib. 7. Gironda de privileg. quæſt. 104. num. 514. Trentacinquius variar. reſol. lib. 1. de reſcript. num. 16. & plures alij, quos citant Gonzales ad regul. 8. Cancel. gloſ. 73. à num. 1. & Barboſa in tractat. Appell. ap. 198. à num. 1. Sumitur reſolutio ex Authēt. Item nulla communitas Cod. de Epiſc. & Clerie. ibi: Item communitas, vel perſona publica, vel privata. Deinde ex l. Item quæcunque eodem tit. ibi, Item quæcunque cōmunitas, vel perſona, quæ aliquam, &c. Similiter etiam ex c. 1. de uſuris in 6. ibi: Ut nec collegiū, nec alia univerſitas, vel ſingularis perſona cujuſcūque ſit dignitatis &c. Accedunt Extrav. 1. inter communes de Simon. & Extrav. 5. inter eaſdem communes de pœnit. & remiſſ. in quibus textibus ſemper contra diſtinguitur perſona à communitate & Univerſitate. Cōſtat igitur derogationem privilegiorum, quæ fuere conceſſa perſonis, non officere privilegijs Academiæ, & ipſius alumnorum quà talium. Quāvis enim Academia, & quæcūque alia perfecta communitas dicatur perſona ficta; tamen nec vera, nec realis perſona eſt; & privilegium ſicut quoad conceſſionem debet interpretari & intelligi ſecundùm proprietatem ſermonis, ut cum communi docent Mandellus conſ. 563. n. 9. Sanch. de matrim. lib. 8. d. 1. n. 5. fine. Suar. de leg. lib. 8. cap. 28. num. 15. Bonacina tom. 2. de leg. diſp. 1. q. 3. pūct. 7. §. 1. n. 2. & Palaus 1. p. tra. 3. diſp. 4. pūct. 9. n. 3. ita quoad derogationem interpretandum eſt.

Communitas, & Univerſitas non venit nomine perſonæ.

Interpretatio privilegiorū.

295 Tertia difficultas eſt, Utrum Academica privilegia derogētur per clauſulā expreſſiſſimè derogatoriā privilegiorū perſonalium? Reſpōdetur negativè. Quia per derogationē privilegiorū perſonalium nō derogātur realia, ut planū eſt: omnia autem privilegia cōceſſa Academiæ, cōmunitati, vel Collegio ſūt realia, & non perſonalia, ut tradunt Menochius lib. 3. præſum. 103. num. 24. citans Dynum, Bartolum, Baldum, Anchar. Oldradum, Romanum, Decium, Bellonum, Gravettam, Nattam, Fachineus lib. 5. controverſ. contr. juris cap. 41. Petrus Barboſ. in l. Quia tale 14. num. 39. ff. ſolut. matrimon. citans Paulum de Caſtro, Socinum, Guidonem, & alios, Emmanuel Rorer. qq. regul. tom. 1. quæſt. 61. art. 14. §. Ex quibus. Suar. de legib. lib. 8. cap. 3. num. 4. Salas de legib. diſp. 17. ſect. 2. num. 11. Cardozus in praxi judic. v. Privilegium num. 20. Gironda de privileg. q. 175. num. 933. Moneta de commut. ult. volum. cap. 8. num. 241. Miranda in Manuali præb. regul. tom. 1. q. 46. art. 11. fine. F. Ioan. da Cruz in epitom. ſtatus religioſi lib. 2. cap. 5. dub. 7. concl. 2. Villalobos 1. p. Summ. tract. 17. de Bulla Cruc. clauſ. 12. num. 4. Layman lib. 1. tract. 4. cap. 23. num. 4. Baſilius de Matrimon. lib. 8. cap. 18. §. 1. num. 4. & Palaus 1. p. tract. 3. diſp. 4. punct. 2. §. 1. art. 2. Probatur, quia omne privilegium natura ſua perpetuum, quale eſt conceſſum communitatibus, abſolutè abſque determinatione temporis, eſt reale: perſonale enim cōceditur ſoli perſonæ, & ideo ſemper temporale eſt, quia finitur cum perſona, ut conſtat ex l. unica Cod. de caducis tollen. & ex regula 7. de regulat. juris in 6.

Academia privilegia ſunt realia, & non perſonalia.

Debet vero privilegium ut ſit perſonale, concedi perſonæ ſingulari ratione ipſius. Nam ſi concedatur perſonæ ratione alicujus rei, v. g. loci, officij, aut dignitatis, reale erit. Item ſi perſona non ſit determinata, & ſingularis, privilegium reale erit, quale cenſetur collatum Academiæ, Religioni, Monaſterio, Scholaſticis, militibus, viduis, pupillis, & filijsfamilias. Quia (ut recte docent Azor cap. 22. à quæſt. 2. Salas diſp. 17. num. 9. & Suar. cit. lib. 8. cap. 3. à num. 3.) ſingulares perſonas reſpicit, nó quà ſingulares determinatè, ſed ratione qualitatis communis.

Favorabilitas cauſa non derogat privilegijs aliorum.

296 Quarta difficultas eſt, utrum magna favorabilitas cauſæ ob quam addita eſt clauſula derogatoria aliorum privilegiorum, officiat, & deroget privilegijs Academicis? Caſus eſt v.g. ſi cum tali clauſula conferātur privilegia alicui religioni, vel hoſpitali, aut alij operi pio. Reſolutio negativa mihi certa eſt. Quia favorabilitas cauſæ, quantumcunque magna ſit, ex ſe & præciſé non ſufficit ad tollendum jus acquiſitum quo alter fruebātur per ſimile ſtatutum, aut privilegium. Habetur in cap. Ex tenore, de foro compet. ibi Innocent. III. ſic:
„ Nos igitur (inquit) attendentes, quod ſic ſumus viduis in juſtitia debitores, quòd alijs injuſtitiam facere non debeamus, &c. & in cap. Nuper §. pen. de donat. inter virum, & uxor. ibi Innoc. ipſe: Nam licèt Eccleſia in cauſis viduarũ ſe favorabilem debeat exhibere, cõtra juſtitiam tamẽ nõ eſt eis favor Eccleſiaſticus cõcedendus. Vnde Ludov. Gomez ad regul. Cancel. De non tollendo jure quæſito q. 1. n. 4. citãs Alex. & Iaſ. ait: Licèt viduis, & pupillis, ac alijs pijs cauſis multum debeamus, non tamen adeo, ut alijs præjudicium inferamus. In eandem ſententiam Mandellus cõſ. 273. n. 16. ſic habet: Quanvis favendum ſit pijs locis, non tamẽ uſque adeo eis favẽdum eſt, ut alijs injuſtè inferatur diſpẽdium. Ejuſdem Additionator Vincẽtius Annibaldus lit. k. cum Decio ita ait: Sic tamẽ Eccleſiæ, & favorabilibus cauſis debitores ſumus, ne alijs fiat injuſtitia. Videatur Menoch. conſ. 36. à n. 54.

QVÆSTIO VII.

Vtrum deſinant privilegia Academica per ceſsionem, ſeu renunciationem?

Renunciatio privilegij.

297 CVm duplex ſit renunciatio, altera expreſſa, quæ népe ſit per verba prolata expreſſè à privilegiario, altera tacita, quæ ſit per opera, in quibus voluntas illius deprehenditur, conveniunt. 1. Authores, Suar. citat. lib. 8. capit. 33. Sanchez lib. 8. Matrimon. diſp. 32. num. 2. Salas diſput. 20. ſect. 19. num. 128. Baſilius de Leon lib. 8. de diſp. mat. cap. 18. §. 2. nu. 18. & Bonacina diſputat. 1. quæſt. 3. punct. 8. §. 4. numer. 3. aliquod privilegium poſſe extingui per expreſſam renunciationem factam à privilegiario, & acceptatam à concedente. Sumitur ex jure civili l. ſi quis in conſcribendo Cod. de pactis; & ex jure Canonico, cap. ſi de terra, & cap. accedentibus, de privileg. deinde ex ratione, quia ſicut privilegium dependet à voluntate Principis concedentis in fieri, ita pẽdet in cõſervari, atque adeo per revocationem deſinere poteſt: ſed quando Princeps acceptat volũtariam renũciationem, tacitè revocat privilegium: ergo hoc illa renũtiatione extinguitur. Conveniunt 2. ſolum concedẽtem, vel ejus vices habẽtem poſſe acceptare legitimè renũtiationẽ. Eſt enim talis renũtiatio acceptata quædam virtualis revocatio, quæ ſolum oriri poteſt ab habente poteſtatem. Vnde nõ poteſt acceptare executor diſpẽſationis. Quia ſolum habet commiſſionem ad exequẽdum, & non ad revocandum.

Renunciatio privilegij Academiæ.

298 His poſitis, dubitatio nõ eſt de ceſſione, ſeu renũciatione, quam faciat Academia, quà talis, ſeu per modum unius corporis myſtici. Quia eodem modo quo ſpectat ad Academiã diſpoſitio de bonis immobilibus, ac juribus per ceſſionem, & renũciationẽ, pertinet diſpoſitio de privilegijs. Tota dubitatio eſt, utrum ſcholaſticus, vel quicũque alius privilegiatus poſſit renũciare privilegio Academiæ, quo fruitur, v.g. privilegio fori? Affirmativam ſentẽtiam videtur tenere Rebuff. in interp. Auth. Habita in fine v. Cadat, de tacita renũciatione. Cabedus 1. p. deciſ. 210. num. 2. Barboſa in l. 1. a. 4. num. 54. ff. de judic. in conſequenter ad id quod antea dixerat de juriſdictione privativa; abſolutè de utraque renunciatione tam tacita, quàm expreſſa Cokier tom. 1. p. 5. quæſt. 79. & alij quos refert Henriq. de fidejuſſ. cap. 7. num. 334. Bartolus verò in Authent. Habita excitans quæſtionem, an ſcholaſticus privilegio fori poſſit renũciare nihil reſolvit, ſed lectorem remittit, ad ea quæ dixerat in l. ſi quis num. 1. de pactis, ubi loquitur de judice competenti ipſius ſcholaſtici, quem talis ſcholaſticus ex privilegio multiplici fori (habet enim tres judices ex jure communi) poſſet declinare eligẽdo aliũ ex tribus, & declinando illum ex ijſdem tribus, apud quem actor illum conveneratr. Citati Authores pro hac ſententia fundantur præcipuè authoritate Gloſſæ finalis ad l. ſi convenerit ff. de juriſdict. omn. judic. Poſſent etiam afferre deciſiones cap. ſi de terra, & cap. antecedẽtibus, de privil. & cap. an Apoſtolicã, de regular. & l. ſi quis in conſcribendo Cod. de pactis, cum notatis ibi à Gloſſ. & Doctor.

Digitized by Google

Doctor. & ratione generali, quòd unuſquiſque poteſt juri in favorem ipſius introducto renunciare, ut videre eſt apud Suarium de legib. lib. 8. cap. 6. à num. 2. & cap. 33. per totum.

299 Nihilominus ſententiam negativam amplector cum Ægidio Luſitano in l. ex hoc jure part. 2. cap. 13. clauſula 5. num. 14. Alphonſo de Eſcobar de juriſdict. Regia & Pontificia cap. 39. à num. 37. & Sapientiſſimo Magiſtro Franciſco Freyre in manuſcr. lib. 3. conſil. 77. Non inveni expreſſam in alijs Authoribus, quia has, & ſimiles de ſcholaſticis quæſtiones, aut neutiquam, aut leviter attingunt. Probo 1. quia nemo poteſt cedere, ſeu renunciare ſuo privilegio in utilitatem, & favorem publicum introducto l. jus publicum ff. de pactis. l. neque pignus §. privatorum ff. de regul. jur. & alijs à Gloſſa ibi citatis. Vnde clericus non poteſt renunciare privilegio fori cap. ſi diligenti, de foro competit. neque beneficio capit. Odoardus, de ſolur. Vt cum communi ſententia ibi notavit in Collectan. Barboſa num. 24. & cum alijs Mendez in Practic. Luſitan. part. 2. cap. 12. num. 5. neque honeſta vidua privilegio honeſtatis cauſa conceſſo, vt tenet cum alijs Ægidius Luſitanus in tractat. de privileg. honeſtat. art. 14. num. 6. quam generalem doctrinam illuſtrant alijs exemplis Suar. lib. 8. de legib. cap. 6. à num. 2. & cap. 33. à num. 2. Bonacina eodem titul. diſputat. 1. quæſt. 3. punct. 8. 9. 6. num. 10. & exponens limitat Moneta de commut. ultim. vol. cap. 8. num. 745. ad ſola privilegia conceſſa primariò, & principaliter ob utilitatem publicam: atqui privilegium fori, ſicut & reliqua Academica conceſſa fuere ſcholaſtico principaliter, & primariò ob utilitatem publicam, & oſtendimus ſupra nu. 263. ergo nullus ſcholaſticus poteſt illis renunciare.

Clericus renunciare privilegio fori.

300 Probo 2. quia privilegia conceſſa ſcholaſticis non minùs reſpiciunt utilitatem publicam, quàm privilegia conceſſa militibus, & nobilibus: nó enim milites & nobiles ſunt magis utiles & neceſſarij Reipublicæ quàm ſcholaſtici, & litterati, ut latè oſtendimus lib. 1. diſp. 4. ſed privilegia conceſſa militibus reſpiciunt principaliter utilitatem publicam; ut oſtendit Barboſa l. 1. p. 7. num. 6. ex l. miſſi C. de exact. tribut. lib. 10. & l. utilitas Cod. de prin. pilo lib. 12. Vnde milites nequeunt ſuo privilegio renunciare, ut oſtendit Phæbus 1. part. deciſ. 48. in fine: ſimiliter nobiles privilegio nobilitatis renunciare non poſſunt, ut præter ibi citatum Phæbum, docent Anton. Gom. 2. tom. Var. cap. 11. num. 54. & Gutier. de juram. conf. p. 1. cap. 16. à nu. 47. quidquid in oppoſitum dicant Covar. c. quanvis pactum p. 2. à num. 5. & Molina tom. 2. d. 571. §. contraria. ergo idem dicendum de ſcholaſticis. Vide Fagundez in Decal. p. 2. l. 2. c. 17.

Milites, & nobiles non poſſunt renunciare ſuo privilegio.

301 Probo 3. nam ſcholaſtici ſuo privilegio fori ſunt exempti privilegio Principis: exemptus autem privilegio Principis, quàvis ipſe Princeps nihil ſibi reſervet, nequit renunciare privilegio exemptionis, ex cap. cum tempore, de arbit. cap. 2. de in integ. reſtitut. & cap. cum olim 2. de privileg. ubi latè Caſtro conſil. 431. §. 1. Francus in regulam ſcienti num. 4. de regul. juris in 6. Cokier. 1. tom. part. 2. q. 7. à num. 2. & part. 3. q. 34. Comitolus lib. 1. quæſt. 95. num. 2. Roman. conſil. 379. Decius in cap. cum acceſſiſſent num. 17. de conſtit. Emman. Roter. tom. 2. regul. quæſt. 64. à 10. Hierony. Boter. reſol. 63. num. 23. & Sanch. lib. 4. Decal. cap. 39. à num. 24. Ratio eſt, quia privilegium exemptionis tangit etiam Principem eximentem, cujus intereſt, ne ſubditus ejus ab alio, quàm ab ipſo, vel ab eo quem ſuo loco deſignat, judicetur.

Exemptionis privilegium.

302 Probo 4. fundamento, quod circa privilegium fori ſpecialiter militat in utraq; Luſitaniæ Academia, ſcilicet Conimbricenſi & Eborenſi. Quando juriſdictio data eſt alicui judici privativè, nullus alius judex, etiã ex partiũ cõſenſu, & prorogatione, quæ eſt tacita quædã privilegij renũciatio, poteſt cognoſcere de cauſis illius perſonæ, vel perſonarũ, quibus datus eſt talis judex, licèt dubium ſit an juriſdictio fuerit privativè cõceſſa. Ita DD. communiter, cum quibus ſentit Mendez in Pract. Luſit. p. 2. lib. 1. cap. 2. num. 84. & 99. Phæbus p. 2. Areſto 85. Cabedus 1. part. deciſio. 22. Maranta de ordine judicior. 4. part. diſtin. 12. num. 20. & Petrus Barb. l. 1. art. 4. à num. 46. 49. 65. & 107. de judicis. Quia per conceſſionem juriſdictionis privativè limitatur reliquorum judicum poteſtas, & juriſdictio, ex quo fit ut prorogari nequeat etiam ex conſenſu partium. Quæ quidem ratio militat etiam contra prorogationem, quam admittit Barboſa perperam intelligens Bartolum, qui (ut infra videbimus) ſolum loquitur de conſenſu ſcholaſtici in aliquem ex tribus judicibus ſibi ex privilegio cõpetentibus. Conſtat autem Eccleſiaſticum Cõſervatorem Academiæ Eborenſis habere juriſdictionem privativam in omnes clericos, qui in ea Academia ſunt deſcripti, ex Cõſtit. Gregorij XV. expedita Romæ anno 1621. Conſervatorem quoque ſæcularem in omnes ſcholaſticos ſæculares privativam quoq; habere juriſdictionem tam in civilibus, quàm in criminalibus, ſive actores ſint, ſive Rei, ex ſtatuto Academiæ Conimbricenſis lib. 1. titul. 17. num. 1. cujus privilegijs communicat Academia Eborenſis, necnon ex ſpeciali indulto Regis Sebaſtiani anno Domini 1577. cõceſſo, quod etiam inſinuatur in

Juriſdictio privativè conceſſa.

Prorogatio juriſdictionis.

Communicatio privilegiorum.

ſtatutis ipſius Academiæ Eborenſis lib. 1. cap. 13. §. 6. Imò Barboſa citatus latè probat juriſdictionem privilegiatam in ſcholaſticos, privativam eſſe.

Renunciatio fori per ſcholaſticos Eborenſes.

303 Probo 5. fundamento, quod circa dictum privilegium ſpecialiſſimè militat in noſtra hac Academia. Quia licèt nulla ex rationibus aſſignatis ſubſiſteret, adhuc ſcholaſtici, & clerici Eborenſes non poſſent con entire in alium judicem, & renunciare privilegio fori tacitè vel expreſſè: renuntiario enim hujuſmodi valida non eſt, ſi lex eam prohibeat, juxta Valaſcum part. 2. conſultat. 175. num. 16. & Cabedum 1. part. deciſ. 210. num. 1. ex l. penult. Cod. de pactis juncta Gloſ. v. Antiqui. Vnde mulier non poteſt renunciate privilegio de dote non alienanda, ex eo quòd prohibetur l. vnica §. & cum lex ff. de rei uxor. actinn. ut rectè monuit Barboſa in l. 1. part. 1. num. 68. ff. ſoluto matrimon. Id autem prohibetur clericis ſcholaſticis Eborenſibus circa renuntiationem fori ſui Eccleſiaſtici tacitam, vel expreſſam ſub comminatione pænæ arbitrariæ, & exauthorationis à libris Academiæ, in Viſitatione, quæ vim habet ſtatuti, & ex jure Canonico cap. 1. & cap. ſignificaſti, de foro compet. Vbi dicitur Clericum non poſſe in judicem, qui non ſit ejus Ordinarius, conſentire: Conſervator autem Eccleſiaſticus Academiæ Eborenſis eſt Ordinarius judex ſcholaſticorum Clericorum, vt habetur ex Bullis Pontificijs, & rectè notavic Molina tractat. 6. d. 29. num. 7. & Sebaſtianus à Coſta in Cruciat. quæſt. 86. Nec obſtat Federicus de Senis, & alij qui dicunt exemptum poſſe conſentire in judicem Ordinarium, à cujus juriſdictione fuerat exemptus. Quia oppoſitum rectiùs quoad ordinarium judicem clerici ex privilegio, tenent Felinus, Abbas à num. 5. 10. Ioann. Andr. & alij communiter ad dict. cap. ſignificaſti, ubi in Collect. Barb. in 1. & alter Barb. in l. 1. cap. 4. num. 43. ff. de judicijs.

Fori renũciatio.

304 Supereſt ut ſolvamus fundamenta affirmativæ ſententiæ allata num. 298. Quia verò præcipuum eſt deſumptum ex Gloſſa ibi citata, ejus verba fideliter tranſcribimus, ut aptè explicemus. Hic fuit pactum (inquit Gloſſa) quòd fieret judex qui non erat: quod erat grave: ibi autem ut non eſſet, qui erat: quod erat levius: ut in ſcholaribus patet, qui plures habent judices, & uni eorum renunciare poſſunt, & ut ſub præſide ſint, conſentire, quia & eorum judex ipſe eſt, ut in Authent. de Sanctiſſimis Epiſcopis §. ſi quis autem pro pecuniaria Collat. 9. & in prooemio ff. in fine. Ex quibus verbis manifeſtè conſtat Accurſium, cujus eſt ea Gloſſa, non fuiſſe in ea ſententia, ut crederet ſcholaſticum vel tacitè, vel expreſſè privilegio fori abſolutè potuiſſe renunciare: imò apertè inſinuat eum in totum non poſſe à foro ſuo exire, ibi: Quia & eorum judex ipſe eſt: quaſi dicat, eum non potuiſſe in præſidem civitatis conſentire, niſi ipſe judex eſſet ipſius. Et quanvis citato Ægidio debeamus id, quòd Bartolum, Gloſſam, & Rectores ſententiæ contrariæ in noſtram mentem trahere ſit conatus, ab eo tamen diſſentimus, quòd exiſtimet poſſe ſcholaſticum conſentire in judicem loci, in quo ſtudet, quanvis ille nullus ſit ex deſignatis in Authét. Habita, non ita ſi ſit judex alterius loci, quantunvis aliunde foret competens reſpectu ejuſdem ſcholaſtici. Neque valdè à nobis diſſidet Cabedus 1. part. deciſ. 54. num. 6. 10. & 11. omninò videndus: neque illa deciſio 210. ſupra citata, quam affert, nobis adverſari videtur: quia ille Conimbricenſis Academiæ privilegiatus, poſtquam in alieno judicio contra ipſum lata eſt ſententia, non oppoſuit exceptionem nullitatis ex defectu competentiæ, ſed voluit ſententiam executioni mandari per ſuum Conſervatorem, in quo non fuit auditus: quia executio fit per judicem, qui ſententiam tulit, vel per eum quem ipſe deprecatur l. divo Pio ff. de re judicata. l. argentarium §. Nemine ff. de judicijs, l. proponendum §. ſin autem reus Cod. eod. tit. Ac proinde dum ſententia non arguebatur, executioni erat mandanda, cujus executionis non erat judex competẽs Conſervator. Vnde de renunciatione privilegij nihil actum eſt, neque judicatum. Ita Mendez in Práct. Luſitan. 2. part. lib. 3. capit. 3. num. 7. Ad jura citata, & rationem generalem, quòd poteſt quis juri in favorem ipſius introducto renunciare, patet interpretatio, & ſolutio ex dictis: fatemur enim poſſe dari hujuſmodi renunciationem, quando favor reſpicit primariò jus privatum alicujus: ſecus, quando primariò, & principaliter reſpicit utilitatem publicam, eo modo quo oſtendimus reſpicere privilegia ſcholaſticorum.

Executio per quam judicem facienda.

DISPV-

DISPVTATIO II.

De qualitate, & excellentia privilegiorum Academiæ.

305 Diſputatis per varias quæſtiones ijs, quæ ſpectant ad eſſentiæ, effectionem, & deſitionem privilegiorum Academicorum, proximum eſt, ut diſputemus de ipſorum qualitate, æquivalentia, & excellentia, ſive in ſe, ſive comparatiuè ad alia privilegia. Ac primùm, cum privilegium optimè dignoſcatur ex cauſa finali, nobis erit ſermo præcipuus de qualitate, & excellentia talis cauſæ; ut privilegiorum qualitas, æquivalentia, & excellentia innoteſcat. Verius deinde expediemus difficultates comparando privilegia ſtudentium cum alijs, quæ ſolent Principes conferre diverſis profeſſionibus, & ſtatibus.

QUÆSTIO I.

Qualis cauſa ſit ſtudium, ſeu bonum fovendæ ſtudioſitatis, ut conferantur privilegia, & collata excellant?

Studij cauſa favorabilis. Quod ſtudium ſit cauſa valdè favorabilis, & digna ob quam multa privilegia, eaque ampliſſima ſtudioſis conferantur, ſatis conſtat ex ſupra dictis, præſertim lib. 1. diſput. 3. ubi neceſſitatem & utilitatem Academiæ probavimus, & conſentiunt Doctores Catholici in l. 1. ff. ſoluto matri. Tiraquell. tract. piæ cauſæ in præf. col. 9. verſ. Item relictum cauſa ſtudij, Surdus de alimen. tit. 6. quæſt. 10. num. 9. Gratian. tom. 1. cap. 62. num. 3. & tom. 3. cap 436. num. 15. omneſque infra citandi. Tota dubitatio eſt, an ſtudium ſit cauſa pia, cui proinde competant omnia cauſæ piæ privilegia? Iuriſtas invenio diſſidentes, ac in tres partes diviſos. Partem affirmativam tenent Bartol. in l. 1. ad fin. ff. ſolut. matrimon. Paul. Caſtrenſ. conſil. 23. viſo puncto col. penultim. Iaſ. 2. lect. numer. 35. Tiraquell. proximè citatus; Rebuff. in privileg. ſcholaſt. privil. 174. Antonius de Lara in repetit. l. ſi quis à liberis §. ſi mater num. 25. ff. de liber. agnoſc. Horat. Lucius tract. de privileg. ſcholaſt. privil. 1. Riminald. Iun. conſil. 117. numer. 15. Honded. conſil. 57. numer. 9. lib. 2. Fundatur 1. nam cauſa ſtudij, quodcunque ſtudium ſit, etiam facultatum inferiorum, reſpicit publicam utilitatem: quidquid autem reſpicit publicam utilitatem, pia cauſa eſt, ut habetur ex l. iurica §. fin. Cod. de caducis tollen. & l. ad inſtructionem Cod. de ſacroſ. Eccleſ. & tenent Caſtro conſil. 149. col. 2. & latè Petrus Barboſa l. 1. part. 7. à num. 23. ff. ſolut. matrim. ergo cauſa ſtudij in ſe ac præciſè ſpectata eſt pia.

306 Fundatur 2. quia in cauſa ſtudij tenetur reus actori inſtrumenta edere, ſicut in alijs cauſis pijs, & favorabilibus; quod probat textus in l. quæ pater filio ff. fa. erciſc. ergo cauſa ſtudij videtur numeranda inter pias. *Cauſa dotis, miſerabilium, & pauperum.* Fundatur 3. quia cauſa ſtudij æquiparatur cauſæ dotis l. 1. ff. ſolut. matrimon. de quo Menochius conſil. 1131. num. 70. & in Arbitr. caſu 237. num. 25. ex Bartol. ad citat. leg. & Bald. Novel. de dote 8. part. Unde Rebuff. citat. privileg. 174. cohærenter infert; ſi aliquis putans ſe obligatum ad ſolvendum alimenta cuidam pauperi ſcholari benè ſtudenti, eidem ſolverit, indebitè tamen, & multas expenſas cauſa ſtudij pro eo fecerit, non poſſe illas repetere, text. ſingul. qui loquitur de dote in l. cum is §. ſi mulier ff. de condict. indeb.

Fundatur 4. nam cauſa miſerabilium, & pauperum eſt valdè pia, ut omnes fatentur: ſcholaſtici autem numerantur inter perſonas miſerabiles, & pauperes à Vivio, Antonio, Theſauro, & alijs, quos citat. Emmanuel. Barboſa in remiſſ. ad Ordin. lib. 3. titul. 5. §. 3. numero 19. & Rebuffo in interpretation. ad Authent. Habita, ubi Imperator Fridericus Scholaſticos manifeſtè indicat miſerabiles illis verbis: „ Quis enim eorum non miſereatur; item pauperes, ibi: De divitibus pauperes.

307 Fundatur 5. quia ſola cauſa valdè pia videtur ſufficiens, ut diſpenſetur cum beneficiato curato in reſidentia, & aſſiſtentia ſuæ Eccleſiæ: ſiquidem debet præponderare tali reſidentiæ, & aſſiſtentiæ: ſed cauſa ſtudij eſt ſufficiens, ut Parochus diſpenſetur in reſidentia; ut videre eſt apud Barb. de poteſtat. Epiſc. p. 3. alleg. 53. Vaſq. de benefic. cap. 4. Azorium part. 2. lib. 7. cap. 4. & Palaum tract. 7. diſput. 3. punct. 9. ergo cauſa ſtudij eſt *Cauſa ſtudij ſufficiens ad diſpenſandum in reſidentia beneficij.*

valde pia. Fundatur 6. quia præcipuum ſtudium ſcholaſticorum impenditur in addiſcendis, & docendis S. Theologia, juris utriuſque prudentia, medicina, & alijs inferioribus diſciplinis ad prædictas ordinatis, ac conducentibus: atqui pium eſt ſtudium S. Theologiæ, hæc enim eſt ſcientia ſacra & divina, prout Dei cultum reſpicit, ad conſervationem fidei, & extirpationem hæreſum dirigitur: pium eſt ſtudium ſacrorum Canonum, prout tendit in cognitionem divinarum rerum, pro recta Eccleſiæ adminiſtratione: pium eſt ſtudium legum civilium, quatenus habet pro objecto juſtitiam, quæ (ut habetur l. 1. ff. de juſt. & jure, & in princ. Inſtit. ad tit.) intendit jus ſuum cuique tribuere, unumquenq; ab alio illæſum ſervare, malis obviare, & conſulere bonis. Vnde Leo Imperator in l. advocati, de advocat. diverſ. jud. dixit advocatos legum interpretatione ac tutamine lapſa erigere, fatigata reparare, & non minùs providere humano generi, quàm ſi prælijs, ac vulneribus patriam, parenteſque defenderent. Denique ſtudium medicinæ pium eſt, cum ars medica habeat pro fine curare corpus infirmum & ægrum, in quo pietatis opus verſatur inſigne. Vnde Ars medica (inquit Baſil. Mag. quæſt. 55.) à gubernante totam vitam noſtram Deo conceſſa eſt. & dixit Spiritus S. Eccleſiaſtic. 3. (Honora medicum propter neceſſitatem.) Ergo negari non poteſt ſtudium harum facultatum, & conſequenter aliarum his inſervientium pium eſſe.

Studium litterarum pium.

308 Partem negativam videntur ſequi Petrus de Vbaldis in tractat. 4. Canon. quæſt. 14. n. 24. Barbat. vol. 4. conſ. 1. n. 3. Abbas cap. 1. de in integ. reſtit. n. 15. Marant. 6. par. 2. act. princ. n. 85. quos citat ac ſequitur Alphonſus de Eſcobar de juriſdict. Acad. Salman. cap. 21. n. 60. Sumunt 1. ex notatis per Authores in l. Illud C. de ſacroſ. Eccleſ. & in l. ſi quis Titio ff. de legat. 2. ubi dicunt donationem factá causâ ſtudij indigere inſinuatione, ſi excedat quingentos aureos; æquè ac alias donationes non pias. Sumunt 2. ex Trident. ſeſſ. 22. de reform. cap. 8. ubi cum Epiſcopis detur facultas viſitandi collegia quæcunque pia; etiam quas ſcholas vocant, additur: (Non tamen quæ ſub Regum immediata protectione ſunt, ſine eorum licentia.) Vbi notant ſermonem tantum eſſe de ſcholis pijs, ſeu pietatis cauſa erectis: in quibus innuitur aliquas eſſe ſcholas non pias, atque adeo ſtudium præciſè acceptum non eſſe cauſam piam, atque ſufficientē, ut ab ipſo ſcholæ omnes dicantur piæ.

Partem quandam aliam veluti mediam inter affirmativam, & negativam ſequuntur Bald. in repet. l. 1. col. 12. ff. de legat. 2. Raph. Cuman. cóſ. 28. col. 2. verſ. nec hæc dicitur, Magdalen. de num. teſtium in teſtam. par. 2. num. 71. Bened. Ægidius in l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. p. 3. §. 6. nu. 3. Gratian. diſcept. foren. cap. 62. nu. 4. & cap. 436. n. 16. & Barb. de Vniverſ. jure Eccleſ. lib. 3. cap. 27. num. 19. aſſerentes ſtudium S. Theologiæ, cui addit Ægidius ſtudium ſacrorum Canonū, eſſe cauſam piam, non ita ſtudium reliquarum facultatum, proindeque legatū pium eſſe quod relinquitur pro ſtudio ſacræ Theologiæ, vel ſacrorum Canonum, non ita quod relinquitur pro ſtudijs aliarum facultatum. Videntur fundari in natura ipſius facultatis Theologicæ, & Canonicæ, quæ ex ſe tendit ad Deum, & connectitur cum ſalute animæ: non ita reliquæ facultates, ut patebit diſcurrenti per ſingulas.

309 Hæ tres ſententiæ cum ob authoritatem, tum ob rationem, quibus nituntur, probabiles ſunt. Vt tamen in hac difficultate meum ſenſum aperiam, ſupponēdum eſt 1. cauſam piam accipi dupliciter, 1. nomine pietatis ſtrictè accepto, eo modo quo ſtatim cauſa pia definietur, & explicabitur: 2. nomine pietatis largè, & generaliter ſumpto, prout in tali cauſa verſatur publica utilitas. Supponendum 2. ex Molina tract. 2. diſp. 134. init. rem, ſeu cauſam piam (ut loquamur nomine pietatis ſtrictè accepto) dici quidquid præcipuè fit Dei, finiſque ſupernaturalis intuitu ad gratiam, vel gloriam coram Deo promerendam, vel in ſatiſfactionem pro peccatis proprijs, vel alienis. Vnde juxta Panormit. in rubr. de teſtam. n. 9. & cap. relatum 1. eod. tit. nu. 7. legatum pium, ſeu relictum in cauſam piam tunc datur, quando aliquid relinquitur in bonum propriæ animæ, v. g. ſi relinquatur eleemoſyna pauperibus, etiā conſanguineis, Eccleſiæ, aut Monaſterio, in Redemptionem captivorum, aut maritandam orphanam, ad ſuffragia pro ſe, aut alijs fidelibus defunctis. Notat rectè Bald. in l. illud num. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. duo requiri ad hoc ut cauſa ſit pia, primum ut interveniat pietas perſonæ, intellige objectivam: ſecundum, ut fiat cauſa pietatis. Hinc Menoch. de præſum. lib. 4. præſ. 115. num. 2. & Cavalet. deciſ. 27. n. 2. benè reſolvunt legatum ad pias cauſas apparere factum tum ex qualitate perſonarum legatariarum, tum ex cauſa legati. Defectu prioris non eſt cauſa pia, ſiquis diviti leget, quanvis dicat ſe legare amore Dei. Defectu poſterioris non eſt cauſa pia, ſi quis leget pauperi, non intuitu pietatis. Vtrunque docet Sanch. lib. 1. Matr. diſp. 4. n. 9. In dubio, quando teſtator non explicuit, quo intuitu reliquerit, legatum factum pauperi cenſetur relictum intuitu pietatis l. id quod pauperibus l. ſi quis ad declinādam C. Epiſc. & cleric. Supponendum eſt 3. ſtudium litterarum poſſe conſiderari dupliciter, nempè aut nudum, & præciſé ſecundùm ſe, aut veſtitum aliqua circūſtantia, v. g. ſtudium in ſcholaſtico paupere, ſtudium S. Theologiæ, vel ſacrorum Canonum in parocho. His ſuppoſitis,

Cauſa pia dupliciter accepta.

Legatum pium.

310 Sit

Studium eſt cauſa pia late accepta.

310 Sit prima concluſio. Studium ſecundùm ſe nudè & præciſè acceptum eſt cauſa pia, nomine pietatis largè, & generaliter accepto. In hoc ſenſu admitto primam ſententiam, cujus Authores ſupra citati pro concluſione poſita ſtabunt, ſi velint meam interpretationem recipere. Ratio eſt, quia ſtudium litterarum ex ſua natura dirigitur ad utilitatem publicam, cum ſit omninò neceſſarium pro ſcientijs comparandis, ſine quibus Reſpublica rectè adminiſtrari nequit: hoc autem ſufficit juxta ſuperiùs dicta, ut denominetur cauſa pia largo nomine pietatis. Secunda concluſio. Studium nudè & præciſè acceptum nõ eſt cauſa pia nomine pietatis ſtrictè ſumpto. In hoc mecum conveniunt Authores ſecundæ ſententiæ, cujus fundamentis hæc concluſio nititur, & ob id mihi præcipuè arridet, quia ſtudium etiam acceptum reſpectu hujus & illius facultatis addiſcendæ, vel docendæ eſt res indifferens ut aſſumatur ex hoc vel ex illo motivo, ad hunc vel illum finem, ſive corporalem, ſive ſpiritualem: nam poteſt intendi, etiam ſi ſit ſtudium Sacræ Theologiæ, aut juris Canonici, vel ex mera curioſitate, vel pro regenda temporaliter Republica, vel ex charitate pro dirigendis animabus ad æternam ſalutem, ergo præciſè, & nudè acceptum non eſt cauſa pia.

Studium quãdo ſit cauſa pia.

311 Tertia concluſio. Studium litterarum ijs circunſtantijs poteſt veſtiri, ut ſit cauſa pia ſtrictè accepta. Pro hac ſtant Authores primæ ſententiæ, & ex parte favent defendentes tertiam. Explicatur, nam legatum cauſa ſtudij, ſi relinquatur ſcholaſtico pauperi, pium eſt in toto rigore: quia veſtitur circunſtãtia paupertatis: ſimiliter pia eſt cauſa diſpenſationis cum Parocho ſtudioſo ad non reſidendum: quia veſtitur circunſtantia pietatis, ſcilicet addiſcendi pro juvandis ſuis ovibus in via ſalutis. Exiſtimo etiam eſſe pium legatum relictum clerico ad ſtudendum: quia tunc ſtudium veſtitur circunſtantia clericatus, cum quo cenſetur ordinari ad cultum Dei, & bonum animæ: clericus enim quà talis ob finem ſpiritualem ſtudet. Confirmatur, 1. quia eodem modo ſe habet legatum cauſa ſtudij, & legatum cauſa dotis: æquiparantur enim juxta ſuperiùs dicta, & inferiùs dicenda: ſed legatum cauſa dotis nõ eſt pium, ſi relinquatur puellæ diviti, & habẽti ſufficientem dotem, ut tradit Ægidius citatus n. 5. requiritur enim ad pietatem defectus dotis, & paupertas in puella; ergo ſimiliter ut ſit pium legatum relictum ſcholaſtico, deſideratur in eo paupertas, vel pia alia circunſtantia.

Collegio Academico relictũ an ſit pium.

312 Confirmatur 2. ex doctrina ipſius Ægidij n. 7. quãvis nu. 1. & 2. ſenſerit cõtra noſtram tertiam concluſionem. Licèt legatum (inquit) ad alicujus Collegij in Academia conſtructionem, ſumptus, & alimẽta, pium ſit, ſi tamen Collegio jam cõſtructo, & honeſtè pro numero perſonarum dotato, aliunde quidquam relinquatur, tale relictum pium nõ judicabitur, niſi fortè pro collegarum numero augẽdo, aut ruinoſi ædificij refectione, aut ſimilibus alijs expenſis: Quia (addit) erectores collegiorum ad ea non niſi pauperes vocant. Ergo non ſufficiente ſtudio litterarum, cui incumbit Collegium, requiritur circunſtantia paupertatis ad pietatem. Confirmatur 3. quia eodem modo ad hujuſmodi effectum ſe habet cauſa ſcholaſtici, atque cauſa militis, ut magis parebit inferiùs: ſed legatum relictum militi non eſt piũ ex præciſa cauſa militiæ, niſi addatur pia circũſtantia, v. g. quòd militet contra hoſtes Chriſtianæ religionis; ergo ſimiliter relictum ſcholaſtico non erit pium, ex præciſa cauſa ſtudij, niſi addatur circunſtantia.

Oppones, legatum relictum pauperi abſque alia circunſtantia eſt pium in toto rigore; ergo & legatũ relictum ſcholaſtico præſertim Theologo, vel Canoniſtæ erit ſimiliter pium abſque ulla alia circunſtantia. Conceſſo antecedente, negatur conſequẽtia, & diſparitas eſt, quia paupertas (ſuppono quòd teſtator nõ deprehẽdatur legaſſe ob alium finem nõ pium) præciſè accepta ſufficiens pietatis motivum eſt: cum ex ſe nõ moveat donãtem ut quærat utilitatem proprij corporis, ſed animæ. Studium autem etiam Theologiæ, & juris Canonici indifferẽs eſt ex ſe ut ſit motivum pro quærẽda utilitate corporis, vel animæ reſpectu legantis, aut donantis. Scientiæ enim comparatæ ſunt bonum, quod parit honores, & utilitates temporales: unde requirunt circunſtantiam piam pro induẽda pietate. Facit quòd affert citatus Ægidius num. 9. ponẽs differentiam inter relictum cauſa dotis pro matrimonio carnali, ac pro ſpirituali contrahendo: nam in carnali ſolum pium eſt legatum, quãdo puella nõ habet ſufficiẽtem dotem: in ſpirituali ſemper eſt pium, etiamſi puella dives ſit: quia in matrimonio carnali non eſt pietas, niſi ex circunſtãtia perſonæ pauperis: in ſpirituali ſemper pietas eſt, etiam ſecluſa omni circunſtantia.

Non eſt cur reſpondeamus fundamentis trium opinionum, quas retulimus à n. 305. quia illorum plura ſuffragantur alicui ex noſtris tribus cõcluſionibus, & alia quæ adverſantur, ſatis ex dictis ſoluta manent.

QUÆSTIO II.

Quibus alijs privilegijs Academica, ſeu ſcholaſtica privilegia æquivaleant, & prævaleant?

313 Quanvis ex multis hactenus diſputatis innoteſcant non nulla

Privilegia conceſſa motu proprio.

prærogativæ, ſeu excellentiæ privilegiorum, quæ conferuntur Academijs, & ipſarum alumnis, tamen ex dubijs per totam hác quæſtionem decidendis multo plures apparebunt. Dubium eſt 1. Vtrum privilegia ſcholaſticorum, quæ ſunt inſerta in corpore juris ob id cenſeantur conceſſa motu proprio, & horum habere prærogativam? Vera eſt affirmativa reſolutio, quam tradit Rebuff. privil. 178. ex text. junct. Gloſ. ubi Bart. idem affirmat in Authent. quas actiones 2. quæſt. C. de ſacroſ. Eccleſ. & idem Bart. in l. 1. in fine C. de petitis bono. ſublat. lib. 10. Feli. in cap. cauſam quæ col. 4. in fina. de teſtib. Cõſtat 1. quia quando aliquid ob merita indulgetur, datum præſumitur ob merita, licèt non exprimatur, & nó ad petitionem ſeu inſtantiam partis, l. ſi vero non remunerandi §. idem Papinianus ff. mandati. & Ioan. de Turrecrem. in c. emádari 2. 1. q. 1. Privilegia autem conceſſa Academijs, & earum alumnis ſunt ob merita erga Rémpublicam. Conſtat 2. quia hujuſmodi privilegia fuere conceſſa omnibus ſcholaſticis: ut patet ex verbis Authent. ibi: (Omnibus qui cauſa pia.) ſed impoſſibile eſt omnes ſupplicaſſe: ergo cénſentur cõceſſa non ad inſtantiam, ſed motu proprio. Hinc Bald. in Authẽt. quas actiones inſert privilegia conceſſa Eccleſijs, cenſeri conceſſa motu proprio: quia impoſſibile eſſet, quod omnes Eccleſiæ id poſtulaſſent. Ex quo ſequitur 1. quòd ab his privilegijs abeſſe præſumatur dolus, qui in motu proprio conceſſis non eſt. Bal. in cap. conſultationibus col. ult. de offic. deleg. Sequitur 2. quòd Academica privilegia retorqueri non poſſint: cum in motu proprio conceſſis non retorqueamus. Decius in l. Certum col. ult. ff. ſi certum petat. Vnde quanvis ſcholaſtici poſſint cogere habentem domum ad locandum, ut ipſis locet, cogi tamen non poterunt, ſi habeant, ne privilegium in eos retorqueatur: & quanvis à ſententia expulſionis nó poſſit appellare faber, tamen ſi fuerit lata contra ſcholaſticum, ipſe appellabit, ob eandem rationem.

Privilegium minoris habet Academia & ſcholaſticus.

314 Dubium eſt 2. an privilegia Academica, & Scholaſtica æquivaleant, vel prævaleant privilegijs minoris, ut præſertim illis concedatur reſtitutio in integrum? Academiam prout univerſitas eſt, gaudere jure, & privilegio minoris ex l. Rempub. C. ex quibus cauſis maiores, & l. Rempubl. C. de jure Reipubl. lib. 11. docent Bald. de præſcript. 3. p. 5. princip. q. 2. n. 5. Foler. ad Marant. de ordin. judic. 4. p. 6. actu 2. n. 97. & Cald. Pereyra in l. ſi curatorem C. de minoribus n. 61. Vnde ſtudio ſuum litterarum frui hoc privilegio, ut nempe ſi eo in ſtudio exiſtente res ſua fuerit præſcripta, poſſit reſtitutionem in integrum poſtulare, rectè tradit Barb. in collectan. tom. 1. ad cap. requiſivit, de in integ. reſtit. n. 8. & ex Aberico, Gloſſa & alijs Rebuff. privil. 119. ubi addit ſi ſcholaſticus habeat rem communem cum fratre, & præſcribatur tota, poſſe reſtitui in totum per l. ſi communem ff. quemadm. ſerv. amittan. An filiusfamilias ſtudens inferior ſit in aliquo privilegio filiofamilias non ſtudenti? Videtur affirmandum. Quia ſi filiusfamilias, eſto vigeſimumquintum ætatis annum excedens, non ſtudeat, deobligatur à ſolvendo mutuo quod accepit, exceptione privilegij Senatusconſulti Macedoniani, ut habetur ex l. 1. & ſequẽt. ff. & C. ad Macedonianum, & ex §. pen. Inſtit. quod cum eo qui in aliena, quod procedere in utroque foro tradũt Innoc. & Panorm. cap. quia plerique num. 26. & 27. de immun. Eccleſiæ, de quo latè Molina tract. 2. diſp. 301. ſi autem filiusfamilias ex voluntate patris ſtudeat, tenebitur ex mutuo: nam hoc repeti poſſe tunc à patre, docet Petrus Greg. de Repub. lib. 18. cap. 7. n. 14. ex l. Macedoniani C. ad Macedon. l. Iulianus §. quod dicitur ff. eod. tit. l. ſi longius in fine ff. de judic. atque adeo non habebit locum Macedonianum. Ergo videtur prævalere privilegium filijfamilias non ſtudentis privilegio ſtudentis. Adhuc tamen meo judicio negandum eſt: quia decretum Macedonianum fuit editum non tam in favorem filijfamilias, quàm in favorem patris, ne ſcilicet talis filius obligatus mutuo, & non habens unde ſolveret, machinaretur mortem patri pro obtinenda hæreditate. Quòd verò tale decretum nõ habeat locum in filiofamilias ſcholaſticu, cedit in ipſius favorem, ut nempe ſic inveniat à quibus pro ſtudio pecuniam mutuari poſſit.

Macedoniani exceptio in filiofamilias ſcholaſtico.

Studij cauſa an prævaleat cauſæ dotis.

315 Dubium eſt 3. an privilegia ſcholaſtica æquivaleant, & prævaleant privilegijs dotis? Quòd privilegium datum cauſa ſtudij, & privilegium datum cauſa dotis æquiparentur, atque adeo unum alteri æquivaleat, dictum eſt num. 306. & ex l. 1. ff. ſoluto matrim. ſumit Gratianus tom. 2. cap. 254. nu. 46. & tradit Menoch. conſ. 1231. nu. 70. & de arbitr. caſu 237. num. 25. An verò in aliquo prævaleat cauſa ſtudij cauſæ dotis? Videtur affirmare Benedictus Ægidius l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. p. 3. §. 6. num. 5. ubi ponit differentiam inter legatum cauſa ſtudij, & legatum cauſa dotis, quòd illud & ſi relinquatur aliàs habenti, unde immediatè ſtudere poſſit, pium eſt, propter cauſam ob quam relinquitur, quæ in ſe, ſecluſa perſona legatarij, pia eſt: ſecus (inquit) in illo, quod dotis nomine relictum eſt: nam ſi aliàs diviti relinquatur pium non eſt. Loquitur cohærenter ad ſuam opinionem à nobis relatam num 308. exiſtimat enim ſtudium Theologiæ, & Canonum in ſe piam cauſam eſſe. Alia via poſſumus hujuſmodi prævalentiam commendare comparando inter ſe legatum cauſa ſtudij, & legatum cauſa dotis. Nam legatum cauſa ſtudij dicitur cedere, & peti poſſe, quando legatarius eſt effectus talis, qui communi hominum opinione poſſit dare operam ſtudijs. Ita Steph. Gratian. tom. 2. diſcep.

Legatum cauſa ſtudij, & cauſa dotis inter ſe comparatum.

foren.

Digitized by Google

foren.cap.254.n.35.ex Mcnoch. præſum.199. n. 19.ad med.lib.4. & l.nec ſemel 12. §. ſi habitatione ff.quando dies legat. eod. Patet ratione, quia non eſt novum in jure, quòd legata quauvis incerta, habeantur pro certis, ſi poſſunt certificari per relationem, habito reſpectu ad perſonam legatarij. At legatum cauſa dotis relictũ puellæ ſub cõditione, ſi nupſerit Titio, non poteſt peti, niſi prius nubat. Ita Gratian. num.34. in quo manifeſtè cernitur prævalere legatum ſtudij legato dotis. Quanvis (ut notat ibidem ex Baldo in l.generaliter n.9. C.de Epiſc.& Cler.) ſi relinquatur abſolutè mulieri ut nubat, abſq; determinatione temporis, & perſonæ, ſtatim ac mulier eſt nubilis, poteſt illud petere cautione præſtita, ut ſi non nupſerit, reſtituat legatum. Vnde ſi decedat ante nuptias, legatum revocabitur, & ad hæredes teſtatoris redibit.

316 Dubium eſt 4. utrum privilegia ſcholaſtica æquivaleant, vel prævaleant militaribus? Ex eo quòd ſcholaſtici non minùs utiles, & neceſſarij ſint Reipublicæ, quã milites, ut tradunt communiter juris interpretes ex l.advocati C.de advoc. diverſ. judic. & Rebuff.in interpret. Auth. Habita verbo Informatur, ſatis intelligitur privilegia ſcholaſtica non ſuccumbere militaribus, atque adeo illis ſaltem æquivalere. Vnde ſicut qui abſunt cauſa ſtudij, habentur pro præſentibus, ut fruantur commodis, & privilegijs eorum, qui adſunt, ut rectè Menoch.conſ. 182.num. 8. lib.2. tradit ex Felino in cap.ult.col.1. de magiſtris, ita qui abſunt cauſa militiæ habentur pro præſentibus ad eundem effectum, ut docet Gratian. tom.1.cap. 166.nu.11. ubi benè ampliat ut procedat etiam quoad evitãdam pœnam, quæ per ſtatutum imponitur nõ habitãti: dicitur enim habitare, cum abſit cauſa ſtudiorum, ut probat Socin. cõſ.35. num.8.& 9. lib.1. idemque eſt cum abſit cauſa militiæ. Difficultas maior eſt, utrum prævaleãt? Videtur negandum ex doctrina Gratiani citati cap.166. num.11. ubi aſſerit juſtiorem eſſe cauſam militiæ, quàm ſtudij, quaſi cauſa militiæ ſit neceſſaria, cauſa verò ſtudij ſit tantum probabilis, ut ſentit Bart.in l.ult.num.3.de reſtitut. in integ. Iaſ.in §.rurſus n.3.& ibi Gomez num.8. Inſtit.de act. Menoch.conſil.182.num.9. lib.2. Accedit quòd ut bona quæ donantur, habeant privilegium caſtrenſium, & quaſi caſtrenſium in ordine ad ſcholaſticos, & milites, ſatis eſt quòd pater donet filio eunti ad ſcholas, vel ad caſtra res pertinẽtes ad diſciplinam litterariam, vel militarem, ut tradit Card.Mant. de tacitis & ambig.convẽt.lib.13.tit.18.num.7. Adhuc tamen Gratianus cap.231.à num.18.anteponit militem ſcholaſtico, ut hic non cenſeatur donatione accepiſſe à patre omnes libros, ſed ſolum præciſé neceſſarios ad ſtudium, ſecus de milite accipiente: quia (inquit num.19.) non eſt bona æquiparatio cauſæ militiæ & ſtudij. Miles enim habetur pro milite antequàm ad caſtra perveniat: quia ſumus in ijs quæ confeſtim, & infallibiliter fieri debent: ſecus in ſcholaſtico, in quo non eſt neceſſe ut ſtatim fiat Doctor.

Scholaſtica privilegia comparata cũ militaribus.

His non obſtantibus, adhuc exiſtimo privilegia Academica, ſeu litteraria prævalere militaribus, ea ratione qua oſtendi ſupra num.138. Rempublicam litterariam militari excellere. Quæ enim dicta ſunt de cauſa ſtudij, & militiæ, item de milite comparato ad ſcholaſticum, ſolum probant ſcholaſticum ſtudentem non eſſe præferendum militi militanti: quia miles militans jam eſt in actuali obſequio, & defenſione Regni, ſcholaſticus verò addiſcens ſolum præparatur ut fiat idoneus miniſter ad ſerviẽdum Regno. At nos loquimur de privilegijs Academicis, quibus non tam diſcipuli, quàm magiſtri, & profeſſores doctiſſimi fruuntur: proindeque illi qui ſua doctrina totum Regnum illuminãt, omneſque etiam milites ipſos dirigunt, ac defendunt.

317 Dubium eſt 5. Vtrum privilegium ſcholaſticorum prævaleat privilegio monialium, ita ut, orta controverſia inter ſcholaſticos, & moniales, hæ conveniendæ ſint corãm conſervatore ſcholaſticorum? Putabit aliquis partem negativam eſſe tenendam, & moniales conveniendas coram ſuo judice, ex l.juriſdictionem C.de juriſd.omn.judic. Nihilominus affirmandum eſt cum Moneta de commut. ultim.volum. cap.3. q.4. num.11. & Freyre in manuſc.lib.2.conſ.91.conveniendas eſſe coram cõſervatore ſcholaſticorum. Nam privilegium ſcholaſticorum præpõderat, & excellit privilegio monialium, ut inſinuatur Ordin. Luſit.lib. 2.tit.59.§.13. ubi agẽs de privilegio Senatorum Regni, dicit eſſe potẽtius privilegio viduarum, & quocunque alio, etiam ſcholaſticorum. Quibus verbis ſatis innuitur eſſe tam validum hoc privilegium, & præponderãs alijs, ut neceſſaria fuerit talis expreſſio ad ſuccumbendum Senatio. Vnde in ſtatuto Academiæ Conimbric.lib. 3. tit.76. extenditur ad famulos, & familiares ſcholaſticorum, juxta jus commune in Authẽt. Habita C.ne filius pro patre, Rebuff.privil.166. à num.279.& Martam de juriſd.cent.2.caſu 111. num.14. Hinc anno Domini 1564.die 11. Novẽbris judicatum eſt in regio Senatu privilegium ſcholaſticorum potentius eſſe privilegio viduarum, & aliarum perſonarum miſerabilium, ſcriba Franciſc.Gonzalez. Licèt contrarium teneat Mendez in Pract. Luſit. 1.p. lib.1.cap.3. num. 6. in fine. Videatur Gabriel Pereyra deciſ. 22. num.3.

Privilegium ſcholaſticorũ prævalet monialium, & viduarũ.

318 Dubium eſt 6. an valeat ceſſio actionis facta à matre in filium ſcholaſticum, quanvis potentem per privilegium? Cum diximus ſcholaſtica privilegia ita eſſe fortia, ut fortibus multis æquivaleant, alijſque præ-

Ceſſio actionis facta in ſcholaſticum.

Digitized by Google

prævaleát, videtur cohærenter dicendum invalidam eſſe dictam ceſſionem tanquam fraudulentam, & prohibitam. Nam in Ordin. Luſit. lib.3. titul.39. §. 2. prohibetur ceſſio actionis in perſonam potentiorem. Oppoſitum tamen exiſtimo verius. Quia citata Ordinatio non procedit in ceſſione facta ſcholaſtico ad ſtudia, alimenta, & libros comparandos, ut tenet communis ſententia Doctorum, cum quibus Dueñas regula 81. ampliatione 7. Lara in l. Si quis à liberis §. Parens num.27. ff. de liberis agnoſcen. Rebuff. de privileg. ſcholaſt. privil 177. & cum multis alijs dicens communiorem Caldas de emptione cap.24. nu.60. Quanvis contrarium referat deciſum Phæbus t.p. deciſ.37. & teneat Barboſa in l.1.p.7.n.46.& 48. ff. ſoluto matrim. Imò cum lex Luſitana in præſumptione doli fundetur, vt notat Phæbus t.p. deciſ.37. in noſtro caſu non habet locum, tum ex dictis, tum quia ceſſio facta conſanguineo, nedum filio, nó præſumitur fraudulenta, & doloſa, ut oſtendit Menoch. lib.3. præſ.129. à n.39.

Donatio facta ſcholari de bonis litigioſis.

319 An poſſit quis facere donationem ſcholaſtico Eborenſis Academiæ de bonis litigioſis, ut ille coram ſuo Conſervatore litem perſequens obtineat? P. Emmanuel Paes vir diligentiſſimus, & per multos annos Theologiam moralem profeſſus, ut legi in ſuis manuſcriptis, reſpondit dari prohibitionem in Academia Conimbricenſi, ne bona litigioſa quæ per ſimiles donationes conferuntur, privilegio Academico gaudeant. Et quavis ſimilis prohibitio non dabatur in Eborenſi Academia, ſolere quandoque judices (ut acceperat à Patre Rectore Petro de Moura) ferre ſententiam juxta illam, quandoque ad illam non attendere. Illud mihi compertum eſt non teneri Conſervatores Eborenſis Academiæ judicare juxta prohibitiones factas Conimbricéſi. Licèt enim Eboréſis participet privilegia cóceſſa Conimbricenſi, ut infra latè oſtédam, tamé non participat rigores, & prohibitiones. Videatur Rebuff. de privileg. ſcholaſt. privil.177. ubi hac de re fuſé agit citans l.1.C. ne liceat potent. & per totum ff. & C. de alien. judic. mutan. cauſa fact. Et faciens exceptionem de ceſſione bonorum facta à patre filio ſcholaſtico, & alias exceptiones. Vide etiam Azevedo recopil. lib.1. tit.7. l.18. & Ord. Luſit. lib. 4. tit.10. de alienationibus & véditionibus quæ fiunt de rebus litigioſis, & Emman. Barb. ibi citantem alios §. 5. & ſequent. & lib. 3. titulo 39.

Privilegiorum Academiæ prærogativæ.

320 Dubium eſt 7. quaſnam alias prærogativas vendicent privilegia Academica? Vt nónullas dignas notatu paucis attingam, 1. ubicunque Academia erigatur, ſtatim eo ipſo quòd erecta & conſtituta eſt, illi competit privilegium Authent. Habita C. ne filius pro patre, ut ex Abbate in cap. cum olim nu. 8. de conſuetud. tradit Cardoſus in praxi judic. v. ſtudium n.1. 2. illud habet Academia, quòd immunitates omnes patrimonialium munerú, cæteraque privilegia profeſſoribus ſtudentibus conceſſa, etiamſi mixta ſint, dummodò ratione profeſſionis cóceſſæ fuerint, ipſum corpus Academiæ comprehendát, adeo ut & ſi legibus, privilegijs ve non exprimatur, extéſio tamen fieri debeat ob idétitatis rationem. Ita Alphóſus de Eſcobar cap.22. n.111. Quia iniquum videtur Academiam ipſam ſcientiarum matrem, & altricem immunitate filiorum non gaudere: maximè cum ſolum concedantur actu in ea docentibus vel addiſcétibus. Facit placitum illud Philoſophorum: (Propter quod unumquodque tale, & illud magis.) Alumnis verò Academicis conferuntur privilegia propter bonum Academiæ.

Interſtitia temporum in ordinibus ſcholaſticorum.

321 3. Quia ſtudiorum cauſa eſt rationabilis, & juſta ne temporum obſerventur intervalla in collationibus ſacrorum ordinum, ut videre eſt apud Menochium Arbitr. caſu 427. n.32. fol.707. 4. Quòd omnia & quæcunque privilegia Academicis contraria, interpretari debeant ſtrictè, ſumitur ex doctrina communiſſima Theologorum, Canoniſtarum, & Legiſtarum aſſerentium privilegia, quæ cedút notabiliter in præjudicium tertij eſſe potius reſtringenda, quàm extédenda. Ita ex Theologis Emman. Roder. Regul. qq. tom.1. q.91. a.9. Sanch. de matr. lib.8. d.1. n.4. Suar. de legib lib.8. c.23. n.9. Salas de leg. diſp.17. ſect.6. nu.43 Miranda in Manuali Prælat. regul. tom.2. q.44 a.3. Reginal. in praxi lib.43. cap.21. q.5. num.237 Tannerus tom.2. Theol. Schol. diſp.5. q.7. dub. 3. n.37. & Bonacina tom.2. de leg. diſp.1. q.3. p.7. §.1. ex Canoniſtis ad cap. licet in corrigendis, de offic. ordin. Gloſſ. lit. A. & D. Hoſtien. à num.7. Baldus num.1. Ad cap. ſuper eo, de offic. judic. deleg. Innoc. n.3. Ioan. Andr. Butrio, & Immola n.3. Abbas n.2. Felinus n.4. Barbatius nu.21. Ad cap. ex ruarum, de uſu pallij. Gloſſ. Anchar. Zabarella, Panormit. Gonzales ad regul.8. Cancel. gloſ.25. n.17. Perez de anniverſ. lib.1. cad.22. nu. 22. Ex Legiſtis ad l. Impuberi ff. de adminiſt. & pericu. tutor. Bartol. n.2. Alberic, Dynus, & alij. Ad l. unic. C. de metropoli Peryto lib.11. Ioan. de Platea num.2. Oldrad. Paul. de Caſtro, Alex. Aretin. item Mandellus cóſ.23. num.7. Menoch. cóſ.20. num.12. Mantica de conject. ult. volun. lib.11. tit.10. n.9. Phæbus t.p. deciſ.70. num.5. & alij.

Interpretatio ſtricta.

Conſervatores negligentes puniuntur.

322 5. Quòd graviter puniútur judices Cóſervatores, ſi Scholaſticos rebus ſuis ſpoliatos neglexerint vindicare. Patet ex Authentic. Habita Cod. ne filius pro patre, ibi,
„ Qui hoc vindicare neglexerint, reſtitutio-
„ nem rerum ablatarum ab hominibus exigé-
„ dam in quadruplum, notaque infamiæ eis ip-
„ ſo jure irrogáda, dignitate ſua ſe carituros in
„ perpetuum. In quibus verbis Rebuff. inter-
pres

Digitized by Google

Panæ Conſervatoris negligentis. pres hujus Auth. deprehendit pænas duodecim, quibus afficiuntur illi negligentes Conſervatores. Prima eſt ut teneantur ad reſtitutionē rei ablatæ. Secunda, ut teneantur reſtituere in quadruplum, ità tamen ut inſit ſimplum quadruplo, idest reſtitutio rei contineatur in quadruplo. Tertia eſt, quòd maneant infames, atque adeo ſuſtinere debeant omnes pænas, quas alij infames, de quibus in regula Infamibus, de regul. juris in 6. Quarta eſt, quòd illis infamia ipſo jure irrogetur: requiritur tamen declaratio cap. cum ſecundùm leges, de hæret. Quid autem operetur ipſo jure eſſe infamem, vel ſententiam, vide Tiraquel. in repet. l. ſi unquam v. revertatur C. de revocat. donat. Quinta eſt, quòd ipſo jure amittant officia & dignitates, quibus fruuntur. Sexta, quòd hujuſmodi officia & dignitates non poſſint ex denuo conferri, ne eæ pænæ ludibrio ſint. Cap. commiſſa, de elect. & ne ſibi poſtea de eo honore blandiantur, quo ſe ipſos indignos judicaverunt l. judices C. de dignit. lib. 12. Septima eſt, quòd decem librarum auri ſuſtinere etiam debent pænam, & periculum in cap. tex. in §. Sancimus Authent. de armis, collat. 6. Octava, quòd inter peſſimos & plebeios poſtea haberi debeant cit. l. judices. Nona, ut omnia emolumenta, quæ poſiti in adminiſtratione perceperunt, reddere compellantur. l. judices C. de annonis, & tributis lib. 10. Decima eſt pæna perjurij: quia violarunt juramentum, quod præſtiterunt de adminiſtranda juſtitia abſque perſonarum acceptione. tex. in Auth. jusjurandum, quod præſta. ab his collat. 2. Vndecima eſt, quòd peccent mortaliter, cum in re gravi faciant contra legem. Doct. ad cap. 1. & cap. nam concupiſcentiam, & cap. ne initaris, de conſtitut. Duodecima, quòd ſic negligentes juſtitiam, faciant litem ſuam, Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi delicto, in princ. & Gloſ. in cap. hoc etiam 2. q. 6. Vnde Conſervatores, qui juſtitiam ſcholaſticis adminiſtrare neglexerint, tenebuntur ad omne id quod eorum intereſt, ſcilicet actione in factum ad intereſſe, per tit. in Auth. ut differētes judices. coll. 9.

Iudicum negligentium pæna.

QUÆSTIO III.

Qualiter ſe habeat in foro Academico privilegiatus contra parem privilegiatum?

323 Quæſtio hæc generaliter accepta, trivialis eſt: verùm in materia propoſita, nempe Academica, ſeu ſcholaſtica, in qua novæ quotidie & graves ſuboriuntur difficultates, vix ab Authoribus ſalutata, & præſtricta. Attingam paucis doctrinam generalem, in qua Authores immorantur, ut poſtea iminorer in ſpeciali, ab illis levitèr tacta, quæ mei muneris eſt. Petit in genere quæſtio, utrum valeat quis uti ſuo privilegio contra parem privilegiatum? Certum eſt 1. privilegium habere vim legis ad obligandum illos, ad quos attinet, ut privilegiario ſuum jus ſervent. Hæc enim vis & obligatio pullulat ex natura rei, quanvis non exprimatur in forma cōceſſionis. Certum eſt 2. ſimilitudinem, vel æqualitatem privilegij, ſi nulla detur contrarietas, non obſtare, ut quis utatur ſuo privilegio cōtra parem privilegiatum: v. g. ſi ſint duo nobiles, qui habent privilegia, ut non incarcerentur propter debita, quilibet eorum poteſt uti ſuo privilegio contra, eſto quilibet alteri ſit debitor. Nam ad uſum privilegij illa æqualitas per accidens eſt.

Privilegiatus in parem privilegiatum.

Difficultas tantum procedit quando privilegia ſunt oppoſita in ordine ad uſum: ut ſi quis habeat privilegium incarcerandi quencunque debitorem propter debita, & alter ut nō incarceretur propter debita. Item, ſi quis habeat privilegium exigendi decimas ab omnibus, & alter nō ſolvendi. Communis reſolutio deſumpta ex Authent. de ſanctiſſimis Epiſc. §. ſed hæc præſenti. eſt privilegiatum non gaudere ſuo privilegio contra parem privilegiatum, quādo datur omnimoda æqualitas, & par reſiſtentia ex parte utriuſque. Quia actio ſemper eſt à vincente, ſeu prævalente: in poſito autem eventu utrunque privilegium æqualiter reſiſtit, & pugnat, ergo neutrum prævalere poteſt. Si verò nō detur iſta æqualis reſiſtentia, & contrarietas, attendenda eſt qualitas privilegij, ſitne generale, an ſpeciale: ſit novum, an antiquum. Nam ſi unum ſit generale, & aliud ſpeciale, ſpeciale prævalet. Quia generi derogatur per ſpeciem. ex reg. 34. de regul. juris in 6. & l. ſanctio ff. de pænis. Menoch. conſ. 141. nu. 24. Surdus de alimentit. 2. q. 15. n. 130. & Gutier. Pract. lib. 3. q. 24. n. 6. Quod intelligitur, niſi generale per ſpecialem clauſulam ſpeciali derogaverit. Si autem utrunque ſit generale, vel ſpeciale, & neutrum derogет alteri, attēdi debet quòd ſit antiquius, vel à maiori poteſtate egrediens, & ad judicabitur prævalere. Ita Rotericus tom. 1. quæſt. reg. q. 9. a. 11. Salas diſp. 17. de leg. ſect. 14. & Suar. trac. eod. lib. 8. cap. 25.

324 Verùm ut regrediamur ad firmādam magis generalem regulam, à qua deciſio noſtræ ſpecialis quæſtionis pendet, illam ſcilicet regulam, quòd privilegiatus contra patiter privilegiatum non utatur ſuo privilegio, ea deſumitur ex varijs textibus l. ſed miles §. fin. de excuſat. l. viro atque uxore, ſolut. matrim. l. 42. C. de privil. fiſci. l. verum § pen. & ult. l. ſi apud, l. ſi minor, de minor. l. ſi mater C. ne de ſtat. defunct. l. qui habet §. t. de tutel. l. 1. & 2. C. ſi adverſ. fiſc. l. fin. ff. ex quibus cauſis.

Videatur

Videatur Titaq. de pia cauſa priv. 26. Moneta de conſet.cap.7.num.345.uſque ad 352.Emman. Roter.tom.1.regul.q. 9.a.11. Pereg. de jure fiſci lib.7.tit.3.n.24.Valaſc.de privil.paup.1.p.q.52.à n.59.Caſtilho lib.3.controv.cap.25.n.28.Cabed. 1.p.deciſ.54.n.73. Gratian. deciſ.180. Menoch. lib.4.præſ.189.n.123. & Sylva plures referés lib. 1.reſponſ.10.n.12.

Studioſus pariter privilegiatus.

325 His ita conſtitutis, ut ex proxima generali regula decidamus varias difficultates circa quæſtionem ſpecialem de ſtudioſo pariter privilegiato, inprimis Alphóſus de Eſcobar inſtit.cap.55.affirmat ſe ea pauca legiſſe & incondita apud Bald. ſibi contrarium in Authen.Habita n.33.& l.2.C.de privileg.fiſci, quæ conciliare conatur, Decius cap. in præſentia num.51.in princ.de probat. Horat.Lucius in ſchol.privil.66.limit.10. Petrus Lenaud.de privil.Doct.quæſt.81.Greg.Lopez lib.5.gloſ. e ſon eſtos prope fin.tit.3.p.3. Moneta cit.cap.7. nu. 346.Roter.tom.1.regul. q.65.a.15. Collantes ad pragm.lib.2.cap.11.nu.1. & Oliual.lib.17.com. cap.20.lit.k.

Prima difficultas eſt, quid dicendum ſit, quādo movetur controverſia inter duos ſtudioſos, & uterque tam actor, quàm reus in eadem Academia verſatur litteris operam impendens? Scobar proximè citatus n.5. rectè aſſerit perſpicuum eſſe quòd tunc omnis cauſa debeat tractari coram Academico judice, ſive præſentes ſint, ſive abſentes, dummodò in ſtudioſorum numero habeantur; imò reus ſtudioſus in hoc (inquit) deterioris conditionis videtur, quòd undecunque ultra diætas trahi poteſt, & etiam poſt ſtudium ex cauſis in ſtudio geſtis. Ratio eſt, quia tunc utriuſque judex competens aditur, nec reo ulla fit injuria, imò ſervatur regula, quòd actor forum rei ſequatur.

Fori privilegium contra pariter privilegiatum.

326 Oppones, ſtudioſus reus cōtra ſtudioſum actorem pariter privilegiatum non debet uti ſuo privilegio, ut tanquam regula ab Authoribus deſumitur ex l.8.§.fin.de excuſat. l. viro atque vxore 39.ſolut.matrimon, ergo à fortiori neque actor contra reum. Reſpondetur appoſitam regulam præter alias limitationes, eam habere, ut procedat in privilegijs invicem obſtantibus, & diverſis, ut diximus n. 323. quando verò idem privilegium commune eſt pluribus, ad idem tendens, & tale, ut ex ejus obſervatione in perſona unius, non inducatur derogatio, ſed potius obſervatio in perſona alterius, ambo æquè privilegio utuntur. Hujuſmodi limitatio, ſeu explicatio patet ex cap. auditis §.licet, de in integ.reſtitut. ubi duæ Eccleſiæ litigantes adverſus lapſum termini reſtituuntur invicem jure minoris: neque illis obſtat quòd pariter privilegiatæ ſint: quia privilegium utriuſque non diverſum, ſed ſimile eſt, nec alterum ab altero infringitur.

Illud eſt notatu dignum, quòd in Academia, ubi plures ſunt judices ex Auth. Habita, reo datur electio, ut docent Baldus ſic intelligens l.2. C.de privil.fiſci, & Decius cap.in præſentia nu. 51. de probat. Vbi enim plures judices competunt, ex privilegio, electio pertinet ad reum: ſecus ſi jure communi competant. De quo latè cum alijs Covarruv.dict.cap.7.pract. num. 4. verſ.Sexto deinde, & Pereyra deciſ.22. nu.1. in fin. Ratio diſparitatis inter prædictos caſus naſcitur ex limitatione proximè aſſignata: cum enim in ſtudioſis pariter privilegiatis in eadem Academia, non infringatur, ſeu coquaſſetur privilegium, ſed illæſum perſeveret, & obſervetur, benè poteſt in tali paritate reus ſortiri meliorem conditionem: hoc autem non certitur quando judices competunt jure communi, ut manifeſtum eſt.

Studioſus concurrens cum diverſis privilegiatis

327 Secunda difficultas eſt, quid dicēdum ſit, quando unus ſtudioſus hujus Academiæ, v.g. Eborenſis concurrit cum ſtudioſo alterius Academiæ, v.g. Conimbricenſis, vel cū Cardinali, Legato, Archiepiſcopo, Epiſcopo, Fiſco, Equite, Religioſo, Clerico, Milite, vidua, pupillo, perſona miſerabili, vel quocunque alio habente privilegium fori? Pro difficultatis reſolutione neceſſe eſt præſupponere diſtinctionem inter privilegium fori, quòd ſtudioſi, & reliqui omnes numerati habent jure communi, & privilegium fori quod habent ex ſpecialibus conceſſionibus poſtea obtentis, & augentibus privilegium juris communis. Igitur jure communi attento, mihi videtur apta & vera reſolutio, quam ex Covar.cit.cap.7. pract. nu.4.tradit Eſcob.cap.55.nu.9. affirmans inſpiciendum eſſe inter prædictas perſonas quis ſit reus, quis actor, & reum in ſuo foro conveniendum, utpote conquaſſato privilegio inter privilegio pares.

Reus in foro præfertur actori per jus commune.

Probatur, quia in pari privilegio reus habet cauſam potiorem, ut ſumitur ex l. verum §. item quæritur, l.ſi.minor, de minor. Vbi Cuiac.& Anton.Faber.l.ſi mater C.ne de ſtat.defunct. Vbi etiam ſi actor tractet de damno vitando, adhuc conditio rei pariter privilegiati potior eſt. Vnde Peregrinus de jure fiſci lib.7. titul.5. num.24. aſſerit quando fiſcus agit contra fiſcum, reum præferri in foro: & Moneta de conſervat.cap.7. n.345.docet, ſi duo habeant ſuos diverſos conſervatores, adeundum eſſe conſervatorem rei. Atqui omnes prædictæ perſonæ ſunt in privilegio pares, ut cum Covar.citato contra Baldum, Decium, & Collantes probat Scob.nu.10.& 11. nam jure communi attento prædictæ omnes perſonæ id tantum privilegium habent, ne à proprio foro extrahi poſſint: inter quas etiam eſt ſtudioſus, qui actor reum non trahit jure communi, ſed ex conſervatorijs, ut alibi oſtendemus. Addo quòd licèt aliquæ ex dictis perſonis id fori privilegium vendicent, ut à ſuo foro non extrahantur, & ut reos ad ſuum forum trahere poſſint, ſicut miſerabiles ex l. unica Cod.

quand.

quand. imperinter pupill. adhuc Covar. cit. cap. 7. num. 4. & Decius cit. cap. 8. num. 51. ſubtiliter notant ſtudioſo pares eſſe in privilegio: quia ſi illæ habent ut reos regulariter trahere poſſint, ſtudioſus habet ne ab aliquo extrahi poſſit: atque adeo par vis unicuique privilegio ineſt; ergo adhuc in hoc caſu prævalebit reus in foro.

Pupillus in obligatione pig. uorit. 328 Confirmantur dicta, & ex illis ſimul deducitur interpretatio, ac decidendi ratio l. 2. verſ. quod ſi à fiſco cum l. ſequen. de rebus eor. ubi proponitur, pupillum rem emiſſe, eamque conditionis tempore venditori pignori obligaſſe quoad pretium ſolveretur: quæſitum fuit de jure pignoris? Reſpondit Conſultus pignus non tenere. Nam ubi dominium quæſitum eſt minori, cæpit non poſſe obligari. Sed quid ſi à fiſco fundum pupillus emat, vel ex alterius pupilli pecunia alteri pupillo ematur, an pignoris conſtitutio per pupillum in favorem fiſci, vel alterius pupilli facta valeat? Reſpondit valere. Hujus deciſionis ratio eruitur optimè ex regula de pariter privilegiatis. Nam concurrentibus fiſco & pupillo, vel duobus pupillis ſcilicet pariter privilegiatis, conquaſſantur privilegia, & perinde ratio habetur, atque ſi à duobus non privilegiatis, jure communi pignus conſtitutum foret. Ergo in noſtro ſuperiori caſu, de pariter privilegiatis in foro idem ſimiliter dicendum eſt, ideoque reus actori prævalebit.

Privilegiati per ſpeciales legis... ſi in ter ſe litigent. 329 Hactenus diſſeruimus, ſolo jure communi ſpectato. Si vero privilegiatus jure communi, habeat id ſoli privilegium magis amplum, & forte ex ſpecialibus indultis, vel conceſſionibus, alia à nobis ſtatuenda regula eſt. Imprimis ſerio ac maturè privilegiorum ſeries inſpici debet, án ſcilicet privilegium unius litigantis alterius privilegij contineat derogationem. In hoc enim eventu poſteriori privilegio ſtandum erit, ut ex leg. ſi quis in princip. ff. de legat. 3. tradunt Mandoſ. tractat. de privileg. adinſtar & in ſpecie Emman. Roder. tom. 1. regul. quæſt. 65. art. 15. ad fin. Illud tamen notari debet privilegia, de quibus nobis ſermo eſt, in jure communi inſerta eſſe, proindeque difficiliter derogari, & non niſi per ſpecialem, & expreſſam derogationem, ut oſtedimus ſupra diſp. 1. q. 6. & præter citatos Emman. & Mandoſ. tenet Gonzal. reg. 8. Cancel. gloſ. 35. & Moneta de Conſerv. cap. 7. n. 350.

Privilegia Salmā. Academiæ. Quid autem in ſingulis orbis terrarum Academijs addant ſpecialia privilegia privilegijs juris communis, & quas clauſulas cæterorum derogatorias habeant, eſt infinitum, proindeque impoſſibile recenſere. Alphonſus de Eſcob. citat. cap. 55. à num. 18. affert privilegia Salmanticenſis Academiæ, & num. 20. ſic concludit. Cum igitur certum ſit privilegia hæc omnia ex Principum concedentium poteſtate pendere, inveniamuſque in favorem ſtudioſi Salmanticenſis ampliſſimam, & ſpecialiſſimam cæterorum revocationem, rectè ſequitur hujuſmodi ſtudioſum omnes privilegiatos ad ſuum forum trahere. Hanc reſolutionem benè limitat, ut procedat niſi alter privilegiatus, qui velit contendere cum ſtudioſo Salmanticenſi, exhibeat aliud privilegium, quod ſit poſterius privilegijs Salmātinis. Imò nec hoc ſufficiet, niſi ſpecialem & expreſſam Salmātini privilegij derogationem cōtineat. Quæ doctrina (ut arbitror) rectè aptari poteſt privilegijs noſtrarum Academiarum, Conimbricenſis, & Eborenſis. Nam clauſulæ derogatoriæ generales quantumcūq; ampliſſimæ nil proderunt pro infringendis hujuſmodi privilegijs, tum quia ſtudioſorum privilegia ex potiori parte juris communis ſunt, tum quia præſumuntur cōceſſa motu proprio: in quibus caſibus nihil operantur clauſulæ derogatoriæ: tandem quia ſtudioſorum privilegia habent eam clauſulam, ne derogari poſſint. Hæc deſumuntur ex leg. aliam, de novat. l. 2. §. parui quoque, de privileg. l. 3. Cod. de ſilentiar. lib. 12. cap. cum ordinem, de reſcript. cap. inter monaſterium, de judic. & latè exornantur à Rebuff. in ſcholaſt. privileg. 81. & 178. 179. Gironda de privileg. num. 282. Peteg. de jure fiſci lib. 1. tit. habente jure fiſci num. 21. Roman. conſ. 498. & Valaſc. cum multis de privil. 1. p. q. 47. & q. 52. n. 58.

330 Univerſam hanc doctrinam tradi- tam citatus Eſcob. à num. 32. expo- nit, & amplectitur ea moderatione, niſi ratione profeſſionis, negotiationis, aut exercitij, cauſæve potentius ſit alterutrius privilegium. *Privilegia pro cedentia in cauſa ſpeciali profeſſionis.* Si enim in ſtudioſo ſint cauſæ, & lites quæ cathedram, & quomodolibet profeſſionem litterariam reſpiciant, vel contractum cauſa ſtudij initum, tunc nullo alio privilegio obſtante, ſcholæ Magiſter (& idem diceret de quocunque ſimili conſervatore) adeundus erit, ſive reus, ſive actor ſit ſtudioſus (actor ſcilicet intra dietas, aut in caſibus exceptis ultra eas) niſi tale privilegium oppoſitum exhibeatur, quod & harum cauſarum ſpecialē derogationem habeat. Similiter ſi ſtudioſo lis ſit cum Cardinali, vel Epiſcopo, vel clerico in cauſa reſpiciente dignitatem Cardinalitiam, aut Epiſcopalem, aut curā animarum ab ijſdē ſtudioſo cōmiſſam, quicunque agat, vel conveniatur, Pontifex adeundus erit, vel judex aliàs ſpecialis ratione cauſæ. Si cum equite, vel alio religioſo in cauſa ipſius religionis profeſſionem & regulam ſpectante, tunc ſemper adeundus eit prælatus religionis, ſive loquamur de reo, ſive de actore. Si cum pupillo, vel alia miſerabili perſona ſuper tutela, vel alia adminiſtratione, vel officio certo loco geſtis, judex loci adeundus. Hæc expoſitio & moderatio deſumitur ex

K l. fin.

l. fin. Cod. de juriſdict. item ex duabus moderatiooibus quæ communiter adhiberi ſolent regulæ, Quòd privilegiatus contra privilegiatum, non utitur ſuô privilegio: nempe quando unum privilegium potentius eſt altero, vel ſpecialis: quæ duæ limitationes in unam confluunt, aut ſaltem complectuntur genus & ſpeciem. Videantur Decius cap. in præſentia num.51. Covar. cit. num.4. & Gratian. tom.4. diſc. for. cap. 661.

QUÆSTIO IV.

Vtrum Academia Eborenſis habeat omnia privilegia Conimbricenſis per formam privilegij Adinſtar, an per veram communicationem?

331 INter qualitates privilegiorum, quæ Academijs, ſeu generalibus ſtudijs conferri ſolent, illa prætermittenda non eſt, quæ concernit modum & formam conceſſionis, ſcilicet quando conceduntur adinſtar, vel per communicationem. Exponam imprimis utrunque modum concedendi, ac in genere attingam nonnulla pro utriuſque explicatione, ut tandem reſolvam quid habeatur de jure ſpeciali inter Eborenſem, & Conimbricenſem Academiam.

Privilegium Adinſtar. Privilegium Adinſtar, cujus forma non ſolum eſt poſſibilis, ut ſumitur ex l. omnia 34. C. de Epiſcop. & Cleric. ſed etiam frequens, præſertim in Academijs, eſt illud quod ad ſimilitudinem & exemplum alterius privilegij prius conceſſi conceſſum eſt: ut ſi Princeps dicat Ariſtoteli, Concedo tibi privilegium idem ac Platoni conceſſi. Tunc enim privilegium conceſſum Ariſtoteli vocatur adinſtar, quia eſt adinſtar, & ſimilitudinem alterius, ita ut omnem limitationem, & extenſionem alterius in ſe contineat. Vnde rectè inferunt Suar. lib. 8. de legib. capit. 15. num. 6. & Bonacina diſput. 1. quæſt. 3. punct. 7. num. 20. nullo modo valere privilegium ad inſtar, ſi illud ad cujus exemplum conceſſum fuit, valore & effectu caruit. Patet, quia Princeps ſolum habuit intentionem concedendi id quod per prius privilegium conceſſum fuit, & nihil amplius expreſſit. Eſt enim eſſe privilegij adinſtar ſolum eſſe ſui exemplaris. Ergo ſi exemplar inane & invalidum fuit, tale erit privilegium adinſtar. Addit Palaus tractat. 3. diſput. 4. punct. 2. num. 4. limitando reſolutionem poſitam, ſi illud privilegium exemplar aliquando habuit valorem, & ſolo uſu contrario, vel renunciatione evanuit, probabiliter valere privilegium adinſtar. Quia hujus conceſſio facta fuit ad ſimilitudinem illius, quod Princeps durare credebat.

332 Quid ſi Princeps aliquo modo exprimat quod concedit: ut ſi dicat, Concedo Antonio facultatem diſpenſandi in votis, ſicut habet Petrus? Reſpondeo tenere conceſſionem, & valere privilegium adinſtar datum Antonio, quanvis exemplum, ſeu privilegium Petri invalidum fuerit. Ita Felinus in cap. quoniam Abbas n.11. de officio delegat. Mandoſius in tract. de privilegij adinſtar quæſt. 6. & 9. Suar. cit. num. 7. & Bonac. n. 20. Probatur, quia per particulam (ſicut) non irritatur facta conceſſio: non enim apponitur ut conditio, ſed ut exemplum: deinde Princeps ſufficienter explicat, & determinat materiam conceſſionis. Confirmatur à ſimili ex l. in teſtaméto 2. ff. de condit. & demonſtr. ubi decernitur, ſi teſtator jubeat fieri monumentum inſtar exiſtentis in tali loco, & nullum ibi reperiatur, teneri adhuc hæredem juxta vires hæreditatis monumentum excitare. Quia ſatis expreſſit teſtator ſe voluiſſe monumentum condi, quanvis non appareat quomodò condendum ſit.

333 Dubitabis adhuc 1. pro maiori prædictorum explicatione, utrum extenſo, ſeu ampliato privilegio exemplari per novas cõceſſiones, augeatur etiam privilegium adinſtar? Reſpondeo negativè cum Baldo in l. omnia C. de Epiſc. & cler. Panorm. in cap. ult. n. 5. de cleric. & monach. & alijs, quos referunt, ac ſequûtur Mandoſ. cit. q. 6. & 9. & Suar. cit. l. 8. cap. 15. num. 3. Sumitur ex l. in teſtamento 2. ff. de condit. & demonſtr. Nam ſi teſtator præcipiat ſibi fieri ſepulchrum adinſtar alterius, & poſtea exemplar augeatur, non tenebitur hæres augere quod ipſe fecit. Suadetur ratione, quia privilegium adinſtar ſolum habet vim ab intentione & voluntate concedentis, ita ut ea poſita, determinata, & explicata privilegium ſemper idem perſiſtat: ſed intentio & voluntas concedẽtis privilegium adinſtar ſolum reſpicit exemplar ſecúdùm ſtatum, quem habebat tempore conceſſionis; ergo ex augmento exemplaris non augetur exemplarum. *Privilegij adinſtar extenſio.*

Oppones, in l. omnia Cod. de Epiſcop. & Cleric. in qua conceduntur hoſpitali privilegia adinſtar conceſſorum Eccleſiæ maiori, videtur deciſum omnia privilegia adinſtar ampliari extenſo, & ampliato privilegio exemplari: id enim deducitur ex his verbis, quæ ſubjiciuntur in citata lege: Omnibus privilegijs, quæ eadem ſancta Eccleſia vel nunc adipiſcitur, vel poſtea merebitur. Quaſi per intentionem privilegiantis non reſpiciatur tantum præſens ſtatus privilegij exemplaris, ſed etiam futurus. Ergo ſemper augebitur privilegium adinſtar, aucto exemplari. Reſpódetur negádo antecedẽs. Quia (ut benè notat Suar. n. 3.) ex

ex citata lege potius roboratur, quàm infirmatur noſtra reſolutio. Nam ut privilegium adinſtar augeretur ampliato exemplari, oportuit ut Princeps explicaret hanc eſſe ſuam voluntatem. Si enim ſolum diceret, (Concedimus hoſpitali privilegia inſtar Eccleſiæ maioris,) ex vi hujus conceſſionis nunquam augerentur privilegia hoſpitalis, etiam auctis privilegijs Eccleſiæ maioris. Cum autem ſatis expoſuerit ſe velle, vt locus privilegiatus adinſtar, ſemper & in omni tempore futuro foret æqualis in privilegijs alteri loco, ideo non poteſt augeri exemplum quin augeatur exemplarum. Vnde notabis per legem citatam non ſolum cócedi hoſpitali privilegium adinſtar, ſed etiam veram communicationem privilegiorũ in futurum.

Privilegij adinſtar diminutio.

334 Dubitabis 1. utrum diminuto, revocato, vel quomodolibet extincto privilegio exẽplari, diminuatur, revocetur, vel quomodolibet extinguatur privilegium adinſtar? Reſpondeo negativè cum citatis authoribus, Panormit. n. 6. Mandoſ. q. 6. Suario n. 5. & Navar. in comment. de Iubilæo notat. 26. num. 8. Probatur, quia privilegium adinſtar eſt quid adeo diſtinctum & ſeparatum à ſuo exemplari, ut ab eo non pendeat in conſecvari. Particula enim illa (adinſtar) non ponit dependentiam, ſed tantum determinat generalem ſignificationem verborum, quibus privilegium adinſtar conceditur: ſed facta determinatione ſignificationis, & cognita ſemel qualitate privilegij, hoc ſolum depẽdet à volũtate Principis in futurum, ut cõſervetur, & idẽ perſiſtat; ergo propter diminutionem, revocationem, & quãcũque extinctionem exemplaris, nec diminuetur, nec revocabitur, nec extinguetur.

Privilegiorum cõmunicatio.

335 Explicato privilegio adinſtar, ut explicemus ſpecialem modum, ſeu formam privilegij habiti per communicationẽ, quæ valdè uſitata eſt in privilegijs religioſorum, ut latè probat Emman. Roter. tom. regul. q. 55. art. 2. in eo conſiſtit, quòd jus uni conceſſum alteri etiam concedatur. Hujuſmodi autem conceſſionis forma tripliciter evenit. 1. ſine nova conceſſione, per quandam extenſionem, ita ut idem privilegium, quod aliquibus erat conceſſum ad alios æquè extẽdatur: & tũc erga omnes eadẽ eſt diminutio, derogatio, & augmẽtum. 2. per extenſionẽ ad plura ſubjecta nõ æquè principaliter, ſed tãtũ ſecũdariò, ut cõceſſũ religioſis extẽditur ad moniales, cõceſſũ dominis extẽditur ad ſervos. 3. per novã cõceſſionem, quæ propterea dicitur cõmunicatio, quia privilegiũ de novo cõceſſum datur ad imitationẽ, & ſimilitudinẽ illius quod alteri conceſſum fuerat; & hic modus omninò coincidit cũ modo concedẽdi privilegiũ adinſtar, à nobis proximè declarato. Eſt igitur magis vera & propria cõmunicatio illa quæ evenit primo modo.

Communicationis privilegiorũ diverſa forma.

336 Pro maiori tamen illius explicatione obſervabis 1. aliquando communicari non ſolum privilegia cõceſſa, ſed etiã concedẽda, ut conſtat ex Bulla Pij V. incipiente, Cum indefeſſæ, ubi Religioni Societatis cõmunicavit non ſolum privilegia conceſſa, ſed etiam concedenda alijs religionibus. Semper verò hoc debet exprimi: aliter ſolum communicabitur privilegium, & ſecundùm ſtatum quem habebat tempore communicationis. Obſervabis 2. non communicari privilegium unius religionis alteri, ſi ex tali communicatione corruat obſervantia regularis. Vnde privilegium habendi proprium, & teſtandi conceſſum religionibus militaribus, nõn communicatur mendicantibus. Quia Pontifices concedentes privilegia non intendunt deſtruere, ſed fovere religiones. Obſervabis 3. ſi in ipſis privilegijs caveatur, ne cenſeantur communicata alijs habentibus privilegium communicationis, ſicut de facto cavetur in Bullis Gregorij XIII. & Gregorij XIIII. de ſtatuto Societatis, neceſſariam eſſe, ut poſtea communicata cenſeantur, ſpecialem clauſulam, quæ derogat priorem. Nam illa ſpecialis prohibitio non derogatur ſufficienter per ſimplicem communicationem. Obſervabis 4. cum Suar. lib. 8. de leg. c. 17. n. 7. gratias, indulgentias, & privilegia, quæ habẽt ſpecialem reſpectum ad perſonam, locum, vel religionem, transferri ad alios, qui in privilegijs communicant, ſervata proportione: v. g. ſi concedatur aliqui religioni privilegium non ſervandi interdictum in die factorum ſui ordinis, vel vocationis ſuæ Eccleſiæ, transfertur ad aliam religionem communicãtem in privilegijs, ut nõ ſervet interdictum in die ſuorum ſanctorum, aut vocationis ſuæ Eccleſiæ. Sic inter Prædicatores, & Minores cõmunicãtes declaraſſe Iulium II. latè refert Emman. Rot. q. 55. regul. art. 20.

Privilegia omnia Conimbricenſis Academiæ participat Eborenſis.

337 Quæ hactenus de privilegio adinſtar tradidimꝰ, habẽt potiſſimũ locũ in Academijs: quæ verò de cõmunicatione privilegiorũ, licèt magis uſitata ſint in religioſis ordinibꝰ, poſſunt etiã habere locũ, & ſervata proportione aptari Academijs. Verùm quia ſingulas percurrere nec eſt otium, nec poteſtas, inquirimus de noſtris, utrũ & qualiter Academia Eborẽſis habeat privilegia õnia Conimbricẽſis? Deciſio hujꝰ quæſtionis nõ meliùs patebit, quàm ex diplomate regio cõcedẽte, & Epiſtola Philippi Regis cõfirmante, quæ conceptis verbis ſubjicimus.

¶ Dom Phelippe por graça de Deos Rey de Portugal, & dos Algarves, &c. faço ſaber aos que eſta minha carta de confirmação virem, que por parte do Padre Reytor, & Padres do Collegio do Eſpirito ſanto da Cõpanhia de Ieſus da Vniverſidade de Evora, me foi apreſẽtada hũa carta delRey Dom Sebaſtião, que ſanta gloria aja, aſſinada pela Rainha D. Catherina, q

 Deos

Digitized by Google

Deos aja,& paſſada pella Chancellaria, & hũa
apoſtilla ao pè della aſſinada pello dito ſenhor
Rey,de que tudo o treſlado he o ſeguinte.

¶ Dom Sebaſtião por graça de Deos Rey
de Portugal,& dos Algarves,&c.faço ſaber aos
que eſta minha carta virem, que por mo pe-
dir o Cardeal Iffante Henrique meu muito a-
mado & prezado tio, ey por bem,& me praz
de fazer merce ao Reytor, Lentes, & Deputa-
dos, & Conſelheiros, Officiaes, & Eſtudantes
matriculados da Vniverſidade da cidade de E-
vora,que elle novamẽte fundou, & dotou, que
elles tenhão, ajão, gozem, & uzem daqui em
diante pera ſy, & pera ſeus criados, & familia-
res,de todos os privilegios, graças, liberdades,
& izençoens, que hão, & tem, & de que
gozão, & uzão o Reytor, & Lentes, Depu-
tados, Conſelheiros, Officiaes, Eſtudantes ma-
triculados da Vniverſidade da cidade de Coim-
bra pera ſi, & pera ſeus criados, & familiares,
pellas cartas, & proviſoens, que pera iſſo
tem delRey Dom Manoel meu viſavò, & del-
Rey meu ſenhor & avò, que ſanta gloria aja,
& minhas. Dos quais privilegios & liberda-
des aſſi gozaràm em quanto nam forem con-
tra os eſtatutos feitos & por fazer da dita Vni-
verſidade de Evora. E mãdo a todos meus De-
zembargadores, Corregedores, Ouvidores,
Iuizes, Iuſtiças, Officiaes, & peſſoas de meus
Reynos,&Senhorios,aque eſta minha carta,ou
treſlado della em publica forma for moſtrado,
& o conhecimento della pertẽcer,q̃ moſtran-
do o dito Reytor,Lentes,Deputados,& Cõſe-
lheiros,Officiaes, ou Eſtudãtes da dita Vniver
ſidade de Evora,por ſy,ou por ſeus procurado
res o treſlado authẽtico das cartas,&proviſoẽs
dos privilegios, & liberdades q̃ aſſi tẽ a dita V-
niverſidade deCoimbra, os leixẽ dellas uzar &
gozar,& as cũprão,guardem, & fação inteira-
mẽte cũprir,& guardar como ſe foſsẽ concedi-
das & otorgadas à dita Vniverſidade deEvora:
porq̃ aſſi he minha merce. E por firmeza diſto
lhe mandei dar eſta carta por mim aſſinada, &
aſſellada cõ o meu ſello pẽdẽte, a qual mãdo q̃
ſe regiſte no livro do regiſto da dita Vniverſida-
de de Evora, em què ſe regiſtão as ſemelhantes
proviſoẽs. Iorge a fez na cidade de Lisboa aos
4. dias do mes de Abril de 1562.

Poſtilla.

E por quanto minha tẽção he, & foi ſempre,
q̃ todos os privilegios,& liberdades,graças,fiã
quezas, & exẽpçoẽs,q̃ por qualquer via ſaõ cõ-
cedidas, & ao diãte ſe cõcederẽ à Vniverſidade
de Coimbra,& ao Collegio de Ieſus della, de
qualq̃r ſorte & qualidade q̃ ſejão,aſſi da juſtiça,
como da fazẽda, cizas, & impoſiçoẽs,apozẽta-
dorias,direitos Reaes, &quaeſquer outros,poſ-
to q̃ ſejão taes,q̃ cõforme a minhas Ordenaçoẽs
ſe ouveſſe de fazer expreſſa menção de cada hũ
delles,& da ſubſtãcia delles,ſe cũprão & guardẽ
à dita Vniverſidade,& Collegio do Eſpiritu S.de
Evora,aſſi,& tão cũprida, & inteiramẽte,como
ſe cada hũ delles lhe foſſe particularmẽte cõce-
dido,o declaro aſſi,& ſe neceſſario he, de novo
lhe faço merce de lhe cõceder cada hũ dos di-
tos privilegios,graças,frãquezas em particular,
não por via de cõmunicação,ſenão q̃ à dita Vni
verſidade & Collegio do Eſpiritu ſãto os cõce-
do todos na maneira q̃ dito he, ſẽ embargo de
quaeſquer leys,ordenaçoẽs, coſtumes, provi-
ſoẽs,eſtatutos,capitulos de Cortes,poſturas de
Cameras feitas,& por fazer,q̃ em cõtrario ſe-
jão dos ditos privilegios,& de cada hũ delles:&
ey por bẽ q̃ tudo o q̃ for cõtra os ditos privile-
gios,ou cada hũ delles,não tenha força,nẽ vi-
gor algũ, ſe eſpecialmẽte ſe não fizer menção
deſta proviſaõ,& do q̃ ẽ particular ſe quiſer re-
vogar della,&dos ditos privilegios.ſẽ embargo
da Ord.liv.2.tit.49.q̃ diſpoẽ,q̃ ſe não entẽda ſer
derogada por mim Ordenação algũa,ſe da ſuſ-
tancia della não fizer expreſſa menção.

E a feira da dita Vniverſidade, q̃ ſe faz cada
terça feira,ſerà frãca da impoſição do vinho,& Feira.
de tudo o mais q̃ ſe nella vender,de q̃ ſe ouve-
ra de pagar a dita impoſição. E o privilegio da
ciza das carnes lhe cõcedo cõ tal declaração,q̃
o Reytor da Vniverſidade,& Collegio declara-
rà cada anno por ſeu aſſinado por parecer dos
cõſelheiros quãtas rezes o carniceiro da Vni-
verſidade ha de matar cada ſomana,q̃ ſerà con-
forme aos eſtudãtes q̃ ouver na Vniverſidade.
E das rezes q̃ aſſi pella dita maneira lhe decla-
rar q̃ mate,não pagarà o dito carniceiro ciza al-
gũa.E mãdo ao Cõſervador da dita Vniverſida-
de,& a todos meus Dezẽbargadores,Correge-
dores,Ouvidores,Iuizes, Iuſtiças, Officiaes de
minha fazẽda,& peſſoas a q̃ o conhecimẽto diſ
to pertẽcer,q̃ o cũprão,& guardẽ,& fação intei
ramẽte cũprir,& guardar, porq̃ he minha mer-
ce.E eſta apoſtilla me praz q̃ valha,& tenha for
ça & vigor, como ſe foſſe carta feita em meu
nome, por mim aſſinada,& paſſada por minha
Chãcellaria, & poſto q̃ por ella não ſeja paſſa-
da,ſẽ embargo das Ordenaçoẽs do liv.2. tit.20.
q̃ o contrario diſpoem. Gaſpar de Seixas a fez
em Evora a 27.de Iulho 1573.

¶ Pedindome o dito Reytor, & Padres do
Collegio do Eſpiritu S. da Companhia de Ieſus
da Vniverſidade,& cidade de Evora por merce,
lhes confirmaſſe eſta carta.& viſto ſeu requeri-
mento, querendolhe fazer graça,& merce te-
nho por bem,& lhe confirmo,& ey por confir-
mada, & mando que ſe cumpra & guarde in-
teiramente, aſſi, & da maneira que ſe nella
contem, por quanto pagaràm a meya annata
da merce deſta confirmação ſinco mil & qua-
trocentos rèis ao Theſoureiro geral dellas.
Antonio de Moraes a fez em Lisboa 5. de Fe-
ver. 1634.

Communicatio in privilegiis ſ. ſla Eborenſi Academia.

338 His propoſitis, circa jus ſpeciale, & gratiam à Regibus collatam noſtræ Academiæ Eborenſi, ſatis conſtat eam habere omnia privilegia, quæ de facto habet Academia Conimbricēſis, & habituram in poſterum, quæ Conimbricenſis habebit. Quantum igitur deprehendi ex tenore utriuſque Regij diplomatis, juxta doctrinam generalem, quam tradidi à num. 331. mihi habeo perſuaſum, ex vi Epiſtolæ Regiæ Academiam Eborenſem obtinuiſſe omnia privilegia Conimbricēſis tanquam per modum privilegij ad inſtar, atque adeo cum reſpectu ad illum ſtatum, quem tempore conceſſionis habuerant, ita ut in ipſa Eborenſi ſint adhuc, & perſeverent eodem modo, quanvis in Conimbricēſi quacunque ratione decreverint, aut evanuerint. Addo ex intentione Regis ſatis manifeſtata id amplius habuiſſe talem cōceſſionem, ut quāvis pro illius tempore jam aliquod privilegium Conimbricenſe evanuerit, in Eborenſi tamen verè manſerit.

Ex vi autem ſecundi diplomatis, quod vocatur apoſtilla, & eſt quædam interpretatio, & ampliatio prioris, exiſtimo Academiam Eborēſem habere omnia privilegia Conimbricenſis per formam communicationis. Siquidem per talem apoſtillam Rex non ſolum cōtulit privilegia quæ de facto & actualiter pro illo ſtatu tēporis habebat Conimbricenſis, ſed omnia quæcunque in poſterum habitura eſſet. Nec obſtāt verba illa (não por via de communicação) quia per illa noluit Princeps tollere ſubſtantiam cōmunicationis, ſed ſolum emendare tollendo defectus, ita ut fieret æquipollens novæ cōceſſioni, ne aliqua ex cauſa ſuum ampliſſimum beneficium poſſet corruere, ſeu deficere. Voluit etiam (liceat ſic interpretari) tollere, ſeu impedire communicationem mutuam: ſcilicet ita tavēdo Academiæ Eborenſi, pro illo tempore teneriori, & recentiori, ut illa participaret in poſterum omnia privilegia concedēda Conimbricenſi, & hæc non participaret concedēda Eborenſi.

Carceris privilegium.

339 Poſt hujuſmodi communicationē, ſeu conceſſionem à Rege Sebaſtiano factam, & à Philippo confirmatam, ſubortum eſt dubium, an ex vi illius potuerit Academia Eborenſis habere carcerem peculiarem, ſicut habet Conimbricenſis per ſua ſtatuta lib. 2. tit. 53. confirmata per Philippum anno 1591? In hoc dubio affirmativam partem tanquam omninò certam rectè judicarunt conſulti optimi illius temporis juriſperiti, Doctor Hieronymus de Milão Fragoſo, Franciſcus Lopez Henrique, Emmanuel Rotericus Caldeira, Emmanuel Suarez de Sampayo, Andreas de Oliveyra, Doctor Velaſcus, & multi alij, quos reperies huic parti ſubſcribentes in Archivo Eborenſis Academiæ. Fundantur, quia diploma Regium non tām habet vim ſimplicis communicationis, quàm novæ conceſſionis privilegiorum. Et quanvis privilegia non debeant extendi, utpote devianti à regulis juris, præſertim carceris privilegium, quod valde exhorbitans eſt, & ita de bonis peculiaribus Principijs, ut inter Regalia numeretur, nihilominus patet manifeſtè comprehendi in verbis utriuſque relati deplōmaris ampliſſimis, & intētionem Regis perſpicuè teſtāribus.

DISPVTATIO III.

De Academicis privilegiatis, ipſorumque conditionibus, & obligationibus.

340 CVM rei cujuſlibet tractatio non melùs & enucleariùs habeatur, quàm re ipſa per ſuas cauſas intrinſecas & extrinſecas, item per ſuos effectus expoſita, & jam in diſputationibus proximis multa de cauſa efficiente, finali, & formali diſſeruerimus, ſupereſt, ut in hac tertia exponamus cauſam materialem, ſeu ſubjectivam, ipſos nempe viros Academicos, quibus privilegia inſunt, alioſque illis affines, & connexos, ad quos extenduntur, & tandem quas conditiones vendicent, vel obligationes ſubeant, ut dictis privilegijs fruantur.

QUÆSTIO I.

Quibus competant per ſe, ac directè privilegia Academica?

Acturus de cauſa materiali, & ſubjectiva hujuſmodi privilegiorum, duplicem invenio, alteram, quæ ſubeſt privilegijs ſcholaſticis veluti per ſe, ac directè, alteram, quæ illa recipit veluti indirectè, & per quādam extenſionem. Præſens quæſtio erit de priori, ſequens de poſteriori. Imprimis citra dubium eſt nullum ſubjectum magis directum, & propriū horum privilegiorum aſſignari poſſe, quàm ipſam Academiam, quà talis univerſitas eſt, ſeu Reſpublica litteraria. Patet ex dictis n. 310. ubi ex Abbate in cap. olim n. 8. de conſuet. ſtatuimus, ubicunque Academia erigatur, ſtatim eo

 ipſo

ipſo quòd erecta, & conſtituta eſt, illi competere privilegia Authent. Habita Cod. ne filius pro patre. Item omnes immunitates conceſſas profeſſoribus ſtudentibus, modò ratione profeſſionis conceſſæ fuerint, totum corpus Academicum comprehendere.

Tribunal Academicũ gaudet privilegio fori.

341 Prima difficultas eſt de tribunali Academico, an gaudeat fori privilegio in cauſis ipſum tribunal, & dignitatem reſpicientibus? Benè reſpondet Alphonſus de Eſcobar cap. 38. num. 10. ſine dubio illud gaudere privilegio fori ſtudioſorum, adeo ut reus quilibet ſubditus trahi poſſit v. g. ob promiſſionem judicialem, aliamve obligationem, ſeu pænam tribunali, aut fiſco Academico debitam, dummodò non ultra diætas extrahatur. Pro qua ſententia (inquit) facit Salmanti-„ cenſe ſtatutum tit. 68. ibi, Alguazil, Fiſcal, „ y Curſor de la dicha audiencia gozan, &c. quæ verba non tantum de cauſis iſtorum privatis, ſed de cauſis fiſci ipſius Academici intelligi debent. Hæc reſolutio cum proportione applicabitur tribunali noſtrarum Academiarum Conimbricenſis, Eborenſis, & aliarum ſimilium.

Magiſtratus Academici gaudent privilegijs.

342 Secunda difficultas eſt, Vtrum hujuſmodi privilegia competant magiſtratibus Academicis? Oportet diſtingui inter jus commune, & ſpeciale vniuſcujuſque Academiæ: rurſus jure communi ſubdiſtingui inter tres judices aſſignatos per Authent. Habita, ſcilicet Epiſcopum, Doctorem, & Rectorem. Quia Epiſcopus non gaudebit privilegijs ſtudioſi, cum inter partes Academiæ non recenſeatur, Doctores autem, & Doctores Academicos judices privilegijs gaudere non eſt dubium: cum ſint ex ipſius Academiæ gremio electi l. fin. Cod. de juriſdiction. omn. judic. juncta Authent. Habita. In his convenit cum jure communi jus ſpeciale Academiæ Conimbricenſis lib. 3. titul. 76. An verò conveniat jus ſpeciale Academiæ Salmanticẽſis? Alphonſus de Eſcobar capit. 38. à num. 3. affirmat Gymnaſiarcham, & Rectorem, imò & Vicarium, vulgo (Iuez del eſtudio) ſtudioſorum privilegijs gaudere, 1. quia in ſcholæ Magiſtro conſervatur juriſdictio Doctoribus antea conceſſa in Authent. Habita: conſervatur item in Rectore; ergo conſervari etiam debet idem jus. 2. quia paſſim in conſtitutionibus & ſtatutis Academicis, dum conceduntur privilegia, exprimuntur perſonæ Rectoris, ſcholæ Magiſtri, cæterorumque omnium de Vniverſitatis gremio. 3. quia ob rationes, ob quas ſtatuimus num. 320. privilegia ſingulis ſtudioſis conceſſa Academico Collegio communicari, ob eaſdem quoque debent comprehendere magiſtratus Academicos, qui caput ſunt ipſius Academiæ.

Fori privilegium an magiſtratibus Academicis.

343 Sed videamus, inquit citatus Author à n. 5. loquẽs de ſua Academia, an privilegium fori quod ſtudioſi habẽt tam reſpectu ordinariæ, quàm conſervatoriæ juriſdictionis pertineat ad Academicos magiſtratus? Videtur pertinere non poſſe. Quia ſibi ipſis jus dicere nequeunt l. qui juriſdict. de juriſdict. Ego (inquit) contrarium affirmo: dum tamen animadvertam, in cauſis criminalibus diſtinguendum eſſe, prout in cæteris judicibus ordinarijs diſtingunt omnes dict. l. qui juriſdict. congeſſimus plures cap. 6. num. 43. & in delegatis judicibus, in caſibus in quibus delegatum agere ſcholæ Magiſtrum docuimus: quando autem delegatus puniri, vel puniri poſſit, vide relatos dicto capit. 6. num. 59. In civilibus verò cauſis licèt controverſum ſit, an poſſit judex ſuas cauſas delegare, tamen jure Regio conſtitutum eſſe quòd poſſit, ſcribit Gregor. Lopez l. 9. in fin. Gloſ. verbo Algun home titul. 4. p. 3. facit leg. Prætor 17. de juriſdict. & leg. ille à quo §. tempeſtivum, ad Trabell. Ego (inquit) credo quod ſcholæ Magiſter coram ſuo Vicario, & Vicarius coram ſcholæ Magiſtro poſſint in civilibus agere, & conveniri, niſi malint Principem, vel illuſtriſſimum Nuncium adire juxta cauſæ qualitatem, vel rei conveniendi forum ſicut in cauſis criminalibus diſponit dict. l. patir. & latè tradunt ſcribentes dict. l. qui juriſdict. Hæc Eſcob. Quid juris in hoc puncto ſervetur in Eborenſi Academia, dicemus in lib. 7. de Conſervatore.

Studioſi privilegiati.

344 Tertia difficultas eſt, utrum privilegia Academica competant per ſe omnibus ſtudioſis? Affirmativa reſolutio certa omninò eſt, ſi loquamur de ſtudioſis, qui verſantur in ſtudijs generalibus, & diſcunt, vel docent facultates maiores, v. g. Theologiam, Philoſophiam, juris utriuſque prudentiam, Medicinam, & ſimiles. Dixi (in ſtudijs generalibus) quia (ut rectè monet Barb. de pot. Epiſc. p. 3. alleg. 56. n. 22.) non ſufficit ſtudium, quod nõ eſt Vniverſitas, quàvis in eo optimè legatur, & publicè cuicũq; audire volenti, quidquid dicat Moneta de diſtrib. quotidian. par. 2. quæſt. 10. n. 17. Hinc fit ſcholares in Eccleſijs Cathedralibus nõ gaudere ijſdem privilegijs, ſicut ſtudentes in Academijs, prout deciſum referunt Nicol. Garcia de benef. p. 3. cap. 2. n. 117. & Armendar. in addit. ad recop. legum Navar. lib. 2. tit. 23. leg. 2. §. 2. de reſiden. num. 124. Dixi (& diſcunt, vel docent facultates maiores) quia dubitatio non vulgaris eſt, an Grammatici fruantur ijſdem privilegijs, quibus cæteri, vel auditores, vel profeſſores? Videtur negandum 1. quia privilegium, cum ſit odioſum, & ex ſe offenſivum juri communis, non debet extendi, ſed potius reſtringi intra rigorem proprietatis: Grammatica autem, vel non eſt propria diſciplina, vel ſaltem minima.

minima inter omnes. 2. quia omnis vis & extenſio privilegiorum manat ab intentione, & voluntate Principis, non videtur autem Princeps ſuis privilegijs Grammaticos comprehendere; 3. quia ſi dicamus Grammaticos frui privilegijs, ex eo præciſè quòd diſcunt, vel docent, eadem ratione compellemur fateri privilegiatos eſſe tam docentes, quam diſcentes prima elementa litterarum: hoc autem admitti nõ poteſt, juxta tex. in l. gradatim §. fin. ff. de muner

Ludi magiſter non privilegiat.

„ & honorib. ubi ſic habetur: Qui primas lit-
„ teras pueros inducunt, non habere vacatio-
„ nem Divus Antoninus reſcripſit. Et Vlpia-
„ pianus ait, Qui pueros primas litteras docēt,
„ immunitatem à civilibus muneribus nõ ha-
„ bent l. 2. §. qui pueros ff. de vacat. muner.
„ Gloſſ. in l. archiatros C. de meta. lib. 12. Item eadem ratione dicemus privilegiatos eſſe ſtudētes nicromantiæ, & alijs ſcientijs pravis, quod abhorret ab omni jure, & ratione; ergo Grãmatici privilegiati non ſunt.

Grãmatici & alij privilegiati.

345 Nihilominus vera & communis ſententia eſt grãmaticos, qui ſcilicet huic arti in Academia dant operam vel docēdo, vel addiſcendo, privilegiatos eſſe. Ita Archid. in capi de quibuſdam 37. diſt. Modeſtinus in l. ſi duas §. fin. ff. de excuſ. tut. Rebuff. in privileg. ſcholaſt. privil. ult. & Auguſt. Barb. tom. 4. collect. in proœm. lib. 6. Decretal. num. 6. aſſerentes privilegijs gaudere omnes, qui alicui ex ſeptem artibus liberalibus incumbunt, v. g. Grammaticæ, Dialecticæ, Rhetoricæ, Muſicæ, Arithmeticæ, Geometriæ, vel Aſtronomiæ. Sumitur 1. ex l. ſi duas §. fin. ff. de excuſat. tutor. ubi habetur excuſati à tutelis Philoſophos, Oratores, & Grammaticos, qui publicè juvenibus proſunt. Sumitur 2. ex voluntate Principum ſatis manifeſtata, præſertim in Authent. Habita Cod. ne filius pro patre, ibi enim particula (cauſa ſtudiorum) ſatis indicat voluiſſe imperatorem favere etiam grammaticis: nam intelligitur de quibuſcunque litterarum ſtudijs, etiam inferiorum artium, modò ſint liberales, quas Academia profitetur. Idem patet ex illis verbis, (Qui amore ſcientiæ exules facti) nam interdum ita ſunt exules propter Grammaticam, Rhetoricam, & alias liberales, ſicut propter facultates maiores. Deinde idem manifeſtè declarāt verba illa (maximè divinarum, atque ſacrarum legum) nam dictio (maximè) implicat idem jus cum alijs, ſeu implicat caſum magis dubitabilem. l. illud ff. ad legem Aquil. & l. pro hærede §. ſi quid tamen, & Iaſ. in prin. ff. de acquiren. poſſeſſ. cap. ad abolendam, de filijs præsbyt. & cap. cum Apoſtolica, de ijs quæ fiunt à prælatis Socin. junior. cõſ. 30. à n. 41. vol. 1. & Pariſ. cõſ. 90. n. 17. ergo implicat facultates inferiores cum ſuperioribus.

346 Sumitur 3. ex textu citato, qui cõcedit privilegia omnibus ſcholaribus, & qui totum dicit, nihil excludit l. à procuratore Cod. mand. l. Iulianus ff. de legat. 3. qui ergò dixit totos ſcholares, non excludit Grammaticos. Sumitur 4. ex congruentia, & quaſi paritate rationis moventis Imperatorem ad privilegiandum: quia ſtudentes Grammaticæ non minoribus ſe exponunt periculis, & verberibus, nec minùs amore ſcientiæ ſe exinaniunt, quàm ſtudioſi aliarum facultatum: ob quas cauſas fruuntur privilegijs. Accedit quòd ſi excluderentur Grammatici à favoribus, non eſſent qui ſuperioribus ſcientijs operam darent: ſunt enim diſciplinæ inferiores veluti gradus ad ſuperiores. Sumitur 5. ex communi praxi, & conſuetudine, quæ paſſim refert Grammaticos inter alios privilegiatos Academiæ. Rebuff. citatus teſtatur Pariſienſem Senatum in cauſam cujuſdam pueri Grammaticam addiſcentis pronunciaſſe anno Domini 1524. die 21. Martij eum, qui habebat litteras matriculæ, quas teſtimoniales vocant, gaudere privilegio conveniendi debitores coram Conſervatore. Et hæc eſt in hac noſtra Eborenſi Academia praxis quotidiana.

Privilegia competunt etiã Grãmaticis.

His ita conſtitutis, facilis erit dilutio eorum, quæ oppoſuimus num. 344. Ad primum dicimus privilegia ſcholarium quomodocunque reſtringantur, non poſſe excludere Grammaticos, utpote in omni proprietate & rigore venientes appellatione ſcholarium. Ad ſecundum fatemur privilegium ex Principis voluntate habere omnem vim: & ideo cadere in Grãmaticos, quibus voluiſſe Principem favere, palam fecimus. Ad tertium negamus utrunque illud abſurdum, quod quidem abſurdum credimus, ſequi ex noſtra ſententia: quia ex Grammaticis privilegiatis non fit concludens argumentum ad eos qui incumbunt primis elemētaribus litteris: tum quia hi nec publicè proſunt, nec in Academijs morātur cap. tuæ, de clericis non reſid. tū quia ſæpe in his infimis inſiſtūt, quin perveniāt ad maiora. Secus accidit dātibus operā Grãmaticæ, vel Rhetoricæ. Deinde nõ fit etiā bonum argumētum ad artes pravas: repugnat enim ſcientias prohibitas eſſe privilegiatas, tum quia eas melius eſt neſcire, quàm ſcire. Cap. quanvis 38. diſt. tum quia ſimilis culpa eſt tam prohibita diſcere, quàm docere l. culpa Cod. de malef. & matrem, qui autem culpam committunt, pœna potius affici, quàm favore & privilegijs donari debent.

Illud denique monendum arbitror non omnia privilegia Academica omnibus ſtudioſis cõpetere: quia non omnes omnium capaces ſunt. Aliqua enim privilegia ſecundùm perſonæ qualitatem conferuntur uni, quæ alijs denegantur arg. l. plenum §. æquitij ff. de uſu & habit. & §. ſed & quod Principi Inſtitut. de jure natur. gēt. & civil. Vnde nominationes ad beneficia, quæ

Digitized by Google

Theologis,& Canoniſtis impendi ſolẽt,Grammaticis,& alijs ſimilibus convenire nequeunt. Quæ autem privilegia his vel illis ſtudioſis cōpetant, vel non competant, doctus & prudens lector diſcernet, doctus, & prudens judex ſtatuet.

QUÆSTIO II.

Quibus indirectè competant, ſeu ad quos extendantur privilegia ſtudioſorum?

347 CVm præcipuus, ne dicam, totus & adæquatus finis pro excitãdis Academijs, fuerit litterarum ſtudiũm, & ſcientiarum comparatio ad illuminationem mundi (ut perhibent jura) Reipublicæ ornamẽtum,& conſervationem, fit quòd privilegia Academijs impenſa directè conveniant ſolis ſtudioſis, ipſorumque magiſtris,& magiſtratibus, alijs verò indirectè ac veluti ſecũdariò. De priori genere perſonarum diſputatum eſt: ut veniamus ad poſterius, eſt imprimis indubitatum jure communi, & ſpeciali utriuſque Academiæ Luſitanæ privilegiatos eſſe omnes officiales Academicos: quales & quot ſint, numerat, & explicat Conimbricenſis lib.2.ſtatut.tit.5. In lib. autem 3.tit.76. recenſens privilegiatos, declarat abſolutè officiales frui privilegijs, & nõnullos in ſpecie, de quibus poterat dubitari, exprimit, nempe tubicines, & tympaniſtas in actibus publicis ſervientes, tabellarios, qui cum Academia inierunt pactum, mercatores pecuarios, & piſcarios,& quoſcunque æconomos, quos rebus ſuis Academia præficit, ſive hoc munus accipiant gratis, ſive mercedẽ conducti.

Officiales Academiæ privilegiati.

348 Prima difficultas eſt, utrum ſtudioſorum privilegia extendãtur ad illorum nuncios,& familiares? Iure communi non invenitur cautum quòd aliud privilegium competat ſtudioſorum nũcijs, & familiaribus, quàm id quod expreſſit Fridericus in Authẽt. Habita ,, ibi, Vt ad loca in quibus litterarum exercẽ,, tur ſtudia, tam ipſi, quàm eorum nuncij ve,, niant,& in eis ſecurè habitent. Quibus verbis ſolum continetur privilegium ſecuritatis. Quid autem importet hujuſmodi privilegium, quænam ejus natura, quinam affectus, latè exponunt Farinac. in praxi q.29. per totam, Alciatus lib.8. parerg.cap.2. & Oroſc. l.illicitas §.ne potentiores n.5. de offic. præſ. Illud mihi compertum eſt, privilegium hoc idem prope eſſe ac Regiam protectionem, ex qua non induci exemptionem quoad forum, probatur ex cap. recepimus, cap. ex parte, de privil. ubi Cardin. Princ. Socin. à n.7. Decius à n.13. Maſc. conc.713.

Nuncij & familiares ſtudentium privilegiati.

Securitatis privilegium quid.

n.2. & Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg.113. à n.26. Niſi quando lite pendente, aut aliqua ſpeciali cauſa ratione gravaminis dicta protectio conceditur: quo caſu vicem appellationis habet, & ſic accipiendum eſſe textum in cap. ad audiẽt. de appellat. rectè docet Barb. citatus num. 28. Denique hujus privilegij, ſeu protectionis virtute circa judicialem cognitionem nihil amplius concedi, quàm quòd omiſſo medio appellari ad Principem poſſit, latè defendit Scob. cap.21. à n.206.

Protectionis privilegium.

349 Nihilominus vera & communis eſt ſententia aſſerentium abſolutè privilegium fori, & reliqua ſtudioſorum extẽdi ad eorum nuncios,& familiares. Ita Philipp. Francus in proœm. ſexti Decretal. verbo Scholaribus, Felin. in cap.2. de foro comp. & Doct. in l. ſcriniarios C. de militar. teſtam. Rebuff. de privil. ſchol. privil.166. Horatius Lucius in fine tract. de privil. ſcholaſt. n.2. Dueñas reg.305. Bologninus d. Auth. n.15. Marta de juriſd. 4.p. caſu 111.n.13.& Moneta de conſerv. cap.7.n.541. juncto 548. qui duo ultimi loquuntur de privilegio fori. Sumitur 1. ex regula generali, quòd privilegium domino conceſſum ejus famulis communicatur, qua ratione privilegiati ſunt famuli Cardinalium, Epiſcoporum, Clericorũ, Conventuum,& aliorum, ut videre eſt apud citatos Authores, præſertim Rebuffum & Martam. Videantur Suar. de legib. lib.8. cap.11. & quos adducit Scob. cap.24. à nũ.51. Sumitur 2. à ſimili, quia privilegium datum hoſpitali porrigitur ad ejus miniſtros, ut tenet Oldrad. conſ. 11. item per exceptionem Eccleſiæ miniſtri ipſius exempti cẽſentur cap. quet exemptionem, de privil. in 6. Sumitur 3. ex communi axiomate juris, quod privilegium extenditur ad perſonas acceſſorias, ſine quibus privilegium inutile remanere poſſet Cap. licẽt, ubi Doct. de privil. in 6.& exponit Suar. citatus n. 7. & Decius in regula in omnibus cauſis ff. de regul. juris. Et quidem nemo poteſt ſtare ſine aliqua familia l. non alias §. primo ff. de judic. text. in cap. extirpandæ, de præbend. Vbi Panormit. dicit quòd ſecundùm qualitatem perſonæ, & bonorum debet habere & famulos: non enim debet ſibi coquere carnes, vel alia vilia facere, quia ab ſtudio diſtraheretur. Sumitur 4. ex paritate, ſeu potius, maioritate rationis: quia omnes fatentur officiales Academiæ, v. g. bidellios, typographos, notarios, & ſimiles gaudere privilegijs ſcholaſticis, ex eo quòd ſerviant ſtudioſis, ſed magis immediatè ſerviunt ſtudioſis eorum famuli,& nuncij, ut per ſe patet; ergo etiam privilegijs fruentur. Sumitur 5. ex doctrina Panormitani in cap. quanto, de cenſib. aſſerentis eũ, qui tenetur alere dominum, teneri alere ſervitorẽ propter cõnexionẽ perſonarum: ergo qui confert privilegium domino, ex eadem connexione cenſetur conferre ſervitori.

Familiares, & ſervitores privilegiati.

350 Hanc

Privilegiorum extenſio.

350 Hanc ſententiam Rebuff. citatius ampliat 1. ut locum habeat in Scriptoribus. Ita Bal. in proœm. ff. §. Hæc tria. & Alber. in l. inter eos ff. ex quibus cauſis majores. Nam omnes qui in procinctu verſantur, cũ eadem pericula experiantur, jura quoque eadem merito ſibi vendicant. Vnde in claſſibus omnes remiges, & nautæ milites ſunt. Item vigiles milites: & jure militari poſſe eos teſtari conſtat ex l. una ff. de bono. poſſe. Ampliat 2. ut habeat locum non in ſolis famulis præſentibus, ſed etiam in futuris. Ita ex Bonacoſo trac. de famul. quæſt. 26. Barboſa de appellat. appell. 97. num. 3. ubi aſſerit appellatione famulorum in privilegijs venire etiam famulos futuros. Quid autem familiæ nomine intelligatur, ut poſſimus dignoſcere familiares, videatur Moneta de conſer. cap. 7. num. 546. Dicta hactenus procedunt attento jure communi. Quod autem etiam attento ſpeciali utriuſque Academiæ Luſitanæ, privilegia ſtudioſorum extendantur ad eorum familiares, habetur in ſtatutis Conimb. lib. 3. tit. 76. num. 2. Eborenſis autem participat privilegia omnia Conimbricenſis, ut oſtendi ſupra num. 337. Quid verò circa hanc extenſionem ſpecialiter vendicet Academia Salmanticenſis, patet tum ex Martiniana Conſtitut. 22. & 23. tum ex ſtatutis tit. 68. pag. 337. tum ex lege Regni l. 18. §. 7. lib. 1. Recopil. quæ omnia jura, multis doctè notatis, proſequitur Alphonſus de Eſcob. cap. 37. à num. 14. uſque ad finem capitis.

Quæ videntur in oppoſitum à nobis allata, & pro veris tradita num. 348. non obſtant his reſolutionibus. Quia ſolum probant in citata Authent. Habita non contineri expreſſé aliquã privilegiorum extenſionem ad ſcholaſticorum nuncios, & familiares, ſed ſolum exprimi privilegium illud protectionis, ſeu ſecuritatis: quæ verum habent. Nos verò hujuſmodi extẽſionem, aliunde probamus, ut conſtat.

Hoſpites ſcholaſticorum privilegiati.

351 Secunda difficultas eſt, utrum privilegia ſtudioſorum communicentur eis, qui veniunt ad eos viſitandos in ſtudio ex aliqua cauſa probabili? Communis & vera eſt affirmativa ſententia, quam defendunt Horatius Lucius de privil. ſcholat. priv. 80. Tiraq. in legib. connub. gloſſ. 2. num. 57. & Pet. Barb. ad l. 2. §. legatis num. 348. de judicijs. Probat ex Gloſſa hic verbo Venit ad finem, ubi proponit exemplum in patre viſitante filium in ſtudio, & apertè ſentit quòd privilegium competẽs ſcholaribus communicatur ijs, qui veniunt ad eos viſitandos in ſtudio ex aliqua probabili cauſa; & hoc notat Bald. Authent. Habita num. 18. Ex quo infert citatus Barb. cum Bart. ad d. l. 2. de judicijs, Lanceloto, Decio in fin. Panorm. cap. fin. num. 47. de foro compet. & Bolog. d. Authen. Habita num. 199. ſicut ſcholaris non poteſt capi pro repræſalijs dict. Authen. & ibi notat Bald. num. 4. ita patrem, qui filium viſitat, non poſſe capi pro repræſalijs: neque etiam nuncium, qui propter aliquam probabilem cauſam mittitur ad ſcholarem. Imò (addit) neq; capientur in locis, per quæ prædicti neceſſariò debent tranſire, ut perveniant ad locum ſtudij argum. l. Oratio, de ſponſal.

Repræſaliæ ſcholaribus.

Hæc tamen (concludit citat. Barb. num. 351.) licèt vera ſint in terminis juris communis, ut hic tradit Angel. num. 3. & Bar. tract. de repræſal. q. 7. num. 7. tamen, ut ipſi teſtantur, non ſolent obſervari generali conſuetudine, ſed indiſtinctè omnes capiuntur pro repræſalijs, præter legatos publicos, quibus parcitur ob rationem expreſſam l. fin. de legation. & ſubſcribũt Paul. Caſtren. hic n. 4. Iacobin. n. 3. Anton. de Math. de prorogat. juriſd. num. 48. verſ. exemplum.

Fidejuſſores ſcholaſticorum privilegiati.

352 Tertia difficultas eſt, Vtrum privilegia ſtudioſorum extendantur ad eorum fidejuſſores, ita ut quicunque fidejuſſor ſtudioſi gaudeat privilegijs, & foro ſtudioſi? Si loquamur de cæteris privilegijs præter forum, rectè Hering. de fidejuſſ. cap. 27. 4. p. Hypolit. de Marſil. in rub. de fidejuſſ. num. 267. & Bovad. lib. 2. polit. cap. 18. à num. 246. diſtinguunt inter privilegia perſonalia, aut realia, ſeu conceſſa ſtudioſorum perſonis, aut rebus, aſſeruntque illa fidejuſſori non competere, hæc verò competere. Probant ex l. ſtipulatus, l. ex perſona, de fidejuſſ. l. exceptiones, l. omnes, ff. de except. l. defenſiones C. eod. tit. Reperies autem latiſſimè apud citatos Authores quæ exceptiones reales, & quæ perſonales dicantur.

Forum ſi dejuſſoris ſcholaſtici.

Quid de fori privilegio? Fori præſcriptionem utpote perſonalem ad fidejuſſorem ſtudioſi non tranſire, ideo nec ipſum fidejuſſorem poſſe eam opponere creditori, neque creditorem poſſe fidejuſſorem convenire, niſi coram proprio ipſius fidejuſſoris judice, benè defendunt, ac probant in ſpecie Bald. dict. Authent. Habita num. 25. Iul. Pac. ibid. cap. 4. num. 17. Rebuff. privil. 152. limit. 2. & Hering. de fidejuſſ. cap. 23. num. 14. Deſumitur ex generali regula, ſcilicet fidejuſſorem coram ſuo, & non coram rei principalis judice eſſe conveniendum: quæ regula videtur deprompta ex l. 1. ſi quis in jus vocat. l. ſi fidejuſſor, in princ. qui ſatisdat. cog. Confirmatur à ſimili ex ijs quæ de laico fidejuſſore clerici docent Marta de juriſd. 4. p. caſu 106. Borcad. cit. lib. 2. cap. 18. nu. 246. & Hering. proximè num. 15. & per totum cap. 23. ubi propoſitam regulam exponit, & multipliciter temperat, 1. ut procedat, niſi fidejuſſor ſe ſubmiſerit Academico judici, & proprio foro renunciaverit, 2. niſi ſolutio in loco ſtudij deſtinata, aut contractus geſtus ibi inveniatur. 3. niſi lis adverſus reum principalem cœpta ſit. Addit Eſcobar cap. 39. ſi lis cœpta, & extincta, putà excuſſione

Digitized by Google

ſtione facta, vel exceptione perſonali reo liberato, ac demum quando adverſus fidejuſſores ſolos creditor agit, eos in ſuo cujuſque foro conveniendos eſſe, : ſin autem lis pendeat adverſus reum principalem, tunc coram eodem judice fidejuſſores conveniendos eſſe, ne continentia cauſæ dividatur: quo caſu (inquit) nulla inſpectio diætarum fiet. Nam cum ad juriſdictionem hoc in caſu conſideretur perſona rei principalis, & non fidejuſſoris, reuſque utpote ſtudioſus coram ſcholæ Magiſtro (poterat dicere, coram ſuo conſervatore) conveniẽdus ſit, neque ad eum diætarum inſpectio pertinere poſſit, ita ſimiliter nec ad fidejuſſorem pertinebit. Obſerva limitationem illam, niſi proprio foro renunciaverit, intelligendam eſſe, ſi ſit fidejuſſor qui proprio foro renunciare poſſit, juxta l. ſi quis in conſcribendo Cod. de pactis. Secus ſi renunciare nequeat, qualis ſtudioſus alterius Academiæ, vel alius ſimilis.

Fidejuſſor ſtudioſus coram quo conveniendus.

353 Hactenus de ſtudioſi fidejuſſore. Quid ſi inquiramus de ipſo ſtudioſo fidejubente? Arbitror diſtinguendum inter ſtudioſum fidejubentem pro alio ſtudioſo, & ſtudioſum qui pro aliquo non ſtudioſo in cõtractu, vel in judicio fidejuſſit. Prior caſus facilis eſt, cum omnia ad Academicos judices ſpectent, præſertim ſi uterque ſtudioſus ſit ejuſdem Academiæ: quòd ſi ſtudioſus pro alio ſtudioſo ſimilis Academiæ fidejubeat, decidetur ex dictis diſp. 2. q. 3. de duobus pariter privilegiatis concurrentibus. In poſteriori caſu, quanvis communiter multis placeat ſtudioſum minùs idoneum fidejuſſorem eſſe, ſi tamen foro ſuo renunciat, idoneum dici, & poſſe conveniri coram eo judice, cui ſe ſubmiſerit, ut videre eſt apud citatos ab Hering. de fidejuſſ. cap. 7. nu. 334. nos tamen cohærenter ad ea quæ diximus diſp. 1. quæſt. 7. ſcilicet non poſſe ſtudioſum renunciare ſuo privilegio, modò affirmamus fidejuſſorem ſtudioſum ſemper coram ſuo judice conveniendum eſſe, niſi obſtet ſpeciale decretum Principis, vel alia cauſa, quæ ipſius ſtudioſi privilegium infringat.

Fidejuſſor ſcholaſtici extra diætas.

354 Ex dictis infertur cum Escob. cap. 39. num. 39. deciſio hujus difficultatis. Ponamus ſtudioſum intra diætas habere ſuum debitorem, aut alioqui talem, quem poſſit trahere ad tribunal Academicum, fidejuſſorem vero hujus debitoris, extra diætas domicilium habentem, idcirco principaliter trahi ab ſtudioſo non poſſe coram ſcholæ Magiſtro. Dubitatur, an ſtudioſus poſſit hunc fidejuſſorẽ convenire ratione fidejuſſionis? Patet ex dictis reſponſio. Nam ſi ſtudioſus velit fidejuſſorem duntaxat convenire, non poterit, quanvis dictus fidejuſſor renunciaverit excuſſioni: poterit tamen coram judice ipſius fidejuſſoris. Sin autem lite cum reo principali conteſtata, fidejuſſorem trahere velit, rectè poterit, ob continentiam cauſæ, & acceſſionem obligationis. Notat denique cum alijs Hering. tract. de fidejuſſ. cap. 20. §. 27. num. 20. ſi ſcholaris obligatus alicui in centum, duos fidejuſſores dederit, tradiderítque uni pecuniam, non poſſe creditorem convenire alium fidejuſſorem, antequam excutiat illum, qui pecuniam accepit.

Filij ſtudioſorum ad privilegia.

355 Quarta difficultas eſt, an privilegia ſtudioſorum, ſive docentium, ſive addiſcentium extendantur ad eorum filios? Sit reſolutio: Doctorum, & diſcipulorum ſtudentium filij eorum foro & privilegijs gaudẽt, ſed ſolum tandiu, quandiu patres vivunt, & gaudent. Sumitur ex l. archiatros, ibi quoad vivent, C. de metat. & epidemet. & l. Medicos C. de profeſ. & medic. Vbi Accurſ. & Platea nu. 2. Petrus Lenaud. de privileg. Doct. 2. p. §. 11. & 12. Anton. Gomez l. fin. Tauri num. 17. ver. 11. Aviles in proœm. num. 21. Azeved. l. 2. tit. 10. lib. 8. num. 114. & qui materiam latiſſimè tractat Didacus Perez l. 1. tit. 1. lib. 4. Ordin. Ratio eſt, quia filij ſunt idem moraliter cum patre, unde ſi privilegijs, & foro patris non gauderent, cogeretur pater ut illis ſuccurreret, ab ſtudijs diſcedere cum boni publici detrimento. Hinc Eſcob. cap. 36. num. 52. addit 1. requiri ulteriùs in filijs ad gaudendum hujuſmodi privilegijs, quòd in patria poteſtate exiſtant. Emancipati enim, & eorum liberi nullomodo his privilegijs fruentur, cum cenſeantur extranei, neque in eis militet ratio, ob quam privilegia in filios extenduntur: maximè fori privilegium, ne ſcilicet pater ab ſtudijs avocetur, ſi in alijs tribunalibus pro filio agere, vel conveniri debeat. Addit 2. nepotes, & pronepotes vivente, & gaudente avo Doctore, privilegijs ejus potiri, ſi tamen in ejus poteſtate ſint. An verò ad trinepotes hoc extẽdatur? Vide Barb. l. quia tale à num. 23. ff. ſolut. matrim.

Nepotes ſtudioſorum.

356 Quinta difficultas eſt, utrum privilegia & immunitates ſtudioſorum extendantur ad eorum uxores? Vera omninò & indubitata eſt affirmativa reſolutio ex l. Medicos C. de profeſſ. lib. 10. Eam tradunt ibi Platea, Aviles in proœm. num. 21. & 24. Anton. Gom. l. fin. Tauri num. 17. ver. undecimo, Petrus Lenaud. de priv. Doct. 2. p. §. 13. num. 15. Foro autem gaudere, & conveniendas uxores coram quo vir conveniendus eſt, rectè probat Didacus Perez l. 1. tit. 3. lib. 1. Ord. gloſſ. 1. col. 7. ver. uxor, de cujus ſententia inadvertenter dubitavit Bobadil. lib. 2. pol. cap. 18. num. 46. cum regulare ſit non ſolum in ſtudioſo, ſed in quocunque marito uxorem ejus forum ſequi l. fin. C. de incolis lib. 10. & l. mulieres C. de dignit. lib. 12. Suntque alia manifeſta jura in l. eos C. de fabricenſ. lib. 11. l. ne ad diverſa C. de ſilentiar. lib. 12. l. 2. in fin. C. de Epiſc. & cler. l. quoties C. de privil. ſcholaſt. Et ſic tenent Olival. lib. 17. c. 12. lit. h.

Vxorum privilegia & forum.

Vxor ſequitur forum mariti.

Barb.

Digitized by Google

Barb.l.quia tale 14. à num.23. ff. ſolut.Matrim. Molina de ritu nuptiar. lib. 1. cap. 23. num.44. Montalegre lib.1.prax. cap.9.num.291. Mieres 1.p. q.51.num.323. multis citatis Azeved.l 9.tit. 11.num.4.lib.2. recopil. Tiraquel. l.15.connub. gloſſ.2.num.53.& 54.ubi advertit hanc regulam procedere non ſolum de foro,quòd ex domicilio competit viro jure communi, ſed etiam ſi jure ſingulari ratione artis, vel privilegij perſonalis competat. Et eandem ſententiam in uxore Doctoris, dum maritus vivit, amplectitur Barb. proximè citatus nu.32.& 33. verſ.ſed non placet.

357 Reſolutionem poſitam, & citatis juribus & authoribus probatam extende 1. ut procedat in uxore non ſolius Doctoris,ſed etiam cujuſlibet ſtudioſi auditoris, itē ſive uxor habitet in loco ſtudij,ſive non: denique in matricula uxorem deſcribi non requiritur, ut omnibus his caſibus coram Academico judice conveniri debeat in omnibus cauſis, in quibus maritus fori privilegio gauderet. Ratio horum omnium eſt, quia uxor hoc privilegium ex mariti perſona conſequitur, non ex ſua:ideo ſufficit probare ſe uxorem viri ſtudioſi eſſe. Facit l.fin.C. de incolis,ubi ſic:Mulieres honore maritorum erigimus,genere nobilitamus, & forum ex eorum perſona ſtatuimus. Extende 2. & valdè ſingulariter cum Alphonſo de Eſcob.cap.36.num.6. quòd licèt regulare ſit uxorem prædicto viri foro non gaudere, ſi lis cœpta fuerit ante matrimonium in alio tribunali l. cum quædam puella, de juriſd. l. ſi quis poſtea quàm ff.de judic. attamen in Academia Salmanticenſi,& reliquis quæ ſimilia privilegia habent, ſecus erit, & litem quoque cœptam uxor trahere poterit ad Academicum tribunal in caſibus, in quibus vir ejus traheret, ſi cauſa ipſius,vel in eum eſſet. Tota ratio eſt, quia uxori communicatur privilegium mariti; ergo competere ei debet,prout ipſi marito competit. In alijs verò Academijs, jure communi attento, locus omninò eſſe debet deciſioni l. cum quædam puella, ut notant ibi interpretes, & Barb. in l.exigere ff.de judicijs. Extende 3. quòd ſi uxor virum habeat ſtudioſum ſimul & clericum, dici probabiliter poſſit, in ijs caſibus, in quibus clericus conjugatus ſtudioſus foro Eccleſiaſtico gaudet, & conſequenter ejus reſpectu Academicus judex Eccleſiaſticam Juriſdictionem exercet, in ijſdem etiam uxorem ejus, ſtudij foro ut Eccleſiaſtico gaudere. Videantur Carolus de Graſſis de effect. cleric. effectu 1. num. 155. Barb. l. quia tale à num.22.& 26.ſolut.matrim. Koquier de juriſd. in exempt. 1. quæſt.29.num. 6. & Bobadil.lib.2.c.17.à n.145.

Uxor ſtudioſi quatenus privilegiata.

Matrimonio uxoris.

358 Sexta difficultas eſt, Utrum privilegia officialium,notariorum,& familiarium Academiæ extendantur ad eorum uxores,& filios? Huic difficultati ſatisfacimus duplici concluſione deſumpta ex doctrina Alphonſi de Eſcob. citati cap.36.à num.65. ad 67. Sit prima concluſio. Dictis officialibus, & familiaribus viventibus privilegium fori eorum uxoribus, & filijs in poteſtate conſtitutis communicatur. Ratio eſt,quia aliàs dicti officiales, & familiares, dum litibus uxorum, ac filiorum incumbunt,à miniſterio Academiæ, & ſtudioſorum avocarentur: hoc autem,ut impediretur, conceſſum fuit illis privilegium fori: & quidem eadem cauſa æquè in uxoribus, & liberis militat. Ex quo dedudicitur, ſi prædicti ſtudioſi privilegium aliud tale habeant, quod ſi uxori,& liberis non communicetur, non poſſit officialis liberè miniſterio aſſiſtere, hoc tantum tranſire,& communicari,non aliud. Secunda concluſio: Mortuis prædictis officialibus, ſeu miniſtris, nullum viduæ, aut filijs eorum competit privilegium. Ratio eſt,quia hujuſmodi officialibus, ſeu miniſtris ſolum ob nudum miniſterium conferuntur privilegia, nec ullo modo dantur ipſorum contemplatione, ſed ipſius Academiæ,& ſtudioſorum:mirum igitur non eſt, ſi miniſterio finito, finiantur quoque privilegia. Secus accidit in ſtudioſis, quibus impenditur privilegia ad profeſſionis bonorum, & ſtudiorum gloriam, profeſſorumque & ſtudioſorum ipſorum præmium: quæ quidem rationes permanent, ipſis etiam vel miniſterio perfunctis,vel morte ſublatis.

Officialium uxores, & liberi privilegiati.

QUÆSTIO III.

Utrum defunctis maritis, & ſtudioſis, privilegia extinguantur, an perſeverent in eorum viduis?

359 PRo coronide cauſæ materialis,& ſubjectivæ privilegiorū, ipſorumque indirecta extenſione; nobis agendum eſt de viduis Doctorum, & reliquorum ſtudioſorum: utrum ſcilicet maritis vita functis, eorum privilegia retineant? Conveniunt omnes, hujuſmodi viduas non habere privilegia, quæ in viris fuerant perſonaliſſima; & talia quæ illis viventibus ad uxores non tranſirent,v.g.in clerico privilegium canonis ſi quis ſuadente:in Doctoribus immunitas, dum in ſcholis docent, quæ videtur perſonaliſſima, ex l. 2. ff. de in jus vocan. privilegium inſignia doctoralia ferendi,& ſimilia. Dubitatio eſt de alijs privilegijs, maximè privilegio fori, & imprimis an vidua Doctoris illa retineat: Sententiam abſolutè negativam tenet Barb. l.quia tale num.33.ff.ſolut. matr. Eam tamen acriter reprehendit Eſcobar cap.36.num.2.& 21. vocando novam,& falſam. *Vidua privilegiata.*

Mediam

Mediam quandam defendit Alciatus in l. 1. nu. 16.& ſeq. C.de in jus vocand.diſtinguens inter privilegia, quæ Doctoribus competunt ratione dignitatis, veluti ne torqueantur, ne pro debito conjiciantur in carcerem, & ea quæ competunt, non dignitatis, ſed officij & docendi ratione: v. g. ne avocentur à ſtudio l. archiatros C.de metat.& epidemet. item ne cogantur excipere hoſpites, ne munera publica ſubeant, & privilegia de quibus in Auth.Habita, inter quæ fori privilegium eſt. Affirmat igitur privilegia Doctori conceſſa ratione dignitatis, perſeverare in vidua; conceſſa autem ratione miniſterij, Doctoris mariti morte omninò extingui.

Vidua Doctoris an privilegia retineat.

360 Fundatur 1. utraque ſententia, ac præſertim ſuam tuetur Barboſa textu in l.quod Principi, & l. ſequen. ff.de legat.2.in quibus proponitur, ſi Principi legatum ſit, eo mortuo ante diem legati cedentem, ſucceſſori deberi: in Auguſta verò non item: & tamẽ Auguſta fruitur privilegijs Principis l.Princeps, de legib.ergo ſimiliter, & à fortiori, licèt uxor fruatur privilegijs Doctoris mariti, eo mortuo non fruetur. Fundatur 2. Privilegium fori & reliqua Doctoribus competunt jure ſpeciali d. Auth.Habita: ea autem quæ competũt jure ſpeciali perſonam minimè tranſgrediuntur: ad quod ſuadendum faciunt l. ſordidorum C.de excuſat.muner. & l.ſemper §.immunitati, de jure immunitatis, quibus oſtenditur immunitates perſonales ratione miniſterij conceſſas, ad filios, hæredes, alioſve ſucceſſores nõ tranſire. Fundatur 3.in l.1.Cod.de captivis, ex qua videtur deduci, quòd licèt filius apud hoſtes conceptus, & editus ex patris perſona habeat poſtliminij jus, tamen ſi pater apud hoſtes decedat, ex perſona patris id non conſequitur, vel ſi mater etiam decederet, peregrinus foret; ergo idem habita proportione, dicendum erit de vidua, reſpectu Doctoris decedentis. Fundatur 4.illo axiomate juris, ſcilicet quòd privilegium ratione miniſterij, vel certæ cauſæ cõceſſum ceſſat omninò, cauſa ſive miniſterio ceſſante, ut habetur ex cap.cum ceſſante, de appellat. & faciunt l.5.§.immunitati, de jure immun. & l.ſordidorum C.de excuſat.muner.ergo ſaltem privilegia, quæ competebant Doctori ratione miniſterij, non perſeverabunt in ejus vidua.

Doctoris privilegia retinet eius vidua.

361 Nihilominus ſententia abſolutè affirmatium omnia privilegia quæ competebant Doctori, ſive ratione dignitatis, ſive ratione miniſterij, & conſtante matrimonio uxoribus communicata fuerant, in viduis perſeverare, mihi longè probabilior, & æquior apparet. Eam in his fere terminis defendit Eſcob.cap.36. num.19. & generaliter quòd vidua gaudeat privilegijs marito conceſſis, durante viduitate, etiam ſi jure ſpeciali, & ratione miniſterij perſonalis marito competerent, multis

Fori privilegium in vidua Doctoris.

allatis probat Mieres de maior. 2.p.q.51.à n.32. Id peculiariter quoad fori privilegium in uxoribus Doctorum, & eas foro mariti gaudere donec viduitatem ſervaverint, reſolvit Didacus Perez l.1.tit.3.lib.1.O.d.gloſſ.1.col.7.verſ.uxor, & ait ſe Salmanticæ in praxi obſervatum audiviſſe: & rectè monet pro retinendis hujuſmodi privilegijs, cum viduitate ſimul honeſtam vitam requiri, Authent.de reſt. & ea quæ parit in undecim.menſ.§.ult.ubi Barr. latè Tiraq.de nobil.cap.18.num.13. Decian. lib.4. tract. crimin. cap.8.num.4.Oſual.lib.17. com.cap.12.lit.L.& Pichard.de nobil.commun.num.62.& 63.

Hæc ſentẽtia præter congruentiam deſumptam ex æquitate rationis, & liberalitate Principis, quem ad ſtatuendum, & privilegiandum movit pietas viduæ relictæ, honor Doctoris defuncti, & communis ſcientiarum favoribus creſcentium utilitas, deſumitur præcipuè ex jure multiplici. 1. ex l. fin. Cod.de incolis ver. ſin autem. 2. ex Authen. de nuptijs §. non tamen coll.4. 3. ex l. filij §.vidua, ad municipal. ibi, „ Vidua mulier amiſſi mariti domicilium retinet exemplo clariſſimæ perſonæ per maritũ factæ, ſed utrunque alijs intervenientibus nuptijs permutatur. 4. ex l.quoties Cod. de privil.ſcholar.lib.12. ibi, Vel eorum conjuges, ſive adhuc viverent earum mariti, ſive poſt mortem eorum in viduitate conſtitutæ ſint. Quæ lex eo fortiùs urget, quòd de domicilio jure ſpeciali competenti loquitur. 5. ex Gloſſ.fin.in cap.ex parte, de foro compet. 6. ex jure Caſtellæ l.7. tit.2.p.4. & l.13. tit.4.lib.4. Ord. tit.2. l.13.tit.4. lib.4. Ord. quæ leges Caſtellanæ loquuntur quoque in foro jure ſpeciali competenti, & ratione miniſterij perſonalis. Faciunt denique pro noſtra ſententia confirmãda multa, quæ circa nobilitatis communicationem inter virum, & uxorem adducunt Barb.d. l.quia tale à n.23. & Ioan.Garc.de nobil.gloſſ.1. §.1.à n.44.

362 Supereſt diſſolvere in contrarium oppoſita num.360. Ad 1.dicimus nihil urgere textum in l. quod Principi, & ſeq. quia ideo privilegium ibi non communicatur (admittimus id eſſe privilegium, quod Donelo diſplicet) quia ratio privilegij ea eſt, ſuſtineri ſcilicet legatum, tanquam dignitati Imperatoriæ relictum, quæ dignitas nunquam moritur, ſed in ſucceſſore eadem eſt, cap.ſi ſuper gratia, de officio deleg. in 6. at verò in Auguſta hæc dignitatis cõſideratio locũ non habet: mutuata enim eſt à viro, & Auguſtæ morte dignitas cõmunicata expirat reſpectu Auguſtæ ipſius, nec ullum ſupereſt dignitatis veſtigium, vel imago reſpectu cujus legatum ſuſtineri poſſit. Sic leges illas interpretatur Oſual. lib.8.cap.25. l. ff. ſecus autem in privilegijs Doctoris in ejus vidua retentis, ut patet. Ad 2. reſpondemus leges ibi citatas ad probandum conceſſa ſpeciali jure mi-

Legatum Imperatori relictum.

nimè

Vidua ſuper vivis maritus.

nimè tranſgredi perſonam, non loqui de uxore vidua, ſed de filijs & ſucceſſoribus: eſt enim pulchra diſparitatis ratio inter uxorē viduam, & liberos: nempe quòd viduæ in honorē ante acti matrimonij maritus ſupervivere intelligatur, ut apertè ſupponitur in l. fin. C. de bonis mater. ubi de cōjuge viduo loquēs Imperator ait: (Sive in priori matrimonio perſeveraverit, ſive no vercam filijs ſuperinduxerit.) & ibi optimè notarunt Barth. Albet. Cin. & alij cōgeſti à Pincio ibidē n. 4. Filijs autem patet nō intelligitur ſupervivere, princ. Inſtit. quibus modis jus patr. poteſt. ſolu. Inde etiam eſt, quòd regula l. 3. §. 2. de cēſibus, privilegia ſcilicet perſonis conceſſa cū perſona extingui, nō habeat locū in noſtro caſu, cum perſona ipſa mariti fictione juris adhuc vivere intelligatur.

Filius natus apud hoſtes.

363 Ad tertium, ex l. 1. C. de captivis fatemur datum fuiſſe in parentibus apud hoſtes captivis jus poſtliminij, negamus tamē id fuiſſe cōmunicatum filio apud hoſtes cōcepto, & edito, cum nō potuiſſet in filio incipere, impediente cōmunicationem, & inceptionē parētum ſervitute: ex quo nil mirū, ſi deficiēribus parētibus nō permaneat in filio quod in ipſo nunquam datum fuit: & facit in hanc rē locus æquè difficilis, ac pulcher Vlpiani in l. 6. in princ. ff. de ſtatu liber. At in noſtra ſpecie vidua retinet ea privilegia, quæ à marito vivente habuit, dum foret uxor. Ad quartum dicimus citatum axioma de ceſſatione privilegij, miniſterio & cauſa ceſſante, non procedere in noſtro caſu; 1. quia cum in favorem viduitatis vir ſupervivere intelligatur, intelligitur quoq; vivere in eodem miniſterio ob quod privilegium fuit conceſſum arg. l. 2. de juriſd. 2. quia re vera nō ſolum ob nudum miniſterium privilegia Doctoribus conferuntur, licèt ob id potiſſimū, ſed etiam in præmium, & remunerationē ſtudiorū, ut ſumitur ex verbis Auth. Habita, ibi Dignum nāque, & verſ. Quis enim eorum nō miſereatur: ea autem privilegia quæ dātur in præmiū, & remunerationem mortuo marito perſeverare, docēt Bald. Dec. Tiraq. Alex. & alij apud Mierez d. 1. p. quæſt. 51. n. 323. Accedit quòd decurio ratione officij habet immunitatē perſonalē, ne torqueri poſſit & adhuc depoſito officio torqueri nequit, ut eleganter Paulus l. fin. ff. de decurior. ibi in memoriā ſcilicet priſtinæ dignitatis. Deinde in ſpecie quòd uxori duret privilegiū perſonale clariſſimatus, etiam ſoluto matrimonio, quandiu in viduitate perſeveret, habet textus in l. fœminæ, de Senat. & l. cum te C. de nupt. Poſſemus reſpondere 2. etiam dato, ob nudum miniſterium privilegia Doctoribus cōceſſa fuiſſe, adhuc uxori viduæ ſervanda eſſe. Quia vivēte viro cœperant uxori competere: quando autem jus ex perſona alterius ſemel fuit quæſitū, perſeverat, quamvis deficiant perſona & cauſa, ex quibus promanavit. Ita Pichar. tract. de nobil.

Privilegium perſonale quādo nō finiatur cum perſona.

Vidua retinent privilegia virorum.

commun. n. 58. & Ioan. Garc. de nobil. gloſ. 1. §. 1. n. 4. ex textu in l. Illud §. ſi quis cum l. ſi poſt mortem §. hi qui ff. de bonorum poſſeſſ.

Satiſfactum eſt fundamentis oppugnātibus noſtram ſententiam, quam præter adducta, ſatis confirmat in uxoribus Senatorum Luſitanorū, & aliorum officialium; qui ſpeciale forum habuerint ſtudioſis ſimile Cabedus 2. p. deciſ. 86. in uxoribus familiarium S. Inquiſitionis gaudentibus foro maritorum, Param. in defenſ. c. 3. per totum: in privilegio immunitatis tributorum Commendatoris, ſeu Equitis ordidū Reynoſus obſer. 5. n. 15. An Conſervatoris juriſdictio quoad privilegium fori extendatur ad ejus uxorem, & filios, ac familiares; Videatur Moneta de Conſer. cap. 7. à n. 535. & 547.

Vidua licentiati, & cujuſcunque ſtudioſi.

364 Quod attinet ad aliam partem de ſtudioſis non Doctoribus, præcipua dubitatio eſt, an quæ hactenus diximus de vidua Doctoris privilegio fori, & reliquis gaudēte, debeant extendi ad viduam licentiati, bachalaurei, & cujuſcunque alterius ſtudioſi, etiam diſcipuli foro ac reliquis privilegijs Academicis fruēris? Affirmativam reſolutionem amplector cum Alphonſo de Eſcob. cap. 36. n. 52. dicēte conſequenter ad ſuperiora, neceſſario aſſerendum, viduam cujuſcunque ſtudioſi foro gaudere, & cæteris privilegijs marito competentibus, exceptis perſonaliſſimis, de quibus ſupra num. 359. Probatur, quia Doctores privilegijs gaudent non tam quia Doctores, quàm quia profeſſores actu docentes, & ſuo magiſterio operā dātes: unde ut gaudeāt privilegijs, opus eſt quòd profiteantur, & in matricula deſcribantur, ut ſuo loco oſtendetur; ergo ſicut à Doctoribus, ita à reliquis ſtudioſis utpote in ſuo genere litteris operam dantibus privilegia ad ipſorum uxores tranſibunt, & in viduis permanebunt. Quamvis autem in fori privilegio pares ſint omnes tam docentes, quàm diſcentes, tamen in eo eſt manifeſtum diſcrimen, quòd longè plura privilegia tranſeūt ad Doctoris viduam, quàm ad viduam ſimplicis ſtudioſi.

Viduarū privilegia quandiu durent.

Tandem (inquit Eſcob. nu. 62.) audacter dicam in ſtudioſo auditore hoc privilegium non tantum per quinquēnium duraturum, aut aliud tempus limitatum, ſed per totum viduitatis ſpatium, adeo quod ſolæ iteratæ nuptiæ amiſſionem privilegiorum inducant. Conſtat ex l. filij §. 1. ff. ad municipal. Quia ſi ſtudioſus viveret, poſſet per totam vitam ſtudia perſequi, ſicut & incertum erat, an deſereret. Neque enim quinquennium aſſignatum auditoribus facit ut expreſſē tempus limitatum videatur. Nam ea præſcriptio, & limitatio temporis non privilegium, ſed profeſſionis ordinem, & gradus reſpicit.

I. QVÆS-

QUÆSTIO IV.

Quanta ſit obligatio matriculæ in privilegiatis Academicis, ſeu quæ conditio deſcribi in matricula, ut privilegijs frui poſſint?

Matricularius & matricula quid ſit.

365 EXplicato ſubjecto privilegiorum tam directo & primario, quàm indirecto & ſecundario, reſtat explicare obligationes, quibus privilegiatus obſtringitur, ſeu potiùs cõditiones requiſitas, ut privilegijs Academicis gaudere poſſit. Ac primùm inter omnes prima exponẽda eſt matriculario, ſeu obligatio dandi nomen matriculario, ut conſcribatur in matricula. Eſt autem matricularius (ut in Elucidario noſtro diximus n.348.) ille cujus munus eſt ſcholaſticos matriculare, ideſt in album referre, ſeu eorum nomina cõſcribere. Matricula enim eſt diminutivum à matre, & dicitur chartula, in qua aliquid ſcribitur; ac præcipuè ſumitur pro libro in quo nomina ſpectantium ad Vniverſitatem, vel Collegium conſcribuntur leg. matriculam Cod. de agen. in rebus lib. 11. Expendemus igitur quanta ſit obligatio, ſeu neceſſitas ut matriculentur Academici privilegiati ſive ſint ſtudioſi, ſive nõ ſtudioſi, idque tam jure communi, quàm ſpeciali.

Matriculatio omnino requiſita in ſtudioſo.

366 Prima difficultas eſt, Vtrum matriculatio, ſeu deſcriptio in albo ſcholaſticorum ſit conditio omninò requiſita ut ſtudioſus gaudeat privilegijs Academicis? Iure cõmuni duo requiri potiſſimum ut quis fruatur Academicis privilegijs, ſcilicet in matricula deſcriptum eſſe, & ſcholas frequentare docendi, vel diſcendi cauſa, affirmant unanimiter Iuriſtæ, Salicet. in Authent. Habita num.30. Late Horat. Lucius privileg. 73. Petrus Gregor. de Republ. lib. 18. cap. 7. num. 16. Rebuff. privileg. 141. & 142. Palac. Rub. in rubr. §. 38. num. 3. Gilchen. in Authent. Habita num. 7. Donellus ibidem num. 6. Maſcardus de probat. concluſ. 1196. num. 13. Menoch. de præſumpſ. lib. 2. quæſt. 78. num. 3. Didacus Perez l. 8. titul. 2. lib. 1. Ordinat. verſ. Adverte tamen. Paz in praxi 1. part. 2. tom. capit. 6. num. 30. & Emman. Barboſ. in remiſſ. ad Ordinat. Luſitan. lib. 3. titul. 12. §. 1. num. 2. ubi addit neminem rectè ſcholarem dici poſſe, vel reputari pro ſcholari, qui per Secretarium Academiæ in matricula deſcriptus non ſit. Ita Maſcard. loco citato ex Gloſſa in leg. Cod. de official. mat. milit. & Bart. in l. matriculam Cod. de agendis in rebus lib. 12. Poſita reſolutio quoad frequentiam, & matriculam, ſumitur ex leg. ſi duas §. & utique, de excuſat. ibi: Et utique non aliter de immunitate hac fructum habebunt, niſi decreto Senatus inſcripti fuerint numero cõceſſo, & circa operationẽ ſe negligẽter non habeãt. Quoad ſolam matriculam ex l. matriculam C. de agẽt. in rebus. l. 2. C. de caſtrenſianis. l. quicunque C. de cohortal. l. quiſquis C. de cõmeatu. l. nullus C. de diverſ. offic. l. 2. C. de primicerio. l. petitionem C. de advocat. diverſ. judic. Vide plura de matricula apud Ioan. Garciam de nobil. gloſ. 4. à num. 2. Harum legum, ſeu diſpoſitionum ratio à priori non aliunde petenda eſt, quàm ex voluntate Principum rationabili, & valde cõſona bono regimini: voluerunt enim Principes ſicut in militum, & nobilium, ita in ſtudioſorum ordine, quòd nõ valerẽt privilegia ſine cõſcriptione in matricula, ne privilegiati incerti, vagi, & ſuppoſititij forent: ſed de veris privilegiatis palam quocunque tempore conſtare poſſet.

Matricula in Academijs in ſpeciali.

367 Quod attinet ad jus ſpeciale, ſi loquamur de Academia Pariſienſi, videatur Rebuffus citatus. Si de Salmanticẽſi, Alphonſus de Eſcob. cap. 32. teſtatur de jure Regio & Academico in titul. 44. duas prædictas qualitates, ſcilicet matriculationem, & frequentationem pro obtinendis privilegijs omninò poſtulari. Vt nos teſtemur de noſtris, in Conimbricẽſi Academia requiritur matriculatio tãquam cõditio, ut quis habeatur pro ſcholari, & fruatur privilegijs: ſic enim habetur lib. 3. tit. 1. init. Todos os eſtudantes ſeculares, & Religioſos de Collegios não incorporados na Vniverſidade, aſſi os q̃ ouvirẽ nas eſcolas maiores, como os q̃ ouvirẽ nas eſcolas menores, & aſſi os Bachareis q̃ ouverẽ de curſar, ſe eſcreverão cada anno em capitulos ſeparados das faculdades pelo Secretario do Cõſelho no livro da Matricula &c. Et paulò infra ſubditur: E os que iſto aſſi não cumprirem, não gozaràm dos privilegios da Vniverſidade, nem ſeràm avidos por eſtudantes della, nem lhes ſerà contado em curſo, o tempo que na Vniverſidade eſtiverem. In Eborenſi Academia eadem conditio neceſſaria eſt, ut conſtat ex lib. 2. ſtatut. cap. 1. num. 2. ubi præcipitur omnibus ſcholaſticis ut ſua nomina dent matriculæ, & ſubditur: E pera que iſto mais facilmente tenha effeito, o Eſcrivão da matricula no principio do anno porà hum edito na porta das eſcolas pera vir à noticia de todos, em que ſe declare o tempo em que ſe hão de matricular, & que os que ſe não matricularem cada anno pela dita maneira, não gozaràm dos privilegios da dita Vniverſidade, nem ſeràm avidos por eſtudantes della, nem lhe ſerà contado pera curſo algum todo o tempo que na Vniverſidade eſtiverẽ ſẽ ſe matricular, como dito he.

Secun-

Secundùm hæc verba propoſita facilè intelligitur convenire utranque hanc noſtram Academiam in eo quòd eadem ſit vis obligationis, ſeu prærequiſitæ cõditionis matriculæ in ſcholaſtico, ut gaudeat privilegijs, eſſe tamen diſcrimen in hoc, quòd Conimbricenſis extendit dictam obligationem, ſeu conditionem expreſſè ad Religioſos, Eborenſis verò de Religioſis taceat, ſeu Religioſos non exprimat: & quidem communis praxis eſt non matriculari Religioſos Societatis, matriculari tamen Religioſos alterius ordinis, ſicut & Collegas utriuſque Collegij Purificationis, & Matris Dei. De matriculatione ipſorum Collegiorum, vide quæ dicemus n.1714.

Matriculatio in non ſtudioſis.

368 Secunda difficultas eſt, Vtrum requiratur matriculatio in nõ ſtudioſis, ut Academiæ privilegijs fruantur? Ex ſupra dictis q.3. ſatis cõſtat præter ſtudioſos ſive docentes, ſive addiſcentes eſſe alios in Academia privilegiatos. Statuimus tã jure cõmuni, quàm ſpeciali quarundam Academiarum prærequiri matriculationem, ut ſtudioſi gaudeant privilegijs. Quoad privilegiatos nõ ſtudioſos, de quibus præſens difficultas eſt, apud authores nihil invenio jure communi deciſum, vel ſaltem indicatũ. Iure ſpeciali Academia Conimbricenſis videtur excipere ab obligatione ſe matriculãdi omnes privilegiatos, qui ſtudioſi nõ ſunt. Poſtquam enim lib.3.tit.76. numeravit omnes gaudentes privilegijs Academicis, ſubdit n.6. omnes qui tenentur, & non tenentur ad matriculam.
„ Todos (inquit) os que forem privilegia-
„ dos da Vniverſidade, ſeràm obrigados a ſe
„ matricular: & não ſe matriculando, não go-
„ zaràm dos tais privilegios, conforme ao que
„ ſe diz no titulo da matricula livro 3. ſalvo o
„ Reytor, Cancellario, Lentes, Officiaes, Col-
„ legios incorporados, ſeus familiares, & ſervi-
dores, & os criados dos eſtudãtes: porque eſtes
„ gozaràm dos privilegios, ainda que não eſtẽ
„ matriculados. Nòn excipit ſtudioſorũ filios, uxores, viduas, & ſimiles privilegiatos, quaſi ex ipſa rei natura manifeſtè exceptos, cum non ex propria, ſed ex aliena ſtudioſorum perſona privilegiẽtur. In Eborẽſi Academia cõmunis praxis hæc omnia obſervat, quàvis in peculiaribus ſtatutis nõ exprimãtur. Addo in eadem morẽ jã obtinuiſſe, ut graduati, nempe Doctores, & artium Magiſtri, qui actualiter ſtudioſi non ſunt, matriculari debeant ſingulis annis ad gaudendum privilegijs.

Matriculatio ad probandum.

369 Tertia difficultas eſt, quãtum cõfert matriculatio, ut quis probetur ſcholaris, & cõſequẽter privilegiatus? Videtur non conducere matriculam, ut quis probetur ſcholaris. Quia matricula non facit ſcholarem, ut tradit Dec. in l. ſcriniario, n.19. C. de teſtam. milit. & facit textus in l. non hoc C. unde legit. Nihilominus ex libro matriculæ, in quo ſolent deſcribi nomina ſcholarium, probari, vel non probari aliquem ſcholarem eſſe, vel non eſſe, atque adeo ad probandam ſcholaritatem multum conferre matriculationem, rectè docent Bart. & Bald. in l. fin. num. 3. C. de rebus cred. Hercul. in ſuo tractat. de probat. neg. num. 169. Gregor. in proœm. Decret. num. 37. Pariſ. in cõſ. 159. num. 17. vol. 4. Tiberius Decianus in reſpõſ. 66. vol. 2. num. 45. & alij, quos ſequitur Maſcardus de probat. concluſ. 1296. num. 1. Ampliatur reſolutio, & matriculationis vis ad probandum, ut ſi in mandato de providendo, vel in alia impetratione quis affirmet ſe eſſe ſcholarem, ſufficiat pro verificatione narratorum, ſi oſtendat quod fuerit in matricula deſcriptus, licèt nõ adfuerit ſtudijs privilegiatis, ut tradunt Petrus Rebuff. ſchol. priv. 35. nu. 2. & Bellam. deciſ. 165. ubi addit ſufficere quod impetrans beneficium aſſerens ſe eſſe ſcholarem, probet ſe ante impetrationem fuiſſe ſcholarẽ, licèt non tempore gratiæ.

Ad id quod ex Decio afferebatur in oppoſitum, reſpondeo cum Maſcardo citato num. 3. licèt certum ſit, quòd matricula plenè non probet quem eſſe ſcholarem, ſicut etiam non probat aliquem eſſe notarium, mercatorem, & militem, tamen ita præſumptivè probare, ut niſi contrarium probetur, ſatis ſit ad talem probationem faciẽdam, & ex ea qui ſe aſſerit ſcholarem, habeat fundatam intẽtionem. Nam deſcriptus in matricula (ut inquiunt Decius, & Hercul. citati) eſt in quaſi poſſeſſione quòd ſit ſcholaris. Subſcribunt Iaſon in leg. Barbarius num. 56. ff. de offic. præt. Decian. in conſil. 66. poſt num. 56. Ang. conſ. 40. Abbas, & Imola in cap. 1. de fide inſtrum. & Alc. præſ. 17. reg. 3.

Matriculæ ſupplementum.

870 Quarta difficultas eſt, Vtrum & quomodò poſſit ſuppleri defectus matriculæ ad gaudendum privilegijs? Venit in conſiderationem ſupplementum matriculæ, ſeu ut quis habeatur pro matriculato tripliciter, nẽpe per diſpenſationem, per declarationem, & per mandatum. Quod attinet ad diſpenſationem, non poterit (inquit Alphonſus de Eſcobar cap. 32.) defectus matriculæ niſi à Principe ſuppleri, à quo uno legis revocatio petenda eſt l. leges Cod. de legib. Vnde in Academia Salmanticenſi (inquit) & ſimilibus ſolus ſæcularis Princeps diſpenſare poterit, non Pontifex, neque etiam cum clericis, cum de re agatur, quæ gubernationem temporalem Academiæ, non ſingulos ſtudioſos reſpicit. Quoad declarationem obſervabis cum Eſcobar citat. num. 8. probato errore Secretarij, ſeu Tabellionis Academici, aut alio ſimili caſu, poſſe Rectorem, & Academicum concilium ſupplere defectum matriculæ, cum hoc non tam ſit diſpenſare, quàm declarare verè matriculatum, & juxta ſtatuta, eum qui quantum

in ſe eſt, fecit ut in matricula deſcriberetur; nec debet ei imputari, quòd ſcribæ errore, vel dolo nomen nõ ſcripſiſſet, amiſiſſetve matriculam, aut contigiſſet quid ſimile.

Matriculari iuſſus habetur pro matriculato.

371 Quod attinet ad mandatum, ſuppleri matriculam, ita ut habeatur quis pro matriculato ad gaudendum privilegijs, & foro, per mandatum Doctoris, ſi v.g. Rector juſſerat aliquem deſcribi in matricula, & ipſe ... mora non fuit ut deſcriberetur, defendunt Maſcard. concluſ. 1296. num. 6. Palacius Rub. in Rubrica §.38. num. 3. Rebuff. privileg. 143. Alexand. in l. ſi quis col. 1. ff. de juriſdict. omn. judic. Apponit caſum Rebuff. ſi ſtatutum certam pœnam imponat offendenti ſcholarem, & Rector ſcholarium juſſerit aliquem in albo aliorum, quod matriculam vocant, deſcribi, & ante deſcriptionem contigerit eum offendi nulla facta mora per ſcholarem, tunc offendens punietur, ac ſi ille eſſet deſcriptus. Huic reſolutioni aſſentitur Eſcobar cap. 32. num. 56. addens etiam haberi pro matriculato illum qui iter facit è patria ad ſtudium, idque probat ex citata Authent. Habita. Nam proximè accingendus habetur pro accincto l. penult. Cod. de teſtam. milit. Item, Quod proximè inſtat, ineſſe videtur. l. lecta verſ. dicebam ff. de rebus cred. Deinde paria ſunt aliquid factum, vel fieri deſtinatum l. veſtimentum ff. de auro, & argent. legat. & comprobat Alexand. conſ. 97. alias de facto vol. 3. Confirmatur poſita reſolutio à ſimili: nam ut teſtatur Alberic. v. jubileus, & in l. qui omittuntur ff. ex quibus cauſis maior. Pontifex declaravit tempore Iubilæi anno 1350. peregrinos, qui Romam cauſa indulgentiarum iviſſent, & in itinere obijſſent, indulgentias comparare, acſi Romam perveniſſent. Multa alia in hanc ſententiam congerunt Felin. in capit. cum adeo col. 3. de reſcrip. Iaſ. in l. admonendi col. 10. n. 54. ff. de jurejuran. & copioſius Tiraq. de legib. connub. fol. 164.

QVÆSTIO V.

Utrum & qualiter in ſtudioſo poſtuletur ad fruendum privilegijs, aſſiſtentia in Academia, frequentia gymnaſij & ſtudium?

Reſidētia privilegiatorum.

372 POſt matriculam, de qua hactenus, præcipua alia obligatio, ſeu cõditio in ſtudioſo ad fruẽdũ privilegijs, eſt reſidere in Academia, frequẽtare gymnaſium, & litteris ſtudere. Quod attinet ad aſſiſtẽtiam, ſeu reſidẽtiam in Academia, ut intelligatur qualis illa eſſe debeat, ut non tam ſtudioſus, quàm officialis, & quicunque alius privilegiatus obligatus reſidere, fruatur privilegijs: exiſtimo requiri, & ſufficere eandem, quæ requiritur, & ſufficit in parocho, ut potiatur ſuo beneficio. Qualis igitur poſtuletur reſidentia in parocho, expendamus. Imprimis reſidentia apud Latinos eſt firma quies, & ſtatio: nam derivatur à verbo reſidere quod eſt quieſcere, & firmiter ſtare. Apud Sylveſtrum v. eod. num. 1. importat ex vi nominis jugem, & pene continuam ceſſionem, quaſi ſit iterata ſeſſio. Iuxta Goffredum in propoſito ſic definitur: Eſt perſonalis officij proprij ſolutio in proprio beneficio. Hinc reſidere in Eccleſia eſt perſonaliter in ea ſervire beneficio, & ejus curam habere. Quare ex duobus dicitur clericus non reſidere. 1. ſi non aſſiſtat perſonaliter. 2. ſi aſſiſtens perſonaliter non deſerviat beneficio. Sic ſimiliter ex duobus dicetur ſcholaris, vel officialis in Academia non reſidere. 1. ſi non aſſiſtat perſonaliter. 2. ſi aſſiſtens perſonaliter non deſerviat gymnaſio, illud non frequentans, vel non deſerviat ſuo officio.

Reſidētia quid ſit.

Parochus habitans non longè à parochia.

373 Hæc tamen ut magis innoteſcant in ſpecie, Bonacina tom. 1. ad finem
„ diſp. 5. punct. 1. num. 1. ita habet: Reſidẽtia eſt
„ perſiſtentia in loco, in quo quis habet bene-
„ ficium: conſequenter ille dicitur non reſi-
„ dere, qui non habitat in loco beneficij, vel
„ ab eo longè diſtat. Statim excitat quæſtionem, an parochus qui habitat extra parochi-
„ am, dicatur reſidere? & reſpondet: Non
„ dicitur reſidere, ſi à parochiæ terminis adeo
„ diſtet, ut facilè ad ipſum aditus parochianis
„ non pateat: ſic enim neque corpore, neque
„ effectu, ob quem injunctum eſt reſidentiæ
„ munus, reſidere dicitur: ſecus, ſi ad eum locũ
„ divertat, in quo parochiani facilè queant ad
„ parochum recurrere pro ſublevãda ſpirituali
„ neceſſitate, & ſacramẽtis ſuſcipiẽdis: tũ quia
„ hujuſmodi abſẽtia nõ adverſatur fini, quem
„ reſidẽtia reſpicit, tũ etiam quia ſequeretur pa-
„ rochos nõ reſidere, dũ in urbe exiſtũt extra
„ fines propriæ parochiæ. Hæc Bonacina, ex quibus duo vidẽtur innoteſcere. Primum quòd ille parochus dicetur reſidere, qui intra parochiæ terminos cõmorabitur, quãvis in loco exiſtat ab Eccleſia valdè diſtãti: ob id etiam habẽs duas parochias unitas, unã principalem, ac digniorem, debet potius in digniori reſidere: ſi verò utraque ſit æquè principalis, poterit in qua maluerit reſidere, ut docent communiter Doctores. Secundum quòd ille dicetur reſidere, qui à parochiæ ambitu parum diſtat. Qui enim parum diſtat nihil diſtare videtur: tum etiam quia hujuſmodi diſtantia in notabile detrimẽtum parochianorũ cedere nõ videtur per ſe loquendo: ſecus, ſi tribus, aut quatuor, aut quinque milliaribus à parochiæ finibus abſit. De his in ſpecie tractant Garcia de beneficijs 3. part.

Reſidētia parum diſtantis à parochia.

cap.

cap.2.nu.179. Beja 4. p.caſu 21. Barb. de poteſt. Epiſc. alleg.53.num.8.& 74. & de officio paroch.cap.8. n.9. & 34.

Parochus ... iuxtas,

374 Ex dictis patet multiplex illatio. 1. non eſſe cōtra rationem reſidētiæ habitare parochum extra fines ſuæ parochiæ. 2.diſtantiam hujus habitationis nō debere eſſe magnam. 3.nō eſſe magnam, ſi ſit minor tribus milliaribus, quæ faciunt leucam Italicam. 4. non eſſe contra rationem,& finem reſidentiæ habitare parochum extra fines parochiæ, ſi talis habitatio commodior ſit ad ſuccurrendum citiùs, & faciliùs multò maiori parti parochianorum in neceſſitatibus ſpiritualibus ipſorum, & in adminiſtratione ſacramentorum, quàm ſit ipſamet habitatio intra fines parochiæ, vel propè Eccleſiam. Tota hæc doctrina confirmatur declaratione Cardinalium, quā refert Garcia citatus, & Zerola in praxi 1. part. v. parochus, in qua declaratur poſſe parochum habitare extra limites parochiæ in domo ita vicina, ut inde poſſit per ſe ipſum eidem inſervire. Vt igitur ad propoſitum de Academicis privilegiatis regrediamur, cum initio quæſtionis num. 372. dixerimus reſidentiam poſtulatam ab his privilegiatis æquiparari reſidentiæ, ad quam tenetur parochus, ex dictis perſpicuum manet talem requiri, & ſufficere reſidentiam in ſtudioſo, ut poſſit gymnaſium frequentare, talem in quocunque officiali, ut poſſit ſuum munus implere, quocunque loco habitet. Memini annis elapſis in hujus Eborenſis Academiæ Clauſtro pleno, cui præfuit R. P. Rector Petrus de Brito, decretum fuiſſe quendam artium Magiſtrum, qui occaſione cujuſdam Capellaniæ degebat maxima anni parte in oppido Mōte maior o novo diſtāte ab Academia quinq, leucas Luſitanas, habere ſufficiētem reſidētiam poſtulatam ad privilegia, eo quòd habuiſſet Eboræ domicilium, & matriculatus non defuiſſet Academicis ſupplicationibus, quas præſtitos vocant.

Frequētatio gymnaſij ... privilegia.

375 Quod attinet ad frequētationem gymnaſij requiſitam ad gaudēdum privilegijs, conueniunt omnes eam in ſtudioſis eſſe neceſſariam conditionem poſtulatam jure communi, l. ſi duas §.& utique de excuſat. l. 1. C. de collegiat. lib. 11. priùs inſerta in l. qui ſub prætextu Cod. de ſacroſanc. Eccleſ. Facit quod tradit Petrus Barboſa ad legem 2. §. legatis nu. 337. ff. de judicijs ſcilicet privilegia cōceſſa ſcholaſticis intelligi quando illi in loco ſtudij inveniuntur. Subſcribit, & expreſſius loquitur Petrus Dēnhas de regul. utriuſque juris regula 213. limit. 2. negans privilegia competere ſcholaſtico, qui nec itiner, nec ſcholas frequentat. Ita tenet Gama in l. 1. ff. ſolut. matr. per text. in l. qui duas citatam, Gloſſ. in cap. porrectum, de regul. & in cap. 2. de ſtatu Monach. Bart. in l. qui ſub prætextu Cod. de collegiatis lib. 11.

Bald. in Auth. Habita col. 6. Abbas in cap. 1. in fine, de judic. Alex. & Iaſ. in l. ſcriniarios Cod. de teſtam. milit. Alberi. in l. necnon ff. ex quibus cauſ. maio. Prò qua reſolutione eſt textus in cap. cavete 22. quæſt. 5. ubi probatur quòd ille qui dicit ſe eſſe Chriſtianum, & non facit opera Chriſti, mentitur. Ergo ſimiliter affirmans ſe ſcholaſticum eſſe, ſi nō faciat opera ſcholaſtici, qualia præcipuè ſunt frequētare palæſtram in Academia, mentietur, proindeq; meritò repelletur ab Academicis privilegijs.

376 Prima difficultas eſt, quāta requiratur, & ſufficiat interruptio ad tollendā frequētationem, & extinguēda privilegia in ſcholari? Conſtat ſcholarem cenſeri moraliter continuum, quādo ſpatio duorum, vel trium mēſiū divertit in patriam gratia quærēdi pecunias neceſſarias ad ſuos ſumptus faciendos in ſcholis, vel alterius negotij neceſſarij, dummodo habeat animum revertendi ſtatim finito negotio. Nam ſcholaſticus gaudet iiſdem privilegijs, quibus miles, per Gloſ. in l. Divus verbo militatem ff. de ferijs, & per Gloſ. in l. omnes C. eodem tit. & in l. quæ pater filio Cod. familiæ ērciſcum. Miles autem cenſetur adeſſe, quanvis abſit cauſa morbi. l. qui mittuntur §. fin. ff. ex quibus cauſis maiores l. unica in fin. ff. de honor. poſſeſſ. ex teſtam. militis. Deinde milites cenſentur præſentes, ita ut computetur tempus omne abſentiæ, quando divertunt juſta de cauſa animo revertendi. l. ex teſtamento Cod. de teſtament. milit. l. teſtamenta eorum ff. de teſtament. milit. & l. quod cōſtitutum ff. eod. titul. Addunt Rebuff. & Bald. ex l. Mævia ff. de manumiſſis teſtament. quanvis cauſa divertendi non fuerit neceſſaria, ſatis videri ad continuitatem frequentationis requiſitæ, quòd ſcholaris præſens fuerit in Academia maiori parte anni litterarij. De hoc tamen latiùs, cum egerimus de probatione curſus lib. 6.

Frequētationis interrup. io.

Scholaris gaudet privilegijs militum.

377 Maior dubitatio eſt de ſtudioſo, qui matriculatus cæpit frequentare Academiam, & datis omnibus requiſitis, frui privilegijs: deinde per quinquennium abſens fuit. Sententia, quam jure communi vocat receptiſſimam Eſcobar cap. 32. num. 13. eſt prædicto ſtudioſo per quinquennium abſentiæ conſervari ſtudij privilegia: tranſacto autem quinquennio à die abſentiæ, privilegia ſtudij amitti. Sic ex l. 2. Cod. de primicer. l. 3. Cod. de domeſt. & protect. l. 2. & 3. Cod. de commeat. l. 5. in fin. ff. de capt. & poſtlim. tenet in ſpecie Bart. conſil. 134. Bald. dict. Autent. Habita num. 23. Salicet. num. 32. Rebuff. privil. 35. & latiùs priv. 25. Othal. dict. lib. 17. Donel. cap. 20. lit. k. Anton. Gom. l. 2. Tauri num. 8. & Didacus Perez dict. l. 8. titul. 2. lib. 1. Ordin. v. Eſtudios. Obſerva ſ. poſitam reſolutionem de conſervatione privilegiorum ſolum procedere,

Abſentia quinquennium in ſcholaris

quando ſtudioſus habuit animum revertendi ad ſcholas: qui animus toto quinquennio præſumitur, ut citati authores deſumunt ex l.5. in fine de captivis,& l.2.C. de primici. Addit Eſcobar cit. n.15. procedere etiam attentis ſtatutis Academiæ Salmanticenſis, uno tantum addito quòd apud Salmanticenſes debeat abſens ſive ſit auditor, ſive Bacalarius, Licentiatus, aut Doctor, unoquoque anno in matriculam ſe deſcribere ſaltem per nuncium, vel epiſtolam, niſi ſit ex ijs, quos vocant paſſantes, in quibus annua matricula neceſſaria non eſt. Habetur in ſtatutis tit.24.§.4.

Scholaſtici abſentia.

378 Obſerva 2. intra quinquennium à die abſentiæ, cum præſumatur animus revertendi non eſſe opus ſtudioſo talem animum probare, poſſe tamen ex adverſo animum contrarium probari conjecturis arbitrio judicis, aut ipſius ſtudioſi confeſſione. Sequuta autem probatione, debet in foro externo per judicem ſpoliari privilegijs. Et quidem ſi re vera ille Academiam deſeruit animo non redeũdi, in foro interno conſcientiæ, etiam ante ullam ſentẽtiam utetur privilegijs injuſtè, & cum periculo peccati lethalis. Vnde ſi ſuos debitores torqueat injuſtè trahendo ad tribunal Academicum, quaſi haberet privilegiu n fori, tenebitur ad reſtitutionem expenſarum, quas debitor fecit, non ſactutus in ſuo foro, & coram proprio judice: etiam ſi verè debitor ſit, niſi forte malitioſé, & ſine cauſa debitor ſolutionem diſtulit, & actor non e o mmodè exigere poterat alia via: nam tunc (inquit Eſcob. citat. cap.32.num.21.) ignoſcendum puto illi, qui hac fraude, ut fraudem repelleret, & ſuum recuperaret, uſus eſt. Videantur Dueñas reg.88.limit. 5. Ioſeph. Ludovic. deciſ.1. Gutier. lib.1. Canon. cap.11. num. 67. & Covar. l. 1. var. cap. 2. à num.15.

Quinquennium abſentiæ.

379 Obſerva 3. data abſentia quinquẽnij, ſtudioſum privilegia amittere, ſed præſumptivè, ſcilicet quia præſumitur animus non redeunti. Ex quo ſequitur, ſi de animo contrario conſtiterit, & ſtudioſus juſtè impeditus ſit, privilegia retenturum. Opus tamen erit probare animum, & quòd judex Academicus cauſam juſtam declaret: aliter non gaudebit, nec ſufficiet animus ſine cauſa juſta. Iuxta prædicta intelligitur in Academia Salmanticẽſi jus regium Caſtellæ l.18.tit.7. lib.1. Recopil. §. 6. quia cavetur, Que los eſtudiantes que ſe
» fueren del eſtudio, y hizieren aſſiento en ſu
» tierra, o en otra parte, y deſpues bolvieren al
» eſtudio, no gozen haſta aver cumplido con
» todos los requiſitos, como ſi entonces vi-
» nieron de nuevo. Quæ verba (ut interpretatur Eſcob. cit. n.24.) debent intelligi poſt quinquẽnium, vel in ſtudioſo, qui aliàs privilegium ſtudij amiſerat.

380 Obſerva 4. jure communi ſtudioſum incipere privilegijs gaudere ſtatim atque in matricula deſcriptus eſt, & docere, vel audire cæpit: ſecus accidere de jure ſpeciali Galliæ, & Caſtellæ: nam jure Regio Caſtellæ l.18.tit.7. lib.1. Recopil. cavetur non frui privilegio niſi eos qui curſum peregerint, hoc eſt poſt ſex menſes, & niſi ſcholas intrẽt, duas lectiones audiant, & continuè ſtudeant. Similem legem dari in Gallia, & utranque practicari in celeberrimis utriuſque regni Academijs, Pariſienſi, & Salmanticenſi, teſtantur Eſcob. cit. cap.32. num.29. Rebuff. privil.141. ad fin. Petrus Greg. de Repub. lib.18. cap.7. num.16. Horatius Lucius privil.73. & Paz in praxi dict. t.p.2.tom.cap.6.num.3. Notat verò citatus Rebuff. dictam legem ſolum intelligi de privilegio ſtudioſorum circa forum, & juriſdictionem cauſarum civilium, & criminalium: nam reliqua privilegia proculdubio ſtudioſi obtinebũt, ſi concurrant requiſita juris communis. Longè aliter ſe habet ſpeciale jus, & praxis Eborẽſis Academiæ. Quia imprimis non obſervãtur dicta de quinquennio abſentiæ. Nam ut ſtudioſus quilibet fruatur privilegijs, debet ſingulis annis perſonaliter dare nomen matriculæ, & habere ſufficientem frequẽtiam teſtimonio magiſtri, vel ſignatoris teſtatam. Deinde nõ expectatur curſus ſex mẽſium, ut incipiat gaudere privilegio fori.

Frequentia & matricula in Academijs ſpecialibus.

381 Secũda difficultas eſt, Vtrum præter ſupradicta, ſcilicet matriculam, & ſufficientem frequẽtiam, requiratur ad gaudendum privilegijs, quòd ſcholaſticus ſtudeat, & proficiat? In hac re multipliciter dividuntur authores, ſed præcipuè in tres partes. Partem abſolutè negantem requiri ſtudium & profectum, defendunt Bart. in l.1. Cod. de tyronibus lib.12. Dominicus ad proœm.6.num.23. Gemin. ibid. verſ. Bonifacius num.33. Io. de Franc. Frãc. de Alberg. & Iacob. Butr. ad l. ſcriniarios, C. de teſtam. milit. Bald. in l. qui ſub prætextu col. pen. C. de ſacroſ. Eccleſ. Arety. in c. Clerici, de judic. Decius in d.l. ſcriniarios num.15. & Maſcard. de probat. concl.1296.num.11. addit Parpalia ad l.1.ff. ſoluto matr. num.44. excepto privilegio expellendi fabros malleatores, omnia cõpetere ſcholari, & ſi non ſtudeat. Fundantur, quia privilegium vel conceditur ratione exercitij, & tunc non exercenti officium illud non competit l. qui ſub prætextu C. de ſacroſ. Eccl. ubi Bartol. vel conceditur ratione ordinis, aut dignitatis, & illud competit etiam non exercẽti officium, cum ſatis ſit ordinem, aut dignitatem ſubeſſe l. maximarum, ubi Bar. Cod. de excuſat. muner. lib.10. ſed privilegia regulariter conceduntur ſcholaribus ratione ordinis: quia ut notant Gomez in regula de impetrantibus beneficia vacantia per obitum famil. & Gardin. q.13. col.6. matriculatus gerens habitum ſcholaſticũ, ſcho-

Studium & profectus an requiratur ad privilegia.

ſcholaris eſt; ergo gaudere debet privilegijs; & ſi nihil ſtudeat.

382 Partem abſolutè affirmantem requiri omninò ſtudium ad fruendum privilegijs, tenent Panorm.in capit.1. ad fin. de judicijs, Cuman.in l.1.ff.ſolut. matr. Felin.in rub.de Magiſtris ad fin.Specul.in §.1.ver. ſi vero actor ſit abſens, de teſtit.in integ. Rimínal. l.ſcriniarios num.1.C.de teſtam.milit. Ripa l.1. num.138.Bolognet.num.233.ff.ſolut.matrimon. Dueñas regula 213.limit.2. & Tiraquel. tractar. ceſſante cauſa 1.p. num.206. Fundantur 1.quia quando ceſſat cauſa privilegij, debet etiam privilegium ceſſare l. Titia Seio §.uſutas ff. de leg. 2. l.adigere §. quanvis ff. de jure patron. atqui ceſſante ſtudio ceſſat in ſcholaſtico cauſa privilegij: privilegia enim fuere conceſſa ſcholaribus, ut eorum doctrina orbis illuminaretur Auth. Habita C.ne filius pro patre. l.1.C.qui ætate ſe excuſant lib.10. ſcholaris autem vagus, ſeu non ſtudens nunquam doctus efficitur, Gloſſ. l.1. C. de tyronibus lib. 12. in quo conſentiunt And.Sicul.de præſtan.Cardinalium 1.p. q.10. n. 9.& Cæpola l. ſi quis ſit fugitivus §.errorem n. 5.ff.de ædil.edicto. Deinde qui parum ſtudet, parum ſcit. Gloſ. l. unicuique C. de proximis ſacro.ſcrin.lib.12. Fundantur 2.quia cum privilegia ſunt conceſſa alicui propter aliquod exercitium, ſi illud non exercet, non gaudet tali privilegio l.qui ſub prætextu, ubi Bar. Cod.de collegiat. lib.11. & l.qui ſub prætextu C.de ſacroſ. Eccl. Cum igitur propter exercitium ſtudendi concedantur privilegia ſcholaribus, ſicut propter exercitium bellandi militibus; fit ut ſi ſcholaris non ſtudeat, carere debeat privilegijs. Accedit textus in l. qui duas ff. de excuſat. tutor. ubi privilegium non competit ei qui circa operationem negligenter ſe habuit. Faciunt verba tex.l.ſi quis in fin.C.de domeſtic.& protector.lib.12. & in ſpecie verba cap.cum ex eo, de elect.in 6. ibi: „Litterarum ſtudij inſiſtentes.

Studium fuit cauſa concedēdi privilegia ſcholaribus.

383 Tertiam quandam ſententiam, media ingrediens via tenet Bolognin.d.Auth.Habita num.296. volens conciliare duas propoſitas opiniones, in hunc modum, ut ſi ſcholaris ita ſit vagus, aut deſidioſus, & ab ſtudio abhorrens, ut omninò deſperetur de profectu, non fruatur privilegijs, ſi autem ſit parum vagus, & nonnihil ſtudeat, privilegijs gaudeat. Prior pars ſatis conſtat ex fundamentis ſecūdæ ſentētiæ proximè allatis, & ulteriùs firmatur 1. nam privilegia conſtitūtur ſcholaribus ob ſpem profectus l.1. C.qui ætate ſe excuſat.lib.10. hujuſmodi autem ſpes non datur in ſcholari valdè negligente, Gloſ.cap.cum ex litteris v.inſtructus, de teſtit.in integ. Firmatur 2.nam qui commoratur in Collegio, & non ſtudet, expellēdus eſt, ut tenent relati per Raudenſem de analogis lib.1.cap.37. num.92. Accedit quod dixit Bald. in l. ſi filius familias poſt princ. C.famil. erciſcund. nempè ſi filius ſcholaris nō benè ſtudet, non gaudere privilegio l.quæ pater 51.ff.famil. erciſc. quia cum libri non ſint arma illius, tanquam bona communia veniunt dividenda inter fratres.l.certum C.famil.erciſcund. Neque enim præſumitur patrem donaſſe libros ſcholari, qui miſer & ignorans remanſit. Poſterior pars ſatis probata manet fundamentis primæ ſententiæ.& Gloſ.in procem.6. verbo commorantibus, ubi ait ſcholarem in ſtudio commorantem gaudere privilegijs ſcholarium, etiam ſi parum ſtudeat. Accedit, quòd ad acquirendum legatum relictum filio ſub conditione, ſi ſtuduerit, ſufficiat ſtuduiſſe ſufficienter, & mediocrem notitiam ſcientiæ comparaſſe, ut docent Menoch.lib.2.de arbitr.caſu 237.à num.32. Alciat. l. 1.num.58. ff. ſolut. matrim. & Bolognin.ibid. n. 233.

Scholaris vagus nō fruitur privilegijs.

Collegiane gliges expellēdus.

Libri ſcholaris negligentis.

Hanc tertiam opinionem utriuſque extremè oppoſitæ conciliatricem ea moderatione amplector, ut prior pars verum habeat in ſcholari incipiente gaudere privilegijs, non ante, ſed poſt ſententiam vagationis, & negligentiæ, ſeu ineptitudinis declaratoriam. Non enim habendus eſt pro non privilegiato ex ineptitudine, & culpa quin accedat ſententia judicis. Adde ex Petro Barboſa l.1. parte 7.num.65. ff. ſolut.mat. Alciatn eadem lege num.58.& Bolognet. n.233. quòd tentari poteſt, quòd ſi ſcholaris matriculatus ſit, quanvis non ſtudeat, debeat gaudere privilegijs ſcholaribus conceſſis, propter ſpem, quòd ad ſtudium, & libros revertatur. Poſterior dictæ opinionis cōciliatricis pars mihi ſimpliciter arridet.

384 Tertia difficultas eſt, an ſufficiat ſtudium, & profectus ſine gymnaſij frequentatione, ita ut habeatur pro continuo, & frequentante ad effectum gaudendi privilegio qui ſtudet domi, & gymnaſium non intrat? Negant Panorm. in cap.1.ad fin. de judic. Albcric.in l.necnon ff. ex quibus cauſis maior. Sylveſt. v. argumentum quæſt.ult. & Summa Angel.v.eodem. Quia paria ſunt non reſidere, & officium negligere Clem.1. de celeb. Miſſar. Affirmant Gloſſ.& ibi Dominic. procem.6. Cardin.in cap.quòd clericis, de foro compet. Bald. in l.ſi cum dies ff. de arbitr. Ioan.Viminal. & Iaſon in l. ſcriniarios Cod. de militar. teſtam. Bart.in l.legatis in princ.num.4.ff.de legat.3. & alij quos citant, & ſequuntur Petrus Barboſa l.1.p.7.num.65. ff. ſolut.mat, Didacus Perez l.8. tit.2.lib.1.Ord. & Rebuff. privil.165.init. Quia rationes expreſſæ in Authent. Habita videntur etiam procedere in hoc caſu, ut ibi notat Ieſernia num.14.& Alex.ad Bart.l.1.in fine Cod. de tyronib. lib. 12. præſertim ſi ſcholaris ſit jam provectus & veteranus, qui domi ſuæ commodiùs quàm in aula litteras haurire poſſit. Vide Barboſam tom.4.in collect. pag.2.col.2. nu.16.

Studium ſine frequentatione gymnaſi.

& de poteſt.Epiſcop. p.3. alleg. 55. num. 24. pag. 110.

Frequẽtia ſcholarũ non ſuppletur ſtudio privato.

385 Neutra ex dictis ſententijs, prout hic propoonitur, mihi placet, niſi additis expoſitionibus, quas exhibebit duplex cõcluſio jam proponenda, & probanda. Prima cõcluſio: ſi in Academia extet jus ſpeciale, ſeu ſtatutum circa ea, quæ unuſquiſque agere debet, ſive profeſſor, ſive auditor ſit, ea omnia quæ decreverit, expleri oportet ad unguem: nec ſufficiet domi ſtudere, licèt hoc ſtudioſo utilius eſſe poſſet, & ad maiorem profectum: atque adeo deficiente quocunque poſtulato, nõ fruetur privilegijs. Ratio eſt manifeſta, quia in ſcholarum frequentatione, non ſolum privata, ſed publica utilitas, & Academiæ authoritas verſatur: ut nempe pleniori ſtudioſorum cõcurſu, & difficultatum conferentijs ſinguli provectiores fiant, & ſcientiarum in dies creſcentium fama in honorem Academiæ augeatur: hoc præcipuè expedit in magiſtris, ut ſe in ſcholis præbeant faciliores diſcipulis. Adde quæ de forma, & ſolemnitatibus vulgo circunferri ſolent.

Secunda concluſio. Si non caveatur ſpeciali ſtatuto quid debeat fieri, adhuc in præceptoribus, & auditoribus requiritur quòd ſcholas frequentent: in ijs verò qui poſt confectum tyrocinij litterarij curſum vacant litteris, ut ſiant idonei ad Doctoratum, quos vulgò paſſantes vocamus, non datur obligatio frequẽtadi ſcholas. In hoc ſenſu recipio authores ſecundæ ſẽtentiæ, & intelligo Rebuffum privil.165. addito privilegio 34. in quo magis ſuam mentem aperuit. Vtranque propoſitam concluſionem amplectitur Alphonſus de Eſcob. cap.32. à num.11. rectè addens ſupradicta obligare in foro conſcientiæ ante ullam ſententiam, & ſub culpa lethali, niſi parvitas materiæ, vel cauſa rationabilis excuſet: veluti ſi modicum tempus quis ab ſcholis abfuerit, vel adverſa valetudine, aut ſimili ratione detineatur. His enim datis, ſtudioſus tuta conſciẽtia curſus probare, & Academiæ privilegijs gaudere poterit.

QUÆSTIO VI.

Quænam aliæ conditiones requirantur, ad fruendum privilegijs Academicis?

Iuramentum præſtandum à privilegiato.

386 EGimus de præcipuis conditionibus ad gaudẽdum privilegijs, ſeu obligationibus privilegiatorum, quales ſũt dare nomen matriculæ, reſidere in Academia, frequentare ſcholas, & ſtudẽdo litteris incumbere: videamus modò quænã ſint aliæ cõditiones? Imprimis jure ſpeciali tam Academiæ Conimbricenſis, quàm Eborenſis neceſſe eſt quòd ſcholaſticus ante matriculam, & officialis antequàm mittatur in poſſeſſionem officij, præſtet juramentum. Forma juramenti præſtandi ab ſcholaſtico ante matriculationem, habetur lib. 3.tit.2. in hunc modum:
,, Eu N. juro aos Santos Evangelhos, que ſerei obediente ao Reytor deſta Vniverſidade, & a ſeus ſucceſſores,
,, in licitis, & honeſtis: & nos negocios, & couſas da Vniverſidade darei conſelho fiel, ajuda, & favor; & contra ella, & ſeus eſtatutos,
,, nunca aconſelharei, nem ajudarei peſſoa alguma, ſem primeiro lhe pedir pera iſſo licẽça. E todas as vezes, que me mandar chamar,
,, irei, em quanto na dita Vniverſidade eſtiver.

Præcipitur etiam lib.2. tit.10.num.5. quòd officialis cujaſcunque conditionis præſtet juramẽtum ſui muneris flexis genibus, diſcooperto capite in Miſſali aperto, coram Rectore, & cõcilio Academico, ad quod ſpectat proviſio, vel præſentatio talis officij, præſente Secretario: forma autem juramẽti apponitur tit.19. in hũc
,, modum: Eu N. official da Vniverſidade de *Iuramentum officialis.*
,, Coimbra, juro aos Santos Evangelhos em
,, que ponho as mãos, que deſta hora em diãte ſerei fiel à dita Vniverſidade, & todo o ſegredo que por ella, & ſeu recado, ou qualquer outra maneira, me for encomendado,
,, guardarei ſempre, & por nenhum caſo, ou via directè, nem indirectè, o deſcubrirei em
,, ſeu prejuizo, & ſe ſouber que em ſeu detrimento ſe trata alguma couſa, impedirei quãto em mim for que não và por diante, & em
,, caſo que por mim não poſſa, o farei ſaber à Vniverſidade, ou à peſſoa, ou peſſoas que niſſo puderem ajudar. E neſte meu officio, que
,, hora me he encomendado, farei o que ſou obrigado, bem, & fielmente. E aſſi também
,, procurarei todas as honras, proveitos, & liberdades da Vniverſidade, tirado todo odio,
,, amor, graça, & favor. Guardarei os eſtatutos tocãtes ao regimento de meu officio, & não
,, receberei dadivas, nem peitas de peſſoa alguma, nem conſentirei que meus criados as
,, tomem: & ao Reytor obedecerei in licitis, & honeſtis, & todas as vezes que de ſua parte for chamado, irei.

Hæc eſt forma communium officialium: aliæ enim peculiares formæ apponuntur à titulo 9.

Diſciplina eſſe debet honeſta ut quis privilegijs gaudeat.

387 Sunt aliæ conditiones ad fruendum privilegijs, & poſt juramẽtum præſtitum in ordine ſecunda eſt, quòd ſtudioſus det operam ſcientiæ, ſive profeſſioni licitæ, & jure non reprobatæ. Nam profeſſiones reprobatæ ſtudioſum reddunt indignum privilegijs: ſicut enim qui honeſtis diſciplinis tam maioribus, quàm liberalibus etiam inferioribus navãt operam, fruuntur privilegijs, ita qui ſtudet Nicromantiæ, v.g. aut alijs prohibitis meritò privilegia amittit, ut rectè docent Bald. Auth. Habita n.27.

n.27. Salicet. num.2. & 11. Horat. Lucius in fine tract. de privil. Rebuff. privil. ult. & Petrus Gregor. lib. 18. de Repub. cap.7. ad fin. Hoc autem intelligit, & accipit Eſcobar cap.32. n.64. ſi ſtudioſus ſoli ſcientiæ illicitæ incumbat: nam ſi licitæ ſimul, ob licitæ profeſſionem gaudebit, licèt ob illicitam puniri poſſit.

Scholaris inhoneſtus, & inquietus.

388 Tertia eſt vitæ honeſtas, & in lectionibus ſilentium, & tranquillitas, ut exhibeatur reverentia præceptoribus. Scholaris enim reddetur indignus privilegijs, ſi vel inhoneſtè vivat, vel in gymnaſio loquendo, aut ridendo perturbet auditorium, vel (quod pejus eſt) irrideat, & injurijs afficiat ſuum præceptorem.
„ Non utitur quis (inquit Petrus Gregor.
„ lib.18. de Repub. cap.7. n.16.) privilegijs ſcho-
„ larium, ſi ſcholaris vagus ſit, ſi honeſtè non
„ vivat, ſi alios perturbet pulſando, ridendo, ſi-
„ bilando, ſi ſit excommunicatus, luſor, blaſ-
„ phemus, ſi nolit obedire Rectori, vel deca-
„ no, qui pro Rectore eſt. Similiter contra inquietos, & irriſores graviter invehitur Rebuff.
„ privil.70. Cenſes tu ſcholaris (inquit) hono-
„ rem inferre Doctori, quando ſtrepitum illi
„ facis, vel quando ſine lectione eum abire
„ procuras. Hæc inſignis temeritas illorum,
„ qui murmur inferunt Doctoribus, eſſet gra-
„ viter punienda, ut cæteris cederet in exem-
„ plum. Hæc & plura alia in hanc rem dicit loco citato, & in Authent. Habita vet. omnibus ver. ſecunda, & poſt privilegia in neceſſarijs ſcholaſticis, neceſſ. 6. Videantur Præpoſit. in cap. dilecti col.4. de appellat, & Rom. ſing.673. Hanc conditionem ego ita intelligo, & recipio, ut ſcholaſticus inhoneſtus, luſor, irriſor, & inobediens, ſi monitus non corrigatur, poſſit, ac debeat per judicis ſententiam privari Academicis privilegijs: non quòd ipſo facto maneat illis privatus.

Clericatus ad forum ſtudioſi.

389 Quarta conditio eſt clericatus, ut quis fori privilegio gaudeat coram conſervatore Eccleſiaſtico. Pro qua obſerva clericatum nó præſumi, etiam ſi ſtudioſus quis probetur, cum poſſit laicus eſſe, & ſtudioſus. Imò quilibet ſtudioſus, laicus præſumetur, niſi probetur clericus. Decius conſ.152. num.6. Zevallos de las fuerças in proœm. 11. cap.8. nu.37. atque adeo ſtudioſo ſemper incumbit ejus qualitatis probatio. Difficultas eſt, quis dicatur ſtudioſus clericus, ut privilegijs ſtudioſi clerici gaudeat? Communiter reſolvitur eademmet poſtulari, ut ſtudioſus à Regia juriſdictione exemptus ſit, & Conſervatori Eccleſiaſtico ſubditus, quæ regulariter poſtulantur in reliquis clericis. Nulla fere dubitatio eſt de clericis ſacrum ordinem habentibus: in alijs, qui ſunt initiati ſolis minoribus, quæ jure communi poſtulentur, & quæ poſt Tridentinum ſeſſ.23. cap. 6. de reform. tractant Covar. cap.31. & 32. pract. quæſt. Sanch. de matrim. lib.7. diſput. 46. & 47.

Clericus in minoribus ad forum Academicum.

Garcia de benef. 2. p. cap. 2. Zevallos 4. tom. quæſt. 897. à num.579. Flores pract. lib.2. q.21. num.199. Barb. de poteſt. Epiſcop. alleg.12. & 13. & Diana de immun. Eccl. reſol.28. Nobis tamé in particulari expedienda ſupereſt duplex dubitatio: prior eſt, an clericus conjugatus, qui in ſtudio approbato verſatur de licentia ſui prælati, gaudeat privilegio fori, etiamſi Eccleſiæ miniſterio deputatus non ſit, dummodò cætera concurrant de quibus in cap. 1. de clericis conjug. in 6. & in Trid. cit. ſeſſ.23. cap.6? Respondet benè Alphonſus de Eſcob. cap.33. n.6. hujuſmodi ſtudioſum tanquam merè ſæcularem judicandum, proindeque Regiam juriſdictionem in eo, ut in cæteris laicis exercendam. Ratio eſt, quia Trid. ſolis non conjugatis clericis permiſit, ut ſi in ſtudio, vel ſeminario eſſent, foro Eccleſiaſtico gauderent, in clericis verò conjugatis nihil de ea qualitate actum fuit.

Clericus ſtudij abſque prælati licentia.

390 Poſterior, & maior dubitatio eſt, Utrum in Academia Eborenſi, & ſimilibus, in quibus Conſervator Eccleſiaſticus judex clericorum ordinarius eſt tam in civilibus, quàm in criminalibus, fori privilegio gaudeat clericus ex eo tantum, quòd minores ordines habens in habitu, & tonſura incedat, & ſcholas frequentet, quin licentiam ſtudendi ab Epiſcopo habeat, aut alicui Eccleſiæ de mandato ejuſdem inſerviat? Nonnulli Iuriſtæ ſecuti litteram ſuperficialem Tridentini citati negativè reſpondent, ſcilicet nullum clericum in minoribus conſtitutum (niſi beneficium, vel penſionem Eccleſiaſticam haberet) fori privilegio gaudere, niſi habitum deferens, & tonſuram, de expreſſo Epiſcopi mandato alicui Eccleſiæ inſerviret, vel de licentia ejuſdem in aliqua publica ſchola, aut ſeminario in via ad maiores ordines verſaretur. Ita Gabriel Pereyra in Manu Regia p.2. cap.26. num.7. & cum multis, quos refert, & ſecutus eſt Barboſa in collect. ad dict. cap.6. & de poteſt Epiſcop. p. 2. alleg.12. n. 12. & lib.1. de jure Eccleſ. cap.39. §.2. num. 29. ubi num.30. rectè addit teneri Epiſcopum adſcribere ſervitio alicujus Eccleſiæ clericum in minoribus conſtitutum, ſi id petat.

Fori privilegium in clericis.

391 Nihilominus idem Barboſa re melius conſiderata dict. cap.39. à n. 35. priorem retractans ſententiam, ſequitur Squillantem cap. 7. de privil. clericià nu.13. Riccium p.4. deciſ.221. num.5. & deciſ.154. num.2. Novar. in ſingular. juris canonici concl. 92. num. 5. ex tribus Sacræ Congregationis deciſionibus aſſerentes ſatis eſſe clerico in minoribus conſtituto, ut fori privilegio gaudeat, ſi realiter ſine ullo Epiſcopi mandato alicui Eccleſiæ inſerviat, vel ſine illius licentia in aliqua publica ſchola verſetur, aut in aliquo ſeminario degat in via ad maiores ordines aſſumendos. Et ſanè hanc eſſe Tridentini mentem, eo quòd ſatis ſit, ſi potiora concurrant, leviſque reputetur quali-

tas

Digitized by Google

tas mandati, vel licentiæ Epiſcopalis, tenet Fráciſcus Freyre in manuſcrip. lib. 3. conſ. 89. & opinionem communem eſſe teſtatur, & multis alijs Doctoribus firmat Diana tom. 2. p. 4. tract. 1. reſol. 2. ubi reſol. 93. notabiliter docet cum multis ad gaudendum fori privilegio ſufficere in clericis non conjugatis ut vel habitum tantum deferant, vel tonſuram ex cap. ſi judex de ſentent. excom. in 6. Et ſic in Luſitania practicari circa ſcholares in minoribus conſtitutos, ſibi affirmaſſe Dominum Franciſcum Barretum de Figueiredo virum doctiſſimum, & in cauſis judicialibus expertiſſimum, ex Ordin. lib. 2. tit. 1. §. 27. nobis ſcriptum reliquit P. Freyre loco citato. Dicitur enim in dicta Ordin. clericum in minoribus fori privilegio in criminalibus gaudere juxta Tridentini diſpoſitionem, & hoc ſatis eſſe, ut ſæculares judices ad Eccleſiaſticos remittant hujuſmodi clericos, ſi delictum aliquod committant. Cum igitur Conſervator Apoſtolicus Academiæ Eborenſis tam in civilibus, quàm in criminalibus ſit judex Ordinarius eorum ſcholarium, qui fori privilegio gaudent in forma Tridentini, ſive rei ſint, ſive actores, rectè infertur hujuſmodi clericos in minoribus conſtitutos, & in eadem Academia ſtudentes, quanvis ad id licentiam Epiſcopi non habeát, & nulli ſint de ejuſdem mandato Eccleſiæ addicti, in ſuo tribunali debere judicari.

DISPVTATIO IV.

De nonnullis privilegijs in ſpecie.

392 EGimus hactenus de Academiarum, & ſtudioſorum privilegijs genericè acceptis, ſcilicet diſcutiendo quænam ſit eorum eſſentia, effectio, deſitio: quænam ipſorum qualitas, & excellentia: ad quas perſonas extendantur, & quas ſecum obligationes, vel conditiones deferant. Reſtat in hac ultima diſputatione deſcendere ad privilegia peculiaria, ſeu ſpecifica generalibus ſtudijs, pro ipſorum ſtudioſis conceſſa. Ac primum expendemus privilegium fori, & carceris: mox privilegium hoſpitationis, vulgo Apozentadoria: deinde privilegium immunitatis, privilegium nundinarum, & macelli: tandem minutiora alia privilegia, quæ vel jure communi, vel ſpeciali competunt Academijs.

QUÆSTIO I.

Vtrum, & qualiter ſtudioſi habeant privilegium fori?

QVæſtio hæc, ſicut & in alijs ſolemus, à nobis agitabitur tam de jure communi, quàm de jure ſpeciali. Quod attinet ad jus commune, certum eſt ſtudioſum habere privilegium fori, ex Auth. Habita C. ne filius pro patre, in qua Imperator Fridericus poſtquam ſatis expreſſit motivum, quo intendebat favere ſtudioſis, illiſque impendit privilegium ſecuritatis, judices deſignavit his

Fori privilegium iure communi.

„ verbis: Si litem eis quiſpiam ſuper aliquo
„ negotio movere voluerit: hujus rei optione
„ data ſcholaribus, eos coram domino, vel ma-
„ giſtro ſuo, vel ipſius civitatis Epiſcopo, qui-
„ bus hanc juriſdictionem dedimus, côveniat.
„ Qui verò ad alium judicem eos trahere ten-
„ taverit: etiamſi cauſa juſtiſſima fuerit, à tali
„ conamine cadat.

Ex quibus patet ſtudioſo dari optionem, ut quem maluerit, è tribus judicibus elegat, ſcilicet vel Rectorem Academiæ, vel præceptorem illius facultatis, cui dat operam, vel Epiſcopum civitatis, in qua fundata eſt Academia. Notat 1. Rebuff. ibid. quòd Rector Vniverſitatis ſimpliciter dicitur dominus in Vniverſitate, & ideo poteſt de eo textus intelligi, licèt Gloſſ. & DD. hic aliter intelligant. Vel poteſt intelligi de domino civitatis, id eſt de præſide illius provinciæ, in qua eſt Vniverſitas, ut in proœm. ff. orum §. illud penult. Notat 2. cõtra Gloſſ. ad particulam (Magiſtro ſuo) exponentem, alterius facultatis, quando textus dicit Magiſtro ſuo, velle ut quilibet ſcholaſticus coram ſuo magiſtro & præceptore agat, & conveniatur, & ſic ſtudentes Theologiæ coram Doctore Theologiæ, ſtudioſi decretorum coram Doctore decretorum, & ſcholaſtici medicinæ coram medicinæ Doctoribus agere poterunt, & conveniri per hunc textum. Notat 3. in proœmio ff. orum §. Illud vero, dari ſtudioſis tres judices, videlicet præſidem provinciæ, Epiſcopum civitatis, & Profeſſores legum: hodie vero in civitate Pariſienſi eſſe tres, nempe Epiſcopum vel ejus officialem, Conſervatorem Apoſtolicum, & Regium. Officialis (inquit) & Conſervator Apoſtolicus cognoſcũt in perſonalibus inter ſcholaſticos & alios, ſed Conſervator Regius in realibus maximè cognoſcit, & in cauſa poſſeſſoria etiam inter ſcho-

laſti-

Digitized by Google

laſticos & alios exteros : in crimitialibus Epiſcopus cognoſcit inter ſtudentes clericos cap. ſi diligenti,& cap.ſignificaſti,de foro compet. Si vero ſtudentes non ſunt clerici , Conſervator Regius cognoſcit , & iſta intellige , videlicet poſſe ſcholaſticos conveniri ſuper contractibus factis in loco, in quo ſtudebant: ſed de contractibus alibi geſtis, in Vniverſitate, in qua ſtudēt, non convenientur.

Fori privilegium iure ſpeciali.

393 Ex dictis cōſtat ſtudioſos jure cōmuni habere fori privilegium, & tres illos judices ; modo quo expoſuimus , deputatos, & ſi jure Gallico , ordine & juriſdictione, quam proximè ex Rebuffo tradidimus, acceptos. Quod attinet ad jus ſpeciale, certum eſt in præcipuis Europæ Academijs, ſtudioſos habere etiam privilegium fori. Quatuor celeberrimas attingam , Pariſienſem , Salmanticenſem, Conimbricenſem,& Eborenſem. Dari in Pariſienſi privilegium fori,& qualiter detur , Rebuffus privil.152.§.ult. refert his verbis: Fuit etiam cōceſſum (inquit) quòd magiſtri & ſcholares Pariſijs ſtudentes, per quoſcunque judices Regni noſtri ſeculares extra muros Pariſienſes inviti in cauſa perſonali ad eorum judicium, vel examen non trahantur, non citentur, nec hoc procurent facere laici ſubditi ipſius Regni noſtri, per Regem Philippum ſextum anno 1340. menſe Ianuario : & propter iſtud privilegium Pariſijs ſtudentes trahunt alios intra reſortum, etiā ſcholares coram Conſervatoribus Pariſienſiū, & interim pendente proceſſu , qui eſt in curia parlamenti, inter Pariſienſes ſcholaſticos,& aliarum Vniverſitatum, ſolent ſcholares Pariſijs ſtudentes, per Senatum remitti ad Conſervatorem Pariſienſem, ut ſæpius vidi , vel impetrantur litteræ Regiæ, ut pendente illo proceſſu inter univerſalitates, cauſæ remittantur ad Conſervatorem Pariſienſem, quæ facilè concedi ſolent.

Studioſi Luſitani habent privilegium fori.

394 Quod privilegij forum , & qualiter illud habeant ſtudioſi in Academia Salmanticenſi, tradit Alphonſus de Eſcob. toto fere ſuo tractatu, ſed præcipuè cap.21.25.& 27. Dari hujuſmodi privilegium in noſtris duabus Academijs, certiſſimum eſt. Hinc Molina de juſt. tom.5. diſp. 29. num.7. teſtatur in Vniverſitatibus Conimbricenſi, & Eborenſi dari privativos judices, & eorum juriſdictionem in univerſos ſtudioſos laicos, merè laicam eſſe,& à Principe laico judicem conſtitui : in Eborenſi vero eſſe alium Conſervatorem Eccleſiaſticum, qui à Rectore eligitur , tamen ex Bullis Apoſtolicis Eccleſiaſticam à Pontifice exercere juriſdictionem in omnes ſtudioſos clericos , & beneficiatos, qui omninò iiſdem Bullis exempti ſunt ab Archiepiſcopo. Vt ſcias quid dicatur de Academia Toletana, Zevallos de las fuerças 2.p. q.157. à num. & reſolvit non poſſe Pontificem, niſi Regis conſenſus accedat, privilegium fori ſtudioſis concedere , ut reos laicos extrahant à proprio eorum foro, & inde infert non valere Conſervatoriam Vniverſitatis Toletanæ, quia à Principe non eſt confirmata : reos vero Eccleſiaſticos rectè poſſe ſolum Pontificem extrahere, & ideo eorum reſpectu valere Conſervatoriam.

895 Iuxta prædicta obſervo 1. cum P. Franciſco Freyre viro doctiſſimo in manuſcrip.lib.3.conſ.77. ſcholaſticos ſæculares in noſtris Academijs ſtudentes non gaudere privilegio fori conceſſo in Auth.Habita. Quia jus commune Romanorum in hoc Regno non habet vim legis ex Ordin.lib.3.tit.64.ac proinde quamvis renunciare poſſent privilegio à lege,& ſtatutis noſtris conceſſo , non redirent ad jus commune illius Authenticæ, ſed ad noſtrum contentum in d.lib.3. Ord. tit.5. §.3. ſequentes forum rei. Nam jus noſtrum nobis commune dicitur. Obſervo 2. cum eodem Freyre ſupra citato clericos ſcholaſticos in Academia Conimbricenſi, ubi non eſt ſpecialis Conſervator Eccleſiaſticus, gaudere privilegio d.Authent. Habita. Quia jus civile, ubi clericis eſt favorabile, à Canonico recipitur, ut notant DD. in cap. 1. de novi operis nunciat. ita tamen ut præſidem civitatis eligere non poſſint, propter deciſionem Cap.ſi diligenti, & cap.ſignificaſti,de foro compet. ut notavit Rebuff.privil.ſchol.152.verſ. Limita in ſcholari, & in interpret. d. Authent. Habita v. Domino, & ibi Barthol. & Bald. & communiter Doct.& Gloſ.in Authent. de ſanctiſſimis Epiſc. v.civilem collat.9. Obſervo 3. cum Eſcob.cap.33.ad fin. poſita juriſdictione Academica privativa, ſtudioſum clericum, etiam ſi à proprio Epiſcopo capiatur , vel coram eo conveniatur, ejus juriſdictionem declinare poſſe,& omnium quorumcunque judicum Eccleſiaſticorum,& ſæcularium , excepto Pōtifice,& Apoſtolico Nuncio. Ex quibus infertur, ſi ſtudioſus clericus à judice ſæculari capitur, etiam ſi ſupremus Senatus ſit , ad judicem Academicum remitti debere , non ad Epiſcopum. Hoc autem limitatur in cauſis, quæ diœceſano Epiſcopo competunt ratione ordinis Epiſcopalis, in quibus ſtudioſus clericus ſubditus erit ſuo Epiſcopo. Quæ autem ſint hæ cauſa, tradit idem Eſcob.c.14. à n.148.

Clerici in Academia Conimbricēſi.

Civile ius quādo recipiatur a Canonico.

396 Dubium eſt 1. an ſcholaſtico competat jus revocandi domum ? Illi qui affirmant ob cauſam vel probabilem concedi jus revocandi domum , quales ſunt Alber. ad l. 2. §. legatis col.1. de judicijs, Curt. Ion. ibid.num.4. Afflict. lib.1. Conſtit.rub.95.num.1. Bologn. Authent.Habita num.208. & Rebuff. privil.77 limitant, niſi abſens ex cauſa probabili, diu in loco eſt moraturus,& exemplificant in ſcholaribus, & mercatoribus, qui in loco diu manere debent. Ratio limitandi eſt , ne aliàs creditores diu ſint in ſuſpenſo , & facilè per debito-

Revocādi domū privilegium.

Digitized by Google

debitores fraudentur. Benè tamen Petrus Barboſ.ad l.2. §. legatis num.357. de judicijs notat exemplum in ſcholaſticis diu moraturis inadvertenter poſitum eſſe. Quia privilegia conceſſa ſcholaribus intelliguntur quando illi ſunt in loco ſtudij,& ibi debent conveniri, ut ſumitur ex d.Auth.Habita,& ibi tradunt Salicet. nu.18. & Bolognin.n.207. Si ergo ibi coram certis judicibus conveniendi ſunt, fruſtra quæritur, an eis competat privilegium revocandi domum, hoc eſt in patriam, ſeu in locum domicilij, ut ibi conveniantur. Si verò non reperiantur in loco ſtudij, & ideo alibi conveniantur, ceſſat diſpoſitio d.Authenticæ, proindeque in loco, in quo inveniuntur, tenentur reſpondere coram ordinario illius loci.Bart.in l.fin.ad fin. C. de agent.in reb.lib.12. Hæc de Jure communi. De jure autem ſpeciali, cum hodie (ut ex Rebuff.priv.152.tradit Barb.citat.n.342.) ſecundùm ſtatuta Vniverſitatum, ſcholares debeant remitti ad locum ſtudij, & ad Conſervatorem Vniverſitatis, non habet in eis locum privilegiū revocandi domum.

Citatio facta ſcholari per judicem non ſuum.

397 Dubium eſt 2. an præventio per citationem, vel litis cōteſtationem obſtet privilegio fori ſcholarium? Prænotabis quanvis citatus coram non ſuo judice teneatur comparare, ſaltem privilegium allegaturus l. ſi quis ex aliena ff. de judic. Corſet. in ſuis ſing. verbo juriſdictio in 1. imò ſi quis non alleget per contumaciam, perdit jus privilegij ſui, ut dicit Alex.in additio.ad Bar.in d.l. ſi quis ex aliena, & ſententia lata contra tales privilegiatos non comparentes valebit, per Gloſſ.& ibi DD. in cap.cum in ordinem, de reſcript. hoc fallere in ſtudentibus, qui juxta Horatium Lucium privil.64.ad fin. & Rebuff. priv. 154. ſi citentur à prætore, vel à non ſuis judicibus, non tenentur comparere, etiam privilegium allegaturi. Nam quando notoriè conſtat aliquem eſſe privilegiatum; is non tenetur privilegium ſuum allegare. Gloſſ.ſing.in cap.ſuper litteris, de reſcrip. privilegium autem ſcholarium per Authent. & alia jura notorium eſt. Nihilominus Pet.Barb. ad l.ſi quis ex aliena n.44. de judic. oppoſitum ſentit affirmans oportere ſcholarem excipere de ſuo privilegio ex Gloſſ.l.2. v.conſenſu ſupra eod. & ideo mero jure valere citationem, & proceſſum. Addit tamen poſſe admitti contrariam opinionem; quando ex verbis ſtatutorum omninò ſunt exempti à juriſdictione ordinariorum, ita ut ordinarij ipſo jure in ſcholares nullam habeant juriſdictionem.

Cauſa præventa ante ſcholaritatem.

398 Difficultas eſt; Vtrùm quando cauſa præventa fuit per citationem antequam quis fieret ſcholaris; poſtea non obſtante præventione remittenda ſit ad judicem Academicum? Videtur negandum ex noto axiomate; quod ubi ceptum judicium eſt, ibi debeat finem accipere l.ubi ceptum ff. de judic. Vnde præventus per citationem, tenetur cauſam proſequi coram judice, qui prius illum citavit, etiam ſi poſt prædictam præventionem, forum mutaverit,& etiam conditionem perſonæ: adeo quod etſi propter hujuſmodi mutationem, acquiſierit aliquod privilegium, nihil ei proderit quoad cauſam, in qua præventa eſt juriſdictio. Ita ex l.penult.de juriſd.& alijs textibus Decian.tract.de Criminal.lib.4.cap.22.à n.1.Valaſcus conſul.57.Federic.conſil.97.nu.3. & Berous conſil.109.num.8.lib.3. Nihilominus hanc doctrinam non procedere in ſcholari citato antequàm fiat ſcholaris, ſi poſt citationem ſcholaris factus fuit, rectè tradunt poſt Baldum Bologninus Auth.Habita num.220. Horatius Lucius priv.68. Rebuff.priv.153. & Petrus Barb. ad l.ſi quis num. 113. ff. de judic. Quia ſpeciali favore ſcholarium inductum fuit, ut nō obſtante præventione, cauſa remittatur ad judicem Academicum. Vide Felin.in cap.ex tenore de reſcrip. verſic.lex ubi. Aſſerit tamen Rebuff.citatus, hoc fallere, quando conveniretur ratione feudi,& coram domino feudi: quia tunc eum declinare non poterit,& alium eligere, ſi idem feudi dominus juriſdictionem habeat: ſecus ſi coram alio conveniretur, cap. cæterum, de jud. Luc.in l.in ſacris col.1. Cod.de proximis ſacro. ſcrinio. lib.12.

399 Dubium eſt 3. quouſque ſcholaſtico, cui de jure communi datur optio trium judicum, liceat variare? Reſpondet Rebuffus priv.153.talem optionem, ſeu electionem durare uſque ad litem conteſtatam, poſt vero non poſſe variare. Ita Aufred.q.269. Gloſ. & DD.in cap. non licet, de regulis juris in 6.& Ordin.Regni Galliæ rubrica (des privileges, des eſcolliers) art.3. Si tamen (addit) lis non ſit conteſtata cum ſcholari, ſed inter alios, poterit etiā poſt litem conteſtatam, petere cauſam ad conſervatorem remitti, ut pluribus areſtis fuit cōfirmatum. Quia quoad eum non fuit lis conteſtata,& fuit ita prolatum areſtum anno 1523. die 5.Iulij in Senatu Pariſienſi. Ampliat idem citatus Rebuffus quando metu facta fuiſſet conteſtatio, v.g.ſi judex compulit ſcholarem ad litem cōteſtandam coram ſe. Tunc enim cōteſtatio pro non facta habetur arg.l.1.& per totum ff.quod met.cauſa, atque adeo etiam tunc ſcholaris poterit forum declinare. Dicunt quidam ſtudioſos hanc nō habere optionem, quādo prius ſub Rectore conveniuntur, nempè ratione juramenti, quo illi ſe obſtrinxerunt ad obediendum in omnibus licitis. Tamen Rebuffus adhuc putat poſſe eligere alium, ſi de his juriſdictio ad Rectorem non ſpectaret, utpote ſi ſtudioſus conveniatur in realibus, in quibus (inquit) poterit petere cauſam ad Conſervatorem Regium remitti, ſecus in alijs, & ita in forenſi judicio ſervatur. Loquitur ſecundùm praxim, & jus ſpeciale Pariſienſium. Ad

Variatio in judicio Academico.

hæc.

Electio ſemel facta. hæc (concludit) ſi ſemel elegerant, non poſſunt poſtea iterum eligere, ne variare poſſint, & reprobare quod ſemel approbaverint l. in arenam Cod. de inofficioſ. teſtam. & optione legata, ſemel optare poſſumus, l. ſervi ff. de legat. 1. tum etiam, ne ſemper eligendo nunquam deſinantur iterum conteſtari, & ſic locus detur malitiæ l. 3. §. 1. ff. de eo quod certo loco: deinde quia per electionem jus acquiritur adverſario, quod poſtea nequit eidem tolli. l. hujuſmodi §. Stichum ff. de leg. 1. facit textus in Authent. offeratur C. de litis conteſt. & hujus ſententiæ eſt Andreas de Iſernia in hac Auth. v. titem arg. l. boves §. hoc ſermone ff. de verb. ſignif. l. apud, de optim. legat.

Monachus ſtudioſus: quo adſcitum. 400 Dubium 4. Utrum monachus ſtudioſus habeat privilegium fori Academici? Reſpondet affirmativè Rebuff. privileg. 156. ubi ait, quamvis monachus non habeat perſonam legitimam ſtandi in judicio ſine licentia Abbatis, vel alterius ſuperioris, quia in perſona ejus non conſiſtit obligatio, cum ſit ſub poteſtate Abbatis cap. Abbates 18. quæſt. 2. tamen quando eſt in ſtudio, poſſe implorare officium judicis, ut ſibi monaſterium alimenta præſtet: expenſis enim monaſterij monachi doceri debent: text. in Clem. 1. in fine, de ſtatu monach. Panormit. conſil. 88. facti contingentia col. 2. vol. 1. Quod verò judex ille, cujus officium implorabit monachus, Academicus eſſe debeat, patet ex traditis per Alphonſum de Eſcobar cap. 34. & magis patebit ex dicendis à nobis lib. 7. Illud pro obſervantia fori Academici eſt notatu dignum; quòd nonnulli authores volunt infligi tanquam pœnam

Forū Academicum turbant puniuntur. trahentibus ſcholares ad judicem vetitum, ut cauſa cadant, ſeu cauſam perdant. Ratio eſt, ne ſtudioſi à ſuis ſtudijs avocentur propter lites alibi motas. Idem in clerico dicitur in Auth. ſtatuimus C. de Epiſc. & cleri. & cap. ſi diligenti, de foro compet. ubi Gloſſ. dicit quod per ſententiam, non ipſo jure. Rectiùs tamen ſentit oppoſitum Rebuff. in Authent. Habita verſ. Veruntamen exponens particulam illam: à tali conamine cadat: quia hæc verba non innuunt perditionem cauſæ, ſed manifeſtè ſignificant perditionem talis conaminis, ſcilicet volentis divertere ſtudioſum à foro Academico. Sic perdito hoc conamine, remittetur ſtudioſus ad ſuum judicem.

QUÆSTIO II.

Utrum, & quomodo detur avocatio cauſarum, vel inhibitio fori Academici?

Avocatio quid ſit. 401 PRo maiori explicatione ſupradicti privilegij, ut dicamus aliquid prius de avocatione cauſarum, & aliquid poſteriùs de inhibitione judicum in Academia, quæ omnia ſpectant ad illius forum, ſupponendum eſt 1. avocationem, ſeu evocationem ſic definiri: Eſt litis pendentis coram inferiore judice ad Principem, vel ſuperiorem abſq; provocatione facta tranſlatio. Ita ex Rebuffo in tract. de evocat. quæſt. 2. ſuper leges regias tom. 1. nonnulla addendo definit Covarr. pract. cap. 9. n. 1. Ad avocationē neceſſe eſt quòd lis pendeat: quæ enim nondum pēdet, minimè dicetur evocari cap. ad diſſolvēdum, de deſpōſal. impub. l. decem ff. de verb. oblig. Supponēdum eſt 2. avocationem cauſarum fieri dupliciter, 1. expreſſè, quādo ſcilicet Princeps cauſam corā aliquo judice pendēté ab eodē avocat. cap. ut noſtrum, de appell. 2. tacitè quādo Princeps cauſam coram judice ordinario cœptā, alteri ſcienter delegat, & committit. Ex hoc enim videtur eam à judice ordinario tacitè evocari. Cap. cæterum, de reſcript. Hæc Covar. citat. qui n. 6. verſ. Hinc denique notat avocationem expreſſam id habere ſpeciale, ut quidquid ab inferiore judice actū fuerit poſt ipſam avocationē, nullum ſit ipſo jure; quāvis judex ipſe nondum cognitionē habuerit avocationis, & fuerit prorſus inſcius; quoties avocatio fit motu proprio Principis. Supponēdum eſt 3. jus avocandi non competere jure civili, ſed eſſe ſolius Principis, qui liberè poteſt quacunque in parte litis juriſdictionem judicis tollere, & revocare. Debet tamē avocatio ut juſta ſit, fieri ex cauſa, ut rectè monet Paul. Caſtr. in Authen. qua in provincia C. ubi de crim. agi oport.

402 His ſuppoſitis, de avocatione cauſarum in genere tractant Covarruv. pract. quæſt. cap. 9. Lancellotus de attent. 2. par. cap. 10. Gregor. Lopez l. 47. titul. 18. part. 3. Gloſſ. 6. Magon. deciſ. 9. Cavalc. deciſio. 45. lib. 1. & deciſ. 4. lib. 2. Et de avocatione ob negligentiam inferioris. Felin. in cap. Paſtoralis, de offic. Ordin. Ruin. conſil. 5. num. 2. Menochius lib. 2. præſ. 28. numero 36. & Surdus lib. 5. conſil. 56. In ſpecie, de avocatione à judicibus Academicis, vix eſt qui attigerit, præter unum Alphonſum de Eſcobar qui cap. 25. inquirit, quidnam dici oporteat, ſi judex aliquis ſupremus velit avocare cauſam ab ſtudioſorum judicibus in Academia Salmanticenſi, & ſimilibus? Et quidem ſi loquamur de judicibus ſuperioribus, qui per appellationem à ſententia Academicorum judicum adiri nequeunt, quales v. g. ſunt Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi, & in ſæcularibus Præſides Provinciarum, Cancellariæ Regiæ, ac ſimiles, difficultas facilè ſolvetur, ſi aſſeramus eis procul dubio cauſas avocare non licere. Primo, quia avocatio cauſarum jure communi pertinet ad ſolum Principem ſupremum, vel ad *Avocatio à ſuperiore in Academia.*

eum qui juriſdictionem mandavit, putà eos qui vicarium conſtituunt; atque adeò ab ipſo Vicario cauſam avocant, cap. ut noſtrum, de appellat. & ita Decius l. judicium ſolvitur 58. ff. de judic. Covar. cit. cap. 9. pract. num. 1. & Lancellotus de attent. 2. p. cap. 10. num. 47. 2. quia prædicti judices Academici ſunt omninò exempti ab omnium ſuperiorum poteſtate, excepto Pontifice, & Principe, eorumque ſupremo Senatu, & Legato à latere: cum igitur omnes alij neque per querelam, neque per appellationem aditi poſſint, à fortiori cauſas avocare nequibunt, ut in ſimili cum multis reſolvit, & probat Covar. cit. n. 2.

403 Quare indubitatum eſt ſupremum Principem laicum in ſua laica Academia cauſas avocare poſſe: ſola eſt difficultas, an ſupremus Senatus Regius avocare poſſit? Videtur non poſſe inconſulto Principe, ut ſubindicat Covarr. citatus num. 3. cum Boerio, Rebuffo, & alijs, ubi adducit elegantem textum in leg. ſolent §. ſicut, de offic. Procon. ibi: Non autem debent inconſulto Principe hoc facere. Nihilominus ipſe vir egregius Covarr. cui ſubſcribit Alphonſus de Eſcob. citat. cap. 25. num. 4. meritò inclinat in affirmativam ſententiam, ob tanti Senatus authoritatem. Ratio eſt, quia præſumitur id hujuſmodi Senatui commiſſum à Principe, ne in qualibet cauſa ejus conſenſus poſtuletur.

Senatus ſupremus in avocatione cauſarum.

Confirmatur ex dict. leg. ſolent, ubi habentur „ hæc verba: Adimere mandatam juriſdic„ tionem licet Proconſuli. Nec obſtant ſe„ quentia pro parte appoſita allata: Non au„ tem debet inconſulto Principe, hoc facere: quia (ut ibidem interpretatur Accurſius) particula (debet) non inducit neceſſitatem, ſed ſolam honeſtatem. Dicta procedunt de cauſis laicis, quæ ad Senatum Regium poſſunt deferri: has enim tantum, & non Eccleſiaſticas avocare poterit. Hoc cum proportione etiam aſſerendum eſt de ſupremo Principe laico, quem in ſpecie poſſe juriſdictionem laicam judici Academicæ conceſſam revocare, quoties id tranquillitati, & paci Vniverſitatis expediens viſum fuerit, tradit Baſilius Ponze de matr. lib. 5. cap. 12. §. un. n. 14.

404 Similiter Pontificem ſpirituales ſtudioſorum cauſas, & quaſcunque eorum, qui clerici ſunt, denique omnes quarum deciſio ad Eccleſiam ſpectat, avocare poſſe, dubium non eſt, ex d. cap. ut noſtrum. An ejus legatus de latere, & Hiſpaniæ Nũcius poſſit? Negandum eſt ex traditis ab Speculat. Abbate, & alijs, quos congerit Covarr. dict. cap. 9. pract. num. 3. verſ. Quanto, & Lancelloto d. 2. p. cap. 10. num. 49. Adeo, ut ſi appellatum fuerit ab interlocutoria, non poſſit totam cauſam in principali negotio retinere: id enim ſpectat ad ſolum Principem, ex cap. 1. de appellat. in 6. & ibi alij, probat idem Covarr. citato cap. 9. num. 6. De quo, & an procedat, ſi partes conſentiant, vide Scacciam de appellat. quæſt. 17. limit. 47. mem. 3. num. 9. Quod limitabis, niſi Legatus id etiam in mandato habeat, ut poſſit dictas cauſas avocare, aut ſimiles, ut benè obſervat Gloſſ. in cap. 1. de offi. deleg.

Pontifex, & eius legatus de latere in avocatione cauſarum.

405 Quod attinet ad inhibitionem, omnia proportionaliter, quæ hactenus de avocatione cauſarum diximus, ad inhibitionẽ extenduntur. Nam perſpicuum eſt non niſi à Pontifice, vel Principe, ejuſque ſupremo Senatu inhiberi poſſe dictos judices Academicos, & ſimiles, ab unoquoque ſcilicet in ſuis cauſis. Imò abſque ulla inhibitione (inquit Eſcobar citatus num. 33.) per ſolam manus Principis appoſitionem inhibitio cauſatur. cap. Paſtoralis §. præterea, de officio deleg. etiam ſi judex à quo, appellatione remota fuerit conſtitutus, quod ſingulariter probat ille textus. Inſuper Legatus, ſeu Nuncius Hiſpaniæ, qui judex Ordinarius appellationum eſt, poterit Scholarium judices Salmantinos inhibere canonicè, hoc eſt prævia cauſæ cognitione. Cap. non ſolum, de appellat. in 6. Cap. Romana §. quod ſi eodem titul. & lib. Adde Covarr. cap. 24. pract. num. 2. ver. tertio. Quod rectè limitat Eſcobar num. 13. ut procedat in cauſis, in quibus de jure, & attentis Academiæ ſtatutis, judex Scholarium teneatur deferre appellationi, in reliquis verò, in quibus remota appellatione poteſt procedere, nullo modo inhiberi poterit, nec ſi inhibeatur, novata, ut attentata revocari poterunt, ut cum multis in ſimili reſolvit Lancellotus de attent. 2. par. cap. 2. per totum limitatione 1. niſi id etiam in mandatis Legatus habeat. Multa alia de foro ſtudioſorum invenies infra lib. 7. de Conſervatore.

Inhibitio judicum Academiarum.

QUÆSTIO III

Qualiter ſe habeat ſtudioſus ſucceſſor quoad forum?

406 QVæſtio procedit ſpectato jure communi; & imprimis agitabitur de ſucceſſore univerſali, qualis eſt hæres univerſalis defuncti, tãdem de ſucceſſore ſingulari, qualis ſtudioſus emptor, locator, legatarius, & ſimiles. Incipientibus ab univerſali ſucceſſore, gravis occurrit difficultas, poſſitne ſtudioſus hæres ſuo fori privilegio uti, an compellatur reſpondere in defuncti domicilio? Tres præcipuæ feruntur ſententiæ. Prima eſt nõ teneri ſtudioſũ hæredẽ reſpõdere in domicilio defun-

Succeſſor univerſalis quoad forum.

defuncti adeo ut litem cæptam poſſit avocare ad tribunal Academicum. Ita in ſpecie ſentit Rebuff. ſchol. privil. 153. qui limitat in feudo; & niſi ſtudioſus ipſe ſponte litem conteſtetur: Hæc tamen poſtrema limitatio tanquam falſa meritò diſplicet Alphonſo de Eſcobar cap. 50. num. 1. Quaſi ſemel verum eſt cauſam ſpectare ad ſtudij torum, ſtudioſus ſuo facto nequit eam alterius judicis facere, cum ſuo foro non poſſit renunciare, juxta ea quæ ſupra tradidimus à num. 297. Si autem velis interpretari Rebuffum cum citato Eſcobar, de optione judicum, quam habet ſtudioſus, ſupra dicta limitatio ita vera erit, ut præjudicet litis conteſtatio volenti cauſam avocare.

Hæres ſtudioſus ubi conveniendus.

407 Sententia illa propoſita multipliciter probatur, 1. ex l. hæres in prin. de judicij, ibi (nulloque ſuo privilegio excuſatur: cùm enim hæres, & defunctus unius perſonæ vices agant, nihil intereſt an ſtudioſus, an defunctus litem cæperit. 2. Suadetur ex doctrina, quam ſupra inſinuavimus num. 398. ſcilicet ſtudioſum, litem cæptam, antequàm ſtudioſus eſſet, poſſe ad Academicum forum trahere & hoc favore ſtudiorum fuiſſe inductum, ne ab ſtudijs avocaretur: ſed eadem ratio datur in ſtudioſo ſucceſſore; ergo & idem jus. 3. à ſimili, nam legatus Romæ inſtitutus hæres, habet jus revocandi domum, l. de eo, de judicijs, ubi Gloſſ. & l. hæres abſens 19. verbo excuſatur, ubi latè Petrus Barb. à num. 89. uſque ad 97. ergo idem dicendum de ſcholari inſtituto hærede. 4. à magis ſimili, in clerico ſucceſſore laici: nam ſucceſſorem hujuſmodi cauſam etiam cæptam à defuncto, ad ſuum judicem trahere, defendunt Felin. in cap. quia V. col. 3. de judic. Dec. nu. 11. Marta de juriſd. 4. p. cētur. 1. caſ. 33. à nat. ubi contrarijs reſpōdet, & adducit tex. in cap. 2. & 3. cap. experientiæ 11. quæſt. 1. Iacobinus ita vidiſſe conſultum & judicatum affirmat dict. leg. hæres num. 7. de judic. & hanc eſſe magis communem opinionem aſſerit Maranta in praxi 5. p. num. 13. pag. 265. 5. ex paritate rationis, in fiſco ſucceſſore: nam idem privilegium habere, videtur probari ex l. ſi conſtante §. fin. ff. ſolut. matr. idque docent Bart. l. ſi eum hominem n. 1. de fidejuſſ. Panorm. cap. quia V. ad fin. de judic. & Iacob. cit. n. 7. quod acriter defendit Peregrin. de jure fiſci lib. 7. tit. 1. n. 11.

Forum ſtudioſi ſucceſſoris.

408 Secunda ſentētia præcedēti omninò oppoſita eſt ſtudioſum ſucceſſorem nullo proprio fori privilegio juvari, ſi ut ſucceſſor cōveniatur. Ita in ſtudioſo Donel. lib. 17. com. 11. juncto 18. lit. B. ubi Oſuald. pro Donel. affert Pacian Auth. Habita cap. 10. n. 3. impugnantem Rebuf. dict. priv. 153. Fundari imprimis poteſt in communi doctrina, quæ id habet in clerico, legato, & fiſco, ut videre eſt apud Petrum Barb. dict. l. hæres 19. in prin. de judic. à num. 99. & num. 103. in fiſco, & fundamentis ſententiæ oppoſitæ ſatisfacit n. 125. uſque ad 126. & à num. 140. reſpondet ad l. ſi conſtante §. fin. & num. 156. interpretatur dict. l. cum quidam §. ſi debitores, de uſur. & pro eadem ſententia videtur facere ejuſdem legis §. fiſcus verſ. cū autem in loco privati, ubi Gloſſ. In legato idem Barb. num. 96. In clerico à num. 104. uſque ad 113. Vide quos affert Bovadill. lib. 2. polit. cap. 18. Pro hac ſententia afferri & explicari ſolet lex Caſtellæ 57. tit. 6. par. 1. an rectè, inferius dicemus.

409 Tertia denique veluti inter utràq; propoſitam media ſuccedit ſententia, quæ mihi non diſplicet, & ab Alphonſo do Eſcobar cap. 50. num. 9. appellatur probabilior, & in praxi receptior, eſt ſtudioſum ſucceſſorem omninò coram ſuo judice Academico conveniendum, quando nova actio proponitur, ſive realis, ſive perſonalis; ſive mixta: litem verò cæptam, ſeu inſtantiam in ſtudioſum tranſire, idcirco ubi cæptum eſt judicium, ibi proſequendum. Fundatur hæc reſolutio in l. ſi is qui Romæ, & l. tam ex contractibus, de judic: item in l. hæres 19. in princ. adhibita interpretatione, quam infra apponemus reſpondentes fundamentis ſecundæ ſententiæ. Probatur inſuper ſimili doctrina, quam in fiſco, & clerico latè defendunt Bovadil. cum multis lib. 2. polit. cap. 18. num. 165. Surdus deciſ. 101. per tot. Barb. d. l. 19. à num. 129. uſque ad 175. maximè à num. 166. Zevall. lib. 1. com. 5. 36. & 37. Paz in praxi 3. p. 2. tom. cap. unico num. 1. Covar. cap. 8. pract. num. 5. Gratian. diſcep. foren. cap. 16. per tot. præcipuè num. 31. & Guſman de evictione quæſt. 8. num. 12. Denique confirmatur omnibus fundamentis prioris ſententiæ quoad primam partem, ſcilicet ſtudioſum ſucceſſorem coram Academico judice conveniendum in cauſis non cæptis.

410 Supereſt ut ſatisfaciamus fundamentis primæ, & ſecundæ ſententiæ; prout huic tertiæ adverſantur: Imprimis non multum urgent fundamenta primæ, quatenus intendunt ſuadere ſtudioſos poſſe avocare etiam lites cæptas: nam tertium, quartum, & quintum prout deducuntur à ſimili in legato, clerico, & fiſco, facile corruunt in ſententijs oppoſitis, quæ ſuos habent optimos patronos, quos ſupra pro tertia nobis magis arridente citavimus. Secundum quod habetur ex opinione aſſerente ſtudioſum litem cum ipſo cæptam antequàm ſtudioſus eſſet, poſſe ad tribunal Academicum trahere, & ſic ſimiliter, ſi cùm defuncto fuerit judicium cæptum, Eſcob. citatus num. 17. exiſtimat non aptiùs diſſolui quàm negata veritate talis opinionis: credit enim ſtudioſum præventas ante ſtudium cauſas minimè poſſe trahere ad ſtudium, niſi privilegium fori id expreſſé contineat. Prolax,

Cauſæ præventæ ante ſtudium.

nam jure communi id vetatur in dict. l. ſi quis poſtea. de judic. & l. cum quædam puella, de juriſd. Nec ratio congrua diſparitatis (inquit) aſſignari poteſt inter militem, agricolam, ſimileſque & ſtudioſum, in quibus ſine dubio eſt procedere regulam l. ſi quis poſtea, & quod magis eſt, in clericis, ſaltem in civilibus, ut late Barb. à n. 200. Denique contraria ſententia etſi ſtudioſorum favorem contineat, magnam tamen fraudibus præbet anſam. Hæc prædicti fũdamẽti diluitio facilis eſt cohærenter negãtibus avocationem litis in utroque caſu. Nobis tamé qui cõceſſimus in priori, juxta dicta n. 398. difficilis. Nullam igitur inter utrũque caſum agnoſcimus diſparitatem, niſi quam recepta praxis & conſuetudo induxit, ut nempe in priori, non in poſteriori lis incepta avocaretur.

411 Fundamenta ſecundæ ſententiæ, quæ à ſimili, de legato, clerico, & fiſco contendunt ſtudioſum nullo proprio fori privilegio juvari, ſi conveniatur ut ſucceſſor, facile habent ſubterfugium in ſententijs oppoſitis, juxta quas noſtram illam tertiam ſtabilivimus paríficantes ſtudioſum legato, clerico, & fiſco. Legem Caſtellæ pro dicta ſecunda ſentẽtia adductam & explicatam, ut ſic intellectam minùs probabilem, imò falſam putat Eſcob. citatus num. 8. Quia (ut ait) prope inane privilegium ſtudioſis eſſet, ſi hæredes, vel ſucceſſores eo non potirentur, cum pleræque eorum cauſæ ejus generis ſint, vel ex ſucceſſione univerſali, vel ſingulari provenientes. Nec obſtat textus in l. hæres 19. quem citavimus num. 407. pro prima ſententia, & videtur rem conficere pro ſecunda, quaſi dicat hæredem eſſe cõveniendum in domicilio defuncti, quantumvis talis hæres ſit privilegiatus: id enim videntur innuere illa verba nulloque ſuo privilegio excuſatur. Non (inquam) obſtat: quia facit pro noſtra ſententia, ſi accipiatur cum intellectu, quem illi adhibet Eſcobar numer. 23. Senſus (inquit) eſt. Hæres abſens ibi defendendus eſt, ubi defunctus debuit, & conveniendus ſi ibi inveniatur, nulloque proprio privilegio excuſatur, ideſt ſi nullo proprio privilegio ſe excuſare poſſit, nullo ideſt non ullo, ſeu aliquo, vt in leg. 1. ff. de interdictis, & §. Nullius Inſtitut. de rerum diviſion. Et quidem hunc eſſe verum ſenſum, conſtat ex l. ſi quis poſtea quàm, & leg. cum quædam puella, in quibus ita demum ex privilegio fori noviter acquiſito contractus, vel crimen ad forum privilegiatum nõ trahitur, ſi in foro priori præventa erat juriſdictio, hoc eſt judicium acceptũ; ergo non accepto judicio, in foro privilegiato conveniendus eſt reus, & ſic ſimiliter hæres ob lites cæptas in foro defuncti, ob non cæptas in privilegiato foro conveniendus erit.

Hæres abſens privilegiatus.

412 Poſitam ſentẽtiam tertiam, quam tradidimus num. 409. ſecũdùm partem, qua aſſeritur cauſas cæptas à defuncto, nõ poſſe trahi ab hærede ſtudioſo, limitabis 1. ſi ſtudioſus non voluntarius ſit, ſed coactus, putà ſi rogetur à Principe vir doctrina, & ingenio egregius, ut doceat in ſtudio generali: tunc aſſirmabis eum cauſas quoque ante ſtudium cæptas, & pendentes trahere poſſe ad ſtudium, quamvis ſtudium id ſpeciale privilegium non habeat. Hanc limitationem poteris latè probare ex eruditiſſimè adductis per Petrum Barboſ. ad dict. leg. ſi quis poſtea numer. 116. Quid circa hanc quæſtionem in particularibus contractibus dicendum ſit, reſoluit per varios paragraphos Alphonſus de Eſcobar cap. 50. de cenſu & emphyteuſi §. 1. num. 27. de feudo, & Regijs redditibus §. 2. à num. 28. de ſucceſſione maioratus §. 3. à num. 34. de ſucceſſore in publica officia §. 4. à num. 41. Denique cum initio dixerimus quæſtionem procedere ſpectato jure communi, limitabis 2. dictam tertiæ ſententiæ partem, ut non procedat in Academia Salmanticenſi, ac ſimilibus, quæ ſpeciale habent privilegium ad cauſas quoq; ante ſtudium motas, & pendentes. De Conimbricẽſi & Eborenſi dicemus latiùs lib. 7.

Studioſus coactus.

413 Hactenus de ſucceſſore univerſali: modò de ſingulari breviter diſſeramus. In hac igitur difficultate Eſcobar cap. 51. benè reſoluit indiſtinctè, ſive lis cæpta ſit, ſive non, ſtudioſum omninò in ſuo Academico foro eſſe conveniendum, & conventurum. Quiſnam ſit ſucceſſor ſingularis, expoſuimus initio quæſtionis num. 406. Pars hujus reſolutionis, prout aſſirmat in lite non cæpta ſtudioſum ſuo foro potiri, ut conveniatur, & conveniat, ſuadetur ijſdem fundamentis, quibus id ſupra oſtendimus de ſucceſſore univerſali. Pars altera, quæ habet inſtantiam cæptam non comprehendere ſtudioſum, qui ſucceſſor ſingularis eſt, probatur vulgari regula, quæ ſtudioſo & alijs habetur communis, ſcilicet inſtantiam cæptam nõ tranſire in ſingularem ſucceſſorem, ut ex leg. 2. §. non ſolum de hæred. vel action. vendit. defendit Bart. in leg. ſi eum hominem, de verb. oblig. Abbas in cap. quia V. num. 10. & 11. de judic. Dec. ibid. num. 35. Tiraquel. de retract. §. 26. Gloſſ. 3. num. 26. Menoch. de retin. remed. 3. num. 816. Peregr. de fideicomm. art. 53. num. 28. Valaſc. conſultat. 160. tom. 2. Peguera deciſ. 118. Socin. conſil. 34. Anania conſil. 108. & Menoch. de conſervat. cap. 7. numero 334. apud quos invenies poſitæ regulæ quàm plurimas limitationes, & facilè dignoſces, an ulla earum ſtudioſo poſſit aptari. Eſcobar loco citato unam tantum forte procedere ſibi perſuadet, nempe ſi inſtantia cæpta fuerit nomine dignitatis, vel officij, ſive ab ipſo ſtudioſo, ſive ab anteceſſore.

Forũ ſucceſſoris ſingularis.

414 Mih

414 Mihi videtur poſitam reſolutionem dupliciter limitandam eſſe 1. quando in ſtudioſum res alienatur contra prohibitionem titul. de alienatione judicij mutan. cauſa facta. 2. quando ſimiliter alienatur contra prohibitionem titul. ff. & Cod. de litigioſis. In his enim duobus caſibus ſive reus, ſive Actor ſit ſtudioſus, fori privilegio non fruetur, ut in ſimili probant manifeſtè textus in leg. cum miles ff. de alien. judic. mutan. cauſ. cap. 2. eodem titul. l. Caſtellæ 47. verſ. e la una titul. 18. part. 3. Vbi Gregor. Gloſ. 3. Anton. Gom. tom. 2. var. cap. 2. num. 8. Rebuff. l. alienationis col. 2. de verb. ſignificat. & Gabriel lib. 3. com. titul. de fideicommiſſ. conc. 10. pag. 257. Illud conſtat fraudem, ſive dolum ab adverſario ſtudioſi, ideſt ab eo; qui alienationem impugnat, probandum, niſi in donatione, vel ceſſione gratuita, in qua fraus & dolus præſumitur; niſi inter patrem, & cæteras exceptas perſonas, latè Maſcar. concl. 558. 559. 814. & ſeq. ubi de conjecturis, & quæ ſufficiant num. 5. ad 8.

Fraus & dolus in donatione

QVÆSTIO IV.

In quibus cauſis, & caſibus amittatur forus Academicus?

415 HÆc quæſtio à nobis ſummatim exponenda, & decidenda eſt, decurſis varijs caſibus, in quibus maior aliqua difficultas ineſſe poteſt, an forus Academicus deperdatur? Sex præcipui veniunt in conſiderationem. Primus caſus eſt in reconventione, ſi v. g. ſtudioſus reum ultra diætas coram ſuo judice convenerit: nam tùnc poterit ipſe reconveniri. Ita Salicet. in Authent. Habita Cod. ne filius pro patre num. 25. Vide Bobadil. lib. 2. cap. 17. num. 128. & cap. 18. num. 262. Rebuff. de ſcholar. priv. 160. Secundus caſus eſt, ſi incidat ſtudioſus in crimen hæreſis, in quo amittere forum latè probat Eſcob. cap. 24. à n. 251. cap. 55. & cap. 56. num. 5. Vide D. Larreá diſp. 1. n. 37.

Fori Academici amiſſio quotuplex.

416 Tertius caſus eſt; in renuntiatione, vel ſubmiſſione, an per hanc ſaltem juratam, poſſit ſtudioſus fori privilegium deperdere? Reſpondet citatus Eſcob. cap. 56. à n. 1. probabilius eſſe non poſſe, neque expreſſè, neque tacitè ratione loci, delicti, vel rei ſitæ, vel alio quolibet modo. Quia (inquit) univerſo ordini, non ſingularibus, quà talibus forum cōceſſum eſt, ſcilicet non in favorem ſtudioſorū ſingularium, ſed generaliter in gratiam ſtudioſorum. Quod procedit etiam de renuntiatione vel ſubmiſſione jurata. Nam apud Salmantinos (addit) deciſio text. in cap. ſi diligenti de foro compet. qua juramenta in hanc rem interpoſita annullantur, ſpecialiter extenditur ad ſtudioſos: deinde Conſtit. 23. & concordia Regia approbatur. Vide Balboam cap. 1. quæſt. 1. de foro Comp. Vulteum l. 1. Cod. de juriſd. num. 128. & 168. Oſſual. lib. 17. com. cap. 10. lit. N. & cap. 20. lit. k. ubi quod hæc ſententia uſu moribuſque recepta, licèt contraria jure probabilis ſit, quam ſequitur Donel. d. Auth. Habita à num. 25. & pro ea eſt l. 7. titul. 31. p. 2. verſ. Otioſi. Imò nec ipſe judex Academicus conſentire poterit hujuſmodi renuntiationi, quia privativus eſt ex traditis à Petro Barb. l. 1. art. 4. à num. 48. & Auguſt. Barb. de poteſt. Epiſcop. alleg. 124. num. 7. Oppones, dantur caſus, in quibus ſtudioſus privilegio fori renunciat tacitè; v. g. ſi negotium, vel adminiſtrationem exerceat; ergo poteſt renunciare expreſſè. Reſpondet Eſcob. citat. n. 4. id jure ita cautum eſſe, quando alia cauſa in ſpecie cōcurrit ſtudij ratione potior, vel in pœnam ſtudioſi alijs negotijs ſe immiſcētis: exempla ſunt vulgaria in clerico & nobili. Nec novum videri debet ut multa fieri poſſint tacitè, quæ fieri nequeunt expreſſè. Hæc paucis hic ſufficiat perſtringi: cum de renunciatione privilegij latè dixerimus diſp. 1. quæſt. 7.

Fori renuntiatio

417 Quartus caſus eſt, in ſtudioſo clerici occiſore, quem patrato clericidio, quamvis ſit Doctor, vel eques militaris ordinis, poſſe per judicem Eccleſiaſticum inſignibus Doctoratus, vel militiæ privari, & cōſequenter forum amittere, tradit Bobadil, lib. 2. polit. cap. 17. num. 86. At videtur decipi, ut rectiùs tradit Eſcob. num. 8. quia jura, & authores ab eo allati nil tale probant; ſed ſolum clerici occiſorem fieri de foro Eccleſiæ, ſi laicus ſit: ex quo id ſolum poteſt inferri, clericidam laicum, ſi ſtudioſus ſit, eſſe puniendum ab Academiæ Conſervatore Eccleſiaſtico, & non à Regio: quo eventu appellabitur ad ſuperiorem, cujus juriſdictionem exercuiſſe cōſtabit. Si autem ſtudioſus clericida fuerit clericus, nō opus eſt dicere forum cōtrahere, quod jam habet Eccleſiaſticum in Academia ratione ſui clericatus, & ſtudioſitatis, & perperam aſſeretur forum amittere; ergo à judice Academicæ, qui ſuis Ordinarius Eccleſiaſticus eſt, punietur.

Clerici occiſor an forum amittat.

418 Quintus caſus eſt, ſi unus ſtudioſus interficeret alium ſtudioſum, vel delinqueret contra profeſſionem, aut contra conſtitutionem. Tunc enim forum deperdere teſtatur Platea l. 3. Cod. de curioſ. & ſtationar. lib. 12. addens idem procedere in ſtudioſo inhoneſto. Hæc tamen doctrina ſic abſolutè prolata meritò diſplicet Alphonſo de Eſcobar capit. 56. à numer. 10. Vide

Homicidium alterius ſtudioſi (?) lans.

videtur limitanda, ut verum habeat, quando pœna amiſſionis fori imponitur per legem, aut ſtatutum, ut inſinuat Gregor. Lopez l.43. gloſſ. uſare titul.18. p.3. Acciperem inſuper poſitam doctrinam, ut judex ipſe Academicus poſſet ſtudioſum nimis inhoneſtum, & ſcandaloſum foro privare ut indignum. Sicut enim poteſt alias infligere pœnas, & ſpoliare alijs privilegijs, ita poteſt foro privare. Verùm ante ſententiam ... potietur. Imò fere ſemper poſtulabitur hæc ſententiæ qualitas, ad ipſumque judicem Academicum pertinebit hoc declarare, ut magis conſtabit ex ijs, quæ de poteſtate & juriſdictione Conſervatoris tradituri ſumus lib. 7. Et juxta hanc notationem oportet accipere plures caſus, de quibus Horatius Lucius in privilegijs ſcholar. & Eſcob. c.37. à n.37.

Forum amittent ex crimine reſiſtẽciæ.

419 Sextus & ultimus caſus inter omnes celeberrimus eſt deductus ex l. Caſtellæ 25. tit.7. lib.1. Recopil. in ſtudioſo reſiſtente judicibus Regijs, de quo videndus eſt Narbon. ibid. & fuſiſſimè in l. 20. titul.1. lib.4. gloſſ.18. per tot. Circa quod Eſcob. cap.56. obſervat.1. ſtudioſos clericos ob factam reſiſtentiam ſeculari judici quantuncunque qualificatam non perdere fori privilegium, niſi ut capi poſſint, & ad judicem Academicum remitti, vel ut in pœnis pecuniarijs mulctari valeant, ut ex l. addictos C. de Epiſcop. audien. & cap. Romana de pænit. in 6. notat Bobadill. l.2. cap.18. num. 84. Quid ſi judici Eccleſiaſtico reſiſtat ſtudioſus laicus? Poteſt affirmari ſaltem in Academia Salmanticenſi idem dicendum eſſe, ac ſi clericus ſtudioſus alij judici Eccleſiaſtico reſiſteret, & neutro caſu forum amittere ob citatam Conſtitut. 23. ubi neque ratione delicti rei, vel cauſæ forus amittitur. Accedit citata lege Regia ſolum excipi reſiſtentes Regijs judicibus; ergo ſecus in Eccleſiaſticis. Iure tamen communi attento forſan diſtinguendum eſſet juxta Narbon. d. gloſ.18. à n.36. quòd ſi injuſtè reſiſteret ſtudioſus, forum amitteret: ſin autem juſtè, foro potiretur. Obſervat 2. ſtudioſum reſiſtentem judici Baronis, aut Comitis, & ſimilium non amittere forum, ut in ſimili latè probat Narbon. à n.42. & n.100. adjungit quid dicendum ſit in judicibus per populum electis.

QUÆSTIO V.

Qualiter ſe habeat in ſtudijs; & ſtudioſis privilegium carceris, & non carcerationis?

Carcer neceſſarius in repub.

420 ALiud eſt in ſtudijs generalibus privilegium habendi carcerem, in quem ſtudioſi poſſint conjici, aliud privilegium in ipſis ſtudioſis, ne pro debitis, repræſalijs, alijsve hujuſmodi in carcerem conjiciantur. De utroque nobis diſſerendum eſt. Quod attinet ad primum, ventrem, & inteſtina corporis politici eſſe carceres, proindeque in media Urbe conſtruendos ex Platone, & Livio tradit Simancas de Repub. lib.8. cap.24. pag.471. Hinc olim Ancus Martius Numæ Pompilij nepos ex filia, Romanorum Rex, ad terrorem creſcentis audaciæ primus omnium carcerem ædificavit in media Urbe ad forum, ut poſt Livium lib.1. narravit Polidor. Virg. de invent. rerum lib.2. cap.3. Stephanus Vibandus in annal. magiſtr. Populi Rom. lib.1. pag.40. & Frater Romanus lib.5. de Republ. Gentil. Finis ædificādi carceris fuit duplex; alter ad cuſtodiendum, & cōtinendum homines, & hic præcipuè jure civili intentus, ut docent Bald. in l. incredibile C. de pœn. Follet. in praxi crimin. 1. p. ſecundæ partis verſ. vel carceretur num.1. & Bonius in pract. tit. de carcer. init. alter ad puniendum, ſeu ut delinquens detruderetur in pœnam, & hic jure Canonico inventus, cap. quanvis, de pœnis in 6. & cap. Tuæ, de pœn. Aldret. de Relig. diſcipl. tuend. lib.1. cap.10. num.2. Brunus lib.5. de hæret. cap.12. Zanchin. tract. de hæret. cap.10. & Bernar. Camenſis in lucerna verbo Carcer. Quare ex diſcrimine hujus duplicis finis (ut rectè monet Petrus Gregor. lib.2. de Repub. cap. 7. num.3.) curabunt rectores urbis carceres ædificari idoneos muneri, ad quod deputantur: ut qui ad cuſtodiam tantum, veluti pro debitoribus detinendis, vel reis non probatis exaudiēdis, non ita ſint duri ac ſeveri, ac illi qui deputantur punitioni leviorum criminum: nec iſti qui ad levem caſtigationem, tam horridi ſint, ac illi qui ad grave ſupplicium extruuntur. Nō enim debet ibi eſſe pœna, ubi delictum non eſt. Cap.2. de conſtitur. leg. Sancimus ff. de pœnis. Deinde non debet pœna excedere qualitatem delicti. l. reſpiciendum ff. de pœnis.

421 Difficultas eſt, utrum Academia eo ipſo quòd fundata eſt, poſſit habere peculiarem carcerem, in quem magiſtratus Academici jubeant ſtudioſos detrudi, an ad habendum peculiarem carcerem, indigeat ſpeciali privilegio? Videbitur alicui ex ipſa generali ratione, ſeu inſtitutione carcerem deberi, & competere Academiæ, eo modo quo illi debetur, & competit tribunal: nam judices Academici habent juriſdictionem, & poteſtatem coactivam ad puniēdum: punitio autem cōmodè exerceri nequit abſque medio, ſeu inſtrumēto apto pro cuſtodiendis, & caſtigandis ſontibus; qualis eſt carcer; ergo hic competit Academiæ abſque ſpeciali privilegio. Confirmatur, nam Epiſcopus eo ipſo quòd habet tribunal, poteſt & debet habere carcerem pro ſuis ſubditis detinendis ac puniendis: ſimiliter Inquiſitores peculiares, in quos tam pro cuſtodia, quam pro *Carcer Academicus.*

pœna

pæna detrudunt Eccleſiaſticos, & ſecalares, ut videre eſt apud Feliciaqum de Oliva parte 2. de foro Eccleſ. q.1. num.16. & 17. ergo idem dicendum erit de Academia habente ſuum tribunal.

422 Nihilominus mihi videtur oppoſitum, ſcilicet nõ poſſe Academiam habere peculiarem carcerem, niſi ex ſpeciali privilegio, & conceſſione ſupremi Principis. Probatur, nam jus ædificandi, & habendi carceris ita publicum ac ſublime eſt, ut inter regalia, ſeu ſpecialiter competentia Regi, ac ſupremo Principi numeretur à Petro Calliſto Ramirez tract. de lege Regia §.16. num.3. citante pro ea ſententia Farinacium conſ.51. num.2. Vnde Petrus Greg. de Repub. lib.2. cap.7. num.2. ex l. unica Cod. de privatis carcer. dixit carceres ita eſſe juris publici, ut ſine publica authoritate conſtrui, aut haberi non poſſint, citra læſæ majeſtatis crimen. Accedit, quòd habere carcerem, in quem conjiciantur delinquentes, pertineat ad merum imperium, ut ex l. imperium ff. de juriſd. omn. jud. tradit citatus Oliva n.14. ergo non poteſt ædificari carcer, & haberi, niſi ex ſpeciali ſupremi Principis privilegio. Neque obſtant adducta in contrarium, quia imprimis ex præcita ratione poteſtatis coactivæ, imò & tribunalis erecti ad puniendum, non ſequitur dandum eſſe ſpecialem, ſeu peculiarem carcerem: ſufficit enim carcer communis, in quo tribunal multiplex, & quodlibet de novo erectum jubeat ſontes detineri, & puniri. Exemplũ de Epiſcopo, & Inquiſitoribus non urget: quia jure communi Pontificio illi habent carcerem, ſcilicet Epiſcopus text. expreſſo in cap. Cum Epiſcopus, de officio Ordin. in 6. & ibi Gloſſ. Gemin. & Franc. Inquiſitores vero text. expreſſo in Clem. 1. §.1. & 2. de hæreticis, at nullus eſt textus juris communis, qui ſtudijs generalibus carcerem peculiarem concedat. Supereſt igitur ut quæcunque Academiæ habentes carcerem peculiarem, eum vendicent ſpeciali privilegio. De carcere Academiæ Conimbricenſis, & Eborenſis diximus ſupra diſp. 2 quæſt. 4. num. 339.

Carcer inter regalia.

423 Quod attinet ad ſecundum privilegium, ſcilicet non carcerationis ſtudioſis competen[tis, d]ubium eſt 1. an ſtudioſus dum in ſtudio verſatur, habeat privilegium ne pro civili debito capiatur, & mittatur in carcerem? Reſpondeo affirmativè. Probatur, quia ſcholaſtici ſuis privilegijs ſi non prævalent, ſaltem æquivalent militibus, ut latè oſtendi ſupra num. 316. ſunt enim ſcholaſtici non minus utiles, & neceſſarij Reipublicæ, quàm milites, ut defendunt communiter authores ex l. advocati Cod. de advoc. diverſ. judic. & Rebuff. in interpretat. Auth. Habita, verbo Informatur: ſed miles, qui in militia verſatur, eo privilegio gaudet, ut conveniri non poſſit pro debitis, niſi in id quod commodè poteſt facere, ut ex l. miles in princ. & l. item miles ff. de re judic. tradit Molina tom.2. diſp.571. §. Miles. qui autem (ut ibidem exponit) ſolum tenetur ſolvere quantum commodè facere poteſt, ita ut non egeat, utique neque in carcerem pro eo debito conjici poteſt; ergo ſimiliter ſcholaſticus non videtur pro civili debito poſſe capi, & in carcerem detrudi. Fateor hanc rationem non convincere: quia in materia odioſa privilegiorum ſimilitudo, imò identitas rationis non facit privilegiatum: verùm quia mihi perſuadeo cõſuetudinẽ obtinere, ne ſcholaſticus carceretur pro illo debito; ratio adducta talem conſuetudinem facit rationabilem.

Carceratio ſtudioſi pro debitis.

424 Dubiũ eſt 2. Vtrùm ſcholaſticus capi & carcerari poſſit pro repræſalijs? Nota cum Molina tom.1. diſp.121. §. confirmati repræſalias, quas aliqui marchas, alij caſtè loquentes impignorationes vocant, tunc dari, quando aliquis aut aliqui de aliena Republica damnum intulerunt, & neque ipſi volunt ſatiſfacere, neque ſupremi moderatores Reipublicæ admoniti compellunt illos ſatisfacere: tunc enim eo ipſo Reſpublica in ſuo Principe aut moderatoribus culpam contrahit, faſque proinde eſt Principi, cui ſubditus eſt is, qui injuriam eſt paſſus, concedere illi, aut alijs ſuis ſubditis, ut faciant repræſalias, ſeu impignorationes in bonis ſubditorum alterius Reipublicæ uſque ad debitam compenſationem; eſto illi quorum bona occupantur, in culpa nõ fuerint. Reſpondeo igitur ſcholaſticum non poſſe capi pro repræſalijs. Ita Bart. in tract. de repræſal. quæſt. 7. Albericus in tractat. ſtatut. 2. parte q.133. Bald. in Authent. Habita num. 4. Rebuff. ibid. ad rubra illa Nec ob alterius, & ſcholar. priv. 150. & Petrus Barb. ad l.2. §. legatis num.348. de judicijs. Sumitur ex Auth. Habita C. ne filius pro „ patre, ibi: Nec ob alterius cujuſcunque pro„ vinciæ delictum, ſive debitum. Ex quibus verbis Rebuff. ibidem non ſolum infert non poſſe ſtudioſum capi pro repræſalijs, ſed etiam nec unum ſcholarem pro alio, conſentiente l. Sancimus C. de pœnis juxta quam delicta ſuos authores tenere debent. Accedit quòd peregrini habent privilegium ne poſſint capi pro repræſalijs, Authen. Omnes peregrini C. communia, de ſucceſſion. eſſe autem peregrinos ſcholares conſtat ex Auth. Habita ibi: Qui amore ſciẽtiæ exules facti. Vide Petrum Greg. de Republ. lib.18. cap.7. num. 13. & Auguſt. Barb. in Cod. to.n.1. pag.41. col.1. num.20. Dictum privilegium extendit Petrus Barb. ſtat. num. 349. ad patrem qui filium in ſtudio viſitat, & ad nuncium, qui propter aliquam probabilem cauſam mittitur ad ſcholarem, ne ſcilicet pro repræſalijs capi poſſint. Addit tamen num.350. & 351. licet prædicta vera ſint in terminis juris communis, ut hîc tradit Angel. num. 3. & Bart. tract. de

Repræſalia quid.

Captura pro repræſalijs.

Digitized by Google

repræſal.q.7.n.7. tamen ut ipſi teſtantur, conſuetudine generali non obſervari, ſed indiſtinctè omnes capi pro repræſalijs, præter legatos publicos, quibus parcitur ob rationem expreſſam l.fin.ff.de legation.

Captura ſcholaſtici intra ſcholas.

425 Dubium eſt 3. Utrum ſcholaſticus capi poſſit ad carcerem, quâdiu eſt intra ſcholas? Rectè negat Rebuff. privil.102. Sumitur ex l. plerique ff. de in jus vocan. ubi domus eſt cuilibet tutiſſimum refugium: domus autem ſcholaſticorum eſt ſtudium, ſeu ſchola nõn tantum Theologorum, & Iuriſtarum, ſed cujuſcunque alterius facultatis. Sumitur deindè ex cap.id conſtituimus 17. q. 4. ubi domus Epiſcopi habet immunitatem; ergo ſimiliter ſtudium. Sumitur tandem ex eo quòd ſtudium gaudet immunitate ex conſuetudine. Vide tex.in cap.quiſquis, & cap.conſtituit 17. q.4. quòd quis non poteſt capi in clauſtro, à fortiori nec in ſtudio. Accedit ratio, quia ſtudium non eſt locus aptus ad capiendum ſcholarem: cum propter ſtudioſorum frequentiam poſſit ibi oriri ſcandalum, & excitari tumultus, propter quem vitandum, crimen aliquãdo remanet inultum cap.latores, de clerico excommun. miniſtr. Hoc tamen limita, ut non procedat in criminibus hæreſis, & læſæ majeſtatis: quia tunc poteſt dici, Ab altari meo evelles eos, ut moriãtur cap. 1. de homic. item in atrocitate criminum, de quibus cap. cum ſecundùm leges, de hæretic.in 6.& l.quiſquis C.ad leg.Iul.majeſt. Monet verò Rebuff. d.priv.102. ad finem, cautius, & tutius eſſe expectare captionem extra ſcholas etiam in criminibus his enormibus, dummodò alibi commodè fieri poſſit. Alioqui ubicunque capi poteſt, ac debet ſcholaſticus, etiam in ſcholis, non tantum pro criminibus atrocibus, quæ numeravimus, & alijs ſimilibus, ſed etiam ſi ſit ſuis rebellis Doctoribus, & tunc omnes alij (addit) deberent eundem à ſcholis explodere, ut pæna illius eſſet metus multorum l.1.C. ad l.Iul. repetund.

QUÆSTIO VI

Qualiter ſe habeat privilegium hoſpitationis, vulgò apozentadoria?

Hoſpitatio ſcholarium.

426 Quod ſcholares jure communi, ac præciſo ſpeciali ſtatuto vel privilegio, habeant jus hoſpitationis, apozentadoriæ, ut nempè incolæ civitatis, in qua ſunt ſtudia generalia, poſſint compelli ad præbendas domos pro ſcholaribus excipiẽdis, tradunt unanimiter juris interpretes, & multis citatis Gratianus diſcep.foren. tom.2. cap.357. n.24. Durrhas reg.213. Rebuff. ſchol.priv.7. Pet. Barb.7.parte legis primæ num.51. ff.ſolut.mar. & Auguſt.Barb.tom.2.in collect.ad lib.4.Cod. tit.de locato & cond. l. ne cui num.25. Ratio eſt, quia in ſtudio, & ſcholaribus utilitas publica verſari dicitur, Gloſ.fin. l.1. C.de ſtudijs liberal. Urbis Romæ, quod probat l.1. Cod. qui ætate ſe excuſant lib.10. Nam virorum peritorum ſcientia Reſpublica meliùs adminiſtratur §.fin.in proœm. Inſtit. §. diſcipuli in proœm. Digeſti veteris: deinde ſapientia ſtudioſorum illuminatur univerſus orbis, & vita ſubditorum informatur ad obediendum Deo & Principi, Auth.Habita C. ne filius pro patre. at qui publica utilitas præferri debet utilitati merè privatæ, auth.res quæ Cod. communia de legatis. ergo pro excipiendis ſtudioſis, etiam cùm incommodo incolarum præſtandæ ſunt ædes idoneæ.

Domus locatio ſcholaribus.

427 Prima difficultas eſt, an dominus ædium poſſit compelli ad eas locãdas ſcholari? Videtur negandum ex l. licitatio §.1.ff.de publica. l.ſi cum hermes, & l.invitos. C.locati, in quibus ſtatuitur nullum dominum invitum teneri rem ſuam alteri locare. Nihilominus affirmandum eſt, cum authoribus numero præcedente citatis, quibus adde Iaſonem l.1.num.48.ff.ſolut.matr. Socinum reg.436.nu. 36. Leſnaudetium tract.de Doctor.2.part.§.27. Panorm.in cap.1.n.6.de emptio, & vend. & ad l.1.ff.ſolut.mar. Ripam num.142. & Põtaneum num.99. Et quanvis loquantur de Doctoribus, idem procedit (inquit Rebuff.privil.7.) de ſtudioſis. Cum enim in ipſis militet eadem ratio, quæ eſt publica utilitas, idem jus erit ſtatuendum juxta l.illud ff. ad leg. Aquil. & l.1. §.1. ff. de fonte, & l.ſi poſtulaverit §. ratio ad leg.Iul. de adult. Confirmatur, quia non minùs verſatur publica utilitas in eo quòd ædes idoneæ locentur ſtudioſis, quàm in eo quòd civitas habeat locum ſeparatum ad collocandum infectos peſte, & locum, in quo erigantur furcæ, & ſuſpendantur delinquentes: at qui ob publicam utilitatem poteſt compelli dominus ad vẽdendum; vel locandum aptum locum pro recipiendis peſte infectis, argu. l. ſi quis ſepulchrum §.1.ff.de religio. & ſump.funer. deinde poteſt compelli dominus, ut vendat fundum, quo erigantur furcæ.notat.in l. Imperium ff.de juriſd.omn. judic. ergo poſſunt compelli domini ut ſuas ædes locent ſcholaribus.

428 Secũda difficultas eſt, an præcedẽs reſolutio locum habeat in quibuſcunque ædibus, an ſolum in locari ſolitis? Quòd ſolum procedat in ædibus locari ſolitis, ex mẽte Bologneti l.1. num.232. ad fin. ff.ſolut. matr. tradit Petrus Barboſ.ibid.part.7.num.51. quaſi dominus compelli nequeat ad locandum ſcholaribus eas domos, quas locare non conſuevit. Hanc reſolutionem ego intelligo, & admitto,

quando

quando ſcholaſticus habet aliũde ædes accommodas, in quibus aquè benè ex locatione, donatione, vel alio titulo habitare poteſt. Nam ſi alibi idoneam habitationem non inveniat, dominus compelletur locare illi ſcholaſtico etiam domos locari non ſolitas, ne patiatur detrimẽtum publica utilitas, arg. l. decernimus C. de Epiſc. & cler. & l. 2. §. juris civilis in fin. de orig. juris, & ita Iaſon l. 1. ff. ſoluto matr. nu. 48. poſt Bart. nu. 30. Et in hoc ſenſu videtur ſupponere Bolognin. Auth. Habita nu. 369. dominum eſſe expellendum à proprijs ædibus, ſi ſcholaris indigeat.

Scholaris præferentia in cõductione ædium.

429 Tertia difficultas eſt, Vtrum ſcholaris in conductione ædium debeat alijs conductoribus præferri? Vt initio quæſtionis monui, procedit difficultas ſpectatio jure communi, in qua Valaſc. de emphyt. q. 24. nu. 2. verſ. rurſus partem negativam tenet, affirmans ſcholarem in domibus conduci ſolitis, nõ præferri alijs conductoribus; & adducit textum in cap. 1. de locato, ubi fuit neceſſarium condere ſtatutum in favorem ſtudioſorum, ut alijs præferrentur conductoribus; atque adeo ex hujuſmodi deciſione videtur apertè inferri, quòd ceſſante ſtatuto, aliud eſſet dicendum de jure communi, nempe non dari præferentiam.

Nihilominus pars affirmativa communis, & vera eſt, ſcilicet ſcholares in re conducta præferri pro eodem pretio. Ita Ioan. de Platea in l. ſi tempora C. de fide inſtrum. & jure haſtæ fiſc. lib. 10. & in l. congruit C. de locat. præd. civil. lib. 11. Miſing. obſerv. 23. n. 3. centur. 4. Maotuan. conſ. 48. n. 3. lib. 1. Alber. & Salicet. ad l. ne cui C. locati Margarita verbo ſcholaris q. 2. Iacobus Rebuff. in d. l. congruit, Petrus Rebuff. priv. 9. Duenhas regula 213. ver. amplia 3. Boer. deciſ. 107. in prin. Vincent. de Franchis deciſ. 406. n. 8. Anton. Gom. tom. 2. var. cap. 3. n. 5. Stephan. Gratian. diſcep. for. cap. 357. n. 24. Petrus Barb. l. 1. ff. ſolut. mat. p. 7. n. 51. & Auguſt. Barb. tom. 2. collect. in lib. 3. decret. cap. ex reſcripto 1. n. 2. & tom. 2. ad l. ne cui, de locato nu. 25. Quanvis enim dominus finito tempore locationis non poſſit compelli domum relocare eidem conductori, ſi nolit, ſed poteſt locare cui voluerit, d. l. ne cui C. locati, & l. nemo, eod. tit. hoc tamen fallit in ſcholaribus: nam ſi ipſi velint pro locatione domus, vel cubiculi tantum præſtare, quãtum dominus invenit in alijs, veniunt præferẽdi, ut ex l. fin. C. de locat. prædior. civil. lib. 11. tenet ibi Gloſ. & ex cap. ex reſcripto 1. de locat. & condit. tenet eadem Gloſſ. verbo manet.

430 Ad fundamentum, quod affert Valaſc. ex cap. 1. de locat. facile reſpondetur cum Petro Barboſ. citato n. 52. quia in eo textu (inquit) prohibentur Doctores, vel ſcholares conducere ædes locatas alijs Doctoribus, vel ſcholaribus, illis invitis, ut ibi notat Gloſ. 2. & Rebuff. par. 10. & hoc quidem ſub pœna excommunicationis, ad quod fuit neceſſarium ſtatutum, nam eo ſemoto privilegiatus adverſus pariter privilegiatum non uteretur dicto privilegio l. ſed & milites ff. de excuſ. tutor. noſtra autem reſolutio ex vi juris communis ſolum procedit de præferentia ſcholarium reſpectu non ſcholarium. Accedit quòd prædicta pœna excommunicationis, ad quam fuit neceſſarium ſtatutum, non comprehendit locatorem Gloſſ. 2. d. cap. 1. de locat. & ibi Panorm. n. 13. Deinde hujuſmodi pœna ſolum habet locum in Academia Bononiẽſi, & nõ in alijs, cõtra Doctores & ſcholares, qui cõducunt domos alterius Doctoris, vel ſcholaris ante finitam locationem, ſine ejus conſenſu, ut videre eſt apud Gambar. de caſib. reſerv. cap. 9. n. 5. verſ. tertia, Rainer. in Caral. cenſ. extra Bull. cap. 8. excom. 15. Navar. in Manu. cap. 27. nu. 114. verſ. 4. Suar. tom. 5. in 3. p. diſp. 23. ſect. 3. num. 3. & Filliuc. tractat. 14. numero 49.

Excommunicatio conducentis domũ ſcholaris.

Cõductor ſcholaris an præferẽdus ſcholari cõductori.

431 Pro maiori declaratione præcedentis difficultatis, rogabis 1. an poſita reſolutio procedat, ut etiam non poſſit expelli finita locatione antiquus conductor ſcholaris, ut admittatur alius ſcholaris? Negat Aug. Barb. tom. 2. in collect. ad lib. 3. Decret. cap. ex reſcip. 1. n. 2. de locat. & conduct. juxta reſoluta (inquit) p. D. Barb. ad l. 1. p. 7. num. 51. ff. ſoluto matr. & Caroto. de locato par. 3. tit. de libertate d. l. ne cui q. 1. n. 15. quaſi dicant noſtram reſolutionem eſſe intelligendam, quando antiquus ſcholaris vult præferri novo conductori non ſcholari; ſecus, quando & antiquus & novus conductor domus ſunt ſcholares: quia tũc dominus poterit eandem locare, cui voluerit. Rogabis 2. ſi ſcholares diverſæ facultatis eandem domum conduxerint, quis illorum debeat in tali conductione præferri? Videtur præferẽdus qui nobiliori vacat facultati, videlicet Theologus omnibus, mox Canoniſta, deinde Legiſta, tandem Medicus, juxta ea quæ de excellentia Academiarum, & facultatum tradidimus lib. 1. diſp. 4. q. 3. Melius tamen ſatisfacit quæſito Rebuff. priv. 9. §. Quæro aſſerens primum conductorem præferendum omnibus etiam Theologis, licèt ipſe non ſit niſi Philoſophus 1. quia Theologus privilegiatus non utetur privilegio contra parem privilegiatum, Auth. Quas actiones C. de ſacroſ. Eccleſ. ubi plenè Bart. & alij, 2. quia Theologus & quivis alius ſcholaſticus eſt prohibitus locare, quandiu alius ſtudens tenet domum ex locato. Privilegia enim ſunt æqualiter in omnibus ſcholaribus, ita ut maioritas facultatis non præſtet maioritatem privilegij illius ſtudioſis.

Conductoris ſcholaris è domo expulſio.

432 Quarta difficultas eſt, Vtrum finito tempore locationis, poſſit dominus è ſua domo expellere ſcholaſticum iterum conducere volentem? Videtur affirmandum

ſecun-

ſecundùm regulam generalem l.ne cui C.locati,& l.nemo cod.tit. & idem dicendum poſt finitam emphyteoſim, locationi valde affinem, aſſeverat Roman.conſil.212.poſt Barbat.ad cap.1. col.penul.de locato, & Bart. ad l.1. §.permittitur ff. de aqua quotid. & æſti. Quaſi liberum ſit locatori, finita locatione, de re ſua ad libitum diſponere. Nihilominus hoc fallere in ſcholaribus domorum conductoribus, rectè defendunt Petrus Barb.ad l.1.p.7.n.51. ff. ſolut. matr.Rebuff.citat.privil.9.init. Ioan.Andr. in cap.1.de locat. & Dueñas regul.213.amplia 3. aſſerentes non poſſe locatorem finita locatione regulariter expellere à domo ſcholarem invitum. Ratio eſt, quia juxta ea quæ ſupra reſolvimus difficult.3. ſcholaris abſolutè habet in conductione ædium privilegium prælationis, ut nempe præferatur alijs conductoribus non ſcholaribus: deinde juxta reſoluta in prima difficultate, dominus poteſt compelli ad locandas ædes ſcholari; ergo finita locatione ſcholaris invitus expelli nequit. Dixi (regulariter) quia poſſunt dari caſus,& cauſæ, in quibus dominus ſcholarem renitentem poſſit expellere. Quænamverò ſint hujuſmodi cauſæ, diſcutiemus quæſtione ſequenti.

433 Circa hactenus dicta obſervabis 1. cum Petro Dueñas regula 213. nu. 5. quæ diximus de conductione unius domus, habere locum in conductione unius cubiculi, vel cameræ, ut ſi quis habeat plures cameras vacuas, teneatur unam locare. Fit enim bonum argumentum de toto ad partem l. quæ de tota ff. de rei vẽdicat. cap.paſtoralis in §.1. de offic. deleg. Obſervabis 2.in prædicta locatione ædiũ non eſſe liberum domino imponere pretium pro ſua domo locanda, ſed illud taxandum eſſe à miniſtris publicis. Quinam verò miniſtri debeãt taxare?Petr.Barb.cit.n.51. dicit taxãdũ eſſe per civitatẽ, intellige per gubernatores, vel eos quibus illi talem curam demandaverint. Dueñas cit.num.2. Panorm.in cap.1.de locat.& Ripa in l.1.num.141. ff. ſolut.matr. dicũt pretium illud taxãdum eſſe à Rectore Academiæ, niſi eſſent aliqui officiales per Academiam deputati ad hoc, ſicut teſtatur ipſe Dueñas ibid. deputatos eſſe in Salmãticẽſi,& nos ſcimus deputatos eſſe in noſtris Conimbricẽſi,& Eborẽſi. Obſervabis 3. cum Petro Barb. citato num. 53. quòd prout in cauſa dotis proceditur ſummariè,& in diebus feriatis, pariter etiam in cauſis ſcholarium, ſive ſint cauſæ cõducẽdarum domorum, ſive aliæ, procedetur prædicto modo, ne impediatur publica utilitas. Panorm.cap.fin.de jud. & Rebuff.priv.4.

Pretium taxandũ in locatione.

Procedẽdi modus in cauſis ſcholarium.

434 Quæ de cõductione ædium hactenus tradidimus, procedũt ſpectato jure communi. Quid verò jure ſpeciali, ſeu municipali Academico habeatur, alij de ſuis afferẽt Academijs, nos pauca ſubjiciamus de noſtris. Circa Conimbricẽſem, quid poſſit Rector Academiæ, & quid debeat præcipere, traditur lib.2.ſtatut.tit.20.num.6. his verbis:

Apozentador in Conimbricenſi Academia.

¶ Mandarà apozentar os Lẽtes, & peſſoas della (intelligit Vniverſitatem) cõforme aos ſeus privilegios,& o Apozẽtador darà as caſas às peſſoas, que o Reitor por ſeu mãdado prover, & eſtãdo pejadas, as farà deſpejar em termo de tres dias: & mãdo ao Meirinho da Vniverſidade, ou a qualquer outro da cidade, a quem o Apozentador mãdar deſpejar as taes caſas, cumpra em tudo ſeus mãdados, & as dem deſpejadas no dito termo de tres dias, & não o cumprindo aſſi, o Reitor com o dito Apozẽtador os poderà caſtigar com as penas que lhe parecer, & ſuſpẽdelos dos officios atè minha merce: & todo o ſobredito ſerà sẽ appellação, nẽ agravo. Eodem lib.titulo 31.de taxatoribus, & hoſpitatore multa habẽtur de privilegio hoſpitationis num. 7. ¶ Pera ſe ſaber as caſas que andão de aluguer em toda a cidade, tanto que os Taixadores forem eleitos, o Eſcrivão das taixas terà cuidado de fazer hum livro à cuſta da Vniverſidade, aſſinado,& numerado pelo Cõſervador: em que eſcreverà todas as caſas que ſe coſtumão alugar, declarando cada rua, & bairro ſobre ſi,&c. Et num. 8. ¶. Eſtãdo algumas caſas pejadas com quaeſquer peſſoas que ſejão, não ſendo proprias, poſto que ſeja privilegiado de qualquer privilegio que ſeja (não ſendo privilegiado da Vniverſidade) o Apozẽtador por mãdado do Reitor lhes mãdarà logo deſpejar: & dos tres mãdados não averà appellação, nem agravo. E qualquer Meirinho,&c. E num. 15.

¶ Os eſtudantes, & mais privilegiados da Vniverſidade poderàm tomar de aluguer conforme a ſeus privilegios, todas as caſas da dita cidade,& arrabaldes, ainda que eſtem alugadas por tempo de dez annos pera cima; porque em favor da Vniverſidade, pera eſte effeito hei os taes arrẽdamẽtos de dez annos por invalidos, & fraudulẽtos. E porem ſe alguma peſſoa tiver caſas em ſua vida pera nellas viver, não lhes poderàm ſer tomadas pera eſtudãte algum, ou privilegiado da Vniverſidade: ſalvo ſendo o preço de tal quãtidade, que ſignifique ſer aluguer, & não aforamento. Addit num.16. quandam limitationem, ſeu obligationem injunctam ſcholari, ne finito tempore locationis à domo conducta expellatur. ¶ Todos os privilegiados da Vniverſidade, que quiſerem as caſas, em que morão, por mais tempo, ſeràm obrigados, antes do dia de S.Miguel de Setembro, fazer ſaber aos donos das ditas caſas, como as querem o anno que vem: & não o fazendo aſſi, ſe deſpois do dito dia de S. Miguel o dono as tiver alugadas, não poderà o tal eſtudãte, ou privilegiado, que dellas ſahio, tornar a ellas contra vontade do dito dono, atè ſe acabar o anno porque as alugou.

435 Hæc

Digitized by Google

435 Hæc omnia, ſicut & reliqua, quæ in prædictis ſtatutis ſunt, obſervātur in Academia Eborēſi, in ijs, in quibus deficiūt ſtatuta peculiaria talis Academiæ. Vt nonnulla ſubjiciam de hoſpitatione, lib. 1. capit. 20. §. 6. ¶ Eſtando as ditas caſas pejadas com qualquer peſſoas (com tāto que não ſejão da meſma Vniverſidade) o Apozētador da cidade por ordem do Reitor lhas mandarà logo deſpejar, ſem de ſeus mādados aver appellação, ou agravo: & qualquer Meirinho, Alcayde da dita Cidade de Evora a que o dito Apozētador mādar deſpejar as ditas caſas dentro de tres dias cumprirà todos ſeus mādados. E vindo algũa peſſoa ou peſſoas com embargos, a não dar, ou deſpejar as ditas caſas, que o Reitor aſſi mandar dar, elle dito Reitor os remeterà ao Conſervador, pera q̃ os deſpache como for juſtiça. Et in §. 7.

¶ Nenhuma peſſoa de qualquer qualidade que ſeja alevantarà a mais o aluguer de ſuas caſas do que for ordenado pela taixa, que lhe for poſta, poſto que algũs eſtudantes, ou peſſoas da Vniverſidade, lhe queirão dar mais pelas ditas caſas, ſob pena de quem o contrario fizer, perder o aluguer da tal caſa, ou caſas do tal anno pera a arca da Vniverſidade, que o Syndico ſerà obrigado a requerer perante o Cōſervador, o qual o farà entregar ao eſtudante, ou peſſoas que nas taes caſas pouzarem, ſe ainda o não tiverem pago a ſeus donos, ou aos donos dellas, ſe os ja tiverem recebidos. Multa alia circa hoſpitationem vide in eodem capite.

QVÆSTIO VII.

Quas ob cauſas poſſit ſcholaris expelli a domo conducta?

Conductorem a domo expellendi cauſa.

436 DIximus num. 432. poſſe dari cauſas, ob quas dominus ædium cōductorem ſcholarē valeat expellere: inquirimus modò, quænam ſint hujuſmodi cauſæ? Veniunt in conſiderationem tres præcipuæ, nempe ſi domino ædium conductarum ſuperveniat neceſſitas utendi ſuis ædibus: ſi ſcholaris cōductor tempore debito nō ſoluat pretium, ſeu penſionam; ſi ſcholaris in domibus vivat nequiter, ſeu inhoneſtè. Tres igitur difficultates ſunt à nobis in hac quæſtione expediēdæ. Prima difficultas eſt, utrum ſuperveniens domino neceſſitas utendi ſua domo, ſit legitima & ſufficiens cauſa expellendi ſcholaſticum conductorem? Partem affirmativam in ſpecie tenent Valaſc. de jure emphyt. q. 22. num. 5. verſ. Amplia 2. Carot. de locato p. 4. tit. de recuſat. q. 2. num. 37. & Petrus Barb. ad l. 1. par. 7. num. 32. ff. ſolut. matr. Probant ex l. æde C. locati, & cap. propter §. verum, de locat. & Ordin. Luſit. lib. 4. tit. 24. §. 7. & ex communiſſima ſententia, quam defendunt Anton. Gom. tom. 2. Var. cap. 3. nu. 6. Molina de Iuſt. tract. 2. d. 499. num. 5. Rebuff. lib. 14. q. 10. num. 14. Leſſ. lib. 2. cap. 24. dub. 7. nu. 34. & Azor Inſtit. moral. p. 3. lib. 8. de locato cap. 8. q. 2 aſſerentes generaliter poſſe dominum ex ſuperveniente ſibi neceſſitate expellere cōductorem domus. Notant verò Valaſc. cit. q. 22. n. 5. & Rebel. dict. lib. 14. q. 10. num. 15. ut dominus poſſit expellere conductorem, debere neceſſitatem eſſe improviſam, nec antea cōgitatam, ut ipſe, vel ejus filius nuberet.

Neceſſitas domini ſuperveniens an ſit cauſa expellendi conductorem.

437 Negativam partem, ſcilicet non poſſe ſcholarem ex dicta cauſa expelli, defendunt Bald. in Auth. Habita C. ne filius pro patre, Ludov. Bolognin. ibid. num. 369. Ripa ad l. 1. n. 142. ff. ſolut. matr. Petrus Rebuff. privil. 8. Morla in empor. juris p. 1. titio. num. 26. Cevall. communium contra commun. q. 756. n. 43. Dueñas reg. 213. Ampl. 1. Emman. Barb. in remiſſ. ad Ord. Luſit. lib. 4. tit. 24. n. 7. & ejus filius Auguſt. Barb. tom. 2. collect. ad titul. de locato cap. propter ſterilitatem §. Verum, n. 27. Probāt, quia ſcholaris poteſt dominum compellere ad locandum ſibi, imò & illum expellere; ergo à fortiori expelli nequebit data domini neceſſitate. Confirmant, quia maior utilitas verſatur in ſtudio ſcholaſtici, quàm in occurrendo neceſſitati illius domini, ut notant juriſperiti ad l. 1. ff. ſolut. mat. & patet, quia publica utilitas præfertur privatæ l. utilitas C. de primipilo lib. 12. Vtilitas autem publica verſatur in ſtudioſis, quorum ſcientia mundus gubernatur, & illuſtratur. Accedit, quia dominus domus (ut inquit Rebuff. d. privil. 8.) cum ſit notus in civitate, faciliùs pro neceſſitate ſua inveniet domum inter cognatos & amicos, quàm ſcholaris exterus, qui nullos, vel valde paucos in civitate, in qua degit, habebit amicos, qui ejectum recipiant.

Expulſio inquilini ex neceſſitate domini.

438 Neutra ſententia, ut ſic abſolutè propoſita placet, niſi utriuſque authores patiantur cōciliari à nobis, nempe quòd prior affirmativa procedat, quando ſcholaris expellendus inveniat facile aliàs ædes, in quibus commodè habitet: poſterior negativa procedat, quando ſcholaris non eſt inventurus alias domos, & ob hoc cogetur deſerere ſtudium. Sic enim procedent utriuſque ſententiæ fundamenta, & perſpicuè intelligetur quomodo publica utilitas privatæ ſit anteponenda. Et juxta hanc conciliationem, quæ eſt ſecundùm jus commune, videtur intelligēdum etiam jus ſpeciale Academiæ Conimbricenſis, & Eborenſis: Illa enim lib. 2. tit. 31. num. 13. & hæc. lib. 1. ſtatut. cap. 10. §. 9. ſic habet. ¶ E por outra via não poderàm ſer tirados, poſto que o proprio dono diga que as quer pera ſy, ou pera filho, ou pera qual-

qualquer outra peſſoa: ſalvo moſtrando, que lhe ſobreveyo de novo caſo tal, que conforme o direito ſe lhe devem não intervindo niſſo malicia algũa, ou teima contra o morador da caſa, por lha fazer taixar, ou couſa ſemelhante. E em qualquer caſo, que o dono da caſa o fizer deſpejar contra vontade do morador, antes que ſe comece o deſpejo darà fiança de vinte cruzados, que viverà nellas por ſy dous annos ao menos: & não o cumprindo aſſi, perderà a dita fiança, a metade pera a arca da Vniverſidade, & a outra pera quem o acuſar. In eadem fere verba ſtatut. Eboren. loco citato.

Inquilini expulſio ex non ſolutio pretii.

439 Secunda difficultas eſt, utrum inquilinus, ſeu conductor ſcholaris poſſit expelli à domo, ſi non ſolvat pretium, ſeu penſionem tempore debito? In affirmativa hujus difficultatis reſolutione conveniunt authores, imprimis loquentes generaliter de quocunque inquilino Anton. Gabr. commun. lib. 3. de locato concl. 3. num. 2. Covarr. lib. 2. var. cap. 15. num. 4. Valaſc. de jure emphy. q. 22. n. 8. Ludov. Rodolphin. concl. 1. num. 4. Seraph. de privileg. juram. priv. 13. num. 20. Morl. tit. 10. in prælud. n. 31. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 1. tit. 13. num. 25. Aldovin. conſ. 69. num. 59. Azor par. 3. lib. 8. de locato q. 2. verſ. quorum prima. Molina de juſt. tract. 2. diſp. 499. num. 2. Rebell. de de juſt. lib. 14. q. 10. num. 1. Leſſius lib. 2. cap. 24. dub. 7. num. 32. & in ſpecie de inquilino ſcholari poſt Angelum tradit Iaſon Auth. qui rem num. 15. Cod. de ſacroſ. Eccleſ. Morl. d. tit. 10. in præſud. num. 25. in fin. Valaſc. dict. q. 22. num. 5. Carot. tractat. de locato p. 4. tit. de recuſat. q. 14. num. 16. Rodol. d. concl. 1. num. 6. Emman. Barb. in remiſſ. ad Ordin. Luſit. lib. 4. tit. 24. nu. 4. ubi
„ ita habet: Procedit etiam in ſcholari non
„ ſolvente penſionem, quia poteſt expelli. &
Petrus Barb. d. l. 1. p. 7. num. 23. ff. ſolut. matr. ubi
„ ſic habet: Illud certum eſt, quod ſi ſcholaris
„ pro tempore non ſolvat penſionem, poteſt
„ per dominum ædium expelli, uti quilibet a-
„ lius conductor expelli poteſt.
„ Sumitur ex l. æde C. de locato ibi: Æde,
„ quam te conductam habere dicis, ſi penſio-
„ nem domino in ſolidum ſoluiſti, invitum te
„ expelli non oportet. Vbi innititur expellendum eſſe inquilinum, ſi penſionem non ſolverit. Similiter ex l. quæro §. Inter locatorem, ibi:
„ Veriſimile eſſe, ita conveniſſe de non expel-
„ lendo colono intra tempora præfinita, ſi pen-
„ ſionibus paruerit. Quaſi ſi penſionibus non paruerit, expelli poſſit, etiam poſt factam conventionem de non expellendo. Iuri communi conſonat jus municipale Luſitaniæ lib. 4. Ord. tit. 24. ubi referens caſus, in quibus ex re locata ante finitum locationis tempus expelli poteſt
„ conductor, ita habet: O primeiro he ſe o alu-
„ gador não pagar a penſaõ. Deinde in ſpecie
„ de ſcholari conſonat etiam jus peculiare Academia Conimbricenſis citato loco num. 13. &
„ Eborenſis num. 9. ¶ Se os privilegiados da Vniverſidade, converſarem deshoneſtamente nas caſas, ou não pagarem o aluguer dellas aos tempos devidos, ou não derem fiança, ſegundo atras he declarado: o Conſervador, requerido pelos proprios donos das caſas, ou ſeus procuradores; conſtandolhe de cada hũa das couſas ſobreditas, os mandarà lançar das caſas, & farà o mais que for juſtiça.

Inhoneſtas ſcholaris ut expellatur à domo.

440 Tertia difficultas eſt, an ſit cauſa ſufficiens expellendi conductorem ſcholarem, ſi hic vivat inhoneſtè, & in domos inducat meretrices? Conveniunt authores ex l. æde C. locati, & l. quæro §. inter locatorem ff. locati, & ex Ordin. Luſit. lib. 4. titul. 24. eſſe cauſam expellendi quemcunque conductorem, ſi hic re locata abutatur, eam videlicet deſtruendo, vel notabiliter deteriorem reddendo, vel in ea malè ſe gerendo. Ita cum Baldo ſentit Iaſon conſ. 17. nu. 2. lib. 1. & in l. divortio §. ſi fundum num. 4. ff. ſolut. matr. Tiraq. de judicio in rebus exiguis verſ. 57. Greg. Lopez lib. 6. verbo de las mugeres tit. 8. prat. 5. Mozzi cap. quomodo finiatur locatio num. 13. Valaſc. q. 23. Mantic. cit. lib. 5. tit. 7. num. 17. Molina de juſt. tract. 2. diſp. 499. verſ. Quartus, Leſſius de juſt. lib. 2. cap. 24. num. 34. & Rebell. de oblig. juſt. lib. 14. q. 10. nu. 10. Patet, quia in dictis eventibus non cenſetur locator ſe voluiſſe obligare ad conductorem non expellendum. Dubitatio ſpecialis eſt circa ſcholarem inquilinum, utrum poſſit expelli à domo in qua inhoneſtè vivit, in eam inducendo meretrices, ex hac præciſa ratione? Partem negantem tenent Bald. in dict. l. æde. Guiller. de Cugno in l. 1. C. de ſumma trin. Capola in trac. ſervit. Vrban. præd. cap. 2. Bolegnin. in Authent. Habita C. ne filius pro patre n. 377. Et à fortiori in eadem ſententia erunt; qui per ſummam licentiam, ne dicam impudentiam, audacter affirmant licere ſcholaribus inducere meretrices in domos. Ita apud Menoc. de arbitr. lib. 2. cent. 1. caſu 78. num. 12. Argel. §. quanta in Authent. quomodo oporteat Epiſcop. Capola cit. cap. 52 num. 4. Aretinus §. ult. Inſtit. locati, & Alciat. in cap. cum non ab homine n. 27. de judiciis.

Abuſus rei locatæ ad expellendum.

Meretrices apud ſcholares.

441 Fundantur, quia locans domum ſuam ſcholaribus videtur jure ſuo ceſſiſſe, & conſenſiſſe in meretricium: ſiquidem à communiter contingentibus prævidere debuit non eſſe novum, neque inuſitatum, quòd ſcholares in domum conductam inducant meretrices: Nam communiter accidit, quòd ſcholares non vivunt caſte; cum ſint juvenes; & à juvene non credatur reddita virgo, Gloſſ. in l. ſi vero non remunerandi §. ſi adoleſcens ff. mandati. Gloſſ. in cap. ſi quis acceperit 33. q. 1. Vnde lepidè dixit Maſcard. de probat. concl. 166. n. 23.
„ Scholaris loquens cum puella non præſumi-
„ tur dicere Pater noſter. Sentit enim Baldus

Scholaris inhoneſtus.

ad

Digitized by Google

ad l.deſiderium Cod. depoſiti, puellas à ſcholaſticis multum deſiderari. Huic fundaméto & ſententiæ videtur acquieſcere Emman. Barb. ſupra citatus num.5. ubi ſic ait: Dum hæc ſcriberem filius meus Simon Vaz Barboſa in Conimbricenſi Academia Artium Magiſter, & Pótificij juris Bachalaureus dixit præceptoré ſuú, & conterraneum noſtrum Doctorem Chriſtophorum Dazevedo in eadem Academia Cæſarei juris profeſſoré, & meritiſſimú Regij Collegij D. Pauli collegam caſum hunc, ſcilicet expellédi cóductorem ob turpitudinem, cú Bald. Menoch. & Alciat. declaraſſe in annot. ad l.litibus C.de agricol. & céſ.lib.11.non procedere, ſi cóductor ejus erat ſtatus, ut probabiliter ſperaretur turpe exercitium, quod locator non ignorabat: nam tunc eum in ejus poteſtate à principio fuerit tali perſonæ non locare, eam poſtea non poterit removere. Confirmatur à ſimili, nam ſufficit qualitas loci apta ad turpitudinem, ne inquilinus turpis à domo expelli poſſit, ut v.g.ſi domus ſit juxta lupanar, teſte Rebuffo priv.20. & Antonio de Tremolis in addit. ad pract. de bona curſo.in Rub. Quibus modis ſuo nomine agétes verſ.illis caſibus fol.25.col. 4.ergo ſufficiet qualitas perſonæ apta ad turpitudinem, qualis eſt ſcholaris.

Inhoneſtus ſcholaris expellendus.

442 Nihilominus parrem affirmátem poſſe expelli à domo códucta ſcholarem inhoneſtum, videntur tenere omnes illi, qui indiſtinctè opinantur eſſe ſufficiérem cauſam expulſionis turpitudinem inquilini, quos ſupra citavimus n. 440. cum enim non excipiát ſcholaré, céſentur admittere. Deinde tenent in ſpecie de ſcholari inquilino Menochius ſupra citatus nu.12. Valaſc.d.q.23. & Rebell.d.lib.14. quæſt.10.num.10. Probatur, quia de jure communi, & juxta à nobis tradita num.440. ſufficit inquilini turpitudo, inhoneſtas, & hujuſmodi abuſus ædium pro cauſa expulſionis, ita ut expulſio impediri nequeat niſi per privilegium: ſed ſcholaſticus habere nequit privilegium, ne expellatur in tali caſu: quia privilegium, cum ſit lex privata, eſſe debet honeſtum, & conſonum rationi, ac proinde favere nequit turpitudini. qualiter faveret prohibens ne ſcholaris inhoneſtus expelleretur? eſſet enim (inquit Rebuff. privil.5. num. 41) maleficium, & non privilegium. Accedit indignum eſſe privilegij, qui Iuſtiniano poſthabito (ut inquit Menoch. loco cit.) cum perditis mulieribus verſatur. Eſt enim maximum præceptum juris honeſtè vivere l.juſtitia §.primo ff. de juſtit. & jure. Deinde ſtudium non facit ſcholarem, ſed boni mores, argument. l. pronunciatio §. ff. de verb. ſignificat. Sunt igitur cavendæ ſtudioſis meretrices, tum quia veneree libidines hebetant ingenium, præcipuè (inquit Ioan. Cocles in ſua Phyſon. lib. 3. cap. 5.) quando reperiuntur in ſtudioſo noſtro: tum quia conſumunt corpus & animam, & de anima curare debemus leg. Sancimus C. de ſacroſ. Eccleſ. Ergo ſcholaris turpis nullo privilegio poteſt muniri, ne expellatur. Huic juri communi conſonat jus ſpeciale Academiæ Conimbricenſis lib. 2. ſtatut. titul. 31. num. 5. ubi præcipit expelli ſcholarem, qui domo abutitur inhoneſtè vivens. Et ſic Eborenſis lib.1.c. 20.n.9.

Libido hebent ingenio.

443 Inter has duas ſententias, quæ quidem valde probabiles ſunt, mihi videtur incedendum via media, & fortaſſis conciliatrice prædictarum ſententiarum, ſi dicas ſcholarem, qui ducit meretrices in domum locatam, non eſſe expellendum, ſi id faciat abſque notabili locatoris detrimento, & ſine viciniæ ſcandalo: eſſe verò expellendum, ſi talis inhoneſtas notabiliter locatori noceat, & viciniá ſcádalizet. Exemplum prioris partis erit, ſi ſcholaris, puellam duceret ſecretò in cubiculum, & in camera penitiori haberet abſcóditam. Exemplum poſterioris erit, ſi tempore incongruo duceret, omnibus vicinis ſpectátibus, purà in meridie. Hæc videtur eſſe mens Rebuffi privil.20. §.Intellige, & Rebelli citati num. 10. eam per hæc verba innuentis: Sufficiés (inquit) cauſa cenſeretur ad expulſionem cóductoris, etiáſi ſcholaris eſſet, ſi inde locatoris honeſtas, vel fama periclitaretur, vel honeſtorum vicinorum timeretur detrimentum. Conſtat prior pars tum fundamétis primæ ſentétiæ, tum præſertim ex eo, quia modica illa, & ſecreta turpitudo ſcholaris debuit prævideri tépore locationis, cum à communiter cótingétibus præſumatur in ſcholari juvene: Vnde ex hoc capite expelli nequit, & non ex privilegio fautore turpidinis. Poſterior pars ſuadetur fundamentis ſecúdæ ſentétiæ. Deinde, cum turpitudo illa ſcholaris fuerit extraordinaria, non cenſetur prævíſa tempore locationis à locatore, qui proinde nó ceſſit jure ſuo.

Turpitudo extraordinaria eſt cauſa expulſionis.

444 Pro maiori præcedétis difficultatis expoſitione rogabis, an ſcholari expulſo, quia re conducta abuſus eſt, debeat remitti penſio pro tempore, quo non utitur? Reſpondendum eſt cum diſtinctione in hunc modum. Quando conductor perverſè utitur re códucta, ei damnum inferendo, purà mittendo porcos in cænaculum, vel incidendo arbores, tunc remittitur penſio pro rata, ſed aget dominus ad damnum datum: quando verò conductor perverſe converſatur ſine læſione rei; putà inducédo meretrices, tunc non eſt facienda remiſſio etiam temporis futuri. Ita Rebuff. privil. 20.num.5. Prima pars ſumitur ex Gloſſa in cap. propter §. fin. de locat. quamvis Imola, & Barba: indiſtincte dicant non eſſe faciédam remiſſionem. Obſervetur pravis. Secúda pars traditur ab Hoſtien. & Panorm. in d.cap.propter, Bald. in d.l.Æde, & in auth. quas ruinas C.de ſacroſ.

Penſionis remiſſio in conductore.

Eccleſ. col. ultim. & Sylveſtro v. locatio quæſt. 9. num. 3. Quia cum damnum illud ſit inæſtimabile, non petitur, ſed in ejus compenſationem penſio non remittitur: proindeque ſolui debet pro integro tempore. Illud nota ſcholarem recedentem poſſe in domo, vel camera alium ponere loco ſui. Gloſſ. locatio in addit. marg. in cap. iotet dilectos §. ſed contra de fide inſtrum.

Inquilinus recedens a domo conducta.

445 Rogabis 2. Vtrum ſi dominus etiam habitans cum inquilino domi ſuæ, ducat in eandem meretrices, invito inquilino, poſſit hic ante tempus conductionis recedere? Videtur negandum: tum quia contractus jam facti ſunt neceſſarij l. ſicut C. de action. & obligat. tum quia quilibet eſt rei ſuæ moderator. leg. in re mandata Cod. manda. non ſolum utendo, ſed etiam abutendo leg. ſed ſi lege ff. conſulit ff. de petition. hæred. Affirmandum tamen eſt cum Rebuffo citato privileg. 20. §. Quid ſi ex Bald. in dict. leg. Æde penult. quæſt. Sumitur à ſimili ex text. in §. dominus, titul. de nova forma fideli, & in cap. uno qualiter domi. feudi propriè privet. ubi ſicut Vaſſallus ex ingratitudine perdit feudum, ita dominus quando tyrannidem exercet in ſuum vaſſalium. Patet, quia in correlativis bonum eſt argumentum de uno ad aliud l. 1. C. de cupreſſ. lib. 11. Gloſſ. in cap. cupientes §. denique, v. de veteris, de elect. in 6. Anchar. in cap. 1. de conſtit. ſed locator & conductor ſunt correlativa, ut conſtat; ergo ſicut non poteſt conductor in præjudicium locatoris, ita nec locator in præjudicium conductoris. Nec obſtāt adducta in cōtrarium: nō primum quia ſicut ille cōtractus, quāvis ſit neceſſarius, ſolvitur ex parte cōductoris præjudicātis, ita ſolvetur ex parte præjudicātis locatoris. Nō ſecūdum quia textus ille quòd dominus poſſit uti, imò abuti re ſua, intelligitur quādo res eſt libera, & nemini ſubjecta: cum verò in noſtro caſu ſit locata, durāte ſubjectione locationis non poterit.

Meretricum introductio.

446 Rogabis 3. Vtrum ſcholaris poſſit invito ſuo ſocio, meretrices introducere in domū locatā, v. g. in peculiarē ſuā cameram? Videtur affirmare Bal. & Bologn. apud Rebuff. pri v. 21. quaſi id non ſit inconveniens, attēta natura ſcholarium, qui ex ætate juvenili ad luxuriam propenſi ſunt. Id tamen limitant, modò non frequenter introducant. Limitando Gloſſ. in l. non aliter ff. de uſu & habit. quam ſequuntur ibi Doct. & Cæpola tractat. de ſervit. urb. præd. capit. 5. col. 3. Negandum tamen eſt cum Rebuffo citato, & Gloſſ. ad l. non aliter ff. de ubi & habita. Probatur 1. quia in omni contractu, convētione, & cohabitatione authoritas ſuperioris ſemper intelligitur excepta cap. Venientes, de jurejur. authoritas autem Dei, & præceptum eſt, Non Mæchaberis. 2. quia id ſolum poſſumus quod honeſtè poſſumus. l. filius ff. de cond. inſt. Scholaris autem nō poteſt honeſtè inducere in domum locatam meretrices invito ſocio; ergo abſolutè non poteſt. 3. quia unus è ſocijs non poteſt alteri præjudicare l. 2. ff. de ſervit. Scholaris autem inducēs meretrices in communem domum, præjudicat ſocio tùm in fama, tum in anima: in fama, quia facto ſuo præbet occaſionem vicinis malè ſuſpicandi de illius honeſtate: in anima, quia exēplo ſuo malo provocat ad luxuriam, & impellit in ſpiritualem ruinam.

QUÆSTIO VIII.

Proponitur, & diſcutitur caſus circa expulſionem cujuſdam inquilini ſcholaris in Academia Eborenſi.

447 PRo coronide privilegij hoſpitationis, nec erit ingratum, nec inutile proponere caſum, qui olim in noſtra Academia fuit valde controverſus. Illuſtriſſimus Baro Alvitenſis ex quadam ſua domo, quam habet Eboræ, nitebatur expellere quendam nobilem ſcholarem magiſterio philoſophiæ graduatum, ante elapſum tempus locationis. Ad hujuſmodi expulſionem peritiſſimus juriſconſultus dicti Baronis procurator in Academico tribunali multipliciter allegabat. 1. quòd prædictus ſcholaris inquilinus non habitabat in dicta domo ex vi privilegij ſcholaſtici, ac proinde per tale privilegium non poſſe retineri. 2. quòd inquilinus ille neque fidejuſſorem, neque cautionem præſtiterat juxta ſtatuta Academiæ lib. 1. cap. 20. §. 8. 3. ſolutam non fuiſſe penſionem per bienolum; & amplius. 4. proponebat neceſſitatem reſtaurandi ædem. 5. dicebat ſe velle habere domum illam pro ſe recipiendo cum veneri., ſeu tranſiret per hanc urbem: Vlyſſipone enim frequens commorabatur. 6. allegabat indigentiam domus illius ad habitationem ſuorum familiarium. 7. dicebat ſe velle domum ad condendum ſuum frumentum.

Inquilinus ſcholaris quādo non poſſit expelli.

448 Pro parte tamē ſcholaris inquilini, quòd non poſſet juſtè expelli præter dilutiones ſingularum allegationū, quas infra ſigillatim apponemus, faciebat 1. quod neceſſitas debet inopinatò ſupervenire locatori poſt locationem factam, ut habetur expreſſè lib. 4. Ordinat. Luſitan. lib. 4. tit. 24. & notat Gloſſ. ad l. Æde v. neceſſariam Cod. de locato, & ibi communiter Doctores cum quibus Valaſc. de jure emphyt. q. 22. num. 3. Antno. Gomez 2. var. cap. 3. num. 6. Covar. pract. capit. 30. num. 3. §. penult. & Molina citat. §. ſecundus. Nulla verò ex prædictis neceſſitatibus, quas aſſignavit loca-

locator, ſupervenit poſt factam locationem: quia Baro illuſtriſſimus ſæpe tranſivit per hanc urbem, ſemper in ea habuit aliquem famulum & frumentum: quando autem neceſſitas ſic ſe haber (quanvis legitima ſit) quæ prævideri potuit ante finitam locationem, non ſufficit ad conductorem expellendum. Leg. is à quo §. fin. & leg. ſequenti ff. ut in poſſeſſionem, & l. de ætate §. ex cauſa ff. de interrog. action. Faciebat 2. quia locator malitioſè, & pertinaciter conabatur expellere ſcholarem conductorem, ut patuit ex petitione prima, quam fecit, in qua ſolum petijt ſolutionem penſionis, & pignorationem, & ſtatim die ſequenti, in ſecunda petijt expulſionem, fingendo cauſas allegatas expulſionis, ac ſi intra biduum poſſét omnes inopinatò ſupervenire: ſtatutum verò noſtræ Academiæ loco citato §. 8. præcipit Cõſervatori Academiæ, ut cõductoré privilegiatum non jubeat expelli, quãvis locator aſſignet legitimam cauſam, ſi ex malitia, aut pertinacia id provenire animadvertat.

Scholaris inquit expelli quãvis nõ habeat domum ex vi privilegij.

449 Supereſt ut ſcholaris inquilinus diluat, & infirmet cauſas, ſeu rationes, quæ pro ipſius expulſione prætendebãtur, ut ſic meliùs innoteſcat jus ſuæ perſiſtentiæ, ſeu retentionis. Ad primam quòd non habitabat in domo illa ex vi privilegij ſcholaſtici, facilè reſpondit non requiri ſe habitare in tali domo ex vi privilegij ſcholaſtici, ut non poſſet expelli ante exactam locationem. 1. quia ſcholares ſolebant conducere domos, quæ ſine contradictione illis offerebantur, quin privilegio uterentur. 2. quia de jure civili noſtro & communi, necnon de canonico, nullus inquilinus poteſt expelli ſine legitima cauſa ante tempus locationis finitum leg. Æde Cod. de locato Ordinat. Luſitan. lib. 4. titulo 24. init. Cap. propter ſterilitatem §. verum, de locato. Privilegium verò non privat ſcholares jure communi, ut notat Sanch. lib. 9. Matrim. d. 2. num. 2. Suar. lib. 6. de legib. cap. 26. à num. 14. & Doctores communiter ad cap. Ad Apoſtolicam, de regul. & Gloſſ. in capit. veniens verbo Renunciaſſe, de præſcript. & exprimitur tanquam generalis regula in l. 3. ff. de militar. teſtam. & notat ibi Gloſſ. in caſu, & communiter etiam Doctores. Privilegiũ enim non debet obeſſe, ut rectè docuit Mantica de conject. lib. 5. tit. 14. n. 8.

Fidejuſſor vel cautio pro conductione domus.

450 Ad ſecundam, quòd dictus inquilinus juxta ſtatutum Academicũ nõ præſtiterat fidejuſſoré, vel cautionem, ſatisfecit dicẽs inquilinum de jure communi non teneri ad præſtãdum fidejuſſorem, vel cautionem pro cõductione domus, ut patet ex tot. ff. locati, & C. de locato, & quidẽ nõ cõſtabat, neque author oſtẽdebat prædictũ inquilinũ domũ cõduxiſſe beneficio privilegij ſcholaſtici. Imò caſu datu, nõ cõceſſo, quòd eã ex vi privilegij cõduxiſſet, adhuc ex hujuſmodi defectu expelli nõ debuerat poſt duodecim annos habitationis juxta l. ſi filius familias C. de petition. hæred. Nam poſt tam lõgum tẽpus præſumitur ea ſolẽnitas interveniſſe, ut cum multis obſervat Mẽdez in prac. Luſitan. 1. par. lib. 4. cap. 2. num. 6. ver. Item & in hoc. Quia etiam licèt apertè conſtaret defuiſſe, adhuc expelli non deberet, tum quia multi ſcholares id non faciunt, tum etiam quia locator viſus eſt remittere hanc obligationem conductori, cum ſciret, & taceret l. ſemper qui non prohibet ff. de regul. juris l. 1. & 2. §. fin. C. de remiſſ. pignor. l. qui autem verſ. præterea ff. quæ in fraud. credit. Cum verò hujuſmodi fidejuſſio, vel cautio ab ſtatuto jubeatur præſtari in favorem locatoris (ut domini ædium mercedem ſecuram habere poſſint) §. 7. hanc poterat locator remittere l. ſi quis in conſcribendo C. de pactis, cap. ſi da terra, de privil.

Pẽſio non ſoluta ad expulſionem inquilini.

451 Ad tertiam de non ſoluta pẽſione per biẽnium, & amplius, facilè imprimis oſtendit falſitatem per apochas, ſeu quitationes, ex quibus conſtabat ſolum per annum non fuiſſe ſolutam. Imò quãvis per biẽnium ſoluta nõ foret, adhuc nõ debuiſſet expelli 1. quia juxta d. cap. propter ſterilitatem, moram purgaverat aſſignatis pignoribus. 2. quia pretium anni ultimi retinuerat, eo quòd compenſari cogitabat facta æſtimatione per publicos miniſtros de pretij exceſſu, quem ſolverat annis præteritis, cum pars ædium illi eſſet adempta, & nihil de pretio antiquo diminutum. 3. quia paratus eſſet cum effectu ſolvere quidquid liquidò debuiſſet. Hoc enim de jure ſufficit, ut cauſa expellẽdi ceſſet. l. diligenter §. 1. & 2. ff. mandati, Authent. Vt exact. inſtan. dot. §. fin. collat. 7. & notat Gloſſ. ad d. l. Æde verbo ſoluiſti C. de locato. Quia pignora admittuntur, dum fit liquidatio l. ſtatu liber ff. de ſtatu liber. & notat Gabr. Pereyr. de Manu Reg. c. 7. n. 40. p. 1.

Reſtauratio non pro expellendo inquilino.

452 Ad quartam de allegata neceſſitate reſtaurandi ædem, rectè ſatis fecit reſpondẽs neceſſitatem reſtaurãdi ædem debere eſſe talem ad expellẽdum inquilinum, ut fieri nequeat reſtauratio eo ibi manente, ut communiter obſervant Doctores ad dict. l. Æde, & expreſſit Ordinat. Luſitan. loco citato, & Molina tom. 2. tract. d. 499. §. Tertius. Imò ſi opus fuerit exire inquilinum, ſtatim ædes poſt reſtaurationem ſunt illi reſtituendæ, ut communiter tenent interpretes cum Gloſſ. & Bartolo in l. ſi duo §. cum inquilino ff. uti poſſidetis, Lopez cum alijs in leg. 6. titul. 8. par. 5. Menoch. de retinen. poſſeſſ. remed. 3. num. 208. Tiraq. in tract. cauſa ceſſante num. 102. Et conſtabat ædem non eſſe ita damnificatam, ut neceſſarius foret egreſſus inquilini ad reſtaurationem, & dominum non habere animum eam reſtituendi, cum dixiſſet eam velle pro ſe, pro familiaribus ſuis, & pro frumento condendo.

Ad quintum, quod nempe vellet ædem pro ſe recipiendo, cum per Vrbem tranſierit, benè reſpondit ſufficientem non eſſe eam cauſam pro expellendo inquilino. Quia debuit egere domo ad habitandum, & non ad hoſpitandum, ut expreſſit Ordin. Luſitan. loco cit. habitare verò & hoſpitari multum differunt, ut eleganter definitur in l. unica §. habitare ff. de his, qui effuderint.

Neceſſitas domini pro expellendo inquilino.

453 Ad ſextum, de indigentia domus pro habitatione ſuorum familiariũ, optimè ſatisfecit negans talem indigẽtiam ſufficere. Quia jus Luſitan. Ordin. citata ſolùm extendit neceſſitatem habitãdi ad filium, vel filiã, fratrem, vel ſororem: & hoc in ſcholari maximè habet locum: quia Doctores communiter tenent non poſſe ſcholarem expelli etiam quãdo ipſe locator domo indiget ad propriam habitationem, in quibus eſt Bologn. in Auth. Habita num. 169. C. ne filius pro patre. Morla in empotio juris p. 1. tit. 10. num. 26. Cevall. commun. contra commun. quæſt. 756. num. 23. licèt contrarium defendat Valaſc. de jure emphyt. quæſt. 22. num. 5. verſ. Amplia 2. Vide quæ ſupra diſſeruimus num. 427. & 428. Ad ſeptimum, quòd vellet talem domum pro ſuo condendo frumento, denique reſpondit negans ſufficere illam cauſam: tum quia Ordinat. Luſitan. loco citato inter neceſſitates locatoris ſolùm ponit habitationem: tum etiam, quia licèt in jure communi dicta l. Æde diceretur univerſaliter, (Proprijs uſibus neceſſariam) Gloſſ. tamen ibi in verbo neceſſariam, & cum ea communiter interpretes de ſola habitationis neceſſitate intelligunt: & meritò, quia in jure uſus, & habitatio idem ſunt, ut eleganter definitur in l. ſi habitatio in prin. ff. de uſu & habitatione.

QUÆSTIO IX.

Qualiter ſe habeat privilegium exemptionis, ſeu immunitatis ab oneribus perſonalibus?

454 POſt privilegia, quæ ſunt veluti poſitiva, quibus poſitivum aliquid ſcholaribus impenditur, nempe peculiaris forus, peculialis carcer, & hoſpitatio per modum habitationis, ſequitur ut ſubnectamus quædam negativa, quæ continentur ſub generali nomine exemptionis, ſeu immunitatis. Eſt autem exemptio idem atque immunitas ab aliquo gravamine, onere, vel obligatione, quæ obligatio quanvis ſemper afficiat perſonam ſaltem remotè, & mediatè, tamen ſi afficiat immediatè in ordine ad aliquid perſonaliter exequendum, dicitur onus perſonale, & quidem quocunque modo afficiat, ſi ſit in ordine ad aliquid ſolvendum, dicitur tributum, penſio, vel Gabella. In hac igitur quæſtione agemus de immunitate ab oneribus perſonalibus, quæ competunt privilegiatis Academicis jure tam communi, quàm ſpeciali: in ſequentibus erit nobis ſermo de immunitate, ſeu exemptione à tributis, gabellis, & ſubſidijs Eccleſiaſticis.

Immunitas ab oneribus perſonalibus.

Iure communi non poſſe ſcholares compelli ad munera illius civitatis, in qua ſtudij cauſa degunt, proindeque eſſe immunes ab oneribus perſonalibus, rectè defendunt Bartol. ad leg. 1. Cod. de auro coronato lib. 10. Rolandus do Valle tom. 1. conſil. 32. num. 10. & Rebuff. in privileg. ſchol. privil. 127. Sumitur ex l. 1. & 6. C. de profeſſ. & medicis lib. 10.
,, nam in l. 1. ſic habetur: Cum te medicum le-
,, gionis ſecundæ adjutricis eſſe dicas; munera
,, civilia, quãdiu Reipublicæ cauſa abfueris, ſuſ-
,, cipere nõ cogeris. Cum autem abeſſe deſie-
,, ris, poſt finitam eo jure vacationem, ſi in eo-
,, dem numero es, qui ad beneficia medicis cõ-
,, ceſſa pertinẽt, ea immunitate uteris. Ex quibus fit argumẽtum, ut ſcholares quãdiu ſunt in ſtudio, & ſiũt habiles ad medẽdum, & docẽdũ, dicta immunitate gaudere debeãt. Expreſſiùs, &
,, extenſiùs l. 6. ubi ſic, Medicos & maximè ar-
,, chiatros, vel ex archiatris, grammaticos, &
,, profeſſores alios litterarum, & doctores le-
,, gum, una cum uxoribus, & filijs, necnon &
,, rebus, quas in civitatibus ſuis poſſidẽt, ab om-
,, ni functione, & ab omnibus muneribus vel
,, civilibus, vel publicis immunes eſſe præcipi-
,, mus.

Medicorũ immunitas.

455 Probatur deinde à Rebuffo citato: quia ſcholares in civitate, in qua ſtudij cauſa degunt, non conſtituunt domiciliũ, l. 2. C. de incol. lib. 10. Nam qui habẽt animum redeundi domum, a domo non vidẽtur abeſſe. l. quæſitum ff. de leg. 3. Barbat. in Clem. de Romani col. 11. de elect. Socin. in cap. fin. col. X. in fine ſecundi membri, de foro comp. Farinac. fragm. criminin. part. 14. lit. D. num. 15. & Petrus Barb. in l. 2. §. legatis num. 341. ff. de judic. Addit Alber. in prima parte ſtatut. q. 175. dicta procedere, etiam ſi ſtatutũ diceret, quòd ſtans in tali loco ſex annis, vel tali tempore debeat tãquam civis haberi. Ratio omnium eſt, nam quando quis ſtudet habẽs animum redeũdi, non cẽſetur eſſe in loco in quo ſtudet l. Seie §. Pomphile ff. de fundo inſtruct. Ita Felin. ad cap. dilectus col. 7. ver. ad domicilium, de reſcript. addens etiam ſi ſic ſtaret per mille annos, & Bartol. in leg. lex Cornelia §. ſi tamen ff. de injur. & Gloſſ. in §. 1. de colla. in concor. verbo habeatur. Vnde ſcholares non tenentur ad cuſtodiam portarum civitatis, etiam tempore belli, vel peſtis, nec ad excubias, nec ad alia quæcunque onera. Imò (ut docet

Domicilium ſcholaris.

Onera perſonalia ſcholarium.

Bart.

Digitized by Google

Bart. in l. 1. C. qui ætate lib. 10.) hæc & ſimilia munera non coguntur ſubire in propria patria, ſtudio durante. Sed hæc de jure ſpeciali Academiæ Montiſpeſſulani, & Pariſiēſis, ut dicemus infra n. 457.

Mendici validi cogi poſſ. ſunt laborare.

456 Poſita reſolutio firmari poteſt ex alijs privilegijs affinibus. 1. Quia licet judex poſſit compellere mendicos validos ut laborent, & operentur, ut patet ex Rub. Cod. de mendican. valid. lib. 11. & §. ſi verò aliqui, in Authen. de quæſtore col. 6. & ut doceat Amatiellus de claris aquis ſing. CV. homines validos, qui nihil operantur, poſſe expelli à civitate, ſi operari recuſent: hoc fallat in ſtudentibus, quibus judex nequit præcipere, ut ſtudio deſerto ad aliud opus ſe accingant, ſicut in nobilibus tradit Ripa tractat. de peſte in 3. par. fol. 21. & Lucas de Penna in Rub. ne ruſtici ad ullum obſeq. Cod. lib. 11. & l. uni Cod. ne quis liber invitus. Signum eſt ergo eos eſſe immunes ab oneribus perſonalibus, ne ab ſtudio litterarum avocentur.

Scholaſtici non laborantes.

2. Quia licèt non debeat manducare, nec aliquid habere qui non laborat, ut habetur in Gloſſ. ad l. quamvis ff. de damno infecto. & Gloſſ. ſimili in Clem. Vt qui verbo in poſterum, de æta. & quali. & ea eſt doctrina S. Hieronym. in 3. parte Epiſtol. in regulâ mona. cap. 13. Epiſtol. 21. ad Marcellam, tamen hoc fallit in ſcholari perito, qui licèt reſpondeat propoſitæ quæſtioni abſque ullo labore, & revolutione librorum, tamen habet mercedem, & ſalarium, ut docet Archid. in cap. nō licet 11. quæſt. 3. & Specul. in titul. de Salario in §. ſequitur, ubi idem tradit de advocato, ne maneat deterioris conditionis peritus mente tenens reſolutiones, quàm imperitus libros conſulens in ſingulis ob ignorantiam. Idem tenet de medico ex tempore ægrotum curante Ripa tract. de peſte 5. parte fol. 197. Quia præteritorum laborum ratio, attendi debet l. ſtudiorum labor Cod. de aſſeſſor. Videantur Iaſ. in §. ſed iſte col. antepenult. de action. Socin. in tractat. fallen. regul. 229. & Barbar. in proœm. Clem. in 2. lectu. in verbo ſalutem, col. 15. Ergo ſicut jus attendit præteritum laborem, ut ſcholaris peritus mercedem accipiat, ita attendit præſens ſtudium, ne ab hoc ad alios labores avocetur.

Immunitas ſcholarium Pariſienſium.

457 Hactenus ſermo fuit de jure communi ſcholares omnium Academiarum comprehendente, modò ut pauca ſubnectamus de jure ſpeciali, imprimis apud Rebuff. privil. 127. Scholaribus Vniverſitatis Montiſpeſſulani, ac Pariſienſium per Carolum VI. Galliæ Regem cōceſſum fuit anno 1419. die 12. Iunij, ne tenerentur ad cuſtodiam portarum civitatis, nec etiam ad excubias, nec ad quæcunque alia onera etiam tempore belli, aut peſtis, & hoc tam in loco ſtudij, quàm in propria patria. Rex idem anno ſequēti prædictum confirmavit privilegium, & poſtea anno 1459. die 19. Maij declaravit quòd non obſtantibus privilegijs (quæ vocāt chartam Normanorum) Normanis datis, gaudeant prædictis privilegijs veri ſcholaſtici Pariſienſes.

Immunitas Academiæ Conimbricenſis, & Eborenſis à muneribus.

Quòd attinet ad noſtras Academias, Conimbricenſem, & Eborenſem, cum ſit perſpicuum, & uſu longiſſimo receptum, earum tam ſcholares, quàm officiales privilegiatos jure communi, & ſpeciali eſſe immunes à muneribus, & oneribus civitatis perſonalibus; tamen quia olim Eborenſis civitas voluit officiales Academicos cogere ad prædicta onera, ſeu munera; Rex hujuſmodi conatum anno Domini 1565. Maij 26. coercuit ſequenti diplomate.

¶ Eu elRey faço ſaber a vòs Iuiz, Vereadores, & Procurador da cidade de Evora, que eu ſou informado, que gozando a Vniverſidade da dita cidade por minhas provizoens de todos os privilegios, liberdades, & izençoēs, de que goza, & uza a Vniverſidade de Coimbra, & eſtando em poſſe de os officiaes, de que a dita Vniverſidade ſe ſerve, não irem nas prociſſoens com inſignias, nem pagarem pera a bandeira, nem pera outras couſas, que na dita cidade ſe ordenarem, vòs obrigaes ora a iſſo os officiaes, não lhes querendo admitir, nem guardar ſeus privilegios: & vendo eu que o Reitor, & Deputados da Vniverſidade no numero dos ditos officiaes tem a moderação que convem a ſerviſſo de noſſo Senhor, & meu, & bem da dita cidade; & mandão aos ditos officiaes que vão nas ditas prociſſoēs com ſuas tochas nas mãos pera mais veneração do Santiſſimo Sacramēto, ey por bem, & me praz, que os ditos officiaes, que o dito Reitor da Vniverſidade de Evora por ſua certidão declarar, que ſervem com ſeus officios a dita Vniverſidade, & Collegio de Ieſus da Companhia da dita cidade, ſejão eſcuſos de todos os encargos, officios, & obrigaçoēs da governança da cidade, & não ſejão obrigados, nem cōſtrangidos, a ſervir nas ditas couſas, nem pagar pera ellas conforme aos privilegios da dita Vniverſidade. E portanto vos mādo que aſſi o cumprais, & guardeis inteiramente, ſem a iſſo pordes duvida, nem embargo algum, ſob pena de quē o cōtrario fizer, encorrer nas penas dos encoutos, ſegūdo forma dos ditos privilegios, & eſtatutos da dita Vniverſidade. E eſte alvarà ſerà regiſtado no livro da Camara, pera ſe ſaber como aſſi o tenho mandado. E ey por bem que valha, & tenha força & vigor, ſem embargo da Ordenação do livro 2. titulo 20. que diz que as couſas cujo effeito houver de durar mais de hum anno, paſſem por cartas, & paſſado por alvarà não valhão. E valerà outroſi eſte, poſto que não ſeja paſſado pela Chācelaria,

Digitized by Google

ſem embargo da Ordenação, que manda, que os meus alvarás, que por ella não forem paſſados, ſe não guardem. Iorge da Coſta a fez em Lisboa a 26. de Mayo 1565.

QUÆSTIO X.

Qualiter ſe habeat privilegium immunitatis à tributis, & gabellis.

Tributum quid & quotuplex.

458 Poſt agitatam, & profligatam quæſtionem de ſcholarium immunitate ab oneribus perſonalibus, proximum eſt, ut expendatur immunitas à tributis, & gabellis tam de jure communi, quàm de jure ſpeciali. Sed ante omnia præmittẽdum eſt 1. tributum, quod à nonnullis ſermone vernaculo appellatur gabella, ſignificari generaliter hoc nomine, quia tribuitur, vel quia olim à tribubus exigi ſolebat, & in tota ſua latitudine definiri in hunc mo-
,, dum: Eſt id quod Principi, vel Reipublicæ à
,, privatis ſolvitur ad onera cõmunia ſuſtinẽda.
Cum igitur tributum ſit id quod à ſubditis exigitur poteſtate legitima ad bonum commune, ad juſtam tributi impoſitionem, attendi debet, tum poteſtas imponentis, tum juſtitia cauſæ ob quam imponitur, tum æqualitas & proportio, quæ in ejus exactione ſervetur. Præmittẽdum eſt 2. tributum in ſpecie eſſe multiplex, & totam diverſitatem ſubire ex modis, quibus imponitur, ex perſonis, à quibus exigitur, ex rebus, de quibus ſolvitur, ex titulis propter quos petitur: denique ex loco, tempore, quantitate, & multis alijs circunſtantijs. Præcipua ſunt Vectigal, dictum à vehendo, quod ſolvitur pro rebus exportatis, vel importatis in urbem, aut provinciam: & in portusve confinijs ſolui cõſueſcit. Portorium, quod ſolvitur pro tranſvectione mercium per pontes & flumina. Pedagium, ſeu Guidagium quod ſolvitur à tranſeuntibus per aliquam viam, ſeu locum pro cuſtodia viarum. Alcavala Luſitanè ſiza, Latinè Decima, quod ex rebus venditis, aut permutatis ſolvitur: & ſic de alijs.

Tributum multiplex.

459 Præſens quæſtio eſt, utrum ſtudia generalia, & eorum ſtudioſi ſint immunes à tributis ſolvendis? Conſulto ſtudia, ſeu Academias cum ſtudioſis conjunxi. Quia (ut benè notat Alphonſus de Eſcobar cap. 22. num. 21.) immunitates omnes patrimonialium munerum, cæteraque privilegia profeſſoribus ſtudentibus conceſſa, etiam ſi mixta ſint, dummodò ratione profeſſionis conceſſæ fuerint, ipſum corpus Vniverſitatis comprehendũt, adeo ut etſi legibus, privilegijsve non exprimatur, extenſio tamen fieri debeat ob identitatis rationem. Cum iniquum videatur Academiam ipſam litterarum matrem & altricem immunitate filiorum nõ gaudere. Sed de hoc jam alibi latius. Quæritur igitur an in ſtudijs & ſtudioſis detur immunitas à tributis? Partem affirmativam tenet abſolutè Rebuff. privil. 49. eandem quoad immunitatem nõ ſolvendi pedagia, defendunt Bolognet. in Auth. Habita C. ne filius pro patre num. 15. Petrus Gilchen num. 37. Auguſt. Barb. ibid. num. 17. Bertachin. de Gabellis par. 7. q. 29. & Horat. Lucius de privil. ſchol. priv. 54. Partem negativam tuentur Gironda de Gabell. 7. parte num. 42. Gutier. eod. tract. q. 95. num. 48. Salazar de uſu & conſuet. cap. 8. nũ. 22. Azeved. l. 10. tit. 1. lib. 4. num. 25. & Laſſarte de Decimis cad. 19. num. 1. & 90. Hi tamen authores loquuntur de ſtudijs, & Academijs merè ſæcularibus. Nam Eccleſiaſticas, & quæ continent cauſam piam; qualia ſunt collegia fundata ad ſuſtentationem ſtudentium pauperum, immunes eſſe à tributis, & gabellis, pro comperto habẽt Molina de juſt. to. 3. diſp. 671. & Marta de juriſd. 4. p. cap. 14.

Immunitas Academiarũ in tributis.

460 In hac difficultate aperiam quid ſentio per concluſiones ſequentes. Prima concluſio. Scholaſtici etiam laici tam jure communi, quàm jure & privilegio ſpeciali aliquorum regnorum, non ſoluũt pedagia, ſeu vectigalia ex libris quæ exercendi ingenij gratia, neque ex rebus alijs ad proprium uſum neceſſarijs deferunt. Ita Barbat. in proœm. Clem. verbo ſalutem in 2. lectura col. 16. Card. in Clem. fin. 4. q. de cenſib. Alber. & Salicet. quos citat, & ſequitur Rebuff. priv. 146. Sumitur ex l. Vniverſi C. de vectigal. ubi liberantur à ſolvẽdis vectigalibus tam res ad proprium uſum neceſſariæ, quàm omnia inſtrumenta, quæ portãtur exercendi ruris gratia. Cum verò inter res ſcholarium uſui neceſſarias, ſint libri, qui etiam ſunt inſtrumenta exercẽdi ingenij, rectè ſequitur jure communi ſcholares eſſe immunes à vectigalibus, quando portant libros, vel res alias proprio uſui neceſſarias. Quòd hujuſmodi immunitas etiam nonnullis competat jure ſpeciali, ſumitur 1. ex legibus Caſtellæ l. 5. tit. 7. p. 5.
,, ibi. Eſſo miſmo dezimos de los libros que a
,, los eſcolares traen, e de las otras coſas que
,, han meneſter para ſu veſtir, e para ſu viãda,
que no deven dar portazgo. Vbi Greg. Lopez gloſſ. 11.

Pꝛiuilegium immunitat.

Quod verò hoc & amplius privilegium cõpetat Scholaribus Academiæ Pariſienſis euntibus, & redeuntibus, conceſſit Galliæ Rex Philippus VI. Valeſius dicto anno Domini 1340. menſe Ianuarij apud Vincenam, per hæc verba:
,, Concedimus de gratia ſpeciali, & certa ſciẽ-
,, tia, & de noſtræ plenitudine poteſtatis, ne
,, quiſquam laicus cujuſcunque cõditionis, vel
,, eminentiæ exiſtat, ſive privata perſona, præ-
,, poſitus, vel baillius, præfatos magiſtros, &
,, ſcholares, aut ad ipſum ſtudium accedentes.

aut

Digitized by Google

„ ant ad propria redeuntes; de quorum ſcho-
„ laritate conſtabit per proprium juramẽtum,
„ in perſona, familia, ſive rebus, occaſione pe-
„ dagij, taliæ, impoſitionis, couſtumæ, vel alio-
„ rum hujuſmodi perſonalium onerum, aut
„ alterius exactionis cujuſcunque perſonam
„ inquietent, moleſtent, aut aliàs quovïſmodo
„ extorquere præſumant. „ Hoc privilegium confirmavit Ioannes Franciæ Rex anno 1360. die 12. Februarij, & ampliavit Carolus V. anno 1369. die 26. Septembris apud Vincennam, ut nempe ſint immunes tam in aqua, quàm in terra, & bonis ipſorum, & bonis ſuorum beneficiorum, quæ ad uſum habent. Limitatur 1. niſi ſcholares diu ab ſtudio ſe abſentent. Bar. in l. naturaliter §. apum ff. de acq. rer. domin. quod procedit, quando illi ſe abſentantes animum redeundi adjiciant. Limitatur 2. in rebus alienis mixtis cum libris. Nam ſi ſcholaris ſciẽter portet cum libris merces patris, vel conſanguinei, vel alterius etiam exteri, & dignoſcatur fraus, certè illa bona cõfiſcabũtur l. 1. & ibi DD. C. de navib. non exuſan. lib. 11.

Gabellæ venditionum.

461 Secunda concluſio. Scholares laici, excepto vectigali, ſeu pedagio, prout in prima concluſione expoſitum eſt, à nullo alio tributo, jure communi ſunt immunes. Ita Eſcob. cap. 22. num. 110. Et quidem à gabella, quam Caſtellani vocant Alcavala, Luſitani ſiza quæ eſt penſio ſolvẽda ex emptione & venditione, non eſſe immunes ſcholares, ſive auditores, ſive præceptores, tradunt Girõda de Gabellis 7. par. num. 49. & Gutier. tract. eod. q. 95. cap. 40. Addit Laſſarte cit. cap. 19. num. 100. quãvis ab alijs tributis, quocũque jure ſtudioſi & Doctores ſint immunes, huic gabellæ venditionum eſſe obnoxios. Quia hæc gabella omnes etiam exemptos comprehendit, ita ut à cæteris ad eam argui non poſſit. Vnde ſolo jure, vel privilegio ſpeciali à prædictis tributis, & gabellis eximẽdi ſunt. Qualiter verò ſcholares Montiſpeſſulani exemerit Carolus VIII. Frãciæ Rex, patebit ex verbis Regij diplomatis apud Rebuff. privil. 149. quæ ſubjicio utpote cedentia in magnum honorem ſtudentium, & ſapientium.

Scholarium immunitas a gabellis.

¶ Carolus Dei gratia Francorum Rex, ad perpetuam rei memoriam, in ſolio regiæ majeſtatis ſupremi Regis clementia conſtituti, ad illorum qui litterarum ſtudio jugiter inſudant, in quibus pretioſa reperitur aſſiduè quærentibus ſapientiæ margarita, ſtatum proſperum, & quietum regia ſolicitudine vigilantes, eorum profectibus libenter intendimus, & illa quæ addicti ſtudij augmentum & tranquillitatem fore conſpicimus, opportuna, favorabili cõcedimus liberalitate: hinc eſt quòd dilectorum noſtrorum Gulfredi de ſancto Stabundo generis nobilis Rectorum moderni, necnon magiſtrorum, & Scholarium Vniverſitatis villæ noſtræ Montiſpeſſullani, in hac parte ſupplicationibus inclinati, attendentes inſuper quòd ab ipſo famoſo ſtudio rãra exactis temporibus manaverint ſalutiferæ fluẽta doctrinæ, ut quàm plurima ejuſdem membra inſignia Apoſtolicæ dignitatis gloria donati, decoratique extiterũt, à quorum paterna providentia, etiam & claræ recordationis prædeceſſorum noſtrorum Frãciæ Regum ampla munificentia, ſupplicantes prædicti, plurimis ſũt privilegijs, prærogativis, libertatibuſque præmuniti. Conſideratẽs etiam quòd theſaurus ſcientiæ pretioſiſſimus, per quẽ rationalis creatura à terrenorum deſideriorum illecebris abducitur, Juſtitia colitur, & Eccleſia militans fructiferis ſtipitibus ſpiritualiter & temporaliter illuſtratur, memoratorum anteceſſorum, qui Regni hujus florentiſſima ſtudia ſuis temporibus ampliſſimis proſecuti ſunt favoribus, veſtigia imitari volentes, habita etiam cum nonullis magiſtratibus; & alijs de magno concilio noſtro viris peritiſſimis deliberatione matura, &c. Quod Rector, Doctores, Magiſtri, Licentiati, Baccalaureati, ordinariè, & continuè legẽtes, alijque veri ſtudẽtes, ab omnibus impoſitionibus gabellis, quarta aut octava parte vini & aliorum fructuum excretorum, tam de his prædijs patrimonialibus, quàm alijs ratione beneficiorum Eccleſiaſticorum ſibi competentibus, & pertinẽtibus; etiam & alijs perſonalibus vectigalibus, pedagijs, angarijs, & perangarijs, ſint & remaneant in perpetuum quieti, liberi, franchi, immunes, & exempti.

462 Dubium eſt 1. an ſcholares habeãt prædictam immunitatem vectigalium jure communi, nõ ſolum adeũdo ſtudium, ſed etiam ſtando, & redeundo? Rectè affirmat Rebuff. privil. 151. ex Bart. in l. utimur ff. de ſepul. viola. & l. 1. ad l. Iul. majeſt. & in l. relegati de pœnis. Arg. cap. ſtatutum §. pro ferendo, de reſcript. in 6. ubi Angel. ad l. 1. C. de navicula lib. 11. Alex. conſ. 46. in prin. vol. 2. & Felin. in cap. ego N. de jurejur. Ratio eſt, quia tex. in Authẽt. Habita C. ne filius, confert immunitatem omnibus ſcholaribus, qui cauſa ſtudiorum peregrinãtur: nõ ſolum autem quãdo adeunt, ſed etiam quando ſtant, & redeũt: ſtudiorum cauſa exulant, & peregrinantur. Deinde textus ille præbet veniẽtibus ſecuritatem: at nõ venit ſecurè, qui nõ poteſt ſecurè redire l. ſciẽdum ff. de legatio. & l. qui mittũtur ff. ex quibus cauſis maior. Accedit quòd nõ minus abeſſe Reipublicæ cauſa intelligẽdus eſt, qui pergit ad id negotium, vel ab eo revertitur. l. tempus ff. de vacat. & excuſat. muner.

Vectigalium immunitas.

Dubium eſt 2. qualis requiratur, & ſufficiat probatio libros, vel res alias uſui neceſſarias portari, ne ſoluatur vectigal? Reſpondetur ſtãdum eſſe juramento ſcholarium, vel nuncij, aut mulionis libros deferentis, quando ſcholaris præſens non eſt. Ita Rebuff. privil. 147. ex Gloſſ.

Digitized by Google

in Clem. ſi. de cenſibus, & Iaſ. in l. cæterta §. ſed ſi quis ad opus col. 2. ff. de legat. 1. Sumitur ex l. Univerſi C. de vectig. ubi Doctores; & Bald. in l. cum proponas C. de nautico fœnore. Fallit tamen, quando ex tempore de cõtractu conſtaret, arg. l. ſi is à quo ff. ut in poſſeſ. lega. Boniface. in Clem. præſenti col. 3. Quid ſi Gabellarij velint aperire ſcrinium, vel arcam, ut videant libros? Videtur poſſe ex l. requirendi Cod. de ſervis fugit. Hæc tamen lex intelligitur, quando illa apertio fit authoritate judicis, aliàs ſecus, & ſic obſervat conſuetudo, ſcilicet ut non aperiantur ciſtæ. Quia inhumanum eſt paupertatem alicujus detegere. l. 2. C. quãdo & quibus quarta pars debe. lib. 12. Quid ſi gabellarij negent eum eſſe ſcholarem? Probabit ſcholaris ſe talem eſſe per litteras matriculæ, quas debet portare. Ita Bologn. apud citat. Rebuff. Nam clericus probat ſe clericum litteris. l. ſi qua per calumn. C. de Epiſc. & cleri.

Pœna gabellarij violantis privilegium.

463 Dubium eſt 3. quali pœna afficiantur publicani cogẽtes ſcholarem ad ſolvendum vectigal? Quantæ audaciæ, quantæque temeritatis ſint publicanorum factiones, nemo eſt qui neſciat, ut his cõceptis verbis tradit tex. in l. quantæ ff. de public. Hinc eſt quòd publicanus cogens ſcholares ſolvere vectigal, pœna multiplici coercetur. Imprimis deperdet privilegia, ſi qua habuerit, ut ex cap. dilecti, de privil. tradit Roman. ſing. 695. Inſuper Clemẽt. præſenti, de cenſibus, excommunicatur, vel interdicitur juxta perſonæ ibi expreſſæ qualitatem. Deinde per jus civile pœnæ capitali afficitur l. univerſ. C. de vectig. ibi: Capitali pœna „ propoſita ſtationarijs, & urbanis militibus, „ cæteriſque perſonis, quarum avaritia id ten„ tati firmatur. Sic Firman. tract. de Gabell. p. 4. num. 11. & Ferret. in ſimili tractat. num. 112. ubi addit publicanum illicitè exigentem pœna furti, & actione furtiva teneri; ſi ſcienter illicita exegerit, ſi verò ignorans, ad duplum infra annum: ac ſi ſolverit exactum ante ſententiam, liberabitur. Farin. in praxi crimin. parte 7. de furtis q. 172. num. 58. tradit hoc multo magis procedere in publicano qui non ſemel, ſed pluries indebitam gabellam exigit: & num. 59. ait teneri ad quadruplum, ſi exegit nullam habens exigendi poteſtatem, ex l. peræquatores C. de centurion. lib. 11. Illud rectè notat Rebuff. priv. 148. per pœnam capitalem ſupra intelligi pœnam deportationis. ex leg. penult. & ibi Gloſſ. C. de navicul. lib. 11. Quia nomine capitalis pœnæ intelligi debet mitior l. ſi præſes, & l. ſi de interpretatione ff. de pœnis. Addit debere cõdemnari in expẽſis, damnis, & intereſſe ſcholarium non ſolum publicanum, ſed etiam conductores, quos ſirmatios vocant, & quoſcũque moleſtantes ſuper hoc ſcholaſticos.

QUÆSTIO XI.

Utrum ſtudia generalia; ſeu Academiæ ſint immunes a ſubſidio Eccleſiaſtico ſolvendo?

Immunitas Academiæ a ſubſidio Eccleſiaſtico.

464 SErmo nobis eſt de ſubſidio, quod in favorẽ alicujus Principis ſæcularis ſolet aliquãdo Summus Pontifex indicere Eccleſijs, & Eccleſiaſticis redditibus, quale fertur in hiſtor. Pontif. lib. 6. cap. 27. §. 1. conceſſum per Paulum III. Pontificem Max, Carolo V. Imperatori pro expugnatione de Tunez, y la Goleta. Ante reſolutionem oportet meminiſſe de diviſione Academiæ in ſæcularem, & Eccleſiaſticam, quam tradidimus lib. 1. diſp. 2. q. 2. exponentes latè quid requiratur ut Academia ſit & appelletur Eccleſiaſtica, vel ſæcularis & laica. Hoc poſito facilis eſt generalis reſolutio. Si Academia laica & ſæcularis ſit, nõn tenetur ad Eccleſiaſticũ ſubſidium: ſi vero ſit Eccleſiaſtica, talis ſubſidij onere gravatur. Ita Azor to. 2. Inſtit. moral. lib. 9. cap. 14. q. 6. Rebuff. tract. de decimis q. 3. num. 4. ver. 3. Barb. de poteſtat. Epiſc. alleg. 87. num. 40. Garcia de benef. 5. part. cap. 1. num. 613. & Alphonſ. de Eſcob. cap. 22. à num. 14. Ratio manifeſta eſt, quia ſubſidium Eccleſiaſticum dicitur illud, quod eſt impoſitum Eccleſijs, & Eccleſiaſticis redditibus, quale fuit illud impoſitum à Paulo III. in favorem Caroli V. Imperatoris, ut cõſtat ex Bulla, quam refert Laça in compẽd. trium gratiar. lib. 2. pag. 9. Quæ Bulla conformis eſt juri communi Canonico, quo cavetur ne à laicis exigatur ſimile ſubſidium, ut doctè probat Bellenc. de charit. ſubſid. q. 35. & 37. num. 1. addi poteſt tex. in cap. conquerente 16. ad fin. de offic. ordin. archid. & in cap. cavendum 10. q. 3. Ergo ſi Academiæ ſæculares ſint, ad exemplum laicorum, exemptæ erunt ab Eccleſiaſtico ſubſidio: ſi autem ſint Eccleſiæ, illud debebunt.

Subſidium Eccleſiaſticum ex bonis Academiarum.

465 Eſt indubitata prior pars reſolutionis in Academijs ſæcularibus, ſeu laicis circa bona temporalia: at circa decimas, quas largitione Pontificis nonnullæ Academiæ laicæ poſſident, gravis difficultas eſt, an ex illis teneantur ad Eccleſiaſticum ſubſidium? Partem negantem defendit Molina de juſt. to. 3. diſp. 663. num. 9. & 10. quatenus ait Põtificem per conceſſionem decimarum laicis factam, eã decimarum portionem, quam impendit, ita ab Eccleſiæ & ſacerdotum patrimonio amputaſſe, & in ſæcularia bona transfudiſſe, ut bona hujuſmodi manſerint omninò alienata, & exempta à juriſdictione Summi Pontificis: ex quo infertur

fertur Pontificem, quantunvis vellet, non poſſe eis ſubſidium imponere. Totum hujus ſententiæ fundamentum eſt, quia illæ decimæ, ſeu redditus etſi in ſuo exordio, & origine fuerint Eccleſiaſtici, tamen ob alienationem, & donationem factam Academiæ laicæ, Eccleſiaſtici eſſe deſierunt induentes ſæcularem, & laicam naturam, non ſecus ac illi decimarum redditus (quas tertias vocant) Principibus, optimatibuſque donari. Certum enim eſt, quoties Eccleſiaſtici redditus à Pontifice laicis donantur, inter profana bona recenſeri, ut latè probat Caſtillo de tertijs cap. 11. Gutier. lib. 1. pract. q. 14. n. 2. & Zevallos de las fuerças q. 25. num. 21. ex cap. unic. §. fin. de jure patron. in 6. & l. licitatio in fin. de public. & vectig.

466 Confirmatur 1. à ſimili, ex doctrina, quam ſupra hoc lib. diſp. 1. q. 5. tradidimus, & multis probavimus, nempe privilegia, & omnia bona laica, quæ ſæculares Principes donāt Academiæ Eccleſiaſticæ, exuere naturam profanam, & aſſumere Eccleſiaſticam, ita ut maneant omninò exempta à tributis ſæcularibus; ergo è contra Decimæ Eccleſiaſticæ, quæ à Pontifice donantur Academiæ laicæ ita induunt naturam laicam, ut ſubjici nequeant ſubſidio Eccleſiaſtico. Confirmatur 2. quia bona Eccleſiaſtica nō poſſunt vēdi, permutari, & alienari abſque ſolemnitatibus juris: ſed Academia laica poteſt illas decimas vēdere, pignorare, permutare, & alijs modis alienare, nō ſolum quoad fructus, ſed etiam quoad proprietatem, ea forma & modo, quo reliqua bona temporalia. Nam quòd Principes, & alij laici poſſidentes ſimili titulo prædictas decimas, poſſint alienare, docent S. Thomas 2. 2. q. 100. a. 4. ad 3. Sotus de juſt. lib. 9. q. 7. a. 3. col. penult. Suar. de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 1. cap. 26. nu. 7. Gratian. diſcep. foren. cap. 238. à num. 22. Garcia de expenſ. cap. 6. num. 97. Petr. Barb. ad l. Titia 35. num. 42. ff. ſolut. matr. Laſſarte de Decim. cap. 19. num. 32. & latè Menchaca Illuſtr. cap. 89. à n. 2. Confirmatur 3. quia ex ſolis bonis laicis, & non Eccleſiaſticis gabella ſolvitur in eorum alienationibus: cum verò ex prædictis decimarum alienationibus per laicos factis gabella ſolvatur, juxta Caſtill. d. cap. 16. num. 14. Girondam tract. de Gabell. 7. par. num. 19. ad fin. Gutier. de Gabell. q. 42. & Laſſarte d. cap. 19. à n. 28. ſequitur decimas illas eſſe laicas, proindeque Eccleſiaſtico ſubſidio non obnoxias. Dicta habent magnam vim tum in alijs Academijs laicis, tum præcipuè in Salmanticenſi, cum prædictas decimas poſſideat, non ex infeudatione ab Eccleſia facta, aut præſcriptione, ſed ex libera & ſimplici Pontificum donatione, eadem forma facta, qua Regibus Caſtellæ. Nam ſicut illis Pontifices donarunt ad ſuſtētationem militiæ armatæ, ita donarunt Academiæ Salmanticenſi ad ſuſtētationem militiæ litterariæ, trāſlato in perpetuum pleno ac libero dominio, ut habetur in Pontificijs litteris Clemens V. & Benedicti XIII. quæ referuntur in proœm. Cōſtit.

Decimæ Eccleſiaſticæ donatæ Academijs.

Alienatio decimarum.

467 Nihilominus partem oppoſitam affirmantem ex prædictis decimis ſolvendum eſſe Eccleſiaſticum ſubſidium, amplectimur cum Garcia de expen. cap. 9. num. 97. Laſſarte d. cap. 19. num. 34. Barboza d. l. Titia nu. 42. vet. quare autem ff. ſolut. matr. Azeved. l. 1. tit. 21. lib. 9. Recopil. num. 44. & Alphonſo de Eſcob. cap. 22. num. 32. Sumitur 1. ex praxi. Nam uſus & praxis (ut ait Eſcobar proximè) incunctanter obtinuit, ut conceſſiones Pontificiæ Eccleſiaſtici ſubſidij extendantur ad laicorum tertias, & Lara in compen. de las tres gracias lib. 2. fol. 21. narrat factam concordiam inter Principem, & Eccleſiam Aragoniæ. Eādem dari praxim apud Gallos innuit additio Decij conſ. 156. lit. D. & hujuſmodi ſubſidium pēdere Academiam Salmantinam, conſtat ex ſtatutis ejuſdem tit. 50. §. 30. Sumitur 2. ex diſtinctione inter jus decimarum, quod habet Eccleſia, & jus illud quod ad laicos transferri ſolet, quam diſtinctionem afferunt, & approbant S. Thom. 2. 2. q. 87. a. 3. Azor tom. 1. lib. 7. cap. 36. num. 11. Caſtillo de tertijs cap. 10. num. 6. & Barb. citat. num. 46. Ius enim percipiendi decimas, quod penes Eccleſiam exiſtit, & ob adminiſtrationē ſpiritualem competit, adeo ſpirituale eſt, ut nō niſi Eccleſiaſticis debeatur, penes eos ſit, & eorum nomine Eccleſiæ competat: & hujus juris laici ſunt adeo incapaces, ut nequeat transferri in eos etiam per Pontificem. Cap. quamvis, cap. ad hæc, de Decimis. Cap. 2. de judic. cap. fin. de rer. permut. Cap. cauſam, de præſcrip. & Cap. decimas 16. q. 7. Ius verò quod laicis conceditur, eſt facultas percipiendi illas ipſas decimas Eccleſiæ Eccleſiaſticis debitas: laici verò ſunt capaces hujus juris, quo mediante plenum dominium, & perpetuum poſſunt comparare, manente tamen ſemper jure illo ſpirituali penes Eccleſiam ex natura rei, & abſque ulla reſervatione. Explicatur prædicta diſtinctio optimo exemplo venditæ, reſtitutæve hæreditatis. Quia nomen & jus hæreditatis nunquam tranſit in emptorem, aut fideicommiſſarium: tranſeunt tamen jura utilia, & dominium rerum, manēte ſemper jure illo hæredis penes hæredem. §. reſtitutâ Inſtit. de fideicommiſſ. hær. l. pen. in fine C. eod. l. ſi quaſi ff. de hær. vel action. vend. l. emptor C. eod.

Decimæ donatæ Academijs debent ſubſidiũ.

Decimarum jus duplex.

Igitur ſicut in hæreditate vendita, aut reſtituta dignoſcimus jus duplex, alterum quod ſēper manet penes hæredem, alterum quod trāſit in emptorem, aut fideicommiſſarium, ita poſſumus intelligere duplex explicatum jus in decimis per Pontificem donatis: atque adeo licèt decimarum percipiendarum jus transfeat in laicos, adhuc jus ſpirituale penes Eccleſiam, ejus

Hæreditatis jus duplex.

caput

caput manere, non ſine effectu. Inter alios præcipuus eſt, quòd Pontifex decimas & redditus ſua origine Eccleſiaſticos, & Eccleſiæ debitos, etiam poſt donationem factam laicis, poſſit directè tributo reali ſubſidij afficere, ut cum eo onere ad perſonas tranſeant, juxta notata per Interpretes ad l. neque ſtipendium 13. de impen. in res dotal. ergo dicendum eſt Academias laicas ex prædictis decimis cogi poſſe ad ſubſidiũ Eccleſiaſticum, ſicut cæteri laici, qui ab Eccleſia decimas poſſident.

468 Oppoſita pro parte negativa facilè diluuntur ex illo principio, quòd tranſlato jure temporali decimarum in laicos, jus ſpirituale penes Eccleſiam perpetuò maneat. Vnde ad fundamentum decimus illas decimas origine ſua Eccleſiaſticas, poſt donationem ita induiſſe naturam laicam, ut ſemper jus ſpirituale, cujus laici incapaces ſunt, manſerit penes Pontificem, qui proinde tranſmiſit decimas affectas radicali, & reali onere, ut quando expedierit, concurrerent ad ſubſidium: quod in alijs bonis laicis non cernitur. Ad 1. confirmationem patet diſparitas, quia privilegia, & bona laica ſemel omninò donata Eccleſiæ ita induunt naturam Eccleſiaſticam, ut nullum omninò jus maneat penes laicum donatorem, cum Eccleſia totius omninò juris capax ſit: ſecus è contra, quando laico decimæ conferuntur ab Eccleſia. Ad 2. & 3. confirmationem, fatemur decimas illas ſecundùm jus tranſlatum in laicos, manere laicas, proindeque poſſe vendi abſque juris canonici ſolemnitate, & ex venditione deberi gabellam: cum verò remanente jure ſpirituali penes Eccleſiam, tranſierint affectæ prædicto radicali onere, valet Põtifex illas ſubjicere Eccleſiaſtico ſubſidio.

Dices adhuc pro ſententia Molinæ num. 10. quia cõceſſio decimarum facta laicis antiquior eſt impẽſione ſubſidij, igitur tales decimæ temporales factæ nequeunt per Pontificem onerari. Addes perfectam donationem, qualis ſupponitur fuiſſe donatio decimarum, cõditionem non capere. l. perfecta donatio 4. C. de donat. quæ ſub modo. Expendes etiam adducta exempla de hæreditate vẽdita, vel reſtituta, aut uſusfructus ceſſione, in quibus ſi hæres poſt venditam, reſtituramve hæreditatem, aut is qui uſũfructum ceſſit, agãt, exceptione repelluntur. l. 1. §. quãquam ad Trebel. de hæredit. vel actione vend. ergo ſimiliter dici poterit, quãvis jus ſpirituale manſerit in Eccleſia, tamen poſt factam donationem decimarum, has non poſſe onerari. Reſpõdemus cum Eſcob. citato num. 42. ad 44. oppoſita id evincere, ut regulariter & ſine cauſa nequeat Põtifex cõceſſionem perfectam onerare, modove afficere. Noſtra enim reſolutio procedit etiam in illa ſententia, quæ habet Principes nõ poſſe donationem, ſeu privilegiũ gratioſum ſine cauſa revocare: ſi tamen vel ex natura donationis ex juſta cauſa ſuperveniente conceſſio moderetur, graveturve, his caſibus omnia in oppoſitum allata ceſſant, iiſque non obſtantibus Pontifex donationi perfectæ modum, gravamenve adjicere poterit.

QUÆSTIO XII.

Quale ſit in Academijs privilegium nundinarum, macelli, & mercatoris pecuarij, vulgo marchante?

469 NVndinæ, vulgo Feyras (ut expoſuimus in noſtro E- *Nundinæ*
lucidario lib. 2. Eluc. 13. n. *quid.*
1021.) nomen acceperunt à nono die, quaſi dictæ Novẽdinæ. Moris enim fuit apud Romanos, ut ruſtici octo diebus in agris eſſent, & nono die Vrbem repeterẽt tum ad mercatum, tum pro legibus accipiendis. Si quid autem ſuffragijs populi Romani ferẽdum erat, id per ternas nũdinas recitabatur, & promulgabatur, quod tempus Trinũdinum vocabatur. Hodie nundinæ ſunt cõvẽtus mercatorum, qui ſtatutis temporibus fiũt in aliquo loco publico merces omnigenas vẽdendi, & emẽdi gratia.

Quòd Academiæ habeant privilegium nũdinarum, quas nempe indicãt certis tempori- *Nundinæ*
bus pro mercatu ad alẽdos ſcholaſticos, & offi- *ſcholarium*
ciales Academicos, nõ invenio jure communi. *Conimbri-*
Iure tamẽ & privilegio ſpeciali certum eſt A- *cenſium.*
cademiam Conimbricenſem habere ſingulis hebdomadis nundinas, quas vocant francas, ideſt à gabellis liberas, pro ſuis ſcholaribus faciliùs alendis. Conſtat ex lib. 2. ſtatut. tit. 50. n. 5. ubi ſic: ¶ A ſeu officio pertẽcerà reger, & governar a feira franca, que ſe faz na praça dos Eſtudantes, conforme aos privilegios, que pera iſſo tem: & almotaçar, & pòr os preços aos mantimentos, & mais couſas, que a ella vierem, & por bem dos ditos privilegios, nella pòdem vender. Loquitur de ſcholaſticorum ædili, vulgo Almotacel.

470 Iure etiam & privilegio ſpeciali, *Nundinæ*
per diuturnam praxim obſervato, *Acade-*
Academiam Eborenſem ſuas habere nundinas, *miæ Ebo-*
ſingulis hebdomadis feria tertia, habetur ex *renſis.*
Stat. lib. 1. cap. 19. num. 4. & diplomatibus, quæ juſſit expediri Rex Luſitaniæ, in favorem Academiæ, pro faciliori ſtudioſorum alimonia. In quodam, quod 12. Septembris anno 1561. expedivit Regina Catharina nomine Sebaſtiani Regis ſui nepotis, pro quo gubernabat, ſic habetur: ¶ Hey por bem, & me praz, fazer merce ao Padre Reitor, Lentes, Deputados, Conſelheiros, Officiaes, & Eſtudantes da Vniverſi-

dade

ſidade da cidade de Evora, pera que poſſaõ ſer melhor providos de mantimentos, & outras couſas neceſſarias a ſua mantença & ſuſtentaçaõ, de lhes conceder, como de feito pola preſente lhes concedo hũa feira franca no dia da terça feira de cada ſomana, das couſas abaixo nomeadas, &c. Hoc diploma ſervatur in carthorio Academiæ loculo 12. in libro compaginationis nigræ ad fol.137. Eodem libro fol.136. eſt aliud diploma ejuſdem Regis factum Eboræ 27. Iulij anno 1573. ubi ſic: E a feira da Vniverſidade (de Evora) que ſe faz cada terça feira, ſerà franca da impoſição do vinho, & de tudo o mais que nella ſe vender, de que ouvera de pagar a dita impoſição. Quod privilegium conſtat eſſe recenter confirmatum cum alijs, quorum cõfirmationes authẽticæ ſervãtur eodem loculo 12.

Nundinarum privilegium neceſſarium.

471 Eſſe verò hujuſmodi privilegium generalibus ſtudijs, ac eorum ſtudioſis conceſſum, bono communi valde conſonum, facilis ratio ſuadet, quia per conſervationem, & augmentum ſtudiorum univerſa Reſpublica conſervatur, & augetur, ut latè oſtendimus lib. 1. tota diſp.3. ſtudia autem ſeu Academiæ cõſervari nequeunt ſine alimentis facilè & copioſè advectis: & quidem ſolum facilè & copioſè victus, & alimenta ſolent convectari indictione nundinarum, quas vocant francas, ideſt à gabellis & impoſitionibus liberas. Confirmatur 1. nam Princeps tanquam communis parẽs ſtudioſorum, ideò illis confert privilegium hoſpitationis, vulgò apozentadoria, quia habitatio computatur inter alimenta l. legatis cum l. fin. ff. de alimen. & cibar. leg. Calderin. conſ.332. in fine, Menoch. de arbitr. caſu 170. num.27. Gratian. diſcep. foren. tom.4. cap.610. nu.2. Berous conſ.24. vol.2. inter alimenta verò potiori jure numerantur cibaria & victus. Confirmatur 2. nam Princeps ideo confert ſtudioſis privilegiũ fori, ne occaſione & neceſſitate litium compellantur gymnaſio abeſſe, & ſtudia interrumpere, ut latè vidimus diſp.4. hujus libri à q. 1. at ſi non habeant facilem acceſſum, & vecturam ciborum, quos emant, magis compellentur abeſſe, & avelli à ſtudijs. Confirmatur 3. quia licèt nundinæ diebus feſtis ſint illicitæ, quòd ratione mercatus prohibitæ per jus canonicum cap.1. & ultimo, de ferijs, tamen illas reddidit licitas conſuetudo rationabilis, ut docẽt Navar. in Man. Lat. cap.13. num.8. Toletus in Sum. lib. 4. cap.24. num.4. Suar. tom.1. de Relig. lib.2. de diebus feſtis cap.29. num.3. & Fagund. 1. præc. quincalogi lib.1. cap.12. num.4. qui authores ponunt rationabilitatem conſuetudinis in eo quòd cedat in bonum publicum venire ruſticos & pauperes die feſto, ſine diſpẽdio mercedis & laboris ad emendum: deinde quia in nundinis bona orphanorum, & proventus Eccleſiaſtici ſub haſta vẽdi ſolent: cum igitur ſtudium ſcholarium cedat in bonum publicum, & ipſi ſcholares inter pauperes, & miſerabiles perſonas numerentur, ut alibi oſtendimus, ſequitur eſſe valde rationabile privilegium peculiarium nũdinarum, quæ illis cõceduntur.

Nundinæ diebus feſtis.

Macelli privilegium.

472 Quod attinet ad privilegium macelli peculiaris, & mercatoris pecuarij, vulgò marchante, exiſtimo non competere ſtudijs, vel ſtudioſis jure communi, habeo tamen pro comperto dari ex ſpeciali cõceſſione, in Academijs noſtris Conimbricẽſi, & Eborẽſi, ut praxis quotidiana oſtẽdit, & ſumitur ex ſtatut. Conimb. lib.2. tit.30. num.2. & ſtatut. Eborẽſ. lib.1. cap.19. num.2. Conveniẽtia & rationabilitas hujus privilegij coincidit cum ea quã pro privilegio nũdinarum attulimus num.471. Pro macello cõſervãdo, ut ſemper abũdet carnibus, quæ laniẽtur, eſt duplex optimum privilegium Eborẽſis Academiæ cõceſſum. Lanionibus, ſeu mercatoribus pecuarijs, vulgò carniceiros, ou marchãtes: alterum immunitas à ſolvẽda gabella, vulgò ſiza pro venditione carnium, quæ laniãtur in macello pro Academicis: & habetur in regio diplomate Sebaſtiani Regis, expedito Eboræ 27. Iulij anno 1573. ubi ſic: ¶ E o privilegio da ciza das carnes lhes cõcedo, com tal declaração, que o Reitor da Vniverſidade, & Collegio declararà cada anno por ſeu aſſinado, com parecer dos cõſelheiros, quãtas rezes o carniceiro da dita Vniverſidade ha de matar cada ſomana, que ſerà conforme aos eſtudantes que ouver na Vniverſidade: & das rezes, que aſſi pela dita maneira lhes declarar, que mate, não pagarà o carniceiro ſiza algũa.

Privilegium de calumnijs nõ ſolvẽdis.

Alterum privilegium eſt, ut omnia pecora deſignata pro alẽdis Academicis poſſint liberè & impunè depaſci omnia oliveta, & omnes agros etiam vetitos ſub pœna calumniarum, vulgò coimas, ita ut ſolum teneãtur de damno. Habetur in diplomate ejuſdem Regis expedito Vlyſſipone, 25. Octobris anno 1577. ubi ſic: ¶ Item os ditos carniceiros podem trazer, & paſtar os gados, que ſe hão de cortar no açougue da dita Vniverſidade, pellos olivaes, & quaeſquer outros lugares coimeiros, ou defeſos, ſem por iſſo pagarem couſa algũa: somẽte pagaràm a eſtimação da perda, ou dano, que fizerem: que ſerà juſta, & eſtimada por duas peſſoas de boa conſciencia, que bem entendão.

Coimas.

Judex calumniarum quis.

473 Difficultas eſt ad quemnam pertineat cognitio de materia hujus privilegij, ad conſervatoremne Academiæ, an ad judicem calumniarum, ſeu ædilem, vulgò Almotacel: Fuit de hac re magna olim cõtroverſia inter noſtram Academiam, & Senatum oppidi nobiliſſimi Eſtremozienſis, ſicut eſt modò inter eãdem & Senatum civitatis Eborẽſis. Pro parte Senatus intendentis ſpectare cognitionem ad ædilem, facit 1. quòd judex ordinarius calumniarum,

Digitized by Google

niarum, vulgo coimas eſt ædilis, ut habetur lib. 1. Ordinat. tit. 68. init. Deinde juriſdictioni ædilitiæ nequit obſtare privilegium fori, quod habeat reus, vel actor, ut ſtatuitur Ordin. lib. 3. tit. 5. §. 9. ¶ E mandamos que em todo o caſo que pertencer à almotaçaria, ſeja o rèo citado, & demandado perante o Almotacel de ſeu foro, onde o caſo acontecer, ſem embargo de qualquer privilegio de foro que o actor, ou reo tenha. Faciunt 2. leges noviſſimæ derogantes quodcunque privilegium in oppoſitum, ac potiſſimum lex condita ad inſtãtiam cujuſdam Emmanuelis Moreni de Chaves regij publicani, in qua Rex omnia privilegia circa forum de calumnijs generaliter revocat, & multa ſpecialiter ac expreſſè. Faciunt 3. nõnullæ ſententiæ in hac materia jam latæ pro juriſdictione ædilium.

His non obſtantibus, tãquàm certum tenendum eſt prædictam cognitionem de calumnijs pertinere ad Conſervatorem Academiæ. Sumitur 1. ex Statutis Academiæ Eborẽſis lib. 1. cap. 13. §. 10. ¶ O Conſervador tem jurdição em todos os caſos da almotaçaria que tocarem aos privilegiados da Vniverſidade, tirando os caſos da limpeza, em que ſomente provem os Almotaceis da cidade, quãdo os ditos privilegiados nelles forem comprehendidos. Sumitur 2. ex diplomate regio annexo novis ſtatutis Academiæ Conimbricẽſis, ut cõſtat per certificationẽ ſcriptam à Secretario ejuſdem Academiæ Antonio da Sylva, anno Domini 1568. declarante Cõſervatorem Academiæ eſſe judicem privativum erga omnes privilegiatos, ſive Rei ſint, ſive authores in omnibus cauſis tam civilibus, quàm criminalibus; etiam in materia calumniarum. Quod verò Academia Eborẽſis communicet cum Conimbricẽſi in privilegijs conceſſis & concedẽdis, latè tradidimus diſp. 2. hujus libri q. 4. à num. 31. Sumitur 3. ex eo quòd pro hac parte fuit declaratum regia authoritate, & judicatum ab inſigni Doctore Petro Barboſa anno 1579. ſcriba Gaſpare da Rocha Ferreyra, cùm in ſupremo Senatu Luſitaniæ Senator eſſet, & judex privilegiorum Eborẽſis Academiæ. Accedit quòd in dubio, an Cõſervator in prædicta cauſa calumniarum foret judex privativus, talis cẽſendus eſſet, ut rectè notat Mẽdez in practica Luſitana p. 2. cap. 2. num. 84. in fine.

Ædiles iudices calumniarum.

474 Patebit inſuper reſolutio ex ſolutione fundamentorum pro parte contraria. Ad 1. fatemur ædiles judices eſſe ordinarios calumniarum, ſed ſpeciali privilegio, & ſtatuto Academico fuiſſe ab illis præciſam juriſdictionem, & tranſlatam in Conſervatorem privativè. Cum verò ſtatuta & privilegia Eborẽſis Academiæ ſint poſteriora Ordinationibus Luſitanis, & habeant clauſulam derogatoriam cujuſcũque legis in oppoſitum, fit ut Ordinatio citata lib. 3. tit. 5. §. 9. debeat intelligi, vel limitata procedere de ſolis in foro privilegiatis ante cõditam Ordinationem. Ad 2. nõ obſtat derogatio inducta per leges noviſſimas, & regia diplomata: quia ſolum habent clauſulas generaliter derogatorias: noſtra autem ſtatuta & privilegia habẽt clauſulam, ut nũquam cẽſeantur revocari, niſi de illis fiat ſpecifica, & expreſſa mentio, & trãſcriptio de verbo ad verbum, ut oſtẽdimus diſp. 1. quæſt. 6. Quod verò hujuſmodi privilegia perſiſtãt, etiam datis legibus noviſſimis generaliter revocatorijs, tradunt Moneta de commut. ultim. volum. cap. 8. num. 539. Cevall. commun. q. 611. Menoch. lib. 6. præſum. 40. num. 22. & Gõzal. de menſibus gloſ. 29. à num. 13. Accedit ex Ordin. Luſit. lib. 2. tit. 44. quia lex Regia nõ cẽſetur derogata, niſi in derogatione fiat de illa mentio expreſſa, ut notavit ibi cum alijs Emman. Barb. in remiſſion. & Cabed. p. 2. deciſ. 93. num. 3. & 12. In hoc autem Regno ſtatuta Academica cẽſentur leges Regiæ, & jus commune, ut ſumitur ex notatis per Phæbum p. 2. deciſ. 146. n. 2. & Valaſc. conſult. 103. n. 8.

Derogatio legis Regiæ.

475 Nonnulla ex ſuperabundãti poſſumus addere, quæ affert citatus Gõzalez gloſ. 36. quia num. 37. ait quãdo privilegia antecedentia habent urgẽtiſſimas clauſulas derogatorias futurarum legum, ac diſpoſitionum, non cenſeri derogari per ultimas leges, & per ultima privilegia, quãvis in his inſerantur clauſulæ (pro expreſſis, & quorum tenores) ubi refert multas deciſiones Rotæ, & addit num. 38. juribus & exemplis allatis, hujuſmodi clauſulas non derogare privilegia requirẽtia individuam mentionem, & ſpecificam derogationem. Adjungit num. 43. ſtylum Curiæ Romanæ quatenus obſervat prædictas clauſulas (Pro expreſſis, & Quatum tenores) habere vim ſpecialis derogationis, procedere, quãdo Princeps revocat privilegia antecedentia motu proprio, & non quando revocat ad inſtantiam partis, ut ſic ſtylus procedat juxta hanc veram doctrinam, quam tenent Gabriel commun. tit. de clauſul. clauſ. 2. num. 59. Menoch. lib. 6. præſum. 40. nu. fin. & ipſe latè num. 63. Conſtat autem diplomata, quæ pro contraria parte afferuntur, fuiſſe conceſſa ad inſtantiam partis. Addit denique num. 70. quando prius privilegium fuit cõceſſum à Principe perſonis gratis & benemeritis non cẽſeri revocatum per poſterius: item num. 74. ex Felino in cap. nonnulli num. 6. de reſcriptis, & Selva de benef. 3. p. q. 14. num. 17. ſtatuite diverſitatem inter ſe expreſſum, & habere pro expreſſo: & ideo ubi requiritur expreſſa mentio, non ſufficit pro expreſſis haberi. Addo prædictis, quamvis ex ſpeciali jure noſtro non cõſtaret de clauſula requirente expreſſionem, adhuc ſtatuta, & privilegia ſcholaſticorum ſine ſpeciali mentione non eſſe cenſenda derogata: nam privilegia miſerabilium perſonarum ſine tali

Privilegiorum derogatio.

Clauſula derogatoria.

Expreſſa mentio.

Miſerabilium privilegia.

Miſerabilium privilegia

tali mentione nunquam derogata cẽſentur, ut communiter tradunt Doctores, in quibus eſt Gironda de privil.309.& 468. Alexand.conſil. 123. num.15. vol.4. & Rebuff. ad Conſtit. Regias Gallicas titul. de ſentent. proviſion. art.5. Gloſſ. fin. num.54. ſcholaſticos autem eſſe perſonas miſerabiles, conſtat ex Auth. Habita C. ne filius pro patre, ibi: Quis enim eorum nõ miſereatur, & cum multis tenet Barb. in remiſſ. ad Ordin.Luſit. lib.3. tit.5.§.3.num.19. & nos dicemus infra quæſt.14. Cum igitur noſtrũ privilegium à Principe conceſſum fuerit motu proprio perſonis benemeritis, miſerabilibus,& cum clauſula requirẽte expreſſionem, non fuit derogatum per poſterius, quod allegãt adverſarij.

Sententia lata quomodo pro ſint.

476 Ad 3. de ſentẽtijs,quas aſſerũt,latis pro juriſdictione ædilium cõtra juriſdictionem cõſervatoris, dicimus nihil obſtare,1.quia pro conſervatore aſſerũtur multo plures,& latæ in tribunali magis competenti, quæ in archivo Academiæ ſervãtur,& ut alias omittam,fuit pro noſtro privilegio judicatum,in ſupremo Senatu hujus regni in cauſa Franciſci Fernandez Lanionis Academiæ Eborẽſis cõtra decuriones ejuſdem civitatis ann.Domini 1635. & maiori numero ſentẽtiarum maior fides adhibenda eſt,juxta regulam l.juriſgen.§.fin. & l. maiorem ff.de factis. 2.quia ſentẽtijs cõtra nos allegatis,ac præſertim ſententiæ latæ per Doctorẽ Dionyſium de Mello, intercesſum fuit per Syndicũ Academiæ,&interceſſio,vulgo embargos,recepta, & tãquã probata judicata fuit per Doctorẽ Ioannẽ de Frias Salazar 16.Novẽbris anno 1635.3. quia ſentẽtiæ allegatæ ſunt omninò invalidæ, tum quia fuere latæ in tribunali gravaminum, quod eſt incompetẽs in materia juriſdictionum,ut teſtãtur Cabedus 2.p.dec.118. n.6.& Cancer 3.var.cap.10.n.2. tum quia in illis non apparet fuiſſe reos auditos,& ipſas in cancellaria recitatas.

QUÆSTIO XIII.

Qualiter ſe habeat privilegium armorum in Scholaſticis?

Arma vetita.

477 De armis vetitis, ac pænæ amiſſionis expoſitis, videndus eſt Farinac.in praxi crimin.q.108.tom.3. Decian. tract.crimin. lib.8. cap.3. Aloyſ. Ricci. in collect.deciſ.p.4.collect.1130.& Bovadil.in polit. lib.1. cap. 13. Illud ante omnia obſervandum, quanvis armorum in tota ſua latitudine appellatione,veniant non tantum ſcuta & gladij, ſed etiam fuſtes & lapides l.armorum 41. ff. de verb. ſignif. Felin. in cap.ita quorundam n.2. de Iudæis. Menoch. de arbitr. caſu 394.num. 76. Azor par.1. lib. 8. capit.23. quæſt.10. & regulariter tam ea quæ ad offenſam, quàm quæ ad defenſam parata ſunt, Ordin.Luſitan. lib.5. titul.80.§.1.Decian. in crimin.lib.8.cap.3.num. 14. tamen in odioſis ſolum offenſibilia veniре, ex Clement. ne in agro §. quia, de ſtatu Monach. Vnde quando ſtatutum ponit arma portantes abſque alia expreſſione, intelligitur de ſolis portantibus offenſibilia, ut poſt Bart. Alber. & Angel. tradit Rebuff. ad l. 41.ff. de verb.ſignif. verſ. ſecundo intelligite pag.226.

Armorũ appellatio ne.

Armorũ prohibitio.

478 Quod attinet ad ſcholaſticos circa arma portandã, cõſtat per jus arma illis eſſe prohibita in maiori latitudine,quã alijs,quãvis ſpeciali ſtatuto,& privilegio mitiores ſint pænæ impoſitæ ſcholaſticis, quàm alijs violatoribus. Patet prima pars,nam licèt familia poteſtatis valeat deferre arma, l. nam ſalutẽ §.ſciendum,& ibi Bald. ff. de offic.præf.vigil. item viatores §.l.quis ruſticus, de pace tenẽda, item nobiles ibidem, ut tenent Lucas de Pena in l. nona col.penul. C. ut armo. uſus lib.11. & Bonif. de Curtili in tract.nobil.parte 5. priv.39. item Vaſſalli nobiles, niſi quando jurant domino fidelitatem: tũc enim deponunt Zonam, arma,& calcaria, ut notat Ioan. Sainxon in cõſuetud. Turonenſ. in Rubrica Comment. homage ſe doibt officir art.1. hæc tamẽ permiſſio, ſeu facultas non extenditur ad ſcholaſticos, inter quos nequeunt ſervientes maximè portare arma l.qui dolo §.item qui cum telo ff. ad leg. Iuliam,de vi publ. Barbar. in tract. de præſtan. cardin. 2.par. q.ult. Socin. in ſuis fallen. reg. 430.& Iaſ.in §.ex maleficijs num. 87. Inſtit. de actio. Ratio eſt, ut vitetur ſcandalum, & tumultus, qui inter ſcholaſticos ætate juvenili exultantes facilè excitari poſſunt, data armorum permiſſione & portatione.

Armorũ prohibitio in Academijs Luſitanis.

479 Quòd verò ſtatuto ſpeciali ſcholaſticis prohibeãtur arma quæcunque alioqui non prohibita alijs, conſtat ex ſtatut. Eborẽſis Academiæ lib.2.cap.4. §.1. ¶ Nenhum eſtudante poderà trazer armas offenſivas, nem defenſivas de qualquer ſorte que ſejão, de dia, nem de noite. Expreſſiùs, & extenſiùs habetur prohibitio in ſtatutis Academiæ Conimbricencis lib.3.tit.4.init. ¶ Nenhum eſtudante trarà armas offenſivas,& defẽſivas,de qualquer ſorte que ſejão, ainda que ſeja faca, ou canivete, de dia, nem de noite, nas eſcolas, nem fora dellas, pella cidade, & ſeus arrabaldes. Nem em ſua caſa poderàm ter arcabuzes,nem piſtolletes: & o Reitor,ou Conſervador,lhe mandaràm buſcar as caſas, quãdo parecer que convem. Et n. 2. extẽditur hæc prohibitio ad famulos ſtudioſorum in locis tamen determinatis,nẽpe ſcholis,& morellis. ¶ Os criados,& familiares dos Lẽtes,& eſtudãtes,não tra-

O traiàm

trarâm outroſi cõ as ditas armas das portas das eſcolas pera dentro, ſob a dita pena: porem poderàm com ellas acompanhar ſeus amos atè as ditas portas, & eſperallos ahi, ſem encorrer em pena algũa. Outroſi não poderàm entrar nos açougues da Vniverſidade com armas ſob a meſma pena.

Pena geſtantium arma prohibita.

480 Secunda pars de pœnis, quæ imponuntur ſcholaſticis gerentibus arma ſtatutis prohibita: & quòd pœnæ ſint mitiores circa arma prohibita per Ordinationes Regni, habetur ex ſupra citatis ſtatutis: nam in Eborenſ. lib. 2. cap. 4. §. 1. ¶ E quem o contrario fizer, perderà as armas pera o Meirinho: & aſſi qualquer eſtudante que entrar no Collegio com armas, ſendo de idade atè quatorze annos, ſera caſtigado com caſtigo eſcolaſtico, que parecer bem ao Reitor da Vniverſidade. E ſendo de mayor idade dos ditos quatorze annos, o Conſervador o mandarà preſo à cadea polos dias que parecer ao dito Reitor. E alem diſſo aſſi huns como outros perderàm as armas ipſo facto, pera o dito Meirinho; ou pera os guardas, ſe o Meirinho nam ſe achar preſente. E prendendoſe algum eſtudante por iſſo, não lhe ſerà corrida a folha. In Conimbricenſ. lib. 3. titul. 4. inir. ſic habetur: ¶ E quem o contrario fizer, pela primeira vez perderà as armas pera o Meirinho, ou guarda das eſcolas, qual primeiro o acuſar: & pella ſegunda vez, alem de as perder, eſtarà prezo oito dias; & pagarà dous mil reis de pena da cadea pera a Confraria, & acuſador. Maiori pœna afficiuntur gerentes arma tempore oppoſitionum. Num. 1. ¶ E porem ſendo os ditos eſtudantes achados em tempo de oppoſiçoens com as ditas armas, de dia, ou de noite, ſeràm logo prezos, & eſtaràm na cadea todo o tempo da oppoſição, & ficaràm inhabilitados pera votar, & pagaràm mil reis pera o Meirinho: alem de perder as armas, como dito he. E ſe forem achados com ellas depois de ter votado, eſtaràm na cadea hum mes, alem das mais penas: & nam poderà o Reitor diſpenſar nellas por cauſa das oppoſiçoes.

At in reformatione Statutorum numer. 66. ſtrictiùs ſub maiori pœna prohibentur prædicta arma in hunc modum.

¶ No meſmo livro titulo 4. ordeno, que os eſtudantes que ſe acharem com armas de qualquer qualidade que ſejão, paguem pella primeira vez dez cruzados pera o Meirinho, ou guarda, & Confraria, & eſtejão trinta dias na cadea. A qual pena por nenhuma cauſa ſe lhe poderà remitir: nem ſerà relevado deſta pena peſſoa algũa de qualquer condição, & qualidade que ſeja. E pela ſegunda vez, aja a meſma pena: & alem della, ſeja privado de todos os curſos, que tiver. E os que ſe acharem com piſtolletes, ou os tiverem em caſa, mando ſe pratique nelles a ley do Reyno em tudo, & fiquem ſometidos a ellaque ſe executarà com mayor rigor, viſto como os eſtudantes tem mais obrigação de a guardar, por ſeu habito, & profiſſão.

Sclopeta ſub qua pœna prohibeantur ſcholaſticis.

481 Difficultas modò eſt, an ſcholaſticus Eborenſis Academiæ geſtés arma prohibita per Ordinationem Regiam, incurrat pœnas ipſius Ordinationis: Procedit peculiariter de armis ſtrictiùs prohibitis, qualia ſunt ſclopetæ breviores, vulgo dicimus (Piſtolla, Piſtollete) Ordinatio lib. 5. tit. 80. §. 13. vocat Arcabuz pequeno. Alicui fortaſſis placebit affirmativa pars, 1. quia ſola exceptione privilegij poterat ſcholaſticus Eborẽſis vitare pœnam Ordinationis utpote continẽtis jus commune, at per privilegium nõ excipitur, quia poſt dictam Ordinationem lata eſt quædam lex in Extrav. 1. tit. 2. p. 4. quæ revocat omnia privilegia quoad arma geſtãda, imponitque pœnam graviſſimam pecuniæ & exilij gerentibus, vel domi retinẽtibus, aut fabricantibus vel poliẽtibus, aut reſicientibus hujuſmodi piſtolletos. 2. quia hujuſmodi privilegium datur in Academia Eborenſi communicatum à Conimbricenſi; hæc autem jam nõ habet tale privilegium, cum in reformatione ſtatutorum num. 66. ut diximus, abrogatum ſit, & ſcholaſtici quoad pœnam gerentis, & habentis piſtolletos, ſubjecti maneant Ordinationi Regiæ; ergo dicẽdum eſt, quòd privilegiũ etiam defecerit in Eborenſi.

Piſtolla ſcholaribus prohibita.

482 Nihilominus pars negativa omninò tenenda eſt, & dicendum ſcholaſticos Eborẽſis Academiæ matriculatos, & cũ cæteris requiſitis inveẽtos cum piſtollis, vel piſtolletis, nõ eſſe puniẽdos juxta Ordinationem Regiam, ſed ſolum juxta ſtatuta Academica. Ita loquẽs de ſcholaribus Conimbricenſibus Emman. Barb. ante novã reformationem in remiſſ. ad Ordin. lib. 5. tit. 80. n. 8. poſtquam enim expoſuit limitando, & ampliando legem pœnalem de armis prohibiris, ſic ait: Limita quinto, in ſcholaribus Vniverſitatis Conimbricẽſis, quæ cum habeat ſtatutum à Rege confirmatum pro ſuis Scholaſticis, non ligantur pœnis hujus Ordinationis, nec Extravagantis poſtea editæ: quia per legem generalem non videtur derogatum privilegio ſpeciali, ex Bald. in l. Non plures num. 4. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. quod magis procedit quoad privilegia Vniverſitatis ex Roman. conſil. 456. Quæ doctrina omninò militat in ſcholaribus Academiæ Eborenſis, utpote habentis ſimile Statutum à Rege confirmatum: & rectè ſolvit 1. fundamentum partis affirmativæ, quatenus ait per generalem revocationem pragmaticæ ſanctionis non fuiſſe derogatum privilegium ſcholaſticorum, utpote ſpeciale. Addo hoc habere maiorem vim in ſtatutis, & privilegijs Eborenſis Academiæ, cum habeant

habeant (ut ſupra vidimus) clauſulam, ne cenſeatur revocata, niſi fiat de illis expreſſa mentio de verbo ad verbum. Unde ſicut refert idem citatus Barboſa pro hac noſtra reſolutione fuiſſe olim judicatum in Senatu Supplicationis, & ſervari ſententiam in Archivo apud Simonem Lealem Conſervatoris Conimbricenſis ſcribam, ita in hac noſtra Academia teſtis ego ſum fuiſſe judicatum per ipſius conſervatorem in cauſa cujuſdam Simonis à Sylva Avizenſis, qui ſub me præceptore anno 1640. Philoſophiæ operam debat in matricula deſcriptus, cum ab apparitore, vulgo Meninho ejuſdem Academiæ cum piſtolla fuerit deprehenſus in publica via. Et hæc eſt communis praxis.

Ad 2. fundamentum, fatemur privilegium illud incurrendi ſolam pœnam ſtatuti, & non Ordinationis, ſublatum fuiſſe quoad piſtollas, & piſtolleros, in Academia Conimbricenſi, ut conſtat ex citata reformatione, dicimus tamen adhuc perſeverare in Eborenſi. 1. quia ſtatutum regium Academiæ Eborenſis, in quo tale privilegium continetur, adhuc perſiſtit illæſum, & ſtatuta noſtra non pendent à Conimbricēſibus, ut his corruētibus, noſtra corruant. 2. quia (ut ſupra diximus n. 338.) Academia Eborēſis per regiam cōceſſionem obtinuit omnia privilegia Conimbricēſis cū reſpectu ad illum ſtatum, quē tempore cōceſſionis habuerāt, ita ut in ipſa Eborēſi ſint adhuc, & perſeverent eodem modo, quāvis in Conimbricēſi quacūque ratione decreverint, aut evanuerint.

Dentes, & ungues an ſint arma

483 Rogabis 1. an in ſtatuto prohibēte ſub pœna, ne quis percutiat armis, armorum nomine veniant dentes, & ungues, ita ut pœnam incurrat qui dentibus, aut unguibus vulneraverit? Reſpondetur negativè cum Tiberio Deciano tom. 2. crimin. lib. 8. capit. 2. numer. 10. Quia dentes, & ungues in homine non ſunt arma, ſed pars corporis. l. 1. §. 1. ff. de vari. & extraord. cognit. Dixi (in homine) quia beſtijs natura dentes, & ungues pro armis contulit. Rogabis 2. an prohibitione armorum, v. g. enſium, pugionum, cultellorum, & ſimilium contineantur vaginæ, ita ut confiſcatis armis, cenſeantur amiſſæ, & confiſcatæ vaginæ? Hanc difficultatem excitant, ſed non reſolvunt uterque Barboſa, Pater citat. in remiſſ. Ordin. lib. 5. titul. 80. §. 1. num. 8. Filius de Appel. juris Apell. 25. num. 6. citantes Mexiam in tractat. taxæ panis, concluſ. 1. num. 15. ad medium, & Azevedum l. 1. num. 13. titul. 25. lib. 9. novæ Recopil. At pro parte affirmativa ſtat Bobadilla in ſua polit. lib. 1. capit. 13. num. 106. Negandum tamen mihi videtur cum Deciano in crimin. lib. 8. capit. 3. num. 57. ubi ait in ſtatuto prohibente aſportationem armorum, non comprehendi vaginas ad recondendos enſes; & in hac reſolutione convenit uterque Barboſa, Filius num. 6. & Pater ad lib. 5. titul. 109. init. num. 1. Ergo ſimiliter confiſcatis armis non cenſentur vaginæ confiſcatæ, ne dicamus in pœnalibus, & odioſis faciendam eſſe extenſionem. Et ſic vidi ſæpe obſervari, quando ſcholares Eborenſes privantur armis. An verò comprehendatur ſcholaris percutiens atramentario projecto? Mihi videtur negandum. Quia ſicut appellatione armorum non veniunt inſtrumenta ruralia, ut ex Farinac. in praxi crimin. quæſt. 108. num. 33. tradunt Barboſa Pater ad titul. 80. §. 2. num. 3. & Filius citat. num. 5. ita non debent venire inſtrumenta litteraria, & ſcholaſtica, quale eſt atramentarium.

Vaginæ an veniant appellatione armorum.

Atramentario percutiens.

Arma inventa ad pedes ſcholaſtici.

484 Rogabis 3. an in ſtatuto punientе habentes, vel retinentes apud ſe arma, comprehendantur illi, ad quorum pedes arma inventa ſunt? De hac re apud citatum Barboſ. in remiſſ. ad leg. 5. titul. 79. num. 10. agunt Hyppol. in Practic. §. pro complemento num. 28. Menoch. de arbitr. caſu 394. à num. 35. Gama deciſ. 172. Azeved. l. 6. num. 15. titul. 6. lib. 6. novæ Recopil. Mihi videtur difficultatem eſſe decidendam cum diſtinctione: nam ſi gladius v. g. vel piſtolletus ſit repertus, juxta unum, qui nec ſciat demonſtrare quis gladium ibi depoſuerit, nec veriſſimilem afferat rationem, quòd ipſe talem gladium non habuerit, benè attendens Barboſæ citato num. 10. exiſtimat Decianus lib. 8. cap. 4. num. 12. talem poſſe puniri: cum illud indicium ſit vehemens, nec poſſit verificari quòd ille gladius fuerit alterius ab alio ibi poſitus. Si autem gladius ſit repertus ad pedes plurimorum, & omnes negent ſe dictum gladium projeciſſe, benè reſolvit Farinac. in praxi crim. tom. 3. q. 108. n. 358. nullum teneri, ratione incertitudinis. Vide Cott. in Memorab. v. mortuus pag. 590.

QUÆSTIO XIV.

Quænam alia privilegia dentur in ſtudijs, & ſtudioſis?

Civium privilegia habent ſtudioſi.

485 Cum in quæſtionibus hactenus diſcuſſis præcipua ſtudiorum, & ſtudioſorū privilegia expoſuerimus, ſupereſt, ut in hac ultima tranſcurſim nonnulla alia perſtringamus. 1. Scholares gaudēt privilegijs civium illius civitatis, in qua ſtudent. Quāvis enim non habeāt domicilium in loco ſtudij, habentur tamen pro civibus ejuſdem loci. Ita Ioan. de Platea, & alij ad l. cives col. 4. Cod. de incol. lib. 10. & in terminis Rebuff. de privileg. Scholar. privileg. 25. qui ex ſpeciali

S 2 jure

Digitized by Google

jure idem ſa'·em quoad aliqua tradit de ſcholaribus Academiæ Montiſpeſſulanenſis, Pariſienſis, & Caturcēſis. Addit privil. 126. ſtatutum dicens ſcholares haberi pro civibus, intelligi in his quæ ſunt in favorem & privilegium civibus cōceſſa, nō autem in his, quæ ſunt in civiū damnum, ſeu gravamē inducta. Nam privilegia militum, qui ſcholaſticis valde aſſimilantur, nō tollūt legem ipſorum favore cōditam. l. ſi à milite §. 1. & ibi Angel. ff. de teſtam. milit. l. ſi Rufinus C. illo tit. & l. nulla & ibi plenè Paul. ff. de legib. tum quia quod favore eorum introductū eſt, non debet in eorū odium retorqueri l. quod favore Cod. de legib. tum quia conceſſum jure ſpeciali nō excludit beneficium juris cōmunis. l. in bello §. ſi quis ſervum ff. de capt. Bar. in l. fin. col. 3. n. 16. C. de ſacroſ. Eccleſ.

Miſerabilis perſonæ quæ.

486 2. Gaudet privilegijs perſonarum miſerabilium; quæ luculenter commemorat, & exponit Ioan. Maria Novarius integro tractatū. Quamvis enim judicis arbitrio relinquatur quæ ſit perſona miſerabilis, ut tenet Emman. Barb. in remiſſ. ad Ordin. lib. 5. tit. §. 5. 3. num. 9. & videre eſt apud Menoch. de arbitr. caſu 66. Mich. Graff. tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 12. num. 7. Azeved. l. 9. num. 12. titul. 3. lib. 4. novæ Recop. Maſcar. de probat. conc. 1061. Flamin. de reſig. lib. 5. q. 6. num. 139. & Bovadill. polit. lib. 3. cap. 14. num. 35. tamen ſcholares recenſeri inter miſerabiles perſonas, ſumitur ex Authēt. Habita Cod. ne filius pro patre, ibi, Quis enim eorum non miſereatur, & expreſſè tenent Novarius tractat. citato præl. 8. num. 6. Barb. citat. num. 19. Rebuff. ad leges Galliæ titul. de ſentent. proviſion. art. 3. Gloſ. fin. Catav. titu 233. Franc. Vivi. deciſ. 65. num. 5. & Anton. Theſau. Pedam. deciſ. 177. Videatur noviſſimè Gabr. Alvarez de privil. miſerab. perſon. tota quæſt. 12.

Scholaſtici ſunt perſonæ miſerabiles.

Peregrinorum privilegia.

487 3. Gaudent privilegijs peregrinorum. Ita Auguſt. Barb. in collect. Codicis tom. 2. ad Auth. Habita, num. 13. Exules facti ſunt, cui conſonat Caſtellana l. 2. verſ. eſſo miſmo ſeria tit. 5. pat. 3. & l. fin. titul. 17. part. 4. & quidem jura peregrinorum competere ſcholaribus, docent authores communiter in l. cum filius fam. 17. ff. ſi certum petatur. Horat. Luci privil. 8. Nam longo tempore licèt permaneat ſtudiorum loco, nullum ibi cōtrahūt domicilium, proindeq; exiſtunt peregrini Gloſ. verbo domicilium in l. hæres abſens 19. §. proinde ff. de judic. Horat. Luc. cit. priv. 9. Faridac. Frag. crimin. pat. 1. lit. D. num. 215. Petrus Barb. in leg. 4. §. legatis num. 341. ff. de judic. & Petr. Rebuff. privileg. 121. num. 2. Adde peregrinos cenſeri, quamvis per mille annos ſtudiorum cauſa ibi manerent, & de hoc conſtaret. Maſcard. de prob. concluſ. 534. num. 53. Matth. Stephan. de juriſdic. lib. 2. cap. 28. num. 49. Menoch. de arbitr. caſu 86. num. 6. 7. & 22. Hinc de alibi geſtis ſcholaſticum regulariter in loco ſtudij conveniri non poſſe, tradunt Farinac. Fragm. crimin. parte 1. lit. D. numer. 415. fine, Card. Tuſch. pract. concluſ. lit. D. concl. 596. Horat. Lucius privil. 9. & Rebuffi priv. 121. Vide quæ diximus q. 2. de avocatione cauſarum.

Privilegia ſcholarium in ordine ad beneficia.

488 4. in ordine ad obtinenda beneficia, & penſiones, multipliciter privilegiantur. 1. quòd Sūmus Pōtifex faciliùs diſpēſat ad beneficia cum ſtudētibus & litteratis, quàm cū alijs. Cap. de multa, in fine, de præbē. Cap. cū ex eo, de elect. in 6. Cap. ſuper ſpeculā, de magiſt. Quia litteratura dignitati æquipollet, & litteratus tātū eſt honorādus, quātū alius in dignitate cōſtitutus, ut multis probat Rebuf. priv. 39. 2. quòd juxta eundē priv. 40. ſcholaris graduatus poteſt conſequi diſpenſationem ad plura beneficia. 3. quòd in Gallia poſtquam nobiles genere ex utroq; parēte ſtuduerint triennio, alij verò non ſic nobiles quinquennio, poterunt obtinere nominationes, & cum illis cogere Epiſcopos ad conferendum eiſdem beneficia vacantia in menſibus deputatis graduatis ſimplicibus, & etiam nominatis, ut habetur in cōcordatis de colla. in §. præfatiq; ordinarij, Rebuff. priv. 22. quod fuit inductum, ut ſtudia foverentur. 4. quòd in eadem Gallia, quando nominati præſentant ſuas nominationes prælatis & collatoribus, vel ab eis beneficia vacātia requirūt, non debēt examinari, & ſi examinentur, nō tenentur reſpondere. Rebuff. priv. 24. Quia fieret injuria Academiæ, in qua nominatus eſt. 5. quòd ſi Epiſcopus ſtudij cauſa concedat in annos ſingulos quinquaginta libras ſcholari, quouſque beneficium habuerit æquè bonum, ſi ille durante tempore ſtudij obtinuerit beneficium poſtulans reſidentiam, ſine qua nihil habere poſſit, tunc & quinquaginta libras ab Epiſcopo, & beneficium habebit. Sic ex Philip. Do. per tex. in cap. ſi tibi conceſſo, de præb. in 6. tradit Rebuff. privil. 41. 6. quòd Epiſcopus cum maiori parte Capituli poteſt ſtatuere, ut quilibet canonicus de ſuis præbendis contribuat certam ſummam in ſubſidium alicujus ſcholaris pauperis docilis, & non vagi, in ſtudio exiſtentis, etiam ſi minor pars contradicat. Ita Rebuff. priv. 42. ex Panormitan. in cap. fin. de his quæ fiunt à maior. part. capit. 7. quod pinguiora & meliora beneficia debeant habere eruditi, quàm alij. Cap. de multa, de præben. cap. fin. de magiſtris. Rebuff. privil. 27.

Compenſatio in bonis ſcholarium.

489 5. privilegiātur apud eūdem priv. 168. quòd ſicut cōtra dotem non recipitur compenſatio l. unica §. taceat C. de rei uxoriæ actio. ubi Bal. ita nec contra Doctores, vel ſcholares ſua petētes ſtipēdia, vel alimēta. Ita Ripa l. 1. col. ult. qui allegat Alber. in l. 4. C. de compēſa. Ratio eſt tam æquiparatorum ſtudij

dij & dotis, quàm æquitatis. Nam ſi cótra ſtudétem mercator deſides pecunias objiceret compẽſationem, ſcholaſticus cogeretur fame perire, & ſtudium deſerere. Hoc tamé benè limitat Rebuff. d. priv. quãdo ſcholaſticus in ſtudio pecunias mutuas recepiſſet. Quia tűc poſſet fieri compenſatio: aliter nemo vellet dare mutuum ſcholaſtico.

6. privilegiãtur in eo, quòd ſicut mulier ratione dotis præfertur omnibus creditoribus tacitam hypothecam habẽtibus. l. aſſiduis C. qui potio. in pigno. habeãt, ita & ſcholaſtici in debitis cauſa ſtudij, creditoribus alijs quibuſcũque præferũtur. Angel. & Iaſ. in l. 1. ad fin. ff. ſolu. matri. cum ibi cauſa dotis & ſtudij æquiparẽtur. 7. Poteſt ſcholaris reſtitutionem in integrum petere, ſi eo exiſtẽte in ſtudio, vel ſaltem abſente cauſa peſtis, res ſua fuerit præſcripta, niſi ſtuderet in ſtudio non publico, vel ab ſtudio publico recederet cum meretricula. Ita cum multis Rebuff. priv. 119. 8. Societas etiam quinque ſcholarium poteſt creare ſyndicum procuratorem. Cap. quia de procur. Gloſ. in l. 1. in prin. ff. quod cujuſcũque univerſ. nom. Lucas de Pẽna in l. fi. C. de curial. verbis Romæ lib. 11.

Creditor ſcholaris. *Reſtitutio in integrum* *Procuratoris electio.*

490 9. ex ſtatuto Bononiæ, ut refert Alber. in diction. verbo præbenda vers. de optione præben. col. 5. ſi ſcholaris in aliqua via occidatur, vel committatur maleficiũ in ejus perſonam, & malefactor nec capiatur, nec puniatur, tűc decem domus proximæ ſunt interdictæ uſque ad quinque annos. Hoc decretum eſt in protectionem ſtudioſorũ, quibus ex invidia & malevolentia idiotarum multa ſæpe parãtur mala. 10. Prò injuria ſcholaribus illata poteſt judex ex ſuo officio procedere, & inquirere cõtra injuriam inferẽtes nemine petente, ſeu nõ ad inſtãtiam partis, quod non militat in alijs. Ita ex Ioan. de Platea in l. medicos C. de dignita. lib. 12. Rebuff. priv. 105. ubi refert quoddam ampliſſimum privilegium pro tuendis ſtudioſis collatum à Ludovico Rege Galliæ anno 1229. menſe Auguſti.

Domus decē interdictæ ob necem ſcholaris.

11. Magiſtri artium ſunt judices inter ſuos diſcipulos, excepto graviſſimo crimine, ut hæreſis & majeſtatis: quod ſervatur in praxi apud Pariſienſes, qui ſuos ſcholares etiam in carceribus detentos requirunt, quanvis ſint in carceribus Epiſcopi, & requirentes non poſſunt excommunicari pro ijs, quæ nomine Vniverſitatis agunt. Innocentius enim (ut teſtatur Rebuff. privil. 159.) id conceſſit Pariſienſibus per hæc verba.

Pariſienſes ſcholares excõmunicari nequeunt

„ Nullus in Vniverſitatem Veſtram magiſtrorum, & ſcholarium, aut Rectorem, vel
„ Procuratores veſtros, cujuſcunque aut quarũque facultatum, ſeu quemquam aliũ pro
„ facto, vel occaſione ipſius Vniverſitatis, excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti ſententiã audeat promulgare abſque ſedis Apoſtolicæ licẽtia ſpeciali, & ſi fuerit promulgata, ipſo jure ſit irrita & inanis. Datũ Peruſij kalẽd. Iunij, Pontificatus noſtri anno 9.

491 12. Quanvis ſanctiones legitimæ & canonicæ prohibeãt emptiones litium, & ceſſiones, ita ut jactura cauſæ afficiant illos, qui ſibi patrocinium potẽtiorum advocare præſumũt: nam fictæ videntur, & fraudulentæ. l. 1. C. ne liceat potẽtioribus l. penul. & fin. C. mãdati ſunt enim odioſæ ex eo quòd ex cupiditatis fõte cẽſeãtur emanare cap. ult. de aliena. jud. mutan. cauſ. facta. tamé pater poteſt ſuo filio ſcholaſtico, licèt potẽtior ſit ratione privilegij, cedere jura & actiones ſibi competẽtes, & in ipſum filium transferre. Ita expreſſé Angel. in l. 1. ff. ſoluto matr. & Ioan. de Graſſis in tract. de ceſſion. facien. §. hoc loco. Quam reſolutionem variè ampliat, extẽdens ad matrem, avum, & aviam, item ad filium reſpectu patris ſcholaris, varie etiam limitat Rebuff. toto priv. 177.

Ceſſiones in patre ſcholari,

13. Scholares qui in Academia ſe honeſtè geſſerunt, & ſtudio litterarum ſe impendentes ſcientiam comparãrunt, habent privilegium acclamationis, ut ab alijs excipiantur plauſu, & his repetitis vocibus, Vivat, Vivat. Ita Rebuff. Cy. & Bologn. in Auth. Habita C. ne filius pro patre, ponderantes illa verba, Vt eum omnes bona faciẽtes. Sumitur ex tex. in l. 1. C. de quæſtor. lib. 12. ubi Gloſ. dicit quæſtores, qui ſe benè geſſerunt in ſuo officio, debere excipi cum acclamatione populi clamãtis, Vivat, Vivat. Deinde ex tex. in l. juſtiſſimos, de officio rectoris provin. ubi Imperator juſtiſſimos, & vigilãtiſſimos judices publicis acclamationibus collaudandi omnibus poteſtatem facit. Reliqua ſtudioſorum privilegia, quæ longè plura ſunt, quàm quæ toto hoc libro tertio inculcavimus, libris ſequentibus, ſuo loco aptè expediemus.

Acclamationis privilegium

LIBER IV.

DE EXERCITIO LITTERARVM in ludis , & certaminibus.

492 ACADEMIAM noſtram in lib. primo [illegible] per fundationem, de qua egimus, in libro ſecundo benè inſtitutam , & validè inſtructam legibus, quas expoſuimus, in libro tertio fautam, & roboratam privilegijs, quæ congerentes digeſſimus, cernere erit in hoc quarto libro ſe exercentem ludis litterarijs, ac prodeuntem in certamina, quæ tantùm militaribus nobiliora ſunt, quátum vires animæ viribus corporis excellunt. Totus liber quatuor abſolvetur diſputationibus. Prima erit de theſibus publicè defendendis, ſeu de diſputationibus. Secunda de certamine, in quo proponuntur præmia ſingulare ſui ingenij ſpecime præbentibus. Tertia de ænigmatibus, & tragædijs, quæ fieri, ac repræſentari ſolent in ſolemnitatibus Academicis. Quarta de inſtrumentis ad ſtudium, ſeu exercitium litterarium requiſitis, qualia ſunt libri, & bibliothecæ.

DISPVTATIO I.

De litterario certamine, in quo propugnantur theſes, ſeu concluſiones?

ERIT nobis in hac prima diſputatione præcipuus labor inquirere honeſtatem & utilitatem diſputationum, quæ ſolent frequenter haberi inter ſtudioſos, imò pro acuendis ingenijs, aut feſtis celebrandis præcipi ſtatuto Academico; ita ut tractemus imprimijs de eſſentia, & utilitate diſputationis: deinde de fine ac intentione diſputantis, de tempore, ac perſonis ad diſputandum idoneis, tandem de rebus, de quibus diſputari licitum, vel illicitum eſt.

QVÆSTIO I.

Quid ſit, & quotuplex diſputatio: & an ſit honeſta, ac licita?

Diſputare, & diſputatio quid ſit. CIrca primam quæſtioois partem, ut intelligatur quid ſit diſputatio, ea ſumi poteſt tum apud Latinos, tum apud Theologos, & Iuriſtas. Diſputare apud Latinos eſt diſſerere. Sic accipitur à Plauto in Moſt. Eſt item rem aliquam agitare, ita ut verum tandem cognoſcatur. Sic ſumitur à M.Tulio de amicitia, & Lact. lib.7. Diſputare apud Theologos, & Iuriſtas eſt actus contẽtioſus & periculoſus: contentioſus, quia conſiſtit in verbis habentium contrarias voluntates: periculoſus, quia anceps omne certamen, & varius eventus belli. Ita Sylveſt. v. Diſputare n.1.

Eſt igitur diſputare altercari, & diſputatio eſt altercatio: nam altercationes dicũtur verborum certamina Gloſſ. Altercationes in proœm. Clement. Vt enim habetur cap. concertationi: de appellat. in 6. concertatio poteſt dici altercatio diſputationum, quæ fit inter Doctores. Certare eſt pugnare, quaſi certum ſe dicens habere: quod fit etiam diſputando l. quod certatum C. de poſthu. hæred. inſtit. Certamen enim eſt conflictus, qui fit inter duos vel plures privatè, aut publicè, & ſicut commiſſum viribus corporis, eſt militare, ita factum viribus mentis & ingenij ſcholaſticum dici poteſt. Quid autem ſit diſputare, prout coincidit cum diſſerere, in ſignificatione propria Dialecticorum, latè & eruditè exponunt Conimb. in Logicam proœm. q.4. a.1.

493 Quod attinet ad multiplicitatem, genus diſputationis eſſe duplex, rectè ex Caietano ad D. Thomam 2. 2. q. 10. a.7. *Diſputatio quotuplex.*

tra-

Digitized by Google

tradunt Suar. de fide diſp.20. ſect.1. num.1. &
Card. de Lugo diſp.22. de fide ſect.5. num.128.
nam diſputatio altera formalis, & altera mate-
rialis appellatur. Formalis eſt, quando fit ad cō-
vincendum adverſarium, & perſuadendum ei,
quod ipſe negat eſſe verum, atque adeo ordi-
natur ad perſuadeodam, vel defendendam ve-
ritatem. Materialis diſputatio tunc datur, quan-
do uterque idem credit, ſed exercendi ingenij
gratia, impugnatur concluſio manifeſtè vera,
atque adeo ordinatur ad acuendum ingenium,
& comparandam facilitatem in diſputādo. No-
tat autem Lugo cit. num.129. diſputationes in-
ter fideles fere ſemper eſſe formales: quia fide-
les rarò diſputant de veritate, quæ continetur
in dogmate fidei divinæ, quam impugnare ani-
mo comparandi victoriam, illicitum eſt, ut in-
fra dicemus: ſed diſputant de rebus partim phi-
loſophicis, partim etiam Theologicis, quæ in
opinione verſantur, & in quibus diſputantes
ſinguli adverſarios in ſuam ſententiam trahere
conātur: quod proprium eſt diſputationis for-
malis.

Contentio illicita.

494 Difficultas eſt circa alteram par-
tem quæſtionis, an diſputatio in ſuo
genere, & ſua præciſa ratione ſit honeſta, & li-
cita? Partem negativam conabitur quis adſtrue-
re fretus 1. ſacra Pagina: nam Deuteronom.31.
,, damnat Moyſes contentionem: Ego (inquit)
,, ſcio contentionem tuam, & cervicem tuam
,, duriſſimam. Adhuc vivente me, & ingredié-
,, te vobiſcum, ſemper contentioſè egeſtis.
Ieremias etiam cap.8. nimis averſatur conten-
,, tionem. Quare ergo averſus eſt populus iſte
,, in Ieruſalem averſione contentioſa? Etiam
in teſtamento novo Apoſtolus 1. ad Corinth. 11.
,, ſe profitetur à contentione alienum: Si quis
,, (inquit) videtur contentioſus eſſe: nos talem
,, conſuetudinem non habemus, neque Eccle-
,, ſia Dei. Et 2. ad Timoth. 2. prohibet conten-
,, tionem quæ fit verbis: Noli contendere ver-
,, bis: ad nihil enim utile eſt, niſi ad ſubverſio-
,, nem audientium. Cum igitur juxta ſacram
Paginam contentio illicita ſit, & etiam illa cō-
tentio quæ fit verbis; diſputatio autem ſine cō-
tentione fieri nequeat, imò conſeatur contētio
illa, quæ fit verbis, videtur diſputatio nec li-
cita, nec honeſta. Accedunt ſacri canones: nam
juxta cap. ſi quis ſemel de pænit. diſt.2. conten-
tio; hoc eſt altercatio inordinata, ſemper eſt
peccatum, ſaltem veniale: & cap. ſi quis mona-
chus. diſt. 90. contentioſus monachus per ab-
batem juxta modum culpæ corripi præcipitur.

Opinionū pugna.

495 Fretus 2. teſtimonio Sanctorum
Patrū. S. Ambroſ. exponens epiſto-
lam ad Roman. cap.14. aſſerit illud ab Apoſtolo
ſcriptum fuiſſe propter tollendas opinionum
,, pugnas: Diſceptationes (ait) erant inter eos,
,, quas Apoſtolus concordiæ, & ſaluti ſtudens
,, divina diſputatione cōfutat. Idem Ambroſ.
exponens illud ejuſdem Apoſtoli ad Rom. 14.
,, quæ pacis ſunt, ſectamini, ita habet: Quo-
,, niam diſceptatio diſcordiam parit, ideo ut
,, pacifici eſſe poſſimus, à contentione edendi,
,, & nō edendi diſſimulare nos docet. S. Greg.
,, Nazianz. in orat.26. Maximè (inquit) ita
,, comparatum eſt, ut omnis ſermo contētio-
,, ſus, & cum ambitione conjunctus ſit, quoad
,, contendendum de rebus gravioris momēti
,, provehamur. Manifeſtè improbat omnem
ſermonem contentioſum, utpote cum ambitio-
ne conjunctum, & quidem ſine tali ſermone
diſputatio haberi non poteſt. S. Auguſt. lib.4.
de doct. cap.28. agnoſcit in contentioſo diſpu-
,, tante pertinaciam, Ut (inquit) propria dictio
,, præferatur alterius dictioni. Et S. Baſilius
ſerm.2. de inſtit. monach. conjungit contentio-
nem cum amore ſingulari, exiſtimans has eſſe
,, duas æquales cœnobij peſtes: Quo circa (in-
,, quit) ſimiliter ex conventu rejicienda eſt, tur-
,, pis & indecora contentio, atque amor iſte
,, ſingularis. Dictis conſonant pulcherrima
,, verba Caſſiani collat.16. cap.8. Quemadmo-
,, dum (ait) carnales adhuc & imbeciles fratres
,, ob vilem, terrenamque ſubſtantiam, inimi-
,, cus ille disjungit: ita etiam inter ſpirituales
,, gignit pro intellectuum diverſitate diſcor-
,, diam. Patet autem intellectuum diſcordiam
vel eſſe diſputationem, vel ſaltem diſputationi-
bus foveri.

Contentio damnabilis.

496 Fretus 3. authoritate Sanctorum
Patriarcharum, ſeu magiſtrorum vi-
tæ Religioſæ. S. Bened. cap.4. reg. inſtr. 66. in-
ter inſtrumenta ſpiritualis artis numerat, (Cō-
tentionem non amare.) Abbas apud Caſſianum
coll.16. cap.6. cum diſputaret de conſervatione
amicitiæ, multis inſectatur contentionem tan-
quam parentem diſcordiæ, & expultricem fra-
ternæ charitatis. S. Baſilius in collectione pœ-
,, narum num.21. Si quis (inquit) è ſcripturis
,, contentioſè diſputat, careat benedictione.
S. Pachomius reg.89. jubet contentioſum com-
moneri, & niſi emendetur, monaſterij legibus
puniri. B. Antiochus hom. 56. latè ſcripſit de
non contendendo. Prædicatores in Conſtitut.
d.1. cap.14. præcipiunt, ut novitij doceāntur cum
nemine contēdere. Denique noſter Patriarcha
S. Ignatius contentionem, & diverſitatem opi-
nionum, tāquam fomitem, & originem diſcor-
diarum prohibet: nam in reg.28. ex commun.
,, Nullus (inquit) cum alio contēdat, ſed ſi qua
,, in re nobis eſt diverſa ſententia, eaque vide-
,, tur manifeſtanda, rationes modeſtè; & cum
,, charitate afferantur. Huic regulæ conſonat
quod ſcripſit 3. p. conſtit. cap.1. §.18. & in Suma-
,, rio §.42. Idem ſapiamus omnes: idem om-
,, nes dicamus, ut Apoſtolus admonet. Doctri-
,, næ igitur differentes non admittantur, &c.
In quibus locis (ut notat Suar. tom.4. de Relig.
tract. de Societ. lib.8. ſect.7. num.7. tria prohi-

bentur: cótrarietas opinionum, exterior cótentio, & contradictio verborum: & quidem ſine aliquo ex his diſputatio haberi nequit.

Litigioſus, & contentioſus damnatur.

497 Fretus 4. authoritate Philoſophorum. Expitectus in ſentēt. cum omni loco contētionem alienam, tum cóviviorum ſodalitatibus indigniſſimam putat. Iſocrates ,, parænes. ad Demonic. Videtur (inquit) huma- ,, nitatis officium deſerere, qui rixoſus eſt, & ,, contra omnia cótēdit. Plutarch. lib. de prof. morum inter arguméta cognoſcēdi progreſſus in virtute, ponit abſtinētiam contētionis in cógreſſibus. Plato in Protagora aſſerit vilium eſſe homunculorum altercari. Ariſtoteles ejus diſcipulus lib. 4. eth. cap. 6. cóſtituit virtutem quādam in cógreſſione ac ſermone innominatam à Græcis (Latini comitatem vocare poſſunt) cujus alterum extremum vitioſum eſt, eſſe adulatorem: alterum verò eſſe moroſum, & litigioſum. Litigioſus autem à contētioſo parum differt: quia litigium quoque in ſermone eſt cótradictio: & ipſe Philoſophus lib. 1. elench. cap. 10. contētioſum cum litigioſo cójunxit. Accedit maior authoritas Theologorum, S. Thomæ 2. 2. q. 38. a. 1. Caietani ibid. & Valentiæ tom. 3. diſp. 3. q. 14. púct. 2. aſſerentium in contentione ſæpiſſimè eſſe peccatum, ſive impugnetur veritas, ſive falſitas inordinato modo.

Comitas in ſermone.

Contentio quid ſit.

498 Fretus 5. ratione, quæ deſumitur ex natura, & definitione cōtētionis: nam contētio, prout à ſapientibus definitur, in ſuo conceptu formali continet pravitatem, & malum intrinſecè: ergo nec honeſta, nec licita eſt. Antecedēs patet ex illius deſcriptiva definitione, quam illi aptat Iulius Nigronus ad noſ- ,, tram regul. communem 28. nu. 10. Cōtentio ,, eſt pugna verborum pertinax, ex cupiditate, ,, ut propria opinio ſētētijs aliorum prævaleat. Apud Guillelmum Pariſienſ. lib. de virtut. cap. ,, 17. ſic definitur in cócreto: Contētioſus, ſive ,, litigioſus eſt, qui vult omnibus modis vin- ,, cere, ſive per fraudes, ſive per clamores & ,, jurgia. Accedit quòd contentio includit, vel ſecum annexam habet rixam, quam Græci eri- ,, thiam, & philoniciam vocant. Eſt autem eri- ,, thia, apud S. Hieronymum in cap. 5. ad Gal. ,, vitium, cum quis ſemper ad cótradicendum ,, paratus, ſtomacho delectatur alieno: & mu- ,, liebri jurgio cótēdit, & provocat cótēdētē. Cum igitur ex his pateat in contentione dari pugnam, pertinaciam, inordinatam cupiditatem, & alia mala, planè ſequitur eſſe pravam, & illicitam, proindeque ex illius incluſione, vel ſaltem conſortio, & affinitate illicitam evadere diſputationem.

Diſputatio in ſuo formali conceptu licita eſt.

499 His non obſtantibus, pars, quæ affirmat diſputationem in ſuo genere, & in ſua formali ratione honeſtam, & licitam eſſe, vera omninò, & tenenda eſt. Hæc quanvis à nullo authore, quem viderim, exprimatur, innuitur tamen à Sylveſtro v. Contētionum. 4. Pellizario tom. 2. tract. 8. ſect. 2. q. 21. & ſumitur ex communi conſenſu Theologorum aſſerentium ex ſuo objecto licitum, & laudabile eſſe diſputare de rebus fidei cum infidelibus adhuc hæreticis. Ita S. Thom. 2. 2. q. 10. a. 7. Valent. p. 7. Sanch. lib. 2. Dec. cap. 7. Suar. de fide diſp. 20. ſect. 1. Gaſpar Hurt. de fide diſp. 10. diff. 11. Lugo tract. eod. diſp. 22. ſect. 5. & Palaus tract. 4. diſp. 2. púct. 4. Sumitur 1. ex S. Pagina: nam Matthæi 22. Chriſtus Dominus, in quem nec umbra peccati vel moralis defectus cadere poteſt, cum Phariſæis diſputavit de ſua divinitate ex teſtimonio Pſal. 109. Chriſti veſtigijs inſiſte- ,, bat Paulus, de quo dicitur Act. 17. Diſſere- ,, bat de Scripturis ſecundùm conſuetudinem: ,, & infra additur, diſputabat in Synagoga cum ,, judæis. Similiter de Stephano dictum fuerat ,, Act. 6. Surrexerunt diſputantes cum Stepha- ,, no, & non poterant reſiſtere ſapientiæ, & ,, ſpiritui, qui loquebatur. Accedit Principis Apoſtolorum Petri authoritas Epiſtol. 1. cap. 3. ,, Dominum (inquit) Chriſtum ſanctificate in ,, cordibus veſtris, parati ſemper ad ſatisfactio- ,, nem omni poſcēti vos rationem de ea, quæ ,, in vobis eſt, ſpe, ſed cum modeſtia. Vbi vulgata habet ad ſatisfactionem, Græcè vertitur ad Apologiam: S. Fulgent. lib. 1. ad Fraſimundum cap. 1. legit ad reſponſionem: quæ omnia manifeſtè indicant diſputationem. Denique Apoſto- ,, lus ad Titum 1. ubi docet Epiſcopum eſſe ,, oportere amplectentem eum, qui ſecundùm ,, doctrinam eſt, fidelem ſermonem, ut poſſit ,, eos, qui contradicunt, arguere: quod quidem non fit, niſi diſputationis interventu.

500 Sumitur 2. ex doctrina, & exemplis Sanctorum Patrum, qui ſæpiſſimè diſputarunt cum infidelibus, & hæreticis. Id enim præſtitiſſe D. Auguſtinum, conſtat ex graviſſimis, & eruditiſſimis ejus diſputationibus cum hæreticis, quæ continentur in 6. & 7. ejuſdem tomo. Id partaſſe aſſertimè Athanaſium contra Arrianos, videre eſt apud Auguſtinum toto lib. 6. & 7. tomo. Et hæc fuit ſemper Eccleſiæ praxis, & conſuetudo, ut ſapientiſſimi diſputarent pro veritate tuenda. Vnde S. Bernard. ,, ſerm. 64. in Cant. Capiantur (inquit) hæreti- ,, ci, non tam armis, quàm argumentis. Et S. ,, Auguſt. Epiſt. 48. apertè docet, cum hæreticis ,, verbis etiam agendum, diſputatione pugnā- ,, dum, ratione vincendum.

Sumitur 3. ex communi conſuetudine & praxi Eccleſiæ, in qua pro tuendis catholicis dogmatibus ſemper in uſu fuit publicè, privatèque diſputare: deinde ex communi praxi Academiarum, in quibus inter præcipua litterarum exercitia referuntur diſputationes, quæ ex ipſarum præſcripto habentur frequenter ſtatis diebus: hanc noſtram Eborenſem in hoc Palladio pulvere continenter, acriterque exercitam omnes

Diſputādi utilitas.

expe-

experimur, & ſuſtinemus. Accedit teſtimonium religioſorum ordinum, in quibus juxta eorum ſtatuta, pro faciliori ſcientiarum acquiſitione diſputatur. Quàm verò hujuſmodi exercitium ſcholis commodum judicetur à Societate noſtra, conſtat ex 4. p. Conſtit. cap. 6. num. 10. ubi „ ſic: Cum perutilis ſit (præſertim Artium, ac „ Theologiæ Scholaſticæ ſtudioſis) diſputandi „ uſus, interſint Scholaſtici ordinarijs ſchola- „ rum, ad quas accedunt, licèt non ſint ſub cu- „ ra Societatis, diſputationibus: & ſingulare „ ſui ſpecimen in doctrina præbere, modeſtè „ tamen curent. Et in regul. 7. Scholaſticorum, ſupponitur diebus ſingulis intra parietes domeſticos haberi diſputationes, quibus ſchola- „ res præcipiuntur adeſſe: Quotidianis diſpu- „ tationibus ac repetitionibus omnes inter- „ ſint: & qui diſputant, ei qui præeſt, religioſè „ obediant.

Diſputandi honeſtas.

501 Sumitur 4. ex ratione, quia diſputare ſecundùm ſe, & præciſo quocunque alio, nullo jure ſive naturali, ſive poſitivo eſt prohibitum; ergo ſecundùm ſe licitum eſt. Conſequentia patet, quia ſolum cenſetur illicitum & malum, quod prohibetur aliquo jure. Antecedens cōſtat quoad jus naturale, quia diſputatio in ſuo formali conceptu nihil mali includit, imò continet plurimam utilitatem ad fines honeſtos, nempe ad comparandam ſcientiam diſcuſſis ignorantiæ tenebris, & adtuendam, ſuadendamque veritatem, & honeſtatem, cujus amore homines rectè operentur. Quoad jus poſitivum, oſtenditur, quia nullum apparet decretum præcipuè canonicum, quo abſolutè prohibeatur diſputatio etiam de rebus fidei: imò ſunt aliqua, quæ præſcribunt certum modum in tali diſputatione, & ſic ſupponunt manifeſtè diſputationem licitam eſſe. Confirmatur, quia ſi diſputare in ſuo formali conceptu includeret pravitatem, Dialectica, quæ eſt ars diſſerendi, præbetque normas & inſtrumenta ad diſputandum, ſeu diſſerendum, neque utilis, neque honeſta foret, quia ordinaretur ad quid pravum: ſed Dialectica eſt utilis, honeſta, imò neceſſaria ad ſcientias honeſtas, & optimas comparandas, ut videre eſt apud Conimb. in Logic. proœm. q. 6. a. 1. & eſt communis Philoſophorum, ac Theologorum conſenſus; ergo diſputatio licita, & honeſta eſt.

Diſputationis & contentionis diſcrimen.

502 Supereſt reſpondere adverſariorum fundamentis, quæ unica ratione diluuntur, ſi ponamus diſcrimen inter diſputationem, & contentionem, & ſumamus diſputationem omninò præciſam ab omni circūſtantia mala per quam vitiatur. Unde ad 1. ex S. Pagina, & 2. ex Sanctis Patribus, facilis eſt expoſitio, tum dicatur eorum teſtimonia procedere de contentione, quæ coïncidit cum litigio, & non de honeſta diſputatione. Hāc enim eſſe eorum omnium mentem, patet tum ex eo quòd ſemper utuntur his vocibus (contendere, contentio, contentioſus) tum ex S. Auguſtino lib. 4. de doct. Chriſt. cap. 28. ad illud quod affe- „ rebant ex Apoſtolo, Noli contendere verbis „ 2. Tim. 2. Verbis (inquit) contendere, non eſt „ curare; quomodo error veritate vincatur: „ ſed quomodò tua dictio dictioni præferatur „ alterius. Ex quo patet etiam ad 3. de teſtimonio Magiſtrorum vitæ religioſæ, & ad 4. de authoritate Philoſophorum: ſolum enim improbant contentionem in rigore acceptam, vel diſputationem cum altercatione inordinata per accidens conjunctam. Ad 5. ex ratione, fatemur illicitam eſſe contentionem ſive in abſtracto, ſive in concreto acceptam, quia in ſuo formali conceptu includit pertinaciam, conditionatam cupiditatem, & videtur coincidere cum litigio, & rixa, ut ex illius definitione benè probatur: at diſputatio nihil in ſua formali ratione continet inordinatum, ut in prima parte hujus quæſtionis, præſertim à num. 493. ſatis innuimus.

QUÆSTIO II.

Quiſnam diſputationis ſit honeſtus finis, modus, locus, & tempus?

Finis diſputantis.

503 TRia in quæſtione diſcutienda proponuntur, ſcilicet honeſtas finis, modi, loci, & temporis, ut conſervetur & contineatur in ſua honeſtate diſputatio. Quod attinet ad finē, non eſt nobis ſermo de fine operis, illo nempe cum quo diſputatio habet connexionem, & ad quem ex ſe habet conducibilitatem: ſed de fine operantis, ſive diſputantis, ſcilicet quem finem debeat intendere, & propter quod motivum diſputare, ut honeſtè diſputet? Prænotandum fines alios eſſe manifeſtè pravos, alios manifeſtè bonos, alios de quibus dubitatur, an ſint honeſti. 1. finis manifeſtè pravus eſt diſputare ad obſcurandam veritatem, & hunc finem frequenter intendunt hæretici juxta illud S. Am- „ broſij tom. 2. de incarn. ſacram. cap. 9. Hæc „ (inquit) eſt hæreticorum gloria, ſi videntur „ expugnare verbis, & refellere veritatem. Eundem intendunt etiam Sophiſtæ juxta illud Petri Gregorij de Repub. lib. 17. cap. 3. num. 7. „ Abutuntur (inquit) velùti laqueis ad decipiē- „ dos homines improbi Sophiſtæ dialectica, „ quæ Philoſophorum ſententia definitur nō „ adſtruēdi vim habere, ſed ſtudium deſtruēdi. Hæc igitur intentio eſt prava, & pro ratione materiæ lethalis, aut venialis contra virtutem fidelitatis, veritatis, aut etiam fidei divinæ.

Quan-

Logici acutiſſimi damnatio.

Quantum autem Deo diſpliceat, oſtēdit hiſto-
ria(ait citatus author) cujuſdam Logici acutiſſi-
mi. Refertur enim in par.8. exempl. ex vitis
ſanct.exemp.65. quendam diſcipulum magiſtri
Silo valde in Logica verſatum, cum incidiſſet
in morbum,fuiſſe rogatum à magiſtro,ut ſi mo-
reretur,ad illum rediret: quod præſtitit,ſed in-
dutus pergameno ſyllogiſmis deſcripto, & ſu-
periùs igne circundato: dicebat enim ſe valde
prem., nec minùs quàm ſi turrim gereret, &
continuis flammis torqueri pro vana gloria,
quàm ex ſophiſmatibus perceperat. Sūt autem
ſophiſmata captiones in ordine ad obſcurādam,
& deſtruendam veritatem.

504 2. Eſt finis manifeſtè pravus diſ-
putare ad obſcurādum defenſorem
ex diſplicentia perſonæ. Nam tūc datur forma-
le odium: cum intendatur malum ex perſonæ
diſplicentia. Dixi (ex diſplicentia perſonæ) quia
ſi intēdatur obſcuratio defenſoris, ut illius fal-
ſa doctrina parui fiat, & non ſerpat in vulgus,
finis honeſtus erit. 3. finis manifeſtè pravus eſt
diſputare ob vanam gloriam. Vnde S.Hieron.
in cap.3.Tim. congruens cum S.Auguſtino lib.
,, 1.adverſ.Creſcen.cap.2. Frequenter accidit,

Pertinacia diſputantis.

,, ut habeamus pugnas legis, non ob deſide-
,, rium veritatis, ſed ob jactātiam gloriæ, dum
,, apud eos,qui audiūt, docti volumus æſtima-
,, ri, aut certè ex hoc rumuſculo turpia ſecta-
mur lucra. 4. finis manifeſtè pravus eſt, diſputa-
re ad contēdēdum. Hoc genus contētioſorum
(inquit Nigronus ad reg.28.comm.num.24) qui
cōtēdunt,nō tam ut vincāt,aut ut ſapiētes ha-
beātur,quàm ut cōtēdāt, deterrimum eſt. Hinc
,, Hieron.citato loco: Maligna (ait) profeſſio,
,, quæ ſibi proponit nō ex animo, ſed ex cōtē-
,, tione, vel commodo pro omnibus, & cōtra
,, omnes dicere. Continet hæc prava intentio
ſummam pertinaciam, & capitoſitatem perſua-
ſibilitati oppoſitam, quam Gerſon tom. 4. in
deſer.termi §.de 4.virt.definit (immerſionem in
proprijs opinionibus.) Eſt hoc vitium propriū
hæreticorum, eos reddens implacabiles. Hinc
author imperfecti in Matth.ſub nomine Chry-
,, ſoſtomi: Audi homo fidelis,qui cōtra hære-
,, ticum libēter contendis: ſi Phariſæi victi nō
,, ſunt, tu certādo contra hæreticum, poteris
,, eum placare,cum viceris?

Finis bonus ſcientiæ.

505 E cōtra 1. finis eſt manifeſtè bo-
nus diſputando intēdere aſſecutio-
nem,& perſuaſionem veritatis. S. Ignatius in
,, regula 28. commu. Si quæ in re nobis eſt di-
,, verſa ſententia, eaque videtur manifeſtāda,
,, rationes modeſtè, & cum charitate afferan-
,, tur,eo animo ut ſuus veritati ſit locus. 2. fi-
nis manifeſtè bonus eſt diſputando intendere
acquiſitionem ſcientiæ pro ædificatione pro-
pria,& aliena. Vtrūque conjunxit S.Bernardus
,, ſerm. 36. in Cant. Sunt qui ſcire volunt, ut
,, ædificēt,& charitas eſt. Et item, qui ſcire vo-
,, lunt ut ædificētur, & prudētia eſt. Hi nō in-
,, veniūtur in abuſione ſciētiæ, quippe qui ad
,, hoc volunt intelligere,ut benè faciāt. Docu-
mētum hoc, teſte Suario tract. 10. de Societat.
lib.5.cap.3. num.4. hauſit noſtra Societas, quæ
ad hoc præcipuè diſputādo & ſtudēdo doctri-
nam quærit, ut benè faciat, primum ſibi, deinde
proximis. Nam, & propriam perfectionem pri-
mariò, & deinde perfectionem proximorum
procurat. 3. finis manifeſtè bonus, eſt diſputā-
do intēdere maiorem gloriam Dei ſive per cō-
futationem errorum, ſive per inculcationem
ſciētiarum,& fidei, quibus Deus cognitus ado-
retur,& ametur. Nam ſicut Dei gloria eſt finis
ultimus, quem ipſe etiam Deus in ſuis omni-
bus operibus intendit, ita & honeſtiſſimus qui
ab hominibus in omni ſua operatione intendi
debet.

Oſtenſio ſcientiæ an ſit finis honeſtus.

506 Dubium eſt 1.an ſit finis honeſtus
diſputare ad oſtenſionem ſcientiæ?
Videtur negādum: quia oſtētatio ſciētiæ præ ſe
fert jactātiam,& inanem gloriam, prout diſpu-
tans vult doctus haberi ab audiētibus, juxta ci-
,, tatum illud S.Hieronymi: Habemus pugnas
,, legis ob jactātiam gloriæ, dum apud eos qui
,, audiunt, docti volumus æſtimari. S.Thomas
,, 2.2. q.167. a.1. Ipſa veritatis cognitio per ſe
,, loquendo bona eſt: poteſt autem per acci-
,, dens eſſe mala, in quantum aliquis de cogni-
,, tione veritatis ſuperbit. Oſtentare autem &
jactare ſcientiam tumere, & ſuperbire eſt. Ni-
hilominus affirmo cum Suario cit.cap.3.nu.15.

Fama poſſit intendi.

oſtenſione ſcientiæ poſſe eſſe finem honeſtum,
dummodò diſputans non in ſola oſtēſione ad
aliorum tantum opinionem aucupādam ſiſtat;
hæc enim vana oſtentatio eſſet, ſed ad bonum,
& ſalutem ſpiritualem aliorum referat, v.g. in-
tēdat oſtēſione eruditionis haberi doctus, &
fama ſapiētiæ inclytus, ut hac ratione cōſultius
proſit multis. In hanc ſentētiam S. Auguſt.lib.
,, de bono viduitat. cap.21. Nobis (inquit) ne-
,, ceſſaria vita noſtra, alijs fama noſtra. Et ſer.
,, 49.ex diverſis, agēs de vita cleric. Conſcien-
,, tia (inquit) tibi, fama proximo tuo. In quo
,, ſenſu dixit Spiritus S. Eccleſiaſt.41.num.15.
,, Curam habe de bono nomine: hoc enim
,, magis permanebit tibi quàm mille theſauri.
Igitur honeſtum eſt oſtentare erudionem, &
doctrinam ad bonum ſibi nomē, & authorita-
tem conciliādam. Hinc Apoſtolus ſic hortatur
,, Timotheum 1.Epiſt.cap.4. Hæc meditare, in
,, his eſto, ut profectus tuus manifeſtus ſit om-
,, nibus. Ad quem locum Chryſoſt. Vides (in-
,, quit) ut in hoc quoque illum magnum fieri
,, vellit, atque mirabilem: ex quo ſcilicet Ec-
,, cleſiæ commoda provenire ſciebat, & ideo
,, vult profectum manifeſtari omnibus non
,, modò in vitæ rectitudine, ac ſanctimo-
,, nia, verum in ſynceritate atque ubertate do-
,, ctrinæ.

Victoria intuitu diſputare

507 Dubium eſt 2. an ſit finis honeſtus diſputare ad vicendum, ſeu animo comparandi victoriam? Videtur negandum ex mente ſapientiſſimorum virorum, qui multum vituperant appetentes victoriæ. Plutarch. lib. de educ. liber. In colloquijs pueri non alijs inviſi fient, ſi non omnino in diſputationib⁹ victoriam ſemper obtinere laborent. Non enim tantum egregium eſt ſcire vincere: ſed etiam poſſe vinci pulchrum eſt, ubi victoria eſt damnoſa. Concinit documentum illud Philonis lib. de agricult. Si quando maiore vi coactus fueris in certamen deſcendere, ne te vinci pudeat. Sic enim demum, ſi vincaris, victor evades, quando in hoc genere victor vincitur. Hinc pulcherrimum acroama Publij Syr. in ſent. Bis vincit qui ſe vincit in victoria. Hæc etiam fuit mens in Sanctis Patribus; nam S. Nazianz. orat. 1. n. 180. Præſtat (inquit) honeſtè vinci, quàm periculoſé ac nefariè vincere. Et S. Ambroſ. in 1. Timot. 6: Elatus (ait) vinci ſe non patitur, quippe cùm ad favorem quærendum in conflictum prorumpat, &c.

Damnabilis igitur & inanis videtur intētio, & appetentia victoriæ. Nihilominus honeſtus finis eſſe poteſt victoria comparáda, ita ut quis honeſtè & laudabiliter diſputando poſſit intēdere victoriam, non quidem ut in ea ſiſtat, & quærat propriam gloriam, ſed ut referat ad aliū finem honeſtiorem, v. g. ut ſic hoſtes veritatis debilitentur, & confundantur. Quæ in oppoſitum afferuntur, ſolùm damnāt immodicum appetitum victoriæ, & intentionem vincendi, ut quis appareat, & habeatur victor: qui appetitus & intētio verè damnabilis eſt, ut ſumitur ex S. Bernardo ſerm. 36. in Cāt. Sunt qui ſcire volunt, ut ſciantur ipſi, & turpis vanitas eſt. Et expreſſiùs ex S. Ignatio Reg. 28. Comm. Rationes modeſtè, & cum charitate afferantur, eo animo, ut ſuus veritati ſit locus: nō ut in ea ſe ſuperiores videantur.

Ingenium oſtendere, & acuere.

508 Dubium eſt 3. ſit ne honeſtus finis diſputare ad præbēdum ſingulare ſui ingenij ſpecimē, item ad ingenium acuēdum, tandem ad ſciēdum? Affirmativa reſolutio in triplici parte dubij vera omnino eſt, & patet ex ſuperioribus. Nam præbere ſingulare ingenij ſpecimen, honeſtatem habet, ſi ſumatur ea moderatione, qua diximus in 1. dubio honeſtum eſſe oſtēdere ſciētiam & eruditionem: in quo ſenſu S. Ignatius par. 4. Conſt. cap. 6. num. 10. ſic præcipit: Interſint Scholaſtici ordinarijs ſcholarum diſputationibus: & ſingulare ſui ſpecimen in doctrina præbere, modeſtè tamē curēt. Et reg. 6. Scholaſtic. Interſint Scholaſtici communibus ſcholarum, ad quas accedūt, diſputationibus: & doctrinæ ſpecimē pariter ac modeſtiæ præbere curēt. Deinde diſputare ex fine, ſeu motivo acuēdi & exercēdi ingenium, nullam cōtinet malitiam, imò habet utilitatem magnam, adeo ut Barb. tom. 4. in collect. pag. 254. col. 1. num. 16. aſſerat de materijs prohibitis poſſe laicos diſputare in ſcholis ad acuēda ingenia abſque incurſu excōmunicationis. Tandem diſputare ad ſciendum, ſeu animo comparādi ſciētiam, eſſe quid honeſtum, cōſtat ex dictis num. 505. dummodò talis intētio nō ſiſtat in ſola ſciētia comparata: quia tūc interveniret vitium curioſitatis, juxta illud S. Bernardi citati. Sunt qui ſcire volūt, eo fine tātum, ut ſciāt, & turpis curioſitas eſt. Debet enim talis comparatio ſciētiæ ordinari ulteriùs ad alios honeſtiores fines, v. g. ad profectum, & ſalutem animarum.

Modus ſervādus in diſputando.

509 Quod attinet ad modum in diſputationibus ſervandum, ille procul dubio honeſtus erit, ſi modeſtiam adjunctam habeat, & è cōtra inhoneſtus, ſi à modeſtia procul ſit. Sumitur ex 1. Petri cap. 3. Parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcēti vos rationem de ea, quæ in vobis eſt, ſpe, ſed cum modeſtia. Et ex noſtra regula proximè citata: modeſtè tamē curēt. Servatur autem modeſtia in modo ſentiendi, loquēdi, & operādi, quam proinde diſputās violabit, ſi vel oſtēdat magna de ſe ſuaque doctrina ſentire, vel diſſona voce loquatur, vel inconditè geſtiat. Quàm igitur ſit decorum, ut quis ſe gerat modeſtè in diſputādo, quàmque indecorum ſe gerere intemperatè, cōſentiūt prophani, ſacrique authores. Nam Plutarch. in polit. ad Traianum. Satis eſt nudis explicatiſque rationibus cauſam ſimpliciter agere, nec cōgeſtis maledictis undique, ac jurgijs quaſi veneno tela inficere. Hoc idem documētum pulchra ſimilitudine expreſſit Chryſippus apud M. Tullium: Qui ſtadium (inquit) currit & cōtēdere debet, quàm maximè poſſit, ut vincat: ſupplātare autem eum quo cum certat, aut manu depellere, nullo modo debet. Ad hæc Ioan. Maxentius Dialogo 1. Solent (ait) injuriæ illis præſtare ſuffragium, quibus ſtudium eſt, nō de veritate, ſed de propria gloria victoriæ. In his autem, qui tota intentione cupiunt de cōcepta veritate gaudere, locum hæc penitùs non habent. Se benè moratum, ac in diſceptationibus moderatum præbebat M. Tullius, qui Tuſc. 1. profitebatur ſe paratum eſſe, Et refellere ſine pertinacia, & refelli ſine iracūdia.

Modo ſtio in diſputando,

Verboſitas abſit a diſputatione.

510 Prophanis authoribus hactenùs relatis conſentiunt ſacri: multaque de temperato diſceptandi modo, & in diſputādo moderatione graviter, ac loculenter ediſſerunt. Imprimis S. Thom. 2. 2. q. 10. art. 7. ad illa verba Apoſtoli 2. Timot. 2. Noli contendere verbis: ad nihil enim utile eſt, niſi ad ſubverſionem audientium: requirit ad hoc ut temperatè ac modeſtè diſputetur, excluſionem

verboſi-

verboſitatis, ut ſæpe ſententijs potiùs & rebus, quàm verbis agatur. S. Ambroſ. lib. 1. offic. cap. 22. poſtulat in uſu quotidiano diſceptationē ſine ira. Quid enim prodeſt (inquit S. Hieronym. in cap. 3. Titi) ſpumantibus labijs, & latratu gannire canum? cum ſimplex & moderata reſponſio, aut poſſit te placare, ſi vera eſt: aut ſi falſa, leniter à te, & placaliter emēdari? Accedit, quòd ſtomachoſa, & verboſa concertatio honeſtæ diſputationis fructum impedit, ut egregiè notavit Chryſoſt. homil. 6. in 2. ad Timot. Quia ut verbum fructificet, oportet ut alter gratè audiat: Gratè autem affici (inquit) eum qui injurijs afficitur, vix cōtingere poteſt. Et quidem indignum eſt viris ſapientibus, qui ob egregias mentis dotes, ſolent Angelis aſſimilari, injurijs, quando diſputant, adverſarium laceſſere. Quàm comis, urbanus, & ab omni convitio alienus eſſe debeat modus diſputandi, nos docet ſuo exemplo Angelorum Princeps apud Thadæum in ſua Epiſt. verſ. 9. Cum Michael Archangelus cum diabolo diſputans altercaretur de Moyſi corpore, non eſt auſus judicium inferre blaſfemiæ: ſed dixit, Imperet tibi Deus. Dignus erat omni probro, convitio, & maledicto diabolus tanquam hoſtis Dei, & totius veritatis, tamen Angelus beatus diſputans maledicere, & conviciari non debuit. Merebatur (inquit S. Hieronym.) diabolus maledictum, ſed per Archangeli os maledictum exire nō debuit. Addo S. Archāgelum fuiſſe tam alienum à maledicendo, ut convitium & maledictum etiam impactum diabolo inter diſputandum, reputaverit blaſphemiam.

Convitia abſint à diſputatione.

Documenta hæc omnia ad unguem obſervans Nepotianus in avunculi menſa, tanquam egregius optimè diſputantis typus deſcribitur à S. Hieronymo Epiſt. 3. ad Heliod. his verbis: Sermo ejus per omne convivium, de Scripturis aliquid proponere, libenter audire, reſpondere verecundè, recta ſuſcipere, prava non acriter refutare, diſputantem contra ſe, magis docere, quàm vincere: & ingenuo pudore, qui ornabat ætatem, quid, cujus eſſet, ſimpliciter confiteri.

Locus diſputationis aptus.

§ 11 Quod attinet ad locum honeſtū, in quo ſcilicet Academicæ diſputationes, ſeu litterariæ concertationes honeſtè haberi poſſint, certum eſt locum eſſe aptum & idoneum quodcunque gymnaſium, ſed præcipuè aulam publicam ad id munus deſtinari ſolitam. Dubitatur, an locus ſacer, quale templū, ſit aptus, ut in eo diſputationes honeſtè, ac decenter habeantur? Negandum videbitur, tum ex declaratione Sacræ Congregationis, quam affert Lezana tom. 1. cap. 21. num. 34. ubi id ſpecialiter prohibetur religioſis mendicantibus: tum præcipuè ex indecentia, quam afferunt loco ſacro vociferationes & clamores, inter diſputandum frequentes. Nihilominus regulares poſſe in proprijs eccleſijs habere litterarias diſputationes, etiam extra ſua comitia generalia, quæ vocant capitula generalia, ſeu congregationes, amplector cum Pellizario p. 2. tractat. 8. cap. 5. ſect. 2. num. 83. Conſtat ex praxi communi, ubique recepta, etiam Romæ. Neque obſtat declaratio ſacræ Cōgregationis in oppoſitum. Quia hæc vel non fuit acceptata, vel poſtea per contrarium uſum legitimè abolita fuit. Ad id quod dicebatur clamores diſputātium eſſe indecentes in templo, reſponderi poteſt non minorem diſſonantiam habere clamores concionantium, præſertim illorum qui buccinatores potiùs quàm cōcionatores ſunt, & totam vim collocant in vociferando, & obtūdendo aures, & tamē non reputantur indecentes in templo. Illud autem monerem diſputantes in templo teneri ad maiorem aliquam modeſtiam, & moderationem, & à templo diſputationes laicorum de facultatibus prophanis omninò eliminarem.

Tempus honeſtum diſputandi.

§ 12 Quod attinet ad tempus, difficultas eſt, an liceat diſputare ſaltem publicè diebus feſtis? Negabit aliquis, 1. quia diebus feſtis ab omni opere ceſſare debemus juxta illud Levitici 23. Sex diebus facietis opus: dies ſeptimus, quia Sabbati requies eſt, vocabitur ſanctus: omne opus non facietis in eo. 2. nam eodem modo ſe habet pugna militaris, atque pugna litteraria quæ præcipuè exercetur in diſputationibus: ſed exercitium pugnæ militaris prohibetur diebus feſtis per cap. 1. de ferijs, juxta Suarium lib. 2. de diebus feſtis cap. 28. num. 7. ergo & exercitium pugnæ litterariæ. Nihilominus diſputare in diebus feſtis etiam ſolemniter, & publicè in ſua præciſa ratione eſſe licitum, & non prohibitum divino præcepto rectè affirmat Fagundez in quincal. præc. 1. lib. 1. cap. 11. num. 3. cum Toleto lib. 4. Summæ cap. 24. num. 3. Navarro in Manuali Lat. cap. 13. num. 14. Soto lib. 2. de juſt. q. 4. a. 4. Sayro in clavi lib. 7. cap. 2. num. 13. & alijs. Ratio eſt, nam præcepto illo ſolum prohibentur opera ſervilia, qualia ſunt corporalia exerceri ſolita per ſervos: atqui diſputare nō eſt opus ſervile, cum (ſicut docere, concionari, & legere) revocetur ad opera animæ; ergo diſputare diebus feſtis prohibitum non eſt. Ex quo patet ad duplex fundamentum partis oppoſitæ. Nam ideo prohibetur diebus feſtis pugna militaris, quia inter opera ſervilia numeratur, non ita pugna litteraria, utpote ſpiritualis. Ab hac ſententia non diſcrepat Rebuff. privil. 1. num. 11. quanvis ibi dicat ſolemnem diſputationem, ad quam Rector, & Doctores confluunt, ſaltem mane, ut poſſit vacari audiendis miſſis, fieri non debere, diebus feſtis, in honorem diei. Cap. placita 15. q. 4. Alvar. in proœmio feud. col. 2. Addit tamen ſe vidiſſe poſt prandium publicas diſputatio

tationes haberi diebus feſtis: & quidem hæc eſt in Luſitania communis praxis. In hac noſtra Eborenſi Academia diebus feſtis, etiam matutino tempore habetur ſolemnis diſputatio, quãdo confertur Doctoralis laurea: ſed ante illam celebratur ſacrum in altari maximo ab omnibus audiendum.

Horæ Canonicæ in diſputatione.

513 Rogabis pro coronide, an defenſurus theſes in publica diſputatione, in qua re plurimum intereſt vel ſua, vel Reipublicæ doctum ſe exhibere, excuſetur à recitandis horis canonicis, ſi ſimul recitare non poſſit? Reſpondeo affirmativè cum Navarro in Sũma cap.25. num.101. Palacios in 4. diſt. 15. diſp. 9. fol. 148. & alijs, quos citat, ac ſequitur Sanch. lib.7. conſil. cap.2. dub. 52. num.4. Ratio eſt, quia præcepta humana, & ea potiſſimum, quæ proficiſcuntur ab Eccleſiæ benignitate, non obligant cum tanto rigore, & detrimento proprij honoris: quod enim pro charitate inſtitutum eſt, non debet contra charitatem militare. Hinc quòd ſimiliter lectutus lectionem oppoſitionis, in prædictis circunſtantijs excuſetur ab horis canonicis recitandis, juxta citatos authores. Confirmatur, quia non magis obligat hoc præceptum, quàm præceptum audiendi miſſam, ut patet: ſed hæc ob prædictas cauſas omitti poteſt; ergo & horæ canonicæ.

QUÆSTIO III.

Utrum, & quomodo liceat diſputare de rebus fidei divinæ?

Diſputatio de rebus fidei.

514 Satis diſputatum eſt hactenus de honeſtate ipſius diſputationis tum conſiderata ſecundùm ſe, tum ex circunſtantijs finis, modi, loci, ac temporis. Supereſt, ut diſputemus de materia circa quam diſputatio verſari poteſt, aut non poteſt. Cum verò ad ſequentes quæſtiones remittamus diſputationem de materijs nondum ab Eccleſia definitis, in hac præſenti nobis ſermo erit, de diſputatione circa definitas. Imprimis illicitam & prohibitam eſſe diſputationem de rebus fidei, videtur conſtare 1. authoritate: nam Apoſtolus ad ,, ad Tit. 3. Hæreticum hominem poſt unam, ,, & ſecundam correptionem devita, ſciens ,, quia ſubverſus eſt qui hujuſmodi eſt. Ex quibus verbis Suar. de fide diſp. 20. ſect. 1. nu.3. colligit non eſſe licitum ratione communicationis prohibitæ cũ hæretico diſputare poſt monitionem ſemel atque iterum factam: juxta illud Gelaſij Papæ in commonit. ad Fauſtum: ¶ Nobis (inquit) nullum fas eſt inire certamen cum hominibus communicationis alienæ, dicẽte Apoſtolo Hæreticum hominem, &c. Accedunt Concilia, Chalcedon. actione 5. in 2. definitione fidei, & Toletani 14. cap. 10. ubi ſic: ¶ Non nobis inanium quæſtionum teudicula præparemus, neque diſcutere audeamus quæ ſumma ſunt: nam quæ ſunt divina, non diſputanda ſunt, ſed credenda. Ad hæc Leo Papa Epiſtol. 48. aliàs 50. ad Martinianum Auguſtum. ¶ In eam (inquit) fidem, quam Evangelicis, & Apoſtolicis prædicationibus declaratam per antiquos Patres noſtros accepimus (nulla penitus diſputatione, cujuſquam retractationis admiſſa) omnium corda concurrant. Iuri Canonico concinit jus civile in l. nemo Cod. de Summa Trinitat. Ubi ſic habetur: ¶ Nemo clericus, vel militaris, vel alterius cujuſlibet conditionis, de fide Chriſtiana publicè turbis coadunatis, & audientibus, tractare conetur in poſterum, ex hoc tumultus, & perfidiæ occaſionem requirens. Et quanvis hæc lex, ex præciſa poteſtate civili non potuerit inducere obligationem in hac materia, ut benè notant Azor tom. 1. lib. 8. cap. 26. quæſt. 2. & Sanchez lib. 2. Decal. cap. 6. num. 8. tamen obligat ex eo quòd fuerit canonizata, ſeu confirmata per ſacros Canones, ut ſupponit S. Thomas 2.2. q.10. art.7. in 2. argum. & Suar. cit. n.7. fine, exiſtimans legem illam fuiſſe editam ab Imperatore Martiano conſenſu vel hortatu Leonis Papæ.

515 Facit pro eadem ſententia authoritas Patrum: nam Tertullia. lib. de præſcrip. hæret. cap. 15. hæreticos ad diſputationem de ſacris Scripturis admittendos non eſſe palam teſtatur. Rationem ſubdit S. Bern. ſer. 66. ,, in Cãt. Nec rationibus (inquit loquẽs de hæ- ,, reticis) convincũtur, quia non intelligũt: nec ,, authoritate corrigũtur, quia nõ recipiũt: nec ,, flectũtur ſuaſionibus, quia ſubverſi ſunt. Parũ diſſimilem reddit S. Auguſt. 15. contra Fauſtum ,, c.12. Non diſputationem (inquit) amãt hære- ,, tici, ſed quoque modo ſuperare impudẽtiſſi- ,, ma pertinacia, ut cõgregent, quæ nõ pepererũt. Videtur conſtare 2. ex ratione, quæ optimè cõficitur ex citatis teſtimonijs: quia ex diſputatione cum hæreticis nõ poteſt fructus moraliter ſperari, cũ citata loca ſatis manifeſtẽt illorũ pertinaciã, atq; adeo ex hoc capite manebit diſputatio otioſa: deinde poteſt timeri dãnũ fidelium ſimplicium, cũ hi percipiãt objectiones, & difficultates, & nõ facilè capiãt altiora fidei myſteria, ac fundamẽta, atque adeo ex hoc capite evadat diſputatio pernicioſa, utpote contra charitatem, & bonum fidei.

Fides divina an ſit materia diſputationis.

516 Nihilominus pro parte cõtraria, quòd ſcilicet licitum & laudabile ſit diſputare de fide contra hæreticos, ſuadẽt validiſſima athoritatis, & rationis momẽta. Authoritatis ex Apoſtolo ad Titũ 1. ubi dicitur oportere Epiſcopũ eſſe amplectẽtẽ eũ, qui ſecun-

P dum

„ dùm doctrinam eſt, fidelem ſermonem, ut „ poſſit eos qui contradicunt, arguere: hoc eſt diſputando convincere. Deinde ex præcepto „ S. Auguſtini Epiſtol. 48. ubi monet cum hæ„ reticis, verbis etiam agendum, diſputatio„ ne pugnandum, ratione vincendum. Accedunt exempla protomartyris Stephani, S. Pauli Apoſtoli, & Sanctorum Patrum, qui inſiſtentes veſtigijs Chriſti cum infidelibus de rebus fidei diſputarunt, ut vidimus ſupra num. 499. Quod verò rationis momenta id ſuadeant, ex eo conſtat, quia diſputatio in ſuo conceptu formali licita, & honeſta eſt, ut latè oſtendimus quæſt. 1. à num. 499. deinde cenſetur utilis, & omninò neceſſaria ad convincendos hæreticos, ad confirmandos catholicos, ad fidem ipſam perſuadendam: cum enim fides per auditum ingrediatur, & prudenter admitti nequeat, niſi ſufficienter propoſita; atque adeo propoſitis motivis, & argumentis evidentis credibilitatis, diſſolutiſque contrarijs objectionibus, hæc omnia ſine diſputatione peragi non poſſunt; ergo diſputare de materijs fidei licitum, & laudabile eſt.

517 Vtraque ſententia, ſi rectè explicetur, & ſano modo accipiatur, verum habet, nec ullam inter ſe contrarietatem, ſive procedat de diſputatione materiali, quæ fit crebrò in ſcholis animo exercendi ingenia, etiam de rebus certis: ſive de formali, quæ fit animo ſuadendi, & oſtendendi verum. Quanvis enim diſputatio de rebus fidei ſuſcepta ex dubitatione diſputantis, cui fides ſufficienter propoſita eſt, ad hoc ut res tanquam dubia in controverſiam vocetur, illicita ſit, & propria hæreticorum, tamen ſi ſuſcipiatur animo confirmandi, & perſuadendi veritatem apud alios, honeſta, & laudabilis eſt, & quandoque neceſſaria, juxta illud S. Gregorij in „ paſtorali p. 2. c. 4. Sicut incauta locutio in er„ rorem pertrahit, ita indiſcretum ſilētium, eos „ qui erudiri poterāt, in errore relinquit. Dixi (cui fides ſufficiēter propoſita eſt) quia hæreticus, cui nōdum fides ſufficiēter propoſita eſt, licitè diſputationē ſuſcipit tāquā de re ſibi dubia, ut ſi argumentis à ſe propoſitis alter ſatisfaciat, amplectatur veritatem. Eſt tamen advertēdum, de facto jure poſitivo prohibitā eſſe, & illicitam hujuſmodi diſputationē, ſi nō ſervētur certæ cōditiones, quib⁹ ſervatis licita erit. Et juxta hanc advertētiam cōciliātur duæ ſentētiæ initio quæſtionis propoſitæ, ita ut prior cū ſuis fundamētis oſtēdat eſſe illicitā nō ſervatis cōditionibus, poſterior oſtēdat eſſe licitā ſeruatis cōditionib⁹.

Fidei diſputatio iuſta.

518 Difficultas eſt exponere prædictas conditiones, quæ numerantur quinque, & rectè declarantur à Suario de fide diſp. 20. ſect. 1. à num. 8. Hurtado diſp. 10. diff. 11. Cardinali de Lugo eod. tra. diſp. 22. ſect. 5. à n. 132. & Palao tra. 14. diſp. 7. pun. 4. Prima conditio eſt ex parte diſputantis, ut nempe ſit ita cōſtans, ac firmus in fide, ut nō ſubeat periculum dubitādi auditis hæreticorum argumētis, ac proinde poſſit labi in foveam, à qua alium intendebat eruere. Quod periculum, an detur, patebit ex viribus adverſariorum comparative, & ex uſu ac facilitate ſe ſe explicandi pro audientium captu. Secunda conditio ex parte illius cum quo diſputatio ſuſcipitur, eſt ut ab eo ſperetur fructus, quòd nempe veritati inter diſputandum cognitæ acquieſcat. Aliter diſputatio evadet non ſolum otioſa, ſed etiam ſcandaloſa, quatenus ſine ſpe emolumenti præbetur hæretico occaſio labendi in noua peccata in ipſa diſputatione, & obſtinata proprij erroris defenſione. Tertia conditio eſt ex parte auditorum, ne ſcilicet diſputatio illis obeſſe poſſit. Nam evenire poteſt ut rudes, ac ſimplices, qui antea in fide firmi, ac ſine ulla hæſitatione vivebant, poſtea auditis argumentis, & ex ſimplicitate, & ruſticitate non perceptis rationibus noſtræ fidei, turbentur, & hæſitent. Quarta conditio ex parte modi eſt, ut in diſputante cernatur amor veritatis ſincerus, appareatque modeſtia ſine vociferatione, ſine æmulatione, & contumelijs, ut adverſarios æquè ſuperemus rationibus, ac moribus. Defectus enim modeſtiæ multum officit veritati perſuadendæ, juxta illud Siſinij apud Socratem „ in lib. 5. hiſt. c. 10. aſſerētis diſceptātes nō ſolū „ non reconciliare ſchiſmata, ſed potius hære„ ticos ad contentionem magis accendere.

Laicus diſputans de fide.

519 Quinta conditio, & præcipuè jure Eccleſiaſtico poſtulata eſt, ut diſputans non ſit laicus. Habetur in cap. 2. §. inhibe„ mus, de hæret. in 6. ubi ſunt hæc verba: Inhi„ bemus quoque ne cuiquam laicæ perſonæ „ liceat publicè vel priuatim de fide Catholica „ diſputare, qui verò contra fecerit, excōmuni„ cationis laqueo innodetur. Benè tamē Lugo cit. notat 1. hanc excommunicationē nō incurri ipſo facto, ſed poſt ſententiam, ut ſumitur ex illa voce innodetur. Notat 2. prohibitionem poſitam nō intelligi de diſputatione materiali, in qua diſputatur exercendi ingenij gratia, ſed de formali, in qua diſputantes circa fidei veritatem diſſident. Notat 3. non procedere, quando diſputantes cōſentiunt circa fidei veritatem, & ſolum diſputant de fundamento Theologico ad illam confirmandam, vel explicandam. Notat 4. non procedere, quando diſputatur, an res aliqua ſit de fide, vel non ſit, & dantur opiniones revera probabiles apud Catholicos circa hoc ipſum, alijs aſſerentibus, alijs negantibus id eſſe de fide. Quia ſolum prohibetur diſputatio de rebus fidei certæ, & non dubiæ, ſeu diſputatio ſuſcepta adverſus eos, qui in fide errant: & in caſu poſito neuter videtur in fide errare.

520 Dis

Laicorũ nomine qui veniant.

520 Dubium eſt 1. quinam veniāt laicorum nomine ad hoc ut comprehendantur dicta prohibitione? Cōſtat nō comprehendi clericos primæ tōſuræ quādiu retinēt ſtatū clericalē, & à fortiori nec religioſos primæ tōſuræ. Difficultas eſt de religioſis nec ipſā etiam primam tonſuram habentibus, an comprehendantur? Negant Sanch. lib. 2. Decal. cap. 6. n. 6. & Palaus tract. 4. diſp. 2. pūct. 4. num. 4. Affirmant Suarius citat. num. 10. Bellanus diſp. 18. dub. 11. & Hurtado diſput. 76. §. 32. acriùs invectus quàm par eſt, in religioſos laicos, quos debemus diligere tanquam fratres noſtros, & non deſpicere: fatetur tamen Suar. n. cit. partem negantem probabilem, ac tutam eſſe. In hoc diſſidio placet Lugo citatus n. 138. media incedēs via, quatenus affirmat de religioſis laicis, qui ex vi ſuæ profeſſionis ad nullum ordinem deſtinantur, & negat de illis qui ex vi ſuæ profeſſionis ad clerū ſpectāt, quales ſcholaſtici. Ratio eſt, quia hi licèt ordinibus careant, jam poſſunt ratione ſuæ deſignationis appellari clerici, & ratione ſui ſtatus præſumuntur habere doctrinam acquiſitam: ſecus de alijs.

Laicus doctus diſputans.

521 Dubium eſt 2. an laicus doctus, nō obſtante dicta prohibitione poſſit cum hæreticis licitè diſputare? Affirmant Petr. Ledeſma, Banhes, Caietanus, quos refert ac ſequitur Hurtado cit. §. 24. & hanc partem probabilem judicat Sanch. cit. num. 5. Fundantur, quia in laico docto diſputante ceſſat tota ratio legis prohibētis, nempe ceſſat periculum diſputātis, & auditorū, ac etiam ne in cōtemptum fidei cedat. Probabilius tamen exiſtimo negādum cum Suario num. 11. Sanchez num. 5. Bellano n. 145. Palao n. 4. Lugone n. 139. & alijs, quos citāt. Ratio eſt, quia licèt ratio legis ceſſet in particulari, ſi adhuc perſeveret in communi, lex obligat, ut Theologorum cōmunior, & probabilior fert ſententia: quanvis igitur in doctiſſimo & prudentiſſimo laico ceſſent pericula numerata, adhuc manet periculum commune quod datur in laicis diſputaturis, cum communiter laici non habeant ſufficientem doctrinam ad diſputādum de materijs fidei. Deinde ſi id ſemel in aliquo foret licitum, & unuſquiſque laicus maneret judex ſuæ ſufficiētiæ in hac materia, cum pro innata propenſione ſimus faciles ad ſentiendum magnificè de nobis, & cōtemnēdum alios, præberetur anſa, ut multi inſufficientes non ſine ſcandalo diſputarent.

Laicus diſputās præſente clerico.

522 Dubium eſt 3. an ſaltem clericis jubentibus, laicus diſputare poſſit? Affirmativam partem defendunt Suar. citatus n. 11. & Palaus cit. nu. 7. Probant manifeſta authoritate Concil. Carthag. 4. cap. 98. ubi habētur hæc concepta verba: Laicus præſentibus
„ clericis, niſi ipſis jubentibus, docere non au-
„ deat. Deinde ratione, quia laicus ſolum prohibetur diſputare de rebus fidei propria authoritate, id jus ſibi uſurpando, ut ſumitur ex 6.
„ Synodo can. 64. Trullano, ibi: Vt ſibi non
„ vendicet docendi authoritatem: & ex S. Leo-
„ ne Epiſt. 62. cap. ult. ubi ſic: Præter eos, qui
„ ſunt Domini ſacerdotes, nullus ſibi jus docē-
„ di & prædicādi audeat vendicare, ſive ſit mo-
„ nachus laicus qui alicujus ſcientiæ nomine
„ glorietur, &c. atqui laicus diſputās, cōſenſu, aut juſſu clericorum, non uſurpat ſibi jus docēdi, vel diſputādi, quia tūc nomine clericorū diſputat; ergo ſi aliunde ſit ſufficienter inſtructus, licitè diſputabit.

Hanc opinionem multis impugnat Lugo citat. n. 140. & imprimis, ait loca adducta nimium vel parum probare. Nam S. Leo (inquit) ſolum permittit ſacerdotibus propria authoritate docere: cum tamen Suarez permittat etiam diaconis, & alijs clericis diſputare. Deinde canō Trullanus ſolū prohibet laico publicè propria authoritate docere, quare privata diſputatio nō eſſet illi prohibita, quod tamē Suar. & alij nō cōcedent. Deniq; in Concil. Carthag. ſolū prohibetur laicis docere præſētibus clericis, niſi eorum juſſu: quare clericis nō præſentibus poſſet id facere: quod etiam Suarez nō cōcedet. Nō poſſumus ergo ex illis locis colligere facultatem, qua laici clericorum juſſu diſputare poſſint. Meritò ergo (addit idem Lugo) Hurtado ubi ſupra §. 24. arguit ſententiam illam inconſequentiæ, quatenus agnoſcit prohibitionem extendi ad laicos etiam doctos, & aliūde cōcedit poſſe id facere jubētibus clericis: nam lex poſtrema hoc prohibens cōtenta in dicto cap. 2. §. inhibemus ſicut non excepit laicum doctum, ſic etiam non excepit laicum juſſum à clericis: ſi ergo laicus doctus non poteſt diſputare, nec etiam poterit juſſus à clericis, cum nullibi reperiatur conceſſa clericis hæc poteſtas permittendi laicis diſputationem cum hæreticis. Nō eſt ergo in hoc pūcto ſtādum decretis antiquioribus, quatenus derogata videntur hoc decreto poſteriori, ſive illa latiora hoc ſint, ſive magis ſtricta.

Diſputatio laici iubente clerico.

523 Hæc ſunt verba ipſiſſima Cardinalis de Lugo, quem utpote doctiſſimum, & ſubtiliſſimum multū demiror, quòd ſine cauſa voluerit arguere incohærētiæ eximiū Doctorem, ſuam ſentētiam firmis authoritatis, & rationis (ut ſolet) fundamentis ſtabiliētem. Cardinalis enim eminentiſſimus non rectè cōtra eundem arguit in ſingulis textib⁹, quaſi quādo un⁹ aliquid expreſſè prohibet, cēſeatur aliud; vel quidquid nō ibi prohibet, cōcedere, aut permittere: cum ſit axioma receptiſſimū à Iuriſtis:
„ Prohibitum una via, nō cēſetur alia permiſſū. Quod Menoch. conſil. 285. num. 4. Surdus conſil. 301. num. 75. benè probant ex l. quod eictum ff. de pactis, l. cum hi §. ſi cum ijs ff. de trāſact. l. athletas §. ait Prætor ff. de infamibus. l. ſi quis §. minor ff. qui & à quibus. l. illud ff. ad leg. Aquil. & c. cū quod una via 84. de reg. juris in 6.

Præſertim quia Suarez eum adducat textum unum, nempe Concilij Carthag. in quo ſua ſententia exprimitur, ſolum adducit alios, quibus oſtēdat laicum ſolum eſſe prohibitū docere, & diſputare propria authoritate, nō verò clericorum nomine, & authoritate. Denique nō habet vim id quod arguit ex textu cap.2. §.inhibem⁹, abſolutè prohibente diſputare laicum, quaſi ſicut non excepit laicum doctum, ita nō excipiat laicum à clerico juſſum:& cum lex ſit recentior & poſterior, cenſeatur abrogare priorèm, & antiquiorem Concilij Carthag. ubi permittitur laico diſputare juſſu clericorum. Non habet (inquam) vim: quia cum juris antiqui correctio ſit odioſa, proindeque reſtringenda, juxta Felinum in cap. nonnulli, de reſcrip. in 6. & quantum fieri poſſit, vitanda, lex poſterior potiùs per priorem explicari, quàm prior per poſteriorem abrogari debet: ut patet ex regula juris ſtatuente, Quidquid in poſteriori lege ſpeciali non fuerit expreſſum, juxta leges veteres intelligèndum eſſe. Ergo lex illa poſterior cap.2. §. inhibemus, non abrogat priorem Cōcilij Carthag. ſed per illam ita explicatur, ut ſolum prohibeat quoſcūque laicos de rebus fidei propria authoritate diſputare, nō verò ſi authoritate, & conſenſu clericorum diſputent.

Diſputatio de fide laici cum laico.

524 Dubium eſt 4. an prohibitione ſupra dicta comprehendatur laicus fidelis, qui diſputet cum alio fideli de rebus fidei? Partem affirmantem tenet Sanchez lib. 2. Decal. cap. 6. num. 9. hoc nixus fundamento, quia diſputatio formalis prohibita laicis eſt omnis illa, quæ ſuſcipitur ad fidei veritatem cōfirmandam, & ſuadendam, qualis etiam eſt inter fideles, quæ adducit hæreticorum argumenta, ut ijs diſſolutis, fidei veritatem confirmet. Mihi tamen magis arridet pars negativa, quam præter Banbes, Aragonium, Ledeſmam, Valentiam, & alios quos citat idem Sanchez loco citato, defendunt Bellanus ſupra num. 146. Suar. num. 1. Hurtado §. 21. Caſtro de juſta hæretic. punit. cap. 19. Palaus num. 5. & Lugo n. 141. Ratio eſt, quia inter fideles diſputantes non habet locum diſputatio formalis, capite ſupra citato prohibita: hæc enim ſola eſt quæ ſuſcipitur animo convincendi adverſarium, & perſuadendi illi fidem: atque adeo ſolum poteſt ſuſcipi ad convincendos eos, qui in fide errant, quales ſunt ſoli infideles, & non catholici. Quanvis enim fideles aliquando inter ſe diſſideant circa aliquam rationem vel modum probandi, & de hoc inter ſe diſputent in ordine ad illum ſuadendum, tamen hoc non eſt de fide diſputare: atque adeo hæc diſputatio laicis non prohibetur. Hinc patet ſolutio ad fundamentum Sanchez: negatur enim diſputationem formalem, qualem expoſuimus, poſſe dari inter duos fideles, & conſequēter negatur fideles laicos inter ſe diſputantes cōtineri ſub illa prohibitione: ſi enim alter diſputet animo ſuadendi veritatem cum aliquo errante in fide, jam hic fidelis non eſt.

Diſputatio in neceſſitate conceſſa laicis

525 Prohibitioni explicatæ à n. 519. duplex adhiberi ſolet limitatio. Prima ex Suarez n. 11. Sanchez n. 7. Bellano n. 147. & Palao n. 6. ſi adſit neceſſitas, cujus nomine venit etiam magna utilitas fidei: tūc enim nullo præſente clerico, qui partes fidei poſſet defendere, & hæreticum petulanter inſultantem cohibere, laicus doctus poſſet, imò ſæpe teneratur fidem tueri, & os hæretici obſtruere. Secunda pro regionibus, in quibus graſſantur hæretici, & per cōtrariam conſuetudinem prohibitio abrogata eſt, teſtibus authoribus proximè citatis. Duo tādē pro maiori ſuperioris doctrinæ explicatione obſervari oportet, alterū ex Hurt. citata diſp. 74. §. 39. non eſſe conſtituendos hujuſmodi diſputationis judices laicos, cum laici de rebus fidei judicare nequeāt. Imperator enim Conſtantinus quando edixit, ut diſputatio fieret coram tribuno, & alijs, non voluit ut tribunus, & alij laici judices diſputationis eſſent, ſed ut adeſſent imperiali authoritate ad continendos in officio, & ſecuros reddendos diſputantes eo fine, ut argumenta atque ſolutiones fideliter ſcribi poſſent. Alterum ex Lugone num. 143. poſſe authoritate Summi Pontificis in aliqua provincia inſtitui cōuētum Eccleſiaſticum, in quo cōveniāt ſchiſmatici & hæretici talis provinciæ cum Prælatis catholicis ad diſputandum de religione, modò ſchiſmatici, & hæretici nō veniāt tanquā judices cum jure ſuffragij, & Prælati catholici non convocentur juſſu Principis ſæcularis.

QUÆSTIO IV.

Utrum, & quomodò liceat diſputare de immaculata Conceptione B. Virginis?

Diſputatio de immaculata Conceptione Deiparæ.

526 EGimus de prohibitione diſputationis circa res ab Eccleſia definitas: modò ut tractemus, & exponamus prohibitionem diſputandi de nondum definitis, occurrit celeberrima controverſia de conceptu immaculato Deiparæ, & illius prohibitio, quæ accipi debet in duplici ſtatu, altero, quem habuit ex motu Pontificis Pij V. & altero, quem habet ex motu Gregorij XV. renovante, & augente varios motus ſuorum prædeceſſorum. Quod attinet ad priorem ſtatum, Pius V. ut tranquillaret diſputantes de hac materia, motu proprio, qui incipit ſuper ſpeculam, edito pridie kalendas Decembris anno 1570. poſtquam innovavit decreta à Tridētino,

& à

Digitized by Google

& à Sixto IV. in Extrav. Grave nimis, adjecit nonnulla præcepta his verbis; Per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus nemo populàribus concionibus, vel ubicunque promiſcuà virorum, & mulierum multitudo cõvenire ſolet, de hujus controverſiæ alterutra parte diſputare rationibus, vel Doctorũ authoritate, aſſerẽdo propriam ſẽtẽtiam, & cõtrariam refellẽdo aut impugnãdo, vel de hac ipſa quæſtione cujuſvis pietatis, aut neceſſitatis prætextu vulgari ſermone ſcribere, vel dictare præſumat. Subdit deinde pœnas ſuſpenſionis, privationis dignitatum, & inhabilitatis ad eas obtinendas.

Diſputatio rigoroſa in quo conſiſtat.

§ 27 Pro declaratione propoſiti decreti, obſervandum eſt 1. cum Granado cõtrov. 2. de geſtis mirabilibus Chriſti tra. 1. diſp. 3. ſect. 33. hoc decreto prohiberi ſolam rigoroſam diſputationem in tali loco, & cõceſſu, nempe, ut ſit promiſcua virorum, ac fœminarum multitudo. Eſt autem diſputatio quoddam ſpiritnale bellum conſiſtens formaliter in adductione argumentorum pro utraque parte. Igitur prohibetur quis in conceſſu mulierum & virorum proponere hujus controverſiæ utrãque ſententiam, & utriuſque argumenta, atque ſolutiones partis adverſæ: at nõ prohibetur aſſerere B. Virginem fuiſſe conceptam ſine Originali labe, & aſſerere authoritatis & rationis argumẽta, quibus nititur hæc veritas, imò proponere principia, ex quibus etiam indocti valeant elicere ſolutiones partis oppoſitæ. Addit citatus Granado num. 367. cum in hac re ſit parvitas materiæ, qui unum argumentum breviſſimè afferret, ac ſolveret, non peccare ſaltem graviter, & conſequenter non incurrere pœnas à Pontifice impoſitas. Confirmat noſtram obſervationem Petrus Comitolus lib. 6. reſpon. moral. quæſt. 10. aſſerens exemplum cujuſdam concionatoris, qui delatus tanquam violator motus Pij V. eo quòd in cõcione probaſſet immaculatam Cõceptionem, & innuiſſet quomodo ſolvi poſſent contrariæ objectiones, licèt prudẽs eorum cõmemorationem ſubterfugerit, à judicibus liber pronunciatus eſt.

Multitudo quid ſit.

§ 28 Obſervandum eſt 2. circa illam particulam motus (Vbi promiſcua multitudo virorum, aut mulierum cõvenire ſolet) duas, aut tres mulieres v.g. aut totidem viros non ſatis eſſe, ut teneat prohibitio: quia cum ſit lex pœnalis, vox (multitudo) accipi debet ſtrictè juxta generalem, & vulgarem uſurpationem, & quidem multitudo ex communi uſu loquendi non dicitur tres mulieres, vel tres viri. Addit Granado num. 369. nõ ſufficere ad prohibitionem ſolum concurſum virorum, qualis in aula Academica fieri ſolet: quia Pontifex ſolum expreſſit locum, in quo ſint mulieres & viri. Ne autem dicas, ex hoc ſequi poſſe diſputari in concurſu ſolarum mulierum, ſicut in concurſu ſolorum virorum, huic objectioni tacitè occurrit innuẽs diſparitatem: quia mulierum (inquit) minor capacitas, & maior animi mobilitas generare poſſunt maiora incommoda, quàm ſi ſoli viri convenirẽt: non enim ſine cauſa tantum Pontifex de ſolis viris non eſt locutus. Quaſi præcipua ratio prohibendi illam diſputationem in publico cõceſſu eſſent mulieres facientes cum viris promiſcuam multitudinem.

Scribere de conceptione Deipara.

§ 29 Obſervandum eſt 3. cum eodem num. 370. particulam illam (vulgari ſermone ſcribere, vel dictare præſumat) qua prohibetur quis ſcribere, vel dictare lingua vernacula aliquid de conceptione, eſſe intelligendam, ſi id fiat diſputando eo rigore, & modo, quem expoſuimus ſupra num. 527. Nam ſi vulgari ſermone ſcribantur, aut imprimantur diſcurſus ſtylo concionatorio, ſcilicet eo modo, quo ſolent prædicatores concionari, non eſt cõtra motum. Sicut enim nõ eſt contra motum cõcionari, ſeu prædicare de immaculata Conceptione, ſermone vulgari, dũmodo nõ interveniat formalis, & propria diſputatio, ita nõ erit cõtra motum, eodem modo ſcribere, vel dictare. Et hæc videtur legitima interpretatio, quã ſuadet ratio, & quotidiana praxis induxit.

§ 30 Quod attinet ad poſteriorem ſtatum, quem poſtea accepit cõtroverſia de immaculata Cõceptione, neceſſe eſt ſubjicere decretum Gregorij XV. in quo cõtinetur aliud Paulj V. & fit mẽtio illius, quod nuper expẽdimus, Pij V. ſic igitur habet: ¶ Feria 3. die 24. Maij anno à nativitate Domini 1622. in generali Congregatione S. Romanæ, & univerſalis Inquiſitionis habita in palatio Apoſtolico S. D. N. D. Gregorio divina providẽtia Papa XV. ac illuſtriſſimis, & reverendiſſimis S. R. E. Cardinalibus, &c.

Decretũ Gregorij XV. de Cõceptione B. Virginis.

Sanct. D. N. Paul. V. poſt lõgam & maturam diſcuſſionem providè cõſiderãs quod quãvis in cõſtit. Sixti IV. ſuper Cõceptionis Virginis Mariæ à S. Triden. Synodo innovata, & deinde in alia cõſtitutione ſãctæ memoriæ Pij V. ſuper eadẽ re, quas ſimiliter ſãctitas ſua innovavit, cum quibuſdã proviſionibus, & adjectionibus pœnarũ, pro efficaciori earũ obſervatione, relinquatur unicuiq; libera facultas tenẽdi, & etiã aſſerẽdi utrãq; partẽ, quod ſcilicet fuerit, vel nõ fuerit cõcepta cũ peccato originali, dum tamẽ neutra velut erronea aut hæretica dãnetur. Nihilominus ex occaſione aſſertionis affirmativæ in publicis cõcionib⁹, lectionib⁹, cõcluſionib⁹, & actib⁹ publicis, quod eadẽ B. Virgo fuerit cũ peccato Originali concepta, oriũtur in populo Chriſtiano cum magna Dei offenſa ſcandala, jurgia, & diſſenſiones. Propterea volens hujuſmodi ſcãdalis ex debito ſui muneris providere decrevit & præcepit, ac præſentis decreti virtute mãdat & præcipit omnib⁹ & ſingulis cujuſvis ordi-

nis aut dignitatis tā Eccleſiaſticæ, quā ſecularis, ut in poſterū donec articulus hujuſmodi à S. Sede Apoſtolica fuerit definitus, non audeant in publicis concionibus, lectionibus, concluſionibus, & alijs quibuſcunque actibus publicis aſſerere, quòd eadem Beatiſſima Virgo fuerit concepta cum peccato originali, &c.

Colloquijs tam publicis, quàm privatis prohibitū est aſſerere B. Virginem fuiſſe conceptā in peccato Originali.

531 ¶ Hoc ſuo præſenti decreto ex ejuſdem cauſis evitandi ſcandala, diſſentiones atque diſcordias in populo Chriſtiano, quæ pari ratione oriri poſſunt, & ut accepit, in aliquibus regionibus jam ortæ ſunt ex ſermonibus privatis occaſione aſſertionis affirmativæ, extendit & ampliavit etiam ad privata colloquia, & ſcripta mandans, & præcipiens omnibus, & ſingulis ſupra dictis, ne de cætero, donec articulus hujuſmodi à Sede Apoſtolica definitus, vel per Sanctitatem ſuam, & Sedem Apoſtolicam fuerit aliter ordinatum: neque etiam in ſermonibus & ſcriptis privatis audeāt aſſerere, quòd eadē B. Virgo fuerit cōcepta cum peccato originali, nec de hac opinione affirmativa aliquo modo agere, vel tractare. Per hoc tamē ſāctitas ſua nō intēdit reprobare hāc opinionem, nec ei ullum prorſus præjudicium inferre, eam relinquens in eiſdem ſtatu & terminis in quibus repetitur, præterquam quoad ſupradicto felicis recordationis Pauli V. & hoc ſuo decreto diſpoſita. Inſuper eadem Sanctitas ſua, cum S. Romana Eccleſia de Beatiſſimæ Virginis Conceptione feſtum ſolemniter, & officium celebret, omnibus & ſingulis perſonis Eccleſiaſticis tam ſecularibus, quàm cujuſvis ordinis, & inſtituti regularibus mandat ac præcipit ut in ſacroſancto Miſſæ ſacrificio, ac divino officio celebrandis tam publicè, quàm privatim non alio quàm Conceptionis nomine uti debeant. Contravenientes autē ſanctitas ſua voluit & declaravit ſubjacere debere, & ſubjecit cēſuris, & pœnis cōtentis in ſupradictis Cōſtitutionibus.

Conceptio immaculata Deiparæ non potest negari etiam in privatis colloquijs.

532 Ex quibus facilè intelligitur ſtatus poſterior hujus controverſiæ, & quòd prohibitum ſit tam in actibus publicis, quàm in privatis colloquijs affirmare ſive loquendo, ſive ſcribendo B. Virginem fuiſſe conceptam in peccato Originali: quamvis adhuc maneat liberum opinari de hac re pro alterutra parte. Unde Pater Ioannes Baptiſta Poza in Elucidar. lib. 4. tract. 1. cap. 1. lepidè dixit opinionem, quæ affirmabat B. Virginem in originali macula conceptam fuiſſe, ex hoc decreto jam exulare ab ſcholis, concionibus, ſcriptis, colloquijs familiaribus, & relegatam eſſe in inſulam mentalem, facta interdictione locorum omnium, ſive illa privata ſint, ſive publica, nec permitti ſub graviſſimis cenſuris alibi, quàm in ſola mente, ibique concluſam & ſilentem vitam agere. Deinde eruditè ex jure civili apud Martianum in l. exilium ff. de interdictis, & releg. exponit triplicem exilij ſpeciem, qua probat ſupradictam opinionem eſſe mulctatam. Addo nihilominus quod tacuit, vel nōdum prolatum invenit Pater Poza, quod ſcilicet Gregorius XV. in ſolatium Patrum Prædicatorum merito atque optimo jure de ſuo decreto remiſit, concedens nempe ut dicti Patres inter ſe, & in ſuis conferentijs poſſent licitè ac liberè talem opinionem aſſerere. Subjicio verba Pontificis, quæ ſunt in tom. 3. Bullarij fol. 315. num. xxix. §. 10.

¶ Motu proprio, & ex certâ ſcientia, ac matura deliberatione noſtris omnibus; & ſingulis dicti Ordinis Prædicatorum fratribus, ut de cætero in quibuſcūque privatis eorum colloquijs, ſeu conferentijs, inter ſe duntaxat, & non inter alios, aut cum alijs, de materia ejuſdem Conceptionis B. Mariæ Virginis diſſerere; & tractare, abſque ullo pœnarum in dictis decretis contentarum incurſu, liberè, & licitè poſſint, & valeant, Apoſtolica authoritate, tenore præſentium, licentiam concedimus, & impartimur.

533 Difficultas eſt, an liceat ex profeſſo impugnare opinionem minùs piam, adductis in contrarium argumentis: Occaſionem difficultatis præbent verba utriuſque Pontificis Pauli V. & Gregorij XV. ¶ Ulterius ſub eiſdem cenſuris, & pœnis mandans, quòd negativam opinionem, videlicet quòd non fuerit concepta cum peccato Originali in prædictis publicis actibus aſſerentes aliam opinionem non impugnent, nec de ea aliquo modo agant ſeu tractent. Ex quibus apparet nō eſſe licitum impugnare prædictam ſententiam in actibus publicis. Quinam autem ſint hujuſmodi publici actus, patet ex verbis antecedētibus. Non „ audeant in publicis concionibus, lectionib⁹, „ concluſionibus, & alijs quibuſcunque actibus publicis aſſerere, quòd eadem Beatiſſima Virgo fuerit concepta cum peccato Originali. Satis igitur ex verbis poſitis innoteſcit, & ipſe quotidianus uſus Sede Apoſtolica annuente, interpretatus eſt, poſſe Doctores per libros ſcriptos & evulgatos impugnare ex profeſſo opinionem minùs piam, utendo ſcilicet adverſus illam omni argumentorum genere, & diſſolvendo ipſius fundamenta. Ratio manifeſta eſt; quia neuter dictus Pontifex ſolum prohibet illius ſententiæ impugnationem in publicis concionibus, lectionibus, concluſionibus, & alijs quibuſcunque actibus publicis, ubi ſcilicet hominum ſit concurſus atque frequentia: at impugnatio facta per ſcriptum dici nequit facta in publica concione, aut lectione, aut concluſionum palæſtra, aut actu aliquo publico; ergo prohibita non eſt. Confirmatur, nam librum ſcribens, ac in lucem edens tum ex communi uſu loquendi, tum ex ipſa proprietate ſermonis non dicitur effeciſſe, vel ſuſtinuiſſe actum publicum: eſt enim actus juxta probatiſſimos Latini idiomatis authores res tranſiens, & quæ non conſiſtit multo tempore: & juxta Legiſ-

Impugnatio opinionis in actibus publicis.

Actus publicus quis ſit.

Legiſperitos ex l.actus C.de ferijs, & l. Provinciarum C. eod. actus publici contentioſæ juriſdictionis quindecim diebus Paſchalibus quieſcere debent, nempe accuſatio, ſcriptio, cõdemnatio, qui actus forenſes vix unius horæ ſpatio terminantur: at libri & ſcripturæ permanent, deinde ſcribuntur, & eduntur abſque ulla offenſione popularis turbæ. Accedit quòd prohibitio utpote odioſa, ſtrictè, & in rigoroſa proprietate ſermonis accipienda eſt.

Conceptio immaculata Deiparæ qua ratione publicè aſſerenda.

534 Addit P. Poza exiſtimare nõ paucos, etiamſi in concionibus, & locis publicis opinio pia liberans Deiparam ab Originali macula proponatur populo, eaque rationibus & argumentis confirmatur, non licere tamen contrariam ex inſtituto ac directè impugnare. Habetur ex illis clauſulis, altera Pij
„ V. Rationibus, & Doctorum authoritate aſ-
„ ſerendo propriam ſententiam, & contrariam
„ refellendo aut impugnando. Et altera Pauli
„ V. Aliam opinionem non impugnent, nec
„ de ea aliquo modo agant, ſeu tractent. De ea nempe quæ maculat B. Virginis Cõceptionem, quas clauſulas Gregor. XV. confirmavit, & innovavit. Natura autẽ aut vis diſputationis in eo ſita eſt, ut adductis argumentis in ſententiæ propriæ roborationem, & confutationem oppoſitæ, hujus etiam fundamenta diluantur. Hinc à prohibitione & cenſura liberabitur cõcionator, ſi ita probet ſententiam affirmativam de immaculata Conceptione, ut nihil de contraria curet, vel etiam ſi ita refellat indirectè & implicitè, ut non videatur concertare. Quid ſi quis ſuppreſſo adverſariorum nomine objectiones diſſoluat, utens tenore alio diſſerendi, v.
„ g. dicens, Veniet hoc in mentem alicujus? Dicunt aliqui non incurrere ſtatutas pœnas. Quia tunc non dabitur rigoroſa, ac propria diſputatio. Hæc enim (ut ſumitur ex Marcell. in l. 1. §. accuſationem ff. ad Senatus Cõſult. & Vlpiano in l. 1. §. quæſitum eſt ff. quorum legato collationem ſententiarum importat. Oppoſitum tamẽ judico. Quia ille & ſi in toto rigore non diſputet, at diſputat æquipollenter, & eludit legem, idque facto ipſo cõtra mẽtem Pontificis, dans illo ipſo tenore diſſerẽdi eãdem offenſionem, & perturbationem populo, quam daret rigoroſa diſputatione. Accedit quòd etiam cõtra verba materialia legis ſequẽda eſt intentio legiſlatoris. Verba enim debent ſervire intẽtioni, nõ intẽtio verbis l. non aliter ff. de legat. 3. cap. Sedulo 38. diſt. cap. Secũdo requiris, de appellat: cap. intelligẽtia, de verbor. ſignific. Ratio eſt, quia juxta Menoch. cõſ. 97. num. 44. verba pẽdent à mẽte, & nõ mẽs à verbis, deinde in lege verba ſe habẽt ut corpus, at mẽs ut ſpiritus; ergo cõtraveniet decreto Põtificis, qui prædicto modo quæſtionem agitet.

Diſputatio quid ſit.

535 Rogabis, an ſit prohibitum diſputare in actibus publicis, contraxerit ne B. Virgo debitum proximum peccati Originalis? Hoc dubium in nullo authore excitatum vel deciſum inveni. Reſpõdeo tamẽ ex vi prædictarum prohibitionum, quas tota hac quæſtione retulimus, nõ eſſe prohibitam hujuſmodi diſputationem. Probatur, quia ſimilitudo rationis nõ ſufficit, ut lex extẽdatur ad caſum ſub verborum forma nõ comprehẽſum, ut tenent Alexãd. cõſ. 75. Rochus tract. de cònſuetud. ad cap. ult. eadem ſect. 4. num. 23. Suar. lib. 6. cap. 3. num. 4. & Palaus diſp. 5. pũct. 3. §. 4. num. 2. Et hoc ſpecialiter procedere in odioſis, rectè docent Sanch. lib. 10. Matr. d. 4. num. 3. & Molina tract. 2. de juſt. diſp. 176. §. Quarto, atqui prædicta decreta Põtificum ſub ſua verborum forma non comprehẽdunt diſputationem de debito cõtrahẽdi, ſed de ſola ipſa cõtractione peccati Originalis, quæ materiæ & termini oſtendunt longè diverſas eſſe diſputationes, quãtũvis inter ſe cõnexas; ergo ex vi prædictorum decretorum nõ prohibetur diſputatio de debito. Et hæc reſolutio nititur etiam praxi quotidiana: cum in hac noſtra Academia videamus ſæpe viros doctos ac timoratos in actibus publicis difficultatem poſitam pro utraque parte diſcuti errtès.

Debitum proximũ peccati Originalis.

Similitudo rationis non extendit legem.

536 Denique juxta mẽtem & interpretationem decretorum Pontificaliũ, quæ tota hac quæſtione expoſuimus, intelligẽda eſt forma juramẽti, quod utraque Luſitaniæ Academia Cónimbricẽſis & Eborẽſis olim ſolemniter præſtitit de defendenda immaculata B. Virginis Cõceptione, ſtatuẽs ut in poſterum nemo ad cathedram, vel gradum aliquem admitteretur, qui tale juramẽtum nõ præſtitiſſet. Sic igitur habet Conimbricẽſis lib. 4. ſtatut. tit. 14. ad finem. ¶ Em 28. de Iulho de 646. celebrou eſta Vniverſidade o acto ſolemne do juramẽto de defender, ler, prègar, & enſinar publica & particularmente, que a Virgem noſſa Senhora foy preſervada da macula do peccado Original: & fez ley, & eſtatuto (mediante a ordem del Rey noſſo ſenhor Dom Ioão o IV.) que em nenhum tempo ſeja admitido aos graos, & cadeiras deſta Vniverſidade, o que não fizer o meſmo juramẽto: o qual ſe ordenou na forma ſeguinte.

Iuramentum de defendenda immaculata Conceptione.

Puriſſima Virgem, & Senhora noſſa, ſãctiſſima Mãy de Deos, Rainha dos Ceos, Eu N. rẽconhecẽdo a piedade, & ſanto zelo, com que o Sereniſſimo Rey Dom Ioão o IV. noſſo ſenhor, levado da devação que ſempre teve, & moſtrou ao ſacroſancto myſterio de voſſa puriſſima Coceição, convocados em Cortes os tres Eſtados do Reyno, de unanime conſentimẽto de todos, ſolemnemente vos elegeo por Padroeira delle: & em veneração do meſmo myſterio ſe fez vaſſalo voſſo com tributo annual a voſſa ſanta caſa: & jurou com todo o dito Reyno de defender ſempre, que foſtes concebida ſem peccado

 Origi-

Original. Aqui neſte acto preſente prometo, & juro firmente, de minha propria & livre vontade a Deos todo poderoſo, & a vòs ſantiſſima Mãy ſua, de defender publica, & particularmẽte, que vòs, Virgem bemaventurada, ſanta; immaculada, & bendita entre todas as mulheres, pelos merecimentos de Ieſu Chriſto filho voſſo, previſtos desde a eternidade, foſtes totalmẽte preſervada da macula do peccado Original por particular favor, & privilegio da divina graça. E proſtrado humilmente diante de voſſa ſagrada imagem, vos faço eſta promeſſa, aſſim Deos me ajude, & eſtes ſantos Evangelhos.

In qua forma perſpicuè vides alumnos Conimbricenſis Academiæ cōjungere votum cum juramento defendendi immaculatam Conceptionem: nam in verbo illo (prometo) continetur votum: definitur enim à Sanchez lib. 4. Decal. cap. 5. Promiſſio Deo facta de meliori bono, & in illo alio (juro) continetur juramentum, quod ab eodem authore lib. 3. cap. 1. definitur, Invocatio divini nominis in teſtimonium: eluceſque maximè religio & pietas erga Deiparam, Conimbricenſium, prout ſe illi duplici vinculo obſtrinxere.

Formula juramenti, quod præſtant alumni Eborenſis Academiæ ante quàm cathedras aſcendant, vel ad gradus promoveantur, hæc eſt.

¶ De more hujus almæ Eborenſis Academiæ, juro me opinionem, quæ Beatiſſimam Virginem Mariam abſque originis culpæ labe cōceptam fuiſſe tuetur, utpote in majorem Chriſti ejus filij gloriam cedentem, dignitati Matris Dei, ſacræ Scripturæ, Concilijs, ſanctis Patribus, & rectæ rationi magis conformem tum publicè, tum privatim, quoad vixero, defenſurum: ſic me Deus adjuvet, & hæc ſancta ejus Evangelia. Quàm piè omnes orbis terrarum Academiæ, præſertim in Hiſpania, Germania, Anglia, & Gallia de immaculato conceptu B. Virginis ſenſerint, qualique pro ejuſdem defenſione ſe voto, & jurejurando obſtrinxerint, latè, & eruditè refert P. Ioan. Anton. Velazquez de Maria immaculatè concepta lib. 4. diſſert. 8. Annotat. 1. & 2.

QUÆSTIO V.

Simne alia, de quibus diſputare prohibitum ſit?

537 EXplicatum à nobis eſt de quibus præcipuè rebus, & qualiter prohibita ſit diſputatio, ſive ageretur de rebus fidei, ſive de immaculata Conceptione Deiparæ, quæ veritas nondum ab Eccleſia definita eſt. Supereſſunt quædam breviter exponenda. Dubitatur 1. an liceat diſputare de jam in Conciliо Generali decretis? Apud Petrum Gregorium Tholoſanum lib. 13. de Repub. cap. 1. num. 17. fuere nonnulli qui improbarunt cōciliorum univerſalium repetitiones, eo perſuaſi fundamento, quia videtur ſupervacuum decernere quæ jam in aliquo concilio decreta ſunt, & manifeſtè illicitum eſt vocare in dubium, ſeu diſputare de rebus jam definitis, quæ inconcuſſè abſque ulla hæſitatione teneri debent. Ad quod ſpectat quod in l. nemo Cod. de Summa Trinit. & fide Cathol. dixit Imperator Martianus: Injuriam (inquit) facit judicio reverendiſſimæ Synodi, ſi quis ſemel judicata, aut rectè diſpoſita revolvere, aut publicè diſputare contenderit. Admitto fundamentum quoad hanc partem, ut ſit reſolutio propoſitæ dubitationis, ſcilicet non eſſe alicui licitum ac liberum diſputare, hoc eſt in dubium vocare (ſic enim Gloſſ. exponit verbum illud (revolvere) quæ jam in aliquo generali Concilio, ſeu æcumenica Synodo ſtatuta, ac definita ſunt, niſi accipiamus (diſputare) ſecundùm duplex genus diſputationis, nempe materialis initæ gratia exercendi ingenia; vel formalis ſcilicet intuitu perſuadendæ veritatis illi, qui in veritate errat, & tunc ſervatis omnibus conditionibus, quæ ſervari debent, ut licita avadat diſputatio de rebus fidei. Illas omnes expoſui quæſt. 3. Ex hoc tamen fundamento, quod à nobis ſic explicatum veritatem indubitatam continet, malè inferunt ſupra citati ſuam reſolutionem erroneam, damnantes ſcilicet repetitionem cōciliorum. Ratio eſt, quia Concilia generalia nō congregantur ut de jam tractatis tractent, vel de definitis fiat diſputatio, ſed 1. ut hæreſibus pro temporum varietate & malitia pullulantibus occurrant, & profligatis erroribus, veritates proponant credendas fidelibus: 2. quia cum quotidie contingant res novæ, & veluti progerminent novæ cauſæ, & negotia, quæ nequeunt facilè comprehendi ſub legibus antè conſtitutis, neceſſe eſt, quòd decurſu temporum ſtatuatur jus novum, edanturque novæ conſtitutiones, circa quarum deliberationem, & editionem meritò congregantur concilia.

Diſputatio de rebus in cōcilijs decretis.

538 Dubitatur 2. qualiter prohibitum ſit defendere publicè in diſputationibus fictionem Averrois de unitate intellectus? Hanc dubitationem zelò accenſus Sylveſter v. diſputatio num. 2. reſolvit in hunc modum: Dico quod tales (inquit) ſcilicet defendentes hujuſmodi fictionem, ſunt vani communiter: quia opinionem tam ſtolidam, & contrariam Ariſtoteli, & toti Philoſophiæ non videntur ſuſtinere, niſi ut appareant Philoſophi, quaſi diſſentientes à fide: & ſi ſunt laici peccāt mortaliter, quia ſunt excommunicandi per cap. quicumque §. inhibemus, de hæreticis in 6. nullus autem excōmunicatur à jure, niſi pro mor-

Defenſio Averrois.

tali. Imò peccant vel mortaliter, vel graviter, etiamſi ſuſtinerent partes fidei, ratione dictæ prohibitionis. Et ſimiliter peccant mortaliter religioſi, qui tali vanitate ducti ſuſtinent dictam opinionem: tum quia exponunt ſe periculo faciendi titubare aliquos de fide: tum etiam quia ſi mortale eſt laico ſuſtinere partes fidei propter inſufficientiam, ne fidei derogetur: multo magis religioſo ſuſtinere oppoſitum fidei, & tanto gravius, quanto ille doctior eſt. Et ſimiliter peccant mortaliter Inquiſitores, & Epiſcopi, qui poſſent obviare prædictæ enervationi fidei, & ſola utilitate & reverentia contenti negligunt, ea quæ Domini ſui ſunt non curantes. Quia iſta negligentia eſt magna, & pernicioſa contra honorem Creatoris, & Domini noſtri Dei. Sic meritò excanduit Sylveſter in vanæ ac frivolæ opinionis vanos ac frivolos propugnatores.

Diſputare de poteſtate Principis.

539 Dubitatur 5. an liceat diſputare de Principis poteſtate? In hoc loco idem eſt diſputare atque in dubium vocare; & ſermo eſt de diſputatione formali, in qua quis intendat ſuadere opinionem ſuam alteri. Menochius conſil. 827. num. 9. & 10. cum proponat differere de Cæſareæ Majeſtatis poteſtate, id veritus, ſic ait: Et quidem dicendum eſt, ſummã eſſe Imperatoris facultatem, & poteſtatem, de qua diſputare inſtar eſt ſacrilegij. Sumitur ex l. 2. Cod. de crimine ſacrileg. ubi ſic habetur:
„ Diſputare de principali judicio nõ oportet.
„ Sacrilegij enim inſtar eſt, dubitare an is dig-
„ nus ſit, quem elegerit Imperator. Cujus le-
„ gis ſenſum, & vim ſic exponit Salicet. Im-
„ probare quod Imperator fecit ex certa ſcié-
„ tia, eſt crimen ſacrilegij. Quaſi quis improbet, ex eo quòd vocaverit in dubium Imperatoris poteſtatem. In eandem ſententiam rectè poſt alios ſcripſere Cravet. in conſ. 241. num. 2. & Socinus jun. conſ. 140. num. 42. lib. 2. Addit Menoch. citatus num. 11. hæc præcipuè habere locum, quando Princeps utitur plenitudinẽ poteſtatis, ex juſta tamen cauſa, ſicuti in ſpecie legitimationis, tradunt Socin. ſen. in conſil. 120. num. 9. lib. 3. Decius in conſ. 357. num. 6. colum. ult. Fortun. Garzia in l. Gallus §. & quid num. 390. Pariſ. conſil. 9. num. 33. & Beroſ. conſil. 172. num. 10.

Poteſtas Imperatoris.

540 Hanc verò prohibitionem diſputandi, ſeu in dubium vocandi poteſtatem Imperatoris, ſeu eujuſlibet ſupremi Principis, rectè intelligunt Cravet. tract. de antiq. temp. par. 1. num. 38. & conſ. 211. num. 20. verſ. nõ obſtat ſacrilegium, Gram. in voto 32. num. 8. Menoch. conſ. 208. num. 50. & conſ. 103. nu. 67. ut ſolum procedat de his quæ juris poſitivi sũt: ſecus de his quæ ſunt juris divini, & naturalis. Ego rurſus magis limito ad jus civile intra terminos ſuæ ditionis. Certum eſt enim nullum Principem temporalem, etiam ſupremum poſſe diſponere de rebus juris divini, aut naturalis. Dixi (limito ad jus civile) quia Princeps ſæcularis nihil poteſt circa jus poſitivum canonicũ; imò, ſi Chriſtianus eſt, juri canonico ſubjicitur. Dixi (intra terminos ſuæ ditionis) quia certum eſt nullum Principem habere poteſtatem, & juriſdictionem in alienos ſubditos, atque adeo extra terminos ſuæ ditionis: deinde certum eſt Imperatorem habere ſuam poteſtatem definitis terminis circumſcriptam pro ratione locorum, quibus imperat. Non enim habet poteſtatem in univerſum terrarum orbem, ea ratione, qua illam habere parum rectè, & verbis nimium incautis aſſeveravit Bartolus ad l. hoſtes ff. de captivis num. 7. in hunc modum: Forte (inquit) ſi quis dixerit, Dominum Imperatorem non eſſe dominum, & monarcham totius orbis, eſſet hæreticus. Quia diceret contra Evã-
„ gelium Lucæ 2. Exijt edictum à Cæſare Au-
„ guſto ut deſcriberetur univerſus orbis.

Diſputare de claris

541 Dubitatur 4. an ſit licitum diſputare de claris, & quid pro claris intelligatur? Planum eſt eſſe quid otioſum, & hac ratione illicitum ſaltem venialiter, difficultatẽ via diſputationis quærere, ubi nulla eſt difficultas, & quaſi nodum in ſcirpo quærere. Vnde inanem eſſe diſputationem, ubi clara extat ſtatuti deciſio, rectè docent Corne. conſ. 109. in fin. vol. 1. & Becius alios referens, conſ. 12. à n. 2. Quibus conſonat doctrina Bald. in l. Gallus §. ſi ejus, in 2. notabili ff. de libe. & poſthu. quem citat, & ſequitur Surdus conſil. 527. num. 9. affirmans non eſſe ulterius inveſtigandum, ubi ſtatutum clarè diſponit. Habemus igitur quid intelligatur pro claris, nempe clarum dici ſtatutum verbis perſpicuis, in quibus nulla poteſt eſſe obſcuritas, ambiguitas, vel difficultas, aliquid diſponens. Cum verò diſputare de rebus clarè diſpoſitis, animo eas elucidandi, ſit inane, & otioſum, procul dubio malitioſum, ac pernicioſum erit, & pro materiæ gravitate, peccatum grave, diſputare de claris eo animo, ut explicita implicentur, clara obſcurentur, & tenebræ offundantur veritati.

QUÆSTIO VI.

Quænam prohibeantur in noſtra Societate defendi in diſputationibus tam publicis, quàm privatis?

542 VT proſequamur materiam diſputationum, expeditis ijs, quæ generaliter pertinent ad terminandam objectivè diſputationem, ſive ſint res ab Eccleſia definitæ, ſive nondum definitæ, hac ultima

ultima quæſtione.nobis nō videtur abs re proponere doctrinam noſtræ Societati diſplicentem,& ita prohibitam, ut nequaquam nobis liceat eam defendere diſputando, vel ulla ratione approbare docendo,aut conſulendo.

Exordium capimus à doctrina in materia caſtitatis, quam virtutem, cum Societas in pupillis habeat, ſerio cavit ne à noſtris defendatur opinio,quam vocant de minimis,in hac materia. Nam P. Claudius Aquaviva Præpoſitus Generalis anno 1612. 24. April. prohibuit dictā opinionem præcepto, quod inter alia quæ ex præſcripto octavæ Congregationis reperiūtur

Opinio de minimis caſtitatis.

collecta cap.4.& ſic habet: ¶ In virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna excommunicationis, & privationis lecturæ, vocis activæ & paſſivæ, nec non inhabilitatis ad quælibet officia, alijſque pœnis arbitrio Præpoſiti Generalis infligēdis, præcipitur, ne quis in Societate, publicè vel privatim, non modò ut veram & probabilem, ſed ne ut tolerabilem quidem, ulla ratione doceat opinionem eorum, qui tradunt in re Venerea exiguam aliquam delectationem,deliberatè quæſitam,propter levitatem materiæ excuſari à mortali: aut placere ſibi ſignificet, aut ſecundùm illam conſilium cuiquam det. Itemq; ſi quis aliquem ex noſtris contra prædicta deliquiſſe noverit, tenetur in virtute ſanctæ obedientiæ aperire.

543 Vt poſitum præceptum expendamus,advertimus, aliud eſſe tractare de probabilitate opinionis prohibitæ, aliud de prohibitione ipſius opinionis. Quod attinet ad probabilitatem,dico eam nullam dari, imò nec unquam datam fuiſſe in tali opinione prout à noſtro reverendo Claudio proponitur, ac prohibetur. Conſtat 1. quia delectatio Venerea

Minima non dantur in delectatione Venerea.

juxta S.Thomam ab omnibus receptum 1. 2. q. 11.art.1.ad 3. juncto art.4. 2. 2.q.154.in corpore
,, nihil aliud eſt quàm complacentia de for-
,, nicatione,ſive naturali,ſive contra naturam,
,, diſtinctè,vel confuſé apprehenſa per ſenſum
,, internum, tanquam de proprio & primario
,, ſuo objecto, ex quo ſolo, & non aliunde ha-
,, bet totam ſuam rationem Venereitatis, &
,, malitiam. Cum autem omnis fornicatio intrinſecè ac lethaliter prava ſit, & ut talis prohibita ſexto Decalogi præcepto Exod. 20. fit ut omnis plenè deliberata complacentia de tali objecto lethali, lethalis ſit, nec ob paruitatem materiæ excuſari poſſit, ſicut nulla alia moroſa delectatio, ſeu complacentia de quocūque alio objecto mortifero,v.g.de homicidio,vel de notabili damno proximi, admittit materiæ paruitatem, ut conveniunt omnes tanquam in re perſpicua. Conſtat 2. quia pollutio,ſeu mollities etiam inchoata excludit à regno Dei juxta Apoſt.1.Corith.6. ſed delectatio Venerea quæcunque eſt inchoata pollutio: nam juxta Galen. lib.14.de uſu part.cap.9.& 10.talis delecta-

Delectatio Venerea quid ſit.

tio fit ex motu humoris ſeroſi, qui eſt ſubſtantia, & materia ſeminis: cum per venas,& arterias ſpermaticas, per modum hederæ ſive capreolorum protenſas, à renibus ad vaſa pudenda,deſcendere incipit, & per commotionem ſpirituum genitivorum incaleſcit, tanquam per cauſam inſtrumentalem efficientem. Hæc autem omnia pertinent ad inchoationem pollutionis,ut patet;ergo ſemper lethalis eſt delectatio Venerea.

544 Quod attinet ad prohibitionem opinionis, pro illius explicatione notandū eſt ex quibuſdam recentioribus aliud eſſe luxuriam,& aliud rem Veneream, quæ duo Sanch. lib.9. Matr. diſp.46. & alij antiquiores confudere. Patebit diſcrimen ex ijs quæ affert Caſtro Palaus tom.3.tract.16. diſp.5. puncto 9. num.8. in hunc modum: Non levem (inquit) pluribus doctoribus difficultatem intulit dictū præceptum tot pænis affectum, tot verbis exaggeratum, præcipuè cum videatur opponi cōmuniſſimæ Doctorum ſententiæ admittenti in materia luxuriæ leve peccatum ex paruitate materiæ. Neque enim credendum eſt voluiſſe Claudium virum alioqui doctiſſimum, & prudentiſſimum, Societatiſque Prælatos condemnare tanquam doctrinam omninò exterminandam, quæ affirmaret delectationem ſumptam ex viſione mulieris pulchræ,ex illius manus cōtactu,ex illius collocutione abſque ullo deſiderio, vel periculo ulterioris lapſus, eſſe peccatum veniale. Verùm (addit) ſi verba præcepti attentè expendantur, facilè ſupradicta difficultas diſſoluitur. Neque enim Claudius negavit, nec negare potuit probabile eſſe prædictas delectationes leves eſſe: ſolum enim negavit (in re Venerea) dari exiguam delectationem ex levitate materiæ. Et quidem meritò Nam res Venerea propriè eſt coitus, vel pollutio, vel ad ſummum, quæ ad hoc proximè diſponunt, ut eſt commotio ſpirituum generationi ſubſervientium, ut tradit Galen, lib.4. de uſu part. cap. 9. & 10. Delectatio igitur quæ ex imaginatione, vel ex contactu ſumeretur ex coitu, pollutione, commotioneve ſpirituum ſubſervientium generationi, nequaquam ex levitate materiæ à mortali excuſari poteſt: quia eſt delectatio in re Venerea. At delectatio quæ ſumitur ex viſione mulieris pulchræ, & ex illius manus contactu ob ſolam illam delectationem abſque ullo alio periculo, vel deſiderio, non eſt delectatio in re Venerea; ac proinde nec peccatum mortale, & ita ſuſtinet Filliuc. tractat.30. in 6. præc.Decal.c.9.per totum præcipuè num. 180. & 192.

Luxuria & res Venerea differunt.

545 Hæc omnia verba Palai citati poſtquam tranſcripſit noſter Thomas Tamburinus in Decal.lib.7. cap.8. §.1. num.9.
,, hæc adiecit: Velle (inquit) advertas illa cō-
,, muniſſimæ ſententiæ admittendi in materia

luxuriæ

Venerea res & luxuria.

,, luxuriæ leve peccatū: Et non dari in re Ve-
,, nerea. Communiſſimam opinionem vocat dari paruitatem in materia luxuriæ, negat eandem dari in re Venerea. Videtur enim ſignificare (ni fallor) hæc duo (in materia luxuriæ, & in re Venerea) differre permaximè. Nam luxuria latè patet ad omnem culpam pertinentem maxime ad ſenſum tactus: res verò Venerea, quam propriè vocamus libidinoſam, reſtringitur ad culpas pertinentes ad generationem: ibi paruitas adeſt, quia tactus levis ex joco, ſeu ex delectatione non libidinoſa, parua culpa eſt, licèt poſſit eſſe gravis, ſi aſſumatur ob finem libidinoſum: at hic, nimirum in re Venerea, nulla parvitas datur: ſemper enim eo ipſo, quod Venerea eſt, inchoatio copulæ, ſeu pollutionis eſt, atque adeo ipſius procuratio, quæ inter ſolutos mortale peccatum ſemper attingit. Hæc dicit rectè citatus Tamburinus citans varios, quidquid dicant alij, quos citat, & ſequitur Caramuel in reg. S. Bened. à n. 1052. [illegible]

Caſtitatis violatio quæ ad reſervationem.

546 Ex dictis facilè apparet non comprehendi prohibitione explicata eū qui admittit parvitatem materiæ in actu externo venereo, ſeu libidinoſo in ordine ad negandam reſervationem peccati externi leviter libidinoſi. Quia noſter R. Claudius ſolum prohibet opinionem affirmantium excuſari à lethali delectationem deliberatam de re Venerea ex parvitate materiæ, non verò affirmantium eam eſſe lethalem, ſed non reſervatam etiam in Societate, ſi actus externus in quem prodijt, in ſe gravis non ſit. Quanvis enim in Societate re-
,, ſervetur lapſus carnis voluntarius, & quid-
,, quid eſt contra votum caſtitatis, quod in ac-
,, tum externum prodeat: tamen reſervatio non intelligitur de levibus, v.g. de verbis otioſis, etiam ſi ex mortali intentione manarent: quia non reſervatur intentio, niſi ratione effectus lethalis. Hæc noſtra ſententia vera eſt, cui conſentit Palaus exponens noſtrum eundem caſum reſervatum parte 4. tract. 23. diſp. un. pūct. 15. §. 5. num. 4. Quinimo (inquit) eſto actus externus malus ſit, ſi tamen in ſe ſpectatus mortalem malitiam non habeat, ſed ſolum venialem, ſicuti communiter dicitur de viſione curioſa fœminæ, de leui tactu manus, & ſimilibus [illegible] tametſi iniqua & mortali intentione fiant; caſus reſervatus non eſt. Quia ea malitia quatenus mortalis eſt, non prodit in exteriorem actum. Hac enim de cauſa à peccato hæreſis reſervato excluſit idem Palaus tract. 4. de fide diſp. 3. Verba hæreticali intentione dicta, ex quibus per ſe ſpectatis colligi hæreſis non poſſit, quaſi illa nō foret cenſenda hæreſis exterior, ſed interior. At ex prædictis actionibus nequit colligi mortalis intentio. Non eſt igitur caſus reſervatus: & tradit Suar. tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 18. num. 12. Secus (addit citatus Palaus) eſſet dicendum, ſi viſu, vel tactu alias levi fœminæ indicares tuam iniquam voluntatem: quia eo caſu viſus, vel tactus, non quatenus tales ſunt, ſed quatenus indicant iniquum affectum, reſervati erunt: ſunt enim quædam muta ſollicitatio.

Opinio circa tyrannicidium prohibita.

547 Eſt & alia opinio circa tyrannicidium prohibita, repetiturque inter præcepta, quæ juſſit colligi octava Congrega-
,, tio Generalis cap. 5. in hunc modum: Præci-
,, pitur in virtute ſanctæ obedientiæ, ſub pœ-
,, na excommunicationis, & inhabilitatis ad
,, quævis officia, ſuſpenſionis à divinis, & alijs
,, Præpoſiti Generalis arbitrio reſervatis: ne
,, quis noſtræ Societatis, publicè vel privatim,
,, prælegēdo ſeu conſulendo, multò etiam mi-
,, nùs libros conſcribendo, affirmare præſu-
,, mat, licitum eſſe cuique perſonæ, quocūque
,, prætextu tyrannidis, Reges aut Principes oc-
,, cidere, ſeu mortem eis machinari. Provincia-
,, les autem, qui aliquid eorum reſciverint, nec
,, emendaverint, aut non prævenerint incom-
,, moda, quæ ex contrario ſequi poſſint, effici-
,, endo ut hoc decretum ſanctè obſervetur:
,, non modò prædictas pœnas incurrere, ſed
,, officio privari voluit P. Claudius Epiſt. ann.
,, 1614. 1. Auguſti.

Tyrannus duplex eſt

Congruentia, imò neceſſitas hujus prohibitionis in eo ſita eſt, quòd cum religioſi noſtræ Societatis habeant pro inſtituto omnes mundi partes peragrare, ubi ſperatur majus Dei obſequium, & proximorum ſpiritualis utilitas, expedit valde nos gratos eſſe omnibus, præcipuè regibus ac principibus, cui fini multum officeret doctrina illa de tyrannicidio, niſi à Societate prohiberetur. At pro explicatione prohibitionis, notare oportet, aliquem dupliciter eſſe tyrannum, 1. ſi abſque ullo titulo dominatum, & poſſeſſionem alicujus civitatis, aut regni velit invadere, & de facto uſurpatum poſſideat. 2. ſi titulo, & jure ſaltem probabili obtineat civitatis aut regni dominium, & ſolum ſe gerat tyrannicè in illius adminiſtratione, v.g. ferendo injuſtas leges, extorquendo iniquè vectigalia, innocentes fortunis, honoribus, & vita indebitè privando. Certum eſt, ſi tyrannus hoc ſecundo modo detur, comprehendi præcepto, ejuſque pœnas incurrere eum, qui publicè vel privatim doceat, aut in theſibus defendat licitum eſſe cuicunque perſonæ illum interficere.

548 Tota difficultas eſt de primo modo, an ſcilicet præceptum violet, qui doceat licitum eſſe occidere hujuſmodi tyrannum? Videtur negandum: quia cum verba præcepti debeant interpretari ſtrictè, ut fiat favor libertati ſubditorum, & obligationes, quātum fieri poſſit, reſtringantur, verba præcepti illius poſiti non ad omnes tyrannos debent extendi. E contra videtur ſtandum pro parte affirmativa. Nam præceptum habet magnam latitudinem, & illius verba hæc: (Quocunque prætextu tyrannidis) comprehendunt omnem tyran

Digitized by Google

tyrannum, impediantque proinde ne defendatur opinio, quòd ob aliquam tyrannidem Rex aut Princeps ab aliqua perſona privata interfici poſſit. In hac difficultate Palaus parte 3. tract. 16. diſp. 5. pun. 9. num. 9. diſtinguit inter tyrannum invadentem poſſeſſionem civitatis aut Regni, & tyrannum jam in poſſeſſione Regni invaſi: & ſic rectè negat contineri ſub præcepto docētem poſſe priorem occidi in defenſionem Reipublicæ, & rectè affirmat comprehendi illo præcepto, qui doceret poſſe occidi poſteriorem. Ratio eſt, quia doctrina approbans occiſionem prioris non cadit ſub verba præcepti, ſecus de doctrina approbante occiſionem poſterioris. Nam præceptum ſolum vetat defendi, vel doceri poſſe Regem vel Principem tyrannum à privatâ perſona occidi: at qui doceret invadētem tyrannicè Rempublicam poſſe in hujus defenſionem occidi, non doceret poſſe occidi Regem vel Principem tyrannum, cum talis invaſor nondum ſit Rex vel Princeps titulo, & poſſeſſione etiam illegitima, ſed tantum ſit privata perſona; ſolum igitur intelligēdum eſt præceptum de docente poſſe occidi Regem vel Principem tyrannum, illum nempe qui jam Rex, vel Princeps eſt poſſeſſione quacunque.

549 Tandem noviſſimè Reverendus admodum Pater Noſter Generalis Gozuuinus Nichel Romæ anno 1656. Aprilis 15. prohibuit in virtute ſanctæ Obedientiæ, ne quis defenderet, doceret, aut ſcribendo approbaret ſequentes propoſitiones. Prima eſt, licet occidere falſum accuſatorem, quem quis non poteſt aliter declinare: quando ex ejus accuſatione timetur infamia, vel bonorum direptio. Secunda. Licet occidere eum qui vadit accuſaturus de crimine vero, ſed occulto, quando ex ejus accuſatione oritur periculum vitæ, vel honoris, vel bonorum. Tertia. Licet eunti ad accuſandum de crimine ſive vero, ſive falſo, ſed occulto imponere quælibet falſa teſtimonia, ſeu flagitia ad infringendam authoritatem accuſatoris. Quarta. Licet litteras etiam ſuperiorum aperire, retardare, vel comburere quando quis ex dictis litteris timet ſibi malum injuſtum.

Accuſatoris occidēdi opinio prohibita

Habita ſuper his (concludit Generalis) matura deliberatione cum Patribus Aſſiſtentibus, & aliquot Societatis noſtræ Theologis, viſum nobis in domino eſt imponendum eſſe præceptum noſtris in virtute S. Obedientiæ, ſicut per has imponimus, & in virtute S. Obediētiæ prohibemus, ne quis ex Societate prædictas opiniones, vel earum aliquam publicè aut privatim doceat, aut conſcribendo libros approbet.

Hoc præceptum vetans quatuor propoſitiones, quas recenſuimus, adeo perſpicuum eſt, ut non indigeat noſtra aliqua interpretatione. Feſtino exhibere Catalogum propoſitionum, quas non admittit Societas, & ex præſcripto nonæ Congregationis Generalis Patres ad id munus deputati collegerunt, ut omnibus innoteſcat, quænam doctrina Societati noſtræ ad ſcopum veritatis ſemper collimanti diſpliceat.

PROPOSITIONES aliquot, quæ in ſcholis Societatis non ſunt docendæ.

PHILOSOPHICÆ.

Sive in ſyllogiſmis detur medium, maius, aut minus extremum ex natura rei, ſive non, ex mente Ariſtotelis illa conſtituuntur per ſitus locales quos habebant, dum Ariſtoteles in tabella, aut charta pingebat terminos. 550

Doctrina prohibita in Societate,

2 Genus poteſt immediatè individuari à parte rei.

3 Relatio ſimilitudinis, paternitatiſque nō eſt formaliter in rebus, aut in ſuo fundamento: ſed eſt aliquid rationis, aut mera intellectus comparatio.

4 Non datur propriè falſitas in materia impoſſibili, ac propterea non ſunt in ea propoſitiones immediatè contradictoriæ: ut (Deus eſt, Deus non eſt.

5 Non datur materia prima.

6 Materia non eſt cauſa, ſed mera conditio.

7 Similiter formæ, & finis non ſunt veræ cauſæ rerum naturalium.

8 Materia prima poteſt naturaliter eſſe ſine omni forma.

9 Materia ad productionem formarum activè concurrit.

10 Vnio materiæ & formæ eſt verè natura.

11 Materia prima creatur ab agente naturali.

12 Poteſt dari creatura, quæ natura ſua habeat virtutem principalem creandi.

13 Creatio non eſt productio rei ex nihilo, ſed productio Dei quæ fit à ſolo Deo ſine conſortio alterius cauſæ efficientis.

14 Poteſt creatura aliqua elevari ad ſe ipsā prima vice producendam.

15 Idem poteſt eſſe cauſa ſuæ cauſæ in prima ſui productione, in genere cauſæ efficientis.

16 Effectus, recepta realitate, ſeu eſſentia, à ſua cauſa, poteſt virtute ipſius eſſentiæ productæ in priori naturæ à cauſa producere ſibi exiſtentiam.

17 Poteſt aliquid ſubſtantiale, natura ſua incorruptibile atque independēs à materia educi.

18 Ele-

18 Elementa non componuntur ex materia & forma, ſed ex atomis.

19 Mixta, etiam corpora, excepto homine, non habent propriam formam ſubſtantialem, ſed pro varia atomorum mixtura, & diſpoſitione, exhibent illas ſpecies, quas videmus, auri, marmoris, &c.

20 Poſſunt duæ formæ ultimæ, & nõ ſubordinatæ, eſſe naturaliter in eadem materia.

21 Valde difficulter poteſt ratione probari ſententia contraria ſententiæ Durandi, quod Deus immediatè concurrit ad omnes effectus cauſarum ſecundarum, neque loca S. Scripturæ hoc convincunt.

Non uſurpanda eſt hæc propoſitio, niſi addendo, ſententiam communem contra Durandum ſufficienter probari apud intellectum benè diſpoſitum, & abſtinendò à refellẽdis receptis probationibus pro eadem communi ſententia juxta decret. 41. Congr. 5.

22 Audiens naturaliter mutat ſubjectum inhæſionis.

23 Dubium eſt, an quantitas diſtinguatur à materia. Item an identificetur formis ſubſtãtialibus quantitas, & impenetrabilitas.

In hoc dubio P. Claudius juſſit affirmativam à noſtris docendam, & contrarium vetuit quoque P. Mutius.

24 Quantitas identificatur realiter cum Vbi, quo ſubſtantia materialis conſtituitur in loco impenetrabiliter.

25 Continuum ſucceſſivum, & intẽſio qualitatum ſolis indiviſibilibus conſtant.

26 Dantur puncta inflata ex quibus continuum componatur.

Vtraque hæc eſt contra Regulam, & Ariſtotelem, & contra Ordinationem P. Murij ad diverſas Provincias miſſam.

27 Vnum & idem punctum formaliter, & virtualiter indiviſibile, ratione velocitatis motus, poteſt eſſe in pluribus partibus ſpatij uno, & eodem momento, & ſic ratione intenſiſſimæ velocitatis occupare ſimul totum ſpatium quod intercedit inter Romam & Neapolim.

28 Poteſt dari creatura infinita in omni genere, excepta independentia, quæ unica reſtaret Deo propria: poteſt etiam dari intellectus infinitus, voluntas infinitè perfecta, & conſequenter indefectibilis.

29 Poſſibilis eſt creatura perfectiſſima, qua perfectior creari à Deo non poſſit, item imperfectiſſima, qua nulla imperfectior à Deo poſſit creari.

30 Infinitum in multitudine & magnitudine poteſt claudi inter duas unitates, vel duo pũcta.

31 Poteſt aſſignari dies aliquis in æternitate ultra quẽ nullus alius futurus eſt: ſicut ſi mũdus fuiſſet ab æterno, poſſet aſſignari primus dies, ante quem nullus alius fuiſſet.

32 Datur numerus maximus finitus, ſupra quem Deus nihil poteſt addere.

33 In continuo intercipiuntur vacua parua pauciora vel plura, maiora vel minora, pro raritate, & denſitate ejuſdem.

34 Res etiam materialis poteſt abſolvi ab omni reſpectu ſive loci, ſive temporis, & formaliter, & fundamentaliter.

35 Terra movetur motu diurno: planetæ tanquam viventia, moventur ab intrinſeco. Firmamentum ſtat.

36 Motus cœlorum eſt omnino ab intrinſeco, & nullo modo ab intelligentijs. Propoſitio adverſatur Ariſtoteli.

37 Elementa non tranſmutantur invicem, ſed unius particulæ in alio deliteſcunt incorruptæ: quarum ingreſſus, rarefactionis & condenſationis eſt ratio.

38 Probabilius dicitur fieri generatio per novam conjunctionem corpuſculorum etiam ſecundùm mentem Ariſtotelis.

39 Duæ tantum ſunt qualitates primæ, calor & frigus: humor vero & ſiccitas non ſunt qualitates.

40 Plures ſunt primæ qualitates ſenſibiles elementorum, quàm quattuor.

41 Gravitas & levitas non differunt ſpecie, ſed tantum ſecundùm magis & minus.

42 Anima vegetativa poterit aliqua nutrire, & augere ex nihilo.

43 Poteſt anima exiſtens in uno loco vivificare corpus exiſtens actu in alio loco.

44 Dantur in homine ſimul & permanenter tres animæ realiter inter ſe diſtinctæ.

45 Vita intellectualis creata nullo modo requirit actionem ullam phyſicam, atque ita intellectus non agit.

46 Bruta circa objecta particularia diſcurrũt, vero & propriè dicto diſcurſu.

47 Nulla datur in ſenſibus externis ſpecies intentionalis: ſed ejus loco, v.g. datur in oculo extramiſſio radiorum viſualium.

48 Nullæ dantur ſpecies impreſſæ ne intelligibiles quidem.

49 Immortalitas animæ non ſatis colligitur ex operationibus intellectus.

50 Probabilius eſt non repugnare potentiam materialem cognoſcitivam rei ſpiritualis.

51 Poteſt eſſe ſubſtantia materialis quæ & virtute cognoſcendi, & loco ſe movẽdi, & quia ſit eſſentialiter completa, adæquet, imò excedat animam rationalem.

52 Poſſibilis eſt creatura, quæ habeat actum intellectus identificatũ; item poſſibilis eſt creatura, quæ ſit ipſa ſpecies impreſſa rerum omnium poſſibilium.

53. Poſſibilis eſt anima ſpiritualis nõ intellectiva.

54 Subſtantia materialis poteſt eſſe cauſa adæquata principalis alicujus entis, & ſubſtantiæ ſpiritualis.

55 Etiam ſi non eſſet in Deo libertas formaliter, poſſet adhuc talis perfectio communicata reperiri in creaturis.

56 Cauſa paſſiva verè influens, & producens formam, poteſt eſſe libera, etiam ſi non influat efficienter.

57 Poſſibilis eſt potentia, quæ quanvis ſit naturaliter incapax operandi liberè, divinitùs tamen elevata liberè operabitur.

58 Non apparet ſufficiens repugnantia in eo, quòd poſſibilis ſit aliquis intellectus qui & in objectis obſcurè propoſitis poſſit independenter ab actu voluntatis ſe determinare vel ad aſſenſum, vel ad diſſenſum, & conſequenter qui ſit liber.

59 Naturaliter poteſt voluntas amare aliquod objectum, nulla prævia cognitione in intellectu.

60 Voluptas & dolor conſiſtit formaliter in cognitione objecti.

61 Subſtantia ſpiritualis poteſt habere partes intenſionis & extenſionis. Poteſt etiam de potentia abſoluta eſſe aliqua, quæ habeat partes integrantes. Nec ex fide poteſt perſuaderi, animam non eſſe talem.

62 Poteſt forma ſubſtantialis etiam ſpiritualis eſſe corruptibilis.

63 Manu tangi poteſt ens poſſibile, etiam ſub ſtatu poſſibilitatis.

64 Poteſt dari actio in diſtans virtute naturali.

65 Poſſunt fieri curationes vulnerum, vel morborum per medicamenta applicata in diſtantia, ſeu per unguentum quod vocatur armarium.

THEOLOGICÆ.

1 Leges humanæ, etiam Eccleſiæ non habēt vim obligandi ſub peccato mortali.

2 Omnia peccata luxuriæ contra naturam ſunt ejuſdem ſpeciei infimæ: ideoque ſatis eſt, ſi beſtialitatis, aut ſodomiæ, aut mollicieì reus, confiteatur ſe peccaſſe contra naturam.

3 Non repugnat potētia materialis adeo perfecta, ut elevata poſſit videre Deum.

4 Non repugnat libertas, amicitia, & inimicitia Dei potentiæ alicui materiali.

5 Poſſibilis eſt ſalva omnimoda libertate, quæ naturaliter competit creaturæ intellectuali, prædeſtinatio antecedens, & abſoluta, qua prædeſtinato gloria intendatur ut corona, independenter omninò à ſcientia conditionata.

6 Tam intellectu, quàm voluntate poſſumus, ſecundùm legem ordinariam uno eodemque habitu, etiam infuſo, verſari circa rationes formales adæquatè diverſas; hoc eſt ſufficientes ad conſtitutionem unius per ſe virtutis.

7 Abſolutè loquendo poteſt Chriſtus peccādo perdere unionem hypoſtaticam.

8 Verbum uniri poteſt diabolo: Sub his terminis non proferenda.

9 Non potuerunt Patres inferre unitatem Suppoſiti in Chriſto ex his propoſitionibus: Chriſtus eſt filius Dei, & filius hominis: imò nec ex ſcriptura hoc inferre potuere.

10 Perſona Verbi, qua perſona Verbi formaliter, pluſquam denominativè ſubjiciebatur, quando Chriſtus Dominus pro noſtra redemptione operabatur.

11 Natura divina, etiam poſito quòd non ſit terminus ſubſiſtentialis poteſt terminare naturam: & Angelus qui non eſt forma, informare materiam.

12 Corpus Chriſti non habet quantitatem in Euchariſtia.

13 In Euchariſtia non remanent ſpecies reales accidentium, ſed tantum intentionales.

14 Cum quantitas non diſtinguatur à ſubſtātia, agentia naturalia non agunt in hoſtiam cōſecratā, ſed ſolus Deus: unde calefactio, & trāſportatio ipſius eſt à ſolo Deo.

15 Corpus Chriſti exiſtens ſub ſpeciebus Euchariſticis cōcurrit activè ad productionem alterius ſubſtantiæ ex accidentibus corruptis.

16 Moribundus & ſi nullum ſignum det, aut dederit contritionis, adeo ut ſacerdos, nec ſciat nec prudenter putare poſſit, præceſſiſſe ſenſibilem aliquam confeſſionem, abſolvi poteſt.

17 Confeſſio venialium non eget ullo dolore ad remiſſionem.

18 Confeſſio facta ſine ullo dolore valida eſt, etiam in mortalibus.

19 Dolor naturalis ſufficit ad veram confeſſionem & abſolutionem ſacramentalem cum effectu gratiæ conſequendam.

20 Confeſſarij Societatis gaudent independenter à P. N. Generali omnibus facultatibus conceſſis Societati: idque vi privilegij Pauli III. quod à nemine Pontificum conſequentium revocatum eſt.

21 Nonnulla peccata, quæ reſervantur in Societate, ut machinatio in ſuperiores, ſeminatio diſcordiarum, & ſimilia, licèt attingant gravitatem peccati mortalis, non ſunt reſervata, niſi ſequatur effectus.

22 Is qui præmiſſo examine confeſſus eſt, & abſolutus, non tenetur deinde confiteri peccatum illud, quod memoriæ non occurrerat, & poſt peractam confeſſionem occurrit, & conſtat nunquam fuiſſe directè in confeſſione expoſitum.

23 Is qui à reſervato peccato, pro tali cognito, ex neceſſitate aliqua indirectè eſt abſolutus, non tenetur deinceps ſe ſuperiori ſiſtere, nec per ſe, nec per alium:

ſed

Digitized by Google

ſed manet ſimpliciter abſolutus, & ſine ullo onere quærendi directè à reſervato abſolutionem.

24 Circa quæſtionem de actibus liberis Dei hæc ſtatuimus. 1. Non doceatur à noſtris ſententia Caietani. 2. Nec ulla alia, quæ cum ſententia Caietani coincidat, & modo loquendi tantum ab ea differat. 3. Propter eam cauſam non doceatur, actum liberum Dei dicere aliquā rationem poſitivam, Deo intrinſecam, & in exiſtendo contingentem.

25 In materia de efficacia gratiæ ſervetur decretum P. Claudij conditum 14. Decembris 1613.

His adjungimus ſex alias propoſitiones nō quòd credamus quempiam ex noſtris eas docuiſſ.: ſed quia oblatæ fuerunt PP. Deputatis, præſenti Catalogo duximus inſerendas. Sunt autem hæ.

1 Deus eſt cauſa peccati.

2 Deus habet pro tempore actus amoris, & odij, quos non habebat ab æternitate: neque illud magis repugnat divinæ immutabilitati, quàm quod videmus potentiam ejus executivam habere jam exercitia & actus, quos ante non habebat.

3 Quando Deus amat Petrum pænitētem, quem ante oderat peccatorem, verè mutatur ſecundùm noſtram diſpoſitionem, & chimæra eſt credere eum habere ſimul actus amoris & odij.

4 Deus non determinat quidquam ab æternitate de hominum felicitate vel damnatione; ſed expectat eorum ſtatum finalem, ut ad alterutrum ſe determinet.

5 Non eſt de fide, quod Deus ſciat adhuc determinate qui ſint futuri beati, vel damnati, quia illud ab hominum libertate dependet. Negando autem Dei præſcientiam liberarum rerum, facilis redditur prædeſtinatio, quæ cum illa præſcientia parit horrorem.

6 Nullo modo poſſibile eſt Deum ſciviſſe, quòd Adamus erat peccaturus, cum ſortem noſtram in manibus illius poſuit.

Quæ ſequuntur addit Societas mētem ſuam exponens circa exhibitum Catalogum.

551 Porro ſupradictas propoſitiones omnes, prout ſæpe declaravimus, nullo nos afficimus cenſura, ſed ſolum prohibemus doceri in noſtris gymnaſijs, ad maiorē uniformitatem, & ſoliditatem doctrinæ inter nos, & copioſiorem fructum in auditoribus faciendum. Nec cuiquam patrocinari debet, ſi quæ forte ex illis reperiatur apud aliquos authores, vel in libris jam editis à noſtris, etiam cum aliqua approbatione: nam optandum fuerat, ut diligentiores fuiſſent, & ſeveriores plerique Reviſores. Quod ſi nihilominus ex ijs aliquæ (quod ratum omnino erit) cōmuniter jam receptæ eſſent in aliqua Provincia, admoneat nos maturè P. Provincialis, ut diſpiciamus, quid facto opus: ſicut & ſi quæ aliæ opiniones illic offenſam pariant, quæ hoc elencho non ſunt comprehenſæ: neque enim exiſtimet ullus permiſſam ſibi etiam aliam quamcūque doctrinam, propterea quòd Catalogo iſto non continetur. Cum enim infinitæ poſſint excogitari ſententiæ minùs nobis accommodatæ, paucas ex multis, & miſſas huc duntaxat ex varijs Provincijs, Elencho iſti cenſuimus inſerendas.

Schola Societatis vitant doctrinam non ſanā.

Quare communicetur Catalogus hic omnibus noſtris Profeſſoribus Philoſophiæ, & Theologiæ, nec non Præfectis ſuperiorum facultatum, ut curent, ne hujuſmodi ſententiæ vel proponantur in theſibus, vel in diſputationibus propugnentur, vel in ſcholis noſtris doceantur. Denique communicetur etiam Reviſoribus omnibus, ut ſi contingat inſertas repetiri in libris, quos examinant, eos edi in lucem nō permittant.

552 Vt autem nec omnia executioni accuratiùs mādentur, Rectores imprimis Collegiorum, in quibus ſuperiores traduntur facultates, ponant ea inter præcipuas ſui muneris curas. De ſcholis ſæpe ac diligenter inquirant, & ſingulis annis in renovatione ſtudiorum curent hæc omnibus in memoriam revocari. Provinciales deinde in viſitationibus ejuſmodi Collegiorum, eadem examinent attentè: vocato ad conſultationem ſtudiorum præfecto, atque hujus ſui officij rationem reddant Præpoſito Generali, quem etiam moneri quotannis expediat de obſervatione, vel ſecus, tum à cōſultoribus, tum à præfecto ſtudiorum. Et cum quædam collegia in ſingulis fere provincijs ſint præ cæteris ſpectabilia, unde ab alijs petuntur exempla, curēt omni ratione Provinciales, ut doctrina & modus docendi qui in ijs tenebitur, ejuſmodi ſit, ut idoneam inde reliqui omnes in eadem Provincia normam habeant, quam ſequantur: nominatim vero cavendum id erit, prout optarunt PP. Deputati, in Collegio Romano totius Societatis facilè primo.

Societas quomodo curas eā terminare vanam doctrinā.

DISPVTATIO II.

De litterario compoſitionum certamine, in quo proponuntur victoribus præmia.

553 CErtamini Palladio, in quo pugnant ingenia, diſtrictæque & explicatæ mentis acies conjectis argumentorum jaculis, & objectis ſolutionum umbonibus confligunt, de quo hactenus, certamen aliud affine eſt, quod ſtatis temporibus ſolent Academiæ ſuis alumnis indicere, ut nempe pro gladijs calamos arripiant, & tam ſoluta, quàm ligata oratione contendant de præripienda palma optimis propoſita. Erunt igitur tria nobis præ reliquis diſcutienda. An convenienter hujuſmodi indicantur certamina, & præmia proponantur victoribus. Ad quid teneatur Rector præmia proponens, & judices ferentes ſententiam. Tandem ad quid teneantur certatores, ſeu compoſitores in certamine.

QUÆSTIO I.

An convenienter proponantur præmia victoribus componentibus in certamine litterario?

Certamen litterariū en locus, QVemadmodum pro excitandis ſtudioſis, ut ſcientias avidius hauriant, & loco ac tempore opportuno exhibeant quantum in illis profecerint, Academiæ ſolent deſignare loca, & præſcribere tempora diſputationibus, de quibus egimus tota præcedenti diſputatione, ita pro exercitio litterario ſolent alumnis inferiorum facultatum indicere certamina ſolutæ ac ligatæ orationis, & proponere victoribus præmia. Quæritur, an convenienter & honeſtè? Negabit aliquis 1. motus authoritate & exemplo Priſci Philoſophi, qui (ut narrat Eunapius in ejus vita) cum foret ſapientiſſimus, & veterum omnium ſcientias exploratas haberet, quaſi imperitus, dogmata premens non aliter ac theſaurum, nulla ratione ad certamina litteraria adduci poterat: imò prodigos & decoctores nominabat eos, qui promptè quavis occaſione comparatam ſummo ſtudio ac labore ſcientiam effunderent. Hinc Ædeſium præceptorem in conferendo & diſputãdo frequentiſſimum cũcupabat proditorẽ majeſtatis philoſophicæ: addẽs eum qui in certamine litterario victus eſt, nõ tam veritatis amatorem evadere, quàm philoſophiæ oſorem.

Diſcordia omnino tollenda. 554 2. Quia omnis diſcordia eſt extinguenda, ut pax conſervetur, Extrav. ad Vniverſalis. De treuga & pace inter cõmun. imò omnis materia diſcordiæ eſt amputanda Gloſ. 1. in can. conquerente de officio ordinar. cum ſit periculoſa Clem. dudum §. ab olim de ſepultur. & quia diſcordia de ſe eſt pacis æmula, mater litium, & materia jurgiorum. Gloſ. v. diſcordia in Extrav. quorundam Ioan. 22. Cum igitur certamẽ quodcunque etiam mẽtale litterariũ, vel ſit ipſa diſcordia, vel ſaltem pariat contẽtiones, lites & diſcordias: diſcordia enim deſignat cordiũ diverſitatẽ Gloſ. diſcordia in Cle. Romani §. dudum de jurejur. fit, ut prædicta certamina tollẽda potius ſint, & ſupplicijs coercẽda, quàm fovẽda præmijs. Præmiũ enim nõ debet quis ex eo cõſequi, ex quo pœnam meretur. Gloſ. diſpendium in cap. 2. de fidejuſſ.

3. Quia proponere præmia certantibus idẽ eſt atque provocare ad vincendum, ſeu palmam reliquis præripiendum: ſed hoc videtur illicitum, quia præbet anſam delictis, v.g. odijs, quæ neceſſario inter victum & victorem oriri debent: ſi enim eandem artem exercentes præſumuntur inimici, ut probat Decianus de crimin. co. 1. fol. 103. num. 81. quantas vires capiet inimicitia inter contendentes de eadem arte, ac præſertim poſt comparatam victoriam: deinde erit maximum incentivum ſuperbiæ, vel ſaltem inanis gloriæ, contra Apoſtolum ad Galat. 5. hortantem, (ut non efficiamur inanis gloriæ cupidi.) Quid enim magis uſitatum, vel innatum victoribus quàm ſuperbire, & inaniter efferri; ne igitur hæ, & ſimiles graſſentur peſtes, omnis illarum radix, quales contentiones & certamina, evellenda eſt. *Gloria inanis.*

555 4. Quia inito certamine litterario, & ſpe præmiorum accẽſo, nõ poteſt non inter Academicos juvenes excitari ferventiſſima æmulatio, multorũ malorũ parẽs & origo, quæ proinde ſimul cũ implacabili ira & invidia ſeditiones ac cædes parturiat. Quãtum verò malum ſit æmulatio, ſatis exprimitur. Cant. 8. (Dura ſicut infernus, æmulatio) quaſi (inquit *Æmulationis mala.*

Ra-

Digitized by Google

Rupertus) iram intolerabilem, ſicut infernus, contineat, ſitque inſtar invidiæ Iudæorum, qua
„ Chriſtum Dominum æmulabantur: Dura
„ (inquit S.Greg. ibid.) ut infernus eſt æmu-
„ latio, dura extitit, quia ſicut infernus ſine mi-
„ ſericordia, quos tenet, cruciat: ſic Iudaica
„ plebs Chriſtum apprehendens, ſine reſpectu
„ pietatis ad mortem trahebat. Igitur ut vitetur æmulatio, ipſiuſq; mala & incómoda, certamina omnia inter Academicos aboleri debét.

5. Quia certamina & contentiones multum videntur officere profitentibus vitam ſocialem in communitate, & univerſitate, ubi ſúma pax & tranquillitas per quàm neceſſaria eſt: deinde nemo magis quàm ſtudioſus exigit métem curis vacuam, animumque quem ſtudio litterarum applicet, ab omni cogitationum, & perturbationum tumultu alienum: nihil autem magis diſſociat, nihil magis perturbat, quàm certamen, & bellum ſive militare, ſive ſcholaſticum in ſuo genere.

Certamina poetica.

556 His tamen non obſtantibus, certamina litteraria haberi ſolita in Academijs, & ſtudijs generalibus convenienter & honeſtè, quando proponuntur victoribus præmia, cóſtat 1. authoritate deſumpta ab exemplis veterum, ac recentum, & ex cómuni Academiasú praxi. Inprimis Scaliger lib. 1. poetices cap. 44. refert cóſueviſſe priſcos certare carminibus, ita ut victo victor panem, peram, & utrem auferret, atq; ex eo libaret Muſis: addit victores lyricos accipere juvencam, quá immolabát, tragicos hircú, epicos taurum, bucolicos vel vini, vel lactis libamine contentos eſſe. Apud Macrob. lib. 5. Saturn. c. 22. Epheſij, dedicato templo Dianæ, poetas ingenioſiſſimos, qui in laudé Deæ carmina diverſa concinerent, præmijs ampliſſimis invitarú. Apud Alexan. ab Alex. lib. 6. c. 19. Olympiæ in Elide poetæ accepto themate, carminib9 certabát, & victor coronam ferebat donú. Apud eundem lib 5. c. 8. Spartæ in certamine poetarú præmiú erat ex farina & melle, quod Syrmæam dixere. Atheniéſibus (ut refert Eraſm. in adag.) moris fuit, in feſto, quod Lenæú vocabant, poetas decertare carminibus ad excitandum riſum accommodis, quæ recitabant ſedentes in plauſtris, ſibiq; invicem multa ingerentes convitia. Pelias Araſtus filius (teſte Plutarcho lib. 5. Corn. qu. 2.) cum juſta perſolveret, certamen poeticum conſtituit, in quo victrix evaſit Sybilla. Artemiſia Cariæ regina (ut ex Hygino tradit Gellius lib. 10. cap. 8.) Mauſoleum dedicatura è tota Græcia viros litteratiſſimos ad funebria certamina evocavit. Certarunt tragœdijs Theodectes Phaſelites, Naucrates Erythræus, Iſocrates Apolloniates, & Theopópus Chius. Quidá Theodectem, alij Theopompum victorem fuiſſe ajunt.

557 Mitto innumera alia vetuſtatis in omne poeticum certamen impellétis, & provocantis exempla, quibus hodie Academiæ totius ferè Europæ, ac præſertim Luſitanæ inſiſtunt, proponentes ſuis alumnis in litterario pulvere victoribus præmia. Appono concepta verba quibus utitur Rex Protector Conimbricenſis Academiæ in Reformat. num. 150. ¶ Por parte das Eſcolas menores ſe me fez lembrança, que devia aver premios todos os annos, pera compoſiçoẽs dos Humaniſtas. E por quãto eſte exercicio he muito importãte, & ſe cultivão por elle as habilidades, & ſe conhecem: & com eſperãça certa de aver os ditos premios cada anno procurão os eſtudãtes melhorarſe, & ir avante na Humanidade, & materias della: hey por bem, que das rendas da Vniverſidade, ſe dem todos os annos cem cruzados pera ſe deſpẽderem nos ditos premios das cõpoſiçoẽs. Eadem ratione, ſi non ſingulis annis, ſaltem annis ad Rectoris arbitrium interpolatis, ſolet Eborenſis Academia ſuos litterarum humaniorum ſtudioſos præmijs invitare ad cócinnáda poemata, ut qui judicum ſenténtia declarentur victores, palmam reliquis præripiát. Habetur in decretis Viſitatorum.

Præmia donari ſolita in Academijs.

Gymnaſium, & palæſtra.

558 Conſtat 2. aptè, honeſtè, & cõvenienter fieri certamina litteraria in Academijs, ex ipſo nomine locorum, in quibus conveniunt ſtudioſi pro audiendis magiſtris, ſcilicet gymnaſio, palæſtra: quæ nomina redolent pugnam, vel certaminis exercitium. Nam Gymnaſiú fuit locus in quo homines nudi certabát luctádo, & hoc certaminẽ exercebátur: & ideo in jure l. ſed & reprobari ff. de excuſat. tutor. accipitur pro ſchola, & litterarum exercitio. Palæſtra eſt ipſa luctatio, & per tráſlationẽ ſumitur nõ ſolum pro loco, in quo ſe quis luctádo exercet, ſed etiam pro loco ludi litterarij. Si igitur nomina locorum, in quibus ſtatis horis ex præſcripto Academico conveniunt ſcholaſtici, ſonant luctamina, & certamina, ad quæ ſuo ſignificatu continenter provocant, quis audebit damnare tanquam illicita, & inhoneſta certamina litteraria?

t Conſtat 3. ratione à priori: nam valde honeſtum, & expediens eſt illud medium, quod ex natura ſua valde inſervit ad conſequendum honeſtiſſimum finem, nempe acquiſitionem ſciétiarum, quem Academiæ intendunt: atqui litteraria certamina valde inſerviunt ad hujuſmodi finem, ſcilicet ad comparandas ſciẽtias: nam ipſo mentis luctamine exercentur, & acuuntur ingenia, proindeque redduntur magis habilia & capacia ad hauriendas præpropere ſcientias: deinde ſpe præmiorum & honorum magnopere eriguntur, & vehementer excitantur ſcholares, ut dies noctesque jungant ſtudendo, quò ſapientiores reliquis evadant. Nam juxta proverbium (Honos alit artes) nempe quando obverſatur ante oculos ſtudentium; Præmium enim propoſitum oculis valde excitat ad certamen. Hinc Æneas olim pro excitandis

Præmij vis.

cettatoribus juſſit præmia locati palam Virgil. Æn. 5.

Munera principio ante oculos, circoq; locantur
In medio, ſacri tripodes, viridesq; coronæ,
Et palmæ, pretium victoribus.

Ad quem locum videtur alludere S. Chryſoſt. ſerm. ſuper illud, Diligamus etiam perſequen-
,, tes, ubi ſic ait: Quemadmodun. Reges in e-
,, quorum curſu atque certamine, in ipſo ago-
,, ne coronas, veſtes, cæteraque munera ante
,, certantium oculos ponunt: ſic & Dominus
,, in medio ſtadio præmia locavit. Si igitur probati & honeſti moris fuit proponere præmia, quæ excitarent ad curſum ad luctam, & alias corporum exercitationes, longè honeſtior & laudabilior conſuetudo eſt, quæ invaluit in Academijs, ut pro excitandis ingenijs, exercẽdis mentis viribus, ac ſcientijs comparãdis indicerentur certamina, in quibus victores reportarent præmia.

Scientia eſt communicanda.

559 Ex dictis patet ſolutio ad argumẽta initio quæſtionis oppoſita. Ad 1. ex authoritate, & exemplo Priſci Philoſophi facilè dicimus eum in illa ſingulari ſententia lõgè aberraſſe à vero & communi hominum ſenſu, qui meritò culpant peritos ſuæ peritiæ occultatores, quaſi ab imperitis parum diſtantes, juxta illud, (Scite tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter) & quaſi avaros diſpertiendæ lucis proindeque longè in hoc diſtantes à ſole, qui prodiga largitate ſuam in omnes æquè producit, & circunquaque effundit lucem.

Ad 2. fatemur diſcordiam malum eſſe omni conatu impediendum, & evellendum: dicimus tamen litterarum certamen poſſe iniri, ac peragi abſque ulla diſcordia; hæc enim ponit diverſitatem cordium, ſeu animorum & voluntatum: certamen autem litterarium eſt diſſidium ſolius mentis, quod cum unione cordium & voluntatum ſtare poteſt. Ad 3. negamus ex illo certamine litterario naſci per ſe odia, ſeditiones,

Gloria humana deſiderabilis.

cædes, ac provocari ſtudioſos ad gloriam inanem: radix enim & arbor bona nequit ex ſe malos fructus producere. Quòd ſi illa aliquando eveniant, erit per accidens, & ex occaſione accepta, non data. Accedit quòd gloriæ appetẽtes, imò & gloriam humanam quærentes non ſemper efficiuntur inanis gloriæ cupidi contra Apoſtolum: quia gloriam & laudem humanam licitum eſt deſiderare, & ea frui. Can. inter verba 11. q. 3. aliud enim eſt gloria inanis, & aliud gloria humana, quæ ſtudio litterarum, vel armorum comparatur, & in Deum finem ultimum refertur.

Æmulatio quid

560 Ad 4. fatemur certamine illo litterario accendi, & foveri æmulationem, ſed non talem, qualem argumentum depingit. Eſt enim aliqua æmulatio licita, nempe quæ juxta Valentiam tom. 3. diſp. 3. q. 13. pun. 2. conſiſtit in triſtitia, quòd bonis proximi caremus, & hæc circa ſpiritualia eſt bona & laudabilis, ad quam nos hortatur Apoſtolus 1. ad Co-
,, rint. 12. Æmulamini charismatara meliora.
,, Et cap. 14. Æmulami ſpiritualia. Atque ita circa quodcunque bonum virtutis honeſtum, juxta illud Hieronymi in Epiſtol. ad Lætam:
,, Habeat (inquit) ſocias cum quibus diſcat,
,, quibus invideat (ideſt æmuletur) quarum
,, laudibus mordeatur: denique poteſt æmulatio eſſe licita circa bona temporalia, quæ & per ſe alioqui licita ſint, & ſine alterius injuria obtineri poſſint. Hæc igitur æmulatio licita, imò neceſſaria in ſtudioſis, ut ſtudio pertinaciter aſſiduo, & continenter fervido ſcientias comparent, augetur, & fovetur certaminibus. Ad 5. jam diximus litterarias pugnas, & contentiones, utpote mentis, ſtare poſſe cum omnimoda voluntatum concordia: addimus non perturbari, nec frigeſcere litterarum ſtudium ijs cogitationibus, quæ ad idem ſtudium referuntur, quales producit litterarium certamẽ, ſed alijs, quæ à Palladio pulvere, & ſcholaſtica profeſſione longè abhorrent.

QUÆSTIO II.

Ad quid teneatur Academiæ Rector præmia proponens, & iudices de pöematibus ſententiam ferentes?

561 DE hac materia nihil inveni ab authoribus, vel leviter perſtrictum; atq; adeo quæſtio decidenda eſt tum ex generalibus principijs, tum judicio peritiſſimorum, quos conſului. Quod attinet ad Rectorem, hic conſiderari debet præmia proponens, vel in ordine ad ſolos ſubditos ſæculares, ſive ipſe ſæcularis, ſive regularis ſit, vel in ordine ad ſolos ſubditos regulares, quando ipſe regularis prælatus eſt, qualis noſter Eborenſis. Certum igitur eſt, quando Rector ſive ſæcularis, ſive regularis proponit præmia ſubditis ſæcularibus; intervenire inter Rectorem & tales ſubditos veram rationem contractus, à quo producitur rigoroſa obligatio juſtitiæ commutativæ: non aliter atque quando Princeps in lucta, vel curſu ſtadiario proponit præmia certatoribus. Ratio eſt quia pactum, quà contractum continet, juxta acceptionem in l. contractus C. de fide inſtrum. teſte Vlpiano l. 1. ff. de pactis, nihil aliud eſt quàm duorum, vel plurium in idem placitum, atque conſenſus: ſed quando Rector proponit præmia ſub certis legibus & conditionibus, quas ſubditus ſæcularis acceptat, datur conſenſus plurium in idem: ſiquidem Rector conſentit promittendo, & ſubditus cõſentit acceptando; ergo intervenit vera ratio

Rector proponẽs præmia ſcholaſticis.

pacti

pacti & contractus. Confirmatur, nam promiſſio oneroſa continet veram rationem contractus obligantis ex juſtitia commutativa promittentem, quando promiſſarius acceptavit, & ex parte ſua implevit: ſed quando certatoribus, qui in certamine vicerint, proponuntur præmia, datur promiſſio oneroſa, ut patet; ergo & contractus obligans promittentem.

Prælatus regularis quomodo teneatur

562 Maior eſt difficultas de Rectore regulari in ordine ad ſuos ſubditos regulares, quibus præmia proponit, an teneatur, & quomodò victoribus præmia conferre? Conſtat teneri ſaltem ex fidelitate, juxta naturale principium, quòd unuſquiſque debeat ſtare promiſſis, & illa explere quantum poteſt. Dubium eſt, an teneatur ex juſtitia? & coincidit cum dubio generali, an prælatus regularis teneatur, ex pacto inito cum ſuo ſubdito regulari? Negant Archidiac. cap. cum paſtoris 2. quæſt. 7. num. 5. & ibi Bellamer. num. 2. Abbas cap. ad noſtram num. 9. de confirmat. util. & inut. Sylveſt. verbo Abbas q. 4. num. 7. Graſſis 2. p. deciſ. lib. 3. cap. 19. num. 80. & Azor tom. 1. inſtit. moral. lib. 12. cap. 20. q. 14. Probant, quia à ſervo ad monachum valet argumentum; & eadem eſt ratio de obligatione domini erga ſervum, atque de obligatione Abbatis erga monachum, ut docent Innocent. cap. cum olim num. 3. de privil. Bart. l. 1. in princip. num. 3. & §. ſi fructuarius n. 4. ff. de ſtipul. ſervor. & Iaſon l. interpoſitas nu. ult. C. de tranſact. ſed dominus non obligatur ex pacto inito cum ſervo; ut tradunt Bart. l. eſt receptum in princ. ff. de juriſdict. omn. judic. & ibidem Angel. num. 2, Iaſon num. 7. Alex. n. 4. Alberic. num. 1. & multi alij ex textu in l. interpoſitas 13. C. de tranſact. ubi ſic habetur: „Nec dubij juris eſt dominos cum ſervis ſuis paciſcentes, ex placitis teneri, atque obligari non poſſe: & idem videtur deciſum l. cum affirmes 8. C. de liberalibus cauſis. Ergo ſimiliter prælatus regularis non obligabitur ex pacto ſuo ſubdito regulari.

Dominus ſervo non obligatur

Obligatio prælati ad ſubditum, & domini ad ſervum.

563 Nihilominus mihi placet Thom. Sanch. lib. 7. Decal. cap. 8. num. 16, diſtinguens inter obligationem civilem, ſeu fori externi, & obligationem naturalem, ſeu fori interni, proindeque affirmans num. 17. prælatum regularem obligari naturaliter ex pacto inito cum ſuo religioſo, quanvis non obligetur civiliter. Nam eadem ratione (inquit num. 16.) obligatur dominus ex pacto inito cum ſervo ſuo, nempe naturaliter, & non civiliter. Prior pars ſuadetur, nam juxta Ariſtot. 8. Ethic. cap. 11. licèt domini ad ſervum ea ratione, qua ſervus eſt, neque ſit amicitia, neque juſtitia, ea tamen ratione, qua homo eſt, utrunque eſſe poteſt, & facit in hanc rem textus in l. non ſolum §. ſi ignorante ff. de pecul. & textus in l. naturaliter ff. de condict. indeb. clariùs in l. ſi id, quod 64. ff. eod. tit. ubi ſtatuitur dominum non poſſe repetere debita, quæ ſolvit ſervo poſt manumiſſionem, & ratio ſubditur his verbis (naturale enim debitum agnovit) ubi Gloſſa verb. in condictione, notat inde probari naturalem obligationem tempore ſervitutis fuiſſe acquiſitam. Vnde quanvis Suar. in opuſc. tom. 1. tract. de libertate divina diſp. 2. ſect. 2. num. 20. ſine, dicat hujuſmodi obligationem non eſſe ex juſtitia, ſed ex fidelitate, quia ſervus eſt hujus juris incapax: rectiùs Molina apud Sanch. cit. num. 16. affirmat eſſe ex juſtitia, quia dominus cum ſervo paciſcens cedere juri ſuo viſus eſt, ut ex eo pacto obligatio juſtitiæ naſcatur. Poſterior pars, quòd dominus non obligetur ſervo civiliter, habetur ex l. placet ff. de acquiren. hæred. ubi dicitur acquiſitionem nec momento reſidere apud ſervum, ſed ſtatim ad dominum ſpectare: quod intelligitur de acquiſitione civili, ſecus de naturali. Et hac ratione interpretatur Sanch. num. citato ibit. authores & textus, qui pro ſententia contraria allegantur.

Paupertatis votũ.

564 Oppones adhuc, prælatus regularis poteſt ſine ulla injuria denegare, ſeu non conferre præmium ſubdito regulari victori in litterario pulvere; ergo non obligatur illi ex pacto, & debito juſtitiæ. Antecedens patet, quia prælatus ille poteſt quocunque tempore ad libitum auferre à tali ſubdito præmiũ ſemel illi datum & traditum, abſque ulla injuria: ſubditus enim ratione voti paupertatis, quidquid accepit, habet revocabiliter, ſeu depẽdenter à voluntate prælati: & hoc ita eſt certũ, & ſpectans ad ſubſtantiam paupertatis, ut non poſſit prælatus concedere aliquid monachò ad uſum irrevocabilem, ſeu quod monachus habeat independenter à ſuperiore. Ita Navar. lib. 3. de reſtit. cap. 1. p. 3. dub. 1. Graſſis in deciſion. p. 2. lib. 3. cap. 19. num. 27. & alij quos ſequitur Sanch. lib. 7. Decal. cap. 17. num. 28. Nam monachus poſſidens aliquid irrevocabiliter, & independenter à prælato, eſſet proprietarius. Ergo ſine injuria ſubditi regularis, poterit prælatus illi victori denegare præmium. Huic objectioni ſatisfacimus negando antecedens, ſcilicet poſſe ſine injuria denegari præmium regulari victori per talem Rectorem. Ratio potiſſima eſt naturalis obligatio pacti, qua diximus teneri Abbatem monacho. Vnde Rector faciens promiſſionem oneroſam, tenetur illam implere conferendo præmium: verum quidem eſt, quòd illam impleat, quanvis poſt collatum præmium, ſtatim illud auferat: ſiquidem illud contulit revocabiliter juxta votum paupertatis ſui ſubditi. Addo poſſe aliunde fieri injuriam ſubdito in fama & honore, quorum prælatus dominus non eſt: ſi v.g. ſubditus in non ferendo præmium detrimentum patiatur famæ, vel honoris. Hoc autem faciliùs eveniet, quando multi clauſi loco & tempore deſignato componunt pro ferẽdo præmio. Exponimus exemplos

Præmij denegatio victori

Depoſitio prælati. plonam in Societate noſtra, quanvis nullus prælatus localis vel Provincialis habeat jus ad dignitatem, qua fruitur, & ex hoc capite poſſit ſine injuria ad libitum Generalis deponi, tamen ſi in tali vel tali circunſtantia prælatus ille ex depoſitione patiatur notabile famæ, vel honoris detrimentum, gravis injuria illi fier, ſi ſine cauſa deponatur.

Iudices in certamine litterario. 565 Quod attinet ad judices, qui per Rectorem in litterario certamine ſunt deſignati, ut præmia adjudicent victorib', certum eſt 1. eos habere ſuffragia deciſiva. Nam ſunt veri judices, qui publica poteſtate ſibi à Principe demandata ſententiam definitivam ferunt. Sicut enim in agone, ſeu certamine, in quo explorantur vires corporeæ, ſunt judices, quos agonothethas vocant, & definitivè judicant, ita in certamine litterario, in quo mentis & ingenij vires exercentur, tales oportuit eſſe judices, qui ſuffragia deciſiva haberent, & ſententiam definitivam pronunciarent. Certum eſt 2. in deſignatione prædictorum judicũ poſſe intervenire peccatum grave, tum ex parte Rectoris deſignantis, tum ex parte acceptantium id munus, quando ſcilicet ex defectu peritiæ ſint inſufficientes ad judicium ferendum de thematibus ſive ligatæ, ſive ſolutæ orationis: ut ego quondam vidi in celeberrima Academia; fuiſſe nempe conſtitutos judices pro dijudicãdis poematibus viros, qui ignorabant meſuram carminis. Nam loquendo generaliter, qui ob defectum peritiæ indignus eſt munere judicãdi, peccat lethaliter illud munus ſuſcipiens, & manet obnoxius reſtituendis omnibus damnis inde ſequendis, ut docent D. Anton. 3. p. tit. 9. cap. 2. init. Navar. in Manual. cap. 25. num. 12. & alij communiter. Patet, quia non minùs tenetur quis abſtinere à judiciali munere, quàm medicus, & chirurgus à ſuis officijs, ſi ſe ipſos inſufficientes judicent: conſtat autem hos teneri, quia medicus, vel chirurgus imperitus multa damna inferent, & quandoque irreparabilia in bonis vitæ & corporis; ergo ſimiliter tenentur abſtinere à judiciali munere, qui ob imperitiam neceſſariò inferent multa damna in bonis fortunæ, & honoris.

Poema alienum præmio donatum. 566 Prima dubitatio eſt, utrum in certamine illo litterario teneantur judices pronunciare victorem illum, qui alienum poema optimum præſentavit? Pro deciſione animadvertendum eſt in Academijs, vel Collegijs litterarijs duplici ex motivo, & modo duplici proponi præmia oratoribus, & poetis. 1. quando in aliqua ſolemnitate expetuntur pulcherrima omnigenæ varietatis poemata, quib' decantentur laudes alicujus herois, v.g. divi in ſanctorum numerum relati, vel Principis advenientis, & tunc certæ præſcribuntur leges, quæ potiùs cadunt in poema intra præfixum tempus offerẽdum, quàm in perſonam oblaturam, nullo deſignato loco compoſitionis. 2. quando ex præcipuo motivo tentandi ſcholaſticos, eorumque ingenia explorandi, ut innoteſcãt qui excellunt inter alios, intra certum locum clauduntur oratores, vel poetæ, interim dum componunt, ab omni externorum commercio prohibiti: & tunc leges certaminis potiùs diriguntur in perſonas, quàm in poemata.

Hoc poſito, ſit prima concluſio, quando certamina indicuntur priori modo, licitum eſt judicibus conferre præmium offerenti poema optimum, quantunvis manifeſtè conſtet eſſe alienum. Pobatur, quia tunc ſervatur æqualitas, cum nulli fiat injuria; non alicui ex competitoribus, cum omnibus integrum ſit offerre poema proprium, vel alienum, & nullus, ſi velit ſecretò offerre poema, detrimentum honoris patietur: deinde non fit injuria Rectori, vel Principi proponenti præmia, quia ex motivo & modo indicendi certamina, & proponendi præmia, ſatis apertè intelligitur illum nolle excludere poemata aliena, ſed potius velle admittere: cum ut ſic invitet, & facilitet quoſcunque ad componendum, ut appareant pulcherrima, quibus celebrentur laudes herõis, vel augeatur celebritas, pro qua initur certamen. Secunda concluſio, quando certamina indicuntur poſteriori modo, præmium adjudicari licitè non poteſt, niſi offerenti proprium poema optimum: non verò offerenti alienum. Ratio eſt manifeſta, quia ex tali modo indicendi certamen, facilè apparet præmium dirigi potiùs in perſonam, quàm in poema: ſiquidem in eo præcipuè intẽditur exploratio, & manifeſtatio ingeniorum: & ideo Rectoris, vel Principis mens eſt, ut ſolum conferatur præmium illi qui reliquos antecelluerit, ac proinde obtulerit proprium poema. Accedit, quia ſi conferatur præmium falſo illi victori; tam judices, quàm Rector ad hoc concurrens, inferent injuriam reliquis competitoribus, qui ratione illarum circũſtantiarum, ac præſertim quòd compoſuerint clauſi, & ſeparati ab alijs, ut unuſquiſque ageret ſuo marte, habent rigoroſum jus, ne conferatur præmium offerenti alienum poema.

567 2. dubitatio eſt, qualem ſententiam ferre debeant judices, quando duo excellentiora poemata habent omnimodam paritatem bonitatis, & excellentiæ? Putabit aliquis in hac materia ſentiendum eſſe ſicut in illa communi difficultate, qualemne ſententiam judex poſſit ac debeat ferre, quando eſt æquè probabile jus utriuſque partis, ſeu datur æqualis probabilitas circa jus partium invicem litigantium: In qua triplex eſt opinio. Prima aſſerentium judicem pro neutra parte poſſe judicare, ſed debere vel componere litigantes, vel rem inter ipſos modo magis convenienti dividere. Ita Banhes in 2. 2. q. 63. a. 4. dub. 1. Granadus de actibus humanis tract. 12. diſp. 4. num. 39. *Præmiũ quando poemata ſunt æqualis excellentiæ.*

Probant,

Digitized by Google

Probant, quia quando opiniones ſunt æquè probabiles, æquale eſt jus, atque adeo illicitum eſt in judicãdo declinare magis ad unam, quàm ad alteram partem. Secunda affirmantium non ſolum quando opiniones ſunt æquè probabiles, ſed etiam quando altera eſt probabilior, poſſe judicem amplecti minùs probabilem relicta probabiliori. Ita Salon, Aragon, Merina, & Petrus Ledeſma apud Sanchez lib. 1. Decal. cap. 9. num. 46. Ita etiam Salas tom. 1. in 1. 2. tra. 8. diſp. unica num. 72. Lorca, Delrius, Ioan. Sanch. & alij, quos Diana congerit tom. 1. p. 2. tract. de opinione probab. reſol. 3. Tertia denique ſtatuit, quando datur æqualis probabilitas circa jus partium, poſſe judicem eligere quam voluerit partem, ut pro illa judicet. Ita Valent. Vaſq. Sotus, Ledeſma, Azor, quos citat & ſequitur Sanch. cit. num. 47. Ita etiam Filliucius, Malderus, Layman, Villalobos, Becanus, & alij apud Dianam loco citato, & Cardinalis Lugo tom. 2. de juſt. diſp. 37. num. 115. Ratio eſt, quia judex ex debito ſui muneris ſolum tenetur ad Inquirendam diligenter veritatem, ut judicet ſecundùm illam: ſed in caſu æqualis probabilitatis poteſt rationabiliter credere hunc hominẽ habere jus; ergo poteſt pro illo judicare, non obſtante æquali probabilitate oppoſita.

Æqualitas poematum in certamine.

568 Cum igitur in caſu propoſito certaminis litterarij appareat æquale jus duorum contendentium, ſeu litigantium in Academico tribunali ob paritatem poematum, videtur poſſe judicem ſe gerere in judicando, ſicut quando dantur opiniones æquè probabiles circa jus partium, atque adeo judicare uno modo ex tribus, quos ſtatuunt authores proximè num. 567. Nihilominus mihi videtur aliter ſentiendum. Exiſtimo enim quando duo poemata reliquis omnibus antecellunt æquali omnino bonitate & excellentia, nullo modo poſſe judicem integrum præmium alteri adjudicare, ſed authores utriuſque poematis declarandos eſſe æqualiter victores, & præmium inter ipſos modo poſſibili, & magis convenienti æqualiter dividendum. Probatur, nam lex præcipua certaminis, ad quam ex pacto Rector proponens præmia ſe obligat, eſt quòd præmium conferetur illi poemati, quod reliquis omnibus præſtiterit: ſed in noſtro eventu neutrum poema reliquis omnibus præſtat, cum non præſtet æquali, licèt utrunque præſtet cæteris; ergo non poteſt alterum ex illis ferre præmium integrum, ſed neceſſariò dividendum eſt. Ex quo apparet diverſitas inter noſtrum caſum, & caſum æqualis probabilitatis circa jus partium litigantiũ. Quia in hoc caſu datur æquale jus probabile, in noſtro caſu datur æquale jus certum: & quando datur certitudo juris, non poteſt judex non ferre ſententiam pro illo: quando verò datur jus æquale probabiliter, ſeu juxta ſententias æquè probabiles poteſt judex juxta alterutram judicare, cum rationabiliter operetur ſequens opinionem probabilem. Quod verò in noſtro caſu detur certitudo juris æqualis, patet, quia ita ſupponitur, & à parte rei poſſibile eſt, cum nõ implicet duo poemata eſſe in rè ipſa æqualiter bona: bonitas enim unius non opponitur bonitati alterius: in alio autem caſu ſolum poteſt dari æquale jus probabile, non verò æquale jus à parte rei, quia à parte rei unus tantum litigator jus habet. Deo cognitum oppoſitum juri quod alter probare intendit: nam quilibet vult rem eſſe ſuam, & non alterius. Quod ſi dicas poſſe verſari opiniones æquè probabiles circa bonitatem & excellentiam poematum, reſpondeo hunc caſum coincidere cum illo de jure æquè probabili litigantium, in quo judex ſe debet gerere juxta dicta num. 567. At noſter caſus diverſus eſt, nempe quando datur certitudo æqualitatis inter poemata, quæ reliquis excellũt.

QUÆSTIO III.

Ad quid teneantur certatores, ſeu oppoſitores in certamine litterario?

Poema alienum offerri nequit.

569 Conſtat eos teneri ſtare legibus, ſeu conditionibus certaminis per Rectorem Academicum indictis, illaſque ſine fraude implere, ut præmium juſtè ac licitè obtinere poſſint. Dubitatur 1. an poſſit unus ex competitoribus, qui ſeparati & clauſi componunt, tranſcribere poema, quod forte invenit in ſuo codice, & illud offerre pro aſſequendo præmio? Sit reſolutio: illicitum eſt poema in ſolidum tranſcriptum offerre ad comparandum præmium: ſecus, ſi decerpantur ex illo potiores ſententiæ, & varia carmina, ita ut concinnator de ſuo aliquid addat, ſaltem nexum, & nonnulla carmina, & quaſi centonibus aliud diverſum conflet. Prima pars conſtat, quia juxta mentem proponentis præmia, & legem ipſo facto & circunſtantijs intimatam, unuſquiſque tenetur offerre proprium poema, & judex (ut diximus n. 566.) non poteſt licitè adjudicare præmium niſi offerenti poema proprium: ſed poema illud in ſolidum tranſcriptum eſt alienum: ergo offerri nequit. Secunda pars ſuadetur, quia ad hoc permittitur deferri codices intra clauſtrum compoſitionis, ut unuſquiſque illis juvari poſſit, & decerpere quæ olim ſua induſtria, & ſtudiò collegit ad concinnandum poema: & hæc conditio eſt omnibus æqualis; ergo cuilibet integrum eſt dicto moderamine juvari.

Poema correctũ à competitore.

570 Dubitatur 2. Vtrum licitum ſit uni ex competitoribus corrigere poema alterius, vel poema à ſe compoſitum illi ad offerendum proprio nomine dare, quando

omnes

omnes intra clauſtrum componunt? Reſpondetur negativè 1. quia hujuſmodi correctio, vel traditio poematis à ſe compoſiti cedit in detrimentum aliorum, qui fortaſſis mallent vinci ab illo qui correxit, vel compoſuit, quàm ab aliquo deterioris ingenij, & modicæ peritiæ. 2. Quia ille operatur contra finem dictæ compoſitionis, qui (ut diximus) eſt, ut innoteſcant ingenioſiores, & peritiores. Quid ſi duo tantum ſint competitores? Adhuc non poterit unus alterius poema corrigere, & multo minùs integrum poema à ſe compoſitum illi dare. Quamvis enim poſſit cedere juri ſuo, & non dentur alij, quibus injuria fiat, ex quo minus peccaret, tamen iret contra mentem proponentis præmium, & fraudaret Academiam fine ſuo intento, qui eſt explorare ſuorum alumnorum ingenia, ut appareant qui reliquis præſtant.

Poema alienum accipiens peccat.

Dubitatur 3. qualiter peccet tam accipiens poema alienum, quàm illud tribuens, ut offeratur, pro obtinendo præmio? Conſtat ex dictis num. 566. licitum eſſe offerre alienum poema, quando abſque ulla loci deſignatione ad componendum, indicuntur certamina, & proponitur præmia, pro feſto aliquo celebrando. Cõſtat ſimiliter illicitum eſſe dare, accipere, & pro obtinendo præmio offerre alienum poema, quando competitores intra clauſtrum componunt facta loci, & temporis deſignatione. Difficultas eſt in hoc ſecundo caſu, qualiter peccet externus, faciens & tradens poema alicui ex clauſis competitoribus, & hic illud accipiens, & offerens alle quendo præmio? Mihi videtur utrunque peccare lethaliter contra juſtitiam, ſcilicet dantem cooperatione, & accipientem operatione. Probatur, quia uterque in re gravi violat obligationem juſtitiæ commutativæ, quæ oritur ex rigoroſo contractu, qualem ſupra n. 561. oſtendimus dari inter Rectorem proponentem præmia & competitores certaminis: una enim & præcipua ex conditionibus contractus eſt, ut quilibet offerat proprium poema. Deinde fit rigoroſa injuria alijs competitoribus, qui habent rigoroſum jus, ne quis per fraudem, & oblationem alieni poematis ſibi palmam præripiat; ergo illi graviter peccant contra juſtitiam.

Paupertatis violatio.

571 Dubitatur 4. Vtrum religioſus poſſit abſque ſui prælati licentia, & abſque violatione paupertatis tribuere poema uni ex componentibus extra clauſtrum, ut ipſe tanquam ſuum offerat, & obtineat præmium? Negabit aliquis, ex eo, quia contra paupertatis votum eſt dare abſque licentia pecuniam, vel aliquid pecunia, ſeu pretio æſtimabile, ut omnes fatentur: ſed poema illud in tali circunſtãtia eſt pretio æſtimabile, cum pro illo conferatur præmium notabilis valoris; ergo illud dare abſque licentia eſt contra votum paupertatis. Oppoſitum tamen judico, ſcilicet non offendi paupertatem illo munere, ſi præcindamus valorem conſumptæ papyri, quæ parui momenti eſt. Explicatur exemplis 1. quia non violaret paupertatem religioſus qui mente componeret, & memoriter dictaret poema alicui oblaturo, & præmiũ comparaturo: & tamen actio illa eſſet æquè pretio æſtimabilis, atque ſi poema ſcriptum daret. 2. Quia ſi poſt aliquod ænigma palam propoſitum religioſus divinaret, & clam diceret alicui præmium ænigmatis obtenturo, procul dubio non violaret votum paupertatis, cum tamen præſtaret aliquid æſtimabile pretio. 3. Quia præſtare alicui valde utile conſiliũ, etiam quo poſſeſſionem ingentis prædij comparet, non eſt contra paupertatem. 4. Sacrificiũ Miſſæ facere pro intentione alicujus, qui eſt obligatione Miſſarum valde oneratus, ut illum exoneret, quanvis illi lucroſum, & utile ſit, non eſt contra paupertatem. 5. Quia nemo dicet offendi paupertatem ab illo religioſo, qui portaret gratis epiſtolam Conimbricam v. g. in ea occaſione, in qua alter portitori ad id quærito libenter tribueret quatuor aureos pro ea portanda. Ergo in noſtro caſu religioſus non offenderet paupertatem abſque licentia poema tribuens.

Paupertatis materia.

Ad rationem dubitandi pro parte contraria facilis eſt ſolutio. Dicimus enim non quidquid aliqua ratione pretio æſtimabile eſt, eſſe materiam voti paupertatis, ut patet in exemplis allatis, & etiam in jure diſtribuendi pecuniam nomine alterius, quod jus eſt pretio æſtimabile, & tamen non eſt materia talis voti, ut tenet Suar. tom. 3. de Relig. lib. 8. cap. 5. num. 31. & cap. 15. num. 16. & idem procedit de jure nominandi ad maioratum, & ſimilibus: ſolum igitur eſt materia voti paupertatis pecunia, & res illæ pecuniæ, ſeu pretio æſtimabiles, quæ verſantur in commutationibus humanis, & ſuccedunt loco pecuniæ, ita ut per earum uſum, vel jus uſurpatum abſque licentia ſuperioris violetur paupertas: non ita actiones ingenij, & induſtriæ, in quibus ratio pretij eſt valde extrinſeca.

Præmiũ obtentum a religioſo ſine licentia.

572 Dubitatur 5. Vtrum ſi religioſus in illo certamine offerens poema proprium, abſque licentia ſuperioris obtineat præmium, teneatur illud reſtituere? Non eſt difficultas, an peccet? quia certum eſt peccare in acceptione præmij abſque ſuperioris licentia ſaltem præſumpta. Difficultas eſt, an teneatur reſtituere præmiatori illud præmium abſque ſuperioris licentia acceptum? Affirmabit aliquis: nam religioſus videtur eodem modo ſe habere ad ludum, atque ad certamen litterariũ: ſiquidem in utroque plurimum induſtriæ & fortunæ admixtum datur: ſed religioſus ludẽs abſque licentia ſuperioris, quidquid lucratur, reſtituere tenetur, ut cum communi ſententia docent Sanch. lib. 7. Decal. cap. 19. num. 83. & Lugo tom. 1. juſt. diſp. 5. num. 146. ergo etiam tenebitur

bitur reſtituere illud præmium abſque ſuperioris licentia comparatum? Nihilominus pars negativa omninò defendenda eſt. Probatur, quia abſolutè loquendo contractus à religioſo celebratus abſque conſenſu prælati ſuſtineri poteſt poſteà ab ipſo prælato, quatenus in monaſterij utilitatem cedit: ſed in certamine illo litterario, in quo religioſus præmium conſequitur, datur vera ratio contractus, ut ſupra oſtendimus; ergo ſuſtineri poteſt, ac debet à prælato, cum præmium obtentum cedat in monaſterij utilitatem. Ad fundamentum pro parte contraria, neganda eſt maior, cùm longè diverſa ratio detur inter ludum, & certamen: ludus enim cum ſit contractus ex utraque parte oneroſus, non poteſt ſubſiſtere ſervata æqualitate, niſi ex parte utriuſque ludentis par ſit cōditio perdendi & lucrandi, religioſus autem quando ludit ſine licentia ſuperioris, perdere nō poteſt: at in certamine litterario, in quo ex parte cōponentis ſolum perūtur actiones ingenij, ſemper ſervabitur æqualitas, ſi religioſus componat, & offerat poema optimum.

573 Dubitatur 6. Vtrum ſi religioſus Societatis in certamine publico, communique ſæcularibus & regularibus ſuo poemate comparet præmium, operetur contra ſtatutum Societatis prohibens, ne quis pro ſuo miniſterio excipiat mercedem? Pro parte affirmativa videtur facere generalis prohibitio, qua Societatis homines tenentur nihil accipere tāquam mercedem, vel ſtipendium pro ſuo miniſterio, ſed gratis dare quod gratis acceperunt. Nam in Exam. cap.1. §.3. ſic habetur. Nec etiam, quantunvis alijs ſit licitum, pro Miſſarum ſacrificijs, vel prædicationibus, vel lectionibus, vel ullius Sacramenti adminiſtratione, vel quovis alio pio officio ex eis, quæ juxta ſuum inſtitutum Societas poteſt exercere ſtipendium ullum, vel eleemoſynam, quæ ad compenſationem hujuſmodi miniſteriorum dari ſolet, ab alio, quàm à Deo poſſunt admittere. Habetur etiam hujuſmodi prohibitio 6. parte Conſtit. cap.2. §.7. & in declarat. lit. G. & parte 10. §.1. Vnde in formula Inſtituti propoſita à Iulio III. inter ſubſtantialia hoc additum eſt his verbis: Gratis omnino, & nullo pro ſuo in prædictis omnibus labore ſtipendio accepto. Et eſt hoc præceptum tam exactè obſervandum, ut non ſit integrum alicui ſuperiori, etiam Præpoſito Generali totius Societatis in illo diſpenſare, ut exprimitur in 5. Congr. General. can. 1. Cum verò præmium illud habeat rationem ſtipendij vel mercedis ſaltem æquipollenter pro miniſterio ſpirituali, ſeu intellectuali, videtur non poſſe comparari à religioſo Societatis. Confirmatur, quia nullus homo Societatis poteſt ferre pretium, vel ſtipendiū pro miniſterio litterario vel ſcholaſtico, v.g. pro ſententia erudite compoſita, aut pro oratione eleganter habita; ergo neque pro poemate.

Miniſteria Societatis pro quibus nō licet accipere aliquid.

574 Nihilominus pars negativa mihi arridet, & viris alijs doctis, quos cōſului: Probatur veluti à priori, quia prohibitio illa ſolum cadit in ſtipendium, vel eleemoſynā, quæ detur in compenſationem pro miniſterijs Societatis, vel quovis pio opere ex ijs, quæ juxta ſuum Inſtitutum Societas poteſt exercere, ut conſtat ex proximè dictis num. 573. ſed compoſitio poematis non eſt propriè miniſterium Societatis: deinde præmium pro illo comparatum non eſt ſtipendium, vel merces poematis; ergo ferre præmium in certamine illo non obſtat illi ſtatuto Societatis. Minor quoad priorem partem ſuadetur, nam miniſteria juxta ſtatutum Societatis ſunt pia, utpote tendentia ad ſalutem animarum, quæ eſt Societatis finis, qualia ſunt Miſſarum ſacrificia, prædicationes, lectiones, ſacramentorum adminiſtrationes, & alia hujuſmodi, inter quæ non poteſt recenſeri compoſitio poematis, quæ licèt ſpiritualis eſt, nempe intellectualis, non dicitur tamen ſpiritualis in ſenſu, quem expoſuimus, ſcilicet in ordine ad ſalutem animarum. Minor eadem quoad poſteriorem partem oſtenditur, quia ſtipendium, ſeu merces eſt pretium conſtitutum pro labore, vel induſtria alicujus ſuam operam locantis: ſed præmium illud non ita ſe habet: non enim cōfertur pro labore compoſitionis, cum multi qui valde laborarunt, indonati maneant, ſed cōfertur pro excellentia poematis, & victoria; ergo non eſt ſtipendium.

Compoſitio poematis.

575 Confirmatur 1. quia receptiſſima conſuetudo, & praxis eſt Societatis in magnis Collegijs indicere noſtris ſtudioſis certamina oratoria & poetica, ut victor præmium ferat: cum igitur non cenſeatur contra noſtrum ſtatutum hujuſmodi lucratio, ſeu comparatio premij pro poemate intra domeſticos parietes, ſtatutum non offendet conſequi præmium in aula publica alicujus Academiæ: quia maior hæc publicas ſubſtantiam miniſterij non mutat: quanvis noſtri tale præmium ferre non ſoleant. Confirmatur 2. nam ſi ex noſtris quidā artifex conficiat, & vendat rem aliquam, v. g. calceos, aut imaginem, licèt agat contra morem Societatis, tamen non violabit ſtatutum illud de non ferendo ſtipendium pro miniſterio, ſiquidem non quodlibet miniſterium cadit ſub illam prohibitionem; ergo idem dicendum de poemate concinnato. Confirmatur 3. quia juxta Sanchez lib.7. Decal. cap.28. num.3. in Societate non interdicitur recipere aliquid ex pacto pro emendis equo, & alijs neceſſarijs ad eundū aliquò cauſa exercendi miniſteria ſpiritualia, vel pro ſuſtentatione noſtrorum, qui in illis miniſterijs verſantur; ergo non ſemper eſt contra ſtatutum ferre aliquid ex pacto.

Ex dictis patet ſolutio ad fundamentum oppoſitum:

poſitum: nam prohibitio Societatis, quæ inter ſubſtantialia noſtri Inſtituti numeratur, & pro contraria parte afferrur num. 575. cadit in ſolum ſtipendium acceptum pro miniſterijs ſpiritualibus Societatis: præmium autem non eſt ſtipẽdium, compoſitio poematis non eſt miniſteriũ proprium Societatis, nempe ſpirituale & pium, ut vidimus.

Dominij acquiſitio per ſcholaſticum Societatis.

576 Dubitatur 7. Vtrum ſcholaſticus Societatis, qui poſt biennium tria vota emiſit, acquirat dominium in illud præmium, quod ſuo poemate comparavit? Procedit tum de præmio quod ſolis ſcholaſticus obtineat à ſuo Rectore intra domeſticos parietes, tum de præmio quod obtineat in aula publica ſæcularis Academiæ ſive ex conſenſu, ſive abſque conſenſu ſui ſuperioris. Reſolutio pendet ex deciſione illius difficultatis, quarumne rerũ ille Societatis ſcholaſticus dominium habere, & de novo acquirere poſſit, & quomodo? De qua re latè Sanch. lib. 7. Decal. cap. 18. à n. 24. Suarius tom. 4. Relig. tract. 10. de Societ. lib. 4. cap. 4. & Lugo de juſt. tom. 1. diſp. 3. ſect. 4. ex quibus declarantibus noſtrorum Scholaſticorum capacitatem ad dominium juxta Societatis Conſtitutiones, & Bullas Apoſtolicas, breviter noſtram dubitationem reſolvemus. Supponimus 1. quoties Sanchez (ut teſtatur Lugo num. 88.) explicuit dominium quod dicti ſcholaſtici retinent ad tempus, dixiſſe, eſſe circa bona, quæ in ſæculo, vel ante vota habebant, vel in quæ tanquam neceſſarij hæredes ſuccedunt, vel in quæ ſuccedunt conſanguineis ab inteſtato. Supponimus 2. quanvis ad licitam dominij acquiſitionem requiratur abſolutè ſuperioris facultas, tamen (ut ait Lugo n. 91.) ad aliquorum dominium acquirendum non indigere ejuſmodi perſonas licentia nova ſuperioris, quando nimirum ipſo jure acquiruntur ſine aliqua acceptatione, v. g. legata rei determinatæ, quæ mortuo teſtatore, ipſo facto acquiruntur legatario abque alia acceptatione. Item fructus fũdi, vel cenſus, cujus dominium ejuſmodi perſonæ habent, & ipſo fiunt domini rei.

Facultas prelati cõ acquirendum dominium.

577 Supponimus 3. cum Suario num. 6. quanvis regulariter non liceat, poſſe tamen aliquando validè & licitè, interveniente ſcilicet rationabili cauſa ſuperiorem cõcedere licentiam, ut noſter ſcholaſticus acquirat dominium alicujus rei, qualis eſſet ſacra aliqua imago, vel reliquarium, ut vocant, aut veſtis interior corpori neceſſaria. Supponimus 4. cum Sanch. num. 29. quando noſtri ſcholaſtici inſtituuntur hæredes, aut legatarij, aut aliquid ipſis donatur, ſi conſtet voluntatem teſtatoris, aut donantis eam eſſe, ut ſi religioſi verum dominium acquirant, atque ij eodem modo acceptant, non obſtante paupertatis voto, quod infringere volunt, tenere diſpoſitionem ſive in teſtamento, ſive inter vivos ab his factam abſque Superioris conſenſu. Quia votum ſimplex nec irritavit illam dominij acquiſitionem, nec ſimiliter tranſlationem in alium, ſed utrãque factam abſque ſuperioris licentia reddit ſolum illicitam. Addit idem author ibid. quando non conſtat de tali teſtatoris, aut donatoris voluntate, aut ſi de illa conſtat, non conſtat de voluntate religioſi volentis illam ſic acceptare, irritas eſſe prædictas diſpoſitiones, ſi ſuperior repugnet. Quia illi præſumuntur velle diſpoſitionem eo modo, quo licitè fieri poteſt. Et in hoc ſenſu videntur loqui Molina tom. 1. juſt. d. 139. & Leſſius lib. 2. a. 4. dub. 5. num. 28. aſſerentes irritam eſſe talem diſpoſitionem, repugnante prælato.

578 Ex dictis reſolvenda eſt dubitatio propoſita num. 576. circa acquiſitionem dominij in præmium. Dico igitur 1. quando noſter ſcholaſticus obtinet præmium à ſuo Rectore intra parietes Collegij, non comparat dominium in illud. Patet, quia licet ille capax ſit dominij acquirendi, & ſupponamus Rectorem poſſe dare facultatem ut acquirat, tamẽ Rector cenſetur dare præmium more ordinario, & juxta praxim Societatis, ut nempe (inquit Lugo num. 85.) quæ religioſi ſimili donatione, vel induſtria propria de novo acquirunt, ſe habeant eodem modo apud profeſſos: & non profeſſos, ita ut ſuperior pro libito ſuo de bonis illis diſponat abſque ſubditorum conſenſu, quod facere utique non poſſet, ſi bonorum illorum dominium ſubdito acquireretur. Dico 2. quando noſter ſcholaſticus obtineret præmium à Rectore ſeculari in publico certamine, de licentia ſui ſuperioris, ita acquireret dominium in rem præmio acceptam, ut ſtatim illud transferret in religionem. Eſt de mente Cardinalis Lugo n. 92. & 93. ubi ait ejuſmodi religioſum, quæ acquirit induſtria, vel labore, & idem credit de acquiſitis per invẽtionem, ut ſi gemmas in maris littore inveniat, religioni acquirere, cui omnes ſuas operas, & obſequia debet, ſicut filius patri, in cujus poteſtate eſt. Addit nu. 93. legata, donationes, & alia, ad quæ prælatus non dat licentiam ejuſmodi religioſis ut retineant eorum dominium, ſed ſolum ut ea religioni acquirant, non acquiri immediatè religioni, ſed ſolum mediatè, ita ut prius acquiratur eorum bonorum dominium ipſi religioſo, & ille transferat illud in religionem, & ſervet ſuum votum non acquirendi, vel retinendi aliquid ſine conſenſu ſuperioris. Quia cum ille ſit capax acquirendi, religio non aliter ab externis acquiret, niſi mediante illo, juxta prædictum modum. Quod ſi prælatus denegaret conſenſum ad aſſecutionem talis præmij, ille aſſequeretur violatione voti, & non aliter acquireret dominium in illud niſi donãs, & ipſe donatus expreſſè vellent talem acquiſitionem illicitam, ut ex Sanch. ſuppoſuimus n. 577.

Dominiũ religioſi in præmium acquiſitum.

579 Du-

Digitized by Google

Voluptas de malo alieno.

579 Dubitatur 8. Vtrum & quomodo peccet victor in certamine litterario irridens competitorem lapſum, vel inſultans victo? Non eſt quæſtio de voluptate, quam victor capit etiam explicando riſu lætitiam, ex eo quòd noverit ſuum competitorem erraſſe, & ſic lapſum ab ſpe præmij dejectum fuiſſe; quando ea lætitia, & riſus non eſt de malo proximi, quà malum illius eſt, ſed ob aliquam rationem boni. Quia (ut rectè notat Azor tom. 1. lib. 4. cap. 6. quæſt. 1.) in malis ſæpe poteſt aliquid boni cogitatione apprehendi, ita ut voluntas oblectetur in ea boni ratione cogitata: v. g. ſi Titius ex equo, vel curru decidat, & graviter vulneretur, quia tamen caſus iſte fuit ridiculus ex ſe, riſum excitat, & cauſat lætitiam, atque adeo poteſt quis ridere, & lætari non quidem de malo, & læſione Titij, ſed de modo ridiculo, quo decidit. Solum eſt difficultas de vera irriſione, ſeu deriſione, quæ juxta S. Thomam 2. 2. quæſt. 74. num. 1. Sotum lib. 5. de juſtit. quæſt. 11. a. 1. & Navarrum in Manuali capit. 18. à num. 11. conſiſtit in hoc quòd quis rideat de malo proximi, ut ipſe pudore ſuffundatur. Vnde dicimus peccare victorem irridentem, & inſultantem, graviter quidem, ſi reputetur lapſus ille malum grave, aut victor irrideat ex intenſione pudefaciendi illum graviter. Sumitur ex Azorio tom. 3. lib. 13. cap. 9. ubi ait irriſione offendi virtutem juſtitiæ, quando malum proximo falsò imponitur, aut malum verum, ſed occultum refertur, ut proximus erubeſcat: offendi autem virtutem charitatis, quando malum verum & notorium refertur, ex intenſione ut proximus pudefiat. In offenſione autem juſtitiæ, vel charitatis graviter delinqui poteſt.

Irriſio vitioſa.

DISPVTATIO III.

De ænigmatibus, & tragædijs Academicis.

580 Explicato duplici exercitio, ſcilicet diſputandi, & contendendi ligata vel ſoluta oratione ad aſſequendum præmium, ſupereſt explicandum aliud exercitium duplex, quo in ſtudijs generalibus ſolent excitari, & acui ſcholaſticorum ingenia; alterum quando exhibentur publicè divinanda ænigmata, propoſito divinatoribus præmio; alterum quando tragœdiæ repræſentantur, & utrunque non niſi in aliqua præcipua ſolemnitate fieri ſolet.

QUÆSTIO I.

Quid ſit ænigma; & an convenienter pro exercendis ingenijs divinandum proponatur?

Ænigma quid ſit.

Apud Gellium lib. 12. cap. 6. quod Græci vocant ænigma, Latini appellant ſcirpum, per antiphraſim, quaſi minimè abſque nodis. Eſt enim ſcirpus juncus planè enodis. Quid autem ſit ænigma, exponit Diomedes illud definiens: Obſcuram ſententiam per occultam rerum ſimilitudinem. Et quidem illud obſcura allegoria eſt, quæ difficile intelligitur, qualis proponitur Iudic. 14. (De comedente exivit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo.) Conveniunt in omnibus ænigma & gryphus, præter materiam: nam inter utrunque (ut volunt aliqui) id tantum diſcrimen intervenit, quòd ænigmatis materia ſint joci, & ſales, gryphi autem res ſeriæ, & quæ ſtudium poſtulant. Si utriuſque ſcire velis authores, ſeu inventores, Athenæus gryphos ab Ariſtonomo, & Cleone repertos fuiſſe ait: ænigmata olim Symposius, & Andelinus Anglus verſibus dederunt: & noſtra memoria Iulius Scaliger, Adrianus Iunius, Ioannes Lorichius, & quidam alij. Verùm ante omnes celeberrima Sphinx, quam ex Chimæra, & Typhone natam, dicunt triforme monſtrum facie puellari, alis volucris, & pedibus leoninis, inventrix fuit ænigmatis, quod proponebat omnibus ſolvere paratis, hac lege, ut ſi ſoluiſſent, ducerent Iocaſtam cum Regno Thebarum, ſecus perirent. Ænigma erat, Quodnam animal eſſet & quadrupes, & bipes, & tripes? Multis propter ænigma, cum Regni eſſent avidiores, occiſis, Oedipus Thebas venit, & cùm obſcuritatem elucidaſſet, Iocaſtam duxit, Thebaſq; rexit: Sphinx verò ſeſe è loco edito dedit præcipitem. Ex qua fabula ortum habuit, ut deinceps appellaretur Sphinx, quicunque ænigmata proponeret, & Oedipus, qui divinaret.

581 Eſt igitur difficultas, an in Academijs convenienter proponantur ænigmata ſtudioſis diſſoluenda? Pro parte negativa facit 1. quia nihil magis dedecet ſapientes, quibus Academia florere ſolet, quàm

Obſcuritas ſermonis.

ſermonis obſcuritas. Hanc M. Tullius lib. 3. de Orat. peſſimos oratores carpens, deteſtatur his verbis: Ita confuſa eſt oratio, ita perturbata, nihil ut ſit primum, nihil ut ſecūdum: tantaque inſolétia ac turba verborum, ut oratio, quæ lucem adhibere rebus debet, ea obſcuritatem & tenebras afferat; atque ut quodammodo ipſi ſibi in dicendo obſtrepere videantur. Ingenioſé etiam ſugillat caliginoſam ſcribendi methodum poeta quidam ſubtilis, hoc diſticho:

Quid juvat obſcuris involuere ſcripta tenebris:
Si vis ut lateant ſenſa, tacere poteſ.

Et meritò: quia juxta Quintilianum, (Prima oratoris laus eſt perſpicuitas.) Neque aliud, meo judicio, plus adverſatur optimo ſapientis ingenio, & menti, quàm ſermo obſcurus, cum nobis ſana Philoſophia perſuadeat eos obſcurè intelligere, qui obſcurè loquuntur: ſunt enim verba ore prolata ſigna conceptuum; ergo verba obſcura ſignificant conceptus obſcuros. Ex oppoſito virum ſapiētem nihil magis decet, ac prodit, quàm ſermonis nitiditas, ac ſplendor. Prima vox, quam ſcimus protuliſſe Deum infinitam Sapientiam, fuit cum productione lucis, & luce circunfuſa: Dixit Deus, Fiat lux. Geneſ. 1. S. Ambroſ. ad hunc locum cap. 9. Vnde vox Dei in ſcriptura divina debuit inchoare, niſi à lumine? Vnde mundi ornatus, niſi à luce exordium ſumere. Fruſtra enim eſſet, ſi non videretur. Addo, fruſtra eſſet ſermo, ſi non intelligeretur. Ante productam lucem ſiluit Deus (ut opinor) quia Tenebræ erant ſuper faciē abyſſi, & melius eſt ſilere, quàm ſine luce loqui. Nuſquam ſapiens plus innoteſcit, quàm cum loquitur clarè: & quidem ſervator Chriſtus tunc à diſcipulis omniſcius prædicatur, quando eis palam locutus. Dicunt ei diſcipuli ejus: Ecce nunc palam loqueris, & proverbium nullum dicis: Nunc ſcimus quia ſcis omnia. Ioan. 16. Cum igitur ænigma, juxta ipſius definitionem, quam num. 580. attulimus, ſit obſcura ſentētia, vel allegoria, videtur dedecere ſapientes, & Academicos viros.

582 Facit 2. quia ænigma ſua caligine, & quadam veluti implicitate torquet ingenia, mentes affligit, tantumque lacerat, ut ſapiens mentalis hujuſmodi torturæ, & quaſi carnificinæ quandoque impatiēs ſibi violentas manus injiciat: ſicut fertur de Homero, quem (ut narrat Herodotus in ejus vita) piſcatores implicuerunt illo ænigmate de pediculis: (Quod captū eſt perijt: ſed quæ nō cepim⁹, adſū.) Vt igitur tortura ingeniorū exulet ab Academijs, oportet priùs amandari ænigmata. Facit 3. quia (ut diximus initio quæſtionis) materia ænigmatis ſunt ſales, hoc eſt facetiæ, ludi, & joci: hæc autem multum abhorrent à viris ſapientibus & gravibus: adeo ut dicatur de vero Sapiente Pſalm. 1. In cathedra peſtilentiæ non ſedit. Hebr. In ſede irriſorum, vel irriſionis. Quaſi vetus ſapiens æquè fugiat peſtilentiam, atque irriſionem. Accedit quòd jocum dicamus quod eſt contrarium ſerio. Hinc obligatio facta joci gratia non valet leg. obligationum ſubſtantia ff. de act. obligat. Eſt enim jocus quid valde puerile, ut ſicut pueri ex innata propenſione jocantur, ita viri graves ludo depoſito ſeria tractare debeant. Accedit ſales illos eſſe plerunque aculeatos, & ferire ſine diſcrimine: juxta illud Plinij lib. 8. cap. 16. Hiſtrix non jaculatur ſpinas ſuas, niſi cum provocatur, aut urgetur: at ſcurra in quemvis ſua dicta conjicit; ergo ænigmata ſalibus reſperſa proponi non debent inter ſapientes. Et hæc fortaſſis fuit una ex cauſis præcipuis, ob quas, cum olim in hac noſtra Eborenſi Academia pro ſolemnitate divini Spiritus proponerentur, & exponerentur ænigmata, mos iſte conſentientibus prælatis, jam in deſuetudinem abijt.

Sales, et ...

583 His non obſtantibus, partem amplectimur affirmativam de honeſtate, & convenientia ænigmatum, quæ in Academijs pro litteraria aliqua ſolemnitate proponi, & à divinantibus publicè enucleari ſolent. *Ænigmata honeſtè proponuntur.* Quod verò nec indignum, nec alienum ſit à ſapientibus ænigmatum propoſitio, & expoſitio conſtat 1. ex S. Pagina, in qua Sapientiſſimi, divinoque afflati Spiritu Prophetæ, tam majores, quàm minores fere ſemper ænigmaticè loquuti, ænigmata propoſuerunt innumera, quæ ſingulari ſuo labore collegit, & miro ingenio elucidavit noſter Cornelius à Lapide in cōment. Conſtat 2. quia olim fuere Reges, quorum gravitatem & majeſtatem non dedecuit ænigmatibus invicem proponendo, ac diſſolvendo certare. *Ænigmatibus certarūt.* Salomon Iudæorum Rex potentiſſimus, & ſapientiſſimus (ut narrat Ioſeph. lib. 8. antiquit.) Hiram Tyriorum Regem, quem ſibi amicitia conjunctum habuit, ænigmaticis quæſtionibus tentavit: quas Rex ipſe Tyriorum per Abdemonum Tyrium diſſoluit. Lycerus Babyloniorum Rex fretus acumine Æſopi fabulatoris, certavit ænigmatibus cum Nectenabo Ægyptio, eumque ſuperavit. Ptolemæus Philadelphus Rex Ægyptiorum, ſeptuaginta interpretibus bibliorum, Hieroſolyma ad ſe miſſis, multa in convivio ænigmata propoſuit, ſapientiæ illorum explorandæ cauſa. Alexander Magnus Gymnoſophiſtis, qui præcipuè Sabbam ad defectionem impulerant, plurimas quæſtiones obſcuras propoſuit, necem denuncians primo qui non ſoluiſſet. Inter Amaſim Ægyptiorum Regem, & Regem Æthiopum habito magno ænigmatum certamine, Rex Æthiopum (ut opinor) ira ſucceſus præcepit Amaſi, ut Pontum ebiberet: id ſi feciſſet,

feciſſet, multos ejus vicos & oppida terræ ſuæ inſulis, urbibus ad Elephantin jacentibus cederet? quare animi dubius Amaſis, à Biante Prieneo concilio accepto, reſpondit: Abſque mora ſe id facturum, ſi prius ipſe omnes, qui in maria labuntur, inhibuiſſet.

Ænigmata proponendi conſuetudo

584 Conſtat 3. ex cõmuni praxi, & antiqua conſuetudine tam veterũ, quàm recentium Philoſophorum, qui in publicis Academijs, & privatis domib⁹ exercẽdi ingenij gratia cõſuevere proponere ſibi invicẽ, ac diſſolvere ænigmata. Græci (ut refert Natta de Pulchro lib. 1.) peracto cõvivio, menſiſque remotis proponebant ſibi ipſis nodos & gryphos exhibito præmio ſolventi, indicta pœna ignoranti. Apud Athenienſes (ut ait Iulius Pollux lib. 6.) in pœnam dabatur phiala vini diluti exhaurienda ei, qui gryphum neſciret: præmium erat carnium diſtributio & viſceratio. Ætate Plutarchi (ut ipſe narrat lib. 9. conviv. q. 3.) conſuetudo Romæ fuit Mulſarum feſtis ſortes circumferre, ut qui ſorte comparati eſſent, obſcuras, ſeu ænigmaticas ſibi viciſſim quæſtiones ponerent. Gellius lib. 18. Noct. Attic. c. 2. refert Italos omnes, qui Athenis dabant litteris operam, frequentiſſimè in unum aliquem locum ſolitos convenire, ſingulos ex ordine cœnulam paraſſe, totidemque ænigmata propoſuiſſe, quot ſtudioſi convenerant, ita ut præmium ſolvendæ quæſtionis foret liber Græcus, aut Latinus, & corona ex lauro. Apud Athenæum lib. 10. cap. 16. Theodectes, Iſocratis diſcipulus promptiſſimus fuit in propoſitis ſibi ænigmatibus ſolvendis, alijſque aptiſſimè proponendis. Apud Gellium lib. 19. c. 14. P. Nigidius Iulio Cæſari, & M. Tullio contẽporaneus multa ænigmaticè ſcripſit, & cum Varrone de palma certavit. Apud Hermippũ Theodectes Phaſelites hæc propoſuit. 1. Quid eſt quod neſcimus, & docemus omnes: Medicinã, vel animum exponunt. 2. Quid nuſquam, & ubique eſt: Tempus ait Athenæus. 3. Quid in cœlo, terra, & mari eſt: Canis inquiunt: juxta illud,
Nat canis in pelago, latrat extra, fulget in aſtris.

Deniq; legitur in vita S. Pachomij quòd Philoſophus quidam Theodoro ejuſdẽ S. Pachomij diſcipulo hæc tria propoſuit ænigmata; ad quæ ipſe ſolerter reſpõdit. 1. Quis nõ natus mortuus eſt: Reſpondit Theodorus, Adam. 2. Quis natus eſt, nec tamen mortuus: Reſpõdit, Henoch, qui tranſlatus eſt. 3. Quis mortuus eſt, nec tamẽ corruptus? Reſpondit, Vxor Loth, quæ in ſtatuam ſalis eſt converſa. Poterat addi Chriſtus, & ejus mater ſanctiſſima.

Cõſtat 4. ratione, quia omne exercitium ex ſe nemini injurioſum, & aliunde aptum ad acuẽda ingenia, multamque inſtillandam ſtudioſis eruditionem, dignum eſt quod in Academijs etiam celeberrimis more recipiatur, & obſervetur: ſed propoſitio & diſſolutio ænigmatum, ſeu ænigmatica cõncertatio eſt exercitium nemini injurioſum ex ſe, quãvis per accidens ex prava intentione interpretis, vel authoris tertius quis mordeatur: deinde ingenia acuit, cum exercẽdo torqueat: nam ſubtilitatem multam abſcondit ipſa orationis caligine: tãdẽ inſtillat copioſam auditoribus eruditionem, quam intra latebras, & mæandros alluſionum reconditam habet; ergo proponi, ac diſſolui ænigmata pro ſolẽnitatibus Academicis graves ac ſapientes decet.

Ioci, & ſales moderati

585 Ex quibus facile ſatisfiet rationibus partis contrariæ. Ad 1. fatemur obſcuritatem valde dedecere ſapientes, quãdo illa eſt in ſermone aliquid docentis, vel exponẽtis tam verbo, quàm ſcripto, de qua procedunt eruditè in argumẽto congeſta: ſecùs quando obſcuritas poſtularet ex natura rei, qualis eſt de eſſentia ænigmatis; ut nempe conjector eas tenebras ingenij ſui luce diſſipans laudem & præmium aſſequatur. Ad 2. eadem fere ſolutio adhibẽda eſt: naſcitur enim ex obſcuritate illa difficultas torquens, & verſans ingenia, ut ſic exerceantur, & ex difficili interpretatione maiorem laudem cõparent. Ad 3. fatemur jocos & ſales nimiũ profuſos, & intemperatos dedecere viros graves ac ſapientes: ſecus, ſi moderatè & opportunè dentur, ſicut in ænigmatibus, quæ exponuntur coram prudentibus, probis, ac eruditis. (Iocus (inquit Ariſt. 8. polit. c. 3.) inventus eſt, ut qui laborat, habeat recreationem.) De moderatione in jocis ac ludis retinẽda, multa graviter & ingenioſé dixit M. Tullius 1. Off.
„ Cum juvenes (inquit) relaxare animos, & dare ſe jucũditati volent, caveant intemperãtiam, meminerint verecundiæ. Ibidem, Ludendi eſt quidã modus retinẽdus: ut ne nimis omnia profundamus, elatiq; voluptate, in aliquam turpitudinem dilabamur. Qualis autem modus ſervãdus, eodem libro præſcribit: Ludo (inquit) & joco uti illis quidem licet, ſed ſicut ſomno, & quietibus cæteris, tum cum gravibus ſerijſq; rebus ſatisfecerimus. Ipſumq; genus jocandi ingenuum ac facetum eſſe decet, non profuſum, nec immodeſtum: & ſemper in ipſo joco aliquod probi ingenij lumen eluceat. Alibi Princeps Idem Oratorum moderationem ludẽdi & jocandi apta & vulgari expreſſit ſimilitudine: Sic (ait) condienda eſt vita ludo, ſicut ſale cibi. Cum igitur cibi ita ſoleant condiri parco ſale, ut ſolum tollatur inſipiditas, & ſentiatur ſapor: aliter nimio ſale obrutos nullum palatum ſuſtineret, ita moderati ſales in ſolemnitatibus Academicis, ſicut & in alijs, ad condimentũ inſervient, immodici ad diſſolutionem. Hinc Fridericus Imperator (ut videre eſt apud Æneam Sylvium lib. 4.) eos qui jocos moderatè ferrent, ſapientes: qui autem promptiſſimè jocarentur, ingenioſos eſſe dicebat.

QUÆSTIO II.

Quale ſecretum ſervari debeat circa ænigma proponendum, & jam propoſitum?

586 Secretum circa ænigma... TRes perſonæ venire poſſunt in quæſtionem de obſervando ſecreto circa ænigma proponendum, vel jã propoſitum, nempe author ænigmatis, pictor cui ænigma pingendum traditum eſt; & quicunq; alius, cujus fidei ſignificatio ænigmatis tegenda committitur. Prima difficultas eſt, an liceat authori ænigmatis illud, antequam palam proponatur, detegere alicui ſuo amico, ut hic ænigma exponens præmium aſſequatur? Negativa reſolutio eſt planè indubitata, & procedit ſive ipſe author de proprijs bonis cõferat præmium, ſive Rector, aut quicunque alius illud conferat. Quamvis enim talis author præmium de ſuis bonis cõferẽs, minùs peccet, utpote nullo domino præmij faciens injuriam, tamen illicitè operatur: quia imprimis agit cõtra naturam ænigmatis, quod omnibus æqualiter in cognitione ſe habentibus proponi debet: deinde injuriam irrogat cæteris oppoſitoribus, qui habent jus, ne ænigma alicui aperiatur; adeo, ut ſi ſcirent, poſſent excipere contra talẽ ſic cognoſcentem. Quòd ſi præmium cõferatur à Rectore, vel alio, tũc magis peccabit, & quidẽ lethaliter pro ratione quantitatis præmij: infert enim gravem injuriam præmianti, utpote rationabiliter invito quoad talem collationem ſuæ rei; cum Rector ſolum intendat conferre præmium legitimè ſolventi.

587 *Pictor ænigmatis tenetur ad ſecretum.* Secunda difficultas eſt, utrum & quomodo pictor, cui ænigma pingẽdum traditum eſt, obligetur ad ſecretum? Affirmativa ſententia, quæ omninò vera eſt, duplici cõcluſione exponetur. Sit prima cõcluſio. Pictor ille ita obligatur ad ſecretum, ut nõ poſſit licitè alicui manifeſtare picturam. Eſt de mẽte Molinæ tom. 5. juſt. diſp. 5. n. 2. Sanchez lib. 6. conſil. cap. 6. dub. 2. n. 4. & Cardinalis de Lugo tom. 1 juſt. diſp. 14. ſect. 9. n. 135. apud quos vera & communis ſententia eſt officiales publicos, qualis advocatus, medicus, chirurgus, obſtetrix, teneri ad ſervandum ſecretum in ijs rebus, quæ *ſecretum ſervandũ ab officialibus,* ſecretum poſtulant, & ad ipſorum officia pertinent. Nam pictor etiam publicus artifex eſt, & ænigma pingendum exigit ſecretum. De advocato revelante ſecreta clientis, quòd teneatur pœna falſi, tradunt Perez ad l. 1. tit. 19. lib. 2. Ordin. p. 400. Gratian. diſc. foren. cap. 100. num. 16. & alij quos ſequitur Barb. de poteſtat. Epiſcop. part. 3. alleg. 79. num. 25. Probatur ex generali regula: quia tunc datur obligatio ſervandi ſecretum, quando præcedit expreſſa vel tacita promiſſio illud ſervandi: ſed in prædictis officialibus ſemper præcedit tacita promiſſio ſervandi ſecretum in materijs illud exigentibus, quatenus ex vi ſui muneris tacitè cum partibus de eo ſervando paciſcuntur; ergo illi tenentur ad ſecretum. Confirmatur à ſimili, nam ſtabularij, nauclerii, & alij ſimiles, tenentur ex vi ſui muneris, & tacito pacto tanquam depoſitarij ad cuſtodiam illarum rerum, quæ illis committuntur; ergo ſimiliter prædicti officiales ex ſuo officio tenentur ad cuſtodiam ſecreti in materia id exigenti.

Secunda concluſio. Talis pictor peccabit graviter contra fidelitatem, & contra juſtitiam, ſi ænigma ſibi ad pingendum traditum revelet. Eſt juxta doctrinam eorum, quos proximè citavimus, & Navarri in Manuali cap. 25. num. 24. Patet quoad peccatum grave; nam datur præceptum naturale, divinum, & humanum ſervandi ſecretum, ut docet Sanch. citat. dub. 2. num. 2. eſt enim lex naturæ, ut quod nobis volumus, alteri velimus: quicunque autem recta ratione cupit, ut quod alteri ſecretò commiſit, ſecretò ſervetur. Deinde quod ſit præceptum divinum, latè probat Sotus lib. de ſecreto memb. 1. q. 2. quod ſit humanum, conſtat ex l. unica C. de famoſ. libell. & cap. ſi qui 5. q. 1. præcepta autem in materia gravi, qualis nobis videtur materia ænigmatis, ne manifeſtetur, graviter obligant. Patet quoad aliam partem de peccato cõtra fidelitatem, & juſtitiam: nam ad fidelitatem pertinet ſervare, quod quis fidei noſtræ commiſit: ſicut enim datur virtus moralis, quæ appellatur veritas, ſeu veracitas, & obligat ad cõformanda verba externa cum mente, & dici poteſt veritas in dictis, ita datur alia quæ obligat ad conformanda facta cum dictis, & appellari poteſt veritas in factis, diciturque fidelitas; cum igitur quis pictoris fidei committat ſecretum ænigmatis, pictor infidelis & proditor erit, ſi revelet.

588 De peccato contra juſtitiam, oſtenditur, nam ſecretum alienum temerè, & ſine cauſa detegere eſt peccatum, quo violatur juſtitia, & gravis injuria irrogatur proximo, ut docent Medina lib. 1. Summæ cap. 14. §. 36. Armilla v. ſecretum num. 1. Sotus citat. q. 2. concl. 3. Navar. cap. inter verba corol. 65. num. 80. Caietan. 2. 2. q. 70. a. 1. & 2. & alij quos refert, & ſequitur Sanch. lib. 6. conſil. cap. 6. dub. 1. num. 4. unuſquiſque enim ſicut habet rigoroſum jus, ne alter auferat, vel deſtruat ſua bona, ita habet rigoroſum jus ne alter ſine cauſa ſuum ſecretum manifeſtando diſſipet. Confirmatur primo, nam ſervare ſecretum commiſſum pertinet ad juſtitiam ſimul & ad fidem, quæ juſtitiæ fundamentum eſt, *Secreti violator injuſtus.*

con-

contraria verò manifeſtatio illius ſpectat ad injuſtitiam, & infidelitatem, ut tenet Molina tom.5.juſt.diſp.6.num.4. & probat, quia obligatio ſervandi id ſecretum, provenit ex pacto tacito vel expreſſo, quo ſub ea lege, ſeu conditione ſecretum committitur, ne manifeſtetur; ſervare autem pactum ſpectat ad juſtitiam, & fidelitatem ejus fundamentum: cum igitur in noſtro caſu ænigmatis, detur ſecretum commiſſum pictori, ex tacito pacto non revelandi, ſequitur ut revelans peccet contra juſtitiam, & fidelitatem. Confirmatur 2. ex doctrina Molinæ citati num.5. nam qui ex officio (inquit) tenetur ſervare ſecretum, ut tabellio in aliquibus eventibus, contra juſtitiam peccat revelando id ſecretum, & tenetur reſtituere damna inde ſubſequuta: non ſecus atque qui ex officio tenetur defendere aliquem, cumque non defendit, tenetur reſtituere ei damna ex omiſſione culpabili ejus defenſionis illi ſubſequuta: cum igitur ſupra oſtenderimus pictorem teneri ex officio ſervare ænigmatis illius ſecretum, proindeq; ex juſtitia, planè ſequitur, peccare contra juſtitiam, ſi illud revelet.

Secreti cõmiſſi obligatio.

589 Tertia difficultas eſt, ad quid teneatur ille, cujus fidei ænigmatis ſignificatio commiſſa eſt expreſſè? Decidenda prius eſt generalis illa dubitatio, quomodò ſe intendat obligare qui promiſit ſecretum, ex ſola fidelitate, an etiam ex juſtitia? In qua juxta doctrinam Molinæ tom. 2. diſput.262. & Sanch. lib. 6. conſil. cap. 6. dub. 1. rectè diſtinguit Lugo tom. 1. juſt. diſput. 14. num. 139. Nam ſi loquamur (inquit) de ſecreto commiſſo, quod ſub eo pacto tibi committitur, & præmiſſa poſtulatione ſecreti tacita vel expreſſa, procul dubio adeſt obligatio juſtitiæ, quam neceſſariò reſultantem ex pacto oneroſo intendit promittens. Quando verò (addit num. 140.) non præcedit expreſſa, nec tacita promiſſio, quia ſecretum non eſt commiſſum, ſed merè promiſſum, ut quando petenti a te ſecretum rei, quam tu audiſti, vel aliunde cognoveras, tu promittis: tunc aliquando intervenit obligatio juſtitiæ, aliquando ſolius fidelitatis: juſtitiæ v. g. quando ſine injuria proximi manifeſtare nequis, ſcilicet delictum proximi occultum, aut ſecretum, quod vi aut fraude extorſeras: ſolius fidelitatis, quando aliunde ſine injuria manifeſtare poteras, & ſolum obſtat ſimplex promiſſio, quam feciſti ſine animo obligandi te graviter ex juſtitia. Nam ſi talis animus adfuit, non eſt dubium (inquit) mihi, quòd poſſit promiſſio acceptata inducere talem obligationem: quia ſicut potes dare alteri jus ad bona tua, ita potes illi dare jus ad tuas actiones, ita ut ſine ejus conſenſu non poſſis juſtè talem actionem exercere, vel omittere.

Ænigma [illegible] quid operatur.

590 Hæc deciſio ſic expoſita facilè applicatur ad noſtrum caſum: ſi enim illa notitia ænigmatis habita fuit per ſecretum commiſſum, ſcilicet interveniente pacto oneroſo, ut ſecretum ea lege acciperet, ne revelaret, tenetur ex juſtiſtia non revelare: quia ex illo pacto reſultat neceſſariò talis obligatio. Si autem habita fuit aliunde bona fide, & deinde datum ſuit ſecretum promiſſum, data nempe ſimplici promiſſione non revelandi, tenebitur vel ex ſola fidelitate, vel etiam ex juſtitia, juxta animum, quem habuit ſe obligandi, qui animus patebit ex conjecturis, & in dubio præſumetur intenta obligatio ſolius fidelitatis, utpote minor. Quia in dubio ſemper quis præſumitur ſe velle obligare quantum minus poteſt, & hoc, favore ac poſſeſſione libertatis, ut videre eſt apud Sanch. de Matrim. lib. 2. diſp. 41. Eſt adhuc difficultas, an ille cui notitia ænigmatis, ante quam proponeretur, communicata eſt, maneat inhabilis, ut ſe opponat ænigmati diſſolvendo, & conſequendo præmio? In hoc caſu mihi videtur diſtinguendum: nam ſi ille comparavit notitiam bona fide, & ſine ullo onere, vel cum ſolo onere non manifeſtandi, adhuc manet habilis, ut ſe opponat: ſi autem comparavit notitiam mala fide, ſeu per fraudem, aut cum onere ſe non opponendi, manet inhabilis ad oppoſitionem, & aſſecutionem præmij. Prior pars conſtat, quia nemo ſine cauſa privandus eſt ſuo jure: ſed comparatio notitiæ ænigmatis bona fide nequit privare jure, quod quis habet, ut ſe opponat, præcipuè quia illam accepit ſine ullo onere, vel cum ſolo onere non manifeſtandi, quod poteſt præſtare ſe opponens; ergo adhuc manet habilis. Confirmatur, nam ſi quis in via publica forte inveniſſet papyrum apertam, in qua declaratum eſſet ænigma, & legeret, adhuc poſſet ſe opponere ænigmati, ut nemo negabit; ergo ſimiliter accipiens ab authore dictá notitiam ſine vi, dolo, & onere ſe nó opponendi. Poſterior pars ſuadetur, quia fraus & mala fides nemini patrocinatur, adeo ut teneatur quis reſtituere quidquid per fraudem, aut vim obtinuit, reponendo omnia, quantum potuerit, in priſtino ſtatu; cum igitur per fraudem, aut vim obtinuerit illam notitiam, tenetur illa non uti, ac ſe non opponere, ut eo modo quo jam poſſibile eſt, maneat in priori ſtatu, ſine aliorum incommodo: deinde ſi accepit notitiam cum onere ſe non opponendi, tenetur ſervare pactum: ergo quocunque ex dictis modis manet inhabilis ad oppoſitionem.

(✝)

QUÆSTIO III.

Quale jus in præmium vendicent conjectores ænigmatum?

591 *Præmiũ ænigmatis.* CONſtat deberi ex rigoroſa juſtitia propoſitum ac promiſſum præmium illi, qui ſine fraude, ſervatis hujus litterarij exercitij legibus & conditionibus ænigma divinavit, & expoſuit: proindeque hujuſmodi conjectorem ſeu interpretem habere rigoroſum jus ad pactam mercedem. Prima difficultas eſt, quale jus vendicent ad præmiũ, quando duo ænigma divinarunt? Supponimus ſemper ſtandum eſſe in litterario exercitio Academicis legibus, ſive expreſſè traditis, ſive tacitè & ex cõſuetudine obſervari ſolitis. In propoſita autem difficultate, ſi lex aliqua vel conſuetudo non obſtet, ille qui prior divinavit, integrum jus habet ad præmium, ſi rectè exponat. Nam præmium unius ænigmatis uni tãtum ferendum proponitur: ſed quando varij divinant ſucceſſivè, datur maior ratio ut conferatur præmium priori, & non alijs, juxta illud axioma Iuriſtarum. Prior qui eſt tempore, potior eſt jure l. qui balneum, in princ. l. potior, in prin. ff. qui potiores in pignore hab. l. ſi fundum C. eod. cap. qui prior, de regul. juris in 6. De quo Rebuff. tom. 2. ad leges Galliæ titul. de conſtit. redditũum gloſ. 8. Maſcard. de probat. concl. 1228. Mantica de tacitis & ambig. convẽt. lib. 11. tit. 22. & alij. Quid ſi nulla detur prioritas & poſterioritas, ſed duo, vel tres æquè ſimul divinent? Reſpondebit aliquis præmium tunc illi conferendum eſſe, qui meliùs expoſuerit. Quia ad præmij aſſecutionem duo poſtulantur, ſcilicet ænigmatis divinitatio, & expoſitio, qui igitur in aliquo ex duobus excelluerit, præmiũ obtinebit. Reſpondendum tamen eſt, præmiũ eſſe dividendum eo modo, quo eſt diviſibile, inter illos divinatores. Patet, quia propoſitum eſt divinanti: ſed duo illi (ut ſupponitur) æquè ſimul & benè divinarunt, proindeque nulla datur maior ratio cur præmium uni conferatur, & non alteri: neuterque ſine injuria excludi poteſt; ergo dividendum eſt. Illud quod afferebatur de meliore expoſitione, non habet vim, ut totum præmium rectiùs exponenti tribuatur: quia expoſitio ænigmatis non pertinet ad ſubſtantiam, ſed eſt quid extrinſecum, & neceſſarium divinationi: ſolum igitur poterit efficere, ut in diviſione præmij aliquid amplius ferat qui meliùs expoſuit.

592 Secunda difficultas eſt, an debeatur præmium, ſaltem partialiter illi qui ænigmatis verum ſenſum, & ſignificationẽ non aſſecutus, in ſenſu alieno ſubtiliter, & ingenioſè declaravit? Hujus difficultatis reſolutio pendet omninò ex lege, vel conſuetudine, quæ circa hoc punctum obſervatur in ænigmatib⁹. *Ænigma exponens in ſenſu alieno.* Omni tamen lege, & conſuetudine præciſa, ſi loquamur ex natura rei, de præmio propoſito divinantibus, nihil poteſt minui, vel detrahi, ut conferatur exponentibus in alieno ſenſu, etiam ſubtiliter & ingenioſè. Ratio eſt manifeſta, quia præmium non poteſt conferri niſi illis, quibus ferendum proponitur: ſed non proponitur ferendum niſi divinantibus, & exponentibus in vero ſenſu juxta mentem authoris: qui autem exponit in alieno ſenſu, nec divinavit, nec juxta mentem authoris exponit; ergo ſine injuria divinantis non poteſt de præmio aliquid detrahi, ut illi tribuatur. Scio ex æquitate, & forſitan ex juſtitia aliquid deberi ſubtili & ingenioſo expoſitori illi, quia quando admittitur ad talem expoſitionem, videtur intervenire tacitum pactum, & oneroſa promiſſio, ut ingenioſè exponenti aliquid conferatur, verùm hoc cõferri debet veluti extra ſortem, & ſine detrimento illius qui verè divinavit. Nec obſtat, quod ſæpe vidimus, adjudicatam fuiſſe papyrũ depictam, ſeu picturam ænigmatis exponenti in alieno ſenſu, cum detrimento veri conjectoris, ad quem etiam pictura illa ſpectabat. Quia vel id jam fit ex Academiæ conſuetudine legitimè præſcripta, vel ex conſenſu veri conjectoris cedentis rei ſibi debitæ parui momenti, vel inter regulares utente prælato jure ſuo ad diſponendum de rebus ſubditorum.

593 Tertia difficultas eſt, an poſtquam ænigma id loco edito exporrectum eſt, poſſit quis illud divinans inculcare alteri, ut hic manifeſtans ferat præmium? *Præmiũ aſſequens ænigmatis manifeſtator alienus.* Videtur negãdum 1. quia mens authoris, vel Academiæ proponentis eſt conferre præmium divinanti: qui autem dixit ex ſolo auditu, ſeu quia ab alio accepit, non divinavit. 2. Quia eodem modo ſe habet præmium ænigmatis atque poematis in litterario certamine: at nemo poteſt ferre præmium pro alieno poemate; ergo nec pro aliena notitia ænigmatis, qualis eſt accepta ab altero. Nihilominus mihi videtur longè verior affirmativa reſolutio. Fundatur, quia ænigma ſolet proponi omnibus divinare volentibus, & jam mos obtinuit ut qui exporrectum ænigma abſque fraude divinavit, poſſit id indicare alteri, ut hic manifeſtans, & exponens ferat præmium. Sunt enim perſonæ quandoque divinantes tãtæ authoritatis, ut meritò eas pudeat exponere, & ferre præmium, & malint indicare alicui laturo. Signum moris legitimè introducti eſt, quod id paſſim eveniat, videntibus & conſentientibus prælatis, nec repugnantibus oppoſitoribus. Vnde patet ad 1. pro parte negativa, quia juxta receptum morem, mens hodie conferentis præmium eſt, ut illud ferat quicunque

bona

bona fide habuit notitiam veram ænigmatis, ſive proprio Marte, ſive aliena induſtria comparatam. Ad 2. fatemur eodem modo ſe habere præmium ænigmatis, atque ſe habet præmium poematis in certamine, ſed quando oppoſitores non componunt ſeparati deſtinato loco: tunc enim ut ſupra diximus, poteſt quis ferre præmium pro alieno poemate, quod obtulit: & ſic in noſtro caſu pro aliena notitia, quam comparavit.

Ænigmatis notitia fraude extorta.

594 Ex quo magis patet id quod jam tetigimus num. 590. eum nempe qui bona fide notitiam ænigmatis comparavit, vel quia author aut pictor ſive incautè, ſive data opera illi nec exigenti, nec extorquẽti aperuit: vel quia forte in loco publico invenit papyrum, in qua continebatur ſignificatio ænigmatis, poſſe adhuc ſe opponere, & obtinere præmiũ. Quia æquum non eſt, ut notitia illa ſine vi, & dolo acquiſita, aut potius oblata talem hominẽ inhabilitet, reddatque deterioris conditionis, quàm reliquos. Si igitur quis poſt ænigma propoſitum poteſt accipere notitiam à divinitate, eaque conſequi præmium, etiam uti poterit notitia, quam bonâ fide accepit, antequam proponeretur. Quod ſi vi aut fraude extorſit notitiam, manet eo ipſo inhabilis ut ſe opponat, & præripiat alijs palmam, ut citato numero oſtendimus, & ulteriùs declaratur exemplo illius, qui

Littera injurioſè aperta.

injurioſè aperuit litteras, & earum occulta notitia uſus fuit in ſuum commodum, cum incõmodo alterius. V.g. ſi Sempronius aperuit litteras à Titio ad Caium miſſas, & ab illis intelligens vacaſſe beneficium in menſe Pontificis, Caium præveniens illud impetravit. Tũc enim (ut rectè docet Leſſius lib. 2. cap 12. num. 131.) ſi litteras illas ſuppreſſit, & ſero tradidit, ita ut Caius ſolicitare non poſſet, tenetur ad reſtitutionem, quanti ſpes Caij valebat, & ſi infallibiliter Caius obtenturus erat beneficium, tenebitur ad reſtituendum integrum beneficium. Quia per injuriam illud impedivit. Ergo ſimiliter in noſtro caſu notitiæ ænigmaticæ per vim, aut fraudem extortæ.

Præmiũ litterariũ in bonis quaſi caſtrẽſibus.

595 Quarta difficultas eſt, an præmiũ comparatum in ludo litterario, ſive per divinationem ænigmatis, ſive per compoſitionem optimi poematis, numerari debeat inter bona quaſi caſtrenſia, & eorum privilegijs frui? Nota ex Molina tom. 1. juſt. diſp. 131. init. & Leſſio lib. 2. cap. 4. n. 7. bona quaſi caſtrenſia ea eſſe, quæ cum caſtrẽſia non ſint, privilegium caſtrenſium eatenus ſaltem habent, quod jure pleno, etiam quoad uſumfructum & adminiſtrationem, ad filium familias, qui pubes ſit, pertineant. l. cum oportet in princ. Cod. de bonis quæ lib. Auth. presbyteros 1. C. de Epiſc. & cleric. & l. ult. C. de inoff. teſtam. Placet igitur affirmativa difficultatis reſolutio, quæ deſumitur ex citatis authoribus, deinde ex Navarro in manu. cap. 17. n. 142. & Sylveſtro v. peculium q. 1. Probatur, nam ex l. advocati C. de advocat. diverſ. judic, ex l. ult. C. de inoff. teſtam. & l. 2. tit. 2. par. 4. Theologi ac Iuriſtæ communi conſenſu docent ad bona quaſi Caſtrenſia ſpectare quidquid acquiritur profeſſione alicujus artis liberalis: ſed præmia illa collata ſive pro ænigmate, ſive pro poemate, cõparãtur profeſſione & exercitio Grãmaticæ, Rhetoricæ, vel Poeticæ, quæ sũt artes liberales; ergo ſpectant ad bona quaſi caſtrenſia. Confirmatur 1. quia non minorem rationem bonorum quaſi caſtrenſium habent illa præmia, quàm ſtipendia data magiſtris cujuſcũque artis liberalis, & propinæ quæ dantur graduaris in Academijs: ſed omnes conveniunt ſtipendia illa eſſe bona quaſi caſtrenſia, deinde propinas illas inter eadem bona numerari; tradit Molina diſ. 131. §. 2. ergo ſimiliter præmia. Confirmatur 2. quia apud eundem Molinam loco citato, in Ordinat. antiq. Luſitan. lib. 4. tit. 78. §. 1. habetur, quidquid filius acquirit per quemcumque actum de letradura, pertinere ad quaſi caſtrenſe peculium: & idem fere deciditur in ijſdem Ord. lib. 3. titulo 9. §. 3. nempe ſpectare ad quaſi caſtrenſe quidquid acquiritur militaribus, aut litterarijs actibus; ergo idem de præmio litterario dicendum eſt.

QVÆSTIO IV.

Licitæne ſint, & qualiter tragœdiæ in Academijs?

Tragœdia unde dicta, & quid.

596 Tragœdiæ nomen dedit hircus, Græce tragos, hoſtia ſacrata Baccho, cujus laudes initio tragœdiæ recitari ſolebant, & hircus tragœdis dabatur in præmium, juxta illud Horatij in poetica,

Carmine qui tragico vilẽ certavit ob hircum.

Tragœdiam definit Theophraſtus lib. 1. Art. poet. c. 6. Heroicæ fortunæ narrationem. Recentiùs Scaliger lib. 3. de poeſi, Imitationem illuſtris fortunæ exitu infelici, oratione gravi, metrica. Exactiſſimè definit eandem Ariſtot. in poet. Actionum ſeriarum & gravium imitationem, earum exitum ſuavi oratione complectẽtem: cujus quidem partes ſingulæ ſeorſim aptè exprimantur, omnes tamen eo tendant, ut metus & miſeratio in animis ingeneretur. Quãvis olim nomen tragœdiæ & comœdiæ foret promiſcuum, ac pro eodem uſurpatum, hodie tamen inter utranque diſcrimen multiplex intercedit: imprimis quòd comœdia res & caſus privatorum hominum, item amores, & ludicra deſcribat: in tragœdia introducantur heroes, duces, reges: item exilia, luctus, cædes: deinde comœdia exitum lætum ſortitur, tragœdia mæſ-

tum: denique inter ſe differunt eventis & exitu perſonarum, negotiorum & fortunarum qualitate, actione, ſtylo, & exhibendi modo: de quibus eruditè noſter Martinus Delrius in Syntag.

Tragœdia in Academijs.

597 Cum verò hujuſmodi comicæ, & tragicæ repræſentationes multum contineant eruditionis, illius præſertim quæ ad profeſſores humanioris, ac politioris litteraturæ ſpectat, videaturq; poſſe numerari inter litteraria exercitia, de quibus hactenus nobis ſermo fuit, diſcutim⁹ modò an licitè, honeſtè, & convenienter in Academijs exhibeantur? Pro parte negativa poſſunt hæc fieri argumenta. 1. ex authoritate, nam Solon & Gorgias viri ſapientes tragœdiam damnarunt: nam Theſpim, cum è plauſtris ædicularum in morem contextis, fabulas recitantem Solon audiſſet, inhibuit, ne amplius tragœdiam exhiberet, quòd mẽdacium inutile exiſtimaret, authoribus Plutarcho, & Laertio. Gorgias dictitare ſolebat tragœdiam eſſe deceptionem, qua quis alterum decepiſſet, & qui deceptus eſſet, ſapientior foret eo qui non eſſet deceptus. Fallit quippe tragœdia, dum tractat rem fictam, ſed adeo concinnè, ut veriſſima eſſe videatur. Cum igitur mendacium & deceptio mala ſint intrinſecè, & tragicæ repræſentationes ſine mendacio & deceptione exhiberi nequeant, nonquam licent.

Mendacia in tragœdijs.

Comœdiarum turpitudo.

598 2. Quia in hujuſmodi repræſentationibus multa fiunt ſpectantia ad naturam comœdiæ, vel tragœdiæ, quæ licere nequeunt. Imprimis in comœdijs repræſentantur amores, & quandoque res ita turpes, & ad Venerem provocantes, ut Sanch. lib. 9. Matr. diſp. 46. num. 40. Filliuc. tom. 2. tract. 5. in 6. præc. c. 10. Bonac. de Matr. q. 4. p. 9. n. 23. & Bapt. Fragoſ. 1. p. lib. 1. d. 2. §. 4. nu. 185. rectè doceant actores prædictarum repræſentationum peccare mortaliter, eſſeque in ſtatu damnationis: proindeque à S. Euchariſtia arcendos eſſe, donec à tali exercitio deſiſtant. Deinde tam in comœdijs, quàm in tragœdijs intervenit frequentiſſimè habitus diſparitas, ut nempe laicus habitum aſſumat clericalem, & monachalem, vir habitum muliebrem, & mulier virilem ſine ullo ſexus, & conditionis diſcrimine: hæc autem perverſio ſcandaloza eſt, & prohibita ſacris canonibus: nam Clem. 1. de elect. dicitur habitus diſparitatem vitandam eſſe, quia ſolet ſcandalum generare. Clem. 2. de vita & honeſt. dicitur ſi quis veſtibus proprio ordini congruentibus abjectis, alias aſſumat, & in publico portet, profeſſorum illius ordinis prærogativa reddi indignum. Addit Gloſ. ver. beneficio ad cap. tuarum de privil. laicos, qui portant religioſorum habitũ, tanquam falſarios puniri, & excommunicari. Denique Hermanus in medulla lib. 2. trac. 3. cap. 2. dub. 5. art. 2. n. 2. ex Diana p. 5. tract. 7. reſol. 32. damnat fœminam utentem veſte virili, & virum utentem veſte muliebri, ita ut quandoque propter hujuſmodi abuſum lethaliter, quandoque venialiter peccent.

Veſtium alienarũ uſus.

599 3. Quia licèt daremus neque comœdiam, neque tragœdiam continere in ſe ullam pravitatem, adhuc videtur non repræſentari convenienter in Academijs: & patet, quia tragœdia in ſe eſt res ingentis apparatus, & præexigit multas ac frequentiſſimas proluſiones magno tractu temporis antecedentis, quæ omnia mirum in modum turbant quietem ſcholaſticam, & avertunt à ſtudio litterarum tam profeſſores, quàm auditores optimarum facultatum, proindeque finis Academicus impeditur.

Nihilominus pars affirmativa cum moderationibus infra apponendis, nobis ſimpliciter arridet. Probatur 1. authoritate, quia olim plurimi dignitate graves, ſapientiaque præſtantes viri tragœdias compoſuere, eaſque in theatrum dedere. Plato cum juvenis lyricis, alijſque carminibus luſiſſet, maturior ſcripſit tragœdias. Euripedes ſic dictus, quòd natus fuerit eo die, quo in Euripo pugnatum eſt contra Xerxem, cum Platone in Ægyptum navigans, anno ætatis ſuæ 18. tragœdiam ſcribere cœpit. Iſocrates magiſter Theodectis, & Theopompi tragœdias docuit. Aſinius Pollio vir conſularis, qui triumphavit de Dalmatis, poſt multa oratoriè, & hiſtoricè edita, maturo calamo ad ſcribendas tragœdias ſe contulit. C. Mecænas eques Romanus, ab antiquo regum Hetruſcorum ſanguine natus, & Cæſari Auguſto familiaris intimus, oratoriæ primum operam dedit, deinde poeticæ, tandem ſcribendis tragœdijs. Ænnæus Seneca Hiſpanus prioris Senecæ Philoſophi frater, vel filius octo tragœdias, quæ circunferuntur, ea felicitate, & omnium plauſu compoſuit, ut olim quo quiſque plures verſus ex eis recitare poſſet, eo doctior eſſet. Tandem, ut infinitos alios omittam, S. Gregorius Nazianzenus Epiſcopus cognomento Theologus, ea authoritate (ut ferunt) inter ſuos, qua olim Pythagoras, cũ cecinerit triginta millia carminum, ſcripſit doctiſſimam de Chriſti ſervatoris morte tragœdiam; ergo ſine temeritate affirmari nequit illicitas eſſe comicas, & tragicas repræſentationes.

600 Probatur 2. ex communi praxi ſtudiorum generalium, in quibus non ſine doctiſſimorum, & probatæ vitæ hominum conſenſu tragœdiæ exhiberi ſolent, præſertim Romæ, Conimbricæ, & Eboræ. Quòd verò in hujuſmodi repræſentationes tã comicas, quàm tragicas poſſit cadere honeſtas, & fiant in Collegio Societatis, ſupponitur in Statutis Academiæ Eborenſis lib. 2. cap. 4. §. 4. his verbis. Nenhum eſtudante, nem ſeu criado poderà trazer meſcara, excepto em alguma repreſentação honeſta, como tragedia, comedia, ou outra

Repræſentationes honeſtæ.

„ outra ſemelhante no Collegio.

Probatur 3. ratione, quia ad Academiæ magnificentiam, ornatum, & pulchritudinem conducit omnigena varietas exercitiorum litterarum, etiamſi exercitium aliquod non tam pro utilitate addiſcendi, quàm pro celebranda ingenti aliqua ſolemnitate inſerviret: nam Reſpublica litteraria habet ſe inſtar Reipublicæ politicæ, in qua honeſtè tempore opportuno fiũt ludi, & exhibentur feſtivæ repræſentationes: atqui tragœdiæ eleganti metro compoſitæ recenſentur inter exercitia litteraria, ſiquidem plurimum continent artis, & humanioris litteraturæ: deinde valde juvant ad augendam magnam aliquam celebritatem, quæ v.g. fieret in alicujus Divi apotheoſi, vel magni alicujus Principis adventu; ergo cenſeri debent in Academijs licitæ & decentes.

601 Ex dictis facilè diluuntur argumẽta in oppoſitum. Ad 1. dicimus tragœdiam non eſſe in rigore mendacium, nec ex ſe ordinari ad decipiendum, cum ordinetur potiùs ad inſtruendum, & oblectandum, ſed à prædictis philoſophis dici mendacium, & deceptionem lato modo, quatenus continet fictionem, quæ poteſt eſſe utilis & honeſta, ſicut quæ datur in metaphoris, parabolis, & figuris. Ad 2. fatemur repræſentationes rerum turpium, & ad Venerem provocantium eſſe pravas, & damnandas: at neceſſe non eſt quod omnis comœdia, nedum tragœdia repræſentet res illas, cum poſſit repræſentare vel res indifferentes, vel etiam pias, ſanctas, & divino amore flagrantes, quæ proinde honeſtatẽ repræſentationi impẽdũt. Ad id quod afferebatur de diſparitate, & tranſmutatione habitus, reſpondemus eam ſolum eſſe pravam, ſcandaloſam, & prohibitam, quando fit abſque ulla cauſa, vel neceſſitate: ſi enim adſit neceſſitas, licet, ut docet Gloſ. ornatum in Clem. ne in agro, v. ſtatuimus, de ſtatu monach. Et quidem datur ſufficiens cauſa ut liceat in prædictis repræſentationibus talis mutatio, etiã aſſumpto habitu infidelium, ut tradit Azor tom. 1. lib. 8. cap. 27. q. 6. his verbis: Quo fit, ut in comœdijs, & tragœdijs, quæ populo exhibentur, liceat uti habitu infidelium, quantumlibet ſit peregrinæ, & vanæ religionis ſymbolum: quia tunc res agitur non ſerio, ſed ficta perſonarum repræſentatione: atque id eo ſenſu prudentes quoque ſpectatores, & auditores accipiunt, & interpretantur. Ad 3. quamvis verum ſit intermitti ſtudia, multumque intepeſcere tragicis tumultibus, & apparatibus, ob quam rationem in ſtudijs generalibus tragœdiæ non niſi raro, & magna urgente cauſa permitti debent, tamẽ offerre ſolet quandoque eventus talem opportunitatem in Academiæ emolumentum, quò abundè compenſetur ſtudiorum intermiſſio, & fervoris tepiditas.

Comœdiæ damnabiles

Habitus mutatio.

602 Rogabis 1. an die feſto liceat laborare præparando ad comœdiam, vel tragœdiam? Sermo eſt de labore ſervili, qualis erit v.g. tabulas portare, tabulatum efficere, vel quodcunque aliud artefactum. Vera igitur & communis reſolutio eſt affirmativa, quando illa præparatio, ſeu apparatus non potuit commodè præveniri. Ita Toletus lib. 4. Summæ cap. 25. §. quartus eſt. Sanchez lib. 5. conſil. cap. 2. dub. 18. num. 27. Suar. tom. 1. de Relig. lib. 2. de feſtis cap. 21. n. 8. Azor tom. 2. lib. 1. cap. 18. q. 5. & Fagundez in 1. præc. quinticalil lib. 1. cap. 24. n. 5. Ratio eſt, quia publica, & communis neceſſitas (ut omnes fatentur) excuſat ab hoc præcepto, ut nempe quis poſſit die feſto exercere ſervilia: ſed cum populus indigeat opportuna recreatione, & lætitia, quæ exhibetur per ludos publicos, & honeſtas repræſentationes, cenſetur dari neceſſitas ad operandum, & præparandum, ergo hæc ſufficiet, ut licitè fiat præparatio die feſto. Addit Fagundez loco citato, cum hujuſmodi operatio non ſit multum conjuncta cum divino cultu, non excuſari à lethali, qui de induſtria, ſciẽter, & advertenter dictam præparationem reſervavit in diem feſtum. Si vero (inquit) per oblivionem id factum fuerit, licitè fieri poterũt illa ſervilia opera die feſto, cum oblivio & incogitatio excuſet à peccato. Si per negligentiam, jam tunc fiet caſus neceſſitatis, & utilitatis publicæ, & licitè fieri poterunt in diè feſto, quamvis peccatum fuerit in negligentia.

Labore die feſto in præparatione tragœdiæ

603 Rogabis 2. Utrum tragœdiæ, & repræſentationes, quas diximus eſſe licitas, poſſint licitè fieri in templis? Poſſumus loqui vel de repræſentationibus rerum indifferentium, vel de repræſentationibus rerum ſpiritualium, & ſacrarum, put à paſſionis Chriſti, aut vitæ alicujus ſancti. Priores judico non poſſe licitè fieri in Eccleſijs. Quamvis enim illæ in ſe licitæ ſint, tamen propter feſtivos plauſos, acclamationes, & tumultus, quos afferunt, in templis nequeunt fieri cum decentia & reverentia. Multa enim ſunt licita quæ licitè in tẽplis haberi non poſſunt, v.g. convivia, negotiationes, & actus matrimoniales. Tota difficultas eſt de poſterioribus, ſcilicet quæ repræſentant res ſacras, & ſpirituales: in qua partem negantem tenent Gavantus in Enchir. Epiſc. v. repræſentationes ſacræ num. 1. Barb. de pot. Epiſcop. p. 2. alleg. 24. num. 25. & Zerola in praxi Epiſc. p. 1. v. repræſentatio. Probant, tum quia S. Carolus Borromæus in concil. 1. provin. prohibuit repræſentari Salvatoris paſſionem, tum quia nonnulli alij Epiſcopi præceperunt hujuſmodi repræſentationes nullibi fieri abſque eorum expreſſa facultate. Nihilominus dicendum eſt cum Tabiena v. ludus q. 4. Angelo v. eod. nu. 2. Sylveſtro ibid. q. 2. Sanchez lib. 1. conſ. cap. 8. dub. 24. num. 13. Diana p. 4. tract. 4. reſol. 154. & Pellizario tom. 1. tract. 8. cap. 5. ſect. 2. num. 81. poſſe hujuſmodi repræſentationes licitè fieri in Eccle-

Tragœdia in tẽplis

Eccleſijs, & regulares eis in proprijs Eccleſijs exhibere etiam contradicente ordinario. Conſtat ex praxi, & quia exhibitio talium repræſentationum non eſt de ſe mala, imò devotionem & pietatem excitat: neque regularibus prohiberi poteſt per Ordinarium, cum illi ſint exempti ab eo quoad perſonas, & quoad eccleſias proprias.

DISPVTATIO IV.

De armis, & armamentarijs Academicis, quæ ſunt libri, & bibliothecæ.

604 CVM hactenus egerimus de litteratijs exercitijs, quæ militiam quandam adumbrant, & militia quædam ſcholaſtica vocari poſſunt, non erit abs re, exhibere arma, ſeu libros, exponere armamentaria, ſeu bibliothecas, ex quibus libri depromuntur ad ſcholaſticam militiam exercendam. Agendum igitur nobis eſt de librorum neceſſitate, utilitate, impreſſione, evulgatione, prohibitione, privilegijs, regularium manuſcriptis, ac tandem de bibliothecis.

QUÆSTIO I.

Quid ſit liber, & quàm neceſſarius ſtudioſis?

Liber quid ſit. LIber, ſi in ſua proprietate, & primæva origine accipiatur, eſt genus corticis tenuius, ſeu pars corticis interior, quæ ligno adhæret, & in plures phyllitas dividi poteſt: cujuſmodi in Ægypto papyris detrahebantur, chartæque uſum præbebant, ut in illis veteres ſtylo litteras formarent. Erant igitur libri olim codices ex prædictis corticibus compacti, ſicut hodie ex multis folijs papyraceis. Dicuntur libri, quaſi liberi, ut loco filiorum in delicijs habeantur: nam Plato l.7. Epiſt. ſcitè dixit, Libros liberis chariores tanto eſſe oportere, quanto filij mentis præſtant filijs corporis. Aliquando liber ſumitur pro parte certa voluminis, aliquando pro integro volumine. Vt tamen hoc magis eluceſcat.

Volumen quid. Prima difficultas eſt, quodnam diſcrimen ponant Iuriſtæ inter librum & volumen? Ex mente Baldi l. hac edictali n.3. Guillel. Pontani num. 1. & Pariſ. num. 117. apertè deducitur in hoc differre librum à volumine, quòd liber ſignificat partem operis, volumen autem ſignificat univerſi operis collectionem multos ſub ſe libros continentem. Inſinuatur ab Vlpiano l. librorum §.2. de legat.3. cujus hæc ſunt verba: „ Si cui centum libri ſint legati, centum volu„ mina ei debemus: non centum quæ quis ingenio ſuo metitus eſt, quo magis ad libri Scripturam ſufficerent: ut putà, cum haberet Homerum totum in uno volumine, non quadraginta octo libros computamus, ſed univerſum Ho„ meri volumen pro libro accipiendum eſt. Ad quem locum Bart. ait, in dubio appellatione libri intelligi de uno volumine, non de libris numeralibus, per quos volumen dividitur. Laurent. Valla lib.6. elegan. cap.43. quanvis nobiſcum fateatur librum eſſe partem operis, ut opus Virgilij dividitur in duodecim libros, tamẽ exiſtimat volumen minus eſſe quàm librum, „ juxta illud Plinij junioris, Libri (inquit) tres „ in ſex volumina diviſi propter amplitudinẽ. Vnde in eo quòd Vlpianus dicat, ſi cui libri Homeri centum legati ſint, centum volumina operis integri præſtanda eſſe, dupliciter eum carpit, 1. quia uſurpat librum pro toto opere, cum ſit pars operis. 2. Quia ſupponit plus continere volumen quàm librum, cum juxta citatum Plinium, minùs contineat.

605 Alciatus lib.4. de verb. ſignif. n.24. & Mandoſius in proœm. regul. cancel. num. 5. Vlpianum defendunt ex eo quòd citato §. non agat de propria ſignificatione, ſed interpretetur verba teſtatoris ſecundum veriſimilem ejus mentem, qui (ut habetur l. non aliter §.1. ff. de legat. 3.) frequenter ſolet impropriè loqui. Hæc tamen ſolutio ſolum diluit primam difficultatem oppoſitam Vlpiano ſupponentem librum coincidere cum volumine: non tamen ſoluit ſecundam, quod volumen minus contineat quàm liber, cujus contrarium ſuppoſuit Vlpianus. Pro cujus vera ſolutione notandum eſt ex l. Sancimus C. de nupt. & proœmio Digeſti veris. §. & hos, juncta Gloſ. v. quorum, librum propriè ſignificare eam partem operis, quam author ipſius ſuo ingenio menſus eſt ad libri ſcripturam ſufficere: volumen verò ſignificare, vel totius operis compoſitionem, vel eam partem, quam librarius ſimul compegit gratia facilioris evolutionis, aut geſtationis. *Liber & volumen.* Exqui-

Obus

quibus rectè infert D. Petrus Barboſa ad 1. partem Rubricæ ff. ſolut. matrim. n. 8. quòd cum à verborum proprietate in dubio non ſit recedendum l. non aliter in prin. ff. de legat. 3. ſi teſtator legavit libros Homeri, intelligetur de libris, quos Homerus ad libri ſcripturam ſufficere putavit. Ita ſentit Paulus Iureconſ. lib. 3. recept. ſentent. cap. 6. ad fin. ubi ait librorum legatorū appellatione, non volumina chartarum, ſed ſcripturæ modum, qui certo fine concluditur, æſtimari. Quod ſtare poteſt cum l. librorum §. 2. ubi Vlpianus loquitur ſecundùm veriſimilem mentem teſtatoris, quam inde deduxit, quia teſtator habebat libros Homeri compaginatos in uno volumine, & ſic à conſuetudine teſtatoris, ejus voluntatem interpretatus eſt. Quod ſi in bonis teſtatoris nullum corpus Homeri reperiretur, proindeque ceſſaret conjectura, emendique forent per hæredem, ſtādum eſſet proprietati verborum. Similiter per contrarium, ſi teſtator ſingulos libros Homeri ſeorſim compaginatos haberet, tunc de ſingulis libris videretur intellexiſſe. Quia volumen ex genuinà ſignificatione totius operis compoſitionem importat; ex accidenti verò poteſt idem ſignificare quod liber, ſi contingat ſingulos libros in ſingula volumina compaginari, & ſic facilè intelligitur nobis non repugnare authoritatem Plinij junioris.

Libri & appellat. 606 Secunda difficultas eſt, quid apud juris profeſſores veniat librorum nomine? Librorum appellatione (ut videre eſt apud Auguſtin. Barb. tract. de appellat. verb. appel. 133.) continentur omnia volumina in quacunque materia ſcripta. l. librorum ff. de legata 3. Vbi in §. Si cui, ſtatuitur in dubio intelligi de uno volumine, non de libris numeralibus, per quos volumen diſtinguitur: & in §. Si Homeri decernitur quod libri appellatione in legato is continetur, prout invenitur in morte ipſius teſtatoris: & in §. Libris, quod non continentur ea, in quibus libri ſervantur, ut bibliotheca. Vide Bald. conſ. 284. Pater lib. 2. Roman. ſing. 503. Menoch. de præſump. lib. 4. tot. præſ. 127. Librorum prohibitorum appellatione in ordine ad excommunicationem incurrendam, venit liber hæretici etiam typis nondum excuſſus: at non venit epiſtola, neque concio, neque tractatus, cum ex communi uſu loquendi non dicatur liber. Ita Sanch. lib. 2. Decal. cap. 10. n. 29. Librorum ſuorum appellatione, in legato Doctoris habentis libros aliquos, quos ſolebat commodare ſcholaribus, non veniunt libri illi parati ſcholarium uſui, ut tenuit Batt. in l. cum in teſtamento ff. de auro & arg. legat. quem citat Menoch. de præſum. lib. 4. præſ. 162. n. 25. Legatum librorum, quos habebat tunc teſtator, non comprehendit libros deinde emptos, ut docent Roman. ſingul. 303. & Menoch. citat. præſump. 127. n. 15. addens n. 16. hæc ita extendi, ut habeat

Legatum librorum

locum, etiam quando teſtator in primo teſtamento reliquit, putà libros quos habebat, deinde emptis alijs multis, confecit aliud teſtamentum, in quo confirmavit primum quoad legata. Nam legata debent intelligi ſecundùm tempus teſtamenti, non verò ſecundùm tēpus mortis teſtatoris. l. ſi ita, & l. ult. ff. de auro & arg. legat.

Scriptura ſacra. 607 Tertia difficultas eſt, quinam liber dicatur ſacer, prout à prophanis diſtinctus, & quænam ſacra Scriptura? Cum libri ratione materiæ infinitam propè ſubeant diverſitatem, illa nobis tanquam præcipua occurrit, quæ libros dividit in ſacros, & non ſacros, ſeu prophanos. Igitur S. Scriptura quæ à Græcis dicitur Agyographia, ab Agyos idest Sanctus, & Graphia idest Scriptura, apud S. Hieronym. in prolog. Regum 1. appellatur teſtamentum, tum quia teſtamentum ſonat pactum; Vnde illud 1. Machab. 1. (Diſponamus teſtamentum cum gentibus,) & S. Scriptura eſt veluti pactum Dei initum cum hominibus de obſervanda lege, ut conſequantur vitam æternam: tum quia S. Scriptura hæreditatem confert ejus obſervatoribus: eſt autem teſtamentum, ut ait S. Ambroſ. 1. de Caim & Abel cap. 7. quo defertur bonorum hæreditas. Noſter Baſſadas lib. 1. cap. 1. aſſerit, ſicut mundus dividitur in regionē elementarem & cœleſtem, ita ſacrum volumen in vetus & novum teſtamentum; & applicat Veteri proprietates regionis elementaris; novo autem teſtamēto proprietates regionis cœleſtis. Vide Salas de legib. diſp. 12. ſect. 7. nu. 29. Libri ſacri cum veteris, tum novi teſtamenti, qui recipiendi, numerantur in Concil. Trident. ſeſſ. 4. de canonicis libris cap. 1. & ibi excommunicatione percutitur, libros ſacros, quos Tridentina Synodus ſuſcepit; ſi quis integros cum omnibus ſuis partibus, prout in Eccleſia legi conſueverunt, & in vulgata editione habentur, pro ſacris & canonicis non ſuſceperit. Rogabis obiter, an pro vitando urbis excidio liceat tradere libros ſacros tyranno minitanti excidium, ni tradantur? In partem negativam benè inclinat Leſſius lib. 2. juſt. cap. 9. num. 40. Subdit rationem his verbis: quia, neque in rebus ipſis eſt obligatio, ut tradi debeant: neque Deus tenetur ſuſtinere illam injuriam, ut homines non occidantur. Accedit, quòd in hujuſmodi tradendis ad imperium tyranni, ferè ſemper ſit periculum ſcandali publici: videtur enim proditio quædam rerum ſacrarum. De opuſculis ſanctorum Patrum, quæ in Eccleſia Catholica recipiuntur, agit Gelaſ. in Concilio habito Romæ cum 70. Epiſcopis, relatus à Gratiano cap. Sancta Romana diſt. 15. ad quem locum multa de authenticis & apocryphis libris Barb. tom. 5. Collect. Vide Petrum Greg. de Repub. lib. 12. cap. 6. & 7.

Libri ſacri.

608 Quod

Libri ſunt inſtrumenta litterarum.

608 Quod attinet ad alteram quæſtionis partem, de neceſſitate librorum, quantum hi ſtudioſis omnibus tam profeſſoribus quàm auditoribus ſint neceſſarij, ex eo perſpicuum eſt, quòd libri ſunt inſtrumenta litterarum, arma ſtudioſorum, & inter eorundem alimenta computentur. Eſſe inſtrumenta omninò requiſita ad ſcientias comparandas, tradit Suar. tom. 4. de Relig. tract. 10. lib. 5. cap. 3. num. 11. & probat ex Conſtitut. Societatis 4. p. cap. 6. §. 7. ubi decernitur ut in Collegijs ſit bibliotheca communis, & præterea habeat quiſque libros, qui neceſſarij fuerint. Eſſe arma ſtudioſorum, oſtendunt Menochius de arbitr. lib. 2. centur. 4. caſu 393. num. 74. Paris Puteus tract. de re milit. cap. Armipotens, in fine, & Rebuff. de privil. ſcholaſt. privileg. 119. ex quo provenit ut libri

Arma ſcholaſticorũ ſunt libri.

ſcholaſticorum non poſſint capi ex aliqua cauſa, etiam pro executione rei judicatæ, ſicut nec arma militum, Gloſ. ſing. in l. nepos Proculo ff. de verb. ſignif. habeantque multa alia privilegia, de quibus infra ſuo loco. Denique computari libros inter alimenta ſcholarium, affirmant

Alimẽta ſcholarium libri.

Lucius in privil. ſchol. priv. 2. verſ. minus, Tiraquel. de pia cauſa, in præf. verſic. Item relictum cauſa ſtudij, & Alfonſus de Eſcob. cap. 16. nu. 32. Ex quo deducitur ſententiam in cauſa librorum prolatam in favorem ſtudioſi non admittere appellationem, ut videre eſt apud Scacciam de appell. q. 17. limit. 7. & Rebuff. priv. 5. Cum verò nulla ars poſſit exerceri, nedum comparari ſine inſtrumentis, nullus miles poſſit pugnare ſine armis, & nemo vivere ſine alimentis, planè ſequitur libros per quàm neceſſarios eſſe ſtudioſo. Addo hujuſmodi neceſſitatem ſuaderi etiã ex hoc, quòd juxta Oldrad. conſ. 84. cum Doctor multis libris indigeat, ut ex illis veriora eligat, nullus Doctoris privilegio gaudebit, qui libros neceſſarios non habeat, ut ex Alex. ad Bart. in l. grammaticos 2. in fin. C. de profeſſ. & medicis lib. 10. & Gemin. in cap. quæ ipſis 38. diſt. docet Stephan. Gratian. tom. 1. diſcep. foren. cap. 186. n. 89.

Amor librorum.

609 Confirmatur 1. quia ob neceſſitatem, & utilitatem ſummam librorum, de qua Gloſ. in l. poſtquam ff. de pactis ſcholaſtici amare debent ſuos libros tanquam propriam uxorem, vel etiam ut corpus proprium, ut dicit Ioannes Faber in §. injuria Inſtit. de injurijs, & facit Gloſ. in l. illicitas §. illicitã ff. de offic. præſidis, ex quo provenit ut ſcriptores, & impreſſores librorum meritò ſint privilegiati. Confirmatur 2. quia ſcholaris non po-

Librorũ alienatio.

teſt vendere, nec alienare ſuos libros niſi urgẽte, & inevitabili neceſſitate: aliàs (ut inquit Rebuff. privil. 57. §. ult.) manet infamis infamia facti, ſicut miles qui arma alienat, qui etiam capite plecti debet l. deſertorem §. miles ff. de milita, Facit pro hac parte conſtitutio Benedicti cap. 8. §. prohibemus, de penſionibus ſtudentiũ, juxta quam teſte Rebuffo citato, religioſi alienantes libros, niſi pro utilioribus, vel pluribus emendis, & tunc de licentia ſuperioris, petita & obtenta, eo ipſo ſunt inhabiles per bíennium ad quodcunque beneficium obtinendum, & ab ſtudio ad ſuum clauſtrum revocantur, ut alij in illorum locum ſubrogentur, alijs pœnis ad prælati arbitrium commiſſis. Confirmatur 3. nam gravi pœna afficitur quicunque ab ſcholari libros aufert, & graviſſima, ſi ablatos comburat: Nam Rebuff. privil. 19. §. penult. teſtatur ſe vidiſſe aliquos ad ſuſpẽdium condemnatos, quia libros ſcholarium cremaverant, & fuiſſe ſententiam Tholoſæ confirmatam per areſtum anno Domini 1525. ſe legente in eadem urbe.

QUÆSTIO II.

Quanta ſit librorum præſtantia, & utilitas pro omnibus?

Librorum uſus.

610 Librorum præſtantia & utilitas non ita in confeſſo eſt apud omnes, ut nullus omninò extiterit, qui eam negaret. Multi enim ſummæ authoritatis viri libros, & eorum ſcriptores adeo inſectati ſunt, ut vel ipſos flammis dederint, vel ſaltem Theonino dente corroſerint. Conom Iſaurius Imperator (ut refert Zonaras tom. 3.) data opera bibliothecam Regum Cõſtantinopolitanam cum duodecim cuſtodibus ejus doctiſſimis combuſſit. In Alexandria Ægypti celeberrimam fuiſſe bibliothecam, olim in direptione à militibus auxiliarijs in cineres redactam, author eſt Gellius lib. 16. cap. 7. Imò in l. Mathematicos 11. C. de Epiſc. audient. jubentur cremari, volente

Libri pravi comburendi.

Epiſcopo, omnes libri improbatæ fidei, & perſeverantes in errore deportari: ut videre eſt apud Barboſam ibid. num. 1. & Suar. de Relig. tom. 1. lib. 2. de ſuperſt. cap. 15. num. 16. Et quidem planum eſt, dignos eſſe flammis, libros quoſdam perverſos, & exitiales, qui ad depravandos juvenum mores, & corrumpendam ſanam doctrinam eduntur, qualis ille, quem Maximinus Imperator Chriſtianorum hoſtis acerrimus voluit confingi de actis Chriſti apud Pilatum, refertum ſpurcitia atque libidine, & (ut ſcribit Euſebius lib. 9. hiſt. cap. 5.) per omnes Regni ſui provincias edicto mitti præcepit, per urbes ſingulas & vicos, imò etiam per agros ſpargi, & magiſtris puerorum tradi juſſit. Item crematione, vel ſaltem ablegatione digni ſunt, qui obſcena tractant. Hinc Lacedæmonij (ut ſcribit Valer. Max. lib. 6. c. 3.) libros Archilochi, e civitate ſua juſſerunt exportari, quòd continerent lectionem parum verecundam, & pudicam: noluerunt enim ea doctrina ſuorum

juvenum

juvenum animos imbui, ne plus moribus noceret, quàm ingenijs prodeſſet.

Scriptores optimi in quibus reprehenſi.

611 Accedit multa dari etiam in libris, quos ſummi viri, nobiliſſimique authores ſcripſerunt, ſevera animadverſione digniſſima, proindeque minùs proficua ſtudioſis. Hinc apud Petrum Gregor. lib. 17. Reip. cap. 8. à num. 3. quidã in Platone criminantur confuſionem: Athæneus lib. 11. c. 22. irridet libros ejus de Republica, & leges ibi latas, utpote ſcripta hominibus à ſe fictis. Theopõpus Chius cõplures ejus dialogos inutiles, & mendaces eſſe teſtatur, multos etiam alienos, nonnullos Antiſtenis, alioſque Heracleontici Bryſonis. Ariſtotelem quidam vocant ſepiam, illius (ut credo) ſugillantes obſcuritatem, inſtar atramẽti, quod ſepia circunquaque diffundit. Ciceroni nõ placet Demoſthenes, & quidem hujus orationem dixere invidi olere lucernã. Cicero ipſe, qui juxta Quintilianum vim Demoſthenis, Iſocratis jucunditatem, copiam Platonis effinxerat, non placuit omnibus ſuæ ætatis hominibus: cum à quibuſdam diceretur redundans nimium in petitionibus, in ſalibus aliquando frigidus, in cõpoſitionibus fractus, & elumbis. Trogo diſplicet Livius, cujus orationes damnat tanquã fictas, & imaginarias: certè Caligula Cæſar (ut ait Suetonius) parum obfuit, quin ſtatuas, & ſcripta Lucij ab omnibus bibliothecis amoverit, culpans eum tanquam verboſum, & negligentem in hiſtoria, cum ſuppreſſiſſet triumphos Romuli partos & habitos victoria Thuſcorum, quod in hiſtoria eſt genus falſitatis dignum abolitione authoris. Lenæus Pompeij Magni libertus Saluſtium, quòd de Pompeio illius patrono minùs rectè ſcripſerit, acerbiſſima ſatyra laceravit, eum appellans lurconem, nebulonem, popinonem, Catoniſque verborum ineruditiſſimum furem. Aſinius etiam Saluſtium affectatorem nuncupat. Quin tilianus Senecam irridet vocans calcem ſine arena. Virgilium carpunt alij velut uſurpatorem. Nec inſignes Iuriſtæ effugere calumniam: cum Azonem quidam dixerint agaſonem, Iuſtinianum analphabetum, Bartolum battum, & Baldum bardum. Ex quibus, & infinitis alijs, quæ prudens omitto, facilè conſtat multos eſſe libros omninò noxios ac inutiles, & illos etiam, quos antiquitas celebravit, & admirata eſt, non omninò utiles.

Librorũ utilitas.

612 His non obſtantibus, libros abſolutè eſſe ſummè utiles pro omnibus totius Reipublicæ Chriſtianæ, ſive politicæ, ſive litterariæ, & militaris, nemo ſui cõpos diffitebitur. Reſolutionẽ comprobat imprimis authoritas tũ illorũ, qui libros magni fecerũt, tum illorum, qui indefeſſo ſtudio ac labore innumeros libros pro ſtudioſorũ utilitate cõcinnarũt. Lucas in rub. C. de jure fiſci lib. 10. citat᷒ à Rebuff. priv. 43. quãti debeat fieri liber, quàm-
„ que ſit utilis, ſic deſcribit: Liber (inquit) eſt
„ templũ juſtitiæ, lumẽ cordis, ſpeculũ corpo-
„ ris, virtutũ repertorium, vitiorum cõfuſoriũ,
„ corona prudentũ, diadema ſapiẽtũ, honorifi-
„ cẽtia doctorũ, clarificẽtia rectorũ, comes iti-
„ neris, domeſticus fidelis; ſocius colloquẽtis,
„ collega præſidẽtis, vas plenum ſapiẽtiæ, via
„ recta eloquẽtiæ, hortus plenus fructib᷒, pra-
„ tũ fluẽs floribus, mare ſine fluctibus, princi-
„ piũ intelligẽtiæ, fundamẽtũ memoriæ, hoſtis
„ oblivionis. Hinc Plato, quàvis tenui admodũ pecunia fuerit, tãti fecit tres libros Philolai Pythagorici, ut eos decẽ millib᷒ denariorũ emiſſe feratur. Ariſtoteles (teſte Aulo Gellio lib. 3. c. 17) emiſſe dicitur paucos libros Speuſippi tribus talẽtis Atticis. Carolus Magnus (ut refert Crãzius lib. 2. de civit. Dei c. 8.) magnopere delectatus eſt libris S. Auguſtini, quos ſibi legi, & hiſtorias inter cænãdũ curabat. Deniq; Alphõſus Rex Aragoniæ (ut narrat Æneas Syl. in dict. ejuſd.) percõtanti, quinã forẽt optimi cõſiliarij, Mortui, reſpõdit, deſignans libros: ab his enim ſine metu, ſine gratia, quæ noſſe cupimus, fideliter audimus.

613 Quod attinet ad eos, qui pro ſtudentium utilitate, multis ſcribendis libris dederunt operam, Salomon (ut habetur 3. Reg. cap. 4. diſſeruit de jumentis, volucribus, reptilibus, piſcibus, & de omnibus lignis à cedro, quæ eſt in Libano, uſque ad hyſſopum: & (ut refert Ioſephus lib. 8. antiq. c. 2.) fertur ſcripſiſſe octo millia librorum. Didymus, teſte Suida, dicitur ultra tres mille quingẽtos libros compoſuiſſe, & ob lectionis ac ſcriptionis aſſiduitatem æneis inteſtinis præditus cognominatur. Mercurius Triſmegiſtus (ut refert Iamblicus) per viginti millia volumina fertur multa de divinis tradidiſſe. S. Hieronymus ad Pammachium teſtatur Origenem ſcripſiſſe in Eccleſia mille & amplius tractatus, & innumeros præterea edidiſſe commentarios, quos nec quiſpiam noſtrum (inquit) legere poſſet. Addit Iſidorus lib. 7. etymo. cap. 7. dictum Hieronymum faſſum ſe legiſſe ſex millia librorum Origenis. Noſtra vero ætate inter authores, qui plura ſcripſerunt, ſcimus numerari Baronium, Abulẽſem, Carthuſianũ, Farinaciũ, Menochiũ, Salmeronem, & Suarium: quibus omnib᷒ multum debent ſtudioſi ob ſummã utilitatem, quã ex ſuis libris doctiſſimis ceperunt.

Scriptores multorum librorum.

614 Reſolutionem inſuper firmat manifeſta ratio, quia nemo negabit optimas diſciplinas conſervare, ſanãmque doctrinam omnem retinere tum à Deo immediatè, tum ab hominibus traditam, maximàm afferre omni Reipublicæ utilitatem, tum pro hominum mentibus illuminandis, tum pro moribus componendis: In libris autem omnis optima diſciplina conſervatur, & omnis ſana doctrina retinetur. Et quantum valeant Libri

Libri utiles ad cõſervãdas diſciplinas.

(inquit Tiberius Decian. lib. 5. crimin. cap. 46. num. 6.) ad conſervandas diſciplinas receptas, exemplo eſt Piſiſtratus Athenienſis, qui hoc nomine maximè laudatur, quòd privato ſumptu libros liberalium artium omnibus legendos propoſuerit: & Lucullus apud Romanos, quòd bibliothecam non modò optimis compleverit libris, ſed publicè etiam patere voluerit. Quare inter ſaluberrimas admonitiones, quibus Baſilius Imperator filium ſuum Leonem inſtruxit, quæ circa librorum lectionem refertur à Barboſa de poteſt. Epiſc. p. 3. al-
,, leg. 90. n. 1. contemnenda non eſt. Per hiſto-
,, rias veteres (inquit) ire ne recuſes, ibi repe-
,, ries ſine labore, quæ alij cum labore colle-
,, gerunt, atque hinc hauries, & bonorum vir-
,, tutes, & improborum vitia: vitæ humanæ va-
,, rias mutationes, & rerum in ea cõverſiones,
,, mũdi hujus inſtabilitatẽ, & multorũ præcipi-
,, tes caſus: & ut verbo cõplectar, malorũ faci-
,, norũ pœnas, & bonorũ præmia, quorum illa
,, fugies, ne in divinæ juſtitiæ manus incidias:
,, hæc amplecteris, ut præmijs, quæ illa conſe-
,, quũtur, potiaris. Satis igitur perſpicua manet librorũ utilitas, tũ ad ſciẽtias hauriẽdas, tũ præcipuè ad vitam probatam agendam.

Librorũ utilitas laus.

615 Ad ea quæ pro parte cõtraria n. 16. o. & 611. afferebantur, facilè reſpõdetur, imprimis nõ omnes libros eſſe bonos, & utiles, neq; omnes pravos & noxios, ſed quoſdam bonos & utiles, quoſdã pravos & noxios: unde ſicut laude digni ſunt qui bonos & utiles amant atq; ſervãt, pravos autẽ cõburũt, vel reſpuũt, ita ſupplicio acerbiſſimo debent affici qui retentis pravis, vel in morũ perniciẽ diſſeminatis, cõtinẽtes ſanam doctrinam evertũt, & extinguũt. Ad id quod in ſũmis ſcriptoribus nõnulli culparũt, dicimus proniores eſſe homines ad optimorũ detractionẽ: cum lõgè proclivius ſit (inquit Dio Caſſ. lib. 36. hiſt.) alios reprehendere, quàm ſibi ipſi moderari, & temperare invidiã, qua multi flagrant, & obcæcantur. Nec officit utilitati librorum, quòd aliqui nonnulla habeant reprehenſione digna: quia (ut dicebat Plinius) nullus liber tam malus eſt, qui non aliqua ſui parte prodeſſe poſſit. Hinc factum, ut Pius V. Pontifex, dum apud ipſum quiſpiam magni valoris gemmas extolleret, manu in libros extenſa, dixerit; (En in his veræ gemmæ)

Librorũ multitudo an noceat.

616 Cum igitur pateat ex dictis utilitas librorum, ſupereſt adhuc paucis expedienda pulchra difficultas, ſit ne multitudo librorum ſcholaſtico utilis, an noxia? Eſſe noxiam videtur inſinuare Seneca lib. 2. de
,, tranquillit. cap. de vana gloria: Quo mi-
,, hi (inquit) innumerabiles libros, & biblio-
,, thecas, quorum dominus vix tota vita ſua in-
,, dices perlegit? Onerat diſcentem turba, non
,, inſtruit; multoque ſatius eſt te paucis autho-
,, bus tradere, quàm errare per multos. Accedit aliquorum ſtultitia, qui totam ſuam indu- duſtriam collocant in conquirendis, & coacervandis libris, quos nec ipſi legunt, nec ab alijs legi permittunt, inſtar canum hortularij, qui caules nõ comedunt, & alijs comedentib9 invident: & in ſola librorum multitudine ſibi complacent, quaſi inde ſe haberi doctos & admirandos eſſe credant. Hinc Lucianus Orat. contra indoc. lepidè irridet quendam, qui li-
,, brorum ſupellectile longa tumebat: Simia
,, (inquit) ſemper eſt ſimia, & ſi aureum cultum
,, portet, & ſemper indoctus qui multos libros
,, habet, & ſi tot ei ſint, quot Athenis in Italiã
,, Sylla advexit. Eſt deniq; pro hac ſententia celeberrimum illud, & optimum documẽtum, Eſto homo unius libri.

Librorũ copia utilis.

617 Pro parte contraria, ſcilicet copiam & multitudinem librorũ eſſe utilem, cõſtat ex illo quod tradit juriſconſultus
,, Paulus l. pen. ff. ad exhiben. ibi: Etiam ſtudio-
,, ſum alicujus doctrinæ, poſſe dicere, ſua in-
,, tereſſe illos, vel illos libros ſibi exhiberi, quia
,, ſi eſſent exhibiti, cum eos legiſſet, doctior &
,, melior futurus eſſet. Hujus rei videtur petẽda ratio à Plutarcho de educat. liber, qui libros inſtrumenta ſapientiæ appellat. & à Seneca de tranq. c. 9. qui vocat ſtudiorum inſtrumenta, & à Scaccia de appell. q. 17. limit. 6. mem. 2. n. 36. & limit. 7. num. 10. qui libros nuncupat alimẽta ingenij: cum enim omni artifici valde utilis ſit, & nunquam nocua multitudo inſtrumentorum, & cum adoleſcẽtis nutritionem copia alimentorum valde juvet, planè ſequitur multitudinem, & copiam librorum ſcholaſtico ad ſtudendum prodeſſe. Hinc S. Hieronym. Epiſt. 40.

Ingenij tarditas compenſatur ſtudio

,, Vtinam (inquit) tractatorum omnium vo-
,, lumina haberem, ut tarditatem ingenij eru-
,, ditionis diligentia compenſarem. Vide quæ de librorum copia ſcripſerunt Oldrad. conſil. 84. Horatius Lucius privil. 32. Gratian. diſcep. foren. cap. 186. num. fin. Rebuff. l. unica C. de ſent. quæ pro eo, & Petrus Greg. de Repub. lib. 16. cap. 6.

Studium multorũ librorum.

618 Vtraque propoſita ſententia, ſi rectè ponderetur, ſuam habet veritatem, quæ proinde in concordiam venire poteſt. Fatemur enim cum priori inutiles eſſe bibliothecas omnigena librorum copia refertas, ad quas nec dominus accedit, nec aliorum acceſſum permittit, hoc tamen evenit per accidens ex ſtultitia, vel avaritia recondentis, ſicut eveniret auro, & argento terris abdito, cum ex ſe tam liber, quàm aurum utilitatem contineant. Fatemur deinde copiam librorum poſſe quandoque nocere tam doctis, quàm indoctis, ſive doctrina pravâ inficiendo, ſive multa & indigeſta obruendo ingenium: hoc tamen eſt per accidens, ad quod vitandum requiritur maturũ judicium, & diſ-

diſcretio in libris legendis. Neque enim omnes libri omnibus competunt: & ſunt ingenia quæ per ſe nequeunt pleraque concipere, quæ cum malè decoquant, nec intelligant, convertunt in ſui perniciem; etiam alioquin utiliſſima, ut de Epiſtolis Divi Pauli, & alijs ſcripturis per indoctos non intelligentes depravatis dixit Sanctus Petrus 2. Epiſt. cap. fin. Explicatur ſimilitudine, nam ſunt ægri ſtomacho tam invalido, ac debili, ut panem, & eſcas ſuaviſſimas, ac ſanis perquàm utiles in morbi incrementum convertant; Sicut ex iiſdem floribus apes mel, araneæ venenum pro naturæ diverſitate conficiunt. Sint igitur docti ſtudioſi ſicut apes (& in hoc ſenſu poſterior ſententia arridet) qui oblata omnigena librorum tanquam pratorum varietate, floribus inſidant varijs, è quibus dulces colligant ſuccos, quos ſpiritu ſuo mutent, digerant, ac in propriam ſubſtantiam transforment. Moneo tamen pium & ſtudioſum lectorem, quando in tanta multitudine librum aliquem offenderit ſuſpectum, ita illum percurrat, ut non omninò ei fidat, ſed tali ſe gerat cautione, & metu, quali tenetur, qui incedit per itinera de latronibus, aut excipulis ſuſpecta. Illud documentum, (Eſto homo unius libri) ita intelligo, ut vel competat ſolis tyronibus, ut pote vix capacibus unius libri, illius nēpe quē magiſter exponit, vel ſi aptetur viris doctis, in his ſolum habeat locum, quando vir doctus librum aliquem integrè perlegendum, aut memoriæ mandandum ſibi proponit, ut quandiu in hoc ſtudio detinetur, ad libros alios non divertatur.

QVÆSTIO III.

Qualiter librorum impreſſio poſſit licitè, & utiliter fieri?

619 QVanta ſit librorum, ſive optimorum utilitas, ſive peſſimorum nocumentū, ex quæſtionibus proximè diſcuſſis ſatis notū eſt, ex quibus gradū facim⁹ ad hāc tertiam, in qua nobis erit ſermo de impreſſione, medio ſanè unico, vel ſaltem utiliſſimo, ut librorum utilitas diffundatur, aut eadem ſu divetſis & innumeris voluminibus reperita proſit omnibus. Typographiam, artem mirabiliter utilem, & utiliter mirabilem, quis invenerit, diſſidium eſt apud Petrum Gregor. de Repub. lib. 16. c. 3. n. 22. Sabellicus Enneade 10. lib. 6. illam ait ſumpſiſſe initium à ſcriptura. Munſterus lib. 6. refert illius invētorē fuiſſe Moguntiæ Ioannem Fauſtum, quem Germanum vocant, cum Petro Schæfero. P. Appianus 2. par. Coſmog. ad ann. 1453. & Iacobus Vvimpfelingius in Epitome German. cap. 65. dicūt Ioānem Guttembergum Argētinēſem, impreſſoriam artem, novum ſcribendi genus, primum excogitaſſe anno Domini 1440. in urbe Argentinenſi; inde autem venientem Moguntiam, eam feliciter perfeciſſe. Nonnulli autem hoc inventum tribuunt Petro Fauſtino Moguntino, & referunt ad annum 1452. Verùm Paulus Iovius prædictis omnibus videtur denegare hanc gloriam, quatenus ſcribit typographiam à Cataynis Indiæ populis per Scytas & Moſcos ad nos perveniſſe.

Typographia utilis artis repertor.

620 Cum verò æquè utilis ſit impreſſio librorum continentium ſanam doctrinam, atque eſt noxia impreſſio eorum, qui pravam, & corruptam continent, jure optimo pro non imprimendis peſſimis, quales ſūt hæretici, eſt ſevera Eccleſiæ prohibitio, pro cautela omnium eſt etiam prohibitio ne imprimantur abſque legitima ſuperiorum facultate. Quod attinet ad priorem prohibitionem, in prima clauſula Bullæ Cœnæ, quam latè exponunt Sanchez de fide lib. 2. Decal. cap. 10. Suar. de fide diſp. 22. ſect. 2. num. 24. Lugo de fide diſput. 24. à num. 90. Fagundez t. præc. Decal. lib. 1. capit. 14. à num. 34. excommunicantur hæreticorum libros hæreſim continentes, vel de religione tractantes qui ſcienter imprimant. Ex quibus patet ad incurrendam hujuſmodi cenſuram debere concurrere quatuor. 1. quòd res imprimenda ſit liber. 2. quòd talis liber ſit alicujus hæretici. 3. quòd aliquam hæreſim contineat, vel ſaltem de religione tractet. 4. quòd interveniat actio imprimandi. Circa hæc requiſita exponenda graves inſurgunt difficultates, quas ſeorſim expediemus.

Impreſſionis librorum hæreticorum prohibitio.

621 Prima difficultas eſt, an epiſtola, vel concio hæretici veniat nomine libri in hac prohibitione, ut cenſuram incurrat, qui illam impreſſerit, & ſic de legente, vel retinente? Affirmant Vgolin. de cenſur. Papæ reſer. p. 2. cap. 1. num. 2. Suar. de fide diſp. 20. ſect. 2. num. 10. Megala in 3. part. lib. 3. cap. 1. numero 55. & Farinac. de hæreſi quæſt. 180. num. 30. Probant 1. quia licèt hujuſmodi lex utpote pœnalis, videatur odioſa, eſt tamen valde favorabilis, cum cedat in favorem fidei, & defenſionem fidelium; ergo potiùs extendi, quàm reſtringi debet. 2. Quia in epiſtolis & concionibus militat eadem prohibitionis ratio, quæ in libris, imò maior, cum ſit maius periculum, quò magis latenter & facilè divulgantur epiſtolæ, & conciones, quàm libri. 3. Quia apud Caſtrum Palaum infra citandum extat reſponſio Cardinalium Congreg. Concil. Trident. qui ſtatuerunt decretum Concilij ſeſſ. 4. circa editionem librorum, comprehendere etiam annotatio-

Libri nomine quid veniat in prohibitione.

tationes, lectiones, conciones, diſputationes, & ſimilia.

621 Negandum tamen eſt cum Sanchez citato cap. 10. num. 29. Cardinali de Lugo de fide diſp. 21. num. 33. Duardo, Bonacina, quos citat & ſequitur Caſtro Palaus tom. 1. tract. 4. diſp. 2. punct. 10. §. 1. nu. 5. Souſa, Pottel, Layman, quos refert, & approbare videtur Diana p. 1. tract. de Bulla Cruciatæ reſol. 34. & nos ita reſolvimus ſupra numero 606. Probatur, nam verba legis pœnalis accipi debent in ſua proprietate: ſed in illa clauſula Bullæ Cænæ, ſolum fit mentio de libris: in communi autem ſermone neque Epiſtola, neque concio appellatur liber. Confirmatur à ſimili, quia ut teſtatur Azor tom. 1. lib. 8. cap. 17. quæſt. 4. in fine, uſus declaravit non contineri parvas ſcripturas ſub decreto Tridentini ſeſſ. 4. ubi prohibet libros ſine authoris nomine imprimere: ergo ſimiliter ita declarandum eſt in prohibitione Bullæ.

Ad primum pro parte affirmativa, dicimus quanvis finis ultimus prædictæ legis ſit favor fidei, materia tamen immediata & proxima eſt odioſa, utpote pœna imprimentis, legentis, vel retinentis, atque adeo in pœnis mitior fieri debet interpretatio. Verùm quanvis demus legem eſſe ſimpliciter favorabilem, adhuc à proprietate ſermonis recedendum nõ eſt, ut nempe epiſtola, vel concio pro libro accipiatur. Ad 2. negatur antecedens, quia libri magis permanenter nocent, ac proinde majori jure prohibentur: deinde in pœnis non fit extenſio ad caſum diverſum, etiam ſi militet eadem ratio, ut in materia de legibus eſt communis doctrina. Ad 3. fatemur optimam & aptam fuiſſe reſponſionem Cardin. S. Congreg. concil. Quia decretum illud factum fuit à Tridentino pro obſervantia decreti Concilij Lateranenſis ſub Leone X. ſeſſ. x. ut ex ipſo Tridentino patet; in Lateranenſi autem decretum exprimebat non ſolum libros, ſed quancunque aliam ſcripturam. At in Bulla Cænæ, de cujus prohibitione & cenſura procedit noſtra ſententia, ſolum de libris fit mentio, nec datur confirmatio alicujus conſtitutionis antiquæ exprimentis aliam ſcripturam. Secùs erit ſi Epiſtola, vel contio ita amplæ ſint, ut attingant libri menſuram.

Hæreticus author libri

622 Secunda difficultas eſt circa authorem hæreticum, qualis nempe eſſe debeat, ut procedat prohibitio, & incurratur cenſura. Conveniunt theologi 1. hic nõ cõprehẽdi hæreticum, qui compoſuit librum antequam laberetur in hæreſim, qualis Henricus VIII. Angliæ Rex ſcripſit librum de Sacramẽtis pro defenſione fidei, cujus originale ſervatur hodie in bibliotheca Vaticana. Conveniũt 2. non comprehendi libros infidelium nõ baptizatorum: quia hi hæretici non ſunt, cum à fide poſt ſuſceptum baptiſmum non defecerint. Conveniunt 3. non comprehendi fragmenta, quæ hæretici compoſuerunt, prout reperiuntur apud authores catholicos, ut refutentur.

Dubitant 1. an cenſura illa comprehendat authorem hæreticum, qui nondum de hæreſi damnatus eſt? Videtur negare Graffis 1. part. deciſ. lib. 4. cap. 18. à num. 40. & 43. ubi dicit neceſſarium eſſe, ut liber ſit hæretici condemnati. Oppoſitum tamen eſt tenendum cum Sanch. cit. num. 24. Suario ſect. 2. num. 11. & Palao citato num. 1. Probatur manifeſtè ex contextu Bullæ; nam ibi excommunicantur omnes hæretici, & quicunque illorum libros legentes, tenentes, imprimentes: cum igitur prohibeantur ibi libri eorum, qui immediatè ante ob hæreſim cenſura feriuntur, & excommunicatio illa certiſſimè innodet omnes hæreticos etiam non denunciatos, ſequitur quòd eorum libri etiam prohibeantur, modo legenti, aut imprimenti conſtet eſſe hæreticum talem authorem. Et in hoc ſenſu exponit Sanchez Graffum, ita ut intelligat hæreticum damnatum, vel ſententia juridica, vel certitudine morali.

623 Dubitant 2. an dicta prohibitio comprehendat ritualia Græcorum, & aliorum ſchiſmaticorum? Partem negantem defendunt Azor tom. 1. lib. 8. cap. 16. q. 8. Sanch. n. 27. & Farin. de hæreſi q. 180. n. 0. quia tales titus ab Eccleſia Latina nõ ſunt tanquam hæretici reprobati. Partem affirmantem tenẽt Suar. num. 12. & Palaus num. 1. Probant, quia authores talium librorum ſunt hæretici, libri illi rituales de religione tractant, & continent nonnullos errores contra fidem: nam rituale Græcum fuit olim Vrbano VIII. oblatum, & ipſius juſſu ab erroribus, qui irrepſerant, prævio maturo examine expurgatum eſt. Vtraque hæc oppoſita pars rectè componitur, & conciliatur à Lugone de fide diſput. 21. num. 43. Nam libri rituales, de quibus dubitatur, ſunt in duplici differentia: alij enim pro fundendis precibus ſunt editi à Lutheranis, & Calviniſtis, & hi procul dubio cadunt ſub prohibitionem, cum ſint libri hæreticorum, & agant de religione. Alij ſunt libri rituales, quibus hæretici, & ſchiſmatici utuntur, quos non conſtat fuiſſe compoſitos ab illis poſt hæreſim, aut ſchiſma, ſed potius creduntur antiqui ab Apoſtolis, vel patribus derivati, etſi tempore hæreſis, vel ſchiſmatis nonnullos errores admiſerint: & hi quidem non cenſentur comprehendi in Bulla Cænæ. Quia liber ab hæretico corruptus & vitiatus, non dicitur ab illo cõpoſitus.

Schiſmaticorum libri rituales.

624 Dubitant 3. dicẽdusne ſit in Ordin. ad dictã prohibitionẽ liber authoris hæretici, vel

Liber cũ textu hæretici, & commentarijs catholicis. vel catholici, quando ipſe coaleſcit ex textu hæretici, & commentarius catholici, vel è contra? Pater Hurtado diſput. 76. ſect. 8. §. 303. & 304. hanc tradit regulam. Si (inquit) liber hæretici habeat Gloſſas, & commentaria Catholici, dicta prohibitione comprehendatur: ſi autem liber ſit catholici, hoc eſt habens textum factum à catholico cum ſcholijs & commentarijs hæretici, diſtingnendũ eſt: nam commentarius tunc aliquando talis eſt, ut non poſſit commodè à textu ſeparari, quia v. g. litteram explanat, & hic liber non comprehenditur, utpote nomen habens ab authore ſolum catholico, etiamſi Gloſſa textum excedat. Aliquando vero commentarius poteſt cõmodè à textu ſeparari, quia commentator occaſione textum à textu captata, quaſdam diſputationes, & quæſtiooes inſtituit, in quo evẽtu liber eſt hæretici, proindeq; ſimpliciter cõprehenſus. Hanc regulam benè rejicit, & multis impugnat Lugo à num. 47. Alia via incedunt *Author libri quis.* Sanchez num. 28. Souſa in expoſit. Bullæ Cænæ, & Diana p. 1. tract. de Cruciata reſol. 32. negantes librum eſſe hæretici, & prohibitione comprehenſum, quando catholicus compoſuit textum, & hæreticus commentatus eſt, quanvis commentarij textum excedant, quaſi ſolus ſit author libri, qui textum concinauit.

Mihi tamen magis arrident Suarius citat. ſect. 2. num. 13, & tom. de cenſur. diſp. 21. ſect. 2. num. 10. & Lugo cit. num. 47. conſentientes in hoc: ſi liber (inquiunt) æquè primo, & communi conſilio compoſitus ſit ab authore catholico & hæretico, vel à communitate conſtante ex catholicis & hæreticis, comprehenditur hac prohibitione, quia verificatur habere authorem hæreticum, quanvis non ſolum. Idem procedit ſi liber ſit hæretici, cum ſcholijs catholici? ſecus verò ſi liber ſit catholici cum ſcholijs hæretici, niſi ſcholia talia ſint, ut maiorem partem libri conficiant. Quare ſi textus authoris catholici non excedat commentarium hæretici, ita ut maior pars trahat ad ſe minorem, liber ille reputabitur authoris hæretici.

625 Tertia difficultas eſt, quid ſit tractare de religione? Conveniunt citati authores Sanch. n. 21. Suar. ſect. 2. de fide n. 16. & Lugo num. 50. eum librum de religione tractare, qui per ſe, ſeu ex inſtituto complectitur ſacram doctrinam, ſive exponat ſacram Theologiam ſcholaſticam, aut poſitivam, interpretando ſacram Scripturam, ſive contineat caſus conſcientiæ, conciones, aut quævis alia ad cultum Dei, vel ſanctorum, vel ſalutem animarum pertinentia. Inſuper de religione cenſentur tractare qui agũt de clericis, monachis, item de moribus Chriſtianis, & de jure canonico, vel de ritibus Eccleſiaſticis: non autem de moribus politicis, de Philoſophia, & inferioribus artibus: non item de jure civili, ut rectè contra Hurtadum citat. diſput. 76. §. 304. arguit Lugo citat. num. 50. Quia leges merè civiles, & tractatus legiſticus, v. g. de uſufructu, de officio prætoris, de ſuitatibus, & ſimiles nihil cum religione commune habent. Maius dubium eſt, an requiratur ad cenſuram incurrendam, quòd totus liber de religione tractet? Conveniunt omnes requiri quòd ex profeſſo agat de rebus ſpectantibus ad religionem. Nam tractare in rigore non eſt obiter, ſed ex inſtituto agere. Ad quod non omnino poſtulatur argumentum libri de religione. Sãchez enim n. 34. affirmat ſufficere ad incurrendam cenſuram, quòd liber ita notabiliter agat de religione, ut prudens arbitrator judicet illum ex profeſſo, & non obiter tractare. Parum diſſonat Suar. num. 16. dicit librum debere ex inſtituto de religione tractare, ita ut per ſe contineat ſacram doctrinam. Addit Lugo n. 52. Suarium exponens, quando dicitur requiri ad hanc cenſuram, ut tractetur per ſe, & ex inſtituto de religione, non debere eſſe ſenſum, quòd illa tractatio per ſe pertineat ad inſtitutum, & argumentum illius libri, ſed quòd per ſe pertineat ad ſermonem inſtitutum in illa libri parte, quæ tamen pars non ſit brevis digreſſio ab inſtituto ſermone, ſed in qua de religione inſtituatur ſermo. Quare ſi hæreticus (inquit) librum ſcribat de gubernatione politica, in qua tractet de non permittendis otioſis, ſi ibi titulum inſcribat de non permittẽdis religioſis mẽdicantibus, qui ex alieno vivãt, dicetur verè tractare de religione.

626 Rogabis 1. an liber, quem compoſuit hæreticus de ſuperſtitionibus, vel magicis artibus, cenſeatur tractare de religione? Affirmant Suarez dicta ſect. 2. nu. 16. & Sanch. num. 32. Quia tam ſuperſtitio, quàm magia adverſatur religioni: & contrariorum eadem eſt ratio. Diſtinguendum tamen arbitror cum Cardinali de Lugo diſp. 21. de fide nu. 54. ita ut ſi hæreticus componens librum tractet de ſuperſtitionibus vel magia ſub ſpecie religionis, quaſi virtus in illis ſit ex Deo, comprehendatur liber prohibitione utpote verè tractans de religione: ſi autem de illis tractet ſupponens & profitens magiæ virtutes eſſe à dæmone, & ſolum tradat quibus ſignis & pactis dæmon invocandus ſit, & auxilium præſtet, nullamque hæreſim contineat, quanvis aliunde ſit prohibitus, tamen hanc prohibitionem Bullæ Cœnæ evadet. Sicut ſi prohibeatur liber tractans de juſtitia, non adeo cenſetur prohibitus tractans de arte ingenioſè furandi. *Magia libr.*

Rogabis 2. Vtrum quando opus hæretici de religione non tractat, eſtque diviſum duplici, vel triplici volumine, & in ſolo uno continet hæreſim, cenſeantur prohibita om-

omnia per dictam clauſulam Bullæ? Negat Sãchez num.36. ex Vgolino cap.1. id intelligens quando tomi verè diviſi ſunt, etiamſi aliquis per accidens in eodem tomo compaginet. Hanc doctrinam approbat Suar. cit. num. 9. quando tomi ſunt ita diſtincti, ut tractent omninò de diverſis argumentis, nec ullam habeãt inter ſe connexionem: ſecus ſi uterque tomus ſit ejuſdem argumenti cum connexione inter ſe: quia tunc uterque eſt pars operis de religione tractantis. Hanc approbationem & diſtinctionem Suarij rectè temperat Lugo n. 58. ut non ſemper ſufficiat connexio operis totius præciſé accepta, ut hæreſis unius tomi vitiet quodammodo, & reddat prohibitos omnes alios tomos, qui nec hæreſim continent, nec tractant de religione, quando ſinguli tomi ita moraliter ſe habent, ut poſſint per ſe ſubſiſtere, quales v.g. tomi Baronij: at ſufficiat ut omnes tomi reddantur prohibiti, quando ita ſe haberent, ut nullus ſine alijs poſſet ſubſiſtere, ſeu eſſe utilis, quod cernitur v. g. in Theſauro linguæ Latinæ in plures tomos diviſo, & in Breviario in partem hyemalem, & æſtivalem diſtributo.

Imprimẽtes contra prohibitionem Bullæ Cœnæ.

627 Quarta difficultas eſt, qualeſnam actiones circa impreſſioné in prædicta clauſula Bullæ ſub cenſura prohibeantur? Vt in clauſula exprimitur, Imprimentes hos libros cenſura dicta feriuntur. Nomine autem imprimentium, qui veniant ad hunc effectum, rectè docent Saytus tom.1. theſauri lib.3. cap.5. n.17. Graffis lib.4. deciſ. aur. 1. p. cap.18. nu.50. Sanch. tom.1. Decal. lib.2. cap.10. num.57. & Santarellus de hæreſ. cap.13. dub. unico nu.18. ſcilicet venire omnes qui ad impreſſionem proximè concurrunt, quales ſunt dominus officinæ, cujus authoritate liber typis mandatur, omnes qui typos ordinant, vel ordinatos atramento attingunt, qui chartas madefaciunt, vel madefactas torculari ſupponunt, item qui torcularia premunt. Nam hi omnes in rigore dicuntur imprimere: & quanvis officinæ dominus per alios imprimat, hoc eſt verè imprimere, cùm totũ impreſſionis negotium ad ipſum propriiſſimè ſpectet. E contra conveniunt citati authores prædicta cenſura non percuti illos, qui ad impreſſionem concurrunt valde remotè, per accidens, & non tanquam officij ejuſdem ſocij: quales ſunt v.g. qui vendunt characteres æneos, papyrum, atramentum, & reliqua impreſſioni neceſſaria: quanvis aliunde ut hæreticorum fautores poſſint incurrere.

Correctores impreſſionis.

628 Dubitabis 1. an ſupradicta excõmunicatione feriantur correctores exemplaris impreſſi? Affirmant Graffis. Sayrus apud Sanch. cit. item Palaus cit. §.2. num.13. & Hurtadus diſput. 76. §.ult. Quia licèt illi ſolum videantur inſpicere id quod jam impreſſum eſt, hæc tamen actio ordinatur, & juvat ut iterum correctum imprimatur. Negandum tamen eſt cum Vgolino, Sanchez, & Suario citatis, quos ſequitur Lugo num. 92. & Fagundez 1. præc. Decal. lib.1. cap.14. num.36. Quia corrigere eſt actio, quæ operi impreſſionis nimis extrinſecè ſe habet: & pœnæ intra vocabuli proprietatem contineri, & non extendi debent. Notat verò Fagund. citato loco, ſi correctores illi partem notabilem libri legerint, incurrere cenſuram impoſitam legentibus, idque toties quoties legerint.

Expenſas libri faciens.

629 Dubitabis 2. an incurrat cenſuram imprimẽtiũ, ille qui expẽſas impreſſionis confert? Affirmat Sayrus apud Sanchez n.57. Negant Sanch. ibid. Suar. Palaus cit. & Lugo n.91. qui tamen loquitur cum limitatione, modò is non ſit author libri: nam ſi (inquit) ſit author, & cõducat typographi operas, communiter dicitur imprimere. Secus ſi nec ſit author, nec impreſſionem procuret, ſed authori non habenti, & petenti expenſas ſubminiſtret.

Authorj libri.

Dubitabis 3. pro complemento præcedentis reſolutionis, utrum qui mandat librum imprimi, ſiue ſit author, ſive non, comprehendatur hac cenſura? Affirmant ex Vgolino Sanch. nu. 57. & Suar. n.24. Quia ille communi loquendi modo dicitur imprimere. Negativa tamẽ pars mihi videtur probabilis, quam abſolutè defendit Fagund. citatus n.37. Quia neque libri author, neque qui mandat librum imprimi eſt impreſſor. Quanvis autem communi uſu dicantur imprimere authores librorum, hæc locutio eſt impropria ad hũc effectum: cum mẽs Summi Pontificis ſit ferire cenſura ſolos impreſſores: authores enim, cum hæretici ſint, aliunde alia, & pœnis alijs afficiuntur. Dubitabis 4. an comprehendantur dicta clauſula tranſcribentes librum? Affirmant Palaus cit. §.2. n. 15. nam qui tranſcribunt in ordine ad impreſſionem, verè legunt, & retinent librum. Verùm quidquid ſit de lectione, & retentione, quarũ actionũ prohibitio à nobis expedietur quæſt. ſequenti, tranſcriptio nimium remotè ſe habet ad impreſſionem, ut hujus prohibitione comprehendatur.

Tranſcriptio libri.

Impreſſio librorum quã facultatẽ exigat.

630 Quod attinet ad poſterioré prohibitionem, ſcilicet pro cautela, ne libri quicunque imprimantur abſque facultate ſuperiorum, Summus Pont. Leo X. conſtit. 12. incip. Inter ſolicitudines, anno 1515. ne edantur libri aliquid religioni, aut bonis moribus adverſum continentes, vetat libros, & alias ſcripturas in Vrbe imprimi abſque examine, & approbatione in ſcriptis ſui Vicarij, & ſui Palatij Apoſtolici Magni Magiſtri §.1. & 2. & in alijs diœceſibus Epiſcopi, & Inquiſitorum hæreticæ pravitatis. dict. §.2. Contrarium præſumentes ſententiam excommunicationis incurrũt, per annum ab exercitio imprimendi ſuſpendũtur, centum ducatos fabricæ S. Petri de Vrbe

per-

perſoluunt, & amittunt libros; qui publicè cõburuntur. §.3. creſcente eorum contumacia ſupradicti Vicarius Vrbe & Epiſcopi alibi pœnas augeant. §.4. Poſtea Tridentinum ſeſſ.4. edidit decretum contra imprimentes, & mandantes imprimi, vendentes, & apud ſe retinentes libros de rebus ſacris tractãtes ſine nomine authoris, ſine approbatione Ordinarij, & ſi authores regulares fuerint, ultra Ordinarij approbationem, requiritur etiam proprij ſuperioris recognitio, & licentia, de quibus Suar. tom. 5. in 3.p. diſp.23.ſect.7. Lauor de Indulg. p.2.cap.13.num..1, Cambar.de caſib.reſerv.cap. 13.num.2. Covar. lib.4.Var.cap.17. Azor inſtit. moral.tom.1.lib.8.cap.17.q.1. Reginal.in praxi fori pœnit. lib.19. cap.13. & multi alij quos cõgerit Barb.de poteſt.Epiſc.p.3. Alleg.50.n.240. & Alleg.90.n.12. ubi ait licentiam in ſcriptis eſſe habendam, excommunicationem verò ibi poſitam eſſe reſervatam Epiſcopo, niſi tales libri eſſent hæreticorum, quia tunc Papæ reſervatur. De ſpeciali licentia regularium ad imprimendum, dicemus quæſt.5.

Nota ultra prædictas licentias ſcilicet Inquiſitionis, & Ordinarij, & ſi author libri ſit regularis, ſuorum ſuperiurum, non poſſe in Luſitania prælo mandari librum aliquem abſque facultate Regis, ut habetur In Ordin. lib.5. tit. 102. (Que ſe não imprimão livros ſem licença delRey.) De quo vide Emman, Barb. ibid. Quali autem jure Principes ſæculares prohibeant ne in ſua ditione imprimantur libri perſonarũ Eccleſiaſticarum, etiam regularium, niſi præhabita ipſorum approbatione? Benè reſpondet Pelliza tract.6. cap.4.n.8. id facere jure defenſionis, ne ulla doctrina ſeditioſa contra pacem, & bonum publicum ſeminetur.

QVÆSTIO IV.

Qualiter ſe habeat librorum prohibitio: & circa quas actiones?

631 PRoſequimur adhuc explicationem prohibitionis, quæ eſt in prima clauſula Bullæ Cænæ, & quidẽ ſolemnior, obiter dicturi de alijs minùs ſolemnibus. Cum verò multa quæ circa prohibitam impreſſionẽ diximus, militent in alijs actionibus, facile erit quæ ſuperſunt, quadruplici difficultate complecti, ut planè innoteſcat, quas perſonas prohibitio obliget, ad quas actiones extendatur, quibus pœnis coerceat, & quænam ſint perſonæ, quæ ſuo privilegio hujuſmodi prohibitionem evadant.

Prima difficultas eſt, quænam perſonæ obligētur hac prohibitione? Certùm eſt ligari tam prohibitione, quàm cenſura omnes præter Summum Pontificem. Qua in Bulla illi ſoli excipiuntur, qui à Sede Apoſtolica facultatem obtinuerint. Vnde etiam hæreticus (ut docent Sanch. lib.2. Decal. cap.10.n.37. & Suar. de fide d.20.ſect.2. n.26.) qui ſuum illum prohibitum librum legerit, aut retinuerit, incurret Bullæ hanc cenſuram, ultra illam aliam, qua ligatur prout hæreticus eſt. Dubitatur 1. an poſſit licitè talem librum legere, qui de ſeipſo ſecurus eſt, quòd libri lectio ei non nocebit, ſed potiùs fortaſſe proderit? Affirmant aliqui, quia hæc lex fundatur in præſumptione, & timore periculi, cum verò ceſſet periculum, videtur ceſſare præſumptio, proindeque legis ratio, & conſequenter prohibitio. Negandum tamen eſt cum Azorio tom.1. lib.8. c.16.q.6. Bellano diſp.18. dub.11.n.180. Sanch.n.24. & Suar.n.27. Ratio eſt, quia lex illa fundatur in timore periculi communis, quod nunquam ceſſare poteſt, quanvis ceſſet in particulari. Deinde lex non ceſſat ceſſante illius ratione negativè, niſi etiã ceſſet contrariè, vt exponit Lugo de fide diſp. 21. à num.63. addens num.66. ſi caſus talis ſit, ut maius bonum fidei, & eccleſiæ putetur quòd talis in hac opportunitate legat, licere hujuſmodi lectionem ceſſante lege pro tunc. Accedit, legem illam non habere ſolùm pro ratione periculum damni lectoribus imminentis, ſed etiam punitionem hæretici: quæ ratio ex hac parte ceſſare nequit.

Librorũ prohibitio quas perſonas obliget.

632 Dubitatur 2. an libri hac Bulla prohibiti poſſint legi licitè in Germania, Anglia, & alijs locis, in quibus imporẽter graſſatur hæreſis? Affirmãt aliqui apud Dianam 1.p. tract. de Bulla Cruciata reſol.35. quatenus negant Bullam Cænæ omnibus locis obligare. Hurtado cit. diſp.76. §.306. & 307. quãvis fateatur Bullam Cænæ ubique obligare, dicit tamen illos, quibus incumbit fidei propagatio, poſſe & debere legere in provincijs hæreticorum, eorum libros, ad eos impugnandos: quia in his ceſſat contrariè finis legis, cum maius fidei damnum emergeret, non data tali lectione. Nihilominus, facta ſuppoſitione, quòd in illis locis obliget Bulla Cænæ, rectiùs Suar. num.27. Azor tom.1. lib.8.c.16.q.6. & Sanch. num. 41. dicunt neminem etiam in illis locis abſque facultate Pontificis poſſe legere dictos libros, quanvis intuitu impugnandi illorum errores. Addunt tamen ſi vrgeat ſubita neceſſitas, & ſit periculum in mora, eſſe locum epicheiæ pro illa vice. Quo eventu (addit Lugo num.69.) petenda eſſet licentia ab Epiſcopo, & ipſe deberet eam concedere. Hoc autem intelligo quando ad Epiſcopum pateret acceſſus, & de Epiſcopo concedente pro tempore urgentis neceſſitatis, quandiu Summus Pontifex, cui facultas illa reſervata eſt, adiri nequit.

Digitized by Google

Legentem librū hæretici.

633 Secunda difficultas eſt, ad quas actiones extendatur dicta prohibitio, & cenſura? Conſtat excommunicatione Bullæ Cœnæ percuti hæreticorum libros hæreſim continentes, vel de religione tractantes, ſine authoritate Sedis Apoſtolicæ ſcienter legẽtes, retinentes, imprimentes, ſeu quomodolibet defendentes ex quavis cauſa publicè, vel occultè, quovis ingenio, vel colore. Iam egimus q. 3. de actione imprimendi, & de conditionibus requiſitis, ut actiones cenſeantur prohibitæ. Expediemus modò paucis actiones legendi, retinendi, & defendendi. Quoad actionem legendi, dubitatur 1. quid intelligatur per legentes? & poteſt eſſe dubitatio in duplici eventu, 1. quando quis nihil ore recitans viſu ſolo percurrit, & mente percipit, quæ in libro continentur. 2. quando nihil tunc ex libro hauriens voce recitat verba ipſius libri, quæ olim memoriter didicit. In priori eventu conveniunt omnes cum Sanch. n. 41. Suar. num. 18. & Palao cit. p. 10. §. 2. num. 2. illum incurrere cenſuram. Quia illa actio externa pertinens ad viſum eſt vera, & propria lectio, ut ſumitur ex l. 3. §. ſi dubitetur ff. quemadm. teſtam. aper. ubi dicitur quòd (inſpectio) tabularum teſtamenti, ſignificat lectionem. In poſteriori eventu idem procedere, tenet Graſſis apud Sanch. num. 47. & ex parte conſentit Sayrus apud eundem: Sed utrunque rectè impugnat Sanchez citatus, & huic aſſentitur Suar. Nam qui memoriter recitat, non dicitur legere: imò ſolemus dicere de aliquo ex memoria feliciter recitante, eum ita facile ac firmiter recitare, ac ſi legeret.

Audiens legentem an dicatur legere.

634 Dubitatur 2. an cenſeatur legere ad incurrendam hanc cẽſuram impoſitam legentibus, qui legentem audit? Azor tom. 1. lib. 8. cap. 16. q. 4. Sayrus in theſau. caſuum tom. 1. lib. 3. cap. 5. num. 14. Graſſis 1. p. deciſ. lib. 4. cap. 18. num. 45. & Hurtad. cit. diſp. 76. §. 310. affirmant incurrere, ſi ipſe ſit cauſa lectionis conſilio, mandato, ſuaſione, precibus, vel alio modo; ſecus ſi nullo modo ſit cauſa. Quia in primo eventu legit moraliter per alium, in ſecundo nullo modo legit. Hæc diſtinctio diſplicet Suario num. 19. aſſerenti in utroque caſu cenſuram incurri. Nihilominus mihi videtur ſatis probabile in neutro caſu cenſuram incurri. Ita ſentiunt Portel, Souſa & alij quos affert, & ſequitur Diana p. 1. tract. de Cruciata reſol. 34. Filliucius, Bonac. Durand. Farinac. quos affert, & ſequitur Palaus cit. num. 4. Ita etiam Sanch. num. 50. quem pro contraria opinione malè citat Hurt. cit. §. 310. Ratio eſt, quia audiens ſive legentem inducat, ſive non inducat, verè non legit: lex autem imponens pœnam facienti (ut cum communi tradit Sanch. lib. 3. Matrim. diſp. 42. num. 2.) non comprehendit mandantes, neque conſulẽtes, niſi id exprimat.

635 Dubitatur 3. an incurrat cenſuram latam contra legentes, qui legit dictos libros lingua ſibi ignota, quam nullo modo intelligit? Affirmant Megala in 3. p. lib. 3. c. 1. num. 45. & Bonacina diſp. 2. de cenſur. q. 5. p. 4. nu. 14. Negandum tamen eſt cum reliquis omnibus. Sanch. num. 51. Suar. num. 18. Palao §. 2. num. 2. Filliucio tractat. 22. cap. 7. num. 207. & Hurtado ubi ſupra §. 308. Quia Bulla ſolum prohibet lectionem formalem, & hæc non conſiſtit in ſolo viſu characterum, ſed includit etiam perceptionem verborum, & ſignificationis ſcripturæ, quæ viſu percurritur. Quid ſi quis ignorans legat, & alter intelligens audiat: Benè reſpondet Lugo num. 81. ex Hurtado §. 311. & Suario num. 19. neutrum incurrere cenſuram: quia neuter legit illa lectione prohibita: & quanvis videatur lex illudi, caſus eſt rarus, qui fere nunquam ad praxim reducetur. *Legens & non intelligens.*

636 Dubitatur 4. an detur parvitas materiæ in hac lectione? Negant Vgolin. In explic. Bullæ Cœnæ verſ. ad eorundem libros §. 2. & Toletus lib. 2. cap. 19. cum dicant ſufficere unam lineam legere, ut incurratur cenſura. Vera tamen & communis ſententia eſt dari materiæ parvitatem: quanvis in ea deſignanda varient authores apud Dianam 5. p. tract. 5. reſol. 42. Lugonem de fide d. 21. nu. 82. Nam Azor tom. 1. lib. 8. cap. 16. q. 3. dicit materiam parvam eſſe pauca verba legere. Hurtad. cit. diſp. 76. ſect. 8. §. 311. affirmat non comprehendi legentem unam vel alteram lineam. Suarez num. 20. ait excuſari lectionem paucarum linearum. Graſſis & Merolla excuſant legẽtem tres, vel quatuor lineas. Sayrus apud Dianam citatum, & Palaus citat. §. 2. num. 6. extendunt ad decem lineas. Sanchez cit. cap. 10. num. 31. extendit ad unam paginam libri, quem vocat Hiſpanè (de marca mayor) cui ſententiæ poſtea adhæſerunt Duardus, Filliucius, Layman, & Portel citati à Diana 1. p. de Bulla Cruciat. reſol. 30. Hanc tanquam communiter reputatam laxionem nõ approbat Lugo num. 82. ſed quid medium inter illam, & decem lineas ſupra aſſignatas, quod adhuc meritò relinquit arbitrio prudentis, ut ponderentur circunſtantiæ, & alia. Quid ſi quis legat paucas lineas libri hæretici, in quibus tamen ſcit contineri hæreſim? Apud Dianam p. 5. tract. 5. reſol. 42. Duardus, & Reginaldus negant excuſari: ipſe tamen Diana cum Merolla excuſari affirmant. Quia legens præciſam hæreſim abſque ulla probatione non ſe exponit periculo illam inbibendi. Lugo n. 83. judicat utranque opinionem practicè probabilem, ſed ſpeculativè inclinat in priorem: & meritò. Quia pars illa libri, in qua eſt hæreſis, æquivalet multis, & continet ſubſtantiam veneni, atque adeo videtur ſufficere ad quantitatem gravem. *Materiæ parvitas in legendis libris prohibitis.*

Retentio libri hæretici.

637 Quoad aliam actionem retinendi librum hæretici, explicandum imprimis eſt, qui nam cenſeantur retinere, ut cenſuram incurrant. Et quidem ſufficere habere talem librum, ſive in ſua domo, ſive in aliena, tam ſuo, quàm alieno nomine, rectè docent Vgolin. de cenſur. Papæ reſerv. 2. p. verbo Aut retinentes num. 3. Sayrus tom. 1. Theſau. lib. 3. cap. 5. num. 16. Graffis 1. p. deciſ. aur. lib. 4. cap. 18. num. 48. & Fagun. præc. 1. Decal. lib. 1. cap. 14. num. 31. Quia ſive cauſa ſui, ſive cauſa aliorum illos retineant, verè retinere dicuntur. Vnde non excuſatur, qui habet librum ab alio commodatum, vel datum in cuſtodiam, vel animo nunquam legendi, ſed ob præciſum bibliothecæ ornatum; imò & ipſe bibliopola ignarus idiomatis quo liber ſcriptus eſt, ſi habeat ad vendendum, vel compaginandum, vel alio quovis fine. His omnibus Fagund. citat. num. 31. addit aromatarium, qui talem librum retinet eo tantum fine, ut aromata, vel ſcombros ſuos obvolvat. Lugo num. 84. excuſat ſervum qui habet in cuſtodia libros domini ſui habentis facultatem eos legendi & retinendi. Quia tunc dominus eſt qui retinet. Vide Sanch. num. 52. Suar. num. 21. Hurtad. §. 12. & Palaum §. 2. à num. 7.

Parvitas materiæ in retentione libri.

638 Maior dubitatio eſt, an detur parvitas materiæ tum ex parte libri retenti, tum in retentione ipſa, ſeu tempore, quo liber retinetur? Circa primum, ſeu illum, qui retinet non totum librum, ſed aliquam ejus partem, certum eſt non incurrere cenſuram, qui retinet duas, vel tres lineas, quas ſine culpa gravi poſſet legere. An verò in ordine ad retentionem reputari valeat materia parva, quæ nō eſſet parva in ordine ad lectionem? Negat Lugo num. 85. quaſi maius periculum ſit in retentione, quàm in lectione; quia in retentione datur occaſio, ut legatur à pluribus. Affirmandum tamen eſt cum Sanch. num. 54. qui putat non ſufficere ad hanc cenſuram retentionem unius folij. Quia minùs lædit retentio, quàm lectio, ut per ſe patet. Illud quòd affert Lugo de maiori periculo in retentione propter occaſionem datam pluribus ad legendum, non arguit maiorem, imò nec æqualem læſionem; quia tale periculum, & occaſio remotiùs lædunt, quàm ipſa lectio. Circa ſecundum, an detur parvitas in tempore, & duratione retentionis: Certum eſt 1. nullam eſſe culpam retinere, quandiu expectatur opportunitas ad librum tradendum Inquiſitoribus. Certum eſt 2. dari parvitatem materiæ in duratione retentionis, excuſantem à mortali. Sanch. num. 55. Diana p. 1. tract. de Cruciata reſol. 30. fine, & Lugo num. 86. fine. pro exemplo talis parvitatis afferunt retinere per unam, vel alteram diem. Rogabis, an qui habuit animum retinendi longo tempore, & ſic peccavit graviter, evadat hanc cenſuram, ſi mutato animo tradat librum Inquiſitori ante biduum? Affirmant Palaus citatus n. 11. & cum varijs Diana parte 5. dicto tract. 5. reſol. 43. Quia ad cenſuram incurrendam nō ſufficit affectus, ſed requiritur effectus poſitus. Hæc ſententia probabilis eſt, & ut talis defenditur à Lugone citato num. 88. qui tamen ibidem meritò defendit tanquam probabiliorem oppoſitam, ſcilicet incurri cenſuram, quamvis poſtea mutato animo, reſtituatur liber. Patet à ſimili, nam ſi alicubi furtum reſervetur, & cenſura puniatur, nec reſervationem, nec cenſuram evadet qui furetur cum animo non reſtituendi, etiamſi poſt breviſſimum tempus, v. g. unius horæ, aut quadrantis mutato animo reſtituat: de quo latè idem Lugo tom. 1. juſt. diſp. 8. ſect. 2. n. 22. Quia illa ablatio notabilis quantitatis cum animo non reddendi, in ſe eſt grave nocumentum, cum ut ſic contineat grave periculum nullius reſtitutionis. Ergo idem dicendum eſt in caſu retentionis libri prohibiti.

Furtum reſervatum.

Defenſio libri hæretici.

639 Quoad ultimam actionem (defendendi) ſatis exprimitur in 1. clauſula Bullæ Cænæ percelli excommunicatione defendentes ſcienter, ſive publicè, ſive occultè prædictos hæreticorum libros, quavis cauſa, & quovis quæſito colore. Ex quibus patet 1. incurrere illam cenſuram, qui affirmaret tales libros eſſe bonos, vel Reipublicæ utiles, & non comburendos: item qui ratione & modo aliquo impediret ne ad manus Inquiſitorum venirent. Ita Vgolin. citat. 2. p. cap. 1. Sayrus tom. 1. Theſau. lib. 3. cap. 5. num. 18. Toletus in Bulla Cænæ excom. 1. num. 26. & Sanch. lib. 2. Decal. cap. 10. num. 58. Quia ille revera defenderet. Patet 2. incurrere, qui componeret apologias, quibus tueretur tales libros, quamvis id faceret in occulto, domi ſuæ omnem ſcripturam ita apud ſe retinens, ut nunquam prodiret in publicum. Ita Vgolin. & Sanch. cit. Quia Bulla excommunicat publicè, vel occultè defendentem. Secus, ſi quis animo alieno ab hæreſi, & nullo audiente diceret (Hic liber optimus eſt.) Patet 3. incurrere, qui ſolius diſputationis, vel inquirendæ veritatis gratia libros defenderet. Ita Sanch. num. 58. & Vivald. in candelab. p. 2. excom. 1. num. 11. Quia Bulla expreſsè habet, (Quovis quæſito colore, & ingenio.) Secus, ſi quis defenderet quod catholicum eſt in tali libro, non ut in eo contentum: item ſi laudaret authoris ingenium, vel ſtylum, ſed nō tuendo opus, ne combureretur.

Animus defendendi.

640 Rogabis 1. an incurrat qui diceret, (Ego volo hunc librum defendere,) quin ulteriùs progrederetur? Affirmant Palaus cit. num. 4. & Lugo num. 99. Quia illa ſignificatio voluntatis eſt defenſio, cum retrahat impugnare volentes, ex eo quòd videant librum ſub patrono munitum. Mitiùs tamen, & qui-

Digitized by Google

& quidem veriùs loquuntur Sanch. num.58. & Farinac.de hereſi q. 180.num.12. quatenus negant incurrere: quia id non eſt defendere, ſed ſolum oſtendere animum defendendi: pœnæ autem & rigores non ſunt extendendi. Secus verò (inquiunt) eſſet, ſi ille jam in procinctu foret, & provocaret ad certamen: quia talis præparatio, & provocatio jam eſſet defenſio. Rogabis 2. an incurrat dictam excõmunicationẽ, qui apud Sedem Apoſtolicã cõſulit, & procurat, ne dictus liber ponatur in indice librorũ prohibitorũ? Videtur affirmãdum ex dictis: quia, ſi vera defenſio eſt impedire ne liber cõburatur, & extirpetur, etiam erit defenſio impedire ne prohibeatur. Et hoc verum eſt, ſi quis abſolutè, & in totum procuraret impedire illius prohibitionem. Notat tamen benè Lugo num.100. poſſe evenire, ut in his vel illis circunſtantijs ſint rationabiles cauſæ differendi prohibitionem, in quibus ſicut Pontifex poteſt diſſimulare, & differre prohibitionem, ita alius poteſt ſine peccato & cenſura talem diſſimulationem, & dilationem conſulere, atque procurare.

Pœnę cõtra legentẽ libros hæreticos

641 Tertia difficultas eſt, quænam ſint, & qualiter ſe habeant pœnæ, quibus coercentur legentes, vel habentes hæreticorum libros? Prima & præcipua pœna eſt excommunicatio maior Papæ reſervata in Bulla Cœnæ, quam non incurrit niſi qui ſcienter legit, vel retinet, vel defendit librum, quem ſcit eſſe authoris hæretici, & continere hæreſim, vel tractare de religione. Vnde conveniũt Suar.num.17. Sanch.num.38. & Lugo num.101. excuſare ab hac cenſura ignorantiam etiam culpabilem, & craſſam, qua ignoratur authorem eſſe hæreticum, quidquid ſit de ignorantia, vel cognitione authoris in particulari. An verò ignorantia affectata excuſet? Lugo num. 102. & 103. multum laborat in carpendo Sancium, & Palaum, eoſque arguendo inconſtantiæ, & incohærentiæ in hoc puncto: ipſe verò num.104. putat ignorantiam non temerariam, ſed tamen affectatam excuſare ab hac cenſura. Quia undecunque ignorantia proveniat, ſciẽtiam tollit.

Secunda pœna eſt, quòd prædicti ſiunt ſuſpecti de hæreſi. Hæc autem ſolum ſpectat ad forum externum, in quo præcipuè dubitatur, an qui prædictos libros legunt, & retinent, ſint ſuſpecti leviter an vehementer de hæreſi, & qualiter poſſint torqueri ac puniri? Hujus tamen dubij reſolutio tota pendet ex varijs circunſtantijs, & judicis arbitrio, de quo Palaus tract.4.d.2.pun.10. §.4. & Diana par.4. tract.7. reſol.6. Tertia pœna eſt, quòd prædicti, præſertim imprimentes, ſcribentes, tranſportantes hæreticorum libros, aliquando habeantur pro fautoribus hæreticorum. Et de hac procedunt omnia quæ diximus quæſtione præcedenti.

Rogabis 1. an excuſetur qui librum propria authoritate comburit? Affirmant Zanchinus tract. de hæreticis cap.7.num.7. Filliucius tract. 16. cap.3.num.45. apud Dianam 1.p. tract.de Cruciata reſol.37. qui eam ſententiam probabilem judicat. Et quidem vera eſt, ſi intelligatur de excuſatione à cenſura poſita contra retinẽtes: nam comburens eo ipſo non retinet. Si igitur antea non retinuerat, eam cenſuram evadet. At non evadet aliam excommunicationem, quæ hodie datur, ſeu impoſita eſt contra non trãdentes illos libros Inquiſitoribus, ut videre eſt apud Suar.num.13. Sanch.num.56. & Hurtad. diſp.76. §.312. Rogabis 2. an incurrant excommunicationem qui legunt vel retinent alios libros prohibitos, qui vel hæreticorum nõ ſunt, vel nec hæreſim continent, aut de religione nõ tractant? Affirmativa reſolutio conſtat tum ex edictis varijs Inquiſitorum, tum ex Pio IV. in Bulla relata ante Indicem librorum prohibitorum: de quibus Palaus dict.pun.10. §.1. n.2. & 7. & Lugo n.108.

Librum comburẽs ne tradat

642 Quarta difficultas eſt, quiſnam poſſit dare facultatem legendi dictos libros hæreticorum, & quinam de facto illam habeant? Quoad 1. certum eſt non poſſe Epiſcopum concedere talem licentiam. Nam S. Pontifex in Bulla Cœnæ eam ſibi expreſſè reſervat per illam clauſulam: (Sine authoritate noſtra, & Sedis Apoſtolicæ ſcienter legentes.) Ita ſentiunt Emman.Roter. in addit. ad Bullam Cruciatæ §.9.num.68. Azor tom.1.lib.8. cap. 16.q.7. Navar.rom.1.conſil.tit.de conſtit.cõſ.1. q.36. & Sanch.lib.2.Decal.cap.10. num.43. ubi rectè hoc intelligit extra caſum neceſſitatis. Nam in caſibus neceſſitatis Epiſcopus caſus habet Pontificios. Ex quo benè deducunt Graſſis 1.p.deciſion. aur.lib.4.cap.18.num. 46. Sãch. cit.num.43. & Azor cit. q.12. nec Inquiſitores poſſe hanc facultatem dare, niſi ad id habeant expreſſum indultum. Dubium eſt, an id poſſit Collegium eminentiſſ. Cardinalium Sede vacante? Affirmat Vgolin.de caſib.reſerv. 2.part. verbo Ac eorundem libros §.1.num.1. verſic.2. Quia Collegium illud ſuccedit in omnem Põtificis juriſdictionem, ſicut ſuccedit in juriſdictionem Epiſcopi capitulum Sede vacãte. Negãdum tamẽ eſt cum Sylveſtro v.electio 3. q.3. D.Antonino 3.p.tit.21.cap.2.§.9. & Sãch.n.44. Sumitur ex cap. Vbi periculum de elect. ubi ſtatuitur ut dictum Collegium nullatenus ſe in aliam cauſam intromittat, quàm in electionem Põtificis, niſi tam evidens periculum inſtaret, ut omnibus, & ſingulis Cardinalibus videretur ei celeriter occurrendum. Deinde in Clemẽt. Ne Romani, de elect. §.1. decernitur irritum & inane fore quidquid poteſtatis, aut juriſdictionis exercuerit, pertinẽtis ad Summũ Põtificem, niſi quatenus illi cõceditur dicto capite. Vt igitur poſſit dari talis facultas, requiri-

Legendi libros prohibitos facultas.

tur periculum evidens, & omnes Cardinales in hoc judicando eſſe conformes: quod nũquam eveniet.

Autores prohibitos legere an poſſint Inquiſitores.

643 Quod 2. de habentibus legendi facultatem, certum eſt, quòd circa libros, qui non ſunt aliunde prohibiti, niſi ab ipſis Inquiſitoribus, poſſint dare licentiam illos legendi, & eos legere, qui poſſunt auferre prohibitiones. Tota difficultas eſt circa libros hæreticorum, an poſſint Inquiſitores eos legere jure ſui officij? Affirmant Vgolin, Penna, Farinacius, Graffis, & alij, quos citat, & ſequitur Palaus tom. 1. tract. 4. diſp. 2. pun. 10. §. 3. num. 2. Quia ut teſtatur Santarellus apud Fagund. in 1. præc. Decal. lib. 1. cap. 14. num. 48. Emin. Cardinales & Inquiſitores habent talem facultatem conceſſam à Pio IV. per Conſtitutionem (Cum inter crimina.) Deinde in Bullis Iulij III. Pauli IV. & Pij IV. revocatorijs hujuſmodi facultatum, excipiuntur Inquiſitores. Nihilominus in hoc puncto adhuc hæſitant Sanch. num. 46. Suar. num. 28. & Barb. de pot. Epiſc. p. 3. alleg. 90. num. 8. Quia in dictis Bullis ſolum revocãtur licentiæ alijs conceſſæ præter conceſſas Inquiſitoribus, his autem nulla licentia poſitivè conceditur. Affirmativa illa opinio (inquit Lugo de fide d. 21. n. 70.) probabilis erat extra Hiſpaniam, in qua ex Bulla Pauli V. ſolus Inquiſitor Generalis poteſt Hæreticorum libros legere, & ij quibus ipſe commiſerit, quæ Bulla habetur in principio Indicis expurgatorij Hiſpani. At poſtquam noviſſimè Vrbanus VIII. in ſuo proprio motu edito 2. Aprilis anno 1631. omnibus perſonis cujuſcunque gradus, ſtatus, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ, etiam ſpeciali nota dignæ conceſſas licentias omnes revocavit, & omnibus univerſim abſtulit poteſtatem eas licentias concedendi, quin exciperet Inquiſitores, dubitari poteſt, an ſit amplius probabilis. Addit tamen idem Lugo ibid. credibile eſſe, quòd idem Sanctiſſimus interrogatus jam fuerit, & ſuam mentem circa Inquiſitores declaraverit.

QUÆSTIO V.

Qualiter ſe habeat impreſſio, & prohibitio librorum in regularibus?

In preſſio librorũ apud regulares.

644 CVm jam plurima dixerimus communia regularib⁹, & ſæcularib⁹ quoad librorum impreſſionem, & prohibitionem ſupereſt ut nonnulla peculiaria regularibus expendamus. Quod attinet ad impreſſionem, qualiter regularibus liceat ſua ſcripta typis mandare, conſtat ex decretis Concil. Later. ſub Leone X. Indicis librorum prohibitorum reg. 10. attenta Conſtit. Pij IV. & Vrbani VIII. ſed præſertim ex decreto Cõcil. Trident. ſeſſ. 4. quæ decreta important hoc unum in ſumma, nempe quòd regulares libros à ſe compoſitos non imprimãt, aut manuſcriptos divulgent ſine appoſitione proprij nominis, approbatione Ordinarij, ac Inquiſitoris loci, in quo liber imprimi, aut divulgari debet, & proprij Prælati regularis licentia ad talem effectum obtẽta. Et quidem cum omnis vis prohibitionis verſetur æquè circa impreſſionem, & divulgationem, obſervandum imprimis illud eſt regulares non violare decreta illa, quando ſine approbatione & alijs prærequiſitis divulgant ſua manuſcripta, niſi quando hæc habent rationem libri juxta à nobis tradita num. 604. & quando divulgatio fit ad effectum impreſſionis, juxta declarationem 3. Congreg. Concilij, quam affert Sorbus in comp. v. imprimere. Ita Suar. de cenſur. diſp. 23. ſect. 7. num. 3. Bonacina de cenſur. in partic. diſp. 2. q. 2. p. 16. n. 12. & Barb. de pot. Epiſc. p. 3. alleg. 90. num. 14. Patet ex communi uſu, quo videmus paſſim inter litteratos communicari philoſophica, & theologica ſcripta, orationes, conciones, poemata, & ſimilia abſque approbatione prælatorum, & appoſitione nominis: quia oppoſitum nõ patitur humana communicatio.

Divulgatio manuſcriptorum.

Novitij imprimẽs libros.

645 Prima difficultas eſt, quaſnam perſonas regulares ſpecialitate ſua comprehendant illa decreta? Conſtat comprehendere regulares omnes, qui jam emiſere profeſſionem, & non ſunt in ſuo ordine ſupremi Prælati. Dubium eſt 1. an poſſit novitius imprimere ſuos libros abſque recognitione, & licentia Prælati regularis? Reſpondetur affirmativè cum Pellizario tract. 2. cap. 8. num. 22. ſi loquamur de rigore juris, Quia decretum Tridentini loquitur in ſpecie de regularibus, quorum nomine non veniunt novitij in odioſis. Si autem loquamur ſecundùm æquitatem, debet novitius in hoc præſtare ſubordinationem ſuis ſuperioribus, & ni faciat, hoc ſolo nomine meretur dimitti. Dubium eſt 2. de regulari promoto ad Epiſcopatum: quamnam exigat approbationem, ut ſuum librum imprimat? Reſpondetur neque egere approbatione alicujus prælati regularis, neque alicujus Ordinarij, ſed ſolius Inquiſitoris ſuæ diœceſis. Patet, quia ille per Epiſcopatum egreſſus eſt juriſdictionem omnium prælatorum regularium, & in ſua diœceſi ipſe ordinarius eſt; at in libris quæ componit tanquam perſona privata ſubjicitur Inquiſitori, à quo proinde approbationem obtinere debet. Dixi (tanquam perſona privata) quia in ſcripturis, quas edit tanquam Epiſcopus, cujuſmodi ſunt edicta, monitoria, & alia id genus, quæ ratione ſui muneris evulgat; poteſt ac ſolet imprimere Epiſcopus abſque Inquiſitoris cenſura. Ita Pellizar. tract. 6. cap. 4. num. 20. 21.

Regulares imprimentes.

Epiſcopus imprimẽs libros.

Dubium

Digitized by Google

Dubium eſt 3. quid dicendum de Generali totius ordinis volente imprimere ſuum librum? Benè ex viris doctis, quos conſuluit, reſpódet idem Pellizar. cit. num.27. ſufficere approbationem Ordinarij, & Inquiſitoris, & quòd ſubjiciat librum cenſuræ cenſuræ reviſorum ordinis: nec opus eſſe, quòd obtineat intra ordinem licentiam imprimendi, ſiquidem nulli intra ordinem Prælato ſubeſt. Aliter ſe res habet de Vicario generali Epiſcopi volente imprimere: hic enim ab Epiſcopo licentiam obtinere debet, quanvis ipſe licentiam alijs dare ſoleat. Quid de regulari cenſore librorum: poteſtne examinare, & approbare proprium librũ? Benè reſpondet Pellizar., num. 60. videri non poſſe, aut ſaltem id non eſſe expediens. Quia nemo in re propria bonus judex eſſe poteſt, & ſic habet uſus.

Pœnæ impoſitæ regularibus qui imprimunt ſine licentia,

646 Secunda difficultas eſt, quibus pœnis ſubjaceant regulares, qui violãt prædicta decreta? Benè reſolvunt Suar. de cẽſur. d.23. ſect.7. & Peyrinus de rel. Præl. q.4. c.9. num.2. hujuſmodi tranſgreſſores ſubjacere excommunicationi ipſo facto incurrendæ, latæ in Concilio Lateranenſi, & poſtea innovatæ tũ in Concilio Tridentino, tum in Indice librorum, cum hoc tamen diſcrimine, quòd regulares eam non incurrant in terminis Tridentini, niſi in caſu, quo imprimant libros tractantes de rebus ſacris, ſine licentia Ordinarij, & proprij nominis appoſitione, vel certè divulgent libros manuſcriptos, item de rebus ſacris tractantes, abſque præfatis requiſitis: in terminis vero indicis librorum, ſi imprimant, aut imprimere faciant libros, aliamve quancũque ſcripturam communicent ſine approbatione Ordinarij, ac Inquiſitoris, idque ſive libri & ſcripturæ tractent de rebus ſacris, ſive non. Ex quibus benè infert Peyrin. cit. num.2. ſi regulares imprimant libros, etiam tractantes de rebus ſacris ſine licentia ſuorum Prælatorum, non incurrere excommunicationem in terminis Tridentini, dummodò id faciant de conſenſu Ordinarij, & apponant proprium nomen. Ratio eſt, quia Trident. prius generaliter præcipit ſub pœna anathematis ne imprimantur libri tractantes de rebus ſacris ſine nomine authoris, & approbatione Ordinarij: deinde loquens in ſpecie de regularibus, nulla facta anathematis
„ mentione, ſolum ait: Et ſi regulares fuerint,
„ ultra examinationem, & probationem hu-
„ juſmodi, licentiam quoque à ſuis ſuperiori-
„ bus impetrare teneantur, recognitis per eos
„ libris juxta formam ſuarum ordinationum.
Eſt autem prædicta cenſura (ut notat Bonacin. de cenſ. in com. diſp.1. q.1. p.1. num.6.) latæ sẽtentiæ, ſeu ipſo facto, non tamen reſervata. Quia verba Lateranenſ. Tridentin. & Indicis librorum prius indicant, & nullam reſervationem exprimunt.

647 Rogabis 1. an regulares violantes decretum Lateran. ſubjaceãt etiam pœnis temporalibus, quæ ibi referuntur ſic:
„ Qui autem ſecus præſumpſerint, ultra libro-
„ rum impreſſorum amiſſionem, & illorum
„ publicam combuſtionem, & pœnam pecu-
„ niariam, & anno continuo ab exercitio im-
„ preſſionis ſuſpentionem, excommunicatio-
„ nis ſententia innodati exiſtant.
Reſpondeo cum Pellizario tract.6. cap.4. num.31. ſubjacere, ſi loquamur de pœnis quæ poſſunt cadere in perſonas religioſas, qualis v. g. eſt librorum amiſſio, & combuſtio: ſecus de illis, quarum incapaces ſunt religioſi, qualis pœna pecuniaria, & ſuſpenſio ab exercitio imprimendi. Nam regulares omnes ſubduntur Cõcilio, & ejuſdem pœnis, ſed tantum prout capaces. Rogabis 2. an regulares prædicta decreta tranſgredientes poſſint ab Ordinarijs, & Inquiſitoribus puniri? Reſpondeo affirmativè: nam Ordinarij & Inquiſitores conſtituuntur à Concilio judices librorum; cui autem datur juriſdictio, ea quoque concedi videntur, ſine quibus illa exerceri nequit cap. Paſtoralis, cap. Præterea, de offic. deleg. l.2. ff. de juriſd. omn. judic. ergo illis data eſt poteſtas puniendi regulares. Hæc tamen punitio intelligitur cum moderatione, quam in ſimili caſu adhibet Sanchez lib.7. Matr. diſp.33. num.23. Poteſt Epiſcopus (inquit) procedere contra religioſos exemptos, quando injuſtè detinent conjugem profeſſum: non tamen poteſt eos excommunicare, ſuſpendere, vel interdicere, ſi ſpeciale privilegium habeant, ne poſſint excommunicari, ſuſpẽdi, vel interdici, quale habent Mendicantes.

Epiſc. opus & Inquiſitores in puniendis regularibus:

648 Tertia difficultas eſt, qualiter à dictis pœnis excuſentur regulares? Sub hac difficultate multa ſunt dubia. Dubium eſt 1. an dictam excommunicationem incurrãt regulares, ſi in locis, ubi invaluit uſus, ut libri examinentur à cõcilio regio, & nõ ab Eccleſiaſtico imprimãt abſq; cõcilij regij approbatione? Reſpondet affirmativè Bonacina de cenſur. in partic. diſp.2. q.2. punct.16. num.6. nec diſſentitur Suar. citatus num.1. Probatur, nam regulares incurrũt dictam cenſuram, ſi imprimant abſque approbatione Ordinarij: tunc autem concilium regium ſuccedit loco Ordinarij, hoc nempe conſentiente, & interpretativè delegãte. Mihi tamen videtur oppoſitum poſſe defendi probabiliter. Quia regulares juxta prædicta decreta non ſubjiciuntur Principibus ſecularibus, ſed Eccleſiaſticis, & in dicto caſu valde dubium eſt, an Eccleſiaſtici voluntariè conſentiant in approbationem factam per Concilium regium. Dubium eſt 2. an præfatam excõmunicationem evadant regulares; ſi in locis, in quibus ad imprimendum librum non poſtulatur licentia Ordinarij (ut Genuæ) librum imprimant, aut manuſcriptum divulgent abſque licen-

Pœnarum evaſio p. regulares

Digitized by Google

licentia, & approbatione Inquiſitoris? Reſpõdetur negativè cũ Pellizar. tra. 6. c. 4. n. 9. Quia juxta mentem Tridentini, quæ nunquã fruſtrari debet, aliquis ſuperiorũ, præter ſuperiorem regularem, debet approbare librum à regulari compoſitum: unde cum Ordinarius loci, & Inquiſitor quoad approbationẽ librorum habeat æqualẽ poteſtatem, & unum atq; idem faciant tribunal, Inquiſitor in locũ Ordinarij deficientis, quem requirit Tridentinũ, ſufficit.

649 Dubium eſt 3. an regulares incurrant dictam cenſuram, ſi poſt habitam libri approbationem, inſcijs ſuperioribus, in ipſa libri impreſſione inſerãt aliqua, quæ nõ continebantur in manuſcripto approbato? Videtur aſſirmare Bordonus reſol. 56. n. 98. quatenus dicit authorem libri poſt approbationẽ non poſſe quidquam ei addere, aut detrahere, inconſultis ſuperioribus: ex quo infert librum approbatum debere apud typographum manere, & non penes authorem. Mitiùs tamen, & probilius ſentit Bonac. citat. num. 8. dicens præfatam cenſuram non contrahi, niſi fortè ea quæ de novo inſeruntur, aut mutantur, ſint talia, & in tanta quantitate, ut judicio prudentis non cenſeatur manere idem liber, ſed alius. Tunc enim ad novum, & diverſum librum opus eſſet nova, & diverſa approbatione. Dubium eſt 4. an regulares evadant dictam cenſuram, ſi librum imprimant, à ſuperioribus quidem legitimis approbatum, ſed nulla præmiſſa examinatione, quam ipſi ſuperiores fecerint per ſe, vel per alios: Benè reſpõdet affirmativè Pellizar. tract. 6. cap. 4. num. 13. ſi vel regularis author libri procedat bona fide, ſic enim non peccat ſaltem graviter: vel ſuperiores approbantes non examinarunt, & quòd ſcirent illum fuiſſe ſubjectum cenſuræ doctiſſimorum, & ideo ſiot moraliter certi librum non continere quid dignum correctione. Secus, ſi author ſciat librum ſuum neque intra ſuum ordinem, neque ab ordinario loci, neque ab Inquiſitore fuiſſe recognitum. Addit idem Pellizar. n. 14. & 15. non evadere talem cẽſuram, qui fecit imprimere librum nec examinatum, nec approbatum, animo tamen illum ſubjiciẽdi cenſuræ, & approbationi, poſtquam fuerit impreſſus. Item qui librum ſemel approbatum & impreſſum, iterum ſine novo examine, & approbatione imprimit.

Author libri quid poſſit.

Examinatio librorum prærequiſita.

650 Quarta difficultas eſt; utrum, & quomodò detur parvitas materiæ in prædictis tranſgreſſionibus, ut declinetur cẽſura? Non dubito admittendam eſſe in hac re aliquam parvitatem materiæ, ſiquidem cõmuni conſenſu authores illam admittunt in lectione, & retentione librorum prohibitorum per Bullam Cœnæ, ut dixi num. 636. & 638. Cum verò probabilis ſit doctrina Sanchez lib. 2. Decal. cap. 10. num. 31. quem ſequuntur Filliucius, Duardus, Portel, & Layman apud Dianam p. 1. tract. 11. reſol. 30. ſcilicet legentem unam paginam voluminis etiam maioris, prohibiti per Bullam Cœnæ, non affici excommunicatione, excuſante parvitate materiæ, ita judico probabile cum Pellizario citato num. 17. non incurrere cenſuram qui abſque ulla approbatione imprimeret brevem ſcripturam, quæ v. g. non excederet unam paginam voluminis grandioris, præſertim ſi talis ſcriptura non contineat aliquid correctione dignum. Videtur enim patere à ſimili, ſiquidem finis intentus in Bulla Cœnæ, eſt item intentus in decreto Concil. Lateranenſ. nimirum ut vitetur periculum perverſionis, & doctrina fidei ſervetur incorrupta. Notanter poſui (præſertim ſi talis ſcriptura non contineat aliquid correctione dignum.) Quia ſicut juxta Sanch. & alios minor quãtitas, in qua eſſet quid contra fidem, aut bonos mores ſufficeret legenti ad incurrendam cenſuram, ita etiam ſufficeret imprimenti, propter maius periculum quod in modica illa quantitate ſubeſſet. Quid de imprimentibus abſque approbatione ſcripturam aliquam ex iis, quæ ſolent exhiberi à litigantibus? Videtur non incurri, ſi uſu receptum ſit, quod talis impreſſio fiat, prælatis videntibus, & non repugnantibus, ſicut fieri Mediolani, refert Bonacini num. 11. Quid de theſibus philoſophicis, ac theologicis publicè defendendis? Reſponderet ex Peyrino de rel. prӕl. q. 3. c. 9. n. 4. non incurri cenſuram, ſi nulla prævia approbatione defendantur manuſcriptæ, ſecus ſi imprimantur.

Expreſſè petita quam admittat parvitatem materiæ.

Theſes manuſcriptæ.

651 Quinta difficultas eſt, Vtrum & quomodò cenſuram cõtrahant regulares, ſi librum imprimãt, non appoſito authoris nomine? Tranſgreſſio dabitur contra decretũ Tridentini ſeſſ. 4. ubi ſic: Nulliq; liceat imprimere, „ vel imprimi facere quoſvis libros de rebus „ ſacris ſine nomine authoris. Vnde patet ad hoc violandum decretum requiri quòd liber tractat de rebus ſacris, eo modo quo ſupra expoſuimus. Fuſiùs extenditur decretum Indicis librorum prohib. §. 1. ubi ſtatuitur, ut nullus „ liber in poſterum excudatur, qui non in frõ„ te nomen, cognomen, & patriam præferat „ authoris. Additur ibidem, quòd ſi de autho„ re non conſtet, aut juſtam aliquam ob cau„ ſam, tacito ejus nomine, Epiſcopo & Inqui„ ſitori liber edi poſſe videatur, nomen illius „ omnino deſcribatur, qui librũ examinaverit „ atq; approbaverit. Azor p. 1. lib. 8. c. 27. q. 3. putat ſatisfieri Tridentino, ſi libro impreſſo apponatur nomen Academiæ, vel Collegij. Addit Bonacina cit. num. 9. non eſſe improbabile apponi poſſe nomen illius, qui ſucceſſit in jus compoſitoris titulo donationis, vel hæreditatis, & ſuis ſumptib. impreſſit librũ. Quia talis author eſt impreſſionis, & Concilium præcipiẽs apponi

Nomẽ authoris in libro.

Nomen alienum in libro.

nomen authoris, non diſtinxit inter authores compoſitionis, & authorem impreſſionis. Rogabis, an in caſu quo regularis edit ſuum librũ ſub alieno nomine, v.g. alicujus ſæcularis, ſubjaceat decreto Tridentini quoad hoc, quòd liber ſit examinandus, & approbãdus à prælato regulari ejuſdem ordinis? Reſpondeo negativè cum Naldo in annotat. oract. pag.115. & Pellizario tract.6. cap.4. num.26. Quia edens librum à ſe compoſitum ſub alieno nomine non reputatur author libri, ſed ille cujus nomen ipſi præponitur. Deinde ceſſat ratio Tridentini, quæ eſt cavere honori religionum, & aliunde per approbationem Ordinarij, & Inquiſitionis ſufficiẽter vitatur periculũ errorum. Addit Pellizar. ſolum videri obeſſe, quòd regularis ille defraudat ſuum Ordinem honore accreſcente illi ex editione talis libri: ſed hoc non eſſe magni momenti, ut regularis damnetur culpæ mortalis.

An, & quomodò regulares poſſint imprimere, & evulgare tractatus in materia de auxilijs? An & ſub quibus pœnis prohibeantur edere Gloſſas, Annotationes, Commentarios, & ſcholia ſuper decreta Concilij Tridentini? Item quales eſſe debeant viri, quibus librorum edendorum examinatio committatur ab Epiſcopo, & Inquiſitoribus? Videatur Pellizar. de his latè à n.42.

Prohibiti libri.

652 Quod attinet ad prohibitionem librorum, obſervandum eſt ex Filliucio tr.16. c.2. q.8. Bonacina de cenſ. in partic. d.1. q.2. p.4. & Layman lib.2. tom.5. cap.14. libros prohibitos eſſe in triplici genere: alij enim libri ſunt hæreticorum, qui vel hæreſim continent, vel de religione tractant: & hi prohibentur per Bullam Cænæ, ſub pœna excõmunicationis, quæ Papæ ſpecialiter reſervatur. Alij ſunt libri hæreticorum, qui neque hæreſim cõtinent, neque de religione tractant: & hi prohibentur in Indice expurgatorio ſub pœna excõmunicationis, non tamen reſervatæ. Denique ſunt alij qui nõ ob ſuſpicionem falſi dogmatis, ſed alio nomine v.g. quia continent turpia, aut aliquid bonis moribus adverſum, prohibẽtur in dicto Indice, non tamen ſub pœna alicujus cẽſuræ. Inter hos ultimos numeratur Biblia ſacra tam novi, quàm veteris teſtamenti cõſcripta lingua vulgari v. g. Italica, Gallica, Hiſpanica, ſive ad extenſum, ſive in compendium redacta: idque ſub pœna, Quod ſi quis ea legere præſumpſerit abſque legitima facultate, non prius poſſit abſolutionem peccatorum percipere, quàm ea tradat Ordinario. Sub hac tamen prohibitione credo cum Pellizario tra.6. c.5. n.26. non cõtineri codices piarum meditationũ, ſub quarum initium referuntur loca Evangelij idiomate Luſitano, aut Italico. Quia in cõmuni exiſtimatione non reputantur compendia Evãgelij, ſed libri meditationũ. Quale autem peccatum ſit legere turpia, vide Sanch. de matr. lib. 9. diſp.46. n.45.

Regulares in prohibitione librorum.

653 Quanvis in relatis prohibitionibus non fiat expreſſa mentio de regularibus, hi tamen abſque dubio comprehenduntur in illis, attenta præſertim Bulla Vrbani VIII. edita 5. Novembris 1631. ubi habetur regulares quomodolibet privilegiatos comprehendi in Conſtitutionibus Pontificijs concernentibus fidem Catholicam, & S. Inquiſitionis officium, niſi ſpecialiter excipiantur. Cum verò jam latè egerimus ſupra q. 3. & 4. de librorum prohibitione generali perſonas omnes capaces amplectente, pauca quæ ibi omiſimus, modò ſubjicimus. Rogabis 1. an incurrat pœnas qui legit, aut retinet compendium libri prohibiti, quod fecerat eo tempore quo liber nondum prohibitus erat? Reſpondetur affirmativè ex Sancio lib. 2. Decal. capit. 10. num. 28. & 30. probante eum qui legit Indicem libri hæretici, incurrere pœnas latas cõtra legentes libros hæreticos; eo quòd Index libri complectitur ſummam eorum, quæ continentur in ipſo libro. Secus exiſtimo de illo qui in ſuis manuſcriptis nonnulla libri nõdum prohibiti loca inſerviſſet, quæ poſt libri prohibitionem legeret.

Facultas regularium ad legendos libros prohibitos.

654 Rogabis 2. Vtrum non obſtantibus præfatis decretis, poſſint regulares ex vi ſuorum privilegiorum legere libros prohibitos, etiam hæreticos? Reſpondeo olim potuiſſe ex varijs conceſſionibus, ſed præcipuè ex indulto, quod conceſſit Gregorius XIII. Religioſis Societatis IESV 8. Iannar. 1585. quod refert ad extenſum Pellizar. citat. num. 34. Quod quidem indultum magnum, & amplum eſt, niſi cenſeatur revocatum per Gregorium XV. decreto edito 30. Novemb. 1623. & per Vrbanum VIII. in revocatione generali licentiarum quarumcunque legendi, & habendi libros prohibitos edita 2. Aprilis 1631. Nihilominus Perynus tom.2. privil. Conſtit. 9. Pauli V. num.10. affirmat decretum Gregorij XV. non obſtare quominus regulares vi ſuorum privilegiorum adhuc poſſint legere libros prohibitos: cum decretum illud loquatur ſolum de licentijs particularibus ad effectum legendi libros prohibitos cõceſſis via communi & ordinaria, non autem de privilegijs ad eundem effectum conceſſis regularibus. Quæ ſententia, an probabilis ſit, videant alij. Ea tamen non admiſſa, quærit Pellizarius à quonam debeant regulares obtinere facultatem legendi libros prohibitos? & reſpondet n.39. non poſſe eam obtinere niſi à Cõgregatione S. Officij, ſive quoad libros prohibitos in Bulla Cænæ, ſive quoad illos, qui prohibiti ſunt in Indice librorum. Probat ex decreto Vrbani ſupra cit. ubi ſic: Neque de cætero ſimi-
„ les licẽtiæ, niſi à Cõgregatione S. Officij, dũ

ſingu-

ſingulis hebdomadis coram nobis habetur, vel ab alijs per nos etiã in eadẽ cõgregatione ſpecialiter deputãdis, concedãtur. Exiſtimat tamen in caſu magnæ & urgentis neceſſitatis, poſſe concedi ab Epiſcopo, & non ab Inquiſitoribus. Quia juxta communem doctrinã Sanch. nu. 43. in caſibus magnæ neceſſitatis ad ſolum Epiſcopum fit devolutio caſuũ Papaliũ.

QVÆSTIO VI.

Expediuntur nonnullæ difficultates quoad libros, & manuſcripta regularium.

Libri empti a religioſo.

655 PRima difficultas eſt, an peccet contra votum paupertatis religioſus qui ſine facultate ſuperioris accipens pecuniam à ſæcularibus, eam expendit emẽs libros? Partem negativam, cum quadam modificatione, ſi nempe religioſus habeat libros illos in ſuo cubiculo palam expoſitos, defendunt Azor p. 1. lib. 12. quæſt. 3. Fabius de petit. in 4. ſenten. diſt. 15. quæſt. 2. diſp. 45. cap. 5. num. 113. Coriolanus tract. de caſib. reſerv. p. 2. caſu 4. num. 19. al Homobonus in exam. Eccleſ. p. 2. tractat. 7. cap. 32. quæſt. 130. Diana p. 11. tractat. 6. reſ. 26. & probabilem judicat Machadus de perfect. Confeſſ. tom. 2. lib. 3. parte 2. tract. 1. docum. 8. num. 7. Caramuel ad regul. S. Benedict. diſp. 60. reſol. 8. num. 886. & alij. Probant, nam in eo quod religioſus habeat hos libros palam expoſitos, eos videtur prælatorum ſuorum voluntati, ac poteſtati ſubjicere, atque adeo eos poſſidet, & eis utitur ex tacito conſenſu ſuperioris, & non tanquam proprietarius. Nihilominus partem affirmativam abſolutè defendunt Sanchez lib. 7. Decal. cap. 19. num. 36. Bartol. à S. Fauſto in Theſau. Relig. lib. 8. quæſt. 11. num. 2. Cardin. de Lugo de juſtit. diſp. 3. num. 153. & Pellizar. tractat. 4. cap. 2. num. 277. Fundantur; quia ubi primum religioſus pecuniam accipit ab amico, ſtatim illa pecunia conventui acquiritur, juxta illud: Quidquid monachus acquirit, religioni acquirit; ergo religioſus abſque conſenſu conventus, cujus ea pecunia eſt, non poteſt ſibi libros emere. Accedit quòd requirebatur omninò prælati conſenſus, ut licitè fierent illæ actiones accipiendi pecuniam, & accommodandi ſibi uſum librorum. Nec refert ad tollendam appropriationem contra votum paupertatis, quòd libri illi habeantur palam expoſiti; quia ſuperioris licentia extendi nequit ad omninò incognita; & in caſu propoſito ſuperiorem latet, an aliqui ex libris palam expoſitis ſint acquiſiti abſque ejus licentia, ſiquidem ipſo inſcio empti, & expoſiti ſunt. Hæc igitur ſententia placet; nec prior videtur ſuſtinenda, niſi aliunde præſumatur conſenſus ſuperioris, v. g. in aliqua religione laxa, in qua id jam conſuetudine receptum foret. Aliter (inquit Lugo citat. num. 153.) poſſent religioſi paſſim ab amicis accipere pecunias, ad emẽda quæ ſibi placent; dummodo ea non occultarent, ſed palam in cubiculis haberent, ſcrinia, imagines, & ſimilia, non ſine ingenti religioſæ obſervãtiæ detrimento.

Libros ſibi conceſſos non commodare alijs.

656 Secunda difficultas eſt, an religioſus habens libros ad uſum proprium cõceſſos, quibus revera nec utitur, nec indiget, peccet, ſi eiſdem monaſterij religioſis indigẽtibus, ac petẽtibus nolit cõmodare: Benè reſpõdet Pellizar. tract. 4. cap. 2. n. 306. peccare contra votum paupertatis, & quidem lethaliter, ſi materia judicio prudentis ſit gravis, & interveniat juſſio ſuperioris id præcipiẽtis. Quia tunc religioſus ille in librorum diſpoſitione gerit ſe tanquam proprietarius. At ſi ſuperioris non detur juſſio, religioſus nolens commodare, ſolum peccaret contra charitatem, non tamen graviter loquendo regulariter. Ita Alphonſ. de Leon de offic. Confeſſ. recoll. 11. nu. 127. ubi negat religioſum peccaturum contra charitatem, ſi nollet commodare alijs correligioſis ſua manuſcripta proprijs ſtudijs ac laboribus confecta: idque etiam ſi ſuperior præciperet: nõ enim videtur ſuperior id poſſe præcipere. Quãvis enim ſubditus voverit parere in omnibus, quæ nõ ſint manifeſtè peccatum, hoc tamen intelligendum de rebus tum licitis, tum honeſtis: qualis non videtur eſſe, quòd concionator, aut lector ſe privet ſuis manuſcriptis.

Manuſcripta commodare & deferre ſine licentia.

Addit Pellizar. num. 306. id procedere etiam quoad aliena manuſcripta alijs conceſſa religioſis, quippe quæ eodem jure cenſentur, & à quocunque religioſo liberè ſolent deferri, prælatis ſcientibus, & non diſſentientibus. Quod (inquit) non evenit de libris impreſſis, ad quos deferendos in religionibus obſervãtioribus requiri ſolet ſuperioris licẽtia, & ſi ab ipſo deferente fuerint empti, aut ei donati ab amicis.

Libri ſunt deferendi ſine licentia.

Libros deferre.

657 Tertia difficultas eſt, an religioſus legitimè tranſiens ad aliam religionem poſſit ſecum deferre libros, & manuſcripta? De libris impreſſis facilis eſt reſolutio negativa, ſicut de alijs quibuſcunque bonis, quæ priori religioni acquiſivit ſive donatione, ſive induſtria, aut alio quovis titulo. Ita Sanchez lib. 7. Decal. cap. 32. num. 8. Suar. tom. 4. de Relig. tractat. 8. lib. 3. cap. 13. numer. 4. Molina tom. 1. de juſtit. diſp. 140. Portel de dubijs regul. verbo bona tranſeuntium nu. 2. Rodrig. tom. 3. q. 5. art. 5. & Bonacina q. 2. de clauſ. p. 9. §. 2. diff. 2. n. 2. Ratio (inquit Suar.) eſt quia libri in ſuo genere computantur inter mobilia

pretioſa, & alioquin non habent uſum ſimpliciter neceſſarium, ſed voluntarium, qui poteſt per alios ſimiles in futurum ſuppleri, & ideo non cogetur prior religio librorum peculium concedere, etiam quoad uſum de futuro tempore, ſeu pro vita talis perſonæ in alia religione.

Manuſcripta tranſeuntis ad aliam religionem.

Maior eſt difficultas de manuſcriptis, quæ ſunt partus proprij ingenij. Diana 1.p.tractat. 6. reſol. 25. ex Ioann. Valero in ſuis differ. ver. munera numer. 106. obſolutè ſequitur ſententiam affirmativam, dicens manuſcripta ſemper eſſe religioſi, & ea ſecum poſſe ſemper deferre, quocunque vadat, etiamſi ſe transferat in aliam religionem. Addit Valerus ver. Regul. diff. 8. num. 2. hoc eſſe verum, etiam nulla petita licentia, & nullis relictis eorum copijs: & ſic teſtatur de facto quendam religioſum doctiſſimum tranſeuntē ad Carthuſiā ſecū detuliſſe duos libros à ſe cōſcriptos, nulla ad id petita licentia. Suar. to. 4. de Relig. tract. 8. lib. 3. cap. 14. num. 10. multum favet huic ſententiæ: quanvis enim appellet tutiorem affirmantium idem eſſe de libris impreſſis, & alijs bonis, atque de manuſcriptis, tamen dicit eſſe dubiam. Quia ſcripta (inquit) videntur eſſe quaſi pars ſcientiæ & doctrinæ, quam aliquis in religione comparavit: ſunt enim in adminiculum memoriæ, à qua maximè ſcientia pendet. Poteſt autem religioſus ſuam ſcientiam, & doctrinam ſecum deferre; ergo & talia ſcripta, quibus, ut videtur, injuſtè privaretur, quia non eſſet ſine magno ſcientiæ, & doctrinæ ſuæ nocumento, & dominium religionis non videtur eſſe adeo abſolutum, ut poſſit cum tanta jactura talis perſonæ illa retinere. Et declarari poteſt, quia acceſſoriū ſequitur principale: ſcripta autē ſunt veluti quid acceſſoriū reſpectu ſciētiæ; ergo poſſunt, ac debēt comitari perſonam, ad cujus propriam ſcientiam pertinent.

Religioſus mutās religionē.

658 Hæc ubi diſſeruit prædictis verbis conceptis, non acquieſcēs ſic proſequitur: Nihilominus (inquit) Navar. cōſ. 55. de regul. n. 10. eadem certitudine, qua de alijs bonis, affirmat religioſum tranſlatū ſolum poſſe deferre ſcripta, quæ inutilia eſſent ſuæ religioni priori, & quæ probabiliter crederet prælatū donaturū: addere vero poſſumus, vel quæ juxta morē religionis prælatus nō poteſt juſtè negare, vel auferre niſi in pœnā alicujus gravis culpæ. Addo etiam (inquit) ob rationem factam, ſi quis deferat ſcripta ſibi unica, & ſingularia, quorum copiam invenire nō poterit, maiorem aliquam excuſationem habere, ita ut nō audeā illum condemnare, præcipuè ſi ſolum ad propriam utilitatem illa deferat, animo reſtituēdi illa cum primum, vel trāſumptum eorum habere potuerit, vel ſaltem in fine vitæ, ſi prius abſq; magno incommodo non poterit. His & alijs in utranque partem adductis concludit Pellizar. tract. 3. cap. 5. num. 156. in hunc modum: Ita in hac difficultate variant DD. neque eſt facile ſtatuere, quæ pars ſit probabilior; ego (inquit) puto etiam in hoc inſpiciendam eſſe conſuetudinē uniuſcujuſq; religionis, & ex concurrentibus circunſtantijs benè perpenſis colligendū eſſe cōſenſum ſuperioris, ſaltem interpretativū, & tacitum: ſimpliciter tamen propenderem in ſententiam Dianæ, niſi ex peculiari aliqua circunſtantia hìc & nunc occurrente aliud ſuadeatur: quod etiam innuunt Sanch. lib. 7. Dec. c. 32. n. 13. Rodrig. tom. 2. q. 79. a. 2. & Bonac. ſup. diff. 2. n. 5.

Mihi non occurrit in hac materia viris doctiſſimè differentibus aliquid ſuperaddere, niſi quòd hacten⁹ dicta poſſint accōmodari expulſis à religione ſua manuſcripta deferentibus. In Societate definitum eſt 2. parte Conſtit. c. 3. n. 5. ut dimiſſus omnia ferat.

Manuſcripta religioſi quoad diſpoſitionem.

659 Quarta difficultas eſt, an violet paupertatis votū religioſus qui ſine licētia ſuperioris diſponit de ſuis manuſcriptis, ſive in vita, ſive in morte, ea donādo alteri, etiā extraneo? Pellizar. tract. 4. cap. 2. n. 318. propoſitæ à ſe difficultati ſatisfacit his verbis. Reſpondeo videri non violare, data doctrina Valeri in differen. utri. juris, verb. munera, num. 106. & verb. Regula diff. 8. num. 2. quam adducit Diana par. 1. tract. 6. reſol. 25. & non improbat, libros ſcilicet manuſcriptos ſemper eſſe religioſi, eoſque ſecū poſſe illum ſemper deferre, quocunq; vadat, etiamſi tranſeat ad aliam religionem: idque nulla petita licentia, nulloque eorum relicto exemplo in ordine: quæ doctrina probabilem facit prædictam reſponſionē: cū nō ſit maior ratio, cur religioſus liberè poſſit ſecum deferre propria manuſcripta, quocunque vadit, etiāſi ad alium ordinē ſe trāsferat, & non poſſit ea donare cuicunque maluerit modo ſupradicto. Ad quod item facit, Clementem VIII. teſte Coriolano tract. de caſib. reſer. p. 2. caſu 16. n. 19. declaraſſe, ſine contraventione ſuæ Conſtit. de largit. muner. poſſe religioſos inter ſe donare ſibi propria manuſcripta; forte quia hæc ex natura ſua nō ſunt pretio æſtimabilia, ideoque non cadunt ſub materiam voti paupertatis religioſæ: idque puto procedere, ſive religioſus ea manuſcripta concinnarit intra religionem, ſive in ſæculo ante ingreſſum religionis; ſive ea ab alio confecta ſint, eique donata fuerint: in his enim omnibus caſibus militant rationes adductæ.

Donatio manuſcriptorum non regularis.

660 Hæc tamen doctrina mihi videtur nimis laxa, & parum niſa ſolido fundamento, proindeque à viris doctis, & timoratis improbanda. quia eſt contra praxim obſervatam in religionibus, in quibus floret vigor obſervantiæ, & ego poſſum teſtari de noſtra Societate, in qua etiam viri graves, docti, & timoratí

timorati ſolent facultatem petere ut diſtribuant ſua manuſcripta : quòd ſi in aliquibus religionibus ad hoc non petatur facultas, fiet ex tacito ſuperioris conſenſu. 2. Quia falsò dicit manuſcripta non eſſe materiam voti paupertatis : ſunt enim pretio æſtimabilia, non quomodocunque, ſed ita ut vendi ſoleant, & verſari in commutationibus humanis. Quod confirmo ex doctrina ejuſdem Pellizarij : ait enim tract. 4. cap. 2. num. 216. peccare contra votum paupertatis eum regularem, qui à cubiculo alterius, eo inſcio acciperet manuſcripta, & tranſcriberet, etiam ſi poſtea eidem loco reſtitueret : quia ille uſus, & tranſcriptio eſt pretio æſtimabilis ; proindeque materia voti paupertatis ; ergo à fortiori manuſcriptum ipſum eſt pretio æſtimabile, proindeque materia voti paupertatis. Addo 1. citatum authorem non benè negare ; dari maiorem rationem, cur religioſus liberè poſſit ſecum deferre propria manuſcripta, quando tranſit ad aliam religionem, & non poſſit ea donare cuicunque maluerit : nam maior ratio eſt neceſſaria veluti connexio, quam habet perſona docta cum ſuis manuſcriptis, ut vidimus num. 657. ex qua cenſetur Prælatus velle ; ut quocunque ſubditus vadat, ea ſecum portet, quod non cernitur in donatione facienda alijs. Addo 2. perperam dicere eandem rationem militare in manuſcriptis à ſe concinnatis, atque in alijs, quæ v. g. dono accepit : quamvis enim neutra ſine licētia poſſit alienare, tamē quæ ipſe confecit, longè maiorem cum ipſo connexionem habent, quàm reliqua. Vnde dato etiam quòd priora donare poſſet, poſteriora non poſſet.

Manuſcripta an poſſint auferri à ſubdito.

661 Oppones, ſi manuſcripta eſſent materia voti paupertatis, poſſet ſuperior illa ad libitum auferre à ſubdito, abſque ipſius injuria : nā quidquid eſt talis voti materia poſſidetur à ſubdito depēdēter à voluntate, & nutu ſuperioris : atqui ſuperior nō poteſt ſubditū privare ſuis manuſcriptis abſq; ipſius injuria, niſi ex cauſa rationabili, v. g. in punitionem alicujus delicti, eo modo quo eū fama & honore privare poteſt, ut diximꝰ cū Suar. ſupr. n. 658. ergo manuſcripta nōn ſunt materia voti paupertatis. Reſpōdeo abſolutè negādo maiorem : hæc enim ſolum eſt vera, quando ex præciſa ablatione talis rei, fit injuria per ſe, & formaliter, ut v. g. ſi auferatur fama, cujus ſubditus eſt verè dominus ſine paupertatis præjudicio ; ac non eſt vera, quando ex ablatione rei vendibilis fit injuria veluti per accidens auferendō, vel minuendo aliud, cujus ſubditus eſt dominus, ut cernitur in caſu præſenti : nam ex ablatione manuſcriptorum cum quibus ſciētia ſubditi habet magnam connexionē, minuitur talis ſciētia, cujus ſubditus eſt dominus, atque adeo cum ipſius injuria. Rem declaro exēplo : in religionibus poteſt Generalis, vel etiam Provincialis auferre à ſubdito cathedram, vel aliquod officium, cum neq; in cathedra, neq; in officio jus habeat ſubditus, & tamen ſi talis ablatio ſit conjuncta cum infamia ſubditi, prælatus auferēns inferet illi injuriam, non per ſe, ſed per accidens ratione conjunctionis cum fama, quam juſtè auferre nequit : ſic igitur quanvis manuſcriptum, in ſe quà pretio æſtimabile, & materia paupertis eſt, auferri poſſit, tamen ratione conjunctionis cum ſcientia, per accidēs auferri nequit.

Librum accipiens ex bibliotheca.

662 Quinta difficultas eſt, Vtrum violet paupertatis votum qui ex bibliotheca communi librum accipit abſque licentia. Azor tom. 1. lib. 2. c. 12. q. 3. totam reſolutionem difficultatis refundit in ſuperioris volūtatem, quaſi ex hac præſumpta poſſit ſubditus abſque tranſgreſſione accipere librum ad uſum temporalem in aliquot dies : ſecus, ſi ad perpetuum. Cardinalis de Lugo tom. 1. juſtit. diſput. 3. num. 154. lentiùs ponderat, & acriùs decidit hanc difficultatem : affirmat enim poſſe evenire, ut quis per uſum temporalem alicujus libri de communi bibliotheca peccet graviter contra votum paupertatis ; quatenus aſſerit eſſe libros aliquos maximè omnibus neceſſarios, qui paſſim ab omnibus inquiruntur, quos ſi aliquis ſibi abſque licentia uſurpet, & fortaſſe occultet per aliquot menſes, graviſſimè id ferant omnes alij, neſcio (inquit) quomodò cum tanta, & tam rationabili communitatis repugnantia uſus ille excuſari poſſit à peccato gravi contra votum paupertatis. Dixerat ſupra multum eſſe diſcriminis inter hos & illos libros. Minùs enim aliquandò detrimenti affert communitati defectus alicujus libri per decennium, quàm alterius per annum, vel ſemiannum. Addit ſupra dictam reſolutionem à fortiori procedere de accipiente occultè ex alterius cubiculo librum aliquem ipſi à prælato applicatum. Licèt enim regulariter non ſit mortale : aliquando (inquit) mortale erit quando ex defectu libri illius graviter, ac rationabiliter offendatur, qui eum habebat, propter detrimentum, quod illi affert. Poterit autem aliquando illud eſſe peccatum grave cōtra juſtitiam propter detrimentum grave, quod affert ſubdito, licèt non ſit grave cōtra votum, quia uſus qui uſurpatur, nō eſt res gravis, ut dici ſolet de furante acum ſartori : aliquando vero poterit etiam eſſe grave contra votum, quia uſus ille eſt res gravis.

Tranſcriptio ad votum paupertatis.

663 Hæc omnis doctrina Eminentiſſ. & Sapient. Cardinalis mihi omninò placet : cui ſuperaddo peccare etiam contra juſtitiam illos, qui in eadem bibliotheca abſcondunt libros, ſeu ita ponunt extra locū propriū, ut à ſe ſolis reperiri poſſint : hi enim fraudant ſine cauſa alios jure, & uſu talium librorum.

Rogabis 1. ex peccet contra votum paupertatis ille qui ex alterius cubiculo clam accipit ejus manuſcripta concionum, vel alterius generis, & ea tranſcribens ſtatim reſtituit priori ſuo loco? Affirmat expreſſè Pellizarius tract. 4. cap. 2. num. 316. ex Bartol. à S. Fauſto lib. 6. theſau. q. 118. & favet Lugo tom. 1. juſt. diſp. 3. n. 154. Probant, quia uſus ille eſt pretio magno æſtimabilis, propter ſingularitatem, quæ magnam rebus æſtimationem addit: & non deeſſet qui uſum illum, & tranſcribendi facultatem voluiſſet emere aureis 200. vel 300. Quanvis fatear prædictum ſic accipientem, & tranſcribetè peccare contra juſtitiam, quia injuſtè defraudat alium ſingularitate ſui manuſcripti, tamen mihi difficile eſt, quòd peccet contra votum paupertatis. Probo, quia tranſcriptio illa non eſt materia voti paupertatis, nam ad tranſcribendum quodcunque optimum manuſcriptum nemo indiget facultate ſuperioris: & quidem ſi ille cujus inviti manuſcriptum trãſcripſiſti, libens annueret, facultate ſuperioris non indigeres: ſicut ſi memoriter dictaret, vel ſcientificas aliquas concluſiones te edoceret. Confirmo à ſimili, nam ſi religioſus tranſcribat receptam aliquam ſingularem alicujus medici inviti, non violaret votum paupertatis, quidquid ſit de peccato injutiæ; ergo ſimiliter tranſcribens manuſcriptum alterius religioſi. Ad fundamentum poſſumus reſpondere, non omne pretio æſtimabile eſſe materiam voti paupertatis, ſed ea ſolum pretio æſtimabilia quæ verſantur per ſe in humanis commutationibus, de quo latè diximus ſupra n. 571.

Libros à ſeculari furans regularis.

664 Rogabis 2. an violet paupertatis votum regularis qui libros à ſæculari vel furatus, vel donatione accipiens eos in communi bibliotheca abſque ulla ſuperioris licentia collocavit pro communi omnium uſu? Affirmabit aliquis 1. quia ubi intervenit furtũ, violatur paupertas, ut docent Valen. 2. 2. d. 10. q. 4. p. 3. col. 2. & Leſſ. lib. 2. juſt. cap. 41. num. 79. ibi autem ſupponitur interveniſſe furtum. 2. Quia quando datur acceptio alicujus rei, quæ verſatur in humanis commutationibus, abſq; licentia ſuperioris, peccatur cõtra votum paupertatis: in noſtro autem caſu ſupponitur data ſimilis acceptio. Negandum tamen eſt ex doctrina Navarri lib. 3. Conſil. in edition. titul. de regul. conſ. 75. num. 40. & Sanch. lib. 7. Decal. cap. 19. num. 55. Patet, quia talis regularis, ſive per illud furtum, ſive per illam acceptionem non eſſet proprietarius: voto enim paupertatis ſolum vovit nil ſibi quæſiturum, aut appropriaturum ſine licentia ſuperioris: ſed in caſu propoſito nihil ſibi intendit quærere, aut appropriare; ergo votum paupertatis non violat. Vnde Sanchez loco citato Valentiam & Leſſium citatos ſic interpretatur, ut intelligantur, quando religioſus furatur, ut ſibi quærat, vel appropriet.

Furtum omne in religioſis an ſit contra votum paupertatis.

QVÆSTIO VII.

Quænam ſint in jure librorum privilegia?

Librorũ privilegia.

665 Æquum fuit, ut libri pro ſua neceſſitate, utilitate, & præſtantia gauderent multis, & non vulgaribus privilegijs: æquum etiam eſt, ut qui hactenus de librorum neceſſitate, utilitate, & præſtantia diſſeruimus, eorum nonnulla, eaque præcipua referamus privilegia. Primum igitur privilegium intervenit in donatione librorum, quã pater facit filiofamilias ſcholaſtico. Nã Antonius Gomez ad l. 29. Tauri num. 17. aſſerit libros, quo pater filiofamilias tradidit cauſa ſtudij, gaudere privilegio bonorum quaſi caſtrenſium, ita ut ſtatim ad ipſum pleno jure pertineant, nec proinde poſtea adducendi ſint ad collationem, & partitionem, etiamſi filius ſtudia ſua non abſolverit; nec ſit in procinctu ad exercendas litteras. Nihilominus ſententia verior, & communior dictum privilegium reſtringit, & loquitur cum diſtinctione: ſi filiusfamilias erat Doctor, licentiatus vel advocatus, vel judex, aut ſua jam ſtudia abſolverat, & erat paratus, ac veluti in procinctu ad exercendum quod ſtudio comparaverat, & libri jam filio ipſi erant traditi, vel ſaltem promiſſio & donatio illorum illi à patre facta, & à filio acceptata, tunc libri ſunt verè bona quaſi caſtrẽſia, ex quo ſequitur pertinere pleno jure ad ipſum filium, ita ut nec pater poſſit de illis diſponere computando in tertiam, nec filius teneatur illos adducere in collationem. Si verò tempore mortis ipſius patris libri illi nondum erant traditi, nec eorum promiſſio & donatio à patre facta, & à filio acceptata, ſive filius ſtudia abſolverit, eſſetque in procinctu ad litteras exercendas, ſive non, dicti libri carent ratione bonorum quaſi caſtrenſium, proindeque conferri debent ad partitionem. Ita Bartolus in tract. de duobus fratribus num. 15. Navar. in Summa Latin. cap. 17. num. 159. Afflictis deciſ. 247. num. 2. Vellaſcus de part. cap. 13. num. 159. Molin. tom. 1. juſt. d. 239. §. Quod libros, Steph. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 50. num. 24. Perez l. 8. tit. 2. lib. 1. Ord. pag. 46. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 2. caſu 131. & de præſum. quæſt. 29. n. 85. Mariento lib. 3. gloſ. 2. à num. 3. titul. 8. lib. 5. Rebuff. in privil. ſcholaſt. priv. 55. Avendaño ad leg. 29. Tari gloſ. 3. num. 6. Mantica de ambig. conven. lib. 19. tit. 14. à num. 8. Petrus Barb. p. 7. legis primæ ff. ſolut. matr. num. 37. Rolandus tom. 2. conſ. 11. num. 25. Dueñas regula 222. limit. 3. & Fagun. l. 4. præc. Decal. lib. 4. c. 20. n. 20.

Libri inter bona quaſi caſtrenſia.

Libri an conferẽdi ad partitionem.

Prior

Prior reſolutionis pars ſufolcitur ex tex. & ibi gloſ.in l.quæ pater ff.famil. herciſc. & l. filiæ C.illo titu.& ex paritate rationis,quia libri armis militum æquiparantur, Gloſ.ſing.in l.nepos Proculo ff.de verb.ſignif. ſicut igitur militum arma non conferuntur, utpote peculium caſtrenſe, dicta l.filiæ, ſic nec libri. Poſterior pars ſuadetur,quia ut pater videatur donare, ſive in caſtrenſe peculium,ſive alio modo,exigitur traditio l.1.C.de caſtrenſi pecul. lib.12. l. ſi filij C.de donat.inter virum. l.2. C. ſi quis alteri. Si igitur non intervenit traditio,libri illi tanquam bona communia dividentur inter fratres l.certum C.famil.herciſc.

Librorũ donatio quando præſumitur.

666 Secundum privilegium eſt, quod latè proſequitur Petrus Barb. citat. num.38.ſcilicet libros in dubio præſumi donatos favore ſtudij l. quæ pater ff. famil. herciſc. Ita Alciat.de præſump.regula 1.præſ.17.Horat. Lucius de privil. ſchol.priv.26. Stephan.Gratian.diſcep.foren.tom.1.cap.50.num.24. ex Alex.in l.ſi donatione, Decio col.fin.C.de collat.Rolando conſilt.in 2.dub.lib.2. Vnde ſi pater nomine filij emerit libros, & ei tradiderit, videtur illos donaſſe, & ſi fuerit doctor, illa donatio efficitur peculium caſtrenſe. Addit Menochius de arbitr.lib.2.cent.2. caſu 131. ſufficere quòd pater nomine filij libros emat, & ipſi filio ſtudijs operam danti tradat, ut ipſos non teneatur conferre in partitionem. Huic reſolutioni contradicit Angelus in l. filiæ licet num.3. C.de collat. ubi dicit libros traditos filio,non videri donatos: quia pater id facit ex neceſſitate, & neceſſitas excludit animum donandi l. rem legatam ff.de adimen.legat. Sed hoc fundamentum facilè ſoluit Barb. loco citato, quia licèt pater teneatur ſubminiſtrare filio neceſſaria, non tamen ita tenetur ſubminiſtrare, ut illa liberè tranſeant in dominium filij,ſed vel poteſt ſubminiſtrare animo donandi, vel repetendi: nos autem cum citatis authoribus dicimus, quòd inſtrumenta ſtudij,cui maximè favendum eſt, in dubio præſumuntur donari. Addit benè hoc ita eſſe verum,ut ſi pater mittat pecuniam filio, ut ipſe libros emat, hanc pecuniam cenſeri filio donatam. Quia militat eadem ratio, quæ in libris emptis per patrem nomine filij,& ei traditis: ut adverſus Antonium de Butr.conſ.38. ad finem probant Decius l.ſi donatione num. 41. Cod. de collat. & Gregor. l.5.titul.15.part.6. verbo Los libros.

Libri allati in collationem.

667 Tertium privilegium eſt apud Cardinalem Manticam de tacit. & ambig.convent.lib.19.tit.14. num.11. ubi optimè reſoluit in caſibus, in quibus non præſumitur facta donatio,& filius tenetur libros adducere in patitionem,ſufficere afferre illorum æſtimationem pro eo ſtatu, in quo reperiuntur: debet enim judex eos imputare in filij illius portionem,ne filius litteratus patiatur aliquod detrimẽtum,propter memoriam localem,quã in his libris habet. Deinde ait num.12. æſtimationem librorum eſſe faciendam non inſpecto tempore emptionis,ſed mortis patris, ſeu collationis,ita ut quod minus valent, computetur inter expenſas factas cum filio ſtudente: ſi verò pluris valeant, incrementum illud accreſcat bonis paternis dividendum inter cohæredes. Ita etiam Molina cit.diſp.239. Afflictis deciſ.274.num.2.& 3.Gratianus cit.num.25.26. & Fagund.num.20.fine. Probatur, nam prædicti libri computantur inter expenſas cum filio in ſtudio factas: non enim ſunt minùs neceſſarij ad ſtudium quàm reliquæ expenſæ: ſed expenſæ debent adduci in collationem pro ea parte, quæ illarum extat; ſic igitur prædicti in diviſionem pro ea parte, quæ illorum extat,nempe pro valore, quem habent tempore diviſionis.

Libri inter bona quaſi caſtrenſia.

668 Quartum privilegium eſt, quòd libri empti filio eunti ad ſtudium, debent cenſeri ejus caſtrenſe peculium. Ita Garſia Gallæcus tract.de expenſ.cap.4.num.7. ad finem.Probat,quia tex. in l.5.tit.4.part.5. & l.5.tit.15.part.6. connectunt, & videntur coæquare donationem factam ſcholari, & militi: quam æquiparationem admittunt Cyn. l.filiæ licet ad finem,& ibi Angel.num.2. C.de collation.ſed donatio armorum, vel aliarum rerum mobilium facta militi eunti ad caſtra,tranſit in peculium caſtrenſe l.filius C.famil.herciſc. l.1. C.de caſtren.pecul.ergo etiam donatio librorum facta filio eunti ad ſtudium tranſit in peculium caſtrenſe. Hanc tamen ſententiam ut novam, & falſam ſugillat Petrus Barb. 7.p. legis primæ ff. ſolut.matr. num.39. ex eo quòd nullibi in jure probatur ſcholarem dici habere peculium caſtrenſe. Ita Bartolus receptus l. 1. §. neque caſtrenſe num. 1. ff. de collat. bonor. Neque(inquit)ea ſimilitudo de milite ad ſcholarem bona eſt: quia miles tendens in caſtra, miles cenſetur l.penult.ff.de milit. teſtam.unde meritò ei datum cenſetur caſtrenſe peculiũ. Quæ ratio ceſſat in ſcholari, quia multa contingere poſſunt, ne fiat Doctor, vel advocatus, arg. §.illud Inſtit. de rerum diviſ. & ideo interim non videtur habere peculium caſtrenſe. Æquiparatio igitur(concludit)facta per prædicta jura,ita exaudienda eſt, quòd utroque caſu valeat donatio, & utroque caſu ceſſet collatio, & imputatio, diverſa tamen ratione: nam in milite & Doctore ceſſat, quia donatio tranſit in caſtrenſe peculium, & in ſcholari ceſſat imputatio & collatio, nõ ex prædicta ratione,ſed ſpeciali favore ſtudij l. quæ pater, & diximus ſupra.

669 Quintum privilegium eſt, quòd libri non ſunt tacitè obligati pro conductione domus. Quàvis enim regulariter illate

Digitized by Google

Libri nõ ſunt obligati penſione domus.

illata & invecta in domum conductam ſint tacitè hypothecata domino domus pro penſione. l. item quia in princ. ff. de pact. l. certi juris C. locati. l. ſolutum ff. ſolutam de pignorat. action. l. 3. & per totum titulum ff. & Cod. in quib. cauſ. pig. & hypoth. tacitè contr. prout ſic intelligentes reſolvunt Menoch. remed. 3. adipiſc. num. 110. Stephan. Gratian. diſcept. foren. cap. 68. num. 12. Roman. ſing. 233. Forcat. Dial. 17. init. Cald. Perey. de emption. cap. 33. nu. 94. Ludov. Peruſ. deciſ. 84. & Maſcar. concl. 210. n. 8. tamen hæc generalis regula fallit in libris ſcholarium, qui in domum conductam invecti non obligantur domino tacitè pro penſione; ut tradunt Zaſius ad §. Item Serviana num. 23. Inſtit. de action. Aret. & Angel. ibid. Albet. in Diction. verbo ſcholaris, Barbat. tract. de præſtantia Cardin. quæſt. ult. 2. par. num. 26. & alij quos referunt, ac ſequuntur Menoch. remed. 3. adipiſc. poſſeſſ. num. 141. Rebuff. privil. ſchol. priv. 19. & Emman. Barb. in remiſſ. ad Ordinat. lib. 4. tit. 23. §. 3. num. 5. Probatur; quia illa non obligantur tacitè, quæ non eſt veriſimile quenquam ſpecialiter obligaturum; & ſine quibus aliquis non poteſt commodè, vel honeſtè vivere, l. obligatione generali ff. de pignor. l. 1. C. quæ pignor. obliga. Sed nõ eſt veriſimile quòd ſcholaſticus eſſet ſpecialiter ſuos libros obligaturus, deinde non poteſt vacare litteris abſque libris; ergo libri non ſunt tacitè obligati pro conductione. Confirmatur à ſimili, quia arma militum non cenſentur tacitè hypothecari juxta Menochium citatum; ergo neque libri ſcholaſticorum.

Pigneratio in libris.

670 Sextum privilegium eſt, quòd in libris nequit fieri pigneratio, neque executio pro debito, ſicut etiam non poteſt fieri in armis militis. Ita Gloſſ. ſing. in l. Nepos Proculo ff. de verb. ſignific. ſecundùm Bal. in margar. verbo ſcholaris, Barbat. in tractat. de præſtan. Cardin. in V. quæſt. ſecundæ partis col. 7. num. 26. Iaſ. in §. Item Serviana nom. 65. Inſtit. de action. Rebuff. de privil. ſchol. priv. 113. Menoch. remed. 11. recuperan. poſſeſſ. num. 13. Azeved. l. ult. à num. 42. tit. 21. lib. 4. novæ Recopil. Marc. Anton. de Amatis Marchiæ deciſ. 76. Gratianus diſcep. foren. cap. 50. num. 26. ex Baldo ad l. Macedoniam C. ad Macedon. Emman. Barb. in remiſſ. ad Ordin. lib. 3. tit. 86. §. 23. ubi Ordinatio Luſitana à pignoratione, & executione pro debito, inter alia libros excipit in hunc modum: „ Porèm não ſe penhoratàm „ os fidalgos, & cavalleiros, & noſſos Deſem„ bargadores nos cavallos, armas, livros, &c. Si enim (inquit Rebuff. citatus) quando capta ſunt arma militis, ſolent ad cautionem illius cujus ſunt, reddi, conſtituendo ſe emptorem juſtitiæ, multo id fortiùs in libris fieri debet: nam libri dicuntur res pretioſæ, cum dupla pro illis poſſit promitti §. illud, in proœm. ff. & l. emptori ff. de evict. quæ non præſtatur niſi pro rebus pretioſis. Procedit quanvis alia bona nõ habeant in quibus fiat executio. Vide Gutier. de juram. p. 1. c. 16. n. 13. Fallit tamen hoc privilegium apud Rebuff. Azeved. & M. Antonium citatos, ut nempe poſſint retineri libri ſcholaris diſcoli. Item poſſit hoſpes retinere libros pro expenſis factis ad alendum ſcholaſticum, vel pro infirmitatis, aut funeris expenſis, aut alijs neceſſitatibus, donec ſibi ſatisfactum ſit.

Mandatũ ad libros tradẽdos.

671 Septimum privilegium eſt, quòd libri ſcholarium non ſunt alicui tradendi ſine mandato. Quanvis enim admittatur procurator cum cautione rati, quando de mandato dubitatur l. 1. C. de procurat. tamen hoc non ſufficit quando aliquis tãquam procurator, vel conſanguineus, vel amicus repetit libros ſcholaſtici. Quia non debent eidem tradi, niſi plenè probet mandatum ſpeciale ad hoc, licèt paratus ſit dare cautionem. Ita Alber. in l. qui ita §. 1. in fin. ff. ad Trebel. & Rebuff. privil. 114. Ratio eſt, quia in libris verſatũr magna affectio l. nummis ff. de in litem jurando, Gloſ. in cap. 1. de elect. in 6. & illud intereſſe eſt probabile, pro quo ſcholaris poſſet multa hoſpiti petere, ut ait Rebuff. citatus; ergo non debent ſe hoſpites fragilitati cautionum committere. Ex dictis ſequitur 1. ſi ſcholaris dicat hoſpiti, trades libros illi, quem mandavero, & aliquis verba illa audiens veniat poſtea nomine illius ſcholaſtici petens, & huic hoſpes tradat libros, non manere liberatum talem hoſpitem. l. ſi quis uxori §. primò ff. de furt. ubi Bart. Quia juxta Gerardum ſing. 87. non debuerat tradere ſine mandato. Sequitur 2. ſi commodavero libros, vel depoſuero penes te, & poſtea mittam litteras, ut eoſdem libros mittas, te tradentem portanti litteras, qui poſtea aufugit, & vendidit, non manere liberatum. Quia ego nõ videor ad te mittere, ut illos libros tradas portitori litterarum, ſed idoneo, ut ſumitur ex l. eum qui §. fin. §. commodati. Hippol. ſing. 430.

Libros ſcholaſticorum nequit Iudæus retinere.

672 Octavum privilegium eſt, quòd Iudæi libros ſcholaſticorum furtivos eis pignoratos, aut venditos retinere non poſſunt. Quanvis enim Iudæi fruantur eo privilegio, ut res furtivas eis pignoratas, aut venditas retinere poſſint, donec per veros dominos pretium reddatur: quod eſſe contra jus l. in civilem C. de furt. dixit Rebuff. in repet. l. Divus fol. 24. verſ. tertio quarto ff. de Senatuſcònſ. Silla. tamen hoc privilegio uti nequeunt in libris contra ſcholaſticos: v.g. ſi famuli ſurripiant ab ſcholaſticis libros, & vendãt Iudæo, Iudæus nequit illos retinere, donec ſcholaſtici reſtituant pretium. Ita Rebuff. privil. 115. ex Panormitano in cap. quòd clericis, de foro competen. Franciſ. de Crema ſing. 81. & Decio in cap. cum venerabilis col. 5. num. 12. de except.

Ratio

Ratio eſt, quia nemo uti poteſt ſuo privilegio contra privilegiatum. Authen. quas action. C. de ſacroſ. Eccleſ. Scholaſticus autem privilegiatus eſt. Et hoc non ſolum habet locum in Iudæis, ſed multo meliùs in Chriſtianis non ad hoc privilegiatis: ex quo ſequitur teneri mediatores, ac revenditores librorum reſtituere, non dato illis pretio per ſcholares l. inutilem C. de furt.

Liber ſcholaris edendus.

673 Nonum privilegium eſt, quòd liber ſcholari ad fundandam intentionem edendus eſt à mercatore v.g. qui ad talem librum edendum compelli poteſt. Quanvis enim regulariter non teneatur quis edere ad intentionem fundandam l. 1. & fin. Cod. de edend. tamen libros tenetur quis edere ſcholaſticis ad intentionem etiam eorum fundãdam, ut probat Rebuff. privil. 116. ex favore ſtudij, & utilitatis publicæ ex ſtudio provenientis. Nam in fiſco hoc ſtatutũ eſt l. ne quiſquã ff. de edẽd. l. 2. §. Divus ff. de jure fiſci l. 1. Item in dote, quæ ſtudio æquiparatur, ut videre eſt apud Bal. de Bartolinis in repet. l. 1. in 124. dotis privil. n. 319. ff. ſolut. matr. Habetur igitur ſupra aſſignatum privilegium apud Decium in cap. 1. col. 10. de probat. & Purpuratum ad l. 1. Cod. de edend. Vnde ſi ſcholaris habeat librum penes mercatorem, forte pignori datum, talem mercatorem compellere poterit ad oſtendendum ſibi librũ, tex. in Authen. hoc ita, ubi Bart. C. de pignor. & in l. à divo Pio §. inſuper in fin. ff. de re judic. Et teſtatur Rebuff. privil. 116. ſe iſta induxiſſe contra revenditorem librorum, qui emerat libros ab aliquo, & poſtea ſcholaſticus illos petebat ſibi exhiberi, ut videret an ſui eſſent, & ita fuiſſe judicatum.

Libri tradendi non obſtante appellatione.

674 Decimum privilegium eſt, quòd librorum ſcholaſtico tradendorum executio non impeditur, neque ſuſpenditur appellatione. Quanvis enim in appellatione detur effectus devolutivus, & ſuſpenſivus, ita ut quando legitimè appellatur à ſententia definitiva conquieſcat officium judicis, & nõ valeant ultra ejus acta, cap. 1. cap. vetum, cap. ut noſtrum, cap. dilecti, & cap. ex parte, de appellat. & l. appellationibus C. de appellat. & l. 1. C. de bon. poſſ. ubi DD. & Maranta de ord. jud. 6. par. §. de appellat. à num. 174. tamen executio ſententiæ de tradendis libris, non ſuſpenditur appellatione, quando ſcilicet profertur ſententia contra bibliopolam, vel alium, ut libros ſtudioſo tradat. Ita Scaccia de appellat. quæſt. 17. limit. 6. memb. 2. num. 36. verſ. extende, & limit. 7. num. 10. & Alphonſus de Eſcob. cap. 16. n. 25. à quibus de hac re elegãs ſubditur ratio, nempe libros eſſe alimenta ingenij: unde ſicut alimentorum corporalium ſententia non impeditur, ſed executioni mandatur, quanvis ab ea appelletur, ita idem in alimentis ingenij ſtatui oportuit.

Libri non debent gabellam.

675 Vndecimũ privilegium eſt, quòd libri non debent gabellam, ſeu vectigal. Ita ex l. 34. tit. 18. lib. 9. Recopil. deſumit, Emman. Barb. in remiſſ. ad Ordin. Luſitan. lib. 1. tit. 78. §. 14. num. 21. & Gutier. de gabell. q. 78. à num. 5. Ita etiam expreſſè Roland. tom. 3. cõſ. 34. num. 16. Ratio eſt, quia gabella ſolui non debet de rebus, quas quis defert cauſa ſui, vel ſuæ familiæ uſus l. fin. §. Divus ff. de public. l. ſi publicanus §. de rebus. ubi Bar. eo tit. Rul. in conſ. 112. num. 9. vol. 5. Bertach. in tract. de gabell. in 2. p. 8. q. Iul. Fer. tract. de gabel. à num. 127. & Sal. in l. Vniverſi C. de vectig. & com. ubi ait, quòd pro rebus quæ portantur uſus ſui cauſa, vel gratia juris exercendi, non dicitur vectigal ſolui. Et ideo ſubdit, quòd judices ſeu officiales nihil ſolvere debent pro libris, quos portant ſecum: item & ſcholares, quia juris exercendi cauſa portant. Gabella apud Luſitanos vulgo dicitur (Siza) teſte Barboſa cit. num. 21. ex eo quòd cum Regina Philippa uxor Regis Ioannis I. filia Ducis Alencaſtrenſis vidiſſet impoſitam, dixerit (bona ſiza) quaſi bono conſilio Rex motus fuerat in impoſitione hujuſmodi tributi ad Regiæ dignitatis onera ſuſtinenda. Vel forte melius dicitur quòd nomen acceperit à tributo Neapolitano, quod (Aſizia) nuncupatur. Ita Eduard. Nunez de Leaõ livro da orig. da lingua Portug. cap. 12. Petrus Mariz Dialog. 4. Regum Luſitan. fol. 134. Afflict. ad Conſtit. Regni Siciliæ lib. 1. Rub. 70. de tricoſſima, & ſalario num. 11. & Cabed. p. 1. deciſ. 113. n. ult.

Siza unde dicatur.

Libri legati ſcholaſtico.

676 Duodecimum privilegium eſt, quòd ſi teſtator legaverit ſcholari libros legum, ſi efficiatur Doctor in jure civili, & libros medicinæ, ſi efficiatur Doctor in medicina, libros tam legum, quàm medicinæ debeat habere, ſi in utraque facultate Doctor fiat. Ita Rebuff. privil. 150. ex l. Titiæ teſt. & ibi expreſſè Alex. & Iaſ. ff. de legat. 1. Sumitur 1. ex illo axiomate. Dignitas ſuperveniens non tollit privilegium præcedens l. 3. C. de dignit. lib. 12. ergo, quòd ſcholaris fiat Doctor in medicina, & propter hoc ferat libros medicinæ, non tollet quòd factus Doctor in jure civili ferat libros legum. Sumitur 2. ex alio axiomate. Sub ſimplicibus comprehenditur caſus mixtus in favorabilibus l. ſi ita ff. de liber. & poſthum. l. 2. in princ. ff. de verb. oblig. Vbi Marc. Anton. Bavetr. in §. ſed cum aliquis col. 21.

Librorũ venditio ad reſtitutionem.

Decimũ tertium privilegiũ eſt, quòd neque Doctor, neque Iuriſperitus teneatur in conſcientia vendere libros, quibus ad ſtudendum indiget, ut reſtituat quod debet. Ita expreſſè Pagund. præc. 9. decal. lib. 7. cap. 17. num. 15. ex Suar. lib. 4. de juſt. quæſt. a. 4. Maldero tract. 4. cap. 7. dub. 1. Azorio tom. 3. lib. 4. cap. 49. & Molina tom. 3. de juſt. diſp. 754. Ratio eſt, quia nemo tenetur reſtituere cum jactura ſtatus juſtè acquiſiti, ſed poteſt differre ſolutionem debiti,

quoad

quoad uſque devenerit ad fortunam pinguiorem: & quidem Doctor ſine libris amittet ſtatum. Deinde impotentia moralis excuſat à reſtitutione: & quidem quod valde durum ac difficile eſt, quale in profeſſore litterarum ſpoliari libris, cenſetur moraliter impoſſibile. Tandem quia ad reſtituendum neque miles tenetur vendere arma, neque artifex inſtrumenta, neque agricola boves, quibus arat; ergo etiam neque litterarum ſtudioſus tenebitur vendere libros, qui ſunt arma, & inſtrumenta litteraria.

Ceſſio bonorum in ſcholari.

677 Decimum quartum privilegium eſt, quòd ſtudioſus non poteſt conveniri in libris, quos emit poſt factam ceſſioné bonorum. Quanvis enim ſi aliquis ceſſit bonis, & poſtea pervenit ad fortunam pinguiorem, ex integro conveniri jure poteſt §. fin. Inſtit. de action. & l. 1. C. qui bonis cede. poſſunt. hoc tamen non habet locum in ſcholaribus, à quibus non ſunt libri auferendi, etiam ſi illos emant poſt ceſſionem. Ita Rebuff. privil. 32. ex Gloſ. ſing. in l. nepos Proculo ff. de verb. ſignif. Socin. in tract. fallen. regula 47. & Iaſ. in §. Item ſerviana n. 66. Inſtit. de action. Sumitur ex juribus, & rationibus ſupra allatis.

QUÆSTIO VIII.

Quid juris in armamentarijs Academicis, ſeu bibliothecis?

Bibliotheca in Academia.

CUm unaquæque Academia ſuis frequens ſtudioſis tam, profeſſoribus, quàm auditoribus ſub uno Rectore, ſit quædam veluti militia ſuis inſtructa ducibus, & militibus ſub uno Imperatore, ſicut milites armis pugnant, ita ſtudioſi libris obarmantur, & ſicut armamentaria ſuppeditant militibus arma, ita bibliothecæ ſtudioſis libros. Hinc ſolent Academiæ celebriores habere communes bibliothecas, quas ſuſtentant publicis ſumptibus, pro utilitate ſtudioſorum. De Conimbricenſi ita habetur lib. 2. Statut. tit. 46. init. ¶ Averá na Vniverſidade hũa livraria publica, na qual eſtarám os livros de todas as faculdades em eſtantes, ou almarios, prezos com cadeas, & repartidos, & ordenadas na melhor maneira & ordem que puder ſer pera bom concerto. Solent etiam viri privati locupletes, quò litterarum avidiores ſunt, eò copioſiores librorum theſauros ſibi congerere; nam ſicut in Republica (inquit Petrus Gregor. de Repub. lib. 18. cap. 7. init.) & privatim & publicè theſauri colliguntur, & reconduntur ad uſum neceſſitatis, ſic theſauri litterarum, & bonarum artium, qui in libris, & magiſtris mutis conſiſtunt, inter præclara Reipublicæ bona reponuntur à privatis, & publicis perſonis.

Bibliotheca quid ſit.

678 Prima difficultas eſt, quid ſit bibliotheca, quis ejus primus inventor, & quid in legatis veniat illius nomine. Quoad primum, bibliotheca vox eſt, quam à Græcis Latini acceperunt penuria vocabuli: quanvis enim pro eodem frequenter uſurpetur bibliothecam, & librariam, tamen libraria capitur frequentiùs pro taberna, in qua venales libri exiſtunt, bibliotheca autem quaſi biblorũ theca, ſeu librorum receptaculum tria ſignificat, Locum, Armarium, Libros. Quoad ſecundum, de inventore, credit author Theatri vitæ humanæ verbo eod. bibliothecarum uſum cum ipſis litteris fuiſſe adinventum. Nam ſimul (inquit) ac ſcire, & ſapere natum eſt, mox etiam ſcribere: & iſtud eſſe cum fructu non potuit, niſi libri ad præſentium & poſterorum uſum diſpoſiti adſervarentur. Privata primum ea cura, & quiſque ſibi ſuiſque ſtruebat; poſtmodũ Reges, & Dynaſtæ uſurparunt, nec in uſum ſolum, ſed ambitionem, aut ſplendorem. Sanè multos olim congerere libros, vix fuit privati hominis, aut cenſus; cum tarda & impendioſa tranſcriptio eſſet: donec utiliſſima typographia rem in compendium miſit. His non obſtantibus, Plinius lib. 7. cap. 30. & lib. 35. cap. 2. celebrat M. Varronis bibliothecam, quæ prima in orbe ab Aſinio Pollione ex manubijs publicata Romæ eſt. Aſinij Pollionis (inquit) inventum eſſe Romæ, vultus authorum pingere, qui primus bibliothecam, inquit, dicando ingenia hominum rempublicam fecit. An autem priores cœperint Alexandriæ, & Pergami Reges, qui bibliothecas magno certamine inſtituere, non facile dixerim.

Bibliothecarum inventor.

Bibliotheca nomine quid veniat.

679 Quoad tertium, quidnam in legato, quando nempe quis legat alicui ſuam bibliothecam, veniat bibliothecæ nomine, armarium ne, ſeu pluteus, & ambones, an libri. Bartolus ad l. cum pater §. menſæ ne leg. 2. & tex. in l. librorum §. ſed ſi bibliotheca, & §. libris, ubi Bar. de leg. 3. abſolutè docet non venire armarium, ſed tantum libros. Illud ſcio expreſſum eſſe in §. ſed ſi bibliotheca citato explorandam eſſe circa hoc teſtatoris mentem: Sed ſi bibliothecam legaverit, utrum armarium ſolum an libri quoque continẽtur, quæritur? Et eleganter Nerva ait intereſſe quid teſtator ſenſerit. Vnde Maſcardus de probat. concl. 192. rectè ait de hac re ſtatuẽdum eſſe, inſpecta prius qualitate & legantis, & legatarij, niſi aliter ex verbis legantis de ejus mẽte appareat. Nam ſi ſcholaris (inquit) ſit qui legat alteri ſcholari, ex tali legato veniret, etiam libri. Et facit tex. in l. librorum §. quod tamen Caſſius in fine ff. de legat. 3. & l. plenum §. equitij, ff. de uſu & habit. licet etſi ſuſceperit §. 1. ff.

de

Digitized by Google

Loquendi uſus prævalet. de jud. Si verò ſtationatius ſit, qui legat alteri, tunc cenſetur ſentire magis de armario, quàm de libris. Primum tamen advertēdum eſt, quomodo fuerit concepta charta legati, ut notat Bart. citatus per tex. in l. cum filiofam. ff. de legat. ſed præcipuè attendendus eſt communis uſus loquendi illius regionis, qui debet prævalere uſui loquendi ipſarum legum. Explicatur exemplo: nam quanvis ſtricta vocis ſignificatione beſtiæ, non veniant, niſi animalia feræ „ naturæ, ut urſi & leones: Beſtias enim (in„ quit Vlpian. in l. 1. §. beſtias ff. de poſtul.) ac„ cipere debemus ex feritate magis, quàm ex „ animalis genere, hoc tamen non procedit, quando communi uſu loquendi regionis animalia domeſtica vocarentur beſtiæ: quia tali ſignificatui ſtandum eſt. In ſtatutis enim etiam exorbitantibus, & correctorijs juris communis verba debent accipi ſecundùm uſum loquendi religionis, non obſtante lege aliter tale verbum interpretante, Arg. l. cum de lanionis §. aſinam ff. de fund. inſtr. l. Labeo ff. de ſupellect. leg. Ita Maſcard. concl. 190. ex Tiraq. Natta, & multis alijs, quos citat.

680 Secunda difficultas eſt, ſitne quid honeſtum, & à virtute magnificentiæ profectum bibliothecas parare? Non deſūt qui pro utraque hujus duplicis difficultatis parte negativè pugnent, exemplo magnorum Regum, qui libris infenſi bibliothecas nobiliſſimas, multoque labore, & pretio comparatas everterunt, de quibus nonnulla diximus quæſt. 1. & 2. & modò addimus ex Dion. lib. 54. Auguſtum duo millia fatidicorum librorum concremaſſe, & ex Euſeb. hiſt. Eccleſ. lib. 1. cap. 6. Herodem Aſcalonitam, ut ſuam tegeret ignobilitatem, libros genealogiarum, quos habebant reconditos in ſecretioribus templi archivis, redegiſſe in cineres: & ex Tiberio Deciano tract. crim. lib. 5. cap. 46. num. 6. Antiochiæ in templo, quod olim Trajano dicatum fuit, nobilem extitiſſe bibliothecam, quam Iovinianus ex inſtigatione uxoris, faces ſubjicientibus concubinis, incendi juſſit. *Bibliothecarum everſio.*

Hæc tamen exempla utpote peſſima, & nata ut plurimùm ex odio litterarum (nl forte in Auguſto ex odio errorum, qui fatidicis valde familiares ſunt) nobis ſuadent potiùs quàm diſſuadeant affirmativam ſententiam in utraque difficultate propoſita. Quòd verò parare bibliothecas, ſit quid honeſtum, patet ex fine intrinſeco honeſtiſſimo, ad quem libri congeſti, & ſeriatim ordinati diriguntur: nam finis hujuſmodi eſt ſtudioſos ſana doctrina imbuere, & rectis moribus informare. Deinde quòd videatur quid profectum ex magnificentia, conſtat in regibus, & locupletiſſimis dynaſtis, qui maximis impenſis ſolent copioſiſſimas parare bibliothecas, pro ſuis ſtatus ornamento, & ſplendore, Ptolomæus Philadelphus Ægypti Rex *Bibliothecarum paratio.* theſaurum maximum impendit in conquirendis libris omnigenarum diſciplinarum, ut Alexandrinam ſuam adornaret bibliothecam. Piſiſtratus Athenienſis hoc nomine maximè laudatur, quòd privato ſumptu libros liberalium artium omnibus legendos propoſuerit. Octavianus Cæſar anno ab Vrbe condita 726. cum templum Apollinis in palatio dedicavit, bibliothecas perfecit. Conſtantinus Imperator, cum intelligeret à ſuis prædeceſſoribus quàm plures ſacros libros fuiſſe impiè crematos, maximis impenſis bibliothecas reſtaurari curavit, ut refert Socrat. in hiſt. Eccleſ. lib. 1. cap. 9. Theodoſius Iunior, filius Arcadij nō fuit Ptolomæo inferior in bibliotheca paranda, ut teſtatur Nicephorus lib. 14. hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 3. Mitto plures, quos invenies apud Petrum Gregorium de Repub. lib. 16. cap. 7. Decianum lib. 5. cap. 46 & Iuſtum Lipſium erudito ſyntagmate de Bibliothecis.

681 Tertia difficultas eſt, an bibliotheca legata infanti, ut ei, quando fuerit habilis, tradatur ad uſum ſtudij, ſit legatū certum, & cedat infanti quoad proprietatem? *Bibliotheca legata.* Exiſtimabit aliquis hujuſmodi legatum eſſe incertum, & nunquam cedere quoad proprietatem. Probabit primum, quia non datur certitudo temporis quo infans habilis vacabit ſtudio: unde ſicut eſt legatum incertum, quod relinquitur Petro tradendum, quando factus fuerit Epiſcopus: ita quod tradetur infanti, quando factus fuerit habilis ad ſtudium. Probabit ſecundum, quia quando legatur uſus ex prædio, hoc non cedit quoad proprietatem; ergo ſimiliter quando legatur uſus ex bibliotheca, hæc non cedet quoad proprietatem. *Legatum certum, & incertum.* Nihilominus in utraque difficultatis parte oppoſitum tenendum eſt: imprimis legatum illud habendum eſſe pro certo, defendit Stephan. Gratian. diſcep. foren. tom. 2. cap. 254. num. 35. Quia novum (ut inquit) non eſt in jure, quòd legata quanvis incerta habeantur pro certis, ſi poſſunt certificari per relationem habito reſpectu ad perſonam legatarij, ut de relicto facto cauſa ſtudiorum, quod dicitur cedere, & peti poſſe, quando legatarius eſt effectus talis, qui communi hominum opinione poſſit dare operam ſtudijs, l. nec ſemel 12. §. ſi in habitatione ff. quand. dies leg. ced. Menoch. lib. 4. præſ. 199. num. 19. Vbi multa adducit quando poſſit certificari legatum ratione rei quæ relinquitur, vel ratione cauſæ pro qua factum eſt: & tunc ſemper redditur certa dies legati, juxta Bald. l. 1. num. 5. Cod. quando dies leg. ced. Circa alteram partem, ſcilicet bibliothecam illam relictam infanti cedere quoad proprietatem, tradit idem Gratianus citatus num. 43. Quia teſtator mandavit bibliothecam totam, & integram conſervari pro infante illo ad uſum ſtudij; ergo non fuit legatus ſolus uſus ſtudij, ſed fuit

legata

legata bibliotheca ad uſum ſtudij, ac proinde dicitur relicta proprietas. Sic enim dicitur de prædio alicui relicto ad uſum, ſeu uſumfructũ, quod continet proprietatem: quidquid ſecus ſit, quando relinqueretur uſus ex prædio. Ita Bald. in l.ſi mulier num.2.Cod.de jure dot. per tex.in l.donationes §.ſpecies ff.donat. Iaſ. in l.cum hi §. ſi oni ff. de tranſact. Alex.conſ.150. in princ.lib.7. Ceph.conſ.58.n.5.lib.2. Et ex his patet ſolutio ad rationes dubitandi pro partibus oppoſitis.

Monialibus relicta bibliotheca. 682 Quarta difficultas eſt, Vtrum bibliotheca librorum, Græcorum, Hebraicorum relicta monaſterio monialium poſſit alienari abſque legitima ſolemnitate? Videtur negandum. Quia per Extrav. Ambitioſæ Pauli II. & alios Canones prohibita eſt regularibus ſub gravibus pœnis alienatio bonorum non ſolum immobilium, ſed etiam mobilium pretioſorum, quæ ſervando ſervari poſſunt: bibliotheca autem illa debet recenſeri inter bona mobilia pretioſa. Nihilominus reſpondeo cum Pellizario tract. 6. cap.8. num.11. non eſſe improbabile talem bibliothecam poſſe alienari abſque legitima ſolemnitate. Facit 1. quod teſtatur Portellus p. 1. caſu 17.num.5. nempe Collectorem Apoſtolicum pro Luſitania in caſu ſimili declaraſſe bibliothecam librorum Latinorum relictam cuidam monaſterio monialium poſſe vendi converſo ejus pretio in rem fructuoſam permanentem, non obſtante quòd ex ſpeciali Bulla cujuſdam Pontificis dictæ moniales prohiberentur alienare mobilia pretioſa ipſis relicta à quadam Regina: quod quidem declaravit, non diſpenſando (diſpenſare enim nequibat) ſed merè declarando legem ex hoc præciſè quod bibliotheca erat monialibus omnino inutilis.

Bona immobilia an poſſint alienari a regularibus; Facit 2. quia bona immobilia relicta monaſterio incapaci, poſſunt abſque debita ſolemnitate alienari, ut dicunt Sanch.lib.7. Decal.cap. 26.num.30.& cap.27.num.17.& Filliucius tract. 44.cap.4.num.32.ex eo quòd poſita ipſius incapacitate ſunt ipſi inutilia; ergo ſimiliter bibliotheca illa relicta monialibus alienari poterit, ex eo quòd, poſita illarum incapacitate, eſt illis inutilis. Facit 3. quia in caſu poſito ceſſat omninò præſentis prohibitionis finis, qui eſt, ut commodo & utilitati monaſteriorum conſulatur, ne eorum bona diſſipentur: ſed hîc utiliùs agitur negotium monaſterij, ſi vendatur bibliotheca, converſo ejus pretio in rem fructuoſam, quàm ſi retenta conſervetur; ergo ſic abſque legitima ſolemnitate alienari poteſt. Et per hæc manet ſatisfactum rationi dubitandi pro parte negativa.

Bibliotheca alienatio. 683 Quinta difficultas eſt, an ex vi ſupra relati decreti ſit interdictum monachis alienare copioſam bibliothecam ipſis competentem? Reſpondeo affirmativè ex Suario tom. 4. de Relig. tract.8.lib.2. cap.27. n. 19. quem ſequitur Pellizarius proximè citatus num.93. Quanvis enim ſinguli libri poſſint alienari excuſante paritate materiæ, tamen bibliotheca tota alienari nequit, cum ſit res graviſſima, quæ meritò computatur inter mobilia pretioſa, quæ ſervando ſervari poſſunt. Illud tamen obſervandum eſt non evadere pœnas latas contra alienantes bona Eccleſiaſtica, eum qui in fraudem legis paulatim venderet bibliothecam copioſam: nam committit contra legem, qui verba legis amplectens contra legis nititur voluntatem: fraus enim nemini patrocinari debet, reg.88. de reg. juris in 6.

Dubitabis 1. quando nam in propoſito caſu incurrantur pœnæ? Reſpondeo cum Pellizario citato num.94. incurri, non quidem ſtatim ac quis incipit alienare aliquem librum cum animo diſtrâhendi paulatim totam bibliothecam ſed ſolùm ubi pervenit ad quantitatem, quæ judicio prudentis æſtimetur gravis, & notabilis. Probatur, quia Eccleſiaſticæ pœnæ regulariter ſolùm contrahuntur, quando actus externus ſub illis prohibitus conſummatur: ex vi autem talis intentionis conſummatur, quando ad notabilem quantitatem ventum eſt: nam omnes illæ venditiones, quæ in ſe ipſis ſigillatim ſunt modicæ, continuantur in unam gravẽ. Confirmatur ex doctrina Bonacinæ de cenſu. in partic.diſp.2.q.3.p.42. num.1 aſſerentis extrahentem extra ſtatum Eccleſiaſticum magnam quantitatem frumenti, ſed ſingulis vicibus modicam, non ſtatim incurrere excommunicationem latam contra extrahentes, quando incipit extrahere intentione extrahendi notabilem quantitatem, ſed ſolùm quando pervenit ad eam quantitatem, quæ prudentis judicio ſufficit ad peccatum lethale. Secluſa illa intentione (inquit Pellizar.cit. num.94.) probabile eſt non incurri dictas pœnas, cum ſic illæ modicæ venditiones moraliter non continuentur, neque faciant unam gravem.

684 Dubitabis 2. an poſſint regulares abſque debita ſolemnitate vendere magnam quantitatem librorum antiquorũ, ad emendos libros recentiores, & utiliores? *Librorũ venditio per regulares;* Benè reſpondet negativè Pellizar.num.95.niſi forte libri illi antiqui eſſent religioſis omninò inutiles, quod vix continget. Sæpe tamen bona fides à culpa & pœna excuſabit. Dubitabis 3. an monaſterium poſſit liberè alienare libros emptos pecunia furtiva, quam bona fide à fure acceperat? Benè reſpondet negativè idem author loco citato, ſi libri illi ſint mobile pretioſum, quod excedat valorem viginti quinque aureorum. Quia libri illi (ut tenet Bonacina de contract. diſp.3. q.3. p.15. num.8.) non ſunt hypothecati pro ea pecunia: atque adeo non ſequitur quòd ſicut pecunia illa potuiſſet alienari, ſic & poſſent alienari libri ex

ea

ta empti.) Vnde non datur ibi locus doctrinæ Quaſantæ verbo Alienatio num. 45. verb. Vndecimò limitat, nec in caſu propoſito militat ratio regulæ. (Subrogatum ſapit naturam illius pro quo ſubrogatur.) Dubitabis 4. ſitne unum, an multiplex peccatum velle unam totam bibliothecam ſurripere. Reſpondet Azor tom. 1. Inſtitut. moral. lib. 4. cap. 4. q. 3. eſſe unicum peccatum, ſed eò gravius & majus, quo materia peccati major eſt. Nam ſicut peccat unico peccato qui vult domum unam exurere, vel pecuniæ acervum furari, vel gregē ovium abigere, ita unico peccato peccat qui deſiderat ſurripere unam integram bibliothecam. Ratio eſt; quia ſicut multæ partes conſtituunt unam domum, multi nummi unum acervum, multæ oves unum gregem, ita multi libri integrant unam bibliothecam; ac proinde moraliter unum objectum furti.

LIBER V

DE RECTORE ACADEMIÆ.

685 VM in libris præcedentibus jam expoſuerimus quæ ad Univerſitatem veluti univerſim, & quaſi acceptam pro toto totius Reipublicæ litterariæ ſpectant; ſcilicet in primo Academiæ eſſentiam, utilitatem, & nobilitatem: in ſecundo leges, & ſtatuta: in tertio privilegia: in quarto exercitia literaria: ſequitur ut expendamus ſeorſim illius partes, ſeu perſonas tam ſuperiores, quàm inferiores, ex quibus coaleſcit hoc myſticum corpus. Ac primùm par eſt, ut ordiamur à Rectore, parte præcipua, totiuſque Academiæ capite, & in hoc præſenti libro per diſputationes, & quæſtiones varias, de Rectoris dignitate, juriſdictione, poteſtate, & obligationibus pro noſtro captu diſſeramus.

DISPVTATIO I.

De dignitate, & juriſdictione Rectoris Academici.

PRæcipuus labor erit in hac diſputatione expedire quæ, & quanta in Rectore Academico ſit dignitas, & juriſdictio: quænam poſtulentur, ut ipſi Rectori talis dignitas & juriſdictio conferatur: ac tandem quanta à ſubditis debeatur reverentia ſuo Rectori conſtituto in tali munere, & dignitate.

QUÆSTIO I.

Quale ſit Rectoris munus, & dignitas?

Rector unde dicatur.

ANtequam ad peculiares hujus muneris, & dignitatis difficultates accedamus, videndum eſt, unde Rector dicatur. Et quidem ut intelligamus quàm grande ſit nomen, conveniunt omnes Rectorem, & Regem in eo convenire, quòd à regendo, uno eodemque fonte deriventur. Erit igitur utriuſque eadem derivatio, & ethymologia, quàm benè exponit Iſidorus 1. ethymolog. capit. 29. his verbis: Rex (inquit) à regendo, id eſt à rectè agendo vocatur. Non autem regit (addit lib. 9. cap. 3.) qui non corrigit: rectè igitur faciendo, Regis, & Rectoris nomen tenetur, peccando amittitur. Rex enim teſte Speuſippo (& idem diceret de Rectore) eſt imperans ſecundùm leges ſubjectis, irreprehenſibilis, civilis ordinis inſtitutor. Vide ad hæc pulchra quidem, & optima in Concil. Aquiſgranenſi cap. 1. & 2. Concil.

686 Prima difficultas eſt, quale fuerit olim, & modò ſit Rectoris munus? Rector (ut dicebamus) à regendo dictus, accipitur pro quocunque gubernatore tam ſæculari, quàm Eccleſiaſtico. Si loquamur de ſæculari,

quamvis Rector olim uſurparetur frequenter pro magiſtro convivij, de quo multa Cælius Rhodig. lib. 27. c. 25. tamen ſi inſpiciamus communem uſum latè accipitur pro illis omnibus, quibus provinciarum, urbium, collegiorum, imò & privatarum familiarum cura, & regimé demendatur. Strictiùs autem apud veteres uſurpari ſolebat pro adminiſtris provinciarum, etiamque viri ſummæ dignitatis, quos Philoſtratus in Sophiſtis appellat Satrapas. In priori ſignificatione utitur Eccleſiaſt. capit. 32. (Rectorem te poſuerunt, nolli extolli.) Quod attinet ad Eccleſiaſticum, Rectoris appellatio longè latèque diffunditur. Vnde in jure Canonico Rectoris appellatione, comprehenduntur omnes habentes regimen animarum, proindeque Epiſcopi, & alij ſuperiores Can. recedite diſt. 45. Item regentes beneficia, ſive ſint prælati, ſive non. Can. de his diſtinc. 11. Intelliguntur etiam qui ſunt ſumpti ad regimen dignitatis cap. ſtatutum, de elect. in 6. Item habentes dignitatem, ſive perſonatum, ſive prioratum. Capit. fin. de officio ordinarij. in 6. Illi etiam qui præficiuntur adminiſtrationi laicorum capit. 2. de jurejurand. in 6. Imò Rectoris appellatione venit etiam Papa, qui Rectorum omnium ſummus Rector eſt. Can. conſequens diſt. 55. & cap. Vbi periculum §. cæterum, de elect. in 6. Ex quibus conſtat Rectoris tam ſæcularis, quàm Eccleſiaſtici munus eſſe ſubditos regere ſeu gubernare ditione vel ſubordinata, vel ſuprema. Vide Illuſtriſſ. Cæſarem à ſua Hierar. q. 2. proæm. q. §. 4. n. 5.

Rectoris appellatione qui veniant.

687 Secunda difficultas eſt, quale ſit munus Rectoris Academici? Sicut Rectoris abſolutè accepti munus eſt regere & gubernare ſuos ſubditos, ita Rectoris Academici munus eſt Academiam, cujus eſt caput, gubernare. Meminit jus civile l. Scholarium C. de offic. magiſt. officior. de tali Rectore, quem vocat comité ſcholarũ, ejuſq; poteſtaté reſtrin-
„ git his verbis: Suggeſtioné tui culminis ap-
„ probantes, viris ſpectabilib⁹ Comitib⁹ ſcho-
„ larum, verberandi, degradandive ſenatores,
„ & ducennarios licentiam denegamus. Comites ſcholarum (ut ait Barb. ad l. cit.) ſunt, ad quos ſcholarum agentium in rebus gubernatio pertinet, & ſunt ornati comitiva primi ordinis. Scholæ erant undecim, quæ Principé comitabantur, de quibus Guid. Pancirol. in theſau. variar. lib. 2. cap. 106. Rector Vniverſitatis (inquit Sylveſter v. eod.) in Italia eſt competens judex in declarando capitaneum civitatis per virum. Quia lex punit per virum; ergo judex ſæcularis poteſt declarare per virum. l. 1. ff. ad Senatuſconſ. Turpilian. Ex quibus nondum planè conſtat, ſpectato jure communi, quale ſit munus Rectoris Academici.

Rectoris Academici munus.

Atténto jure peculiari Academiarũ Luſitaniæ clariùs innoteſcit: nam de Rectore Conimbricenſi lib. 1. Statut. tit. 20. ſic habetur: ¶ O Reitor ha de ſer cabeça de toda a Vniverſidade, ao qual todos os mébros haõ de obedecer, in licitis, & honeſtis, aſſi Lentes, Doutores, eſtudátes das quatro faculdades, como todos os mais eſtudátes das eſcolas menores, & todos os officiais, & cũprir ſeus mádados no q̃ foré cõformes aos eſtatutos. Hæc in genere de munere Rectoris propoſita ſigillatim, expediuntur toto eiſdem titulo. De Rectore autem Eborenſi ſic habetur lib. 5. Statut. cap. 3. num. 2. ¶ Todo o governo, & adminiſtraçam das eſcolas, liçoens, officiais, & eſtudãtes da Vniverſidade, pera boa direição, & ordem della, pertence ao Reitor do Collegio do Eſpiritu ſanto da dita Vniverſidade de Evora, o qual conforme a eſtes eſtatutos por mim ordenados, & pella Companhia aceitados, & as conſtituiçoẽs da meſma Companhia regerá a dita Vniverſidade. Proſequitur deinde toto capite quæ in ſpecie ſint Rectoralis muneris.

688 Tertia difficultas eſt, quid ſit dignitas? Dignitas apud Latinos non ſolum ſignificat meritum honoris, & præmij, ſed etiam pulchritudinem virilem. Tullius lib.
„ 1. offic. Pulchritudinis (inquit) duo ſunt ge-
„ nera: unum muliebre, quã venuſtaté appel-
„ lamus: alterum virile, quam dignitatem di-
„ cimus. Apud Iuriſtas ſumitur dupliciter 1. latè pro quacunque prærogativa, & excellentia, videturque coincidere cum maioritate: eſt autem maioritas multiplex, alia ordinis, alia dignitatis, alia ſenectutis, alia prælationis: & quidem dicitur quis eſſe maior quadrupliciter, nobilitate, divitijs, potentia, & honore. In hac latiſſima acceptione dignitas cõplectitur non ſolum omnem perſonatum, ſed etiam quancunque prælationem ſive Eccleſiaſticam, ſive ſæcularem. Vide multa quæ de civili dignitate affert Toletan. ad tit. 1. Cod. de dignitatibus lib. 12. num. 1. Sumitur 2. preſſè, & ſic definiri poteſt dignitas Eccleſiaſtica in
„ hunc modum: Eſt præeminentia habens
„ adminiſtrationem rerum Eccleſiaſticarum
„ cum juriſdictione ordinaria in foro exter-
„ no. Ex qua definitione patet diſcrimen inter dignitatem, perſonatum, & officium. Nam dignitas eſt adminiſtratio rerum Eccleſiaſticarum cum juriſdictione. Perſonatus habet ſine juriſdictione prærogativam, v. g. in choro, & conceſſu locum honorabiliorem. Officium eſt adminiſtratio rerum Eccleſiaſticarum ſine juriſdictione. Dicitur etiam quis habere dignitatem nomine, & non re, ſi pro conſuetudine patriæ, & Eccleſiæ cenſeatur dignitate præditus, quanvis omni adminiſtratione, & juriſdictione careat. Hæc ex Sylveſtro v. dignitas, Azorio to. 2. lib. 3. c. 13. à q. 2. & Molina to. 3. d. 120.

Dignitas quid ſit.

Perſonatus quid.

689 Dig.

Dignitatis appellatio. 689 Dignitatis appellatione non venit Epiſcopatus in odioſis: ſecus in favorabilibus. Gloſ. v. dignitatem ad cap. 2. de præbend. in 6. Quare ſi Papa diſpenſet cum illegitimo ad omnes, & quaſcunque dignitates Eccleſiaſticas, non cenſetur diſpenſare ad Epiſcopatum, ut tenet Sayrus de cenſur. lib. 6. capit. 11. num. 28. Adde, quòd dignitatis appellatione in diſpenſationibus nec veniant maiores, nec principales. Ita Azor pa. 2. lib. 6. cap. 5. quæſt. 8. ubi affirmat, ſi Papa diſpenſet cum ſpurio, ut ad dignitates Eccleſiaſticas admitti queat, non cenſeri diſpenſatum ad maiores, & principales. Maior dignitas intelligitur ea, quæ in Eccleſia Cathedrali poſt Pontificalem eſt maior cæteris. Principalis ea dicitur, quæ eſt in Eccleſia Collegiali dignitas omnium maxima. Dignitatis appellatione non venit Abbatia in odioſis, ut docet Tamborinus tom. 1. diſp. 1. quæſt. 2. num. 7. Nam Abbatiæ æquiparantur Epiſcopatibus juxta Medochium conſil. 59. num. 13. Secus in favorabilibus, ut cum multis tradit Valenzuela conſil. 74. num. 63. Dignitatis appellatione in commiſſionibus cauſarum, venit Vicarius Generalis Epiſcopi, item Collector, & ſubcollector, deinde Commendatarius perpetuus, tandem Cancellarius Academiæ Pontificis authoritate approbatæ, ut cum multis tradit Barb. tract. de appellat. appel. 71. num. 6. ubi plura alia de latitudine hujus appelationis.

Dignitas Rectoris Academici. 690 Quarta difficultas eſt, an in Rectore Academico ſit, & qualis ſit dignitas? Dignitatem lato modo acceptam, prout ſignificat quandam excellentiam, & prærogativam, item gubernationem & dominatũ quendam, dari in Rectore Academico, planum eſt, ex ijs, quæ de munere Rectoris tradidimus à num. 686. Quod verò detur etiam in illo dignitas Eccleſiaſtica preſſè ſumpta, ſi Rector ſit Academiæ Eccleſiaſticæ, ſuadetur facilè, nam talis dignitas, ut definivimus ſupra num. 683. Eſt præeminentia habens adminiſtrationem rerum Eccleſiaſticarum cum juriſdictione ordinaria in foro externo: in tali autem Rectore datur hujuſmodi præeminentia, ut ex hactenus dictis ſatis apparet: datur etiam juriſdictio ordinaria in foro externo, ut ex dicendis quæſtione ſequenti apparebit; ergo in illo datur dignitas preſſè ſumpta.

Rogabis 1. an Rector Academiæ Eccleſiaſticæ poſſit eligi in Cõſervatorem alicujus Ordinis mendicantis? Negativa pars videtur probari ex eo, quia ad munus Conſervatoris non ſufficit habere dignitatem Eccleſiaſticam, ſed opus eſt quòd talis dignitas obtineatur in Eccleſia Cathedrali, vel collegiata, ut ſumitur ex text. in capit. fin. de officio deleg. in 6. ubi poſtquam de Abbatibus decreverat, eos eſſe poſſe Conſervatores, ſtatim ſubdens „ de obtinentibus dignitatem ait: Seu dig„ nitates, vel perſonatus in cathedralibus, vel „ collegiatis Eccleſijs obtinentes. Ex quibus videtur non ſufficere habere dignitatem, niſi perſonatus, vel dignitas habeatur in Eccleſijs cathedralibus, vel collegiatis. Nihilominus pars affirmativa mihi omninò placet ex doctrina Moneta de conſervat. capit. 5. numero. 97. affirmantis ad Conſervatores ordinum Mendicantium ſufficere, ac requiri, quod ſint in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti. Sumitur ex Bulla Leonis X. in Concilio Lateranenſi edita, quæ incipit, (Sacro approbante Concilio) in qua ſtatuitur ut Conſervatores Fratribus Mendicantibus pro tempore à Sede Apoſtolica deputandi, doctrina, & probitate præſtantes, & in Eccleſiaſtica dignitate conſtituti eſſe debeant. Nec aliud ut deputari poſſint ad munus Conſervatoris requiritur, niſi Eccleſiaſtica dignitas, ubicunque habeatur, etiam extra Eccleſiam cathedralem, & collegiatam; cum igitur conſtet Rectorem Academiæ Eccleſiaſticæ eſſe conſtitutum in dignitate Eccleſiaſtica, poterit eligi in Conſervatorem Ordinis Mendicantis. Semper tandem attendendæ ſunt ſpeciales litteræ Conſervatoriæ, quæ ad favorem quorumcunque Ordinum conceduntur. Textus adductus pro parte negativa non obſtat, quia non excludit à munere Conſervatoris dignitatem Eccleſiaſticam Rectoris Academici, ſed ſimpliciter admittit tam perſonatum, quam dignitatem in Eccleſijs cathedralibus, & collegiatis.

R. Rector Academiæ potest esse Conservator.

Dignitatis procuratio in Societate. 691 Rogabis 2. an ſolemniter profeſſus in Societate Ieſu violat votum, ſi procuret Rectoratum Academicum, ſive intra Societatem, ſive extra illam? Affirmativa reſolutio mihi eſt indubitata, & patebit ex declaratione duplicis voti ſimplicis, quod noſtri emittunt poſt ſolemnem profeſſionem, alterũ ſub hac forma: Promitto nũquã me actũrũ, „ vel prætenſurum, nec indirectè quidem, ut „ in aliquam prælationem, vel dignitatem in „ Societate eligar, vel promovear. Alterũ ſub his „ verbis: Promitto nunquã me procuraturum, „ prætenſurumve extra Societatem, prælatio„ nem aliquam, vel dignitatem. Sanch. lib. 6. Decal. c. 18. num. 5. non diſtinguit in priori voto prælationem a dignitate, ſed aſſerit ea duo nomina poſita fuiſſe claritatis gratia: affirmat deinde ex mente noſtri Generalis Claudij, nomine dignitatis ibi intelligi officia, quibus annexa eſt juriſdictio ordinaria, vel delegata, qua ſe habet Generalis, Provincialis, Præpoſit. Rector, Viſitator, Vicegeneralis, Viceprouincialis,

Vicepræpoſitus, Vicerector. Quare (inquit) non franget votum, ſi quis procuret fieri Aſſiſtens coram Generali, Magiſter novitiorum, vel Theologiæ, Miniſter, Conſultor, Admonitor, Concionator. Verùm in poſteriori voto diſtinguit prælationem à dignitate, & ait nomine prælationis extra Societatẽ intelligi Epiſcopatum, Abbatiam, & quæ habeat juriſdictionẽ quaſi Epiſcopalẽ, Vicariatũ generalem Epiſcopi, & quodcunq; munus habens juriſdictionem in foro externo in ſibi ſubditos: nomine dignitatis venire Cardinalatum, & quacunque aliam dignitatem in Eccleſia, etſi prælatione careat. Cũ igitur Rectoratus Academicus ſive in Societate, ſive extra illam, ſemper ſit dignitas cum juriſdictione (ut vidimus) ſequitur nõ poſſe procurari à profeſſo Societatis abſque fractione voti.

QUÆSTIO II.

Qualiſnam ſit juriſdictio Rectoris Academiæ?

692 AN requam accedamus ad exponendam juriſdictionem Rectoris Academiæ, præſtat ſcire, undenam juriſdictio nomen habeat? Aſſerunt aliqui juriſdictionem dici ab his vocibus jus & ditio; unde cum ditio ſignificet imperium ac poteſtatẽ, juriſdictio idem valet atque poteſtas juris dicẽdi. Huic tamen aſſerto repugnat orthographia nominis: non enim ſcribitur (juriſditio) ſine c, ſed (juriſdictio). Quare rectiùs alij juriſdictionem dici volunt à dictione juris. Ius enim dicere (inquit Molina tract. 4. diſp. 2. num. 2.) eſt non ſolum ſententiam pronunciare, & definire quid jus æquitaſque contineat, ſed etiam legibus ac præceptis gubernare, juſtitiam adminiſtrare; ita ut perſona publica univerſim in alios tanquam ſibi ſubditos poteſtatem habens faciat circa illos, quidquid pro poteſtate, qua ſibi ſubduntur, efficere poteſt.

Iuriſdictio unde dicta.

Prima difficultas eſt, quid ſit juriſdictio? Iuriſperiti cõmuniter cũ Sylveſt. v. Iuriſdictio, Panorm cap. quod ſedem, de offic. ordin. Navar. de datis & acceptis notab. 32. n. 47. Gloſ. & Bart. l. 1. ff. de juriſd. omn. judic. definiũt juriſdictionẽ in hunc modum: Eſt poteſtas de publico introducta cum neceſſitate juriſdicẽdi, & æquitatis ſtatuendæ. Scilicet ſtatuendi quod æquũ eſt. Hæc tamẽ definitio diſplicet Molin. tract. 4. diſp. 2. n. 5. tanquam neque apta, neque cauta, neque omnem juriſdictionẽ cõprehendens. In eo enim (inquit) quòd dicit de publico introducta, non videtur comprehendere juriſdictionẽ à Chriſto datam Eccleſiæ, quæ nõ de publico, hoc eſt Reipublicæ authoritate, eſt introducta, ſed à Chriſto collata. Deinde nõ omni ſeculari juriſdictioni videtur competere ea particula, niſi intelligatur mediatè, vel immediatè. Denique non omnes qui juriſdictionem habent, neceſſitatẽ habẽt juriſdicendi, exercẽdive actum juriſdictionis, ſtatuẽdiq; æquitatẽ. Vnde juriſdictionem latiſſimè acceptam ſic aptiùs definit: Eſt facultas ſeu jus faciendi unumquemq; circa ea, quæ ſibi tanquam ſuperiori ſubduntur, ea omnia, ad quæ munus ſuum ſuperioris ſe extendit. Ius verò (exponit) relatio quædam eſt ad ea, ad quæ eſt id jus. Per particulam (facultas, ſeu jus) rejiciuntur à ratione juriſdictionis ea omnia, quæ non ſunt jus ad aliquid, aut ad aliqua: per reliquam verò definitionis rejiciuntur à ratione juriſdictionis jura omnia, quæ non ſunt ſuperioris ad faciendum ea, quæ ad ſuum munus ſpectant.

Iuriſdictio Rectoris Academici.

693 Secunda difficultas eſt, an detur vera juriſdictio in Rectore Academico? Affirmativa reſolutio certa omninò eſt, tam jure communi, quàm ſpeciali. Quod attinet ad jus commune, ſuadetur facilè, quia jure communi inſpecto (ut ex Sylveſtro v. juriſdictio num. 4. tradit Alphonſus de Eſcob. c. 6. à n. 5. ad 7.) omnis Rector Academiæ approbatæ judex ordinarius eſt. Et quamvis Sylv. v. Iudex. 2. requirat confirmationem canonicam, hoc tanquam falſum rejicit idem Eſcobar citatus ex Nicolao Loſſæo de juriſdict. Vniverſ. 1. p. capit. 2. à num. 71. Sufficit enim approbatio Principis, vel illius, qui jus eam approbandi habeat, de quo Decius in Rub. de officio deleg. Socin. ad cap. 1. num. 57. de foro comp. Greg. Lopez l. 2. Gloſ. Los meneſtrales, & Azeved. l. 1. tit. 13. lib. 3. num. 8. Cum verò omnis ordinarius judex, imò & delegatus veram habeat juriſdictionem, ſequitur manifeſtè quòd omnis Rector Academicus, jure communi attento, vera juriſdictione polleat. Quod attinet ad jus ſpeciale, nec otium, nec poteſtas eſt percurrere omnes. Eſcobar cap. 6. num. 9. teſtatur in Complutenſi Academia Rectorem habere omnimodam juriſdictionem. Petrus Greg. de Repub. lib. 18. c. 10. n. 2. ait Pium IV. in Conſtit. 91. data ſub annulo Piſcatoris 1565. conceſſiſſe Rectori Vniverſitatis Bononienſis poteſtatem univerſalem gubernandi omnes & ſingulas cauſas, ſed civiles tantum inter ſcholaſticos, videndi, audiendi, cognoſcendi, decidendi, ac fine debito terminandi. Quod verò Rector in Academia Salmanticenſi ſit judex Ordinarius, & conſequenter obtineat veram ac legitimam juriſdictionem, tradit in ſpecie Parius in Auth. Habita cap. 9. n. 13. & alijs relatis. Oſwaldus 17. Com. cap. 20. lit. M. De Rectore Academiæ Conimbricenſis, cõſtat ex lib. 2. Statut.

tit.

„ tit. 20. ibi : As couſas de ſeu officio, & juriſ-
„ dição, ſaõ as ſeguintes. De Rectore Academiæ Eborenſis, patet ex lib. I. Stat. c. 3.

Iuriſdictionis munus quale ſit.

694 Quod attinet ad omnes Rectores Academicos, tam de jure cõmuni, quàm ſpeciali, potiri ſcilicet aliqua vera, ac legitima juriſdictione ; facile convincitur ex principijs juris Canonici : Nam juriſdictionis eſt judicare ; ſeu auditis partibus proferre ſententiam, Gloſ. à ſuſpenſis in cap. cum dilectus, de conſuet. & Gloſ. 3. in cap. transmiſſam 15. de elect. Quia juriſdictionem exercere, idem valet atq; jus dicere, & nuſquã melius quis jus dicit, quàm per ſententiam ſtatuẽdo quod unicuique jus competat: conſtat autem Rectorem omnem Academicum judicare ; ſi non in omnibus ; ſaltem in aliquibus cauſis ; ergo omnis juriſdictione pollet. Deinde juriſdictionis eſt corrigere, Gloſ. cit. ad cap. transmiſſam 15. de elect: tum quia ſine coerctione juriſdictio nulla eſt Gloſ. fin. in cap. 1. de officio Archid. & juriſdictio ſine poteſtate coercendi videtur nullius momẽti, Cap. Paſtoralis ibi gloſ. de officio deleg. Imò videtur deluſoria cap. ex litteris, de offic. deleg. tum quia juriſdictio fuit inſtituta ad vindictam malorum ; Cap. Solitæ in princ. de maiorit. & obed. cum verò Rector Academicus poſſit corrigere, & coercere ſibi ſubditos, ſequitur habere juriſdictionẽ. Tandem, quia juriſdictionis eſt juramentum exigere, & recipere à ſubditis. Gloſ. 3. in cap. transmiſſam 15. de elect. Cõſtat autem Rectores Academicos à ſuis ſubditis, vel ſtudia primò ingredientibus, vel gradus, & officia ſuſcipientibus juramenta exigere.

Iuriſdictio Rectoris qualis nam ſit.

695 Tertia difficultas eſt, qualisnam ſit juriſdictio quæ datur in Rectore Academico ? Quæ hactenus attulimus facilè ſuadent juriſdictionem quæ datur in Rectore Academico tam jure communi, quàm ſpeciali eſſe ordinariam, & non delegatam. Nam omnis Rector Academicus eſt judex ordinarius, ut vidimus. Deinde quia juriſdictio ordinaria in eo diſtinguitur à delegata, quia ordinaria competit alicui ratione dignitatis, vel officij de ſe perpetui ; delegata verò ſolum competit ad tempus certum, vel incertum, non ex officio perpetuo, ſed ex delegatione alicujus : cum verò juriſdictio competat Rectori Academico ratione officij perpetui, qualis eſt Rectoratus, ſequitur juriſdictionem eſſe ordinariam. Hæc reſolutio nobis certa eſt, & procedit tam de jure communi, quàm ſpeciali in omnibus Rectoribus cujuſcunque Vniverſitatis legitimè approbatæ.

Nihilominus contra Rectorem Academiæ Salmantinæ (inquit Alphonſus de Eſcobar capit. 6.) dubium movet, quòd fere omnia quæ ad ordinariam juriſdictionem ſpectãt, nõ Rector, ſed Magiſter Scholarum habet, ut patet ex Cõſtit. 22. Rector verò ea tantum, quæ ad Vniverſitatis ipſius regimẽ pertinent, exercere poteſt: & in ſumma Rectoris tantum eſt cõgregatio cõciliorum, quæ vulgo appellant (clauſtros) proviſio lectutarum, & Cathedrarum ; curſuum probatio ; & alia non multo plura relata Conſtit. 11. & 12. in qua eſt clauſula (ut decidat ſummariè, & de plano) & in Conſtit. 15. uſque ad 16. electio ſucceſſoris in officio Rectoris ; & conſiliariorum, & de idoneitate, & inhabilitatibus eligendorum cognoſcere. Conſtit. ver. ſuper quo ; & tit. 1. ſtatut. 7. tandem ut ſtudioſis arma auferre poſſet : in quo Caroli Imperatoris concordia cautum eſt §. 11. fol. 389. & §. 12. ut tam in ſcholis ; quàm extra armorum ablatio Rectori competat, eoque negligente Scholaſtico. Harum cauſarum plurimas nequit ſolus Rector expedire, ſed cum Vniverſitatis cõcilio, aut conſiliariorum maiori parte.

Cauſarum univerſitas in iuriſdictione.

696 His non obſtantibus ; adhuc Eſcobar num. 19. meritò exiſtimat in Salmantino Rectore dari juriſdictionem ordinariam. Imò cum juriſdictionis (inquit) ordinariæ inſigne ſit, quòd habeat Vniverſitatem cauſarum ; hic univerſitas cauſarum non deſinit eſſe illa ; quæ Rectori competit, ex eo quòd ad certas cauſas reſtringatur ; nempe ad ipſius Academiæ gubernationem : Imò tantum abeſt quòd ob id juriſdictio ordinaria eſſe deſinat ; ut jure communi certum ſit omnes judices ab Vniverſitatibus electos, de his tantum cauſis poſſe cognoſcere, quæ ratione profeſſionis, vel officij pertinent ad ipſam Vniverſitatem ; non de cæteris. Gloſ. ver. in publicis l. fin. Cod. de juriſdict. Bart. l. fin. num. 13. de colloquijs, & in ſpecie de Rectore Salmantino Socinus capit. 1. num. 17. Quare illa generalis juriſdictio Magiſtri Scholarum, non tam ablata Rectori ; quàm non conceſſa videtur : cum jure ipſo non plures ipſe cauſas haberet, quàm quas hodie habet : Si igitur aliarum Academiarum Rectores integram, & magis amplam juriſdictionem vendicant, eam non ſortiuntur quoad exceſſum ab Authen. Habita, ut notat Socin. cap. ſignificaſti num. 45. & cap. licèt n. 90. de foro compet. ſed eam habent ſpeciali privilegio, vel conſuetudine.

Iuriſdictio duplex in Rectore.

Ex dictis infert Eſcobar citatus à numero 29. prædictos reliquarum Academiarum Rectores (excepto Salmantino) vendicare juriſdictionem duplicem. Nam alteram habent à prælato confirmante ; vel privilegio aut conſuetudine idem permittente, quo caſu juriſdictio generalis erit ; & talis Rector poterit excommunicare virtute Pontificalis confirmationis, aut privilegij, cæteraſque vibrare cenſuras ; modò ſit capax, id eſt clericus, de quo Innocent. cap. quando 7. numero 3.

de officio Ordin. & Socin. ad cap. 1. num. 1. Alteram vero habent juriſdictionem ab Univerſitate, cujus virtute poſſunt injungere mulctam, & ſolum judicare in cauſis, de quibus dictum eſt. In Salmantina Academia prior juriſdictio exercetur per Scholaſticum, poſterior per Rectorem. Ex quibus facilè intelligitur cur Salmantinus Rector compellere nequeat per cenſuras immediatè à ſe latas; ſed ſi opus ſit, eas debeat implorare ab ſcholaſtico, qui ad illius requiſitionem tenetur eas promulgare, ut cavetur Conſtit. 5. Idem proportione habita exiſtimo procedere in ſimilibus Academijs, & præſertim in hac noſtra Eborenſi, facta cõſideratione, & diviſa quodammodò juriſdictione inter Rectorem, & Conſervatorem Ecclesiaſticum. Quamvis Rector Eborenſis habeat juriſdictionem ſpiritualem à Pontifice, ſoleat tamen eam in cenſurando exercere per Conſervatorem.

Cenſura per Rectorem Academicum.

697 Vt verò ad peculiaria juriſdictionis exercitia in alijs etiam Academijs deſcendamus, quam in Bononienſi exerceat Rector ex indulto Pij IV. diximus ſupra num. 693. quantam & qualem Rector Conimbricenſis exercere poſſit, ac debeat, habetur lib. 2. ſtatut. tit. 20. per totum, ſed præcipuè n. 1. ¶ A elle pertencerà mandar chamar a conſelho, ajuntar as cõgregaçoẽs nos tempos que os eſtatutos ordenaõ, & quando lhe mais parecer neceſſario, & nos dittos conſelhos, & ajuntamentos ha de propor as couſas que ſe ouverem de tratar, mandar votar a cada hum em ſua ordem, callar os que ſe atraveſſarem fora de tempo interrompendo os votos, ou detendoſe mais do neceſſario, caſtigar os deſobedientes, & rebeis, ou que fallaõ deſcortezmente, & porlhe as penas que lhe parecer. Et num. 8. ¶ A ſeu officio pertence mandar começar, & acabar os autos, argumentar, & callar os que arguirem, &c. num. 9. ¶ Ao Reitor, & não ao conſelho, pertencerà aſſinar, & mandar fixar os edictos das cadeiras, que lhe conſtar eſtarem vagas, & ſe ouverem de prover por oppoſiçaõ, & tomar a prova dos curſos, conforme ao livro 3. titulo da Matricula. num. 11. ¶ O Reitor nos exames privados terà tòda a juriſdiçaõ neceſſaria pera quietaçaõ, & bom concerto delles. Et num. 12. ¶ Terà o Reitor juriſdiçaõ nos caſos crimes que acontecerem das portas do terteiro das eſcolas pera dentro entre os eſtudantes, ou peſſoas da Univerſidade, ou quaeſquer outras que não forem do corpo della: tirando os crimes que acontecerem na cadea, & na audiencia: & nenhũa outra juſtiça, nem Conſervador poderà entender neſtes caſos, nem entrar dẽtro das ditas eſcolas a prender, ou tomar armas ſem ſeu mandado. Et num. 15. ¶ Tem mais juriſdiçaõ o Reitor pera proceder ſummariamente contra os Deputados, & Conſelheiros, & Secretario, que forem culpados em alguns erros de ſeus officios, &c. Denique num. 20. ¶ Tem mais o Reitor juriſdiçaõ privativa ſobre os Eſtudantes, Doutores, Lentes, & quaeſquer outras peſſoas da Univerſidade Eccleſiaſticas, poſto que ſejaõ ſacerdotes, & Religioſos de qualquer Ordem, & privilegios que ſejaõ, ad obſervãtiam ſtatutorum tantum, pellos breves dos Santos Padres impetrados pello ſenhor Rey D. Sebaſtiaõ.

Juriſdictio Rectoris Conimbricenſis.

698 Quanta ſit juriſdictio Rectoris in Eborenſi Academia, cõſtat præcipuè ex lib. 1. ſtatut. cap. 3. num. 2. ubi præter ea quæ jam de munere Rectoris appoſuimus ſuprà num. 687. ibidem ſubjungitur: ¶ E neſte governo ſe encerra o caſtigo dos eſtudantes eſcolaſtico, & lançalos fora da Univerſidade que naõ cumprirem com ſuas obrigaçoẽs, cõforme ao que bem lhe parecer. Deinde nu. 3. Ao Reitor pertence mandar chamar a conſelho, & ajuntar as faculdades, quando lhe parecer neceſſario: E nos ditos conſelhos, & ajuntamentos a elle pertence propor as couſas que ſe ouverem de tratar, & mandar dizer ſeu parecer a cada hum; & ouvidos determinar, & reſolver o que ſe ha de fazer. E aſſi tambem ao Reitor pertence tomar a prova dos curſos. Multa alia omitto, quæ toto hoc capite continentur, & per omnes libros ſtatutorum diſperſa ſunt. Quidquid aliud Rectoralis juriſdictionis in rebus ſingulis, hoc loco deſideratur, forte reperies ſequenti diſputatione, ubi de poteſtate Rectoris Academici nobis erit ſermo prolixior.

Juriſdictio Rectoris Eborenſis.

QUÆSTIO III.

Quænam ſint requiſita, ut quis Rector Academiæ creetur, & conſtituatur?

699 QVænam poſtulẽtur qualitates, ut quis eligatur, vel creetur Rector Academiæ, non invenio, jure communi deciſum, niſi in quantum jus commune determinat conditiones, quæ requiruntur ad judicem, & magiſtratum, ſive ſæcularem, ſive Eccleſiaſticum, cujus appellatione Rector Academicus comprehenditur. Et quidem miſſa facio, ut trivialia, quæ de probitate, & ſcientia communiter traduntur ab authoribus. Quoad ætatem, licèt communior opinio ſit, viginti annos expletos ſufficere, ut quis judex eſſe poſſit. Cap. cum vigeſimum, de offic. deleg. cum lege ff. de recep. arbitr. idque de Rectore in ſpecie reſolvunt Baldus Auth. Habita nu. 45. ad fin. & Salycet. l. fin. C. de juriſd. omn. judic.

Ætatis decisque.

Digitized by Google

judic: tamen ad dignitatem, & munus Rectoris jure communi postulari viginti quinque annos, ex Azône & Rofredo tradunt Gregor. Lopez lib.5.v.Maior tit.4.p.3. & Petrus Greg. lib.17.Syntag.cap.9.num.16.3.p. Vide Sylvam lib.1.resp.15.q.3.à n.10. Bobadill. lib.2.cap.7. & Cuiac.lib.17.obs.c.34.

Electio Rectoris Salmantini.

700 Solum superest exponenda creatio Rectoris Academici secundùm statuta specialia, & pro omnibus, erit nobis tantum sermo de uno, vel altero, à quibus conjectura potest fieri ad cæteros. Imprimis occurrit exponēda creatio Rectoris Academiæ Salmanticensis, de qua Alphonsus de Escob. cap. 1. & 2. ex Martino V, Pontifice Constit. 1. ampliata postea fol. 137. tit.1. in libro Statutorum Academiæ. Nam in d. Constit. 1. de clericatu & ætate requisitis, ut persona in Rectorem possit „ eligi, sic hebetur; Ita tamen quòd sint cleri- „ ci non conjugati, & ætatem viginti quinque „ annorum attingant. Circa quam ætatem advertendum est sufficere quòd quis habeat viginti quatuor annos completos, & vigesimū quintum inchoatum saltem per unam diem. Nam in favorabilibus, quando non postulatur expressè tempus completum, inceptum habetur pro cōpleto. Patet in Sacerdotio, ad quod in Tridens. sess.23. cap.12. de reform. postulatur ætas viginti quinque annorum; & tamen sufficit annus vigesimus quintus inchoatus saltem per unam diem, teste Sanchez lib. 7. Opuscul.cap.1.dub.35.

Ætas Sacerdotis.

701 Deinde Martinus V. Constit. cit. addit, Vt eligi nequeat in Recto- „ rem, neque consiliarium Oriundus hujus „ urbis, vel de civibus ejusdem, aut ex ijs qui „ propter longissimam mansionem pro civi- „ bus habeantur. Ad quem locum notat Escobar cap.1. quòd licèt hæ voces (Oriundi, Cives, & Incolæ) soleant frequentissimè confundi, & pro eodem usurpari, tamē quando simul ponuntur, & exprimuntur, unamquenque suo significatu accipiendam esse, ut sumitur ex l. si quis officium ff. de ritu nuptiar. De quo Cuiac.lib.1.Obsec. cap.15. & lib.4.cap.22. Notandum insuper est quotiescunque agitur de solis oriundis admittendis, vel rejiciendis ab aliquo munere, inspiciendam esse scripturam fundationis, consuetudinem, statumve, & si in eis certæ qualitates exprimantur, quæ explicent quis dicatur Oriundus, seu Originarius, aut ciuis, eas omninò debere observari, prout in diæcesi Calagorritana, Pallentiana, & Burgensi, de quibus Gonzal. reg.8. Cancel. glos. 9. §.1. Quare si statutum, vel consuetudo, aut speciale fundationis instrumentum vocet ad aliquod officium, beneficium, aut munus simpliciter Oriundos, aut cives absque ulla declaratione prædictarum vocum, hæ debent accipi in sua vera & legitima significatione secūdùm jus; ita ut in casibus pijs, & favorabilibus vox (Oriundus) extēdatur usque ad proavos paternos, & maternos l. municeps 23. ff. ad municipal.

Oriundus quisnam dicatur.

702 Difficultas est, quisnam in jure dicatur Oriundus ad eum effectum, ut rejiciatur à munere Rectoris, vel judicis. Respondetur cum Alphonso de Escob. cap.1. à num.23. Oriundum dici, qui in eadem civitate natus fuerit: aut si ipse natus non sit, idem esse, si pater ejus, aut avus nati fuerint. Hæc resolutio subit ampliationem, & limitationē multiplicem. Ampliatur 1. ut procedat etiam si filius in eadem civitate natus, alibi domicilium habeat. 2. ut resolutio habeat locum, sive filius sit in potestate patris, aut avi, sive non. 3. ut procedat etiam mortuis patre & avo. 4. ut procedat etiam si sola mater, vel avus maternus nativitatem habeat. 5. ut procedat etiam in filio illegitimo, & naturali. 6. ut servus manumissus ibi originem contrahat, ubi patronus originem habet. 7. in infantibus expositis, & ijs qui ad fidem veniunt. Nam in civitate, in qua exponuntur, aut sacro baptismate intinguntur, originem contrahunt, ut cum Bartolo, & alijs defendunt Gonzal. cit. glos.9. num.105. & August. Barb. de potest. Episc. alleg.51. n.150. Hactenus de ampliationibus: faciamus gradū ad limitationes multiplices. Nam proposita resolutio limitatur 1. ut ultra avos, aviasque non extendatur. 2. ut domicilium nequaquam noceat, nisi in persona eligendi concurrat: nam origo sola ad posteros extenditur, non item domicilium. l.17. §. patris ff. ad municipal. 3. ut origo ex nativitate, sive propria, sive parētum, ita demum inducatur, si non in transitu nati fuerint. Quis natus dicatur in transitu, exponunt Selva lib.1. resp.7.p.4 à num.11. & Petrus Barb. l. hæres §. proinde ff. de foro ratione originis à num.9. Limitatur 4. in filijs illegitimis, spurijs, & vulgo quæsitis, quibus pater & avus paternus ignoratur. 5. Si Rector, vel judex ad modicum tempus eligatur. 6. nisi obstet vel Regis indultum, vel civitatis liberè eligentis consuetudo.

Oriundus quis. ne sit Rector.

Neophyti & expositi a quo oriundi.

703 Præterea ut nonnullas alias qualitates requisitas ad electionem Rectoris Salmantini prosequamur, Martinus V. Pontifex sua illa Constit. 1. sanxit, ut quis in Rectorem Salmantinæ Academiæ eligendus, Regnigena esse debeat. Id expressiùs decrevit Philip. II. anno 1594. Quis dicatur Regnigena, videndus est Bald. ad Authen. Sed omnino n. 55. C. ne uxor pro marito, Rebuff. ad Constitutiones Gallicas tract. de liter. natural. & Barb. cit. num.6. & 34. & 72. Quando in aliqua Academia, seu generali studio non præcipitur ut Regnigena eligatur, eligi potest exter à Regno, modò sit de gremio studentium. Ita Escob. cit. cap.3. num.15. qui num.17. observat discri-

Regnigena quis.

Digitized by Google

men inter Rectorem, & Scholarum Magiſtrũ, nempe quòd Rector ceſſante illo ſtatuto eligi poteſt exterus à Regno, at Scholarum Magiſter jure ipſo Regnigena eſſe debeat, cum dignitatem,& præbendam Eccleſiaſticam habeat.

Requiritur inſuper ad prædictam electionem, quòd eligendus ſit matriculatus, & in Academia reſederit uno ſaltem anno: ſic enim habetur Statuto 1. tit.1. ¶ Matriculado antes, o al tiempo de la eleccion, y que aya reſidido antes de la eleccion, por lo menos un año en la Vniverſidad. Difficultas eſt, an poſſint conjungi intervalla menſium, vel dierum, ut hic annus expleatur? Pro reſolutione obſervabis 1. quando in aliqua diſpoſitione expreſſè poſtulatur tempus continuum, ſive favorabilis, ſive odioſa cauſa ſit, nullam temporis coacervationem explere tempus poſtulatum. l.fin.§. quoties, ubi Bart.num.2.de public.& vectig.& ſumitur ex l.Paulus 38. §.fin. ff.de liberal.cauſ. ibi, Si continuo triennio ſerviſſet: reſpondit enim Paulus Sticho competere libertatem poſt expletum ſervitutis triennium, quia per modicum tempus fugæ, non deſierat triennium eſſe continuum: nam modico intervallo facto continuum durat, l. ſi quis ita 8. de condition. & demonſt. l.3. in fine, de divort. Vide Caldas lib. 1. recept. ſenten. quæſt.3. à num. 19. Ex quibus conſtat tempus à continuitate deficere per intervallum notabile, & Paulum certè reſponſurum libertatem Sticho non competere, ſi intervallum fugæ notabile foret. Obſervabis 2. quando poſtulatur tempus, & nihil exprimitur de illius continuitate, ſi materia ſit odioſa, debere tempus ita eſſe continuum, ut datis intervallis, non admittatur conjunctio. Ita Otoſius l. ſi idem 11. à n.9. de juriſd. ex l. Servus §.1. & l. Stichum, de ſtatu liberis.

Temporis continuitas.

704 His obſervatis, placet affirmativa noſtræ difficultatis reſolutio, nempe conjongi intervalla menſium, vel dierum, ut annus reſidentiæ in Academia expleatur, ad effectum eligendi Salmantinum Rectorem. Ita Alphonſus de Eſcobar cap.4. num. 16. ex Curiac. lib.15. reſp. & Franciſco de Amaya lib.1. cap.10. ſuar. obſer. Sumitur 1. ex cit. l. Servus §.1. & l. Stichum §. Dama, de ſtatu liberis. Sumitur 2. ex ratione, quia hæc materia eſt favorabilis, ut patet: quando autem in materia favorabili poſtulatur tempus ſimpliciter abſque alia declaratione, non intelligitur præciſè de continuo. Confirmatur variis exemplis, 1. in monacho, cui Pontifex indulſerat ut triennio ſtuderet: hic enim juxta Baldum l. non ſolum inſt. ff. de excuſ. tutor. potuit dividere tempora. 2. in temporibus frequentandi Academiam requiſitis, ut quis decoretur gradu Bachalauri, vel Doctoris. Hæc enim tempora juxta Otoſium citatũ etiam interrupta conjunguntur. 3. quia Viceonium ſtatutũ profeſſoribus, ut habeant comitativam, de qua l. unica Cod. de profeſſ. in urbe Conſtan. lib.12. l.8. tit.31. par.2. Vtque poſſint per ſubſtitutorum ſervire, de quo in Eugeniana Conſtit. pag.73. poteſt coacervari, ſeu componi ex diverſis intervallis. Quia nihil de continuitate temporis cavetur in prædictis juribus, imò in citata conſtitutione expreſſè ponitur: continuo, vel interpolatim. Vnde perperam tradidere oppoſitum Anton. Gomez l. fin. Taur. ad finem, & Platea ad d. l. unic. moti authoritate Bartoli ad l. fin. §. quoties, de public. & vectig. Vbi expreſſè loquitur, quando diſpoſitio ſpecialiter poſtulat tempus continuum. 4. in noviti{is}, quorum annus probationis requiſitus ut profeſſio in religione fiat, poteſt coaleſcere ex partibus interruptis, ut tradunt Speculator de ſtatu monach. quæſt.37. lib.4. p.3. Archidiac. cap. non ſolum n.1. de regul. in 6. Alex. conſ. 54. num.2. vol.4. Myſingerius de tempore util. cap.3. num.9. & Anton. Gomez in Bulla Cruciata clauſ.5. num.7. Nihilominus hoc exemplum non admittimus, quia oppoſitum dicendum eſt de tali probationis anno; ut rectè probant Emman. Roter. tom.3. regul. q.15. a.8. Azor lib.12. inſtit. moral. cap.2. quæſt.8. & cum multis Sanch. lib.5. Decal. cap.4. num.31. Quid ſi Rector in alia Vniverſitate ſemeſtre vixerit? Non conjungitur; ut ſemeſtre aliud in Vniverſitate Salmantina vixiſſe ſufficiat: nec temporum conjunctioni locus eſt. Ita Eſcobar cap.4. n.41. ex Decio in l. ſi idem n.8. de juriſd. Quia ratio ſtatuti non æquè militat.

Reſidentia continuitas.

Comitativa tempus.

Noviti{is} tempus.

705 Rogabis obiter, quid dicendum ſit de probatione, & præſcriptione qualitatum, quæ in Rectore poſtulantur? Omnes qualitates requiſitas (inquit citatus Alphõſus cap.5.) ſe habere, probare debet eligendus: & de qualitate clericatus Maſcardus concluſ. 1145. Niſi forte electione facta, & poſſidente electo, controverſia ei moveatur. Quia tunc incumbet onus probandi impugnanti electionem. Ante poſſeſſionem verò, etiam facta electione, quid juris ſit, tradunt Innocent. cap. ſuper his, ad fin. de accuſat. Federicus de Senis conſ.103. & quos refert Socinus cap. ſignificaſti num.42. col.2. de foro compet. Pari modo, ſi electus excipiat, qualitates, ſive ſtatuta, & conſtitutiones illas poſtulantes, eſſe præſcriptione abrogatas, oportebit eum probare talem præſcriptionem, vel quicũq; ipſam allegaverit. Quia præſumptio ſtat pro talibus qualitatib⁹, & conſtitutionibus poſſidentibus.

Probatio qualitatum.

706 Qualiter facienda ſit creatio Rectoris Academiæ Conimbricenſis, cujus nominatio in tribus perſonis ſpectat ad Academiam, & electio ad Regem Protectorem, juxta lib.2. Statut. tit.3. num.1. quales eſſe debeant nominatores, & quænam poſtulentur qualitates in perſonis nominandis, habetur d. lib.2. tit.4. ubi ſic in principio:

Rectoris Conimbricenſis nominatio.

¶ No-

¶ No derradeiro de Iulho de tres em tres annos o Reitor que acaba o ſeu triennio farà eleição do novo Reitor &c. E num.1. Os eleitores ſeràm o Reitor, Vicereitor, ou quem ſervir o cargo, Lentes de Prima & Veſpera das quatro faculdades, ſem nelles aver eleição, & quatro Cathedraticos mais das cadeiras grandes cada hum de ſua faculdade, & hum Deputado naõ Lente, & hum Conſelheiro, & estes ſeis ſeràm eleitos pello ditto Clauſtro: & faltando qualquer dos Lentes de Prima, & Veſpera, elegeràm outro em ſeu lugar, & aſſi ſe farà nos mais que faltarem: & recebendo todos juramento de eleger, & nomear o mais idoneo, & de manterem ſegredo em tudo, & em todo o tempo, fechadas as portas, & indoſe os nam votantes, faràm eleiçaõ do Reitor por tres annos limitadamente, & aſſi ſe declararà aos votos, & no aſſento que ſe fizer. & as conſideraçoens, & qualidades das peſſoas, que haõ de ſer nomeadas pera eſte cargo, ſaõ as do §. que ſe ſegue.

Num.2. As peſſoas que haõ de ſer nomeadas pera Reitor, haõ de ſer tres, preſentes, ou abſentes, que tenhão experiencia das couſas da Vniverſidade, & pello menos de idade de trinta annos, de que conſtarà aos eleitores, primeiro que dem caixa a peſſoa nenhũa, & ſeràm fidalgos graduados, approvados em virtude, letras, & bom exemplo, ou peſſoas conſtituidas em dignidade, ou grao de letras que receheſſem da ditta Vniverſidade, & que não tenhaõ taça algũa: porque quem a tiver, nam poderà ſer nomeado em Reitor, nem Vicereitor: & aſſi nam poderà ſer nomeado pera Reitor Lente algum que actualmente lea: & em cada hũa deſtas tres peſſoas ſe farà ſeu particular eſcrutinio, & ficaràm eleitos os que levarẽ mais votos de favas brancas, &c. Mitto reliqua, præſertim circa electionem faciendam per Regem, ac tãdem de electione Vicerectoris, quando Rector moritur, quæ videri poſſũt toto titulo 4. citato.

Rectoris Eborenſis electio. 707 Qualiter creetur, & conſtituatur Rector Academiæ Eborenſis, qualiſve qualitates creandus & conſtituendus requirat, non aliũde petendum eſt, quàm ex ijs, quæ obſervat noſtra Societas in ſuis Collegiorum Rectoribus creandis: nam eo ipſo quod quis eſt Rector Collegij Spiritus S. Societatis Ieſu Eboræ, manet Rector Academiæ Eborenſis, juxta lib.1. Statut.cap.3. initio, ubi ſic:

¶ O Reitor da Vniverſidade ſerà ſempre o Reitor, ou Superior do Collegio do Eſpiritu ſanto da Companhia de Ieſus: & tanto que for eleito conforme às conſtituiçoẽs da Companhia, ipſo facto ſerà Reitor da Vniverſidade: ao qual todos os officiais, eſtudãtes, & peſſoas della Eccleſiaſticas, & ſeculares reconheceràm por Reitor, & ſeràm obrigados a cumprir ſeus mandados in licitis, & honeſtis, conforme aos eſtatutos. Qualiter autem fiant Rectores Societatis, non quidem per electionem & ſuffragia ſubditorum, ſed per voluntatem, & proviſionem Præpoſiti Generalis, conſtat ex 9. p.
„ Conſtit.cap.3.§.14. ubi de Generali: Conſti-
„ tuat per ſe ipſum Rectores Collegiorum, &
„ univerſitatum, ac Præpoſitos locales domo-
„ rum, quos aptiores fore judicaverit. Quales verò perſonæ debeant proponi Generali, ut ab eo deſignentur, habetur lib. Ordinat. General.cap.17.p.2. Videatur Suar. tom.4. de Relig. tract.10. lib.10.cap.3.

QVÆSTIO IV.

Quanta Rectori Academico in ſua dignitate, & juriſdictione conſtituto debeatur reverentia, & obedientia?

708 REverentiam aliud eſſe, & aliud obedientiam, conſtat ex cap. his quæ, de maior. & obed. Cum verò quæſtione proxima Rectorem Academicum expoſuerimus dignitate præditum, & juriſdictione pollentem, ſequitur pro maiori prædictorum intelligentia, ut agamus de correlativis, qualia ſunt reverentia correſpondẽs dignitati, & obedientia reſpiciens juriſdictionem. Quod attinet ad priorem, prima difficultas eſt, an reverentia & cultus debeatur Rectori Academico ab omnibus ſtudioſis? Affirmativa reſolutio indubitata eſt, eamque de jure communi in quocunque ſuperiore tradunt omnes ex l.2. C. de offic. diverſ. judic. & cla- *Reverentia debita Rectori.*
„ rius ex l.3. eod.tit. ibi: Si non patuerit in-
„ greſſus, aut reverentia non fuerit in ſaluta-
„ tione delata. Et quòd reverentiam debeat minor maiori, eique aſſurgere, & loco cedere, tradit Gloſ. in ſumma diſt.93.

Probatur, nam reverentia & cultus proficiſci debent ex virtute, quæ obſervantia dicitur: eſt autem obſervantia virtus, qua ſuperiores colimus: ſicut enim virtus pietatis (inquit Leſſius lib.2.cap.46.dub.2.num.10.) defert cultum parentibus, quia ſunt authores vitæ, & educationis, ita obſervantia omnibus ſuperioribus, quia ſunt authores noſtræ gubernationis: quicunque enim nos aliqua in re gubernant, aliquo cultu digni ſunt. Nec obſtat definitio obſervantiæ, quam ex M.Tullio refert S. *Obſervantia quid ſit.*
„ Auguſt.lib.83.qq. qu.84. Obſervantia eſt
„ per quam omnes aliqua dignitate excellen-
„ tes, cultu quodam, & honore dignamur. Ex qua videtur ſequi obſervantiam non dari

præ-

præciſè in ordine ad eos, qui nos gubernant, ſed non reſpicere debitum proveniens ex gubernatione: ſiquidem obſervantiæ cultu proſequimur etiam eos qui ſanctitate, ſapientia, & authoritate ſunt inſignes, quanvis nullam in nos juriſdictionem habeant. Non obſtat (inquam) hæc objectio, quia etſi illi dignitate, vel excellentia aliqua prædicti actu nulla in re nos gubernent, tamen ſunt apti, & idonei gubernare, & ratione talis aptitudinis, ſeu idoneitatis illis debetur cultus. Obſervantia enim (ut docet S. Thomas 2.2. q.102. a.1. & 2.) reſpicit tanquam objectum (cui) id quod eſt principium gubernationis actu vel potentia, ita ut reſpiciat primariò id quod actu gubernat: ſecūdariò quod aptum eſt gubernare.

Reverentia *triplex,* *duplex.* 709 Secunda difficultas eſt, qualiſnam reverentia debeatur Rectori Academico? Venit in conſiderationem duplex reverentiarum genus, aliud datum, quæ communi jure, & conſuetudine exhibentur, ſcilicet per capitis detectionem, aſſurrectionem, genuflexionem, oſculum terræ, pedis, manus, vultus, de quibus latè, & eleganter Ioan. de Platea in l. Decuriones Cod. de ſilentiar. lib. 12. Aviles in proœm. prætor. verbo Salud, & de ſalutatione per oſculum l. 1. C. de domeſticis lib. 12. Fuit & ſingularis adorationis genus, incerare Deorum genua, & Principum imagines, de quo latè Ros Cordub. lib. 4. cap. 3. ubi varias hujus ritus cauſas aſſignat: quibus Eſcob. cap. 46. num. 13. eam addidit, ſcilicet illorum genua incerari, ut reminiſcantur poſſe illos aliquando genibus flexis ſupplicare: natura enim non minùs flexibilia fecit adorata, quàm proſtrata genua. Et quidem quòd ex dicto communi cultu ſaltem quoad reverentias communiores, detegendi caput, & aſſurgendi, quædam oporteat præſtari Rectori Academico, perſpicuum eſt: ſiquidē viris omnibus dignitate, & authoritate conſpicuis præſtari ſolent: ille autem Rector (ut vidimus) multum authoritate, & poteſtate eminet.

Reverentia exhibenda Rectori. 710 Aliud cultus, & reverentiarum genus eſt jure, & conſuetudine ſpeciali introductum, vel ſaltem datum ex liberalitate & urbanitate ſalutantium, aut obſequētium: v.g. ut Rector in abſentia appelletur Dominus, ut ſtudioſi eum ſe in propriam domum conferentem comitentur: ut quando quis in aula publica vel recitat lectionem, vel diſcutit quæſtionem, Rectori ſupervenienti exhibeat reverentiam primò ceſſans à recitatione, donec Rector in ſuo loco ſederit: deinde captans benevolentiam, tandem breviter enarrans quæ recitaverat: v.g. dicens antequam pergat? (Verſabar Illuſtriſſime Rector, &c.) De omni hoc cultu poteſt inquiri, an debeatur Rectori? Imprimis quòd appellandus ſit in abſentia (Dominus Rector) præterquam quòd id poſtulet æquitas, & urbanitas, ſciamusque obſervari in Academia Conimbricenſi, habet fundamentum in jure. Nam in Authent. Habita C. ne filius pro patre Rector Academiæ appellatur Dominus per Fridericum Imperatorem, his verbis: Si litem eis quiſpiam ſuper aliquo „ negotio movere voluerit, hujus rei optione „ data ſcholaribus, eos coram domino, vel „ magiſtro ſuo, vel ipſius civitatis Epiſcopo, &c. ubi quanvis multi graves Iuriſtæ pro domino intelligant dominum civitatis, & alij præſidem illius provinciæ, in qua eſt Vniverſitas, tamen Rebuff. ibid. ſuper citata verba, intelligit Rectorem Vniverſitatis, qui in ea ſimpliciter vocatur dominus. Cum igitur vulgaris politica ſit, Regem, vel Principem ſupremum honorificè aliquem compellantem, v.g. ſi vocet Excellentiam, Celſitudinem, præbere normam alijs, & Imperator Rectorē appellet Dominū, hac ratione præſcribit modum loquendi alijs, ſaltem ſtudioſis.

711 Deinde quòd in aliquibus Academijs ſtudioſi ſuo Rectori comitatum debeant, in nonnullis opportunitatibus, & egreſſibus, compertum eſt. Rebuff. in privileg. Schol. privil. 74. teſtatur ſcholares in Mōtepeſſulano juramentum præſtare Rectori, de eo comitando: addit tamen ſcholarem, qui nō fuit comitatus Rectorem, ex eo quòd manſerit domi ſuæ, juſta ex cauſa, v.g. quia ſtudio incūbebat, non eſſe perjurum. Nam qui apud ædes ſuas ſunt, ex juſta cauſa, abeſſe videntur. l. cum vero §. fin. cum l. leg. & ibi expreſſé hoc dicit Bened. de Plumb. ff. de fideicom. liber. Et hoc præcipuè verum habet, quando Rector nimis appeteret incedere pompaticè, faceretque crebras egreſſiones cum jactura temporis, & detrimento ſtudentium. Præterea quòd Rectori ſupervenienti debeatur reverentia, ut nempe aulam ingreſſo omnes aſſurgant, & qui diſcutit quæſtionem, ſubſiſtat, ac ceſſet, donec Rector ſuo loco ſedeat, mox captata venia, & inculcato breviter ſtatu quæſtionis, progrediatur, non aliunde probari poteſt, quàm ex ſtatuto id præcipiente, vel conſuetudine legitimè præſcripta. Hunc cultum in Academijs Conimbricenſi, & Eborenſi ſcimus laudabiliter obſervari. Quanta verò ſit illius obſervantia in Salmanticenſi, teſtatur Alphonſus de Eſcobar cap. 46. init. his verbis: Candidatus (inquit) ad cathedram, cum ex tempore, ut moris eſt, pro ea obtinenda recitaret, contigit, ut Rectori Academico intranti ſolitam reverentiam non exhibuit, hoc eſt ſalutationem, & in recitando ceſſationem, uſque dum Rector ſuo loco ſederet, deinde antequam pergeret, Verſabar Illuſtriſſ. Rector. &c. Item alio antea die candidatus ipſe in cujuſdam argumenti initio, dum veniam captaret, collegiatos prætulit Magiſtris & Doctoribus, priùs illos nominando.

Comitatus Rectoris.

Veniam capiendi à Rectore.

Veniam non capiendi pœna.

Hinc

Hinc factum eſt, quòd ab Academico concilio cathedra, quam poſſidebat, privaretur, & mulcta præterea damnatus eſſet; deinde alijs de Academiæ gremio, qui in gymnaſio auditores prædicti aderant, mulcta impoſita tanquam inobedientibus Rectoris præconio eadem die in gymnaſio publicato, ne ullus in matricula deſcriptus lectioni intereſſet, ſub pœna præſtiti juramenti de obediendo Rectori in licitis & honeſtis.

712 De juſtitia hujus pœnæ, qua candidatus ille ob veniam, & reverentiam prætermiſſam ſic graviter lata ſententia affectus eſt, latè diſputat Eſcobar toto capite citato, & in omnibus fere improbat talem ſententiam. Miſſis alijs, quanvis contra prædictum candidatum multum urgeat, quòd videatur graviter deliquiſſe, frangendo conſuetudinem longo tempore obſervatam, & legitimè præſcriptam, qua Rectori Academico, ea ſalutationis forma exhibita ſemper fuit, tamen idem Eſcob. à num. 19. uſque ad 23. doctè & eleganter ſe opponit intendens liberare candidatum illum à crimine, & obligatione obſervandæ conſuetudinis illius: quatenus probat urbanitatis, & reverentiæ actus, ut plurimum, facultatis eſſe, ideoque impræſcriptibiles, & neceſſariò probandum actus aliquos geſtos animo ſe obligandi. Quam ſententiam (inquit) tenuiſſe videtur Supremus Regius Senatus, qui collegiáris prohibuit, ne intrante Rectore ſuo, in recitationibus ceſſarent, non obſtante quod per plures annos factum fuiſſet ſcientibus, & patientibus omnibus Academiæ magiſtratib9, & ſtudioſis. Nec objicias poſſeſſionem Rectoris Academici longiorem eſſe, proindeque aptiorem ut præſcriptio inducta foret. Nam eſto quòd id verum ſit, certum quoque eſt unius actus poſſeſſionem ſufficere ad jus poſſeſſorium obtinendum, ſi actus ſit præſcriptibilis ſin autem facultativus, neque mille anni ſufficient: ut patet in conſuetudine recitandi ter Salutationem Angelicam ad primas tenebras: cum enim ſit actus facultativus, nempe introductus ſine animo contrahendæ obligationis, nulla repetitio per quamcunque temporis diuturnitatem ſatis erit pro illa contrahenda. Cõcludens tamen Eſcobar cap. 46. num. 27. dicit jam ceſſare omnem controverſiam: quia juſſu Supremi Senatus (inquit) factum eſt, ut candidati ſolitam reverentiam intranti Rectori exhibeant ea forma, quam initio propoſuimus.

Conſuetudo in actibus urbanitatis.

713 Quod attinet ad poſteriorem, ſeu obedientiam juriſdictioni correſpondentem, tertia difficultas eſt, an ſtudioſi, & omnes Academiæ officiales teneantur obedire Rectori? Nota obedientiam dici quaſi obaudientiam, quòd Superioris vox & præceptum audiatur, & admittatur. Eſt duplex, altera materialis, nempe omne opus virtutis, quo præceptum impletur, etiam ſine formali intẽtione implendi, & tranſcendit per omnes virtutes; altera formalis, quæ ideo expreſſè aliquid facit, quia præceptum eſt, & ſpectat ad virtutem ſpecialem, cum tendat ſub ſpeciali ratione honeſti, ſcilicet ad opus prout debitum ex præcepto. Conſtat neminem teneri ad obediendum Rectori Academico obedientia formali. Quia intentio illa, cum ſit actus merè internus, non cadit ſub humanam juriſdictionẽ. Quòd verò omnes tam ſtudioſi, quàm officiales Academici teneantur illi obedire materiali obedientia, perſpicuum eſt jure communi, & ſpeciali. Sumitur ex cap. 3. & cap. Illud, de maior. & obedien. & cap. his quæ eod. In ſumma diſt. 93. Can. qui ſcit 2. q. 6. Can. generaliter §. hoc idem 16. q. 1. Can. lex æterna 23. q. 5. & Gloſ. 1. in cap. 2. de cenſib. in quibus præcipitur ut obediant inferiores ſuperioribus, minores maioribus, & ſubditi prælatis: conſtat autem ſtudioſos & officiales illos habere Rectorem Academicum pro ſuperiore, maiore, & prælato.

Obedientia quid & quotuplex.

714 De jure ſpeciali Academiæ Conimbricenſis lib. 2. Statut. tit. 3. & 20. & Academiæ Eborenſis lib. 1. cap. 3. conſtat omnes tam ſtudioſos, quàm officiales teneri ad obediendum Rectori Academico. Imò ſolemne eſt in hac utraque Academia, ut omnes ſtudioſi ſive antequam in matricula deſcribantur, ſive gradum aliquem litterarium ſuſcipiãt, & omnes officiales ante muneris ſui adeptionem, juramentum præſtent de obediendo Rectori. Hoc juramentum utpote promiſſorium inducit obligationem pro ratione materiæ levem, aut gravem. Eſt autem pulchra quæſtio, an ſtudioſi frangentes hoc juramentum contrahant infamiam? Videtur affirmandum. Nam illi violantes juramentum manent perjuri: eſt autem perjurus infamis l. ſi quis maior. C. de tranſaction. cum diſtinctione ibi tradita, & l. Lucius ff. de his, qui notan. infam. Iaſ. in §. item ſi quis poſtulante Inſtit. de action. Gloſ. in cap. querelam, de jurejuran. cap. venerabilem, de elect. cap. 2. de reſcrip. & cap. infames 6. q. 1. Nihilominus negandum eſt cum Rebuffo privil. 75. aſſerente regulam illam generalem fallere in ſcholaribus, qui ſi non obediant Rectori, ſunt perjuri, nec propterea ſunt infames, niſi per ſententiam condemnentur, ut notant Bal. Iaſ. ad l. ſi quis maior. Addit Barbat. in Rubri. de jurejuran. in Cle. quaſi pro ratione poſitæ reſolutionis ſcholares eſſe valde pronos ad jurandum, & non multum curare de perjurio, adeo ut ſit bona conſequentia, Sunt ſcholares; ergo perjuri. Quod magis lepidè quàm verè dictum eſt, niſi intelligatur de ſolis peſſimis, qui nempe committunt peccatum peſſimum, quale perjurium, cujus malitia tanta eſt, ut affirmet Sanch. lib. 3. Decal. cap. 4. n. 35. perjurium eſſe

Juramentũ de obediendo Rectori.

Periurorum infamia & requiſita.

Perjurij malitia.

Digitized by Google

eſſe peccatum gravius homicidio, & alijs peccatis, quæ in proximū committuntur. Nam illud directè eſt contra honorem Dei invocati in teſtem falſitatis. Addunt aliqui apud eundē num. 37. magis peccare perjurum, quàm parricidam: quod tamen incredibile eſt. Illud habemus ex Sacra Pagina Eccleſiaſt. 23. num. 12.
„ Vir multum jurans replebitur iniquitate, &
„ non diſcedet à domo illius plaga. Et multa contra perjuros Levit. 19. & Matth. 5. & cap. ſi peccatum 22. q. 1. cap. Si Chriſtus, de jurejuran. cap. ad Apoſtolicæ §. ſed licet, ubi Gloſ. de re judic. in 6. & Can. habemus 22. q. 1. Ratio igitur cur ſcholaris perjurus in non obediendo ſuo Rectori, infamiam vitet, eſt favor, & indulgentia vitæ litterariæ.

Obediētia perfecta.

715 Quarta difficultas eſt, qualisnam obedientia debeatur Rectori: Cum oſtenderimus deberi obedientiam Rectori Academico tanquam ſuperiori & prælato, conſonum eſt, ut dicamus talem obedientiam debere eſſe perfectam, ſeu puram ab omni fæce imperfectionis, qualis illa, quæ juxta Gloſ. in ſumma 93. diſt. conſiſtit in tribus, videlicet in exhibenda reverentia, in mandato ſuſcipiēdo, & in judicio ſubeundo. Multum etiam conferet, ut quod ſcholaris opere exequitur, ex recta intentione prodeat: nam obedientia quæ procedit ex charitate, & deſiderio boni operis, commendatur: ſecus quæ procedit ex ambitione, Can. ſciendum 8. q. 1. Amor enim erga ipſum prælatum præcipientem multum juvat. Ideo dicebat Chriſtus Dominus Ioann. 14. (Si quis diligit me, mandata mea ſervabit.) Et S. Hieronymus Epiſt. 4. ad Ruſticum: (Præpoſitū monaſterij timeas ut dominum, diligas ut patrem.) Si igitur ſcholaris ſuum Rectorem habeat loco domini, & parentis, ex timore filiali, & amore proveniet, ut debitam ei reverentiam, & perfectam obedientiam exhibeat.

Cum vero obedientiæ debitum menſuretur per præceptum legitimè ac juſtè imperantis, ut ſcholaris teneatur obedire, requiruntur duo, alterum juriſdictio ex parte præcipientis, alterū honeſtas ex parte rei præceptæ. Obedire enim nemo tenetur in mandato & judicio, niſi ei qui habet juriſdictionem, & adminiſtrationem ſuperiorum. Gloſ. 1. in ſumma diſt. 93. & Rector non habet juriſdictionem, niſi ut præcipiat licita, & honeſta ſecundùm ſtatuta Academica. Vtrunque continetur in ſtatutis Academiæ Conimbricenſis lib. 2. tit. 20. init. ¶ O Reitor he cabeça de toda à Vniverſidade, ao qual todos os membros haō de obedecer, in licitis, & honeſtis, & comprir ſeus mandados, no que forem conformes aos eſtatutos. Quare in illicitis obedientia non præſtatur Gloſ. fin. in cap. ne Dei 43. de Simonia. Obedire enim Deo magis debemus, quàm hominibus Can. ſi Dominus 11. q. 3. Deinde obedire non debent ſubditi Imperatori præcipienti errorem contra Deum Can. Imperatores 11. q. 3. Nam obedientiæ incolumitas ubi eſt, ibi ſana eſt forma doctrinæ. Can. miramur diſt. 61. Denique in licitis etiam & honeſtis non tenetur ſcholaris obedire Rectori, niſi res præcepta ſit ſecundùm ſtatuta Academica, ſeu leges Academicas, eo modo quo regularis non tenetur obedire ſuo prælato, niſi ſecundùm regulam, quam vovit, ut videre eſt apud Sanch. lib. 6. Decal. c. 1. n. 5.

DISPVTATIO II.

De poteſtate Rectoris Academici.

716 QVanvis nonnulla in libris præcedentibus, & diſputatione proxima obiter diſſeruerimus ſpectantia ad poteſtatem Rectoris Academici, hoc tamen in loco præcipuam, & propriam ſedem vēdicat diſputare de illius poteſtate, ſeu juriſdictione perſpicuè, quaſi ſingillatim, & quoad ſuas partes in ordine ad objectum, ſeu res circa quas verſatur. Diſputandum igitur nobis eſt de poteſtate Rectoris erga omnes ſtudioſos tam auditores, quam profeſſores, de illius poteſtate erga ſuos officiales, ac tandem de poteſtate in officijs providendis.

QVÆSTIO I.

Quanta ſit Rectoris Academici poteſtas erga ſtudioſos?

Poteſtas Rectoris erga ſtudioſos.

DE poteſtate Rectoris, ſimulque de ſtatutis Vniverſitatum ſcripſere Iuriſtæ veteres, ſed tranſcurſim, & non ita dilucidè ac pro dignitate ut ſolent Theologi. Imprimis ad Authent. Habita Bald. à num. 44. Salicet. à num. 38. & latius l. fin. num. 6. & 8. & ibi omnes Cod. de juriſd. omn. judic. Abbas in celebri ſua quæſt. 6. Socinus cap. ſi quis clericus à num. 17. & cap. ſignificaſti à num. 43. de foro compet. & cap. licet num. 90. Rebuff. in privil.

privilegi 152. & dicta Authent. verbo peregrinantur, & verbo Domino; Giſanius numero 7. 8. Donel. Cuiac. dicta Authent. & Olliualdi 17. com. capit. 10. lit. k. numero 2. Quid verò Rectores Academiarum poſſint vel jure communi, vel ſpeciali in condendis, & immutandis ſtatutis, ſatis notum eſt ex his quæ tradidimus lib. 2. diſp. 1. quæſt. 2. & 3. à num. 158. Quid verò poſſint per diſpenſationem in iiſdem ſtatutis, ſatis diximus num. 239. & 240. Dicturi igitur de poteſtate illorum erga officiales, & officia ſequentibus quæſtionibus; præſentem aggredimur de poteſtate erga ſtudioſos tam auditores, quàm profeſſores.

717 Prima difficultas eſt, an Rector Academicus poſſit ſtudioſos delinquẽtes punire, & quomodò, quando in ſtatutis nulla determinatur pœna? Certũ eſt poſſe Rectorẽ Academicũ punire ſtudioſos delinquẽtes iiſdem pœnis, quæ in ſtatutis decernuntur. Eſt enim totius Academiæ caput, & judex ordinarius cum omni juriſdictione requiſita ad exequendum quidquid ſtatuitur per leges Academicas; proindeque ad infligẽdum pœnas ſtatutas. Dubitatur, an & quomodò poſſit punire crimen, cui nulla pœna in ſtatutis determinata eſt? Quod poſſit punire delinquentes tranſgreſſores ſtatutorum, ex eo patet, quia habet poteſtatem gubernativam cum omnibus requiſitis, ut faciat obſervare ſtatuta omnia: hoc autem ſtare nequit ſine poteſtate puniendi, & coercendi, ut apertè ſumitur ex tex. in cap. ex litteris 29. de officio deleg. ibi: Cùm „ hujuſmodi demandata juriſdictio deluſoria „ videretur, ſi ſubdelegatus hujuſmodi co- „ ercitionem aliquam non haberet. At quænam pœna infligenda erit, cum ſupponamus nullam certam pro tali tranſgreſſione in ſtatuto decerni? Reſpondeo debere eſſe pœnam arbitrariam. Ita Gloſ. ult. in cap. fin. de dolo & contumacia, & Gloſ. verbo Arbitrium: ubi DD. in capit. ſuper his de accuſat. & facit regul. text. in leg. 1. ff. jure deliberandi, ſed habetur expreſſè in capit. de cauſis „ §. 2. de officio deleg. ibi: Si tale fuerit „ negotium quod certa exinde pœna in ca- „ nonibus exprimatur, eandem infligas: ali- „ oquin ipſos pro delicti qualitate, & cauſæ „ ſecundùm tuum arbitrium punire procures. Quando igitur pœna in jure non decernitur, judex illam pro arbitrio rationabili poteſt infligere.

Puniendi poteſtas Rectoris.

Arbitraria pœna.

718 Secunda difficultas eſt, Vtrum & quomodò poſſit Rector Academicus mulctam imponere? Si loquamur jure communi ſpectato, ſicut Rector Academicus, qui verus judex & magiſtratus eſt, poteſt alias pœnas infligere, ita imponere mulctam, ſeu pœnam pecuniariam. Hanc ſententiam ex terminis probant Aviles capit. 17. prætor. gloſſ. las hará num. 15. Curia Piſana lib. 2. cap. 7. Bobadil. lib. 3. cap. 8. numero 103. & 107. Et quòd mulctam indicere non poſſit, niſi magiſtratus, habetur l. aliud §. 1. juncto Rebuff. verſ. Magiſtratus, de verbor. ſignificat. & quando judices, ſeu magiſtratus, inter quos eſt Rector Academicus, ob inobedientias, & irreverentias poſſint ſubditis mulctam imponere abſque appellatione, & ſine proceſſu exequi; aliaque hujuſmodi, latè Bobadil. lib. 3. polit. cap. 1. à num. 49. & quando appellari poſſit latè etiam Scaccia de appellat. quæſt. 17. limit. 3. num. 29. & limit. 6. n. 4. num. 128. & limit. 47. memb. 1. numero 182. Quærit Alphonſus de Eſcobar cap. 46. à numero 7. an concilium Academicum poteſtatem habeat indicendi mulctam? Et reſolvit non poſſe, ſi loquamur de tali concilio ſine Rectore, qui concilio præeſt; ſimul autem (inquit) cum Rectore, poterit, cum & ipſe Rector ſolus poſſit in ſuis cauſis, & in iis quæ ſimul cum concilio expedire debet. Vnde (concludit) veriùs dicemus ſemper ad Rectorem ſolum mulctæ indicendæ jus ſpectare: nam ipſe ſine concilio eam imponit, concilium ſine ipſo non poteſt, neque impoſitam etiam cum Rectore exequi, ſed Rector ſolus. Iure etiam ſpeciali attento poſſe Rectorem Conimbricenſem mulctam imponere, ſumitur ex lib. 2. ſtatut. tit. 20. n. 14. poſſe id quoque Eborenſem, conſtat ex lib. 1. ſtat. cap. 3. n. 2.

Mulcta infligenda.

719 Tertia difficultas eſt, an poſſit Rector ſcholarem privare ſtudio ejiciendo ab Academia? Eſſe pœnam graviſſimam privari ſtudio litterarum, ex eo probat Gregor. Tholoſ. lib. 13. de Repub. cap. 1. num. 26. quòd deficiente ſtudio litterarum, homines & cives efficiantur veluti animalia bruta, per ignorantiam, alieni ab omni humanitate, & civili convictu. Hinc teſte Æliano lib. 7. de varia hiſtor. Mitylenſes, cum maris imperium tenerent, ſocijs qui defecerant, eam inflixère pœnam, ut liberos ſuos non docerent litteras, nec artes liberales: hoc ſupplicium omnium acerbiſſimum judicantes, ſi in liberalium artiũ inſcitia vitam tranſigere cogerentur. Sic Iulianus Imperator Apoſtata, cum videret Chriſtianos liberalibus diſciplinis æquè proficere, atque gentilium ſuperſtitioni officere, edicto cavit, ne pueri Chriſtianorum ullo philoſophiæ genere imbuerentur. Ex quibus rectè concluditur, privare ſtudio, & ſcientijs addiſcendis, eſſe pœnam adeò gravem, ut ſi non correſpondeat graviſſimo ſceleri, à ſolo tyranno cenſeatur dimanare. Nihilominus hanc pœnam cadere in poteſtatem Rectoris Academici, ſpectato jure communi, patet: nã Rector habet ex vi ſui muneris ſufficientem juriſ-

Studio & Academia privari.

Ejectio ab ſcholis.

juriſdictionem; ut conſulat communi bono Academiæ per vim directivam : poteſt autem ſæpe contingere ut expediat bono communi, ut quis ſtudio privetur, & ab Academia ejiciatur.

Attento etiam ſpeciali jure, eadem reſolutio procedit de Rectore Conimbricenſi, ut habetur lib. 2. Statut. titul. 20. num. 4. ¶ O Reitor com muita diligencia ſe informarà ſe ha alguns eſtudantes que vivão eſcandaloſamente; ou fação perturbaçaõ, ou inquietaçoẽs na Vniverſidade, ou Cidade; ou nam curſaõ, nem tem livros; nem eſtudão : & os avitarà, & reprehenderà, & nam ſe emendando os excluirà das eſcolas. Eadem procedit de Rectore Eborenſi; ut conſtat ex lib. 1. Statut. cap. 3. num. 4. ¶ Quando o Reitor da Vniverſidade julgar que algum eſtudante he eſcandaloſo, & que nem as amoeſtaçoens dos meſtres, ou caſtigo baſta, & que o tal nam ſe aproveita a ſi, ou prejudica aos outros, o lançarà fora da Vniverſidade. Progreditur ulteriùs decernendo quomodò talis per Rectoré etiam à civitate expelli debeat.

Cathedra privare quis poſſit.

720 Quarta difficultas eſt, an Rector Academicus, vel alius magiſtratus Academicus, qualis Salmanticæ Scholæ Magiſter, poſſit cathedris ſemel obtentis privare? Meo judicio rectè expedit difficultatem Alphonſus de Eſcobar cap. 46. à num. 10. ſic diſtinguendo : aut agitur de pœna privationis cathedræ à lege, vel ſtatuto impoſita : item de inhabilitate oppoſitionis, ipſa lege, vel ſtatuto expreſſa, & tunc poterit Rector in ſuis cauſis vel ſolus, vel cum conſiliarijs, & Scholæ Magiſter (idem diceret de Conſervatore, & quocunque magiſtratu alio) in ſuis quoque cauſis cathedra privare, vel inhabilem candidatum pronunciare. Quia hoc legis authoritate faciunt, magiſque executio pœnæ, quàm ejus impoſitio videtur. Aut agitur de privatione cathedræ imponenda per aliam culpam ſtatuto, legeve non expreſſam, in quo ſenſu poſita difficultas videtur ſolum procedere : & tunc probabilius eſt neque Rectorem, neque alium magiſtratum Academicum poſſe talem pœnam imponere, ſed id ſpectare ad ſolum Principem ſupremum. Probatur, nam ejus eſt privare, cujus eſt concedere : res enim per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſolvitur. Cap. omnis 27. quæſt. 2. Capit. omnis res, de regul. juris in 6. Narbona de appellat. à Vicario ad Epiſcop. part. 1. num. 95. Valaſc. conſil. 130. num. 17. ſed concedere cathedram nullo modo pertinet ad Rectorem : ab initio enim pertinuit ad univerſum ſtudioſorum gregem, nunc verò ad Hiſpanum Principem, cujus ſolius eſt ſtatuere qui habiles & idonei, qui inhabiles cenſeantur; ergo ad ſolum Principem; & non ad alium ſpectat pœna privationis. Confirmatur à ſimili, quia ad Principem, ad quem ſpectat officia concedere, ſpectat revocare, & ſyndicatum facere. Cap. quorundam 32. diſt. Cap. qualiter, & quando el 2. de accuſat. ergo ſimiliter ad quem Principem pertinet cathedrarũ proviſio, pertinet privatio.

Cathedrarum proviſio, & privatio.

Cathedrarum privatio in noſtris Academijs.

721 Hæc doctrina, quæ hactenus prolata eſt de ſpeciali jure Academiæ Salmanticenſis, locum habet in Conimbricenſi, in qua Rector juxta ſtatuta lib. 2. tit. 20. num. 14. licèt poſſit magiſtrum ſuſpendere à cathedra per ſpatium unius menſis; nunquam cathedra privare poteſt. Quia cathedrarum proviſio in minoribus pertinet ad gregem ſcholarium, in maioribus ad Regem. In Academia Eborenſi etiam cum proportione doctrina procedit : ſiquidem quia Rectoris cum ſuo concilio ſolum eſt proponere magiſtros ad cathedras, & ſolius Provincialis providere, ita non Rector, ſed Provincialis privare poteſt. Oppones, Rector, & Academicum concilium poſſunt ſtudioſum matricula, & privilegijs ſtudij privare, ut tenet Rebuff. privileg. 74. & 75. & eſt ſingularis tex. in cap. ex litteris, de conſtit. ubi id notant omnes, & nos ſupra num. 719. reſolvimus poſſe Rectorem privare ſtudioſum ſtudio, eum ejiciendo ab Academia : ſed tunc conſequenter etiam cathedra privatus videtur, ut notat Bald. ad dict. cap. ex litteris, num. 14. ergo poteſt privare cathedra. Huic objectioni benè reſpondet Alphonſus de Eſcobar cap. 46. num. 15. veram eſſe Baldi doctrinam, quando cathedra ab ipſo Rectore, ſeu collegio Academico conferri, & auferri poteſt, cum verò ad ſolum Principem id ſpectet, non exiſtimat cathedram ut acceſſorium venire poſſe in matriculæ privatione. Fatetur tamen quòd ſi ab ſtudioſis cathedræ conferreotur, poſſet Rector cum conſiliarijs tantum cathedra privare, non tamen poſſet Doctorum collegium. Ratio eſt, quia conſiliariorum conſilium repræſentat ſcholaſticorum gremium, qui cum dare poterant, tollere etiam poſſent, & privare ex cauſa : Doctorum tamen collegium id non poteſt, quia nec conferre. Facit pro hac doctrina ſententia Abbatis ad capit. ex litteris numer. 1. & Decij ibidem num. 2. quòd ſcilicet Doctores non poſſunt ſtatuere in concernentibus ſcholares, neque ſcholares in concernentibus Doctores, neq; in cauſis ad illos ſpectantibus ſe intromittere: cũ ergo cathedræ ad ſtudioſus ſpectarent; ergo & privatio ſpectabit.

Quid verò de jure communi, præciſo & non attento omni jure ſpeciali? Exiſtimo ſolum Principem, qui in Academiam habet ſupremã poteſta-

poteſtatem, poſſe magiſtros delinquentes cathedris privare. Quia attento jure cōmuni ſolius Principis eſt providere in cathedris, ſicut in omnibus officijs, quibus Reſpublica tam politica, quàm litteraria adminiſtratur; ergo juxta regulas à nobis proximè traditas ſolius Principis erit privare cathedris, quas ipſe confert. Quas ob cauſas Magiſter debeat removeri à cathedris, tradit Gloſ. in cap. fin. de renunc. & in cap. 1. de offic. cuſtod.

Punitio Eccleſiaſtici etiā regularis per Rectorem.

722 Quinta difficultas eſt, an Rector Academicus poſſit ſtudioſum Eccleſiaſticum etiam regularem, ſive auditoré, ſive profeſſoré punire? Difficultas procedit de Rectore Academiæ tam Eccleſiaſticæ, quàm laicæ, quarū diſtinctionem, & naturam, expoſuimus lib. 1. diſp. 1. q. 2. Et quidem ſi Academia ſit Eccleſiaſtica, qualis noſtra Eborenſis, certum eſt poſſe Rectorem illius punire quoſcunque Eccleſiaſticos, etiam regulares juxta formam ſtatutorum. Quia tunc Rector eſt perſona Eccleſiaſtica, & habet ſufficientem juriſdictionem à Pontifice in omnes ſibi ſubditos. Si verò Academia ſit laica, habeat tamen approbationem à Pontifice, ſatis probabile eſt Rectorem illius, modò ſit perſona Eccleſiaſtica, poſſe omnes ſtudioſos Eccleſiaſticos, etiam regulares punire. Ratio eſt, quia Pontifex per illam approbationem ſubmiſit tali Rectori omnes illos Eccleſiaſticos, etiam in cauſis reſpicientibus illos ut ſingulos, ut conſtar ex effectu talis approbationis, quem expoſuimus loco citato num. 61. Debuit verò Rector eſſe perſona Eccleſiaſtica, ut in ipſum poſſet fieri juriſdictionis Eccleſiaſticæ tranſlatio. Nihilominus Academia Conimbricenſis, quæ laica eſt, ut ſecuriùs procederet, impetravit à Pontificibus juriſdictionem omnimodam quoad obſervantiam ſtatutorum, etiam coercendi per pœnas, in prædictos Eccleſiaſticos. Habetur lib. 2. Statut. titul. 20. num. 20.

¶ Tem mais o Reitor juriſdiçam privativa ſobre os Eſtudantes, Doutores, Lentes, & quaiſquer outras peſſoas da Univerſidade Eccleſiaſticas, poſto que ſejaõ Sacerdotes, & Religioſos de qualquer Ordem, & privilegios que ſejaõ, ad obſervantiam ſtatutorum tantum, pellos Breves dos ſantos Padres. Bullæ Pontificum, quæ ibi ad extenſum referuntur, ſunt duæ, altera Pij V. ſubſcripta Romæ anno Domini 1565. ſexto decimo kalendas Februarij. Altera Gregorij XIII. data Romæ anno 1572. die 8. Februarij, in quibus ad talem juriſdictionem obtinendam, poſtulatur in Rectore ut ſit clericus, & incedat in habitu clericali.

723 Maior dubitatio eſt, quando Rector eſt laicus in Academica laica, qualiter poſſit exercere ſuperioritatem in ſtudioſos Eccleſiaſticos? Quod hujuſmodi Rector habeat ſufficientem juriſdictionem, ut poſſit ſtudioſos clericos, & regulares regere, tam dirigendo, quàm corrigendo, videtur probari ex eo, quia illi prout membra Academiæ, ſunt ſubditi talis Rectoris, cui per nomina data matriculæ, & juramentum præſtitum, ſe voluerunt ſubmittere, annuentibus ſuis prælatis; ergo inſtar aliorum ſecundùm ſtatuta regi debent. Confirmatur 1. nam prælati Eccleſiaſtici qui habent juriſdictionem laicam à Rege, in cauſis talis juriſdictionis, ità ſubduntur Regi, ut compellantur reſpondere in judicio Regio, quantumvis laico, & in eodem debeant conveniri, ut latè probat Gabriel Pereyra de manu Regi. cap. 57. num. 9. Nam eo ipſo ad ſimilitudinem feudatariorum fiunt de foro ſæculari, & reputantur ſicut alij domini temporales. Cap. ſi quæ cauſæ §. is itaque 11. q. 1. Sic ergo Eccleſiaſtici per matriculationé ſubdūtur Rectori, & fiunt, ſicut alij ſcholares. Confirmatur 2. nam perſonæ regulares, habentes curam animarum, & ipſorum monaſteria, quibus animarum cura annexa eſt, non obſtante quacunque exemptione, ita in concernentibus talem curam ſubduntur Epiſcopo, ut ab eo viſitari, & corrigi poſſint, ac debeant, ut ex Trident. ſeſſ. 7. cap. 7. & 8. de reform. tradit Fragoſ. p. 2. lib. 8. cap. 19. §. 6. num. 3. idque ratione materiæ, quæ eſt propria Epiſcoporum: ergo ſimiliter ratione materiæ litterariæ, quæ eſt propria Rectoris Academici, huic ſubdentur, ut ab eo gubernentur, & corrigantur.

Juriſdictio Rectoris in ſtudioſos Eccleſiaſticos.

Laicus juriſdictionē habēs in Eccleſiaſticos.

724 Pro deciſione ſupponendum eſt 1. ſicut in legibus datur duplex vis, altera directiva, altera coactiva, ita in ſuperioribus ad gubernandum dari duplicem poteſtatem, alteram directivam, ratione cujus ſubditi tenentur in conſcientia obedire, alteram coactivam, ratione cujus poſſunt compelli per pœnas à ſuperiore inflictas. Supponendum eſt 2. alias eſſe leges civiles quæ opponuntur immunitati Eccleſiaſticæ, vel ſtatum Eccleſiaſticum dedecēt, alias, quæ nec tali immunitati opponuntur, nec talē ſtatum dedecēt, ſed cōmunem utilitaté reſpiciunt, ſuntq; communes laicis & clericis. Sic igitur noſtra reſolutio. Studioſi Eccleſiaſtici etiam regulares in Academia laica ſubduntur ſtatutis Academicis, & juxta illa Rectori laico quoad vim directivá, nō autē quoad vim coactivam. Probatur; quia ut ſe habet Reſpublica politica circa ſua omnia membra, ex quibus coaleſcit, ita Reſpublica litteraria, qualis Academia eſt, circa ſua: ſed Eccleſiaſtici in Republica politica, ſubdūtur legibus civilibus, & Principi laico quoad vim directivá, in materia omnibus cōmuni, nō autem quoad vim coactivam; ergo ita ſubdūtur in Academia. Minoris prior pars eſt ſententia communis, quam

Regulares ſtudioſi quomodo ſubdātur in Academia laica.

Digitized by Google

defendunt Covar. in pract. cap. 33. Sayrus in clavi part. 1. lib. 3. cap. 4. num. 16. Vaſq. 1. 2. diſp. 167. cap. 4. Suar. lib. 3. de leg. cap. 34. n. 6. Salas diſp. 14. de lect. 8. n. 94. Bellarm. lib. 1. de clericis c. 28. n. 18. Probant facilè cum jure canonico Cap. Innocent. de arbitr. Cap. I. In adjutorio diſt. 10. Cap. de capitulis, eod diſt. tum ratione, quia omnes Eccleſiaſtici quatenus ſocialiter, & politicè vivunt, ſunt membra corporis politici, acproinde in ijs, quæ proprio ſtatui non officiunt, tenentur conformare ſe reliquis membris: aliter ſequeretur magna perturbatio ex diſſidio & diſſonantia: quidquid in oppoſitum dicant Azor lib. 5. c. 12. q. 1. & Navar. conſ. 3. de conſtit. concl. 3. n. 4.

Clerici quomodo ſubjecti ſint legibus civilibus?

725 Minoris poſterior pars negans de vi coactiva, quòd ſcilicet laicus magiſtratus non poſſit cogere Eccleſiaſticos ad civilium legum obſervantiam, & pro tranſgreſſione plectere, communis, & vera omninò ſententia eſt, quam tenent Covar. in pract. cap. 33. num. 7. Salzedo in pract. Canonica cap. 55. verſu 3. Bellarm. de clericis lib. 1. c. 28. Vaſq. diſp. 167. c. 4. n. 30. Azor tom. 1. lib. 5. cap. 12. q. 3. Suar. de leg. lib. 3. c. 34. n. 15. Salas de leg. diſp. 14. ſect. 9. n. 10. & Bonacina diſp. 1. q. 1. n. 29. Probant, nam clerici ſunt omninò exempti à poteſtate laica quoad puniriones, tribunalia, & tributa. Conſtat ex jure Canonico Cap. At ſi clerici, cap. qualiter, de judicis. Cap. Eccleſia S. Mariæ, de conſtit. Cap. decernimus, de re judic. Cap. ſæcularis, de foro compet. Conſtat ex jure civili, Authen. ſtatuimus C. de Epiſc. & clericis, Authent. Apud quos oporteat cauſas dicere monachos Coll. 6. Authen. de ſanctiſſ. Epiſc. §. ſi quis contra aliquam Coll. 9. Quæ omnia ſtabilivit Trident. lib. 25. cap. 20. Conſtat denique ratione, quæ ſumitur ex indecentia; eſt enim valde diſſonum & indecorum, dedecetque magnopere Eccleſiaſticum ordinem, ſeu clericalem ſtatum, perſonas ſacras, Deique obſequio ſpecialiter addictas judicari, damnari, & puniri à laico judice.

Ex dictis patet ſolutio ad fundamentũ partis oppoſitæ: ille enim Rector laicus habet ſuperioritatem in ſtudioſos Eccleſiaſticos, ſed in materia communi omnibus, & ſolùm quoad vim directivam, ut expoſuimus. Ac ad 1. confirmationem, quanvis Eccleſiaſtici in materia juriſdictionis laicæ, debeant reſpondere in tribunali laico, & teneantur ſtare juſta ſententia, tamen non poſſunt ibi puniri quoad defectus perſonales. Ad 2. facilè totum admittam de ſuperioritate Epiſcorũ in illa materia, etiã quoad vim coactivam: ſunt enim Epiſcopi capares juriſdictionis Eccleſiaſticæ in quoſcunq; Eccleſiaſticos, etiam regulares, idcirco Tridentinum in materia curæ animarum illis ſubmiſit omnes, ſeu potius voluit nullos eſſe exemptos.

QUÆSTIO II.

Quanta ſit Rectoris Academici poteſtas erga officiales Academicos?

726 CVm poteſtas omnis, & juriſdictio Rectoris Academici verſetur circa ſubditos omnes, & jã quæſtione proxima egerimus de poteſtate in ordine ad ſtudioſos, utpote ſubditos præcipuos, ſequitur, ut expendamus quomodo verſetur talis poteſtas circa ſubditos alios, qui ſunt officiales. Et quidem hos omnes convenire cum ſtudioſis in eo quòd teneantur obedire Rectori in licitis, & honeſtis, ſecũdùm ſtatuta, patet ex dictis, præſertim diſ. 1. q. 4. Idq; clamant omnia jura divina, & humana præcipientia ut ſubditi pareant ſuis ſuperioribus.

Prima difficultas eſt, an Rector Academicus poſſit obligare, ſeu cogere ſuos officiales ad præſtandum aliquod juramentum? Procedit in duplici ſenſu, alter eſt, an poſſit exigere juramẽtum, quod ſtatutum in aliquo evẽtu jubet præſtari, v. g. quando ſtudioſi matriculãtur, vel graduantur, & quando officiales accipiunt officiorum collationẽ, juramẽtum de parẽdo Rectori? In quo ſenſu reſolutio affirmativa indubitata eſt; quia tunc Rector præcipit ſecundùm ſtatuta, imò executionẽ ſtatutorum, quorum obſervantiam poteſt, imò debet procurare. Alter ſẽſus eſt, an poſſit decernere, ut officiales (& idẽ erit de ſtudioſis) præſtẽt novum aliquod juramẽtum, v. g. de exhibendo Rectori talem veniam, aut reverentiam? Reſpondet negativè Eſcobar cap. 46. num. 27. quod colligit ex Baldo d. Authen. Habita num. 9. verſ. Sed quid in collegio, Felino dict. cap. ex litteris num. 2. Zabarela num. pennlt. Iacobo Rebuff. in l. hac lege addit. 1. Cod. de aquæduct. lib. 11. Colligit etiam ex ſtatuto 64. titul. 33. in noviſſ. editione, ibi: ¶ Durando el tiempo de la vacatura de alguna cathedra, ò eſperando vacar, no ſe haga eſtatuto perteneciente a alguna coſa de la oppoſicion, y proviſion; y ſi ſe hiziere, ſea de ningun valor. Quod ſtatutum juri communi conſonat l. leges C. de legibus, Vbi Scribt. Novel. 54. & 107. Felin. cap. fin. de conſtit. Tuſcb. lit. h. concl. 264.

Juramentum præſtandum.

Mihi videtur totam deciſionem hujus difficultatis pendere ex reſolutione quæſtionis inquirentis quiſnam poſſit condere ſtatuta Academica? quã agitavimus, & decidimus ſupra à n. 158. Cum enim ibi ſtatuerimus, jure cõmuni attento poſſe Academiã, atq; adeo Rectorem

cum

Digitized by Google

cum conſilio, utpote repræſentante univerſum gregem ſcholaſticum, condere ſtatuta, conſequenter dicimus poſſe ſic decernere ut in perpetuum præſtetur tale vel tale juramentum, quod bono communi Academiæ judicabitur expediens: ſecus attento jure ſpeciali denegante Rectoribus talem poteſtatem, ſicut denegat jus Conimbricenſe, & Eborenſe. Patet, quia decretum de tali juramento in perpetuum præſtando, eſt verum ſtatutum; ergo ut legitimè fiat, requirit poteſtatem condendi ſtatuta. Cum verò Rector Academiæ, ut ſumitur ex dictis citat. num. 158. poſſit ferre ſtatuta impropria per modum præcepti temporalis, quæ ſolum obligent ad tempus, & ad ſummum pro tempore, quo ipſe in officio permanſerit, etiam poterit decernere tale juramentum ad tempus, ſeu pro tempore ſui Rectoratus, etiam ſpectato jure ſpeciali; quo prohibetur vera ſtatuta condere.

727 Secunda difficultas eſt, quomodo obliget Rector Academicus quando præcipit officialibus, vel ſtudioſis ſub pœna præſtiti? Idem eſt præcipere ſub pœna præſtiti, *Præſtiti pœna & obligatio.* atque præcipere volendo obligare in virtute juramenti, quod præſtitum fuit de obſervando ſtatuta, vel parendo Rectori. Dico igitur 1. quando Rector præcipit ſub pœna præſtiti in materia gravi, obligat graviter, ita ut ſubditus teneatur parère ſub mortali. Ita Medina lib. 1. Summæ cap. 16. §. 11. Deinde lib. 2. de libert. Chriſtiana cap. 1. Emman. Roter. tom. 2. Summæ cap. 9. num. ultim. & Fagund. in Decal. præc. 2. lib. 2. cap. 23. num. 13. Vbi rectè aſſignat pro exemplo materiæ gravis, ſi Rector nominatim vocaret aliquos pro cauſis gravioribus decidendis, & ex jure omnium præſentiam requirentibus. Probatur, nam juramentum promiſſorium obligat juxta capacitatem materiæ, *Iuramenti obligatio.* proindeque in re gravi graviter: ſed Rector intendit obligare per vim juramenti; ergo obligat graviter. Dico 2. Quando Rector præcipit ſub pœna præſtiti in materia levi, obligat leviter: proindeque tranſgreſſor non eſt reus perjurij mortalis: ut v. g. quando jubet ſub pœna præſtiti intereſſe certæ congregationi publicæ vel ſolemni ſupplicationi. Ita præter authores proximè citatos; Maior in 3. diſt. 39. q. 4. Covar. de pactis impar. §. 7. fine. Azor lib. 11. inſtitut. mor. cap. 8. q. 11. Vaſq. 1. 2. q. 96. a. 4. diſp. 158. cap. 5. num. 31. & Sanch. lib. 3. Decal. cap. 14. num. 6. Probatur, quia tunc intentio præcipientis ſolum eſt obligare leviter, & juxta vires juramenti promiſſorij in re levi. Addo tunc Rectorem non obligaturum graviter, quanvis expreſſè intenderet obligare graviter. Quia legiſlator, ſeu prælatus humanus non poteſt obligare ultra capacitatem materiæ: & (ut ſuppono) materia illa perſiſtit levis. Putant aliqui materiam gravem eſſe, quando ſcholares ſub pœna præſtiti jubentur comitari Rectorem Salmantinum in die Sancti Nicolai. Medina citatus judicat eſſe materiam gravem ſcholares indui ſericis veſtibus contra ſtatutum Academiæ. Neutrum tamen eſſe materiam gravem rectiùs affirmat Sanch. lib. 3. Decal. cap. 14. n. 6. fine, cui ſubſcribit Fagund. cit. n. 13.

728 Tertia difficultas eſt, an Rector *Suſpenſio ab officio.* Academicus poſſit officialem privare ſuo officio? Certum eſt 1. poſſe Rectorem ex cauſa ſuſpendere ad tempus ab officio ſuum officialem, v. g. quia in officio commiſit aliquem errorem. Patet, quia hoc in Republica politica conceditur magiſtratibus erga officiales inferiores; ergo ſimiliter in Republica litteraria. Et habetur expreſſè de Rectore Conimbricenſi lib. 2. Statut. tit. 20. num. 15. Proceditque à fortiori de Rectore Eborenſi, cujus maior poteſtas eſt circa officiales, & officia, ut ſtatim conſtabit. Certum eſt 2. non poſſe *Privatio officio ſine cauſa.* Rectorem ad libitum, & abſque ulla cauſa privare officialem officio, quod illi ex meritis, collatum fuit. Patet, quia hoc ipſum affirmant de Rege, vel ſupremo Principe authores communiter, Bald. in l. ſi cum mihi ff. de dolo, Felinus in cap. novit num. 12. de judicijs. Valaſcus tom. 1. conſultat. 71. ver. 2. Cabed. 2. p. deciſ. 20. num. 3. Menchaca lib. 1. Controv. uſu freq. cap. 1. num. 2. Afflictis titul. quæ ſint regalia §. poteſtas num. 3. Capycius deciſ. 121. num. 15. Coſta in memorab. verbo Papa col. 392. Gregor. Lopez in l. 2. tit. 17. p. 2. Decius conſ. 512. num. 25. Socinus conſ. 58. num. 9. & cum multis Fagun. in 8. præc. Decal. lib. 8. cap. 24. num. 2. ubi teſtatur facta bona diligentia ſe non reperiſſe qui contrarium affirmaret. Quænam ſit cauſa ſufficiens, exprimit Ordin. lib. 2. titul. 98. apud Fagund. cit. n. 6.

729 Dubitatio ſola eſt; utrum data *Privatio officio ex cauſa.* cauſa rationabili, v. g. culpis ſufficientibus ex parte officialis; poſſit Rector illum privare officio? Mihi indubitata eſt reſolutio negativa, ſi procedat de Rectore Academiæ, ſolum ſpectato jure communi. Ratio eſt, quia de jure cōmuni nemo valet auferre officium, quod conferre non poteſt, & ſumitur ex illa regula, Ejuſdē eſt privare, cujus eſt cōcedere, quā in ſimili expoſuimus ſupra n. 720. ſed de jure cōmuni Rector nō poteſt conferre officia, cū eorum collatio ſpectet ad ſupremum Principem, idq; inter regalia numeretur; ergo de jure cōmuni non poteſt auferre. Maius eſt dubium de jure ſpeciali, præſertim quando Rector poteſtatem habet conferendi aliqua officia: & quidem Rectorem Conimbricenſem nō poſſe ſuos officiales privare officijs, habetur expreſſè lib. 1. Stat. tit. 20. n. 15. ubi ſic: E aſſi caſtigarà o Meſtre das ceremonias, Bedeis, & mais officiais da Vniverſidade, q̃ não cumprirē cō ſuas obrigaçoēs, o de

poderá o Reitor fazer por ſiſò, ſem appellaçáo, nem agravo, não procedendo a privaçam. Dixerat ſuperiùs eodem §. ¶ E ſendo as culpas taes, que mereção privaçam, darmeha o Reitor conta, pera mãdar niſſo o que for meu ſerviço.

Rector Eborenſis an poſſit privare officijs.

730 Quid de Rectore Eborenſi? Quòd officialem delinquentem officio privare nequeat, quanvis poterit illi tale officium conferre, videtur ſuaderi ex illa communiſſima doctrina, quam latè defendunt Flaminius de reſign. lib. 7. cap. 10. num. 22. Michael Reinoſus Obſerv. 5. num. 33. ſcilicet habentem facultatem inſtituendi de jure ſpeciali, nõ poſſe deſtituere, ſeu privare. Ratio eſt, quia providere, ſeu inſtituere ſpectat ad juriſdictionem voluntariam, deſtituere autem, ſeu privare, ad juriſdictionem contētioſam: juriſdictio autem voluntaria non includit ſub ſe contentioſam. Cap. ea quæ §. præcipimus, ubi Abbas, de ſtatu monachor. Idem Abb. in cap. Accepta prope fin. de reſt. ſpol. Cum verò Rector Academiæ Eborenſis habeat poteſtatem conferendi officia ex jure ſpeciali, ſequitur non poſſe deſtituere, ſeu privare. Accedit fundamentum fortius, nam de jure Luſitano, quod expreſſum eſt Ord. lib. 2. tit. 45. §. 23. quanvis donatarij, & domini terrarum, qui ex his donationibus poſſunt officia providere, & conferre abſque Regia confirmatione, non poſſunt in ipſis proviſos deſtituere, & privare: ſed oportet ut hæc privatio fiat per ſententiam confirmatam in ſuperiori inſtantia, ut conſtat ex his verbis: ¶ E mandamos que os Taballiaẽs, que forem dados pelos ſenhores das terras, & fidalgos per ſuas cartas por terem pera iſſo poder por ſuas doaçoẽs, ſejaõ pe rpetuos em ſuas vidas, & nam poſſaõ por elles ſer tirados dos officios, ſenam ſendo julgado por ſentença confirmada em as noſſas Relaçoẽs, que os percão. Cum verò Rector Eborenſis inter alios ſit donatarius quoad proviſionem officiorum, eadem lege comprehenditur.

His non obſtantibus, Rectorem Eborenſis Academiæ, data cauſa rationabili, & ſufficientibus delictis ſufficienter probatis, poſſe privare officijs Academicis, quæ conferre poteſt, tenẽdũ eſt, dũmodò ſicut neceſſe eſt præcedere conſiliũ cõſultorũ ad providendũ, præcedat ad privãdum. Sumitur ex lib. 1. Stat. c. 15. ubi id exprimit de ſcriba Conſervatoris: ¶ Averà hũa peſſoa ſufficiente, & que tenha partes pera ſervir de Eſcrivão dante o Conſervador, o qual nomearà o Reitor com parecer do Conſervador, & ſeus conſelheiros, & com o meſmo parecer o Reitor o poderà tirar do officio, & nomear outro. Eodem modo loquitur de alijs officialibus, in locis, in quibus de illis ſermo eſt. Quæ deciſiones praxi quotidiana confirmatæ ſunt, & juxta illas ſolet in diplomatibus, ſeu proviſionibus apponi hæc clauſula: (E ſervira em quanto nòs, ou noſſos ſucceſſores naõ ordenaremos o contrario.) Ex quibus patet ſolutio fundamenti contrarij: nam quidquid in oppoſitum allatum eſt, ſolum procedit de donatarijs, quibus non conceditur expreſſè illa privatio, ſicut proviſio conceſſa fuerat: noſtro autem Rectori proviſio & privatio ſpeciali jure æquè conceditur. Dixi (officijs Academicis) quia in alijs non Academicis, v. g. quæ idem Rector tanquam Dominus oppidi Montagraço providet, æqualis eſt alijs donatarijs. Dixi (quæ conferre poteſt) Quia ſicut officium Conſervatoris laici conferre nequit (eſt enim annexum per ſtatuta Vrbano Prætori) ita auferre non poteſt. Habemus tamen privilegium Regis, ut quoties Rector cum ſuis conſiliarijs judicaverit talem Conſervatorem ſuo muneri non ſatisfacere, eſſeque dignum ut tali munere privetur, idque Regi, vel ſupremo Senatui propoſuerit, integra fides Rectori habeatur, ut ſtatim fiat privatio per Regem. Quod privilegium jam in tribus Conſervatoribus (quantum noſtra memoria retinet) practicatum eſt. Illud noto ex Gratiano tom. 3. cap. 548. num. 34. officialem habere præſumptionem ut rectè fungatur ſuo officio.

Recuſatio quid ſit.

731 Quarta difficultas eſt, an Rector Academicus, vel Academia ipſa privans officio, aut aliter puniens recuſari poſſit? Nota 1. recuſationem eſſe judicis, vel audientiæ, cauſa ſuſpicionis propoſita, declinationem. l. apertiſſimi C. de judic. cap. quia ſuſpecti 3. q. 5. cap. ſuſpicionis, de offic. deleg. & ſic definit Speculat. 1. p. tit. de recuſ. inſt. Nota 2. effectũ recuſationis eſſe, quòd pendente recuſatione, nõ poteſt judex ad aliquẽ actũ procedere in illa cauſa, et ſi procedat, proceſſus eſt nullus: eum ejus juriſdictio ſuſpendatur. Ita Maranta de ordine judic. 3. p. partis 6. in 2. actu ſuſpenſivo, qui eſt appellatio num. 24. Bart. l. quia poterat ff. ad Trebell. Roman. conſ. 220. & Alex. conſil. 89. vol. 1. Reſolutio igitur affirmativa communis, & vera eſt, quam tenent Navarrus lib. 2. conſil. tit. de appellat. conſ. 1. Franeus cap. poſtremo, de appellat. num. 16. & Sanch. lib. 6. cõſil. cap. 8. dub. 3. num. 10. affirmantes ex cap. licet ex ſuſcepto, de foro compet. Concilium Provinciale, quamcunque Vniverſitatem, Collegium, & Collegiorum Rectores poſſe recuſari; ergo etiam Academiæ Rector, & ipſa Academia. Explicatur, nam ſoli judices, qui recuſari nequeunt, ſunt Papa, & Princeps ſupremus, quia in eis nullo modo præſumitur injuſtitia: item Concilium genarale, quia errare nequit: item Cardinales, propter ipſorum approbationem, fidem, & juſtitiam. Cap. novit, de appellat. Item judex electus ab aliquo, non poteſt ab ipſo recuſari. Authen. offeratur C. de litis conteſt. Reliqui omnes judices tam Eccleſiaſtici,

Recuſari judices qui poſſint.

Digitized by Google

tici, quàm laici recuſari poſſunt. Quomodo procedendum eſt, ſi recuſetur Academiæ Conimbricenſis Rector, exponunt ſtatuta lib. 2. tit. 26. num. 2. ¶ Se ſe puſer ſoſpeição ao Reitor, conhecerà della o Chançarel com o Lente de Prima de Canoões: & em ſeu defeito, o de Veſpera como Chançarel. E o Reitor pendendo a tal ſoſpeiçaõ, nam deixarà de proceder na cauſa: mas falloha com dous adjuntos eleitos em conſelho de deputados, & conſelheiros. De recuſatione Rectoris Eborenſis, quaodiu non apparet jus ſpeciale, dicendum eſt, quidquid de recuſatione judicis Eccleſiaſtici, & modo in illa ſervando, ſicut eleganter tradit Sanch. toto dub. 3. cit.

Tributi impoſitio per Rectorem Academiæ.

732 Quinta difficultas eſt, an Rector Academiæ ſimul cum ipſa Academia poſſit indicere, & facere collectam, ſeu talliam ſolvendã ab omnibus tam ſtudioſis, quàm officialibus: Nota 1. aliud eſſe tributum rigoroſum; quod Principi à privatis ſolvitur ad onera communia ſuſtinenda, & regulariter ſtabile eſt, aliud collectam per modum tranſeuntis, vulgò finta, quæ imponitur pro aliquo opere faciendo. Nota 2. aliud eſſe imponere ſubſtantiam tributi, aliud deliberare de modo, quo faciliùs tale tributum ſoluatur. Dico 1. Impoaere talliam, quæ habeat veram rationem tributi, nequit Rector, etiam ex conſenſu Academiæ: poteſt tamen ex cauſa juſta imponere collectam, vulgò finta, pro aliquo valde conducente ad bonum commone Academiæ. Prior pars defenditur à Caſſanæo in conſuet. Burgun. rub. 13. §. 6. Capell. deciſ. 347. Sylvan. conſ. 9. num. 15. & Emman. Barb. in remiſſ. ad Ordin. lib. 1. titul. 66. §. 41. in hoc ſenſu aſſerentibus Vniverſitates, quæ Domino ſubjectæ ſunt, non poſſe facere collectas, vel tallias. Ratio eſt, quia legitima poteſtas indicendi verum tributum per ſe exiſtit in ijs ſolis Principib⁹, ac Rebuspublicis, quæ in ſuo regimine ſuperiorem non agnoſcunt, ut rectè docent Molina tom. 3. juſt. diſp. 666. Vaſq. Opuſc. de reſtit. cap. 6. §. 1. Turrian. diſp. 44. dub. 1. num. 8. Leſſius cap. 33. dub. 2. & Lugo de juſt. d. 36. ſect. . Cum verò Academia cum ſuo Rectore ſuperiorem agnoſcat, hujuſmodi poteſtatem non habet. Poſterior pars eſt Menochij conſ. 28. num. 34. ex Ang. in l. 4. & ibid. Ripa num. 28. de re judic. & Craver. conſ. 195. num. 2. ſumiturque ex doctrina Leſſij citati num. 15. & Vaſquij cit. dub. 2. num. 5. aſſerẽtium civitates etiam ſubjectas poſſe ſuis civibus ob bonum commune, imponere quædam onera, quæ vocantur collectæ, v. g. ad reparationem mænium, pontium, viarum; dummodò concurrant ſuffragia maioris partis, vel aliter pro conſuetudine; ergo idem cum proportione dici poterit de Academia, quæ eſt perfecta communitas, niſi obſtet ſpeciale jus, & voluntas Principis.

Collecta impoſita ab Academijs.

Dico 2. Non videtur excedere poteſtatem Rectoris Academiæ cum concilio Academico ipſam Rempublicam litterariam repræſentante, decernere de modo, quo tributum à Principe impoſitum faciliùs ſolvatur. Ita Menochius conſil. 28. num. 33. & Craver. conſ. 195. col. 1. Ratio eſt, quia Vniverſitates nõ prohibẽtur ordinare à ſe ipſis ſuper diſtributione ſolutionis collectarũ: non enim diſtributio eſt juriſdictionis, ſicut eſt ipſa impoſitio collectarum. Accedit, quia hujuſmodi ordinatio & diſtributio eſt de conſenſu interpretativo ſupremi Principis, cujus negotium Vniverſitas in illa diſtributione præclarè gerit.

733 Sexta difficultas eſt, in quibuſnã Rector Academicus exerceat Pariſijs juriſdictionem erga ſuos ſubditos tam officiales, quàm ſcholaſticos: Reſpondeo apponẽdo concepta verba, quibus Petrus Rebuff. in privileg. ſchol. privil. 152. tanquam domeſticus teſtis, utpore author Gallus difficultatem expedit. In hac Vniverſitate Pariſienſi (inquit) Rector cum procuratoribus, diebus tribus in hebdomada ſcilicet Lunæ, Mercurij, & Veneris, hora ſecunda poſt meridiem ſolet congregari, & juriſdictionem in ſuos exercere, tam pro juribus primariorum, regentium, & bidellorum, quàm pro locatione domorum, in quibus ſcholaſtici morantur, tam pro eo, qui alteri domum locavit, quam qui ab altero conduxit. Item ibidem tractari ſolet de ſcholaribus diſcurrentibus de collegio ad collegium, de pergameno, cujus confiſcationem habet Rector, de papyro, de libris, de ſcripturis, de religationibus, de illuminationibus, & cæteris ad ſcholaritatem pertinentibus.

Iuriſdictio Rectoris Pariſienſis.

QUÆSTIO III.

Quid poſſit Rector Academicus circa proviſionem officiorum?

734 EXplicata poteſtate Rectoris circa perſonas officialium, non erit abs re exponere quid juris habeat Rector circa proviſionem officiorum: an, quomodò, & quibus officia conferre valeat, ac debeat. Prima difficultas eſt, utrum, & quo jure dictus Rector poſſit officia Academica conferre? Si loquamur, ſpectato jure communi, mihi indubitatum eſt non poſſe Rectorem Academicum officia publica conferre, & idem procedit de quocunque politico magiſtratu Nã inter regalia numeratur, quaſi ſoli ſupremo Principi in ſuo regno cõpetat creare magiſtrat⁹, officiales, ac tabelliones, reliquoſq; miniſtros adminiſtrandæ juſtitiæ neceſſarios, ut nemo

Officiorũ proviſio per Rectorem.

aſſumatur ad dignitates; ſeu officia ſine mandato Principis l.probatorias C. de diverſis offic.lib.12. Alex.conſ.107, vol.7. Cum à poteſtate Principis manet omnis poteſtas, juxta Lucam de Penna in l.contra veſtie.67. Cod.de re milit.lib.12.& à Principe, ut à fonte deriventur omnia munera, ſeu officia Cap. Ita Dominus 19.diſt. Cap. fundamenta §.1. de elect. in 6. Quod etiam exprimitur jure Luſitano Ordin. lib.2.tit.26.num.1. ubi inter regalia officiorum proviſio recenſetur: ¶ Direito Real he o poder criar capitaẽs na terra, & no mar. Item poder fazer officiais de juſtiça, aſſi como ſaõ Coſſegedores, Ouvidores, Iuizes, Meirinhos, Alcaides, Taballiaẽs, Eſcrivaẽs, & quaiſquer outros officiais deputados pera adminiſtrar juſtiça. Ergo jure communi nequit competere Rectori Academico proviſio officiorum.

Quid de jure ſpeciali? Longè diverſa,& major eſt poteſtas Rectoris Academiæ Eborenſis, quàm Conimbricenſis in providendis officijs, ut conſtat ex peculiaribus, utriuſque Academiæ ſtatutis. Nam officia in Conimbricenſi, excepto Cancellariatu, partim à Rege, partim ab ipſa Academia providentur, ut habetur lib. 2.Statut. tit.3. nam ubi Academica officia expreſſè numerantur, ſubjungitur num.1. ¶ Todos eſtes officiais, excepto o Cancellario, ſeràm eleitos na Vniverſidade na forma deſtes Eſtatutos,& pellas peſſoas a que conforme a elles pertence a eleição. Mas os officios de Reitor, Conſervador, & Ouvidor, terà a Vniverſidade sómẽte a nomeaçaõ das peſſoas que delles haõ de ſer providas,& a eleiçaõ me pertence a mim. Quænam ex officijs datis per electionem Academiæ indigeant confirmatione Regis,quæ non, ſtatuitur lib.2.tit.1.num.6. In Academia Eborenſi omnia officia, quæ adminiſtrantur per externos, excepto Conſervatoris laici (de adminiſtrandis per noſtros, ſpectat proviſio ad Provincialem) poteſt Rector quibuſcunque perſonis idoneis conferre, auditis ſuis conſultoribus. Hanc poteſtatem habet ex Statutis Academiæ lib. 1.à cap.8, ubi de ſingulis officijs, uſque ad finem libri: ſed præcipuè ad finem capitis ultimi, ubi ſic: ¶ Todos os officiais da Vniverſidade conteudos neſte livro, tirado o Conſervador, proverà o Reitor della,& lhes paſſarà cartas em forma de ſeus officios, aſſinadas por elle, & ſeladas do ſelo da Vniverſidade.

Officiorũ proviſio in quibus perſonis.

735 Secunda difficultas eſt, quibus perſonis Rector Academicùs conferre poſſit, ac debeat officia? Procedit difficultas de Rectore Eborenſi, aut alio ſimili, ad quẽ ex ſtatuto, vel ſpeciali commiſſione Principis ſupremi pertinet officiorum proviſio. Imprimis teneri officia conferre perſonis idoneis, ita ut ſi conferat ineptis, ſeu indignis, peccet cum onere reparandi damna inferenda, quæ ſequantur ex ineptitudine talis officialis, rectè defendunt Navar.lib.2.de reſtit.cap.2.num.153. Corduba Summa q.117. Sylveſt. v.reſtitutio 3. q.5.Perez lib.1. Ordin.tit.6. fol.257. Sotus de juſt.3. q.6. a.4. Ledeſma 2.4. q.18.a.2. dub.9. Mercado lib.6.de contract.cap.17.&cum multis alijs Sanchez lib.2. Conſilior. cap.1. dub.36. num.2. Ratio eſt, quia conferens indigno officium non ſolum peccat contra charitatem, & juſtitiam legalem, ex quibus tenetur bonum commune diligere, illique conſulere, ſed etiam peccat contra juſtitiam commutativam, ex qua tenetur tanquam perſona publica,& ex officio facere rectam officiorum proviſionem in ijs, qui deſerviant bono publico.

Fœminis ad officiũ publicum.

736 Dubium eſt 1. an poſſit conferre officia fœminis exercenda per ſuos viros, qui nempe reputati fuerint idonei? Reſpondeo affirmativè ex communi praxi, & ex doctrina Alvari Valaſci tom.2.conſult.129. „ num.12. ubi ſic: Reges (inquit) noſtri ſo„ lent provide se fœminis in officijs publicis, „ non ut ipſæ exerceant illa, quia fieri non „ poteſt l.fœminæ ff.de reg.juris. ſed ut exer„ ceant,& habeant mariti, qui eas uxores du„ xerint, ſi ſint habiles ad hoc, & ita quotidie „ videmus. Confirmatur, quia quando uxor manet prægnans defuncto viro officiali, Rex poteſt conferre officium poſthumo naſcituro: quia jus omnia jura libero ventri in tempus nativitatis reſervavit l. antiqui ff. ſi pars hæred. pet. & qui in utero eſt quoad favorabilia, pro nato habetur l.qui in utero ff.de ſtatu homi,& tradit late Tiraq.in l.ſi unquam §.2.gloſ.9.à num.77. & tamen neſcitur an mulier prægnans pariet maſculum, vel fœminam, cum juxta Ancha. conſ. 354. ſit impoſſibile, etiam judicio medicorum id ſcire; ergo tunc naſcens fœmina obtinebit officium à viro ſuo obeundum. Et hic mos obſervatur à Dominis terrarum donatarijs, qui nempe donatione Regum officia provident: & in Eborenſi Academia non ſemel practicatum eſt. Cum verò officium publicum dicto modo providetur, nempe intuitu fœminæ in marito, per mortem fœminæ non vacat, ſed per mortem mariti, ita ut poſt maritum mortuum, vel tali officio privatum provideri debeat. Et ſic deprehendi practicatum tam in regimine canonico, quàm civili. Ratio eſt, quia tale officium non habet radicẽ proprietatis in fœmina, utpote illius incapaci, ſed in ſolo viro.

Poſthumus providendus in officijs.

Officia filiis officialium conferenda.

737 Dubium eſt 2. an teneatur Rector providere filio de officio patris? Videtur affirmandum: nam Rector, ſicut & quicunque alius donatarius providet per poteſtatem participatam à Rege Luſitano: Rex autem tenetur officium patris benemeriti conferre filio, juxta tradita à Valaſco conſult.129. num.13.in hunc modum: Quod Reges(inquit)

hujus

hujus regni ab antiquis temporibus ſoleant providere filijs officialium benemeritorum de officijs parentum, noo venit in dubium, imò tranſivit jam quaſi in obligationem, & debitũ ipſius Regis, ut injuriam feciſſe dicatur, ſi alteri donaverit, quemadmodum aliàs in alia materia dixit Bart. de renovatione emphyteuſis, in l.1. §.permittitur ff.de aqua quotid. & æſtiv. Inolevit hæc æquitas argum. l.1. C. de filijs official. milit. qui in bello moriuntur lib.12. ubi habẽ- „ tur hæc verba ; Hi qui ex officialibus quo- „ rumcunque officiorum geniti ſunt, ſive eo- „ rundem parentes adhuc ſacramento tene- „ tur, ſive jam dimiſſi ſunt, in parentum mili- „ tiam vocentur. Hoc eſt admittantur ad officia parentum.

1 Nihilominus partem negativam amplector ut omninò veram, tam in ſupremis Principibus, quàm in donatarijs, qui ab illis authoritatem providendi habent: & quidem quòd ſupremi Principes non teneantur, expreſſè defendit Cardoſo in praxi judic. & adhaium. Officia (inquit) non tenetur Imperator, Rex, vel Princeps conferre filijs officialium mortuorum ; cum enim Rex ſit dominus illorum officiorum, nefas eſt illi perſuadere, quod magis teneatur de ſuo uni quàm alteri : neque in toto jure invenitur lex aliqua quæ obliget Imperatorem, vel Regem ad faciendam gratiam filio, ſi fecit patri : quando aliqua ratione non ſit obligatus ipſi filio, niſi tantum quòd patri feciſſet. Imò unuſquiſque in re ſua eſt moderator & arbiter, & de illa diſponere poterit, ut ſibi placuerit. l.in re mandata, ubi DD. C. mandati.

5 Nec obſtat quod pro parte oppoſitâ Valaſcus nobis intendit perſuadere conſult. citatâ; quoniam illa l.1. C. de filijs offic. mil. qui in bello morīun. lib. 12. quam ipſe affert ad probandum quod Rex teneatur concedere officia morientium officialium filijs eorum, non loquitur niſi in illis, qui deceſſerunt in bello, & ibi notat Gloſ. & DD. Faciunt quæ adducit Emmanuel Mendez de Caſtro 2.p. pract. Luſitanæ lib.1.c.2.n. 57. Hodie (inquit) extat proviſio à Rege lata anno 1637. ut nemo poſſit impedire in Cancellaria officium à Rege donatum, ex eo quòd prædictum officium fuiſſet patris ſui. Cum igitur Rex non adſtringatur aliquo pacto, vel ratione ad conferenda officia dictis filijs, nec donatarius ad id lege, vel conſuetudine ſpeciali obligetur, dicendum eſt Rectorem Eborenſem à tali obligatione eſſe liberum. Accedit Ordinario quædam Patris Viſitatoris Ioannis Alvarez, quam tuli anno 1611. & habetur in cap. de Rectore, in hunc modum, ¶ Encomendaſe muito aos ſuperiores, que nam dem por rogos, & interceſſoẽs os officios da Vniverſidade a filhos, genros, & adherentes dos que os tem.

738 Tertia difficultas eſt, an Rector poſſit dare expectativas officiorum, ſcilicet conferendo officia ante quam vacent morte poſſeſſoris, ut poſt ejus mortem ſtatim fiant alterius? Quæſtio gravis eſt, quam pro utraque parte eleganter diſcutit Phæbus tom. 1. deciſ.2. Vtrum Rex, vel quicunque alius ſupremus Princeps concedere valeat hujuſmodi expectativas? Nam pro parte negativa facit prohibitio juris Canonici de expectativis beneficiorum Cap.2. de conceſſ. præb. Nam ex ra- „ tione textus, quæ ita habet ; Ne deſiderare „ quis mortem proximi videatur, in cujus lo- „ cum, & beneficia ſe crediderit ſucceſſurum: infertur talem proviſionem eſſe contra jus divinum naturale, quo tenemur non dare occaſionem proximo deſiderandi, & procurandi mortem alterius; nullus autem ſupremus Princeps poteſt operari contra jus divinum naturale, etiam per modum diſpenſationis. Affirmativa nihilominus pars longè verior, eſt quam multis tuetur & comprobat citatus Phæbus à num. 2. ea potiſſimum ratione nixus, quia talis conceſſio, ſeu proviſio non repugnat juri divino naturali: ex ea enim non ſequitur directè votum captandæ mortis, neque proinde illa eſt occaſio proxima mortis alterius, ſed ad ſummum valde remota, quam in expectativis beneficiorum voluit jus canonicum vitare. Et quidem quòd hujuſmodi prohibitio canonica ſit merè humana, & non divina naturalis, patet quia in illa ſolet Pontifex diſpenſare, cum in jure divino naturali diſpenſare non poſſit Cap. ſunt quidem 25. q.1. Deinde quòd prohibitio de beneficijs Eccleſiaſticis non comprehẽdat officia temporalia, docet poſt Deſium Alciat. l.olc. C. pact. & Socin. conſ.52. Cum igitur Princeps ſupremus poſſit quidquid juri divino naturali, vel Canonico, quatenus in ſpecialibus ſubditus eſt, non repugnat, ſequitur poſſe dare officiorum expectativas.

Officiorũ expectativa.

Beneficiorũ expectativa.

An verò (quæ erat propoſita difficultas) idem poſſit Eborenſis Academiæ Rector? Mihi videtur negandum. Quia non video quo privilegio, vel conſuetudine legitima præſcripta id poſſit, atq; adeo in hac materia, ſe debet gerere ſicut alij donatarij, qui officia ex donatione Regia conferre poſſunt, expectativis verò officiorum promittere, ſeu officia vacatura dare nõ poſſunt, ut rectè docet Cabedus p.2. deciſ.24. num.10. Quia id (inquit) ſoli Regi licitum; & conceſſum à jure Principi non recognoſcenti ſuperiorem. Arg. eorum quæ notantur in cap. 2. de præben. eod. lib. Sumitur ex Ordin. Luſit. lib.2. tit.45. num.19. ibi : ¶ E ſeus anteceſſores ſteveraõ ſempre em poſſe de dar por ſuas cartas os tabelliados quando vagaraõ. Et n.20. ¶ Eſtando elles em poſſe de dar pello dito modo os ditos officios per ſuas cartas quando vagarem. In quibus locis ſupponitur officia

ſolum

ſolum eſſe à donatarijs conferenda, quando vacaverint. Accedit quia Rector non poteſt providere, niſi pro ſuo tempore, ſeu non habet poteſtatem providendi niſi quandiu fungitur Rectoratu: ſi autem poſſet dare expectativas, poſſet providere in tempore alterius Rectoris, ſi ſupponamus tunc vacare officium. Quod quàm alienum ſit à jure Canonico, probat Phæbus tom. 1. deciſ. 27. num. 5. Videatur Rebuff. ad leges Galliæ tit. ad benef. ante vacationem gloſ. 2.

Officiorũ proviſio contra ſtatutum.

739 Quarta difficultas eſt, an proviſio officij, quam Rector facit contra ſtatutum, ſit valida? Notandum eſt pro deciſione, dupliciter poſſe evenire, ut Rector providẽdo violet ſtatutum, 1. quando ſtatutum aliquid prohibet, aut præcipit nulla facta mentione irritationis. 2. Quando prohibet, aut præcipit præſcribendo formam ipſi proviſioni. Certum videtur proviſionem eſſe validam, quando datis alijs ſubſtantialiter requiſitis, violatur ſtatutum merè prohibens. Ratio eſt, nam Theologi communiter conveniunt, Suar. lib. 5. de leg. cap. 15. num. 22. Salas de leg. diſp. 16. ſect. 8. num. 26. Molina tom. 1. juſt. tract. 2. diſp. 88. Sanch. lib. 7. Matr. diſp. 2. num. 10. & Bonacina diſp. 1. de leg. q. 1. punct. 7. §. 5. num. 8. actum non irritari à lege, ex eo præciſé quòd per illam prohibeatur. Conſtat 1. authoritate illius axiomatis recepti in jure: „Multa prohibentur, quæ „tamen facta tenent. Cap. ad Apoſtolicam, de regulat. Conſtat 2. ratione, nam lex ſolum operatur id quod ſignificat: atqui lex merè prohibens ſolum ſignificat prohibitionem, & nõ irritationem, qui ſunt effectus diverſi: nam prohibere eſt obligare ne actus fiat, irritare verò eſt reddere voluntatem ineffieacem in illius effectione; ergo lex ex eo præciſé quod prohibet, non irritat.

Forma actus.

740 Maius dubium eſt, quando Rector in proviſione delinquit violando ſtatutum, quod præcipit aliquid tanquam formam proviſionis. Forma actus à Iuriſtis ad l. hac conſultiſſima C. Qui teſtam. facere poſſ. ſic „definitur: Eſt quædam ordinata ſeries, qua „res perficitur. Dividitur in ſubſtantialem & accidentalem: ſubſtantialis eſt, quæ dat eſſe actui, ut ſe habet præſentia parochi & teſtium in matrimonio. Accidentalis eſt, quæ non ingreditur eſſentiam actus, ſed tantum illi adjacet, ut ſe habent denunciationes reſpectu matrimonij. Conſentiunt tanquam in re certiſſima Azor tom. 2. lib. 8. cap. 14. q. 8. Suar. lib. 5. cit. cap. 31. & Salas diſp. 16. ſect. 9. num. 35. omnem actum eſſe irritum, deficiente forma ſubſtantiali: non ita ſi accidentalis deficiat. Ratio utriuſque partis eſt, quia non forma accidentalis, ſed ſubſtantialis pertinet ad eſſentiam actus: nihil autem ſine ſua eſſentia conſiſtere poteſt. Quænam autem ſint ſigna, ſeu regulæ ad dignoſcendam formam ſubſtantialem, & accidentalem, tradunt citati authores, & Palaus de leg. diſp. 2. puncto 9. ex quibus videndum eſt, quamnam ex dictis formis Rector in proviſione ab ſtatutis præſcriptam omiſit, ut intelligatur, feceritne proviſionem validam, an irritam?

741 Interim quærimus, an ſi Rector Eborenſis non auditis ſuis conſiliarijs, conferat officium Academicum, contra ſtatutum præcipiens, ut illos audiat, faciat irritam proviſionem ex defectu formæ ſubſtantialis? Reſpondeo affirmativè cum Sylveſtro v. conſilium q. 1. & 3. Panormitano cap. ad Apoſtolicam, de regulat. in fin. Molina tract. 5. de juſt. diſp. 21. num. 2. Azorio tom. 1. diſp. 11. cap. 5. q. 9. Bonacina diſd. 1. de leg. q. 1. p. 4. §. 1. num. 3. & Palao tract. 3. de lege pœn. punct. 9. num. 7. aſſerentibus, quando alicui confertur poteſtas ad faciendum aliquem actum, appoſita clauſula, ut fiat de conſilio aliquorum, ſi omittatur conſilium, actum eſſe nullum. Sumitur ex cap. novit, de his quæ fiunt à prælato, & cap. cum in veteri, de elect. ubi irritatur electio ob omiſſum conſilium. At in ſtatuto Eborenſi, quando confertur poteſtas Rectori conſtituẽdi officiales aliquos v. g. ſcribam conſervatoris, & medicum, apponitur clauſula; ut fiat auditis conſiliarijs. Vnde noto 1. cum Molina citato, non requiri quòd Rector conſilium ſequatur, ſed ſolum quod audiat. Noto 2. cum Palao cit. ſi Rectori aliunde poteſtatem habẽti, injungeretur petitio conſilij, ob illius omiſſionem non irritari actum. Quia tunc non cenſeretur injungi, ut actus validè, ſed ut rectè fieret.

Conſilium auditum pro forma

Dubitabis, an proviſio maneat invalida, ſi Rector non audiat omnes ſuos conſiliarios, ſed unum ex illis prætermittat, vel non audiat more ſolito congregatos, ſed ſeorſim acceptos? Videtur affirmandum. Quia licet uterque Molina, Theologus tract. 2. de juſt. diſp. 81. & Iuriſta lib. 2. primig. cap. 6. num. 36. neget irritari actum ex quacunque etiam exigua omiſſione formæ ſubſtantialis: quaſi in moralibus parum pro nihilo reputetur, tamen probabilius eſt oppoſitum, ut docent Farinac. 2. p. frag. num. 108. Azor tom. 1. lib. 5. cap. 18. Card. Tuſch. v. forma concl. 415. num. 13. & Suar. lib. 5. de leg. cap. 32. num. 9. & nos tradidimus tract. de leg. q. 8. a. 3. §. ult. Ratio eſt, quia videtur repugnate eſſe aliquam omiſſionem formæ ſubſtantialis, & eſſe levem; nam quocunque dẽpto de ſubſtantia, jam non eſt eadem: mutata autem forma ſubſtantiali, irritatur actus. Confirmatur, quia in matrimonio, & teſtamento omiſſio unius teſtis, non eſt levis, ſed ſubſtãtialis, & ſufficiẽs ad irritationẽ actus; ergo ſimiliter in noſtro caſu omiſſio unius cõſiliarij ſufficiet ad irritationem proviſionis.

Nihi-

Nihilominus adhuc admiſſa hac ſecunda ſententia, judico proviſionem illam factam, auditis conſiliarijs, modo, quem propoſui, eſſe validam. Quia ſecunda illa ſententia ſolum procedit quando de forma tollitur aliquid exiguum; ſed ſubſtantiale: at in noſtro caſu Rector nihil omittit ſubſtantiale de forma ſubſtantiali, quæ eſt petitio conſilij: cum adhuc verum ſit, quòd audiverit ſuos cōſiliarios, quãvis omiſerit aliquid accidentale, nẽpe modum audiẽdi, vel omiſerit unum, qui potius ad integritatem, quàm ad eſſentiam pertinet. Ex quo patet diſparitas ad confirmationem: nam ad matrimonium, & teſtamentum petitur certus numerus teſtium, proindeque uno omiſſo, jam non manet talis numerus, at in noſtro caſu nõ petitur certus numerus conſiliariorum, ſed ſolum abſolutè ut audiantur conſiliarij.

Officij proviſio a quo poſſit impediri.

742 Quinta difficultas eſt, an Rector Eborenſis Academiæ poſſit impediri à ſuo ſuperiore Societatis, ne faciat proviſionem officij in Petro, cui illud vult conferre? Suppono poſſe dari cauſam rationalem, ex qua Prælatus Societatis ſive Provincialis, ſive Generalis valeat juxta regulam præcipere noſtro Rectori, ne provideat officium Academicum in tali perſona: in quo caſu præceptum juſtum erit, & etiam juxta Academiæ ſtatuta, quæ in omnibus Societatis conſtitutionibus accommodantur. Hoc poſito dupliciter ſe poteſt gerere prælatus in imponendo tali præcepto. 1. Si abſolutè præcipiat in virtute ſanctæ obedientiæ Rectori ne faciat talem proviſionem, nihil aliud addendo. 2. Præcipiendo dicto modo, & addendo ſe auferre ab illo omnem poteſtatem providendi. Dico 1. ſi prælatus Societatis, etiam Generalis præcipiat priori modo, Rector impedietur ut provideat licitè, non tamen ut provideat validè. Suadetur, quia operans contra præceptum legitimum, ac juſtum, peccabit tanquam illius tranſgreſſor: cum verò operetur habens legitimam poteſtatem, quæ per illam prohibitionem ab ipſo non aufertur, validè providebit. Confirmatur, quia actus nõ irritatur à lege purè prohibente, ut dixi ſupra num. 739. ergo neque à præcepto prohibente. Dico 2. ſi Generalis, vel Provincialis Societatis, caſu quo poſſunt Rectoris poteſtatem tollere, vel ſuſpendere, præcipiant poſteriori modo, proviſio erit invalida. Patet, quia nemo abſque poteſtate, qua ſuppono Rectorem privatum, efficere poteſt actum validum.

Rectoris poteſtas a quo impedienda.

Dixi (caſu quo poſſunt Rectoris poteſtatem tollere, vel ſuſpendere) Quia nec ſemper, nec omnem poteſtatem poteſt Provincialis auferre vel ſuſpendere: imò Generalis non omnem. Quia Generalis ſolum habet per Bullam à Pontifice regimen Academiæ, atque adeo à ſola poteſtate ſuprema Eccleſiaſtica in ſolis rebus Eccleſiaſticis. Vnde ſolum poteſt præcipere auferendo, vel limitando poteſtatem Eccleſiaſticam, quam Rector habet in conferendis officijs Eccleſiaſticis: non autem laicam Regiam, qua confert officia laica. Deinde Provincialis ſolùm habet poteſtatem in Academiam, ipſiuſque caput, & membra, quandiu ipſam Academiam viſitat tanquam delegatus à Generali juxta lib. 2. Statut. cap. 5. ac proinde non ſemper. Loquor de ablatione & ſuſpenſione poteſtatis directa. Quia ſi Generalis Rectorem privet, ſicut poteſt, Rectoratu, manebit privatus indirectè omni poteſtate, Academica, etiam Regia. Rectoratus enim Academicus eſt annexus acceſſoriè Rectoratui collegij Eborẽſis Societatis.

Servitia officiorũ.

743 Sexta difficultas eſt, an Rector Eborenſis Academiæ poſſit conferre ſervintias officiorum, v.g. quando proprietarius impeditus eſt, vel ſi moriatur, quandiu officium non providetur? Videtur negandum, ſaltem ſi loquamur de officijs laicis, quæ nempe Rector providet ex poteſtate Regis. Quia in his ſe debet gerere ſicut alij donatarij: & hos non poſſe conferre ſervintias officiorum, quæ provident, docet Cabedus p. 2. deciſ. 24. nu. 10. & manifeſtè probat ex Ordin. lib. 1. tit. 96. §. 7. ubi ſic: ¶ E as ſervintias dos officios das cidades de Lisboa, Evora, Coimbra, Porto, & da villa de Sanctarem, & dos officiais das correiçoẽs, provedorias, & contadores das comarcas, proveràm os ditos Corregedores, Provedores, & Contadores, por tempo de tres meſes. E nolo faràm ſaber, na maneira acima dita, para provermos como for noſſo ſerviço. E ſendo terras de ſenhores, onde Corregedores nam entrão por via de correição, os Provedores das comarcas que entrão nos taes lugares, proveràm por tempo de ſeis meſes ſòmente, & nos eſcreveràm pella maneira ſobredita. E os ſenhores de terras (poſto que a elles pertença por bem de ſuas doaçoẽs a dada dos officios) nem ſeus Ouvidores, nam ſe entremeteràm no provimento das ditas ſervintias: por quanto conforme a noſſas Ordenaçoẽs, & a direito à nòs ſòmente pertence prover nellas.

Nihilominus Rectorem Eborenſis Academiæ poſſe conferre ſervintias officiorum, quãdo proprietarij ſunt impediti, vel officia vacãt, interim dum non providentur, compertum eſt 1. ex ipſa praxi valde diuturna, & quotidiana, Regibus, ipſorumque miniſtris videntibus, & non repugnantibus. 2. ex Academicis ſtatutis, in quibus hæc eadem poteſtas conferendi ſervintias exprimitur circa nõnulla officia in ſpecie. Lib. 1. cap. 8. §. 1. de ſcriba Vniverſitatis, quẽ vulgò dicimus (Eſcrivaõ da matricula.) lib. eod. cap. 9. §. 6. de Bidellis. Eod. lib. cap. 13. §. 22. de Conſervatore. Eod. lib. cap. 14. §. 12. de circuitore, vulgò Meirinhó. Eod. lib. cap. 15. §. 6.

de

de receptoribus Academicorum reddituum, eorumque ſcribis & portitoribus. Cum igitur ſtatuta noſtræ Academiæ in materia laica regiminis politici, habeant à Principe vim juris Regij ſpecialis, potuerunt detrahere, ſeu derogare juri communi Ordinationum. Accedit quòd noſtra reſolutio de ſerventijs omnium officiorum, jam tranſivit in rem judicatam. Ná olim cum Ioannes Pinheyro, Senator Regius Eboram pro agendo ſyndicatu de Conſervatore & officialibus Academiæ, movit controverſiam contra Rectorem P. D. Franciſcum da Coſta, ſeque illi oppoſuit, ut dejiceret à poſſeſſione, in qua ſemper fuit, providendi ſerventias officiorum, ſeu conſtituendi ſubſtitutos officialium; cumque magna vi utriuſque partis coram tribunalibus certatum eſſet, tandem noſtro Rectori lis adjudicata eſt, ſententiaque Regio diplomate firmata menſe Auguſto anno Domini 1636.

QUÆSTIO IV.

An Rector Academicus poſſit imponere penſiones officijs à ſe collatis, vel onus aliquod perſonis, quibus officia confert?

744 NOn video in hoc puncto diſcrimen inter Rectorem Eborenſis Academiæ, & reliquos donatarios. Quia neque ſtatuto, neque privilegio ſpeciali mihi conſtat factam fuiſſe cum Rectore exceptionem aliquam. Eſt igitur generalis quæſtio circa omnes donatarios, an officijs à ſe collatis poſſint imponere péſiones? Et quidem ſi loquamur de penſione, quam officialis debeat ſolvere ipſi dynaſtæ donatario, mihi indubitata eſt reſolutio negativa. Nam donatarius quidquid poteſt in officijs conferendis, accepit à Rege: at non accepit poſſe imponere péſiones ſibi ſolvendas; quia Rex non cenſetur concedere id quod ipſe non facit, & ſi concederet, ſequerentur multa inconvenientia, quæ avaritia & injuſtitia pateret. Eſt igitur difficultas, an donatarius poſſit imponere penſiones ſolvendas alijs, ex cauſa aliqua rationabili? Hác quæſtionem ſub his terminis in nullo authore excitatam inveni. Dicam tamen pro meo captu quid ſentiam. Imprimis pars affirmativa poteſt ſuaderi 1. quia beneficia Regis ſunt latè interpretanda l. 3. ff. de conſtit. Princ. l. quod vero ff. de legit. l. ſi quando C. de inoffic. teſt. l. 2. C. de noxal. action. Cap. cum dilecti, de donat. Cap. quia circa, de privil. Cap. olim, de verb. ſignif. præſertim quando naturalis æquitas poſtulat latam illam interpretationem: ſed donatarius beneficio Regis habet poſſe conferre officia, & aliquando poſtulat æquitas, ut imponat illis moderatas penſiones ſolvendas alijs, ut collatio illa extendatur ad plures benemeritos pro ipſorum miſerijs levandis; ergo poteſt illas imponere.

Pěſiones imponendæ in officijs.

745 Secundo, quia modus conferendi officia in donatarijs debet regulari, & explicari per modum, quo Rex ipſa officia conferre ſolet, quandiu de oppoſito non conſtat: ſiquidem donatarius confert per poteſtatem Regis, ita ut non tam ille, quam Rex conferre cenſeatur, ut notavit Rebuff. tract. nomin. q. 12. num. 27. „Qui (inquit) eſt inſtitutus ab habente poteſtatem, à Rege inſtitutus eſſe cenſetur l. item eorum §. 1. ff. quod cujuſque univerſ. & notavit Phæbus tom. 1. deciſ. 27. Prædicta officia (inquit) non ab ipſis prælatis, vel donatarijs, ſed à rege concedente videntur conceſſa. Sic loquitur Bobadil. in ſua polit. lib. 1. cap. 16. num. 26. & Sanch. lib. 2. Conſil. dub. 35. num. 9. Cum igitur Rex ſoleat hoc modo concedere officia, ut ſæpe imponat péſiones, videtur id etiam poſſe donatarios. Tertio ex doctrina Sanch. lib. 1. Conſil. cap. 1. dub. 38. num. 14. ubi ſic: „Quando (inquit) conceditur patri licentia transferendi officium in filium, quem voluerit tunc virtute conceditur illi facultas ad quoddam venditionis genus: quia poteſt obligare illum, cui officiú relinquit, ut aliquid conferat alijs filijs. Et hoc Salon 2. 2. q. 62. a. 2. contr. 8. dicit eſſe certum apud omnes Thomiſtas. Ergo ſimiliter, imò à fortiori, donatarius accipiens à Rege poteſtatem conferendi officia quibus voluerit, accipit licentiam imponendi aliqualem penſionem.

Quarto, quia ſi aliquid obſtaret, eſſet Ordinatio Luſitana lib. 2. tit. 46. ſtrictè interdicens donatarijs quibuſcunque venditionem officiorum, quæ conferre poſſunt, & impoſitio penſionis eſt quædam venditio, pretio nempe exiguo, ſed per annos multiplicato; atqui non obſtat, tum quia illa ordinatione ſolum prohibetur expreſſa venditio, & formalis, non autem virtualis, qualis ſolum datur interventu penſionis, tum quia donatarij à Rege habent quòd poſſint officia virtualiter vendere, juxta Rebellum 2. p. de oblig. juſt. lib. 9. q. 18. ſect. 2. num. 32. ubi non obſtante Ordin. citata; excuſandi (inquit) videntur Duces & dynaſtæ Regibus ſubditi, qui in terris ſuis ejuſmodi officia pro ſervitiorum pretio conferunt; nam licentiam ſaltem tacitam à Rege ſciente, & diſſimulante videntur habere, eaque in re quoad ſuos Regem pro ſervitijs ſimilia quoque officia conferentem imitantur; ergo ſi permittitur venditio virtualis, qualis hæc etiam cedens in emolumentum donatarij vendentis, à for-

tiori

tiori, permittetur impoſitio penſionis ſolvédæ alijs, quanvis ſit véditio virtualis. 5. quia eodé modo ſe habet impoſitio penſionis in officio, atque impoſitio cujuſvis oneris æquipollentis in recipiente officium: ſed donatarius poteſt imponere onus recipienti officium, v.g. poteſt injungere fœminæ, ut nubat viro determinato, ſcilicet Petro, de quo infra; ergo poteſt imponere penſionem.

Penſio nequit imponi in officijs.

746 Ex adverſo pars negativa ſuadetur 1. quia in materia juriſdictionum, ſeu jurium regalium donatarius plus habere non poteſt, quàm quòd nominatim, & expreſſim ei in donatione conceſſum ſit, & docet Cabedus p. 2. deciſ. 14. num. 4. & rectè probat ex Ordinat. lib. 2. tit. 45. num. 1. ibi: ¶ Vſaràm della, como per ſuas doaçoés, per nòs cófirmadas expreſſamente lhes for outorgado. Num. 6. Viaràm della, na forma, & maneira que lhes foi concedida, & julgada, & não paſſaràm os termos do conteudo nas ditas doaçoés, & ſentenças. At qui donatarij non habét expreſſum in ſuis donationibus, quòd poſſint imponere penſiones aliquas officijs à ſe collatis; ergo non poſſunt. 2. quæ nequeunt fieri in beneficijs, ſimiliter in officijs nó poſſe fieri tenendum eſt, ut docet Reinoſus obſerv. 5. nu. 7. Quia officia & beneficia à pari procedunt, ſitque bonum argumentum de uno ad alterum, ut tradunt Pinelus in rub. C. de reſcind. vendit. 1. par. cap. 2. num. 3. Rebuff. ad leges Galliæ to. 2. titul. de benefic. ante vac. Gluſ. 2. & Bart. in l. 2. §. Data ff. de opt. leg. Atqui in beneficijs Epiſcopus inferior Papa non poteſt imponere penſiones, ut rectè probat Caſtro Palaus diſp. ult. de Simonia pun. 16. & 19. ergo nullus inferior Rege poteſt in officijs, quæ cófert, imponere penſionem.

3. Quia omnes donatarij cujuſcunque ſtatus, præeminentiæ, & conditionis prohibétur vendere officia, quæ conferre poſſunt, ut habetur expreſſè Ordination. lib. 2. titul. 46. ſed impoſitio penſionis eſt quoddam venditionis ſaltem virtualis genus, ſiquidem penſio per multos annos multiplicata conſtituit unicum pretium officij; ergo imponi nequit. Nec dicas in Ordinatione citata ſolum prohiberi venditionem formalem, qualis non eſt impoſitio penſionis, ſed ad ſummum virtualis. Quia ſi Ordinatio ſolum intelligeretur de venditione formali, quæ foret venditio in omni rigore, ſequeretur poſſe donatarium accipere pro officio rem aliquam æquipollentem pretio, v. g. gemmam: tunc enim non eſſet rigoroſa venditio, ſed commutatio; quod nemo admittet. Siquidem tunc illuderetur lex, & mens legiſlatoris. Accedit quia verba Ordinationis videntur comprehendere omnem venditionem tam æquipollentem, quàm formalem: ¶ Nam venda, nem mande vender nenhuns dos ditos officios, nem leve dinheiro algum por os dar. Vbi particulæ disjunctivæ (nem, nem) faciunt diſcrimen inter venditionem, & dationem pro aliquali pretio.

747 4. Quia ſi in donatario eſſet poteſtas imponendi péſiones, ex eo foret, quia operatur poteſtate Regis, & Rex tales penſiones imponere valet, & ſolet: at qui hæc ratio nulla eſt, quia poteſtas in Rege tanquam in ſuo fonte eſt abſoluta & omninò libera, nó ita in donatario: unde Rex poteſt donare officiorũ ſervintias, & expectativas, poteſt officia vendere, officijs privare, & multa alia, quæ donatarij non poſſunt; ergo etiam nó poſſunt imponere penſiones. 5. Quia ſi daretur dicta poteſtas in donatario, eſſet ex conſuetudine legitimè præſcripta: ſed ex hoc capite dari nequit, quia licèr jure communi attento juriſdictio adverſus Regem præſcribi poſſit, Bart. in l. 1. §. denique ff. de aqua quotid. & æſtiu. & cóſuetudine acquiri valeat l. viros C. de diverſ. offic. lib. 11. tamen de jure noſtri Regni juriſdictio nullo unquã tépore, nec immemoriali præſcribitur, ut docét Cabedus 2. p. deciſ. 41. n. 8. & Valaſcus conſul. 166. fin. Ratio eſt, quia lex Regia Ordin. lib. 2. tit. 45. §. 10. & 56. damnat poſſeſſionem abſque donatione, & titulo: & ſic ſine poſſeſſione præſcriptio non procedit, Regu. ſine poſſeſſione, de regul. juris in 6. Deinde ſi donatarij donationem juriſdictionis habent, ultra contenta in ea præſcribere nequeũt. Ordin. lib. 2. tit. 27. dos forais §. 2. & Arg. l. Non eſt ferendus, ubi Bald. ff. de tranſact. Ergo nullo pacto donatarius valet imponere dictas péſiones.

Iuriſdictio non præſcribitur.

748 His pro utraque parte diſcuſſis, valde inclinor in hanc ſecundam ſententiam, hac modificatione, ſeu declaratione, quòd ſi penſio impoſita ſit ſolvenda proprietario nondum per ætatem capaci ad exercendum officium, poſſit impoſitio ſuſtineri per quandam ratihabitionem Principis videntis & tolerantis, nunquam verò per præſcriptionem: ſi verò penſio impoſita ſit ſolvenda extraneis, nunquam ſuſtineri poſſit abſque expreſſa facultate Regis. Hæc reſolutio conſonat ijs, quæ olim de hac re conſulti paucis reſponderũt Doctor Franciſcus Barreto de Figueiredo, & alij egregij Iuriſprudentes. Ratio eſt, quia quando officium providetur in pueto ab eo qui poteſt conferre ſervintias, qualis noſter Rector, ut dixi numero 743. æquitas poſtulat ut ſervintuarius aliquid pueto præſertim orphano ſolvat, pro illius alimonia, ut ſolet fieri, quando Rex providet: hæc autem æquitas non viſitur, quando penſio ſolvenda foret extraneis.

Juxta hanc reſolutionem ſupereſt diluere fundamenta partis affirmativæ, poſita à numero 744. Ad 1. dicimus beneficia Principis eſſe latè interpretanda, ſed in dubio, & quando non datur lex aliqua, per quam limitentur, & reſtringantur, ſicut vidimus dari pro limitanda donatione juriſdictionis. Ad 2. negamus in donatario dari poteſtatem Principis, eo modo quo eſt in Principe, abſolutam, & liberam: unde donatarius ſolum confert officia poteſtate illa reſtricta, & modificata, ut vidimus. Ad 3. fatemur doctrinam Santij eſſe valde probabilem: quia ſolum procedit jure communi ſpectato: ille enim de Luſitano jure non meminit: at noſtra reſolutio tota fundatur jure Luſitano, quod citavimus. Ad 4. negamus aſſumptum, non enim fundamus prohibitionem imponendi penſionem in prohibitione vendendi officia: quia nó exiſtimamus impoſitionem penſionis eſſe véditionem officij virtualem, ut aliqui credunt: penſio enim illa ſoluenda, & ſic multiplicanda per multos annos nó eſt pretiũ æquipollens officio, cũ ſit pars utilitatis provenientis ab ipſo officio. Aliter omnis impoſitio pẽſionis in beneficio eſſet véditio beneficij, & omnis cenſus tá conſignativus, quàm reſervativus in prædio, eſſet véditio prædij, quod nemo dicet. Ad 5. dato quòd poſſit donatarius injungere fœminæ onus nubendi Petro, adhuc negandũ eſt poſſe imponere penſioné officio, & diſparitas in eo cernitur, quia onus nubendi ad placitũ donatarij ſequitur ex natura rei in fœmina acceptante officiũ, utpote exercẽdum per virum idoneum, & poteſt evenire, ut omnibus computatis, non reperiatur alius æquè idoneus, ac Petrus: hoc non militat in penſione, cujus impoſitio nunquam ſequitur ex natura rei.

Onus nubendi impoſitum fœminæ.

749 Pro altera quæſtionis parte de impoſitione oneris, ſatis erit expedire hanc difficultatem, an poſſit Rector providens fœminæ in officio exercendo per ejus virum, imponere illi onus, ut nubat viro determinato, v.g. Petro? Nota proviſionem ſic factam fore modalem, & non conditionalem, ut ſumitur, ex doctrina Molinæ tract. 2. juſt. diſp. 208. Modus (inquit) eſt veluti lex quædam, ſeu gravamen, aut moderamen diſpoſitioni in futurum appoſitum minimè eam ſuſpendens: eo tamen non ſervato revocari poteſt diſpoſitio interdum. V.g. modus eſt, ſi quis dicat: Lego Petro domus meas, ea lege, ut eas non alienet: lego fundum meum, ut mihi ſepulchrum ædificet, vel ut alimenta præſtet tali, vel ut quotannis pro anima mea tot Miſſas celebrari faciat. Item lego tali mulieri centum, ut nubat: Ejuſmodi enim diſpoſitiones, eo ipſo quòd teſtator decedit, vim habent, antequàm gravamina illa impleantur. Ex quibus ſequitur onus nubendi injunctum fœminæ in collatione officij, eſſe modum, ſeu gravamen implendum à fœmina, ita ut ſi non impleat, officium poſſit amittere, ſi hoc in diplomate, ſeu proviſione exprimatur. Sequitur 2. nominationem, ſeu collationem officij ſtatim ſortiri ſuum effectum, ita ut fœmina acquirat dominium & poſſeſſionem, datis alijs requiſitis. Quia teſte Molina loco citato inter modum, & conditionem preſsè ſumptam hoc eſt diſcrimen (ut ex Gloſ. in capit. verum, de condit. appoſit. notant communiter DD.) quód quanvis utrunque ſit in futurum, conditio ſuſpendit diſpoſitionem, ut vim non habeat, quoaduſque conditio impleatur, atque dependenter ut impleatur: modus autem diſpoſitionem non ſuſpendit, ſed vim habet talis diſpoſitio antequã modus impleatur. De quo poſſunt videri omnes qui ex profeſſo tractant de condit. modis & demonſtrat. ſpecialiter Acoſta ad §. ſi arbitratu l. cum tale ff. de condition. & demonſtration. & Galganettus tract. de eadem materia.

750 His prænotatis, difficultas propoſita videtur decidenda pro parte negativa. 1. quia non magis prohibetur donatarijs imponere penſiones officijs, quàm injungere onera officialibus: utrunque enim videtur excedere limites ſuæ donationis, & reſervatũ ſupremo Principi: ſed donatarijs prohibitum eſt imponere penſiones, ut ſtatuimus ſupra n. 748. ergo prohibetur injungere onera. 2. quia matrimonium debet contrahi omninò liberè abſque ulla ſpecie coactionis, ut videre eſt apud Sanch. de Matrim. toto lib. 4. omnia enim jura favent libertati matrimonij: ſed onus illud nubendi viro determinato tollit omnimodam libertatem matrimonijs; ergo videtur à donatario non poſſe injungi. *Fœmina obligata nubere*

In hac re, facta ſuppoſitione, quòd donatarius poſſit conferre officium fœminæ exercendum per virum idoneum, ut dixi n. 736. facile eſt affirmare poſſe illi onus injũgi, ut nubat viro, quem donatarius reputaverit idoneũ. Hoc enim ſequitur neceſſariò ex natura rei, & ex vi talis collationis. Onus verò nubendi viro determinato, v. g. Petro, non facilè admittam, niſi id in aliquo caſu videatur etiam ſequi ex natura rei, nempe ſi ille Petrus tali opportunitate ſolum reputetur idoneus, vel ſaltem magis idoneus, quàm alij, ad exercendum officium. Si autem hoc non ſequatur, ſed tantam detur cauſa rationabilis ad favendum Petro ob ſua merita, exiſtimo idem dicendum de hoc onere, ac de alijs oneribus, quæ non magis donatarius poteſt imponere, quàm penſiones. Et per hoc ſatis factũ eſt primo fundaméto partis negativæ. Secundũ fundamentũ de libertate matrimonij impedita, nõ habet vim. 1. quia non cẽſetur matrimonium cõtrahi ſine *Onus impoſitum officiali.*

liber-

libertate, quando antequam fiat proviſio, partes ſponte cōſentiunt de ineūdo matrimonio, poſtea accipiunt proviſionem. 2. Quia ut benè probant Cabedus p.2. deciſ.51. num.2. Aymon. conſ.664. num.21. & Coſta ad l. cum tale §. ſi arbitratu 2. limit. num. 6. ff. de condit. & demonſtr. ex l. Titio centum §. 1. ff. eod. titul. quanvis metu pœnæ libertas matrimonij reſtringi non poſſit, tamen amiſſione lucri delati reſtringi poteſt. Vnde poteſt teſtator relinquere hæreditatem, vel legatum fœminæ nupturæ, tum per modum conditionis, ut ſi dicat, inſtituo Mariam hæredem, dummodò nubat Titio: vel per viam modi, ut ſi dicat, Inſtituo Mariam hæredem, ut nubat Titio. Ita Sanch. lib.1. Matr. diſp.33. num.7. & 8. Ratio eſt, quia hoc non habet veram rationē pœnæ, ſed potius cujuſdam invitationis ad matrimonium ſpe lucri.

QVÆSTIO V.

An Rector Eborenſis poſsit admittere reſignationes officiorum, & officia renunciata denuò conferre?

751 NOtandum eſt 1. non dari ſemper diſcrimen inter hæc verba renunciare, cedere, reſignare, ſed ea ſæpe cōfundi, & unum accipi pro alio, ut rectè notant Mandoſ. in tract. de ſignatu. gra. tit. regreſſ. & acceſſ. col.2. & DD. in cap. ſuſceptū de reſcript. in 6. juxta quos cedere beneficio, nihil eſt aliud, quàm à beneficio diſcedere, vel juxta Card. Zabarel. in Clem. unica num. 4. de renunciat. nihil eſt aliud quàm beneficium ex toto dimittere. Notandum eſt 2. inter Rectorem Eborenſem, & alios donatarios videri nullam eſſe differētiam, niſi fortè quam ad quæſtionis calcem ſubjungemus. Igitur pro donatarijs generaliter quæritur, an poſſint admittere reſignationes eorum officiorum, quæ conferre poſſunt? Pars affirmativa ſuadetur 1. quia mors & renunciatio æquiparantur ad effectus vacaturæ, ut tradunt Flamin. de reſignat. lib. 1. quæſt. 16. n. 11. Gama deciſ. 228. num. 3. ex Gloſ. in cap. ſi propter, de reſcript. in 6. & Trident. ſeſſ. 24. cap. 18. de reformat. ubi injungitur Epiſcopis, ut fiat examen per concurſum in beneficijs curatis, ſive vacent per mortem, ſive per renunciationem. Et beneficium (ut tenet Staphil. de grat. expect. tit. de varijs modis vacat. n. 92.) ſicut vacat per mortem naturalem, ita & per civilem: mors autem civilis (ut ait Boer. deciſ. 2. n. 1.) pluribus modis conſideratur, nempe per

Renunciatio officiorum a quo admitti poſſit.

reſignationem, privationem, & tranſlationem. Deinde in ijs quæ æquiparantur diſpoſitum in uno, etiam in alio militat, ut latè probant Roman. conſ. 169. & Surdus deciſ. 251. n. 5. ergo ſi donatarius providere poteſt mortuo officiali, etiam poterit reſignante.

752 Suadetur 2. nam privilegium quādu ſolum jus concedentis jungit, & non minuit jus alicujus tertij, debet latiſſimè interpretari, ut docent Gutierr. canonic. quæſt. lib. 2. cap. 21. nu. 122. & Tiber. Decian. conſ. 22. num. 13. vol. 1. ex l. ultim. ff. de conſtit. princ. & cap. cum dilectus, de conſuet. & cap. Olim, de verb. ſignif. Ex quo fit ut ſub facultate conferendi veniat facultas deſtituendi, & admittēdi reſignationem ex traditis per Flamin. de reſign. lib. 7. q. 10. num. 26. & Puteum deciſ. 76. num. 1. lib. 5. Cum igitur donatarij ex ſua donatione & privilegio Regis habeant facultatem conferendi officia, ſequitur quòd eandem habeant admittendi reſignationes. Suadetur 3. nam unicuique liberum eſt juri, & favori ſuo renunciare. l. pen. C. de pactis, & l. ſi. judex ff. de minoribus, ibi: Quia unicuiq; licet contēnere hæc quæ pro ſe introducta ſunt. Et quidem renuncians beneficium cenetur habere illud pro derelicto, & ob id perdit dominium cum poſſeſſione l. ſi quis vi §. differentia ff. de acquir. en. poſſeſſ. Eſtque indubitatum quòd renunciatio excludit renunciantē à jure renunciato. l. quæritur §. ſi venditor. ff. de ædilit. edict. Menoch. conſ. 1. num. 209. & Surdus deciſ. 51. n. 11. Cum igitur officialibus liceat renunciare, & donatarijs non prohibeatur reſignationes admittere: nam lege illa Regia Ordin. lib. 2. tit. 45. quāvis præſcribatur modus & forma conferendi officia, non fit mentio de renunciatione, atque adeo hæc non prohibetur, ſequitur quòd donatarij poſſint reſignationes admittere.

Privilegium quod de latè interpretandum.

Suadetur 4. quia reſignatio, renunciatio, & ceſſio (ut prænotavimus ſupra num. 751.) inter ſe ita confundi ſolent, ut frequentiſſimè pro eodem accipiantur: atqui ceſſio valet, quanvis non fiat in manibus ſuperioris, qui poteſt cōferre, cap. de multa, de præben. quem textum ad hanc eandem rem comprobandam citat Petrus Greg. ſyntagm. juris univerſi lib. 17. cap. 17. num. 15. ergo à fortiori valebit facta in manibus illius, qui poteſt conferre, atq; adeo poterit admitti à donatario. Suadetur 5. Quia officia & beneficia à pari procedunt, ut ſupra oſtendimus n. 746. ſed renunciatio beneficij facta ſine authoritate legitimi ſuperioris valida eſt in præjudicium ipſius renunciantis, ut latè docet Garcia de beneficijs 2. p. cap. 3. num. 220. & exprimit Gloſ. verbo In manum ad Cap. quod in dubijs, de renunciat. ergo ſimiliter valebit, & admitti poterit renunciatio officij facta in manibus donatarij, qui poteſtatem conferendi habet.

Digitized by Google

Renunciatio officiorum non poteſt fieri in manu donatarij

753 Nihilominus pars negativa, ſcilicet donatarios, quibus donatione Regia competit conſerre officia, nõ poſſe inconſulto Principe ipſorum renunciationes admittere, defenditur tãquam verior à Michaele Reinoſo obſer.5.n.20. & tanquam indubitata, Regiſque oraculo, præcedente ſententia Regij tribunalis confirmata, à Georgio de Cabedo p.2.deciſ.23. ſtant pro hac parte Arag. 2. 2. q. 63. a.4. fol.326. Sotus, quem citat, & ſequitur Sanch. lib. 2. conſil. cap. 1. dub. 38. num, 6. Fundatur 1. noſtro jure Luſitano, Ordin. lib. 1. titul. 95. initio, ubi aufertur poteſtas officiali transferendi, & renunciandi ſuum officium abſque expreſſa Regis licentia, ¶ Mandamos que os Taballiaẽs, Eſcrivaẽs, & quaeſquer outros noſſos officiaes, não poſſaõ vender os officios que de nòs tiverem, nem traſpaſſar, nem renunciar em outrem, ſem noſſa eſpecial licença. Per quod ſoli Regi tanquam ſuperiori reſervantur ejuſmodi renunciationes, ut non aliter niſi coram ipſo fiant, teſtibus Cabedo 2. part. deciſ. 24. num. 5. & Romano ſing. 348. Fundatur 2. quia hoc in beneficijs, & officijs commune eſt, ut renunciatio facta coram inferiore irrita ſit, Cap. admonet, Cap. Quod in dubijs, de renunciat. Sumiturque ex textu in l.penul. ff.de offic. præſidis, Gama deciſ. 128.nu.1. Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 1. num. 277. & Covarruv. lib. 1. variat. cap. 5, num. 6. ubi ex hoc deducit renunciantem adhuc poſt ipſam renunciationem verum habere titulum, & jus in beneficio renunciato, donec ipſa renunciatio per ſuperiorem admiſſa fuerit. Subſcribunt Flamin. lib. 4. quæſt. 1. num. 58. & Garcia Maſtrill. de Magiſtrat. lib.1. cap. 24. à num.11. Et ratio omnium eſt, quia renunciatio officij & beneficij pendet omninò à voluntate, & poteſtate ſuperioris, ut rectè docent Maſcard. de probat. concluſ. 1395. num. 11. Mandoſ. reg.33. de ſignat. per fiat, quæſt. 7. num. 8. & Caſſador. deciſ. 15. num. 1. ex quo inferunt reſignatarium non habere jus à reſignatione, ſed ab ipſo ſuperiore, & ejus poteſtate.

754 Fundatur 3. quia ut ille cui ex privilegio Regis competit officia cõferre, poſſet admittere eorum reſignationes, deberet non ſolum habere poteſtatem conſerendi, ſed inſimul deſtituendi, ſeu privandi officijs ex cauſa juſta, & ſic ut per ſe poſſet proviſum invitum deſtituere, & privare, ut benè docent Lap. alleg. 14. numero 7. Gabriel conſil. 187. num. 4. & Flamin. lib. 7. cap, 10. num. 6. ex Innocentio in cap. quod in dubijs num.3. de renunciat. & Abbate in cap. Cum ex injuncto num. 6. de hæret. Ratio eſt, quia cum reſignatio habeat vim deſtitutionis, ut népe per illam renunciãs, deſinat eſſe intitulatus, ex hoc provenit, ut oporteat fieri coram eo qui habeat poteſtatem deſtituendi. At qui donatarij quanvis habeant poteſtatem providendi, non poſſunt proviſos deſtituere, & privare officijs, etiam ex juſta cauſa, ut apertè deciditur Ordin. lib.2. titul.45. §. 23. Et facit, quia ibidem prohibitum eſt donatarijs officia proviſionis ſuæ ad tempus conferre, præcipiturq; ut ipſa officia perpetua ſint, hoc eſt (ut exponit Gama deci.353.) ad vitã illorum, quibus collata fuerint. Nam ſicut privatio beneficiorum, ita collatio ad tempus ſoli Principi competit, Facit etiam quòd renunciãs abſque facultate, & acceptione Principis non ſe privat officio, vel beneficio, imò poſt talem renunciationem ſic factam, adhuc retinet titulũ, & jus in illis, ut ex Innocentio, Butreo, Alberico, & alijs latè proſeqoitur Covarr.lib.5.variar. cap.5.n.6.

Fundatur 4. quia ſi donatarius admittat reſignationem, & officium provideat, hujuſmodi proviſio erit nulla: ſiquidem ille non habet poteſtatem providendi, niſi quando officium vacaverit, ut habetur expreſſé Ordin. lib.2.titul. 45. §.16. officium autem non eſt vacans per renunciationem præciſé, donec Rex illam approbet: imò etiam poſt Regis approbationem, quando renunciatio fit in favorem tertij, reſignans non amittit jus, quandiu reſignatarius poſſeſſiooem non ingreditur, ut judicavit Rota deciſ.446. nu. 4. part.1. in noviſſimis, & docent Navar. io cap. Accepta oppoſitione 7. n.7. Flamin. lib.1.q.7.n.9. Rebuff. in praxi tit. de reſigoat. conditionali num. 14. Caſſador. deciſ.2. de renunciat. Burſat.conſ.441. num.4. & Franciſcus Marcus 2. part. quæſt. 49. Ergo dooatarius non poteſt admittere reſignationẽ. Deniqoe ſententia lata in uſu præſenti, in proceſſu Fraociſci de Sampayo cõtra Lupum Borges circa officium tabellionis, do conſelho de Villas Boas, quam ad extenſum refert Cabed, p.2.deciſ.23.n.3. & reſponſum ſuper hoc Regis inviẽtiſſimi, quod recitat idem author n.9. videntur iodubitatam, & omnioó certam reddere hanc partem.

755 His pro utraque parte diſcuſſis, abſque ullo facto diſcrimine inter donatarios, ut meum judicium interponam, & incedam media quadam via, pono diſcrimẽ inter noſtrum Rectorem Eborẽſem & alios donatarios, & ſic exiſtimo poſſe noſtrum Rectorem, auditis ſuis conſiliarijs, acceptare reſignationes in officijs Academicis, quæ confert, non ita alios donatarios in officijs, quæ conferunt. Prior hujus reſolutionis pars cenſetur probabilis à Reinoſo, quatenus obſerv.5. num.19. judicat probabile poſſe abſoluè donatarios admittere reſignationes, & procul dubio cenſeretur ab eodem probabilior, ſi audita noſtra ratiooe, decideret io ſpecie, caſum

Recto-

Rectoris Eborenſis. Ratio noſtra eſt, quia præcipuum fundamentum, ob quod donatarij non poſſunt admittere reſignationes, eſt quia non poſſunt officialem reſignantem deſtituere, & privare officio, & affertur ſupra num. 754. Admiſſio enim reſignationis facta legitimè habet vim deſtitutionis, ut poſſit habere locum nova proviſio officij vacantis; ſiquidem quandiu officium non vacat, non providetur: atqui Rector Eborenſis poteſt ex cauſa juſta officiales deſtituere, ſeu privare officijs Academicis, quæ conferre poteſt, ut ſupra oſtendimus nu. 730. ergo poteſt admittere eorum reſignationes: & ſic vidimus aliquando practicari. Illud Rectè notat Cabedus cit. num. 10. donatarium, cui conceſſa eſt data officiorum quando vacaverint, poſſe etiam providere, quando vacant per renunciationem. Poſterior reſolutionis pars habet eadem fundamenta, & eoſdem authores, quos retulimus ſupra à num. 753. & quidem manifeſtè oſtendunt donatarios, qui non poſſunt deſtituere officialem proviſum, non poſſe admittere officij reſignationem.

Reſignatio non poteſt admitti ab omnibus donatarijs.

756 Supereſt tamen reſpondere utcumque ſupra poſitæ ſententiæ fundamentis, quatenus obſtant noſtræ reſolutioni. Et quidem quatuor fundamenta ſecundæ ſententiæ negantis poſſe donatarios admittere reſignationes, quatenus videntur obeſſe priori parti noſtræ reſolutionis id affirmanti de Rectore Eborenſi, uno verbo diluuntur, ſcilicet ea omnia procedere de ſolis donatarijs, qui officiales nequeunt deſtituere, & de illis intelligẽdum eſt Regium oraculum, non verò de illis, qui deſtituere, & privare poſſunt, qualis noſter Rector. Fundamentis primæ ſententiæ, prout obſtant poſteriori parti noſtræ reſolutionis, ſeorſim reſpondẽdum eſt. Ad 1. fatemur mortem & renunciationem æquiparari, ad effectum vacaturæ, ſed ſolum quando renunciatio legitimè facta eſt coram ſuperiore habente poteſtatem deſtituendi, non verò coram alijs. Ad 2. negamus, quantumvis privilegium illud latiſſimè interpretetur, ſub facultate inſtituendi comprehendi facultatem reſignationes admittendi, niſi in ſpecie talis facultas exprimatur, utpote ſpectans ad ſupremam majeſtatem Principis. Rota deciſ. 13. & Gabriel conſ. 187. n. 5. Siquidem inter ſe diverſa omnino ſunt conferre officium, & illius reſignationem admittere: unde conceſſo uno non cenſetur aliud cõceſſum. Cap. dudum, de præben. in 6. Maſtrillus de magiſtrat. lib. 1. cap. 24. n. 26.

Ad 3. dicimus liberum eſſe unicuique renunciare juri ſuo, niſi reſiſtat lex aliqua, ob cauſas boni communis, ſicut in noſtro caſu reſiſtit officiali publico 1. Ordinar. lib. 1. tit. 95. init. ſiquidem ab exercente officium publicum utilitas publica attendenda eſt: & hæc poſtulat, ut officia ſint perpetua, & non valeat eorum reſignatio, niſi de expreſſa Regis licentia. Ad 4. reſpondemus has voces reſignare, renunciare, & cedere confundi ſæpe, ſed interdum diverſa eſſe, & diverſo jure cenſeri l. Papinianus ff. de minor. l. qui neque ff. de rebus eorum: nam ceditur juri ad beneficium competenti, & renunciatur beneficium, quod jam poſſidetur: & hanc diſtinctionem rectè obſervavit Petrus Gregor. Syntax. juris lib. 17. cap. 17. num. 21. Ad 5. admittimus officia, & beneficia in multis æquiparari, negamus tamẽ renũciationem beneficij factam abſque authoritate legitimi ſuperioris, validam eſſe in præjudicium renunciantis. Quãvis enim hoc à nonnullis concedatur, tamen oppoſitum tenendum eſt tanquam verius: Qualiter autem id debeat intelligi, exponit Garcia de beneficijs 2. parte cap. 3. n. 220.

QUÆSTIO VI.

An Rector Eborenſis, & quicunque donatarius poſſit officia vendere, vel ſaltem permittere ut vendantur?

Officiorũ venditio.

757 IN hac materia nec invenio; nec pono diſcrimen inter Rectorem Eborenſis Academiæ, & alios donatarios. Cum verò hæc difficultas ab authoribus ſatis diſcuſſa ſit, ut ab ea paucis me expediam, prænotandum eſt 1. ex officijs publicis quædam ſpectare ad adminiſtrationem juſtitiæ, ſive habeant juriſdictionem, ut officium judicis, ſive illam non habeant, ut officium tabellionis, quædam non ſpectare ad talem adminiſtrationem, ut officium janitoris, præconis, cuſtodis carceris. Prænotandum 2. officia vel eſſe Eccleſiaſtica, quæ nempe conferuntur per poteſtatem Eccleſiaſticam, vel eſſe laica, quæ conferuntur per poteſtatem laicam, & utriuſque generis officia confert Rector Eborenſis. Prænotandum 3. ex officijs Eccleſiaſticis alia dici ſpiritualia, qualia ſunt includentia juriſdictionem ſpiritualem ſive fori externi, ſive interni, ut officium Inquiſitoris, Vicarij Epiſcopi, & curatus, alia dici merè temporalia, quæ nempe verſantur circa opera, & actiones merè temporales, ut officium notarij, ſyndici fiſcalis, theſaurarij, ſacriſtæ, & ſimilia.

758 Quod attinet ad officia Eccleſiaſtica, conſtat ſpiritualia non poſſe

Officia eccleſiaſtica an poſſint vendi. vendi etiam quoad emolumentum, utpote rei ſpeciali annexum; atque adeo ſi daretur venditio illorum, eſſet Simoniaca. Si autem emolumentum illud temporale in Romana Curia venditur, eſt à Pontifice ſeparatum, ut docet Suar. de Simon. cap. 30. num. 6. Maior eſt dubitatio de Eccleſiaſticis merè temporalibus. Et quidem horum vēditionem jure poſitivo prohiberi, ex quo ſequitur prælatus inferiores Pōtifice non poſſe illa vendere, communis ſententia eſt apud Suarium de Simon. cap. 29. à num. 3. Azorium p. 3. lib. 12. cap. 14. q. 6. Leſſium lib. 2. ut. cap. 35. num. 26. & Bonacina tom. 1. tract. de Sim. q. 3. à num. 3. Oppoſitum defendunt alij, & affirmant in nullo jure oſtēdi manifeſtam prohibitionem. Addunt Gloſ. ad cap. Salvator 1. q. 3. v. Iudicem, & S. Antoninus 3. p. tit. 11. cap. 3. §. ult. ſi quæ olim dabatur prohibitio, contraria conſuetudine abrogatam eſſe. Illud rectè obſervant authores communis ſententiæ, quanvis officiorum venditio prohibeatur, non eſſe illicitum illorum actus, & functiones vendi, cum de his non loquantur jura. Ego officiorum illorum venditionem nō probabo, niſi fiat de expreſſa licentia Summi Pontificis, vel in loco, ubi eam legitima conſuetudo introduxerit.

759 *Officia laica quo ad venditionem.* Quod attinet ad officia ſæcularia, ſeu laica, ſunt qui dicant ea eſſe ità invendibilia, ut nec à ſupremo Principe vendi poſſint. Ita Adrian. 4. materia de reſtit. Metina C. de reſtit. q. 26. ad ultim. ergo & de officijs habentibus exercitium juſtitiæ Angles in floribus 2. p. de contracta emptio. fol. 116. Aſſignant rationem, quia Principes ſunt diſpenſatores officiorum, ut dignis & benemeritis diſtribuant, quod cum ipſorum venditione ſtare nequit. Hæc tamen opinio valde rigida eſt, & abſolutè accepta à vero abeſt. Rectè igitur authores cōmuniter ſentiunt Principem ſupremum dicta officia poſſe vendere, hujuſmodi tamen venditionem indecentem, & illicitam fore, niſi fiat cum certis conditionibus. Ita S. Thom. opuſc. 21. ad Duciſſam Barbantiæ, Ludov. Lopez 1. p. inſtruct. cap. 130. Sotus lib. 3. de juſt. q. 6. a. 4. Avendaño reſpon. 9. Salon 2. 2. q. 63. a. 2. controv. 8. fol. 153. Garcia p. 1. de contr. cap. 18. Mercado lib. 6. de contr. cap. 17. Rebell. 2. p. lib. 9. q. 18. ſect. 2. & Sanch. tom. 1. Conſil. lib. 2. cap. 1. dub. 37. n. 12. Prior pars conſtat, nam talis venditio eſt rei pretio æſtimabilis, & facta per ejus legitimum dominum, quem tanquam ſupremum nulla lex humana impedire poteſt. Poſterior pars ſuadetur appoſita triplici conditione. Prima eſt, ut officia non proponantur vendenda cuicunque maius pretium offerenti, ſed tantum idoneis. Secunda, ut vendantur pretio moderato, ita ut poſſit ſupereſſe ex tali officio congrua ſuſtentatio emēti, ne compellatur eo officio abuti ad vivendum. Tertia, ut fiat propter gravem neceſſitatem Reipublicæ, cui aliter commodè occurri nequeat. Nam quacunque ex his conditionibus deficiente, dabitur gravis deordinatio, & peccatum contra legem divinā naturalem. Ex dictis patet ſolutio ad fundamētum ſententiæ oppoſitæ.

760 Maior, imò tota à nobis propoſita quæſtio eſt de magnatibus recognoſcentibus dominum, quales in Hiſpania ſunt Duces, Marchiones, Comites, & alij locorum domini, qui poſſunt officia conferre, an eadem poſſint vendere, vel ſaltem locare? *Venditio vel locatio officiorum per donatarios.* Supponendum 1. ex Avendaño 1. p. cap. prætorum cap. 0. num. 2. & Sanch. citato dub. 38. num. 1. prædictos magnates titulares licèt poſſint creare notarios ad cauſas judiciales, at tabelliones ad extrajudicialia creare non poſſe, niſi ex privilegio Regio præſcriptione 40. annorum. Supponendum 2. ex Salonio 2. 2. cit. controv. 8. fol. 1051. & Navar. ſuper Extrav. de datis num. 45. magnates prædictos, quando vendunt ſua oppida, poſſe illa charius vendere ob facultatem, quam habent conferendi prædicta officia: nam talis facultas eſt quoddam jus pretio æſtimabile: deinde hoc non eſt vendere officia, ſed ſolum facultatem conferendi officia. Supponendum 3. ex Rebello citato ſect. 2. num. 32. videri excuſandos dictos magnates quando in ſuis terris conferunt dicta officia pro pretio ſervitiorum, quæ eſt quædam venditio virtualis. Quia in hoc videtur conſentire ſupremus Princeps, præſertim Rex Luſitanus. Ad hoc enim donatur magnatibus facultas conferendi officia, ut illi habeant ſplendorem familiæ, quæ conſiſtit in frequentia & multitudine familiariorum obſequentium. His poſitis,

761 Difficultas eſt, an magnates illi donatarij poſſint formaliter, accepta pecunia numerata, vendere illa officia, alioquin vendibilia, quæ poſſunt conferre? *Locatio & venditio officiorum.* Præciſo jure communi & ſpeciali, ſi loquamur ex natura rei, ab illis poſſe dicta officia vendi, affirmāt Corduba apud Lugonem de juſt. diſp. 34. num. 30. Vaſquez, & Turrianus apud eundem eodem loco. Ex oppoſito Sotus lib. 3. de juſt. q. 6. a. 4. & Leſſius num. 29. docent non poſſe ex natura rei hæc officia à prædictis vendi. Quia cum illi magnates non habeant ſupremam Reipublicæ authoritatem, in cujus dominio hæc officia cōtinentur, ſi illa venderent, quod non eſt ſuum venderent. Quidquid tamen de hoc ſit ex natura rei, ſi loquamur attento jure poſitivo cōmuni, reſolutio vera, & communis ita habet, Magnates recognoſcentes ſuperiorem in temporalibus, quanvis poſſint officia conferre, tamen nec locare, nec vendere poſſunt ea officia, quæ habent annexam adminiſtrationem juſtitiæ, ut officium judicis, tabellionis, circuitoris vulgò, Meirinho: ſecus de illis, quibus nulla talis adminiſtratio annexa eſt, quale officium janitoris,

nitoris, cuſtodis carcerum, & præfecti curſorum. Ita Sotus lib.3. juſt.q.6. a.4. Aviles cap.16. Prætorum Gloſ. No arrendara, Garcia 1.p. de contr.cap.18. Ludovic. Lopez lib.1. de contr. cap.6. Hermada l.11.tit.16.p.1.gloſ.3. Tello l.29. Tauri à num.11. Aragon ſupra citat.a.2. fol.325. & Sanch. cit. dub.38.num.3. Eſt reſolutio ſecundum jus commune, Auth. Vt judices init. Colla.9. & l.1.ff. ad leg. Iuliam, de ambitu. Conſtat prior pars, quia talis locatio & venditio ſatis odioſa, & bono communi damnoſa eſt. Deinde magnates nõ ſunt domini officiorum prioris generis: non enim cum juriſdictione oppidorum, quam à Rege accipiunt, communiter accipiunt à Rege plenum dominium officiorum, ſed ſolam adminiſtrationem. Poſterior pars ſuadetur, tum quia officia poſterioris generis vendere non officit publico bono: deinde magnates eorum ſunt domini, ſive ea à Regibus emptione, ſive perfecta donatione acceperint.

Venditionis officiorum prohibitio in Luſitania.

762 Quid circa hoc punctum tenendum ſit in Luſitania, paucis accipe. Ordin.lib.2.tit.46. præcipitur, ne aliquis cujuſcunque ſit præeminentiæ habens poteſtatẽ conferendi ulla officia ad redditus regios, vel juſtitiam ſpectantia, illa vendat, aut vendere jubeat, pecuniamve pro illorum collatione accipiat: item ne judicatum orphanorum, eorũdemve, aut cameræ, aut ædilitij muneris graphiarias, ullave alia officia, quæ ad locorum regimen ſpectare poſſint. Denique præcipitur ne quis talia officia emat, etiam ſi ei vendantur, ſub pœna amittendi ipſum officium accuſatori, reliquum cameræ regiæ; contra quam pœnam nullo tempore præſcribi poſſit. Deinde facultas conferendi tale officium ad Regem devoluitur, ita ut deinceps per eum qui illud vendidit, nunquam conferri poſſit. Circa propoſitam Ordinationem obſervat Rebellus cit. ſect.2. venditionem officiorum in Luſitania factam abſque Regis licentia non videri ipſo jure irritam. Notat verò Sanchez cit. dub.38. num.22. abſolutè circa generalem doctrinam magnates, qui officia illa vendunt abſque Regis licentia teneri reſtituere pretium ante ullam ſententiam, niſi bona fide vendiderint, & tranſactum ſit triennium, quo bona mobilia præſcribuntur. Fundatur, quia prædicti magnates tenentur ex neceſſitate eligere ad talia officia: qui autem neceſſariò eligit, nequit vẽdere electionem ſine injuſtitia. Mihi tamen oppoſitum magis placet: quia licèt talis electio accepta genericè neceſſaria ſit, tamen in individuo circa talem, vel talem perſonam libera eſt: aliter nec ipſe Rex poſſet dare facultatem ad eam vendendum. Vnde ſolum peccaret cõtra juſtitiam commutativam cum onere reſtitutionis qui venderet electionem, vel acceptam in genere abſolutè, vel acceptam reſpectivè ad unicum, qui tantum daretur idoneus. Quia jam electio omnino neceſſaria foret, atque adeo invendibilis.

Venditionis officiorum permiſſio.

763 Quod attinet ad alteram quæſtionis partem, an magnates in Luſitania poſſint permittere, ſeu dare facultatem, ut officia vendantur? Loqui poſſumus tum de officijs, quæ immediatè à Rege, tum de alijs, quæ immediatè à magnatibus habentur. Si loquamur de prioribus, facilis & certa eſt hæc reſolutio. Tabelliones, ſcribæ, & celiqui in Luſitania, qui officium à Rege habent, prohibentur illud vendere, aut renunciare, aut in alium trãſferre abſque licentia Regis, ſub pœna, ut venditor amittat pretium, quod accepit, aut ſperat accipere, & inſuper ipſum officium: emptor officium non poſſit acquirere, ſed devoluatur ad Regem, ut illud conferat cui voluerit. Habetur lib.1. Ordin. tit.95. init. Circa quam Ordinationem Molina tom.1. diſp.91. obſervat 1. ut incurratur hæc pœna, non ſufficere contractum venditionis, ſed requiri quòd venditio omnino conſumetur per traditionem officij. Obſervat 2. nihil acceptum ex vi talis venditionis poſſe retineri à contrahentibus. Nam venditio fuit irrita ex eo quòd lex reddiderit emptorem incapacem acquirendi talis officij. Obſervat 3. ante latam ſententiam, neque à venditore officium, neque ab emptore pretiũ amitti. Addo 1. ex Sanch. cit. dub.38. num.8. nõ ſufficere licentiam ad officium renunciãdum, & transferendum in alium, ut illud quis vendere poſſit. Addo 2. ex Salonio 2. 2. q.63. a.2. contr.8. ad dictam venditionem ſufficere licẽtiam Regis tacitam & interpretativam, qualem haberet, qui vel officium venderet Rege ſciente, & non impediente, vel qui acciperet à Rege officium, quod Rex ſciret non poſſe per ipſum adminiſtrari.

Officia vendenda cum licentia dynaſtarum.

764 Maior, imò tota eſt difficultas, ſi loquamur de poſterioribus, illis nempe officijs, quæ ex privilegio Regis immediatè conferuntur à magnatibus: an ſcilicet poſſint magnates conſentire, ſeu dare licẽtiam officialibus, ut illa vendant? P. Franciſcus Pinheyro Doctor primarius digniſſimus in hac Eborenſi Academia tract. de emptione diſp.2. ſect.4. ſequitur partem affirmativam, quam probat 1. ex Ordi. lib.1. tit.95. init. ubi ſignanter officiales qui habent officium à Rege prohibentur illud vendere abſque licentia Regis: ex quo innuitur non egere licentia Regis, eòs qui officium habent non à Rege, ſed à donatario. Probat 2. ex paritate rationis, quia officiales eodem modo prohibentur vendere, atque renunciare ſine licentia Regis: & tamẽ renunciant cum ſola licentia dynaſtæ, ſeu donatarij: ergo idem erit de venditione.

Nihilominus pars negativa mihi videtur omninò tenẽda 1. Quia magnates illi non videntur

Digitized by Google

dentur plus poſſe erga alios, quàm erga ſe ipſos in ſubjecta materia, in qua ratio ſuadet ut minùs poſſint erga alios: ſed illi (ut vidimus num. 762.) non poſſunt officia vendere; ergo neque licentiam dare, ut vendantur. 2. Quia eadem Ordin. lib. 2. tit. 46. qua magnates prohibentur vendere officia, prohibentur conſentire ut illa vendantur: utrunque enim habetur in illis verbis: (Não venda, nem mande vender) quaſi dicat lex, nec ipſe donatarius vẽdat, nec præcipiat, hoc eſt conſentiat, ut vendantur; ergo non poteſt dare licentiam ad talem venditionem. 3. Quia Ordinatio lib. 1. tit. 95. prohibens venditionem officiorum abſque licentia Regis, intelligitur de omnibus officijs, etiam illis, quæ conferuntur per donatarios: ¶ Mandamos que os Tabelliaẽs, Eſcrivaẽs, & quaeſquer outros noſſos officiaes, naõ poſſaõ vender &c. Nam etiam appellantur officiales Regis, illi qui à donatarijs officia accipiunt: ſiquidem Rex eſt dominus illorum officiorum, illaque magnates conferunt tanquam Regis diſpenſatores. Magnates (inquit Sanchez lib. 2. Conſil. cap. 1. dub. 35. num. 9.) Regi ſubjecti non habent dominium officiorum: quia Rex quando illis dedit oppida, non dedit illorum officiorum dominium, ſed fecit eos tantum diſpenſatores. Facit noſtra Ordinatio lib. 2. tit. 45. §. 5. qua judices, & tabelliones, qui officia acceperunt à dictis magnatibus, prohibentur appellari illorum, ſeu per illos. 4. & veluti à priori, quia ſi magnates haberent poteſtatem concedendi licentiam ad vẽdendum officium, illam haberent à Rege, à quo tanquam à fonte omnis poteſtas civilis defluit in inferiores: ſed non conſtat illam habere à Rege, quia non apparet per quid, & in Ordin. citata per authorem partis contrariæ non conceditur talis poteſtas magnatibus, cum Ordinatio præſcindat à tali conceſſione; ergo talem poteſtatem non habent.

765 Ex quibus innoteſcit ſolutio prioris fundamẽti, quo nitebatur pars affirmativa. Fundamentum poſterius faciliùs corruet, negata minori: quia ſupra q. 5. latè oſtendimus donatarios, excepto Rectore Eborenſi (& idem erit de habente privilegium ſimile) non poſſe admittere reſignationes officiorum. Hæc pro quæſtione de venditione officiorum ſufficiat delibaſſe. Si quis ampliorem deſiderat tractatum, conſulat præter authores citatos, Menchacam illuſtrium quæſt. cap. 42. Franciſcum Marcum deciſ. 14. Cabedum 2. p. deciſ. 24. Guillelm. in cap. Rainuncius verba Duas à num. 52. Maſcardum de probat. concl. 1132. num. 39. Cardinalem de Lugo de juſt. diſp. 34. ſect. 3. Caldas Pereyra in comment. ad §. Sed hæc Inſtit. de inofficioſo teſtam. p. 2. num. 10. Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. p. 5. collect. 2009. Perez tit. 2. lib. 7. Ordin. p. 411. Azeved. ad Curiam Piſanam lib. 4. cap. 7. à num. 2. Zerolam in praxi Epiſc. p. 1. verbo Barones verſu 4. Azorium Inſtit. Moral. p. 2. lib. 11. cap. 5. Bobadill. in ſua politica lib. 1. cap. 11. num. 11. & lib. 2. cap. 16. num. 209. & Valaſc. de partition. cap. 13. à num. 66. Et quod officia locari non poſſint, vide apud Caſtellanos l. 11. tit. 11. lib. 3. novæ Recopil. & l. 4. tit. 25. lib. 4. ubi Azeved. Et quod non poſſint capi in cauſam judicati, niſi deficientibus alijs bonis, per ea quæ notat Iaſ. in l. pen. n. 3. & 4. ff. de re judic. Tiraq. de retract. leg. §. 1. gloſ. 14. n. 14.

Locatio officior.

QVÆSTIO VII.

Utrum, & quomodò officiorum collatio, & proviſio poſſit revocari, vel emendari?

766 HÆc quæſtio præcipuè & peculiariter locum habet in Rectore Eborenſis Academiæ, prout donatarius eſt tam Pontificis, quàm Regis in ordine ad conferenda officia Academica: & continet ſub ſe difficultatem triplicem, ſcilicet de revocatione per æqualem poteſtatem, de revocatione per poteſtatem maiorem & ſuperiorem, ac tandem de correctione, ſeu emendatione Rectoris errantis in proviſione.

Prima difficultas eſt, an Rector Eborenſis, qui officium Academicum contulit, vel ejuſdẽ Rectoris ſucceſſor poſſit ad libitum ſine ulla rationabili cauſa proviſionem ſemel factam, & acceptatam revocare? Videtur affirmandum; Quia talis Rector habet poteſtatem privandi officio quemlibet officialem Academicum, & nominandi alium, ut habetur lib. 1. Statut. cap. 35. & alijs capitibus, & nos ſupra oſtendimus num. 728. & ſolet apponere in chartis proviſionum hanc clauſulam: (E o ſervirà em quãto nòs, ou noſſos ſucceſſores não ordenaremos o contrario.) quibus verbis ſatis innuitur tale officium concedi ad tempus incertum, & eſſe amovibile ad nutum, & libitum Rectoris tam concedentis, quàm ſuccedentis, cum uterque polleat æquali poteſtate.

Proviſio non facile revocatio

767 Nihilominus ſententia negativa omninò tenenda eſt, quam etſi in ſpecie nullus author, quem viderim, tradat, tamen in materia, ſeu doctrina æquipollenti defendunt communiter authores, Covarr. 1. var. cap. 14. Anton. Gomez l. 13. Tauri num. 22. & l. 29. num. 27. Tiraq. de retract. convent. ad fin. num. 108. Menoch. conſ. 178. num. 9. & cõſ. 131. num. 47. Gutierr. l. 2. practic. q. 53. & l. 3. q. 101. à num. 6. Molina tract. 2. juſt. diſp. 263. Leſſius lib. 2,

Digitized by Google

lib.2.cap.18.dub.9.num.63. & Fagundez in 8. præc.Decal.lib.8.cap.24.num.10. Sumitur 1. ex l. perfecta C. de donation. quæ ſub modo, ubi ſic: ¶ Perfecta donatio conditiones poſtea non capit. Quare ſi patet tuus donatione facta quaſdam poſt aliquantulum temporis feciſſe conditiones videatur, officere hoc nepotibus ejus, fratris tui filijs minimè poſſe non dubium eſt. Cui decreto juris communis cóſonat deciſio noſtræ Ordinat. lib.4.tit.63. init. ubi ſic habetur: ¶ As doaçoés puras, & ſimpleſmente feitas por conſentimento dos que as fazem, & aceitaçaó daquelles, a quem foraó feitas, ou do Tabelliaó, ou peſſoa que por direito em ſeu nome póde aceitar, logo ſaó firmes & perfeitas, de maneira, que em tempo algum não podem ſer revogadas, ſalvo por ingratidaó. De qua l. & ſi perfectis C.de revocat. donat. Et tunc adhuc procedendum eſt via juris parte citata, & audita. Cum igitur collatio officij per Rectorem, vel quemlibet alium donatarium habens ſuum effectum, ſit perfecta donatio, numerari debet inter alias, quæ ſecúdùm jus revocari nequeunt. Et hoc procedit etiam de ſucceſſore: quia ſucceſſor non poteſt revocare ſententiam ſui anteceſſoris, nec diſſolvere, quæ ille ſtatuit, præſertim quando jus tertio acquiſitum eſt, quanvis poſſit diſpēſare, & aliquando derogare legibus ſui anteceſſoris. Sic enim intelligitur regula (Par in parem nó habet imperium.) Menoch. de arbitr. lib.2. caſu 438.num.9. Surdus conſ.466. Decius in Collect.deciſ. deciſ.p.5. collect.1094. ex l. nam & magiſtratus ff.de recept.arbitr. l.ille à quo §. tempeſtivum ff.ad Trebell.

Proviſionis officiorum revocatio.

768 Sumitur 2.ex doctrina Sancij lib. 1. Conſil.cap.6.dub.2. ubi quærit, an Præpoſitus Generalis Societatis Ieſu potuerit revocare quandam donationem, quam ſuus anteceſſor fecerat, ut nempe ſingulis annis ſolverentur centum aurei quibuſdam fœminis, quarum germanus fuerat valde benemeritus de certo collegio? Et num.12. reſpódet negativè. Cum enim (inquit) fuerit ab initio donatio perfecta, & jus acquiſitum donatarijs, non poteſt hoc jus acquiſitum auferre Generalis ſucceſſor. Quod de Principe, nempe non poſſe revocare donationem ab anteceſſore factam, docet Gregor.Lopez par.2.tit.5.l.14. verbo no deven. Item quia Princeps tenetur promiſſiones & pacta cum eo, vel cum anteceſſoribus inita ſervare. Felin. cap. quæ In Eccleſia num.62.de conſtit. Matienzo multos referens in dialogo relatorum 4. p. q.12.num.7.per l.6. ff.de public.& vectigal. ergo à fortiori Rector Societatis donationem in eſſe perfecto cum jure acquiſito, quam ipſe, vel ejus anteceſſor fecerat, revocare non poteſt.

Sumitur 3.ex noſtra Ordinar. lib.2. tit.45. §. 13.ubi habetur ſic: ¶ E mandamos que os Tabelliaés, que forem dados pelos ſenhores das terras, & fidalgos, por ſuas cartas, por terem pera iſſo poder por ſuas doaçoés, ſejaó perpetuos em ſuas vidas, & não poſſaó por elles ſer tirados dos officios, ſenão ſendo julgado por ſentença confirmada em noſſas Relaçoés, que os percaó. Sed Rector Academiæ non habet maius jus quàm dynaſtæ donatarij ad hoc ut proviſionem officiorum revocet ad libitum ſine cauſa; ergo revocare nequit. Sumitur 4. ex maioritate rationis: quia Rector Eborenſis nó habet maiorem poteſtatem ad revocandum proviſionem à ſe factam, quam ſupremus Princeps ad revocandum ſimiles proviſiones à ſe factas, ſiquidem omnis talis poteſtas Rectoris à ſupremo Principe dimanat; atqui ſupremus Princeps non poteſt ad libitum, & ſine ulla cauſa revocare ſuas proviſiones officiorum, quas fecerat, etiam merè gratis & liberaliter, ut tenent Pinell.in l.1. 1.p. C.de reſcind. vēdit. cap.2.num.31. Aloyzius Riccius in collect.deciſ.par.5.collect.2211. & Fagundez In 8. præc. Decal.lib.8. cap.23.num.31 ubi cum Riccio citato aſſerit officiales à Principe gratis & volútariè conſtitutos, ſive perpetui ſint, ſive temporales, non poſſe ad nutum revocari: quidquid in oppoſitum dicant Cabedus 2. p. deciſ. 2.num.1.& 2.Socinus conſ.53. lib.3. Decius in l. fin.num.3.Cod.de pactis, Suar.allegat.12.fol. penult. & Afflictis in cap.1. verbo poteſtas, n. 14.quæ ſint regal.feud.lib.3. ergo à fortiori Rector ſuam proviſionem abſque cauſa revocare non poterit.

Officia de ſe perpetua.

769 Ad rationem dubitandi pro parte affirmativa, fatemur noſtrum Rectorem poſſe officialem privare officio, ſed data cauſa rationabili, v. g. ob culpas, vel ineptitudinem perſonalem. Nec obſtat quòd ſtatuta concedant Rectori poteſtatem privandi officijs officiales, auditis ſuis cóſultoribus, & quod in proviſionibus officiorum apponi ſoleat clauſula relata num.766. Quia poteſtas illa regulanda, & intelligenda eſt per Ordinationem Regni proximè citatam ſtatuentem officia eſſe de ſe perpetua, hoc eſt durare per totam vitam officialis; quæ autem talia ſunt, ad libitum auferri nequeunt. Clauſula apponi ſolita, intelligitur datis culpis, vel cauſis ſufficientibus, ut officialis amoveatur ab officio: procedit enim de voluntate juſta, & rationabili, qualis non erit quæ merum libitum ſequatur. Accedit quòd ſumus in notarijs, & officialibus ſemel à principio admiſſis & approbatis, quorum (inquit Stephan. Gratian. diſcep. foren. cap.590. num.52.) non datur amplius remotio ſine cauſa legitima Cap.cum venerabilis, ubi Decius num.38.col.ult.ad fin. de except. Menochius de arbitr.q.55.à num.19.in addit. ubi ampliat, quanvis ſimilia officia concedantur ab beneplacitum cócludentis: cum hujuſmodi bene-

Beneplacitum ſive arbitrii quid ſit.

beneplacitum ſignificet arbitrium boni viri, qui non aufert conceſſionem alicui factam, ſine juſta cauſa. Felin. in cap. 1. col. antep. de cõſtit. Bald. in l. ult. §. 1. in 4. notab. C. commun. de legat. & Ruini conſil. 181. n. 7. lib. 1.

Confirmatur, quia Ordinationis lib. 1. tit. 98. ſtatuitur quòd officialis diſplicens Regi poſſit amoveri ab officio pertinente ad juſtitiam, ſive ad fazendas regias. Item proviſionibus officiorum ſolet apponi hæc clauſula: (Ad noſtrũ beneplacitum, Dum noſtra fuerit voluntas) Luſitanè (Em quanto for noſſa mercè.) Et tamen neque Rex, neque ejus ſucceſſor in corona poteſt officialem privare officio, niſi ejus culpis probatis, vel data alia urgente cauſa, ita ut in hoc ſecundo eventu teneatur compenſare læſionem in re æquipollenti. In hac reſolutione conveniunt Arias Pinellus in Rub. Cod. de reſcinden. vendit. p. 1. cap. 2. Antonius da Gama deciſ. 333. num. 5. Cabedus 2. p. deciſ. 19. Gabriel Pereyra in Manu Regia cap. 61. à n. 26. Phæbus tom. 1. deciſ. 27. num. 10. Reinoſo obſerv. 5. num. 33. Molina Theol. tract. 3. de juſtit. diſput. num. 4. Molina Iuriſta de primogen. lib. 1. cap. 25. à num. 17. Fragoſus 1. p. lib. regiminis fol. 350. num. 32. Themudo 1. p. deciſ. 22. n. 19. Emman. Mendez de Caſtro 2. p. pract. Luſitan. num. 58. Metez de maiorat. 4. p. q. 10. à num. 27. Flamin. Pariſien. lib. 7. de reſign. q. 10. n. 22. Petrus Rebuff. tract. nominat. q. 12. à n. 25. & Farinacius deciſ. 339.

Clauſula ad beneplacitum.

770 Præter explicationem clauſulæ (ad noſtrum beneplacitum) quam de voluntate rationabili, interveniente cauſa juſta attulimus, & cum Panormitano in cap. verum 7. de foro compet. notabiliter num. 6. Capycio deciſ. 116. num. 4. & Emman. Barboſa in remiſſ. ad Ordin. lib. 1. tit. 98. num. 2. approbat Fagundez in 8. præc. Decal. lib. 8. cap. 24. affert aliam, ut nempe vacent officia morte donatarij, ſeu officialis donatione officium recipientis. Ita Gama deciſ. 353. Valaſcus de jure Emphyt. q. 34. num. 6. & Cabedus tom. 2. deciſ. 20. num. 6. non tamen morte Regis aut Principis donantis, niſi id obtineat communis conſuetudo in regione aliqua, ſicut de facto obtinere in Gallia teſtatur Gullielmus Bened. in cap. Raynutius, de teſtam. in verbo duas habens filias num. 44. & deciſ. 5. num. 490. ubi affirmat omnia officia in Gallia, quæ prædictã clauſulam habent, vacare morte Regis conferentis. Hoc tamen limitat, & temperat Gama deciſ. 453. num. 1. & 2. ut non intelligatur de officijs habentibus juriſdictionem annexam: hæc enim non vacant morte Principis concedentis, ne interim patiatur juſtitia detrimentum, & violetur textus expreſſus in cap. nec alicui in hæret. in 6. in cap. fin. de offic. deleg. §. officium, & in cap. 2. eod. tit. in 6. Vnde in Luſitania (ut narrat Gama cit. num. 2.) omnia officia domus Regiæ vacant morte Regis, uno tãtum excepto officio præfecti Venatorum, Luſitanè Monteiro mòr qui habet tribunal juſtitiæ, & annexam juriſdictionem. Cum enim dicta officia domus Regiæ verſentur immediatè circa obſequium perſonale Regis, ad quod fuere inſtituta, conſequens eſt ut cum Rege expirent, illo excepto, quod annexam juriſdictionem habet.

Officiorũ vacatio per mortem,

771 Secunda difficultas eſt, Vtrum ſuperior religioſus, nempe Provincialis, vel Viſitator Societatis poſſit revocare, ſeu annullare proviſionem officij factam à Rectore Eborenſis Academiæ? Supponẽdum eſt 1. judicem ſuperiorem nõ poſſe emendare, vel revocare quod judex ordinarius inferior per ſententiam decrevit, niſi cauſa ad illum devoluatur via appellationis, aut gravaminis. Quia aliter non habet authoritatem ſe intromittendi, & cognoſcendi de cauſa jam deciſa per ordinarium, ad quem de jure ſpectat. Cap. Duo ſimul, de offic. judicis ordinar. Supponendũ eſt 2. etiam poſtquã via appellationis cauſa devoluta eſt ad judicẽ ſuperiorẽ, hũc nihil poſſe ſtatuere pertinẽs ad jus alicujus tertij, niſi parte citata & audita, ita ut maneat nullius vigoris quidquid in contrarium ſtatuerit. Cap. 2. 11. q. 3. Caveant (inquit) judices Eccleſiæ, ne abſente eo, cujus cauſa ventilatur, ſententiam proferant, quia irrita erit. Et cap. 4. Omnia quæ adverſus abſentem in omni negotio, aut loco aguntur, aut judicantur, omnino evacuantur: quia abſentem nullus addicit, nec ulla lex damnat. Et cap. 11. Abſente adverſario non auditur accuſator, nec ſententia abſente alia parte à judice dicta ullam obtinet firmitatem. Et cap. 13. Abſens nemo judicatur, quia humanæ & divinæ leges hoc prohibent. Et in Decretalibus Cap. 1. de cauſa poſſeſſ. & propriet. ait Pontifex: Nec nos cõtra inauditam partem aliquid poſſumus definire. Habetur etiam hoc præſuppoſitum in Ordin. Luſit. lib. 3. tit. 63. §. 5. ubi decernitur quòd proceſſus factus nõ procedẽte legitima citatione, eſt nullus, & judex qui proceſſit ſine citatione, vel data citatione irrita, damnatur ad litis expenſas.

Proviſionis revocatio per ſuperiorẽ.

Citatio partis requiſita,

772 His ſuppoſitis, loqui poſſumus de Rectore, qui providit, vel tanquam donatarius Regis, nempe conferẽs officia merè laica, vel tanquam donatarius Põtificis cõferens officia Eccleſiaſtica. Si loquamur de Rectore providẽte tanquam donatario Regis, mihi eſt omninò perſpicuum, neque Provincialem, neque Viſitatorem poſſe revocare, aut annullare proviſionem factam à Rectore, etiamſi videatur digna revocatione, aut annullatione. Patet, quia tota illa poteſtas in conferendis, & tollendis officijs laicis eſt à Rege: & non conſtat vel per ſtatuta, vel per ſpeciale aliquod

Officiũ mãdũ collatũ revocari per Viſitatorem.

Digitized by Google

quod diploma, quòd Rex illam commiſerit alicui ſuperiori Societatis, niſi Rectori Eborenſis Academiæ. Nec ſatis eſt quòd Provincialis, vel Viſitator ſit ſuperior talis Rectoris, ut illis cenſeatur commiſſa talis poteſtas. Explicatur optimo exemplo. Nam Pontificis Legati, Nuncij, & Collectores ſunt ſuperiores Epiſcoporum, & tamen non ideo cenſentur habere poteſtatem Regis, nec proinde ſe poſſunt intromittere in materia officiorum laicorum, & juriſdictionis temporalis, quam Epiſcopi exercent communicatam à Rege; ergo ſimiliter Provincialis & Viſitator Societatis, quanvis ſint ſuperiores Rectoris, & ex hoc capite valeant corrigere defectus perſonales illius, non poſſunt ſe intromittere in limitanda poteſtate, vel emendando exercitio ipſius, quam Rector habet à Rege.

Viſitatio Academiæ Eborenſis.

773 Maior eſt dubitatiò, ſi loquamur de Rectore providente tanquam donatario Pontificis, cujus poteſtate confert officia Academiæ Eccleſiaſtica, v. g. officium Conſervatoris Eccleſiaſtici, & officium Notarij illius. In quo eventu exiſtimo poſſe Provincialem, dum actualiter viſitat Academiam, itẽ Viſitatorem, ſeu Commiſſarium Generalis in eadem viſitatione revocare proviſionem perpetam factam à Rectore. Ratio eſt, quia Generalis Societatis habet à Pontifice integram, & plenam poteſtatem Eccleſiaſticam in Academiam Eborenſem, quæ Eccleſiaſtica eſt: deinde Provincialis, & Viſitator ſunt delegati Generalis in viſitatione Academiæ, ut conſtat ex lib. 2. Statut. cap. 5. proindeque ab illo recipiunt juriſdictionem, & modum ipſius, juxta illud cap. Vno delegatorum, de offic. deleg. ibi: (Delegatus recipit formam à delegante.) Quod verò recipiant ſpecialiter poteſtatem revocandi proviſiones prædictorum officialium, ipſoſque deponendi, poteſt deſumi ex verbis citati Statuti, quæ ita habent: ¶ A viſitação deſta Vniverſidade pertence in ſolido ao Gèral da Companhia de Ieſus, o qual ſerá obrigado a mandala viſitar pello Provincial deſte Reyno da meſma Companhia, ao menos hũa vez no anno: & quando lhe parecer por algum Commiſſario, pera que faça que ſempre ſe cumpra com o numero das liçoẽs, & ſufficiencia dos Lentes, & officiais: & ſe guardem eſtes Eſtatutos inteiramente. Ex quibus paret viſitantem Academiam habere poteſtatem, ut hæc omnia executioni mandet, quanvis Generalis nihil in commiſſione expreſſerit: ſiquidem cenſetur committere poteſtatem juxta formam Statutorum. Cùm verò ſtatuta illi ſpecialiter commendent, ut attendat ad ſufficientiam tam magiſtrorum, quàm officialium, ſicut poteſt revocare proviſionem magiſtrorum, ita & officialium inſufficientium. Accedunt juris principia: nam delegatus ex ſola ſimplici commiſſione cauſæ recipit poteſtatem cognoſcendi, judicãdi, & exequendi Cap. ſignificaſti 7. ex ibi Gloſ. 2. de offic. deleg. Deinde juxta Gloſ. v. Ventilandæ, in cap. fin. de judicijs. Delegata cauſa, videntur omnia delegata, ſine quibus cauſa expediri non poteſt. Cùm autem viſitator habeat pro cauſa ſibi delegata ſufficientiam officialium, ad quam exequendam poteſt eſſe neceſſaria revocatio proviſionis, & depoſitio officialis, id decernere, & executioni mandare poterit.

Iudicialis ſtrepitus exulat à Societate.

774 Oppones 1. adminiſtratio Eborẽſis Academiæ demandata eſt per Pontificem & Regem noſtris ſuperioribus ſecundùm conſtitutiones, & regimen Societatis: atqui videtur repugnare Conſtitutionibus, quòd Viſitator annullet proviſionem officij factam homini ſæculari: cum hoc debeat judicialiter fieri, & exequi, parte audita, reclamante, & appellante, non ſine judiciali ſtrepitu, quem tam in civilibus, quàm in criminalibus prohibent Societatis prælatis Conſtitutiones par. 4. cap. 11. num. 3. ergo non poteſt revocare. Reſpondeo negando minorem: quia Viſitator Societatis poteſt abſque ullo judiciali ſtrepitu revocare proviſionem, vel privare officio, ſi procedat de plano, hoc eſt cognita & probata ſimpliciter veritate, ita ut parte reſiſtente, ac legitimè appellante, deferat appellationi. Tũc enim coram viſitatore nec lis protrahetur, nec dum fit, ſtrepitus erit ullus.

Oppones 2. ſi Viſitator Præpoſiti Generalis delegatus habet poteſtatem in officia Eccleſiaſtica Academiæ per Statutum ipſius ſupra citatum lib. 2. cap. 5. ſequitur etiam habere poteſtatem in officia laica, ut ea poſſit auferre, & proviſiones illorum factas revocare; ſed hoc negavimus ſupra num. 771. ergo conſequenter negare debemus poſſe aliquid circa officia Eccleſiaſtica. Probatur ſequela, nã ſtatutũ illud citatũ eſt regiũ, vel ſaltẽ approbatũ à Rege, à quo habet vim: deinde loquitur abſolutè, & cadit in omnes officiales Academiæ; ergo per illud Viſitator habet poteſtatẽ in officiales laicos. Reſpõdeo Viſitatorẽ delegatũ nõ habere poteſtatem ab illo ſtatuto, ſed à ſuo delegante, qui eſt Præpoſitus Generalis Societatis, & hic accepit poteſtatem non à Rege, ſed à Pontifice, ut conſtat ex Bullis Pontificijs, ac proinde poteſtatem morè Eccleſiaſticam. Statutum verò illud ſive regium, ſive à Rege approbatum ſolum indicat quam poteſtatem Generalis deleget, declarato fine viſitationis. Vel potius Rex per illud ſolum declarat viſitationem Eborenſis Academiæ utpote Eccleſiaſticæ debere eſſe merè Eccleſiaſticam. At nullam poteſtatem confert, præſertim in materia officiorum Reipublicæ, quæ numerantur inter jura regalia, de quibus juxta Ordinat. lib. 2. titul. 45. num. 1. nihil cenſeri debet conceſſum, niſi exprimatur.

775 Ter-

Iudex cõpetens Rectoris Eborensis,

775 Tertia difficultas eſt, quando Rector Eboréſis Academiæ malè providit, v.g. faciens proviſionem ipſo jure irritã, vel ſaltem irritandam, quis ſit judex competés ad hoc decidendum? Non loquimur de proviſione facta in officijs Eccleſiaſticis. Quia ex proximè dictis num.773. ſatis apparet judicem competentem ſupremum in hac materia eſſe Pontificem, deinde ſubordinatos Pontifici eſſe Generalem Societatis, & Viſitatorem, cui Generalis ſuas vices committit. Sola eſt difficultas nondum deciſa circa proviſionem factam in officijs laicis, quale v.g. officium circuitoris vulgò (meirinho) vel officium ſcribæ coram Conſervatore laico. Sit reſolutio. Iudex competens Rectoris Eborenſis in prædicta materia eſt Luſitanus Rex, vel ejus miniſtri pro talibus cauſis à Rege deſignati. Ita in re ſimili, vel omninò eadem Gabriel Pereyra de Manu Regia cap.17.num.9. Citra dubium (inquit) videtur eſſe, quod prælati, qui à Rege juriſdictionem habent, coram tribunali regio cõveniri debent ad imaginem feudatariorum: eo enim ipſo fiunt de foro ſæculari, & reputantur ſicut alij domini temporales. Cap. ſi quæ cauſæ §. is itaque 11.q.1. In eadem ſententia ſunt Covarr. qq. pract. q.9. cap.4. n.2. Barr. in l.1. §. ſi quis in appellatione ff. de appellat. Bobadil. lib.2. polit. cap.17. num.197. Afflictis de jure congrui in princ. leg. num.3. fol. 15. & Peres in l.5. lib.1. Ordin. tit.4. col.185. & latius in l.2. tit.1. lib.3. col.778. Verbo Porque la appellacion. Sumitur 1. reſolutio ex jure communi canonico. Cap. ſi quæ cauſæ §. is itaque 11. q.1. ubi Pontifex ſic ſtatuit: Clerici (inquit) ex officio Epiſcopo ſunt ſuppoſiti, ex poſſeſſionibus prædiorum, Imperatori. Quia ergo ut prædia poſſideantur, Imperiali lege factum eſt: patet quòd clerici ex prædiorum poſſeſſionibus Imperatori ſunt obnoxij.

Ecclesiastici quando respondeant coram iudice Laico.

776 Sumitur 2. ex jure civili Luſitano lib.2. Ordin. tit.1. §.17. ¶ Se o clerigo tiver de nòs alguns bens patrimoniaes, poderà ſer citado, & demandado perante noſſas juſtiças. Et eodem §. poſt pauca. E ſobre a juriſdição, ſe a tiver, & della uſar contra forma de ſuas doaçoẽs, ou denegar appellação pera nòs, ou pera os noſſos officiaes pera iſſo deputados, ou tomar conhecimento das appellaçoẽs, que ſairem dante ſeu Ouvidor, ou ſe della uſar, não tendo pera iſſo doação expreſſa, poderà ſer citado peraote noſſas juſtiças, & ahi ſerà obrigado reſponder. Et lib.3. tit.6. num.6. Os prelados de noſſos regnos, que de nòs tem juriſdição temporal, ou direitos reaes, uſando della, ou levando os direitos contra forma de ſuas doaçoẽs como não devem, poderàm ſer citados pera a noſſa Corte, poſto que em ella não ſejaõ achados, & de ahi reſponderàm. Cum verò Rector Eborenſis habens juriſdictionem temporalem à Rege, ſit inſtar clericorum habentium bona patrimonialia à Rege, vel potius inſtar prælatorum habentium ab eodem juriſdictionem temporalem, vel jura regalia citatus de eadem materia, coram miniſtris regijs debet reſpondere. Ratio aſſertionis eſt, quia juriſdictio temporalis eſt in Rege tanquam in fonte; ergo ad ſolum Regem, & ſuos miniſtros ſpectat de illa judicare.

Regulares subiecti Episcopo quoad curã animarũ.

Confirmatur à ſimili, quia juxta Trident. ſeſſ.7. cap.7. & 8. de reform. & ſeſſ.25. c.11. Epiſcopus quoad curam animarum habet authoritatem ſupra omnes regulares, ita ut omnes exercentes dictam animarum curam ab Epiſcopo in eadem materia poſſint viſitari, & corrigi, quantuncunque exempti ſint ab ordinarijs, & habeant poteſtatem quaſi Epiſcopalem privilegio Pontificum. Quia talis materia utpote ſpectans ad Epiſcopum, dictos regulares Epiſcopo ſubjecit; ergo ſimiliter quanvis Rector Eborenſis, & quicunque alius Eccleſiaſticus ſint omninò exempti à poteſtate laica, tamen ratione materiæ omnino laicæ, qualis eſt juriſdictio temporalis, Regi ſubjiciuntur.

Quid de Rectore Salmanticenſis Academiæ? Quærit Alphonſus de Eſcobar cap.46. n.25. quiſnam competens judex ſit ad revocandum malè geſta per Rectorem Salmanticinum? Reſpondet eſſe Scholæ magiſtrum, & ab eo eſſe appellandum privativè ſupremum regium Senatum: ita tamen ut qui voluerit omiſſio Scholæ magiſtro ad Principem appellare, rectè poſſit. Multa ad hoc punctum concernentia dixerat cap.21. à n.206.

DISPVTATIO III.

De obligationibus Rectoris Academiæ.

EXplicata Rectoris Academici dignitate, juriſdictione, & poteſtate qua pollet tanquam Academiæ caput, ut imperet ſubditis omnibus, totamque Rempublicam litterariam adminiſtret, reliquum eſt, ut hac tertia, & ultima diſputatione exponantur illius obligationes, quæ quidem in triplici differentia conſiderari poſſunt, nempe ſi attendantur in ordine ad obſervantiam ſtatutorum, in ordine ad ſtudioſos, tam auditores, quam profeſſores, & in ordine ad officiales.

SECTIO

QUÆSTIO I.

Qualiter obligetur Rector Academicus in ordine ad obſervantiam ſtatutorum?

Officium ſuſcipientis obligatio. SVpponendum eſt 1. illum qui Rectoratum Academicum ſuſcipit, tacitè ſe velle ad duo obligare, alterum, ad curandum ne ſua negligentia Academia detrimentum ullum patiatur: & ad hoc ſe obligat vinculo juſtitiæ commutativæ; ita ut ſi non præſtiterit, ad reſtitutionem teneatur: alterum ad procurandum commoda Academiæ, quantum commodè poterit: ſeu ad enitendum, ut Academia pro obtinendis commodis & augmentis, quantum commodè fieri poterit, quàm optimè adminiſtretur. Hæc tamen obligatio, qua parte ſe extendit ad modum optimum etiam commodè ſervandum, non cenſetur provenire ex juſtitia, ita ut reſtitutionis neceſſitatem afferat, ſed ſolum ex fidelitate. Non enim dicitur fideliter peragere ſuum munus, qui prætermittit utilitatem, quam facili negotio optimè curare potuit. Hæc doctrina, quam Rectori Academico applicamus, generaliter tradit Leſſius lib. 2. juſtit. cap. 32. de omnibus munus aliquod, ſeu adminiſtrationem ſuſcipientibus. Supponendum 2. Rectorem in Academia, quæ regitur ſtatutis per Principem, vel ſuperiorem aliquem talis Rectoris conditis, teneri tam quoad vim directivam, quàm quoad coactivam, omnibus ſtatutis, quæ ad perſonam ipſius Rectoris diriguntur, ſive præcipiendo, ſive prohibendo, item omnibus aliis, quæ Academiæ capiti, & reliquis membris communia ſunt. Ratio eſt, quia talia ſtatuta in ordine ad Rectorem ſunt leges provenientes à ſuperiore habente poteſtatem, & obligare volente.

Statutis ſuis an quis obligetur. 778 Prima difficultas eſt de Rectore Academico, qui poteſtatem habet condendi ſtatuta, an ſtatutis à ſe conditis obligetur, & quomodo? Pro deciſione notandum eſt, duobus modis poſſe Rectorem illum habere poteſtatem condendi ſtatuta, 1. ſi illa ſolum poſſit condere vocatis quibuſdam deputatis ſuffragium deciſivum, ſeu definitivum habentibus. 2. ſi ſolo ſe ipſo abſque alterius ſuffragio poſſit condere. Si loquamur de Rectore poteſtatem habente priori modo, citra dubium eſt ipſum obligari ſuis ſtatutis quoad utramque vim, directivam & coactivam, eo modo quo quilibet ſubditus. Ratio eſt, quia tunc Rector ſubjicitur toti illi concilio, ſeu tribunali condenti ſtatutum: quamvis enim in illo ſit caput reliquorum membrorum, tamen illius quâ totius, ſubditus eſt, eo modo quo Decanus in capitulo Canonicorum, & Generalis in capitulo Generali Monachorum. Major eſt dubitatio de Rectore habente poteſtatem modo poſteriori, ita ut ſolus ille ſtatutum condat. In quo caſu videtur procedere generalis illa quæſtio, an Princeps teneatur ſuis legibus? De qua latè egimus tract. de legib. quæſt. 4. art. 16. & ex ibi traditis modò certum apparet Rectorem illum teneri ſuo ſtatuto ſaltem quoad vim directivam. Quòd vero obligetur etiam aliqualiter quoad vim coactivam, ſuadetur, quia poteſtas ad ferendas leges, illi à Principe data eſt ſub ea conditione, ut in materia omnibus communi, leges à ſe conditas obſervare teneatur. Quia poteſtas data eſt illi in ædificationem, & non in deſtructionem. Vnde per tranſgreſſionem fiet reus pœnæ, non quidem, quam ipſo facto impoſitam incurrat, præſertim ſi excommunicatio ſit, neque quam in ſe ipſum exequi cogatur, ſed quam Princeps illi vellet infligere. Hæc omnia per ſimilitudinem deſumimus ex doctrina, quam Suar. tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 8. n. 19. tradit de Generali monachorum leges ferente.

Statutorum obſervantia. 779 Secunda difficultas eſt, quantum obligetur Rector Academicus ad procurandũ in ſubditis obſervationẽ ſtatutorũ? Ex multiplici capite oſtendi poteſt Rectorem Academicum teneri ad procurãdam ſtatutorũ obſervantiam in ſubditis, & hanc obligationẽ eſſe gravem pro ratione materiæ, quæ gravis eſt. Oſtenditur 1. quia unuſquiſque tenetur ex juſtitia commutativa exequi munus quod ſuſcepit: nam in ſuſceptione talis muneris intervenit pactum tacitum inter dantem & accipientem tale munus; cùm verò præcipuum Rectoris munus ſit procurare obſervantiam ſtatutorũm: quod generale eſt in omni magiſtratu Reipublicæ in ſuo genere, & ſpecialiter exprimitur in ſtatutis Academiæ Eborenſis lib. 1. cap. 3. §. 5. ¶ Ao Reitor pertence fazer guardar os eſtatutos, & privilegios da Vniverſidade: ſequitur quòd teneatur ſub peccato gravi ad ſtatutorum obſervantiam procurandam. Oſtenditur 2. nam Rector Academiæ eſt caput illius, & prælatus, ad quem proinde ſpectat correctio ſubditorum, ut nempe ſubditos delinquentes in tranſgreſſione ſtatutorum puniat: atqui peccabit graviter ſi habeat *Negligentia Rectoris.* negligentiam culpabilem in non corrigendis ſubditis. Quia negligentia & delictum, utroque æquiparantur. Cap. fin. ubi Gloſ. de ſuppl. negligen. prælat. in 6. & quia negligentia ſi diſſoluta eſt, æquiparatur dolo cap. 4. de offic. archidiac. & Gloſ. fin. in cap. ad falſariorum, de crimine falſi: & ideo negligentia non minus debet puniri quàm dolus Gloſ. integram in cap. ſi electio de elect. in 6. Vnde negligẽtia ſuperioris circa correctionem ſubditorum eſt peccatũ mortale etiã in Papa. Can. Si Papa diſt. 40. Et quidẽ mor-

Digitized by Google

tale peccatum frequenter eſſe negligentiam prælati, tradit Gloſ. Verbo reatu cap.3. de offic. archidiac. & verbo vera in Extrav. ſuſcepti Ioãnis 22. Quare ob negligentiam craſſam quis ab officio deponitur Cap.1. & ibi Gloſ. v. minus idoneus, de officio cuſtodis. Imò de negligẽtia cõmiſſa in ſuo officio non ſolum debet puniri quis, ſed etiã de omni delicto, & dãno inde poſt modum proveniente cap.1. de cuſtod. Euchar. Cum igitur ex negligentia Rectoris in puniẽdis tranſgreſſionibus ſubditorum delicta proveniant, ſequitur Rectorem negligentẽ teneri de illis omnibus delictis, & conſequẽter teneri ad procurandam obſervantiam ſtatutorum, ut delicta illa vitentur.

780 Oſtenditur 3. ex illo generali principio, quod attulimus n.777. ſcilicet Rectorem ex ſuo munere, proindeq; ex juſtitia cõmutativa teneri ad curandũ ne ſua neligẽtia Academia detrimẽtum aliquod patiatur, & ad procurandum omne commodum Academiæ, quantum commodè poterit: ſed Academia ex defectu obſervantiæ ſtatutorum patietur detrimentum, imò totalem ruinam, & è converſo ex obſervantia conſequetur maximum commodum; ergo Rector obligatur graviter ad procurandam obſervantiam ſtatutorum. Oſtenditur 4. quia ex juramento producitur obligatio religionis, ut quis teneatur ad illud implendum, modò fiat de materia licita, ita ut in illius impletione non interveniat peccatum, Cap.1. de jurejur. in 6. ſed Rectores Academici antequam Rectoratum exerceant, jurant ſe procuraturos ut ſtatuta obſerventur: quod ſpecialiter traditur de Rectore Conimbricenſi lib.2. Statut. tit.11, ¶ Eu N. Reitor deſta Vniverſidade de Coimbra, juro aos ſantos Evangelhos, emque ponho as mãos, q̃ daqui em diante bẽ & fielmente uſarei deſte cargo, guardarei, & farei inteiramẽte guardar os eſtatutos deſta Vniverſidade. Ergo ex duplici vinculo juſtitiæ, & religionis tenetur ad procurandam obſervantiam ſtatutorum.

Iuramentum Rectoris.

781 Tertia difficultas eſt, an Rector Academicus peccet mortaliter, ſi culpabiliter patiatur ſtatutum aliquod collabi per deſuetudinẽ, vel uſum contrarium, quãvis demus ſtatutum illud ad ſui obſervantiam non obligare graviter? Pro parte negativa videtur ſtare Emman. Rodericus de ordine judiciario cap.9. num.7. ubi ſic: ¶ Pecatàn gravemente los prelados, no eſtirpando las coſtumbres malas de pecados veniales, ſi ſon, o pueden ſer ocaſion de pecados mortales, porque no ſiendo ocaſion de pecados mortales, yo no hallo razõ ſuficiente para los condenar a pecado mortal, ſiendo deſcuidados en eſtirpar vicios veniales: porque no tiene maior obligacion el Prelado de mirar por ſu Republica, que el particular de mirar por ſu alma.

Statutorum ruina culpa Rectoris.

Fundamentum eſſe poteſt, quia obligatio Rectorum, & cujuſcunque alterius ita debet accommodari materiæ, ut ipſam non excedat: ex quo principio fit, ut in materia levi non poſſit quis per votum obligare ſe graviter, nec legiſlator poſſit in materia ſubditos obligare graviter: ſed materia ſtatuti leviter obligantis eſt levis: ſiquidem eadem eſt in ordine ad ſubditum, & ſuperiorem; ergo Rector, & quicunque alius prælatus non tenetur graviter ad vitandam ruinam ſtatuti leviter obligantis.

782 Partem affirmativam defendit abſolutè Sotus de ſecreto tegendo q. 2. concl.3. & tenent cum aliqua moderatione Azor p.2. lib.12. cap.14. q.4. & Banhes 2. 2. q.33. a. 1. dub. 2. ubi ſic habet: Sotus addit, Gubernatores Reipublicæ teneri tales defectus, qui ſunt venialia peccata graviora & conſueta, expellere à Republica ſub peccato mortali, ſi poſſunt: hoc tamen mihi videtur nimis durum, obligare temporales gubernatores ad tãtam perfectionem, niſi forte ſint peccata perturbãtia pacem Reipublicæ, vel abuſus qui Rẽpublicã dãnificare poſſunt, & contra tales ſolẽt eſſe pragmaticæ circa curioſitatem, & pretioſitatẽ veſtium, quanvis hujuſmodi abuſus in ſingulis, non ſit niſi veniale peccatum. Hæc ſententia fundari poteſt 1. quia Rector Academicus (& idem eſt de quocunque Reipublicæ magiſtratu) tenetur ex juſtitia ſub mortali impedire omne ſuæ Reipublicæ damnũ grave, ſi poſſit: atqui totalis ruina cujuſcunque ſtatuti etiam leviter obligantis, eſt damnum grave: quanvis enim tale ſtatutum reſpectu cujuſcunque ſubditi tranſgredientis ſit materia levis, at reſpectu ſuperioris permittentis ipſius ruinam eſt materia gravis, & ratio hujus eſt, quia hic particularis ſubditus violans ſtatutum, illud nõ deſtruit, ſuperior autem permittens illas crebras violationes, deſtruit. Explicatur exẽplo cuſtodis vineæ, qui peccabit lethaliter, ſi permittat multos ſeorſim intrãtes, ut ſinguli auferãt racemũ: & tamẽ ſinguli illi ſolũ venialiter peccãt, quia permiſſio vinitoris verſatur circa materiã gravẽ, trãſgreſſiones ſingularũ circa materiã levẽ, ut docet Sanch. lib.1. Decal. cap.6. n.19.

Venialia peccata impedire quomodo teneatur gubernator.

783 Fundari poteſt 2. quia juxta Leſſiũ lib.2. cap.2. dub.4. n.20. quanvis negligentia ex ſuo genere non ſit peccatum mortale, tamen ſi quis negligat id ad quod ſub mortali tenetur, mortaliter peccabit. Facit regula S. Thomæ, & Caietani 1. 2. quæſt. 6. a. 3. quam recipit Navarr. in Manual. prælud. 6. num. 3. & latè explicat Azor inſtitut. moral. lib. 4. cap. 3. quæſt. 3. & 6. ſcilicet in materia gravi qui omittit facere, vel non vult facere quod poteſt, ac debet, peccare mortaliter. Sed materia cujuſlibet ſtatuti omninò collabentis eſt gravis, ut probatum

Negligentia quale peccatum.

eſt:

eſt: deinde Rector poteſt, ac debet impedire, ne collabatur; ergo ſi non impediat, peccabit mortaliter.

Regularum fractiones crebræ ſi permittantur à prælato. Fundari poteſt 3. à ſimili, quia Rector Academicus videtur ſe habere proportionaliter circa obſervantiam ſtatutorum, eorumque conſervationem in ſua Republica litteraria, ſicut prælatus regularis in ſua regulari: ſed prælatus regularis peccabit mortaliter, ſi cum poſſit impedire frequentes regularum violationes, non impediat ex ſui animi paſſione, v. g. ex puſillanimitate ad vitandas moleſtias, & conſervandam quietem propriam, ut docent Tannerus in 2. 2. diſput. 2. quæſt. 5. dub. 4. num. 76. Miranda de ordine judiciario tom. 1. quæſt. 10. art. 1. conc. 5. Villalobos in Summ. tom. 2. tract. 4. diff. 2. num. 5. Thomas à Ieſu in lib. de Viſit. tract. 1. cap. 6. n. 11. Peyrinus de R. P. q. 1. cap. 7. num. 15. Naldus v. Prælatus num. 11. & Pellizarius tom. 1. tract. 5. cap. 2. n. 60. & ratio eſt, quia per illam permiſſionem frequentium trangreſſionum in re levi, imò (addit Pellizarius) alicujus regulæ, quæ ad nullam culpam obligat, minuitur graviter regularis obſervantia. Confirmatur ex doctrina Suarij tom. 4. de Relig. tractat. 10. lib. 4. cap. 8. num. 13. aſſerentis poſſe evenire quòd prælatus peccet mortaliter iniquè, & ſine ulla cauſa diſpenſans in aliqua conſtitutione per ſe non obligante ad peccatum mortale. Nam talis diſpenſatio poteſt eſſe contra bonum commune Religionis in re gravi, & conſequenter contra fidelitatem, & juſtitiam, ad quam prælatus tenetur ex officio; ergo ſimiliter tenetur ſub mortali non permittere gravem læſionem conſtitutionis etiam leviter obligantis.

784 Vtraq; propoſita ſententia mihi omninò non diſplicet, & ſecunda valde probabilis eſt, ſed magis arridet utranq; media aliat emperare, ſi dicamus Rectorem Academicũ nõ peccare graviter in permiſſione cujuſcunq; ſtatuti collabẽtis, ſed ſolũ illius, qui notabiliter conducit ad bonum cõmune, etiam ſi leviter obliget. Ratio eſt, quia ſtatutum illud permiſſum corruere ſolum facit materiam peccati gravis, aut levis in ordine ad læſionem gravem, aut levem boni cõmunis: ſed non omnis ruina cujuſcunque ſtatuti eſt gravis læſio boni communis, quia non omne ſtatutum notabiliter ad illud confert, v.g. ſtatutum captandi benevolentiam ſic, vel ſic: deinde ſunt multa ſtatuta leviter obligantia, quæ multum conferunt, v.g. ſtatuta quæ præcipiunt rigorem examinis; ergo Rector Academicus non in illis, ſed in his labentibus peccabit graviter.

Prælatus regulares permittẽs violari regulas. Confirmo hanc meam ſententiam, quia Rector Academicus, & quicunque ſæcularis magiſtratus non magis tenetur ad procurandam obſervantiam & cõſervationem legũ, ſeu ſtatutorum ſuorũ, quàm prælatus regularis ad obſervantiam, & conſervationẽ regularum ſuarũ tenendam: cum regularis pro ſuo perfectionis ſtatu ad aliquid amplius obligetur: ſed Eminentiſſ. Cardin. Lugo de juſtit. diſp. 9. ſect. 2. n. 22. agnoſcit levitatem materiæ, & conſequenter prælatum leviter peccantẽ in permiſſione alicujus regulæ collabentis, licèt nõ omnis; ergo à fortiori de prædicto non regulari id dicendum eſt. Appono ipſiſſima Verba Cardinalis pro ſolatio prælatorũ. ¶ Certum eſt (inquit) poſſe in hac materia, ſicut in alijs dari culpam venialem in Prælato ex levitate, & parvitate materiæ, v. g. gravis eſſet materia ſi ob Prælati negligentiam culpabilem regula aliqua magni ponderis abiret in deſuetudinem, qualis eſſet in ordine obſervanti regula prohibens ingreſſum in aliena cubicula: regula item ſtatuens lectionem librorum ſpiritualiũ in noſtra Societate, & fortaſſe etiam regula ſilentij, ubi ſũt multi religioſi juvenes ſcholaſtici. Quia hæ regulæ, & earum obſervantia ad magnum religionis ornamẽtum pertinere videtur. Parvitas verò materiæ eſſet, ſi hæc nõ ita frequenter, ſed aliquã do fieret, vel fortaſſe circa regulã aliquam, quæ non tam ad bonum ſpirituale, quàm ad gubernationem temporalẽ ordinatur, v.g. in noſtra Societate circa regulã, quæ ordinat infirmariũ ſubeſſe directioni præfecti ſanitatis, vel circa regulã, quæ ordinat, ſcholaſticos in cõmunib⁹ colloquijs uti Latina lingua, quæ magis videtur tẽdere ad profectũ in lingua Latina, quã ad profectum ſpirituale: quare quãdo ejuſmodi regularũ violatio nõ afferret notabile detrimẽtũ in ordine ad ſanitatẽ corporalẽ, nec in ordine ad profectũ in litteris, prout cõmuniter nõ videntur afferre, negligentia circa ejuſmodi regularum obſervantiam tuendam non facile judicanda eſſet in Prælato culpa gravis.

Fundamenta utriuſque illius ſententiæ ſupra poſitæ non diſſolvo: quia ſi rectè intelligãtur, & applicentur, utrique parti meæ ſentẽtiæ inſervire poſſunt.

QVÆSTIO II.

Qualiter obligetur Rector Academicus in ordine ad ſubditos ſtudioſos?

785 *Rectoris obligatio circa ſtudioſos.* CVm litterariũ Academiæ corp⁹ coaleſcat ex ſtudioſis ſive auditoribus, ſive profeſſoribus tanquã mẽbris præcipuis, præcipua Rectoris obligatio verſabitur circa illos, ut nempe in auditoribus ſcholaſtica ſervetur diſciplina, in profeſſoribus ſana floreat doctrina, & in utriſque litterarum

ſtudium,ſtatutorumque vigeat obſervãtia.Eric imprimis Rectoris cura non contemnenda, ut ſtudioſi omnes juxta ſuum privilegium,de quo ſupra à n.426.abſque ulla civium injuria honeſtè,& decenter hoſpitentur. De hac obligatione monetur Rector Academiæ Conimbricenſis lib.2.ſtatut.tit.20,§.6.Et quid in hac materia ſtatuere poſſit,ac debeat, præſcribitur eodẽ tit. 31.§.8.in hunc modum : ¶ Eſtando alguas caſas pejadas com quaeſquer peſſoas que ſejão, não ſẽdo proprias,poſto q̃ ſeja privilegiado de qualquer privilegio q̃ ſeja (não ſendo privilegiado da Vniverſidade)o apozẽtador por mandado doReitor lhas mandarà logo deſpejar: & dos taes mãdados não averá appellação,nẽ aggravo.E qualquer meirinho,ou alcaide da Vniverſidade,ou cidade,a q̃ o apozẽtador mandar deſpejar as taes caſas,ou outras,o cumprirà aſſi dẽtto em tres dias.E vindo alguẽ cõ embargos a não deſpejar,oReitor conheecerà delles,ou os remeterà aoCõſervador.Parũ diſcrepat ſtatutũ, quo de ſua obligatione , & poteſtate monetur Rector Eborenſis lib.1. Statut. cap.20.§.6.

Hoſpitatio ſtudioſorum.

¶ O Reitor quando lhe algum eſtudante, ou algũa peſſoa da Vniverſidade vier pedir caſas,verà pelo dito quaderno a qualidade das caſas,q̃ lhe pedem,ſe ſaõ convenientes pera a tal peſſoa,& lhas mãdarà dar. E eſtãdo as ditas caſas pejadas cõ quaeſqoer peſſoas(cõ tanto que não ſeja da meſma Vniverſidade)o apozẽtador da cidade por ordem do Reitor lhas mandarà logo deſpejar,ſem de ſeus mãdados aver appellação,nem aggravo. E qualquer meirinho, alcaide da dita cidade de Evora, a que o dito apozentador mandar deſpejar as ditas caſas, dentro de tres dias cumprirà em todo ſeus mandados. E vindo algũa peſſoa, ou peſſoas com embargos a não dar, ou deſpejar as ditas caſas, que o Reitor aſſi mandar dar, elle dito Reitor os remeterà ao Conſervador pera q̃ os deſpache como for juſtiça.Vide diplomata Cardinalis Hẽrici circa taxatores & hoſpitatores,& quid circa illos poſſit Rector,ad finẽ ſtat. f.175.

786 Cum verò Rector ſtudioſorũ omnium cõmodis pro communi bono invigilare debeat,illud ante omnia procurare tenetur , ut præceptores optimi regant cathedras , & ad eas optimè regẽdas ipſi prius optimis præceptis imbuãtur. Præceptoribus(inquit Pet.Greg.lib.13.Reip.c.12.n.23.)data præcepta, profutura sũt juvenib⁹,nõ ſec⁹,quàm pharmaca à medicis dãtur nutricibus, ut per illas lactẽtes curẽtur. Vnde magiſter nõ debet quis eſſe, ante quam ſit diſcipulus Cap. officij,de elect.& cap.cum in officium eod.Præceptores igitur (ait idem lib.18.cap.2. num.9.) eligi debent ſpeculorum inſtar , in quibus non ſit vitæ vel doctrinæ macula; quia in illis juvẽtus ſe metitur : ſeſeque cõponit. Et quidẽ ſatis pervulgatum eſt mores æquè ac doctrinã magiſtrorum transfundi in diſcipulos.Hinc fertur Alexander retinuiſſe ab intẽperato præceptore Leonide intẽperantiã. Seneca ob Neronis ſui depravatos mores detrahẽtiũ carpitur linguis. In Quintilianũ ſuorũ adoleſcẽtium libertas refertur,Plutarchus etiam criminatur Socratem, quòd in pupillũ ſuũ fuiſſet clemẽtior. Videatur Clem.Alexan. lib.1.pœdag.c.4. Polybius lib.2. Atheneus lib.12.cap.23. & citatus Tholoſanus lib.18. cap.2. num.1. & 9. Multum igitur Rectori enitendum eſt, ut ſuæ Academiæ ereandi præceptores ſint non ſolum doctrina præſtantes , ſed etiam vitæ integri , ſceleriſque puri. Ait enim Felinus in cap.cum contingat num.3. de reſcript. cui ſubſcribit Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 3. cap. 527. num.34. non ſufficere Doctorem eſſe excellentem , ſi non ſit timoratæ conſcientiæ . Deinde Pontifex Clem. 1. de Magiſtris monet Doctores tales debere aſſumi,qui ſciant, & valeant inſtruere. Nam magiſter primum moribus, deinde ſcientia alios debet antecellere. Gloſ.minus idoneus in cap.1.de officioſ.cuſtodis. Tales ergo oportet quòd Rector procuret in ſua Academia præceptores.

Magiſtri quales procurandi à Rectore.

787 Verùm quia Rectores,ſeu magiſtri ſunt fontes à quibus in auditores,& ab his in omnes alios derivatur ſana, vel inſana doctrina , & ex dictis ſatis perſpicuum manet , quantum Rector viribus omnibus debeat contendere, ut illi puri ac lucidi exiſtant: non levis difficultas ſuboritur , an ſit Rector conniveat , aut ſit negligens in opponendo ſe alicui ſuæ Academiæ magiſtro erranti contra fidem,ſeu docenti hæreſim, cẽſendus ſit hæreticorum fautor , & pro tali habendus, ac puniendus. Affirmativam reſolutionem deduco ex illa , quam tradit Baptiſta Fragoſus de regim. par.1. lib.1. diſp.2. §.7. num. 214. in hunc modum. Princeps,ac domini temporales, magiſtratuſque ſuperiores,ſi notabiliter ſint negligẽtes in extirpandis erroribus hæreticorum, fautores , & defenſores illorum dicendi ſunt , ſi commodè, ac ſine gravi damno ſuo, ſuorumq; poſſunt exterminare,& non exterminant. Loquitur enim etiã de magiſtratibus ſuperiorib⁹, inter quos unus præcipuus eſt Rector Academicus:imò cui plus quàm alij incũbit providere de puritate , & veritate doctrinæ. Illi enim alij ſunt magiſtratus in Republica politica, hic eſt magiſtratus in Republica litteraria , in qua omnis cura verſatur in doctrina addiſcenda,& docenda. Vnde finis proximus adæquatus Academiæ eſt in omni ſcientia , & ſapientia proficere.

Hæreticorũ fautor an ſit Rector diſſimulans errorem magiſtri.

788 Sumitur 1. reſolutio ex S. Pagina Num.25.ubi præcepit Dominus Moyſi ſuſpendere Principes populi, quòd fuerint negligentes in puniendo populum , quaſi in hoc conſentirent peccato populi. Tolle (inquit)

cunctos

Digitized by Google

Correctionis omiſſio.

„ cunctos Principes populi, & ſuſpende eos „ contra ſolem in patibulis, & auferatur furor „ meus ab Iſraël. Vbi Origen. homil. 20. ſuper „ Num. Populus (inquit) peccat, & principes „ ſuſpenduntur cõtra ſolẽ, ut arguãtur à luce: Ex quibus patet quã graviter delinquãt illi quibus cura aliorũ demãdata eſt, ſi ex negligentia illorũ ſcelera nõ impediant. Ad hæc Caſtr. lib. 1. de juſta punit. cap. 17. fol. 126. ubi tradit ex Damaſo „ eum, qui poteſt obviare improbis, & per- „ turbare perverſos, ſi non efficit, nihil aliud „ agere, quàm eorum impietati favere, nec ca- „ rere ſcrupulo impietatis occultæ, qui mani- „ feſto facinori deſinit obviare. Sumitur 2. ex jure canonico cap. 2. extra, de hæret. ubi Pegna in addition. ad Eymeric. in director. Inquiſit. p. 2. cõmen. 2. verſ. ſi de Epiſc. fol. 91. & cap. Error, „ diſt. 83. ibi: Error, cui nõ reſiſtitur, approba- tur. Accedit jus civile Authẽt. ſi vero C. de hæ- „ ret. ibi, Qui poteſt corripere, & nõ corripit, „ ipſe cõmittit. Nã ſi quis poſſit impedire actũ cõtradicẽdo, cũ poſſit cõmodè, & nõ impediat, ac diſſimulet tacẽdo, præſumitur cõsẽtire. Bart. in l. quæ dotis ff. de ſoluto matr. n. 13. Capua lib. deciſ. cap. 18. n. 20. verſ. qui habet juriſdictionẽ, & eſt ſecundùm jus cap. negligere 2. q. 7. & cap. qui poteſt 23. q. 3.

Fautor hæreticorum qui ſit.

789 Dicta procedunt de foro externo, quod nititur præſũptione: ut verò intelligatur, quãdo Rector, vel aliquis alius magiſtratus in foro interno ſit fautor hæreticorũ, pœnaſq; incurrat, duplex eſt cõmunis ſentẽtia, ſeu potiùs explicatio. Suar. de fide tra. 1. diſp. 24. ſect. 1. n. 7. cui ſubſcribunt Sayr. tom. 1. Theſauri lib. 3. cap. 5. n. 3. Toletus in Summa lib. 1. cap. 19. §. oportet, & Vgolin. de cenſur. v. receptores in 2. p. c. 1. n. 2. §. 1. dicit fautores eſſe, qui defendũt, vel recipiunt hæreticũ, dũmodò id faciant cum aliqua habitudine, ſeu relatione ad hæreſim, ſcilicet ut illi faveãt, vel eũ recipiant, aut defendãt, qui hæreticus eſt: ita ut non poſtuletur formalis intẽtio favẽdi illi, aut defendẽdi, & recipiẽdi illũ, qui hæreticus eſt, ſed ſufficiat præſtare homini favorẽ, qui advertẽter contra negotiũ fidei redũdet, etiãſi talis favor proveniat ex affectu humano, nẽpe ex amicitia dependẽtia, vel eventu aliquo. Alia via mitiori incedunt Sylveſt. v. hæreticus §. 1. num. 10. in fine, Caiet. in Sũma v. excommunicatio cap. 1. Aragon 2. 2. q. 11. a. 3. Sotus in 4. diſt. 22. q. 2. art. 3. Navarr. in Summa cap. 27. num. 55. Farinac. de hæreſi q. 82. §. 1. num. 12. & Sanch. lib. 2. Decal. cap. 101. num. 5. aſſerentes, ut aliquis verè & à parte rei, proindeque in foro interno dicatur fautor, vel receptor hæretici, non ſufficere, ut illum recipiat, defendat, aut illi favorem præſtet, ut eſt hæreticus materialiter, quia eſt conſanguineus, vel amicus, nempe propter conſanguinitatem, vel amicitiam, ſed oportere, ut defenſio, aut favor illi impendatur, quia hæreticus eſt. Vnde citatus Sanchez expreſſè docet non omes qui favent hæreticis incurrere excommunicationem Bullæ Cœnæ, ſed eos tantum qui formalem favendi hæreſi intentionem habent. De hoc tamen latè qui ex profeſſo tractant materiam fidei.

QVÆSTIO III.

Qualiter obligetur Rector Academicus in ordine ad ſubditos officiales?

790 CVm officiales Academiæ ſint ipſius membra, licèt minùs præcipua, & poſt ipſos ſtudioſos, ad cõſequẽdũ finẽ Reipublicæ litterariæ, ſi præcipua veluti primaria cura ac obligatio Rectoris debet tendere in ſtudioſos, de quibus præcedenti quæſtione, minùs præcipua & veluti ſecũdaria verſabitur circa officiales, præſertim in triplici eventu, nẽpe in eorũ creatione, in eorũ directione, ac in eorum, ſi opus fuerit, amotione. Eſt igitur prima difficultas, quales officiales Rector Academicus teneatur creare, ſeu eligere, quãdo ſe ſolo creat, vel cũ alijs habẽtibus votũ deciſivum eligit? Quid conferat ad reputandum aliquẽ dignum ad officia, & an probitas morum ita poſtuletur, ut ſtatus peccati mortalis ſemper indignum reddat, graviter diſcutiũt Sãnch. lib. 2. conſil. cap. 1. dub. 36. num. 6. & Vaſq. opuſc. de benef. cap. 2. §. 3. dub. 12. num. 93. cum alijs & benè reſoluunt attendendum eſſe ad qualitatem peccati, an ſit contrarium rectæ adminiſtrationi muneris: hæc enim oppoſitio & cõtrarietas ſola poteſt indignum reddere. Nam parum referret (ut notat Lugo de juſt. diſp. 34. n. 12.) ad electionẽ ducis, quòd ſuperbia tumeret, & duellum non recuſaret, quàmvis hæc ſcelera inter maxima referantur. *Officialium creatio & electio.*

791 Hoc poſito, dubitabis 1. quomodo peccet Rector (& idẽ eſt de quocũque poteſtẽ eligere, etiã Principe ſuprẽmo) eligens ad ſæculare officium ineptũ, ſeu indignũ? Reſpondeo peccare lethaliter cùm onere ſatiſfaciendi Reipublicæ pro dãnis, illi ex tali electione ſequutis. Ita Navar. in cap. ſi quando, de reſcrip. except. 16. n. 3. Sot. de juſt. lib. 3. q. 6. a. 4. Didac. Perez lib. 7. Ord. regul. tit. 2. l. 22. in prin. Filliuc. 2. p. tra. 28. c. 8. n. 127. Leſſius lib. 7. c. 32. dub. 3. n. 13. & Rebell. 1. p. de oblig. lib. 3. quæſt. 4. n. 14. concl. 7. Probatur, nam conſtituens in officio ineptum, ſeu Indignũ, nõ ſolum violat fidelitatẽ, quã debet Reipublicæ, ut eã debito modo adminiſtret, ſed etiam juſtitiam cõmutativam. Tenetur enim ex officio, & pacto tacito procurare Reipublicæ per miniſtros & officiales à ſe *Indigni electio.*

à ſe conſtitutos bonam adminiſtrationem, quã inepti gerere non poſſunt: item Reipublicæ commodo utiliter conſulere, & pericula detrimenti præcavere: quod nequaquam præſtabit ſi indignos officiales præficiat. Confirmatur ex communi principio, nam cauſa moralis influens in damnum ſequutum, violat juſtitiam commutativam, & tenetur ad reparandum tale damnum; ſed conſtituens in Republica indignos officiales, qui illi damnoſi ſunt, eſt cauſa moralis influens in damna, quæ ſequuntur; ergo violat juſtitiam commutativam, & tenetur ad damnorum reparationem. Extenditur reſolutio ad eum, qui eligit, quin poſitivè inquirat, & ſciat eſſe dignum. Eſt enim magnum periculum errandi, dum quilibet obvius eligitur. At ſi ſic electus forte dignus ſit, quanvis eligens peccaverit, ob periculum malè eligendi, cui ſe expoſuit, tamen reſtitutioni obnoxius nõ manet; quia nullum damnum intulit. Ex quo facilè intelligitur, quantum obligetur Rector ad præmittendam diligentiam circa probitatem, ſufficientiam, & dignitatem eligendorum, ne temerè, ac perperam eligat.

Dignioris electio.

792 Dubitabis 2. an Rector, & quicũque eligens ad officia ſæcularia, teneatur digniorem eligere? Partem affirmãtem abſolutè tuentur Turrian. diſp. 23. dub. 1. num. 6. Leſſius cap. 32. dub. 3. nu. 17. Valentia, Malderus, Rebell. & alij, quos citat, ac ſequitur Diana tom. 5. part. 2. tract. 1. reſol. 66. & tom. 3. tract. 4. reſol. 172. Partem negativam tenent Burgos de Paz proœ n. ad leges Tauri n. 175. Caietan. verbo electio officialis, Vaſquez citatus dub. 13. num. 97. & alij. Media via incedunt Salonius q. 63. a. 5. controv. 9. concl. 2. Ledeſma in Summa tom. 2. tract. 7. cap. 2. diff. 5. & Sanch. lib. 2. conſil. cap. 1. dub. 36. num. 9. diſtinguentes inter electorem unicum & electores multos, qui eligunt per ſuffragia, quaſi hi teneantur eligere ſemper digniorem, nõ ille, qui unicus eſt. Hanc tamen diſtinctionem tanquam excogitatam ſine fundamento impugnat Lugo de juſt. diſp. 34. num. 14. & quidem inter duas priores opiniones meritò affirmat parum eſſe diſcriminis in praxi, ſi ſano modo intelligantur, & elector eam obſervet regulam, ut ſemper eligat miniſtrum, ex quo nullum ſequatur inconveniens in communitate, cui ex fidelitate, & juſtitia proſpicere tenetur. Nam poſitis duobus, quorum unus eſt dignus, alter dignior, ſi ex electione digni nullum ſequitur inconveniens, quia nempe ille ſine detrimento communitatis aget ſuum munus, poteſt eligi prætermiſſo digniori; nam maior dignitas hujus, v. g. maior ſapientia per accidens ſe habet in tali caſu reſpectu talis communitatis.

Obſerva 1. cum Leſſio citato à num. 21. non ſufficere ad electionem, quòd aliquis ſit abſolutè idoneus, ſed requiri quòd ſit idoneus pro rerum præſenti ſtatu, v. g. ad tollendos abuſus, & declinanda mala impendentia. Obſerva 2. prædicta locum maximè habere in officijs maioris momenti, qualia ſunt omnia habentia annexam juriſdictionem, vel à quibus multum pendet Reſpublica, ut munus prǣſidis, ſecretarij, conſiliarij. In reliquis, etiam juxta primam ſententiam, non peccabit mortaliter ſupremus Princeps, & (ut credo) nec Rector Academicus, modò idoneis conferat. Ratio eſt, quia gravitas hujus peccati non conſiſtit in injuria illata dignioribus; ſed potiùs in quadam infidelitate commiſſa contra Rempublicam, & in quadam violatione juſtitiæ diſtributivæ, quæ non inſpicit rigoroſum jus.

Reſtitutio pro officio malè collato.

793 Dubitabis 3. qualiter ſe habeat, & quomodo implenda ſit obligatio reſtituendi ex electione indigni, vel minùs digni ad officia ſæcularia? Conſtat 1. electorem, qui vendidit officium pretio exceſſivo, teneri ad reddendum emptori exceſſum. Si autem hoc exceſſu talis elector ſeu venditor præbuit occaſionem, ut emptor turpi lucro ſibi pretium compenſaret, primo loco tenebitur emptor reſarcire damna illata ex mala adminiſtratione, ſecundo loco tenebitur venditor. Conſule Lugonem citatum à num. 44. Conſtat 2. quando datur electio indigni, inſurgere obligationem reſtituendi, ut ſupra oſtendimus. Sola eſt dubitatio, à quonam facienda reſtitutio ſit primo loco, ab electo, an ab electore? Vaſq. citatus num. 107. dicit faciendam eſſe ab electo utpote qui damna ipſa Reipublicæ intulit. Hoc tamen benè intelligit, & temperat Lugo diſp. 34. n. 40. ſi indignus culpabiliter ſe ingeſſit. Nam ſi bona fide putans ſe eſſe ſufficientem, ab obligatione reſtituendi excuſabitur, & totum onus manebit penes electorem.

Officiales per Rectorem corrigendi & continendi in officio.

794 Secunda difficultas eſt, ad quid teneatur Rector Academicus, ſeu quomodo obligetur pro directione ſuorum officialium? Ex illo generali principio, quòd Rector Academiæ, tanquam ipſius caput, teneatur conſulere toti illi corpori myſtico, & omnibus ipſius membris, ſatis manifeſtum eſt, obligari ad proſpiciendum officialibus, ut hi nempe ſuum munus impleant, & omnia pro tali exequendo munere condita ſtatuta obſervent. Si quid verò occurrat dignum animadverſione, ita ut oporteat injungi dictis officialibus præceptum aliquod, injungendum eſt. Cum enim (ut ſupponimus) detur cauſa rationabilis, vel neceſſitas ut imponatur, Rector habet poteſtatem directivam, cujus eſt verè obligare, ad imponendum. Et quidem hujuſmodi poteſtatis titulus duplex eſt, alter juramẽtum, quo ſe ad obediendum Rectori officiales obſtringunt, alter juriſdictio, quam à Pontifice, vel Principe Rector participatam habet. Explicatur quadam doctrina Suarij tom. 4. de Relig.

lig.tract.8.lib.2. cap.8. num.2. ubi aſſerit prælatum religioſum habere poteſtatem directivá ad præcipiendum ſubditis ex duplici titulo, alter eſt votum obedientiæ, quod religioſi omnes emittunt, alter juriſdictio Eccleſiaſtica, quam prælati participant à ſuo fonte, ideſt Põtifice. Sic igitur ſe habet in Rectore directiva poteſtas.

Præcepti impoſitio qualis.

795 Dubitabis, qualiter ſe gerere debeat Rector in præcepto imponẽdo, ut nempe ſit recta, & valida impoſitio? Suppono ſervandas eſſe omnes prudentiæ regulas, attentis circumſtantijs, ita ut detur ex parte materiæ honeſtas, & poſſibilitas. Nam deficiẽte ex parte circumſtantiarum prudentia, ſemper præcepti impoſitio erit illicita, deficiente ex parte materiæ honeſtate, vel poſſibilitate, ſemper erit invalida. Quid ſi deficiat conſultatio? Notandum eſt, præ:iſo jure poſitivo ſtatuẽte, ut Rector nihil præcipiat, niſi convocato concilio, & auditis conſultoribus, poſtulare rectam rationem, ut in imponendis præceptis de rebus magni ponderis, præſertim ſi impõnenda ſint pro tempore diuturno, & in ordine ad totam communitatem, vel magnam illius partem, Rector non niſi matura deliberatione procedat, & viros ætate graves, doctrinaque & morum probitate inſignes conſulat. Secus, quando ſtatuendum eſt de rebus levioris momenti, & præceptum uni vel alteri ad breve tempus injungendum. Si verò lex poſitiva v.g. ſtatutum Academicum decernat, ut Rector nũquam præceptum imponat, niſi auditis ſuis cõſiliarijs, tunc ſi præcipiat quin audiat, illicitè aget, utpote contra ſtatutum; an verò ſemper invalidè? Ex Suario citato num.7. ubi agit de ſimili in religionibus, obſervandum eſt, regimen Academicum poſſe eſſe vel purè monarchicum, ita ut Rector ſolus abſque alterius adminiculo ſtatuat, vel mixtum ex ariſtocratico, ita ut conſiliarij habeant ſuffragium definitivum, & totum illud concilium definitorium appellari poſſit. Si regimen ſe habeat poſteriori modo, planum eſt impoſitionem præcepti eſſe invalidam, ſi fiat à ſolo Rectore ſine conſultoribus. Quia tunc ſuffragatio conſentiens in præceptum imponendum eſt de ſubſtantia impoſitionis. Si regimen ſe habeat priori modo, evenire poteſt, ut tractatio rei coram conſiliarijs, ijſque auditis, poſtuletur tanquam forma ſubſtantialis, qua omiſſa actus evadat nullus, ut ſupra oſtendimus de Rectore Eborenſis Academiæ conferente officia. At ſi petitio conſilij ſolum requiratur, ut actus rectè fiat (& hoc modo præſumitur in dubio requiri quando vota ſunt conſultiva) præceptum validè imponitur à Rectore, proindeque obligat, quanvis Rector ſuos conſultores pro eo imponẽdo nec vocaverit, nec audiverit.

Officialium bonorum retentio.

796 Tertia difficultas eſt, quomodo teneatur Rector Academicus circa officiales retinendos, vel amovendos? Cum præcipua Rectoris cura & obligatio ſit bono publico conſulere, & bonum publicum Academiæ maximè pendeat à miniſtris & officialibus ſuum munus diligenter & integrè implẽtibus, æquè obligatur Rector ad procurandum, ut boni officiales permaneant in officio retenti, ſtipendijs, & honoribus aucti, atque ut mali amoveantur, ac puniantur. Primum ſuadet authoritas; nam Suetonius lib. 11. de duodecim Cæſaribus, optimi Principis eſſe ducebat non frequenter mutare, tum quia beneficium Principis ita debet eſſe diuturnum, ut nec paſſim, nec ad nutum tollatur Cap. decet, de regul. juris in 6. tum quia mutare officiales, in boni cõmunis detrimentum cedit, Gloſ. in cap. hinc eſt 16. q. 1. Guillel. in cap. Rayn. verbo duas habẽs filias num. 44. de teſtam. Vbi teſtatur in Gallia fuiſſe decretum à Ludovico XI. quòd officia perpetua forent, quaſi ex mutatione frequenti officialium magna incommoda ſequerentur. Hinc Tiberius Imperator (ut tradit idem proximè citatus author num. 41.) quibuſdam ſuadẽtibus officialium mutationem, Vidi (reſpondit) quendam muſcas ulceribus ægroti inſidentes fugare, quem ægrotus culpavit, dicens venturas fore alias ſitibundas ut ſugant, iſtas verò cum eſſent jam ſaturatæ, vix ego ſentiebam. Quo argumento ſatis expreſſit Imperator, Reipublicæ eſſe utilius officiales divites conſervare, quam expellere, & eorum loco ſubſtituere tenues, ac exiles, qui inſtar hirudinum ſugant Rempublicam, & excorient pauperes. Accedit ratio, quia multum confert Reipublicæ commodo peritia, experientia, & practica, qua pollent veteres officiales in expediendis negotijs: & è contra multum nocet novorum imperitia, ac defectus experientiæ. Igitur Rector, & ſimilis magiſtratus pro ſuo munere tenetur impenſè curare ne officiales abſque urgenti, & legitima cauſa à ſuis officijs amoveantur. Conſulatur Zavallos commun. contra commun. quæſt. 425. num. 14. Phæbus deciſ. 94. tom. 1. Valaſc. conſult. 72. num. 5. & Menoch. de arbitr. quæſt. 48.

Officialium malorum amotio.

797 Circa ſecundum de amovendis officialibus, qui ſuo muneri non ſatisfaciunt, certum eſt, ſicut peccant Principes, & quicunque alij habentes facultatem providendi, ſi publicis officijs præficiant miniſtros, quos ſciunt eſſe indignos ratione imperitiæ, vel improbitatis, cum violent leges naturales, & humanas, juxta quod habetur in cap. non eſt ſine culpa, de regul. juris in 6. ita peccare, ſi ubi primùm deprehendunt miniſtros eſſe indignos, eos ab officio, non amoveant, cum cõmodè & abſque periculo poſſint. Ita Navarr.

in Manuali cap.17.num.7. & Azor, quos citat, & ſequitur Fragoſus de regim. p.1.lib.1.diſp.2. §.3.num.149. Sumitur ex Authen. & judic. ſine quo quo, & Authen. de mand. princ. §.1. & in cap. ſi quando, de reſcript. excep.16.nu.3. apud Navarrum. Et quidem ſi non removeant, tenétur de damno, ſicut tenetur magiſtratus dando tutores, ſeu curatores minùs idoneos, ut docet Coſmas in proœm. prag. ſanct. verbo indignorum. Patet, quia malorum miniſtrorum electio culpa eſt, ſicut gravis etiam culpa eſt ſuſtinere miniſtros indignos l. ſi ſervus §. Proculus ad leg. Aquil. & hujuſmodi culpa eſt (ut ſupra oſtendimus) contra juſtitiam commutativam; ergo tam præficiendo, quàm ſuſtinendo, nec removendo peccant cum onere reparandi dāna illata. Evenire tamen poteſt, ut excuſentur à facienda tali amotione, ſi ex hac impendeát incommuda maioris momenti. Non enim tenentur Princeps reſciens miniſtros eſſe indignos, illos removere cum gravi ſuo incommodo: eo quòd non videtur ſuſcepiſſe regimen cum tanto onere. Ita Petrus Navar. de reſtitut. lic.3.c.4.p.1.lib.ult.num.123. Navarrus in Summa cap.17.num.18. Salon 2.2.q.7.contr.3. Covar. regula peccatum 2.p.num.5.§.3. Rebell. de oblig. juſt. 1.p. lib.2.q.14.ſect.8. num.58. Sotus de juſt.lib.4.q.7.a.3.fine, Filliuc. tom. 2.tract. 32.cap.3. num.71. Leſſius lib.2. cap.13. n.69. & alij, quos citat ac ſequitur citatus Fragoſus num.150.

QUÆSTIO IV.

Utrum Rector Academicus, ſive regularis, ſive ſæcularis teneatur ire ad Synodum Provincialem, vel diœceſanam, ſi Academia habeat annexas aliquas eccleſias ſitas in tali diœceſi, vel provincia?

Synodis an Rector ad eſſe teneatur.

798 Ratio dubitandi pro parte affirmativa eſt, quia talis Rector eſt prælatus, ſub cujus adminiſtratione, ſaltem in ordine ad providendum ſūt eccleſiæ, non aliter atque ſunt ſub adminiſtratione aliorum prælatorum, nempe Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, & Priorum: ſed omnes hi prælati ſcilicet Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, & Priores tenentur ire ad Synodum reſpectivè, tam Provincialem, quam diœceſanam; ergo etiam ad id tenebitur prædictus Rector Academicus.

Nihilominus ſtando in jure communi, negativa reſolutio, quæ procedit ſupponens Rectorem Academicum non habere curam perſonalem de illis eccleſijs annexis, ſed tantum illis providere per vicarios, omninò tenenda eſt. Hæc ſententia eſt de mente Abbatis antiqui in cap. quod ſuper his, de maiorit. & obedien. Abbatis Panormitani ad idem cap. §. in gloſ.1. verſ. Sed ſi Abbates, Ioannis Gaufredi in cap. Ex ore, num.4 de privil. Philippi Franc in cap. Vt Apoſtolicæ num. 3. de privileg. in 6. Iacobatij in tract. de concilio lib.2. art.2.4. Dubium fol.81. Henrici Bortei tract. de Synodo Epiſcopi 2.part.num.7. Turrecrematæ in cap. ſi ex laicis 10.q.1. & aliorum, qui unanimi conſenſu affirmant Abbates, & prælatos regulares exemptos, qui per ſeipſos non exercēt curam animarum in eccleſijs parochialibus, ſuis monaſterijs annexis, ſed per vicarios, non eſſe obligatos ire ad Synodum, quam convocat Ordinarius diœceſis, in qua tales Eccleſiæ ſuæ ſitæ ſunt.

Sumitur 1. ex authoritate negata juris Canonici, Cap. Epiſcopus, Cap. Decernimus diſt. 8. Cap. Adrianus II. diſt. 63. Cap. Convenientibus 1.q.7. Cap. Abbates 18. q.2. Cap. quod ſuper his de maiorit. & obedien. Cap. fin. de cauſa poſſeſſ. & propriet. Cap. ex ore, cap. quoniā per confeſſionem, de privil. Cap. Vt Apoſtolicæ eod. tit. in 6. Cap. nimis prava, de exceſſ. prælat. in Conſtitut. Leonis X. quæ incipit, Regimini univerſalis Eccleſiæ, & eſt decima ejuſdem Leonis in tomo 1. Bullarij Cherubini. Cū enim hæc (quantum potui deprehendere) ſint omnia loca juris, in quibus agitur de obligatione Abbatum, & Prælatorum, qua tenentur ire, vel non ire ad ſynodos tam provinciales, quàm diœceſanas, in nullo habetur expreſſè Abbates, & Prælatos regulares, qui habent eccleſias parochiales, vel curatas ſuis monaſterijs annexas, in quibus habent vicarios illarum curam gerentes, teneri ire ad ſynodum diœceſanam, vel provincialem celebrandam in loco, ubi talis eccleſia ſita eſt.

Prælati qui obligentur ire ad Synodos.

799 Sumitur 2. ex Tridentino ſeſſ. 24. cap. 2. de reform. in fine, ubi ſic habet: „ Synodi quoque diœceſanæ quotannis „ celebrentur: ad quas exempti etiam omnes, „ qui aliàs ceſſante exemptione, intereſſe deberent, nec Capitulis Generalibus ſubduntur, accedere teneantur: ratione tamen Parochialium, aut aliarum ſæcularium eccleſiarum, etiam annexarum, debeant ij, qui illarum curam gerunt, quicunque illi ſint, ſynodo intereſſe. Ex quibus verbis ſatis innoteſcit prædictam obligationem ſolum ab ſacroſancto œcumenico Concilio injunctam eſſe ijs Prælatis regularibus, qui curam gerunt de eccleſijs annexis. Et hæc eſt vulgariſſima, & communiſſima interpretatio Tridentini citati, quam ſequuntur Auguſt. Barb. de poteſt. Epiſc. p.3.

p.3. alleg. q.3. à num.5. Cucchus inſtitut. maior. juris Canon. lib.4. tit.10. num.58. Mauricius de Alzedo de præcellen. Epiſc. dign. 2.p. cap.1. n.28. Sanch. de Matrimon. lib. 8. diſp.17. num.33. Suar. de legib. lib.6. cap.15. num.8. & Salas de legib. diſp.8. ſect.15. num.77. & diſp.20. ſect.4. num.43. Imò eandem interpretationem tradit, & amplectitur Sacra Congregatio Cardinaliũ, quæ à Sede Apoſtolica habet authoritatem interpretandi decreta Tridentini, ut videre eſt apud Sellium in ſelectis canonicis, & Auguſtinum Barb. in collectaneis Bullarij, aliarumve Summorum Pontificum conſtitutionum, nec non præcipuarum deciſionum, quæ ab Apoſtolica Sede, & Sacris Congregationibus S. R. E. Cardinalium uſque ad annum 1634. verbo Synodus, ubi idem Barb. pag. 649. ad medium habet hæc concepta verba. Synodo (inquit) diœceſanæ intereſſe non tenetur Abbas Monachus, cujus Eccleſiæ, vel monaſterio imminet cura animarum, ſi illi deſervire faciat per Vicarium ſæcularem ab Epiſcopo approbatum; quia ſufficit mittere dictum Vicarium, cum curam per ſe ipſum exerceat. Sacra Congregatio concilij, teſte Sellio in ſelectis Canonicis. Hactenus Barboſ. ex quibus ſatis manifeſtè infertur nullum Rectorem abſolutè, qui curam animarum per ſe ipſum non gerit, teneri adeſſe Synodo. Quia quando invenitur totaliter eadem ratio, procedit eadem juris diſpoſitio, ut eſt cõmune Theologorum, ac Iuriſtarum apud Suarium de legib. lib.6. cap.5. num.16. Simonem Vaz Barboſam in principijs juris lit. R. o.6. & Auguſt. Barb. tract. de axiom. juris axiom. 197. n.3. ubi multos citant.

800 Sumitur 3. ex ratione, quia ceſſante cauſa principali finali ceſſat effectus, ut eſt communis, & recepta ſententia, quam cum Bartolo, Baldo, Oldrado, Guillielmo Durante, & Abbate docet Bertachinus 1. parte Repert. verſu Cauſa finalis, & cum Butrione, Angelo, Sylveſtro, Tiraquello, Azorio, & Emman. Roterico tenet Sanch. lib.4. Decal. cap.2. num.42. & cum Ancharrano, & Everardo, Tuſcho, & Mantica ſentit Barb. citatus axiom.40. num.5. atqui ceſſat principalis cauſa finalis prædictæ obligationis in Rectore Academico; ergo non tenetur hic ad Synodum. Maior & conſequentia procedunt. Minor ſuadetur, nam principalis finis celebrandi Synodos eſt ad reformandos mores, corrigendos abuſus & exceſſus, componendas controverſias, reparandas eccleſias, ac denique ſtatuendum de omnibus pertinentibus ad ſalutem animarum, ut rectè deducitur ex Cap.2. de reform. Ad talem autem finem parum aut nihil conducit aſſiſtentia Rectoris Academici, ſicut Abbatum, aut prælatorum regularium, qui nõ per ſe ipſos, ſed per vicarios; attendunt curæ animarum: tales enim, cum ignorent mores

Cauſa finalis ſi ceſſet.

parochianorum, regimen, & ſtatum eccleſiarum, nequeũt rationem de illis in Synodo reddere; ac conſulere pro damnis reparandis, vel commodis promovendis. Id enim ſatis præſtabitur per Vicarios, qui attendunt curæ animarum in dictis eccleſijs, & ideo eas probè cognitas habent. Ex hac ratione facilè diluitur ratio dubitandi pro parte affirmativa, quam poſuimus num.798. & innoteſcit diſparitas inter Epiſcopos, & Abbates, & alios qui tenentur ire ad Synodum, & noſtros qui non tenentur ire: illi enim attendunt curæ animarum in ſuis eccleſijs, noſtri autem non ita.

801 Hactenus de jure communi eximente à prædicta obligatione Rectores Academicos, & quoſcunque prælatos, qui per ſe ipſos non gerunt curam animarum. Quid de Rectore Eborenſis Academiæ, & quocunque alio Rectore Societatis in Collegio, cui annexæ ſunt aliquæ Eccleſiæ? Præter exceptionem inculcatam jure communi; habetne illam etiam ſpeciali jure privilegiario? Affirmativa reſolutio vera omnino eſt, pro qua probãda ſupponendum eſt 1. omnem poteſtatem, qua pollent Ordinarij, duabus legibus contineri, quarum altera dicitur lex juriſdictionis, altera lex diœceſana, ut ſumitur ex cap. Dilectus, de officio ordinar. & Suario de legib. lib. 4. cap.20. num.3. Vtriuſque legis explicatio ſtatim patebit. Supponendum 2. poteſtatem convocandi Synodum, ſive diœceſanam, ſive provincialem ſpectare ad legem juriſdictionis, ut reſolvunt Auditores Rotæ Romanæ in deciſ. 619. num.2. in novitet noviſſimis apud Farinacium, & Canoniſtæ ad cap. Conquerente, de officio ordin. ubi Hoſtienſis num.12. & ad cap. Dilectus citatum, ubi Ancharranus num.2. Zabarella num.3. Panorm. num.4. Probatur, quia juxta commune Iuriſtarum lex juriſdictionis Epiſcopalis eſt illa quæ conſiſtit in agendo gubernando, ſeu miniſtrando, lex autem diœceſana eſt ea quæ conſiſtit in recipiẽdo, ideſt quæ ſtatuit de his, quæ ſunt conferenda Epiſcopo, qualo eſt Synodaticum &c.

Iuriſdictionis lex.

Diœceſana lex.

802 His ſuppoſitis, probatur reſolutio; convocare Synodum eſt actus proprius, imò propriiſſimus juriſdictionis Epiſcopalis, ut oſtenſum manet: ſed omnes religioſi Societatis Ieſu ſpeciali jure privilegiario ſunt exempti ab omni omnino juriſdictione Ordinariorum, ſcilicet Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, Primatum, & Patriarcharum; uno excepto Summo Pontifice; ergo ſunt immunes à convocatione Synodi. Minor ſuadetur, allatis privilegijs exemptionis, quæ Summi Pontifices immediatè conceſſerunt Societatis hominibus. Imprimis illam conceſſit Paulus III. in Bulla, quæ incipit, Licèt debitum, quam afferunt Emman. Roter. in ſua nova Collectione privilegiorum, & Laertius Cherubinus tom.1.

Exemptio Societatis ab Ordinarijs.

Digitized by Google

tom.1. Bullarij, ubi eſt Bulla 48.ejuſdem Pauli:
„ nam §.3.ita habet: Ipſamque Societatem,&
„ univerſos illius ſocios,& perſonas,illorum-
„ que bona quæcunque,ab omni ſuperiorita-
„ te, juriſdictione correctione quorumcun-
„ que Ordinariorum eximimus,& liberamus,
„ & ſub noſtra, & præfatæ Sedis protectione
„ ſuſcipimus. Hác poſtea exemptionem Gregorius XIII. decrevit comprehendere etiam religioſos Societatis, qui ſolemniter profeſſi non ſunt, eoſque eximit de novo per Bullam, quæ incipit, Aſcendente Domino, quam affert Cherubinus tom.2. Bullarij, ubi eſt Bulla 89. ejuſdem Gregorij. Hæc omnia confirmavit,& roboravit Gregorius XIV.per Bullam,quæ incipit Eccleſiæ Catholicæ, quam affert citatus Cherubinus tom. 2. ubi Bulla eſt 10. ejuſdem Pontificis.Item Paulus V. motu proprio, & ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis approbavit, confirmavit, & de novo conceſſit eandem exemptionem, & quaſcunque alias Societati conceſſas,etiam per communicationem, in Bulla quæ incipit Quantum religio, quæ affertur inter litteras Apoſtolicas conceſſas Societati à pag.311. uſque ad pag.327. ubi hujuſmodi confirmatio, & nova conceſſio habetur pag.319. & 320. Et quidem religioſos Societatis habere pleniſſimam exemptionem à juriſdictione Ordinariorum per Bullas relatas, affirmant expreſſe Henriq.lib.7.cap.24.num.2. Sanch.lib.6.conſil.tom.2.cap.9.dub.1. num.11. & 12. Emman. Roter.tom.2.qq.regul.q.64.a.3. Ioſephus de Aldrete in tract. qui inſcribitur Iuris allegatio pro omnimoda Societatis Ieſu, ac regularium ab Ordinarij Hiſpalenſis juriſdictione libertate, & exemptione, Alphonſus Caſarrubios, & Hieronymus Sorbus, quos citat, ac ſequitur Eraſmus de Chokier tractat.de juriſdictione Ordinarij in exemptos to.1. p. 1. q.17.n.11.

Exēptio a ſynodis eſſe mendicātibus.

803 Confirmatur eadem reſolutio in ſpecie,de exemptione obligationis eundi ad Synodos. Nam religioſi Societatis Ieſu participāt exemptiones & privilegia omnium religionum mendicantium,& non mendicantium,eiſque omnibus fruuntur,tanquam ipſis ſpecialiter ac nominatim conceſſis,ut cōſtat ex Bulla Pij V. quæ incipit Dum indefeſſæ,quam affert Cherubinus tom.2. & eſt Bulla 131.ejuſdem Pij,& ex Bulla Gregorij XIII. quæ incipit Decet Romanum, & eſt in libro noſtræ Inſtitutionis,& privilegiorum à pag.137.uſque ad 147.At qui varijs Religionibus Mendicantibus, & aliquibus non mendicantibus conceſſa eſt exemptio eundi ad Synodos; ergo hæc cōmunicatur hominibus Societatis. Quod attinet ad mendicantes, eam conceſſit Patribus Dominicanis Gregorius XI.in Bulla, quæ incipit Virtute conſpicuos, quam affert Cherubinus tom.1. Bullarij, & eſt Bulla 7.ejuſdem Pon-
„ tificis,ibi §.27.Vniverſis autem Eccleſiarum
„ prælatis, & alijs Inhibemus, ne compellere
„ vos ad Synodos,vel convocationes ſuas ac-
„ cedere &c.præſumant. Eandem exemptionem ijſdem pene verbis conceſſerat Clemens IV. Franciſcanis in Bulla, quæ etiam incipit Virtute Conſpicuos, quam affert idem Cherubinus tom.1.& eſt Bulla 4.ejuſdem Clementis. Eandem prius conceſſerat Innocentius IV. Auguſtinianis in Bulla quæ incipit Religioſam vitam, & eſt inſerta in Mari magno eorundem religioſorum, quod affert Emman. Roter. in Bullario regularium. Eandem conceſſit Sixtus IV. Carmelitis, ut conſtat ex Bulla 38.num.35. ejuſdem Sixti in eodem Bullario. Eandem impendit Iulius II. Minimis in Bulla quæ incipit Virtute conſpicuos, quam affert idem Rotericus in ſuo Bullario, ubi eſt Bulla 26. ejuſdem Iulij,ut conſtat ex num.28.ejuſdem Bullæ. Accedit quod plus eſt, eandem exemptionem fuiſſe conceſſam religioſis mendicantibus per Gregorium IX.in privilegio quod eſt inſertum in corpore juris, Cap. Nimis prava,de exceſſ. Prælat. Et quamvis nobiles Canoniſtæ, Innocentius,Hoſtienſis, Abbas, Butrio, & Collectarius exiſtiment conceſſionem illam ſoli Dominicanis,& Franciſcanis eſſe factam, rectius judicat Suar.de leg.lib.4.cap.20.num 8.factam fuiſſe omnibus, & ſolum exempli gratia ibi nominari Prædicatores. Quidquid tamen ſit: hæc diverſitas ſentiendi parum refert ad noſtrum intentum.Quia Societas participat à quolibet ordine mendicante.

Exēptio non mendicātiū a Synodis.

804 Quod attinet ad non mendicantes, etiam quibuſdam prædicta exemptio,ut cogi nequeant ire ad Synodos,conceſſa fuit per Pontifices. Alexander IV. eam conceſſit Camaldulenſibus in Bulla, quæ eſt 11. ejuſdem Alexandri, & affertur à Cherubino tom.1. Bullarij. Eandem conceſſit Leo X. in Bulla, quæ incipit Etſi à ſummo allata per dictum Cherubinum tom.1.& eſt 2.ejuſdem Leonis. Vrbanus VI. conceſſit Fratribus Servis B.Mariæ omnimodam exemptionem à Synodis in Bulla, quæ incipit Sacroſancta Romana, allata per Cherubinum tom.1. & eſt 2.ejuſdem
„ Vrbani. Nam in §.1.ita habet: Nec non à
„ Synodalis, & ulterius cujuſvis evacatione,
„ omnium, & ſingulorum Patriarcharum,Ar-
„ chiepiſcoporum,Epiſcoporum, & quorum-
„ libet aliorum judicum Ordinariorum, de
„ ſpeciali dono gratiæ plenariè eximimus, &
„ totaliter liberamus. Eandem exemptionem contulit Eugenius IV, Religioſis Benedictinis Congregationis S. Iuſtinæ in Bulla quæ incipit Etſi ex debito, quam affert Emman.Rotericus in Bullario regularium, & eſt Bulla 7.ejuſdem Eugenij. Eandem tribuit Sixtus IV. Canonicis regularibus Congregationis Lateranenſis in Bulla quæ incipit Dum ad

uni-

Digitized by Google

univerſos allata per Cherubinum tom.1. & eſt Bulla 10. ejuſdem Sixti. Eandem Iulius II. conceſſit religioſis B. Mariæ de monte Oliveti, in Bulla quæ incipit Etſi ad univerſos, quæ eſt 12. ejuſdem Iulij in Bullario Cherubini tom.1. Tãdem idem Pontifex eandem iiſdem verbis impendit Canonicis regularibus Congregationis S. Salvatoris, in Bulla, quæ incipit Inter cæteros, & eſt 30. ejuſdem Iulij apud citatum Cherubinum.

Communicatio in privilegijs.

805 Quod verò hujuſmodi exemptiones conceſſæ mendicantibus, & nõ mendicantibus communicentur Rectori Societatis etiam habenti collegium, cui eccleſiæ ſunt annexæ, ſuadetur, quia debuerunt communicari eo modo, & ea latitudine, qua fuerunt conceſſæ prædictis regularibus: atqui fuerunt conceſſæ illis tam habentibus, quàm non habentibus Eccleſias annexas ſuis monaſterijs; ergo ſic ſunt communicatæ. Minor conſtat 1. ex verbis ampliſſimis conceſſionum, quæ modò expendere non eſt otium. Conſtat 2. ex illo juris axiomate inter Theologos, & Iuriſtas celebertimo, quod multis exornat Auguſt. Barb. tract. de axiomat. axiom. 123. n.1. ſcilicet Indefinita æquipollet univerſali: Pontifices autem quando concedunt prædictas exemptiones regularibus, loquuntur per propoſitiones indefinitas, ac proinde univerſaliter comprehendentes. Conſtat 3. ex alio axiomate, quod affert citatus Barboſa ibidem multis textibus, & authoribus ſtabilitum, & ita habet: Vbi lex (privilegium eſt lex privata) non diſtinguit, neque nos diſtinguere debemus. Pontifices autem concedentes, ſeu condentes legem privilegiatiam, non fecerunt diſtinctionem inter regulares, ſive haberent, ſive non haberent eccleſias annexas ſuis monaſterijs.

Privilegiorum revocatio.

806 Nihilominus contra propoſitam, & probatam reſolutionem, oppones 1. Privilegia omnia, quæ hactenus retulimus collata mendicantibus & non mendicantibus, videntur eſſe revocata per quandam cõſtitutionem Leonis X. quæ incipit Regimini univerſalis Eccleſiæ edita anno 1515. & habetur in Concilio ultimo Lateranenſi ſeſſ. 10. & cum facta ſit poſt omnes relatas exemptiones, ſtatuit omnes exemptos debere ire ad Synodos diœceſanas, & provinciales, & addit (Privilegio, ac conſuetudine quacunque contraria nõ obſtantibus.) Reſpondeo 1. negando aſſumptum, quia Leo X. per illam Conſtitutionem non intendit ad Synodos obligare prælatos regulares exemptos, qui non habent eccleſias parochiales annexas, vel ſi habent, curam illarum non gerunt, niſi per Vicarios: ſed illos ſolum, qui curam eccleſiarum gerunt. Et hæc interpretatio eſt conformis decreto Tridẽtini, quod attuli, & expoſui ſupra n. 799. Reſpondeo 2. ſaltem privilegium, quod conceſſit mendicantibus Gregorius X. de quo ſupra num. 803. non fuiſſe revocatum per Leonem X. quia ut ibi oſtendi, eſt inſertum corpore juris Cap. nimis prava, de exceſſ. prælat. & privilegium hujuſmodi non poteſt revocari clauſula ſimplici, (Non obſtante quocunque privilegio) qualem continet Bulla Leonis, ſed requirit clauſulam fortiorem, in qua v.g. addatur etiam inſerto in corpore juris, aut aliã æquipollẽtẽ, ut eſt cõmunis Theologorum, ac Iuriſtarum ſententia, quã cum multis citatis defendunt Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſ. 40. num. 25. Vitalis de Cambanis tract. clauſular. fol. 4. col. 2. Sanch. conſil. tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 19. num. 20. Gironda tr. de explicat. privil. num. 327. Barb. tract. de clauſulis clauſ. 83. nu. 1. Salas de legib. diſp. 17. ſect. 14. num. 73. Fr. Laurentius de Portel in dubijs regular. verbo Privilegium n. 67. & Stephanus Gratian. diſcep. foren. tract. 3. cap. 421. num. 15. Reſpondeo 3. quanvis demus clauſulam Leonis X. revocaſſe, & extinxiſſe dictas omnes exemptiones, adhuc in Rectore Societatis perſeverare exemptionem à Synodis, ex vi Bullarum Gregorij XIII. Gregorij XIV. & Pauli V. quas adduxi ſupra num. 802. in quibus Pontifices motu proprio, & ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis confirmant omnia, & ſingula privilegia conceſſa Societati Ieſu per quoſcũque Pontifices etiam per communicationem privilegiorum, additis non obſtantijs ampliſſimis: & Paulus V. non ſolum confirmavit, & innovavit, ſed etiam de novo conceſſit iiſdem clauſulis, & non obſtantijs etiam amplioribus.

Clauſula revocatoria.

Privilegij vis.

807 Oppones 2. ex ijs quæ reſoluta manent nu. 798. ſcilicet Rectorem Academicum, etiam ſi ſit Rector Societatis, nõ eſſe obligatum ire ad Synodos, ſtando in jure communi, ſatis apertè arguitur eandem exemptionem non habere jure privilegiario, cõtra id quod hactenus dictum eſt. Probatur, quia nemo petit privilegium ut eximatur ab obligatione, qua non ligatur: eſt enim privilegium, ut ex nominis ethymologia, & doctrina Theologorum ſumitur, beneficium ſpeciale datum ad eximendum à lege communi; ſi igitur quis lege communi, ex vi ipſius non ligatur, fruſtra erit privilegium ad eximendum à tali lege. Reſpondeo verum quidem eſſe privilegia communiter peti, & concedi ad liberandum ac eximendum ab obligationibus legum communium, quibus ligantur omnes, quanvis nonnunquam peti poſſint, ac ſoleant ad tollendos ſcrupulos, ac dubitationes, quæ ſuboriuntur, atque adeo ad maiorem tranquillitatem, & ſecuritatem illius, qui aliunde à tali lege communi ſaltem probabiliter exemptus eſt, ut rectè docent Suar. de legibus lib. 8. cap. 1. num. 6. fine. Azor tom. 1. lib. 5, cap. 23. quæſt. 3. Emman. Rodericus qq. regul. tom. 1. q. 7. art. 1.

Salas

Salas de legibus diſp,17.ſect.5. §.Dices, & Bonacina tom.2.de legib. diſp.1.q.3. punct.4.§.1. Satis enim eſt ut privilegium ſit beneficiũ ſpeciale,quod operetur de novo illam tranquillitatem, & ſecuritatem.

QUÆSTIO V.

An Rector Academicus, præſertim ſi ſit Rector Societatis Ieſu,teneatur ad Synodaticum?

808 EXpedita quæſtione; qua deciſum eſt omnes Rectores Academicos, præcipuè eos qui fuerunt regulares mendicantes, eſſe immunes ab onere eundi ad Synodos, ſi eccleſias Academiæ, aut monaſterijs annexas non curent per ſe ipſos, proximum eſt diſcutere, an ijdem ſaltem obligentur ad ſolvendum Synodaticum? Supponendum

Synodaticum, & Cathedraticum quid ſit. eſt 1. Synodaticum, quod alio nomine Cathedraticum appellatur, eſſe Canonicam quãdam portionem, ſeu cenſum duorum ſolidorum, quem jure communi ſolvunt parochi, & curiones Epiſcopis, & alijs Ordinarijs in honorẽ Cathedræ principalis, & in ſignum ſubjectionis,unde vocatur Cathedraticum, & quia mos eſt illud ſolvere in Synodo, quando celebratur,etiam Synodaticum dici cõſuevit. Ita Gloſ. in caput Conquerente verbo Duos ſolidos,de officio ordin. ubi Innocent. num.3. Hoſtienſ. num.12.Butrio verſ. Eãdem, S. Antonin.3.parte tit.20.cap.2.§.10. Henric.Botteus tract.de Synodo Epiſc. 3.p. num.77. Hugo Seleſtadienſis tract.de officio quatuor prælat.2.p.n.5. Steph. Gratian. diſcep.foren. tom.4. cap.620. num.1. Riccius in praxi aurea fori Eccleſiaſt. reſol.182. & Barboſ. de poteſt. Epiſc.3.p. alleg.56. nu.40. Supponendum eſt 2. quæſtionem procedere tum ſpectato præcisè jure communi, tum etiam attento jure ſpeciali, ſeu privilegijs, atque adeo continere duas difficultates ſeorſim expediendas.

Synodaticum an ſolvendum. 809 Prima difficultas eſt, an prædicti Rectores tam ſæculares, quàm regulares mendicantes, ſpectato jure communi, ſint immunes à ſolvendo Synodatico? Partem affirmativam quoad Rectores regulares defendit Hugucio quidam ex primis interpretibus Iuris Gratiani, quem refert, ac ſequitur Cardin. Turrecremata in cap. Si ex laicis adinn. 10.q.1. quatenus uterque affirmat monaſteria exempta habere exemptionem à Synodatico. Fundatur, quia exemptio à lege diœceſana, ad quam ſpectat Synodaticum,& conceditur monaſterijs Cap. inter cætera 10. q. 3. & cap. cum præ utilitate 16. q.1.& cap. quàm ſit 18.q.2. non conceditur illis, quia non habent populum, ſed favore religionis, qui favor etiam habet locum in monaſterijs habentibus eccleſias annexas
„ cum populo non exempto. Nunquid ergo
„ (inquit Turrecremata) minùs operabitur
„ favor religionis,ubi plures labores ſuſtinẽ-
„ tur, cujuſmodi eſt monaſterium habens po-
„ pulum: Certè non ſecundùm Hugucionem.
Ergo abſolutè videntur ſentire etiam Rectores, quorum collegia habent annexas eccleſias cum populo, eſſe immunes à ſolvendo Synodatico, ſicut alios, quorum collegia non habẽt tales eccleſias.

Nihilominus partem negativam amplectimur cum communi interpretum ad cap. Conquerente,de officio Ordinat. ubi Ancharran. Butrio, Zabarella, Panorm. & Immola. Eãdem ſequimur cum Henrico Botteo de Synodo Epiſcop.3.p.n.86. Azorio tom.2.lib.9.cap.14.q. 6.§.2.& Barboſa de jure Eccleſiaſtico univerſo lib.3.cap.21.n.51. Sumitur ex Clementina 1.de
„ cenſib. ubi Clemens V. ita ait: Cum ſit na-
„ turæ conſonum, illos non recuſare onera,
„ qui rerum commoda complectuntur: hac in
„ perpetuum valitura cõſtitutione ſancimus,
„ ut Religioſi quicunque pro monaſterijs, &
„ & eccleſijs, quæ ad eos quocunque ſunt ti-
„ tulo devoluta, procurationes, ac jura Epiſ-
„ copalia,& alia præſtari pro ipſis, antequam
„ ad eos perveniſſent, ſolita promptè ſolvere
„ ſtudeant: niſi forſan Sedis Apoſtolicæ privi-
„ legio, exemptione, vel alia cauſa legitima
„ ab his ſe valeant excuſare. Privilegia verò,
„ ſeu exemptiones hujuſmodi ad monaſteria,
„ ſeu eccleſias,quæ ad eos obvenire cõtinget,
„ in poſterum volumus non extendi. Vbi ſub illis verbis (jura Epiſcopalia) cõtinentur ea quæ Epiſcopis, & Ordinarijs ratione eccleſiarum ſolui ſolent, inter quæ numeratur Synodaticũ. Quòd verò ſub nomine jurium Epiſcopalium veniat dictum Synodaticum, ſeu Cathedraticum, ſumitur ex cap. Conquerente, dè officio Ordinat. Vbi interpretes communiter, Gloſſa verbo Canonicam, Hoſtien.n.15. Anchar.n.1. Zabarella n.2. Panorm. num.2. Immola num.5. Quia juxta unanimem interpretum cõſenſum in dicto cap. Conquerente Honorius III. ad inſtantiam cujuſdam procuratoris Ordinis S. Benedicti declarat quænam ſint jura Epiſcopalia, inter quæ recenſet Synodaticum. Obſervãdum tamen eſt Clemen. 1. citata noſtram reſolutionem procedere de illis tantum eccleſijs annexis, quæ antequam annecterentur monaſterijs, ſolvebant Synodaticum. Quia voluit Pontifex, ut cum tali onere ad monaſteria tranſirent, ne fieret devolutio cum præjudicio Ordinariorum. Et ex hoc manet diſſolutum fundamentum partis affirmativæ oppoſitæ.

810 Secunda difficultas eſt, Vtrum attento jure ſpeciali, ſeu privilegijs, Recto-

Exēptio ſpecialis non ſolvēdi Synodaticum.

Rectores Societatis, quorum Collegijs annexæ ſunt prædictæ eccleſiæ, ſint immunes à ſolvēdo Synodatico? Affirmativa reſolutio, quæ omninò vera, & tenenda eſt, ſumitur 1. ex privilegio Põtificio, quod religioſis hoſpitalis Hieroſolymitani S. Ioãnis, ſeu Meliterſibus, vulgo Maltezes, contuletũr motu proprio, ex certa ſciẽtia, & de plenitudine poteſtatis varij Pontifices, ut ſcilicet illi, vel eorũ vicarij tenerentur ſolvere jura ſynodalia propter eccleſias parochiales unitas, vel annexas ſuis hoſpitalibus, aut conventibus. Id enim cõtulit Pius IV. in Bulla, quæ incipit circunſpecta, expedita anno 1560. allata per Cherubinum tom. 2. & eſt Bulla 9. ejuſdem Pontificis. Cum verò nonnulli Ordinarij, & parochi, capta occaſione ex quibuſdam decretis Tridentini malè intellectis, tentarent cogere Synodaticum, ſubſidium, & charitativum ſolvere prædictos Meltẽſes, Pius V. motu proprio, & ex certa ſcientia, & de plenitudine Apoſtolicæ poteſtatis, cõfirmavit prædictã exẽptionẽ, quã Melitẽſes habebãt non ſolvẽdi Synodaticũ, & quæcũq; jura ſynodalia, eiq; omne robur, & firmitatẽ impẽdit in Bulla quæ incipit, Etſi cuncta, allata per Cherubinum tom. 2. & eſt 77. ejuſdem Pij. Et in tali Bulla fit mentio quòd jam alij Pontifices prædeceſſores, ſcilicet Leo X. Clemens VII. Paulus III. & Pius IV. eãdem immunitatem prædictis conceſſerant. Idẽ poſtea declaravit, & confirmavit Sixtus V. in Bulla, quæ incipit Etſi ex noſtri, allata per Emman. Rot. in Bullario regular. & eſt 18. ejuſdem Pontificis. Idem Gregorius XIV. in Bulla quæ incipit Quanta Chriſtianæ allata per Cherubinum in tom. 2. eſtque 5. ejuſdem Papæ. Idem tandem Urbanus VIII. in Bulla quæ incipit Univerſalis Eccleſiæ quæ eſt 15. ejuſdem Urbani in tom. 4. Bullarij Romani impreſſi anno 1638. Et ne quid deeſſet ad obſiſtendum volentibus extorquere Synodaticum à prædictis Melitenſibus, obtenta eſt declaratio S. Congregationis Cardinal. interpret. ſacroſ. Concilij Tridentini facta 4. Decembris anno 1640. & ita habet: „ Ad ſolutionem Cathedratici Synodatici, ſeu charitativi ſubſidij, non „ tenentur, neque compelli poſſunt S. Ioannis „ Hieroſolymitani, ſive eorum Vicarij in parochialibus Religioni prædictæ unitis. Affertur per Auguſt. Barb. in collect. ad Tridentinũ Impreſſum Lugduni anno 1634. ſeſſ. 24. cap. 3. de reform. n. 43.

Synodatici ſolvēdi immunitas.

811 Sumitur 2. ex ſimili, vel potiùs æquali privilegio, quod circa exemptionem à Synodatico Pius IV. conceſſit Fratribus hoſpitalis Hieroſolymitani D. Lazari, in Bulla, quæ incipit Inter aſſiduas allata per Cherubinum tom. 2. & eſt 95. ejuſdem Pij, in §. 52. Deinde Pius V. in Bulla 28. §. 15. allata per eundem Laertium Cherubin. tom. 2. cum revocaret, & temperaret aliquas exemptiones conceſſas à Pio IV. dictis Fratribus, hãc immunitatem à ſolutione jurium Synodalium nõ revocavit, imò §. 74. apponit notabiles clauſulas, ut pro revocata nõ habeatur. Cũ verò homines Societatis Ieſu participẽt omnia mendicantiũ, & non mendicantiũ privilegia, ut ſupra oſtẽdi, ſequitur habere prædictam exemptionem.

Sumitur 3. ex duplici Bulla, quam Pius V. conceſſit omnibus regularibus mendicantibus omnimodam exemptionem ab omnibus oneribus, etiam quæ illis debuerant obvenire à beneficijs unitis ſuis monaſterijs. Altera Bulla incipit Etſi mendicantium expedita anno 1567. Affertur à Cherubino tom. 2. Bullar. & eſt 41. ejuſdem Pij, affertur etiam ab Emman. Roter. in Bullario regular. & eſt 7. ejuſdem Pontificis. Altera incipit Dum ad uberes, affertur ab eodem Cherubino tom. 2. & eſt 11. ejuſdem Pij V. affertur etiam ab Emman. Rot. in qq. regul. tom. 1. q. 68. a. 4. Sumitur 4. ſpecialiter ex privilegio, quod Societati Ieſu conceſſit Pius IV. ne tenerentur ſolvere onera ordinaria ex quibuſcunque bonis Eccleſiaſticis, quæ eſſent unita, vel in poſterum unienda Collegijs Societatis. Habetur in Bulla, quæ incipit Exponi nobis allata per Emman. Roter. in Bullario regular. & eſt ibi 5. ejuſdem Pontificis. Eandem exemptionem confirmavit, ac roboravit, varijs non obſtantijs Gregorius XIII. in Bulla, quæ incipit Paſtoralis officij vera, expedita anno 1578 allata per Cherubinum tom. 2. Bullarij, & eſt Bulla 15. ejuſdem Gregorij.

812 Oppones 1. talis ratio ob quam Rectores Societatis videntur liberari à ſolvendo Synodatico, Cathedratico, ſeu charitativo eſt multiplex privilegium, quod attulimus, & habet Societas vel mediatè per cõmunicationem, vel per ſe & immediatè; atqui hujuſmodi privilegia videntur eſſe nullius vigoris, ut ſumitur ex Clem. 1. de cenſibus, quam citavimus ſupra num. 109. in qua cum præcipiatur ſolutio hujuſmodi Synodatici, adjungitur, „ Privilegia verò, ſeu exẽptiones hujuſmodi „ ad monaſteria, ſeu eccleſias, quæ ad eos obvenire cõtigerit, In poſterũ volumus nõ ex„ tendi. Quibus verbis tollitur, ſeu impeditur vis privilegiorum in poſterum; ergo Rectores Societatis non liberantur à tali obligatione. Reſpondetur negando minorem: quia verba Clementinæ aliter intelligenda ſunt: nõ enim voluit Clemens V. privilegia, & exemptiones in poſterum concedendas religioſis non extẽdi ad prædictas eccleſias; ſiquidẽ nequivit ſibi, & ſuis ſucceſſoribus ligare manus ad privilegiandũ, & eximẽdũ: ſed ſolũ voluit privilegia & exemptiones non ſolvẽdi Synodaticũ cõceſſas religioſis ante dictam Clementinam, non extendi ad eccleſias ſuis monaſterijs in poſterũ uniendas. Et hæc eſt vera, ac communis inter-

pretatio, quàm ad Clementinæ citatæ locum afferunt Gloſ. Zabatella n.2. verſu Quarto opnes, Petrus Anchatan. n.4. Ioan. de Imola n.8. Bonifacius de Vitalinijs n.45. qui citât Lapum, Paulum, & alios.

Privilegium cum præiudicio tertij.

813 Oppones 2. Si Rectores Societatis haberent privilegiũ, ſeu exẽptionem non ſolvendi Synodaticum, eſſet, quia per cõmunicationem fruerentur exẽptionib⁹, quæ fuerũt conceſſæ Fratribus Hoſpitalis Hieroſolymitani tam B. Ioannis, quam D. Lazari, ut oſtenſum eſt num. 811. & 815. ſed non fruuntur, quia non datur extenſio, neque communicatio privilegiorum, quando intervenit notabile præjudicium tertiæ perſonæ, v. g. in privilegio, ſeu exemptione non ſolvendi decimas, vel quartam funeralem, ubi datur notabile præjudicium parochorum: & fundatur hæc doctrina in alia receptiſſima Iuriſtarum, & Theologorum affirmantium conceſſionẽ Principis, quæ fit verbis generalibus, & cedit in detrimentum tertij, reſtringendam eſſe. Cum ergo privilegium non ſolvendi ſynodaticum cedat in præjudicium Ordinariorum, non communicatur religioſis Societatis, utpote habentibus prædictam communicationem per verba generalia Pontificum.

Reſpondetur 1. noſtram reſolutionem non eſſe totaliter, & adæquatè fundatam in communicatione privilegiorum: quia licèt non daretur talis communicatio, adhuc Rectores noſtræ Societatis fruerentur prædicta exemptione, tum ex Bulla Pij V. à nobis citata num. 811. qua illam concedit omnibus mendicantibus, inter quos numerantur religioſi Societatis, tum præcipuè ex ſpeciali conceſſione, quam Pius IV. fecit nominatim, & immediatè noſtræ Societatis religioſis, de qua eodem n. 811.

Communicatio privilegiorũ.

Reſpondetur 2. quanvis demus noſtræ reſolutionis adæquatum fundamentum eſſe communicationem privilegiorum, eam ſufficere. Quia habemus cõmunicationem privilegiorum à Pontificibus Pio V. & Gregor. XIII. per clauſulas fortiſſimas, & prægnantiſſimas, quibus accedũt variæ deciſiones Rotæ Romanæ, & authores graviſſimi aſſerentes in ſimili dari cõmunicationem exẽptionum à ſolvendis decimis, & quartis funeralibus, quanvis tales exemptiones cedant in notabili præjudicium parochorũ. Imprimis eſt deciſio Rotæ Romanæ quam ad extenſum refert Barboſa tract. de officio Epiſcop. 3. par. alleg. 86. à num. 16. & ejuſdem meminit Bonacina tom. 2. de cõtract. diſp. 3. q. 22. punct. 2. ubi deciditur exemptionem à ſolvendo quartam funeralem, cõmunicari inter religiones, quæ habẽt cõmunicationem privilegiorum. Idem de alijs exemptionibus afferentibus præjudicium tertio, ſtatuitur deciſione 166. centuriæ 2. in noviter noviſſimis apud Farinacium pag. 79. & deciſ. 17. centur. 7. & deciſ. 30. ejuſdem centur. pag. 403. & 404. in impreſſis Lugduni anno 1617. Ita ſentiunt collectores privilegiorum, quatenus in compẽdijs eorum ponunt exemptiones ſolvendi decimas, quartas funerales, & ſimiles ſolum habitas per communicationem. Ita etiam ſentiunt authores communiter Antonius Cordubenſis in annot. ad compen. Minorum verbo Cõmunicatio in fine, Emman. Rot. to. 2. qq. regul. q. 45. a. 4. §. Sed dices, Ioannes de Cruz in epitome de ſtatu religionis lib. 2. cap. 9. dub. 4. Villalobos in 2. p. Summæ tract. 30. diff. 7. num. 8. §. Lo quinto, Ludovicus de Miranda in Manuali prælat. regul. to. 2. q. 48. a. 6. Gabriel Pereyra in deciſion. ſupremi Senatus Luſit. deciſ. 91. n. 10. Barb. & Bonac. ſupra citati.

814 His poſitis, ut objectioni categoricè ſatisfiat, dicimus verum quidẽ eſſe, quòd ſub cõmunicatione privilegiorũ, & exemptionum non veniant exemptiones ſolvendi decimas, quartam funeralem, ſynodaticum, & ſimiles, quæ cedunt in notabile præjudicium tertij, quando illa communicationis conceſſio fit per verba generalia, & ſimplicia; ſecùs quando fit per clauſulas efficaces, & habentes vim ſpecialis & individuæ expreſſionis, ac mentionis de privilegijs cadentibus in damnum tertij, quales habet conceſſio communicationis facta Societati Ieſu per Piũ V. & Gregor. XIII. in Bullis à nobis ſupra relatis, quas modò non eſt otium expendere. Accedit 1. quòd communicatio exemptionum, utplurimùm intelligi debeat de cedentibus in præjudicium tertij, ſiquidem exemptiones ex natura ſua alicui præjudiciales ſunt: unde non ſemper requiritur expreſſa mentio de tali præjudicio, ut videre eſt apud Stephanum Gratian. diſcep. forenſ. tom. 3. capit. 458. num. 7. & cap. 548. num. 15. & cap. 599. num. 11. & Eraſmum Chokier de juriſd. Ordin. in exemptos tom. 1. 4. p. q. 106. Accedit 2. cõmunis Theologorum, & Iuriſtarum ſententia affirmãtium privilegia, & exemptiones conceſſas regularibus interpretandas eſſe latè. Quanvis enim alia privilegia, quæ tertio præjudicant, ſtrictè debeant interpretari, non ita privilegia, quæ conferuntur regularibus. Quia tunc prævalet favor religionis, & illa æquiparantur juri communi. Nam ſumma ratio eſt, quæ pro religione facit, ut ait Vlpian. in leg. ſunt perſonæ ff. de religioſ. & ſumpt. funer. Ita tenent Henriq. lib. 7. cap. 22. num. 3. Suar. de legib. lib. 8. cap. 27. num. 7. Sanch. de matrim. lib. 8. diſp. 1. num. 13. & tom. 2. conſil. lib. 6. cap. 9. dub. 1. n. 40. Azor to. 1. lib. 5. c. 13. q. 2. Emman. Rot. qq. regul. tract. 1. q. 64. a. 2. §. Solus, Salas de leg. diſp. 17. ſect. 6. fine, Villalobos 1. p. Summæ trac. 2. diſp. 44. n. 1.

Exẽptio in damnũ tertij.

& 2,

Digitized by Google

& 2. part. tract. 35. diffic. 3. num. 9. Laurent. de Porcell. in addit. ad dubia regul. verbo Votum num. 103. Layman. lib. 4. tract. 4. cap. 25. 5. dixi, & Bonacina de legib. tom. 2. disput. 1. pun. 7. §. 1. num. 5.

LIBER VI

DE CANCELLARIO ET GYMNASIARCHA ACADEMIÆ.

815 ABSOLVTO libro 5. in quo primum, ac præcipuum magiſtratum Academiæ, ſcilicet Rectorem expreſſimus, quâ dignitate conſpicuus, quâ Poteſtate & juriſdictione pollens, quibuſque obligationibus obſtrictus: ut reliquos magiſtratus Academicos proſequamur, Rectori proximus eſt Cancellarius, quem pone ſequitur Gymnaſiarcha. De utroque nobis in hoc libro 6. ſermo erit, ut videamus utriuſque dignitatem, poteſtatem, & obligationes.

DISPVTATIO I.

De dignitate Cancellarij.

PRO explicando plenè Cancellariam, ſeu Cancellarij munere, antequam moveam quæſtiones de illius poteſtate, juriſdictione, & obligationibus, expediendæ nobis eſt dignitas, quâ fulget: imprimis quale ejuſdem exordium: deinde quantus ſplendor: tandem quibus ſubjaceat difficultatibus, quæ quidem omnes expediemur.

QUÆSTIO I.

Unde dicatur Cancellarius: & quænam ſit ejuſdem dignitas, & officium?

ANtequam, quoad priorẽ quæſtionis partem, aggrediar explicatũ hujus vocis (Cancellarius) ſciat curioſus Lector, de illius origine, & ethymologia fusè tractaſſe Octavianũ Veſtr. lib. de Romanæ aulæ actione & moribus, Azoriũ p. 2. lib. 6. c. 37. Cujacium in paratith. C. de aſſeſſ. domeſt. & cancel. jud. Petr. Greg. lib. 15. Syntag. cap. 19. Challanæum in Catal. gloriæ p. 7. conſid. 7. Guidonem Papam q. 436. n. 39. Boerium de poteſtate magni conſilij n. 10. Guillel. in cap. Raynunclus, verbo, Et uxorem deciſ. 2. n. 193. Menoch. de arbitr. caſu 68. n. 7. n. & 12. Perez l. 1. tit. 4. lib. 2. Ordin. pag. 125. & Emman. Barboſam in remiſſ. ad lib. 1. Ordin. ad titul. 2. do Chanceller mòr, qui authores multa etiam afferunt de Cancellarij officio, & præeminentia.

816 Cum vero hæc vox (Cancellarius) derivetur à verbo Cancellare, quod verſatur circa materiam obliterandi, ſeu delendi ſcripturam; ut inferiùs melius innoteſcat tam hujuſmodi vox, quàm officium, & dignitas, prænotandum eſt ex ijs, quæ tradidimus in noſtro Elucidario à num. 518. in jure valde affinia eſſe hæc verba Cancellare, Inducere, Superinducere, Circunducere litteram, Diſpungere, Expungere, Subpunctare. Expediam ſingula. Cancellare apud Latinos eſt eradere, delere, expungere. Deduci videtur verbum hoc à cancellis, in quibus ut tranſverſa nectuntur ligna, ita cùm ſcripta expungenda ſunt, tranſverſo calamo lineæ inducuntur: quòd propriè dicitur Illinere, vel Allinere. Vnde in jure Cancellare eſt ſcripta tranſductis lineis inſtar cancellorum delere. Gloſſ. ad l. ſi quis libertatem ff. de petit. hæred. Ex quo non apparet diſcrimen inter Cancellare & inducere, præterea, quia utrunque verbum pro eodem accipit Vlpian. l. Cancellaverat ff. de ijs, quæ in teſtam. delen. Vbi ſic habet: Cancellaverat autem quis teſtamentũ, vel induxerat. Idem Vlpian. l. 1. ſub eod. tit.

Cancellare quid.

Inducere quod cancellare.

Quæ in teſtamento legi poſſunt, ea inconſultò deleta, vel inducta nihilominùs valent, cóſultò non valent. Hinc inductio pro abolitione, & litura l. 1. §. & ideo ff. de ijs quæ in teſtam. delan. Nam juxta Alex. Scot. Verbo eodem, Inducere præter alios ſenſus, quos habet plures, ſignificat etiam expungere, & cancellare, hoc eſt tranſverſo calamo quod ſcriptum erat, delere. Supe. inducere eſt inductum, & cancellarum inducere, ſeu cancellare. Vnde derivatur Superinductio, de qua fit mentio l. 1. & ideo ff. de ijs quæ in teſtam. delen. Circúducere litteram eſt eam circúducta linea dánare, & ſic differt à Cancellare. Subpunctare litteram eſt eã damnare punctis ſuppoſitis: ut quando littera ſuperflua inferiùs punctatur. Diſpungere eſt tranſverſo calamo rationem cancellare. l. cognoſcere ff. de verb. ſignific. Vbi habetur Diſpungere eſt conferre accepta, & data; addit Accurſius, & ex ea collatione cancellare quod redditum, vel expenſum invenitur. Hinc diſpunctio pro ipſa rationis cancellatura. Vlpian. l. cum plures ff. de bonis author. jud. poſſ. Eandem ſignificationem habet expungere, quam diſpungere tam in jure l. in omnibus ff. de diverſ. tempor. quam apud Plautum in Ciſtell. Nunc (inquit) quod reliquum reſtat, volo perſolvere, ut expungatur nomen, ne quid debeamus. Hinc expunctus miles, qui è numeris exemptus eſt. l. penult. ff. de re milit. Dicuntur expunctæ rationes, cum ultima manus calculo, & diſpunctioni impoſita eſt, l. in omnibus ff. de diverſ. præſcripſ. Sumitur liturare pro cancellare, & expungere. Vnde litura eſt ſuperinductio, complanatio; & fit, cum ſuperinducto atramento, aliove liquore ſcripturam, vel picturam deſtruimus. De litura fit mentio in l. 1. §. ex ideo ff. de ijs quæ in teſtam.

Diſpungere quid.

817 Expoſita ſic ubertim ſignificatione, & ethymologia verbi Cancellare cum omnibus aliqualem affinitatem habétibus, proclive erit exponere nomen, dignitatem, & officium Cancellarij. Igitur Cancellarius, qui alio nomine Archigrãmateus, in curia tam ſæculàri, quàm Eccleſiaſtica celebratur, Apud Vopiſcum in Catino extat mentio hujus nominis: Præfectũ (inquit) Vrbi unũ ex Cácellarijs ſuis fecit. Quanvis legat Hottomanus, ex ancillarijs, quo nomine deſignantur miniſtri lenocinij, ac libidinis. Nomen Cancellarij tempore Romanorum Imperatorum videlicet Theodoſij, Arcadij, & Honorij introductum videtur, ut colligitur ex l. nemo, l. conſiliarios, l. nulli C. de aſſeſſor. Quidquid verò Durantius de titibus Eccleſ. lib. 1. cap. 15. hujus nominis ethymologiam auguretur à cancris, res aliter ſe habet. Nam Cancellarij (ut narrat Cujacius ſupra citatus) erant officiales judicum à ſecretis, ſic dicti quòd ſcribendis, & expediendis epiſtolis, juſſionibus, edictis, relationibus, reſponſis, & ſententijs judicũ operam dabant, loco quodam, qui erat proximus conſiſtorio, vel ſecretario judicum, clauſus reticulis, ſive cancellis, vulgo Gelozias. Ita Cujacius, addens eos qui à ſecretis principum erant, notarios, & tribunos: qui à ſecretis judicum, cancellarios appellari. Accedit Hotomanus de verbis juris. Cancellarius (inquit) qui actuarius: inde ducto nomine, quod ejus officina, ideſt cellula, in qua ſcribere conſuevit, cancellis munita ſit: unde tit. lib. C. 1. de aſſeſſoribus, & domeſticis, & Cancellarijs judicum. Nam cum actuarij officina libellis, ſive chartulis ſit referta, & frequentes habeat interventores, neque ab illorum colloquio prohibetur, & ab amittendarum chartarum periculo abeſt. Alij apud Azorium parte 2. lib. 5. cap. 37. quæſt. 1. exiſtimant Cancellarium eſſe dictum, quod preces, ſupplicéſque libellos, omniaque reſcripta, quibus Princeps ſubſcribere nolebat, cancellabat: ideſt lineis cancellatim ductis expungebat, & delebat.

Cancellarius unde dictus.

818 Ex dictis facilè expedietur altera quæſtionis pars de Cancellarij dignitate & officio. Imprimis ſi habeamus rationem antiquitatis, multis ante retro ſæculis, Cancellarij, & ſcribæ munus idem fuit. Et quidem Æmilius Probus lib. 3. teſtatur, apud Romanos Scribas mercenarios fuiſſe, apud Græcos maiori dignatione, ne ad id officiũ admiſſos, niſi honeſto loco natos, hominéſq; probatæ fidei, & induſtriæ: cum neceſſe fuerit omnium conſiliorum eos eſſe participes. Scribarum ordo (inquit Sigonius lib. 2. de jure Rom. cap. 9.) qui olim vilior, mox honeſtior habitus, eo tandem excrevit, adeoque dilatatus eſt, ut fuerit in decurias deſcriptus. In præcitatis legibus Accurſius pro Cãcellarijs notarios interpretatur. Notarij (inquit Azor citatus) propriè dicebantur, tempore etiam Imperatorum, qui excipiẽtes verba dictantis per notas, & cumpẽdia ſcribant, ut innuit Paulus in l. Lucius Titius ff. de militari teſtamen. Apud Suetonium in Galba cap. 5. notarij notis quibuſdam, & compendijs dictionum, ſyllabarum, & litterarum aliquid breviter perſtringere, non omnibus litteris integrum perſcribere ſolebát. Erat etiam fere idem (ut ſupra diximus) Cancellarij & actuarij munus. Sic etiam Imperatorum tempore inductum eſt nomen actuariorum, quorum meminere Imperatores l. Actuarij, & l. penult. Cod. de erogat. militar. anno. lib. 12. & l. Actuarios Cod. de numerarijs, actuarijs, & chartulatijs, eod. lib. Porro actuarij etant actorum ſcriptores, ſive cuſtodes, quorum erat ratiocinia pertractare. Extat etiã titulus in Cod. lib. 12. de Primicerio, Secundicerio, & notarijs. Et quidem Princeps nota-

Cancellarij officium antiquum.

Scribarum munus.

notariorum apud Lampridium in Alexandro, & Ammianum lib. 25. item Primicerius notariorum apud Marianam in Cod. præfecturæ is erat qui nunc vocatur Cancellarius.

Cācellarij munus in hac ætate 819 Cæterùm munus, ſeu officium Cancellarij, quod olim ſuo in exordio parùm à ſcriba, ſeu tabellione diſtabat, temporum decurſu magnum incrementum cepit, tum ratione dignitatis, ſeu præeminentiæ, tum ratione muneris, ſeu officij quod exercet tanquam proximus & immediatus delegatus ſupremi Principis tam Eccleſiaſtici, quàm ſæcularis, ſive in Republica Eccleſiaſtica, ſive in politica, ſive in lit teraria. Cancellarius (inquit Chaſſanæus p. 7. conſ. 7.) primum à Regia majeſtate in juſtitia diſtribuenda obtinet magiſtratum, & à cancellando dictum. Officium ejus eſt reſcripta, & privilegia per Regem conceſſa, aut concedenda regio ſigillo munire: ſed apud ſe eſt, quod priuſquam eo muniantur, corrigit, & cancellat. Vnde Polycrates initio ſui libri commendat Cancellariū hoc epigrammate.

Hic eſt qui leges regni cancellat iniquas,
Et mandata pij Principis æqua facit.
Si quid obeſt populis, aut legibus eſt inimicū,
Quidquid obeſt, per eū deſinit eſſe nocēs.

Budæus in ſuis annotat. in titul. ff. de officin præf. prætor. dicit Cancellarium poſſe vocari præfectum prætorio, & eum magiſtratum, qui loco Dictatoris eſt: & inter alia affirmat primas Cancellarij partes eſſe, videre ut nulla Principis conſtitutio, nulla ſanctio, nullum diploma, nullum reſcriptum, nulli codicilli regij non è Republica, atque etiam è Reipublicæ dignitate procedant: eum eſſe Cancellarium, cujus cenſuræ, aut ſtylo Principum majeſtas acta ſua eximi nunquam voluerit: denique qui Principis præſentis Vicarius, & peregrè agentis, interrex quodammodo cenſeatur jure: item appellari poſſit nomophylax, ideſt legum præſidium, juris aſylum (id quod de Papiniano quondam dictum eſt) morum, inſtitutorumque ara, æqui bonique columen: atque etiam eſſe debeat id quod compellit credere conſenſus fere hominum, inſtitutumque quoddam quaſi per manus traditum, caput eum, ac verticem juſtitiæ appellantium.

Quæſtor Cancellarius. 820 Ex dictis veriſimile eſt quod tradit Lucas de Pen. in l. neminem C. de Decurion. lib. 10. & ſubſcribit G. Bened. in ſua Rep. c. Rayn. in Gloſ. & uxorem nomine Adelaſiam in 2. deciſ. vet. habemus pariter n. 485. ſcilicet Cancellariū modò eſſe, qui olim dicebatur Quæſtor, ut habetur in Gloſ. Vniverſos C. de diverſis reſcriptis. Et quòd ſaltem in Gallia Cancellarius ſit loco quæſtoris, ſumitur ex l. præcipimus C. de appel. juxta Gloſ. verbo Quæſtor, & ex l. 2. C. de petit. bonor. ſublat. lib. 10. & l. fin. C. de diver. reſcrip. ubi Gloſ. & tex. in Auth. ut divinæ quoque juſſiones collat. 8. Erat autem Quæſtoris officium, ut teſtatur idē Lucas de Pen. in d. l. 2. C. de petit. bon. ſublatis, decretare petitiones, ſicut & Logotheta in regno: Quæſtor enim petitiones ſignabat, & in eis ſe ſubſcribebat: unde archigrammateus, ideſt ſcribarum Princeps dicebatur, & eſt qui modò Cancellarius dicitur. Beroardus author eſt eū eſſe, quem nominant auxiliarium Principis, vulgo Eſcrivão da puridade, & eſt juxta Bald. in d. l. 2. in 3. notab. qui tanquam illuſtris ad latus Principis ſedere debet.

Cācellarij Academici munus. 821 Hactenus de nomine, dignitate, & munere Cancellarij in tota ſua latitudine, prout ſimpliciter & abſolùtè reſpicit Vicariatū, ſeu delegationem ſupremi Principis, in ordine ad univerſam Rēpublicā: quæ dignitas, & officium patebit ampliùs ex dicendis ſequenti quæſtione. Modò pro Cancellario Academico, illud paucis tradit Alphonſus de Eſcobar cap. 30. nempe Cancellarij Academiæ munus præcipuè conſiſtere in conferendis gradibus Doctoratus, Magiſterij, ac ſimilibus. Cū enim poteſtas doctorandi Supremo Principi de jure competat, ut ex profeſſo oſtendemus ſequenti diſputatione, expeditio graduum cōſequenter ſpectabit ad Vicarium Principis, qui Cancellarius eſt. Sicut enim Cancellarius regni apud aliquas nationes eſt Vicarius Principis pro toto regno, & abſolutus expeditor privilegiorum, ita Cancellarius Academicus, eſt Vicarius Principis pro Academia, atque adeo expeditor, ſeu in executione collator privilegiorum, quæ ſunt in Academia præcipua, qualia Doctoratuum, & Magiſteriorum gradus. Hinc eſt (infert Eſcobar citatus num. 13. pro Academia Salmanticenſi) quòd Cancellarius noſter, dum gradus confert, Cancellarij Pontificij, & Regij vices gerat, indeque Cancellarius appelletur. Quæ omnia (inquit) comprobat Bulla ipſa Pontificia, qua Scholæ Magiſter Cancellarius creatus eſt, quæ fuit conceſſa à Ioanne 22. inſtante Rege Alphonſo XI. Rectoreque & concilio Academico, qua ei datur poteſtas ad conferendos gradus Doctoratus, Magiſterij, & Licenciaturæ in omnibus ſcientijs. Hæc Eſcobar, ex quibus eum arguo non caſte fuiſſe loquutum, cum dixit Cancellarium Academicum gerere vices Cancellarij Pontificij, & Regij. Rectiùs diceret eum gerere vices Pontificis, & Regis: ſiquidem talis Cancellarius Pontificis, & Regis Vicarius eſt in tali ordine, ſcilicet litterario, ut conſtat ex ipſa Bulla, per quam Pontifex illi immediatè poteſtatem graduandi impendit. *Vicarius Principis eſt Cancellarius.*

(?)

QVÆSTIO II.

Quo ſplendore fulgeat, & qua ſublimitate emineat dignitas Cancellarij.

822 QVaovis ex præcedentibus multũ lucis colligat ſplẽdor,quo Cancellarij dignitas effulget, adhuc tamen nonnulla obſervabimus, ut quis poſſit deprehendere, quantum hujuſmodi munus, ſuis quidem natalibus,& rudimentis exiguum, ac tenue,decurſu temporũ excreverit,interque omnes Reipublicæ magiſtratus incredibili fulgore ſplenduerit. Et quidem non certo,ac præfinito loco, ſed in univerſo pene terrarum orbe,ut teſte Eſcobar num.7.vix ſit imperium, cujus non primum dignitatis faſtigium occupet. Nam in Curia Romana(inquit)Cancellarius Pontificis, ut plurimùm Cardinalis eſt, & expeditioni, ac ſigillo privilegiorum, ac litterarum omnium Pontificalium præeſt. Ita Octavi. Veſtr. lib.1.cap.4.à num.1. Azot p.2.lib.3. cap.37.q.5.Onufr.Panui.& alij. In Gallia verò Cancellarius eſt inſtar Præfecti prætorio, & Vicarius Principis præſentis, eoque peregrè profecto,interrex,ſeu vicem Regis agens. Denique apud Hiſpanos Principes ab Alphonſi Sapientis tempore probant hiſtoriæ Cancellarium fere idem dignitatis culmen obtinuiſſe: ipſeque Alphonſus l.4. tit.9.p.2. Aulæ regiæ officia explicans, poſt Capellanum maiorem, quem ſacrorum ratione præfert, ſtatim primo loco Cancellarium proponit. Conſtat etiam, teſte Mariana de rebus Hiſpaniæ lib. 13. cap.3. ad annos 1213. Alphonſum IX. Caſtellæ Regem Cancellarium regium creaſſe Rodericum Ximenez præſulem Toletanum,ejuſque in dignitate Archiepiſcopali ſucceſſores in perpetuum. Ex quibus(ut omittam Britanniam,& alias nobiliſſimas regiones) patet quàm latè fuſéque diffuſis per totam Europam radijs Cancellarij dignitas fulſerit.

Cancellarij præclara dignitas.

823 Verùm ut ampliùs innoteſcat, neceſſe erit ſcrutari illius antiquitatem,munus,locum,nomen multiplex,& pro tanto quærendo munere requiſita:denique viros præclaros, qui in omni fere ætate Cancellariatum geſſere. Inprimis eſſe hujuſmodi magiſtratum antiquiſſimum, apparet ex vetuſtis monumentis. Nam Budæus ſupra citatus comperit anno 1511. Stephanum quendam Cancellarium diplomati ſubſcripſiſſe à Ludovico Rege cognomento Craſſo,quod fuerat indultum monachis Divi Dionyſij: Et,ut teſtatur,multo antiquius legit diploma Caroli cujuſdam, in „ quo hæc verba addita erãt: Ganzelinus no„ tarius vice Rogerij Archiepiſcopi, ſummi„ que Cancellarij recognovit indictione 8. „ an,28. regnante Carolo Rege glorioſo. Videtur fuiſſe Carolus ille Magnus anno 1157. Idem citatus Budæus deprehendit etiam Hugonem quendam Cancellarium ſubſcripſiſſe diplomati cuidam,quo Ludovicus cognomento Pius jus Regalium antiſtiti Aurelienſi remiſit, quatenus ad elegantiorem ſupellectilem, & inſtrumentorum Epiſcopalium fundorum attineret. Denique quendam affert Bartholomæũ anno 147.ejuſdem generis beneficio principali ſubſcripſiſſe.

Cancell. ejus antiquitas.

824 Deinde magnopere ſe prodit hujus dignitatis fulgor ex munere, ſeu officio, quod latè expoſuimus quæſtione ſuperiori, in quo ſe gerit Cancellarius tãquam ſupremi Principis Vicarius, juſtitiæ etiam à Principe malè diſtributæ, & non obſervatæ corrector: qui præpoſitus adjutorio Principis, ſicut fuit Ioſeph tempore Pharaonis in Ægypto Geneſ.41. qui vice Principis creat præſides, & alios magiſtratus,Auth. ut judices ſine quoquo ſuffragio poſt prin. coll.2.Creat item proconſules,& Rectores conſulares Cod.de offic. præf. præt.Africæ l.1. Denique, ut uno verbo dicam, tanta eſt ſublimitas, & ſplendor hujus dignitatis,tantaque authoritas hujus magiſtratus, ut ejus cenſorio ſupercilio etiam ſuprema tam Imperatoria, quàm regia majeſtas ſubjaceat. Vide hæc, & multa alia præclara, quæ ſcripſit Loc.de Pen.in Rub. C.de præf. prætor. ſive Vrbis. lib.12. Addo ad ejuſdem munus, & authoritatem ſpectare quòd(ut ait Chaſſanæus citatus) generalia, & ſummè ardua ad Regni ſtatum pertinentia negotia, & ſi aliquod inter dynaſtas moveatur jurgium,& de limitibus,ac prærogativis certent, Rex Cancellarij directione,& conſillo dirimat,atque decernat.

Dignitas Cancellarij ex munere.

825 Quod attinet ad locum, eum neceſſe eſt occupare, quem poſtulat tanta dignitas,& officium.Sicut enim dignitas eſt regi proxima,ita & locus. Vnde cum ſit auricularius Principis, ad ejus latus ſedere debet tanquam illuſtris, ut dicit Bald.in l.2. C.de petit.bonor.ſublatis lib.10.notab.3. Duo ſunt in Gallia(inquit Chaſſanæus p.7.conſid.7.)habẽtes officia qui præcedunt omnes Principes, & ſemper adſunt ad latus Regis, pnã Cancellarius,& Conneſtablis. Diſputat autem,quiſnã ex duobus alterum præcedat, & videtur inclinare in Cancellarium. Sic enim habet loco citato: Nunc verò cum in Curiam ampliſſimam arbitratu ſuo ingredi Cancellario licet,tum vero à Principe Curiæ primo ei loco ceditur, quaſi magiſtratuum omnium antiſtiti. Itaque (proſequitur)Cancellariatus ſummum eſt hodie honorum faſtigium, ultra quod nihil ſperare licet homini quidem privato, & togato, quaſi quoddam ſumma quæque ambientis animi

Locus Cancellarij.

animi ſolſtitium. Ab eo jam progreſſus nullus, ſed qui ſe commoverit,regredi tantum poteſt. Idem inferiùs ex Caſſiodoro lib.6.variar. quæſtion. Cancellarius (inquit) omnes alios hujus regni officiarios, quicunque ſint, ſive in Concilio Regis, ſive in omnibus alijs Parlamentis præcedit,& primus poſt regem ſedet. Iuſtitutum denique claudit his verbis, Adverte tamen, quod ubi filius Regis primogenitus eſt, ſedet ad dexteram, & Cancellarius ad ſiniſtrã, ut tenet Nicol.Boerij in tract. Ioa Montag. de authoritate magni concilij.

Quid de loco Cancellarij in Luſitania, vulgo Chanceller mòr? Emmanuel Barb.in remiſſ.ad Ordinat.Luſitan.lib.1.tit.4.loquens de Cancellario domus ſupplicationis, ſic habet! Nota Cancellarium poſt Rectorem ſecundum locum obtinere; dummodo non adſint Cancellarius maximus, & Senatores Palatij Regij. Ita Gama deciſ.1.num.43. Vbi innuit Cancellarium maximum primum locum obtinere inter Senatores Regios. Notabis (proſequitur idem Barb. loco citato) diſcrimen inter Cancellarium,& judicem Cancellariæ: nam ad hũc ſpectat decidere dubia, quæ oriuntur ſuper ſolutione decimæ poſt tranſactam ſententiam per Cancellariam ex Ordin.infra hoc lib. tit. 14.in princ.& ad illum dũ ſententia eſt in tranſitu per Cancellariam.

Cãcellarij Academici locus. Quid de loco Cancellarij Academici in Luſitaniæ Academijs? In Conimbricenſi diplomate ac ſtatuto Regio ſemper eſt Cancellarius Prior Monaſterij S.Crucis; qui ex officio confert omnes gradus, Licentiaturæ, Doctoratus, & Magiſterij, & deſignat puncta ad lectiones, quæ habentur in examinibus privatis omnium facultatum, eo ordine qui præſcribitur in examine privato Theologiæ lib.3. cui adeſt,& approbationi Licentiatorum in Artibus. Et in omnibus ſuis gradibus, & actibus prædictis habet primum locum, & ab eo captatur benevolentia priuſquam à Rectore. Ita habetur lib.2.Statut.tit. 22. num.1. In Eborenſi Academia aliter ſe res habet. Cum enim Cancellarius,& ſi alioqui Doctor emeritus, & ex more quæſitus ad tantum munus vir omni genere doctrinæ apprimè inſtructus, Rectoris ſit ſubditus, neceſſe fuit quòd poſt Rectorem ſecundum occuparet locum: præſertim quia Academia Societati tradita fuit, ut juxta ejuſdem mores & ſtatuta adminiſtraretur.

Nomen Cãcellarij multiplex. 826 Præterea irradiat fulgor ac ſplẽdor hujus dignitatis ex multiplici nomine, quo inſignitur. Cum enim Budæo in annot.ad tit. de officio præf.præf. ff. non placeat vulgatius & uſitatius nomen pro ſignificanda amplitudine dignitatis: Cancellarij (inquit) apud nos vereor, ut jam conſentaneum tantæ rei eſſe poſſit. Quæ enim (addit Chaſſanæus p.7. conſid.7.) hodie dignatio ac majeſtas hujus honoris? tenuis hæc appellatio? atque apud alias gentes proculcata ſignificatũ ſuum ſuſtinere,ac perficere non poteſt: nihilominus Æmilius Probus lib.3. illud non aſpernatur: Cancellarij (inquit) nomen Arcadio & Honorio Cæſaribus jam à Latinis (ut tunc literæ erant) receptum fuiſſe) ex eorum ſanctionibus; quæ in Iuſtiniani libris leguntur, apparet. Vt nunc apud Francos res habet, neſcio an quem ipſi Cancellarium dicunt, rectè præfectum juris dicere poſſimus, voce etiam à Livio uſurpata. Hanc igitur vocem (Cãcellarius) tanquam minùs ſplendidam condit, & ornat Æmilius addendo illi aliam nempe præfectum juris: & nos poſſumus alias, atque alias ſplendidiſſimas adjungere; quibus authores tantam dignitatem exprimunt; & condecorant. Cancellarium enim vocãt Quæſtorem maximum, Præfectum prætorio, Archigrammateum, Logothetam, Scribarum Principem, Vicarium,& Auricularium Principis, nomophylacem, legũ præſidium, juris aſylum, morum,inſtitutorumque aram, æqui bonique columen, juſtitiæ caput & verticem, Principis adjutorio præpoſitum, illiuſque cenſorem integerrimum: denique promum & condum clementiæ, benignitatiſque & normam omnium jura reddentiũ. Mitto nomenclaturas alias præclariſſimas.

827 Quantum igitur pro tanta nominis implenda menſura poſtuletur facile erit intelligere; & ex hoc rurſus deprehendere, quo fulgeat ſplendore Cancellariatus. Hunc (inquit citatus Chaſſanæus) tot nominibus eximium, multiplicis ac variæ prudẽtiæ fiducia ſubnixum eſſe neceſſe eſt. In hoc uno acumen dialecticorum, ſententias philoſophorum, verba oratorum. memoriam juriſconſultorum, Ingenium poetarum; pariter ad omnia verſatile, acre,integrum,indefeſſum eſſe oportet. Hunc omnia, quæ ætas iſta capit,& complecti, & perdiſcere convenit; quæ modò ad inſtituendum, excolendumque politicum virum valent. Hunc omnis antiquitatis memoria,& publici juris authoritas, & adminiſtrãdæ Reipublicæ ratio, omniſque honeſtarum diſciplinarum facultas exornet, neceſſe eſt. Eũdem id authoritatis habere oportet, cui omnes magiſtratus bonorum ſuorum faſces ſubmittere non dedignentur. Eundem inſuper qui tantã, tam auguſtam perſonam ab optimo Principe impoſitam ſibi ſuſtineat, omnibus numeris gravitatis, conſtantiæ, ſeveritatis, prudentiæ, temperantiæ, fortitudinis, integritatis abſolutum eſſe virum, undequaque doctum, undequaque placentem, omnium denique notarum hominem eſſe oportet. Eum denique eſſe decet, cujus vita (ut ait Plinius) cenſura ſit; eaque perpetua, ad quam cæteri magiſtratus dirigantur, ad quam convertantur, quibus non tam imperio opus eſt, quàm exemplo: eum, in quẽ Cãcellarij dotes.

 bono-

bonorum omnium ſinum natura mira benignitate effuderit, qui magiſtratui, non qui magiſtratu donatus eſſe videatur.

Cācellarij qui fuerint.

828 Vt tandem inſtitutum claudam, non vulgare tantæ dignitati ornamentum, & ſplendor accedit ex viris præclaris, qui eo munere functi ſunt. Imò Æmilius probus lib.3. tātum illius dignitatis incrementum refert ad viros, qui geſſere Cancellariatū. Magnitudinem (inquit) virorum qui eo munere fungebantur, vires decuſque illi attuliſſe crediderim, ut ab exiguis initijs ad tantam majeſtatem pervenerit. Et magiſtratum ampliſſimum eſſe neceſſe erat, quem apud Francos Godofredus Pontifex Pariſiorum regiæ urbis ſub Philippo I. apud Burgundiones Archiepiſcopus Viennenſium gerebat. Primus qui hoc tantum munus conſecravit fuit Ioſeph Regis Pharaonis Cancellarius, ut per ſapientiam cōferret populis, quod non poterat præſtare majeſtas dominantis: & ut habetur Gen.41. uno tantum regni ſolio Rex eum præcedebat, ex quo eſt primus poſt regem, & ſecundus in ordine, ut notat Lucas Pen. in d. rub. de præfectis prætorio lib.12. A Chaſſanæo citató dicitur Imperator Auguſtus hoc munus accepiſſe ſibi delatum, non à ſe quæſitum.

Vt alios percurram, qui vel Cancellarij, vel à ſecretis fuere ſupremis Principibus, Prexaſpes (ut author eſt Herodot. lib.3.) Perſarum Satrapa, Cambyſi Regi à ſecretis, cujus opera Smerdes frater Cambyſis interfectus fuit. Eginhardus à ſecretis Carolo Magno, ejus filiam uxorem duxit. Videns enim Imperator aliquādo, eum noctu à filia ſua in gynæceum deportari humeris, ne veſtigia in nive animadverterentur, eam illi tradidit uxorem. Sindigerus in aula Henrici III. Imperatoris epiſtolarum aliquandiu magiſter, Epiſcopatum Bambergenſem primo adeptus, poſt quartum annum, ad Summum Pontificatum ſub nomine Clementis II. conſcendit authoritate Imperatoris, quē mox Imperij diademate, & Auguſti nomine ornavit. Denique Thomas Morus (ut narrat author in ejus vita) Angliæ Baro fuit inclytus, ac ſupremus judex, quem illi Cancellarium appellant, qua dignitate non eſt apud eam gentem alia major, excepto rege: eoque, quum prodit, aureum ſceptrum impoſita corona Cæſarea geſtatur ad unum latus, ad alterum liber. Vide plura apud Theatrum vitæ humanæ tom. 5. lit. M. verbo Magiſtratus. titulo Scribæ.

Nobis hæc pro noſtro inſtituto, juxta quod Theologorum potiùs & Iuriſperitum, quam hiſtoriographum agimus, delibaſſe ſatis ſuperque eſt, ut planè innotuerit, ac ſeſe plenè effuderit ſplēdor dignitatis, qua emicat, & eminet Cancellarius. Gradum jam faciamus ad theologicas, & juridicas difficultates hujus muneris.

QUÆSTIO III.

Quænam ſint difficultates expediendæ circa munus, & dignitatem Cancellarij Eccleſiaſtici?

829 EXpedito Cancellarij munere, & faſtigio, quo reliquos omnes magiſtratus ſupereminet, ut expediamus nonnullas difficultates, quæ circa illius munus, & dignitatem verſantur, à Cancellario Eccleſiaſtico, ſeu Romanæ Eccleſiæ ſumentes exordium, in Academicum deſcendemus. Prima difficultas eſt, an in Romana Curia ſit hodie Cancellarius ille idem qui olim Scriniarius fuit? Pro reſolutione obſerva 1. Scriniarios dici illos, quibus olim commiſſa erat cūra ſcriniorum, ut habetur l. ult. C. de caſtren. pecul. milit. lib.12. & l. Scriniarios, & l. nulli C. de numerarijs eod. lib. & l. ult. C. de apparitor. præf. prætor. Vbi nota Magiſtrum, qui præficiebatur ſcrinijs, qualem juxta Lampridium Alexander Imperator Vlpianum præfecit, eſſe diverſum à ſcriniario. Obſerva 2. ſcrinia, ut habetur in l. omnium C. de teſtam. eſſe capſas, & loculos, in quibus aſſervantur Principis acta, quæ ſpectant ad jus. Vnde eorum genera numerantur quatuor in l. ult. C. de Decurion. & filijs eorū. & l.1. Cod. de proximis ſacrorum ſcriniorum. Nempe 1. ſcrinium memoriæ, in quo ſervantur annotationes Principis 2. ſcrinium epiſtolarū, in quo reconduntur poſtulata, & legationes civitatum. 3. Scrinium libellorum, qui Principi ſupplices obligati erant. 4. Scrinium diſpoſitionum, in quo aſſervantur cognitiones, & decreta Principis. Numeratis addi poſſunt Scrinia ſacra, juxta titulum Codicis in lib. 12. de Scrinijs ſacris, & erant arcæ, in quibus reponebantur Pragmaticæ ſanctiones, cognitiones, reſponſa & reſcripta Principis. l. ult. C. de aquæd. l. omnium C. de teſtam. l.2. C. de agent. in reb. lib.12.

Cancellarius Romanæ Eccleſiæ.

Scriniarius qui.

Scrinia quæ & quot.

830 His obſervatis, Gomezius in procœmio regul. Cancellariæ exiſtimat Cancellarium, & Scriniarium etiam olim fuiſſe diverſos. Vnde in varijs antiquiſſimis ſubſcriptionibus apud Onuphrium, quæ reperiuntur nulla facta mentione nominis Cancellarij, ſed ſolius Scriniarij dicit Scriniarium in prædictis litteris Pontificijs, non fuiſſe Cancellarium S. R. E. ſed unum ex notarijs, quorum opera & diligentia Romana Curia utebatur in ſcribendis rebus Scrinio dignis. Nihilominus Azor p.2. lib.5. 37. q.2. arbitratur eundē fuiſſe

Scriniarius ... Cancellarius ...

fuiſſe olim ſcriniarium, qui modó Cancellarius eſt: quaſi Scriniarius fuiſſet olim is in Romana Curia, qui ſcrinij Pontificis curam habebat; & cujus opera, & miniſterio Pontifex litteras, diplomata, decreta, reſponſa, & reſcripta exhibebat. Quare ſicut Cancellarius eſt hodie præpoſitus Cancellariæ, ita fuit olim Scriniarius præfectus ſcrinio; & quemadmodum ſcrinlarij nomen in deſuetudinem abijt, in uſu eſſe deſinens introducto Cancellarij nomine, ita etiam abolito ſcrinij nomine, Cancellariæ nomen in uſu eſſe cæpit. Inter has ſententias, quas exiſtimo probabiles, ſaltem ex authoritate utriuſque authoris, non audeo interponere judicium. Quia temporum longinquitas, & obſcuritas eas offundit tenebras, ut non ſinat planè eluceſcere veritatem.

831 Secunda difficultas eſt, cur in Romana Curia ille Cardinalis, qui Cancellariæ præeſt, dicatur Vicecancellarius, & nõ Cancellarius? Apud citatum Azorium q.3. Gomezius loco ſupra citato, Cardinalis in Clemne Romani, de elect. & alij, tres rationes, ſeu cauſas ad expediendam propoſitam difficultatem reddunt. Prima eſt, quia dicunt Papam eſſe Cancellarium Dei, utpote ejus Vicarium in terris, ſicut Cancellarius ſæcularis eſt Vicarius Principis: unde Cardinalis præfectus Cancellariæ dicitur Vicecancellarius, quaſi Pontificis Cancellarij Dei vices gerens. Secunda, quia (ut referunt) Cancellarius olim dicebatur, ſed quia plus juris ſibi arrogabat, quàm par eſſet, ita ut de certo honoris gradu vellet cum Summo Pontifice contendere, æquum fuit, ut deprimeretur, & ſolum retineret nomen Vicecancellarij. Tertia eſt, quia dicunt S. Laurẽtium Martyrem fuiſſe primum S. R. E. Cancellariũ, & ut debitum illi honorem deferrent, qui poſtea ſucceſſerunt in officio, abſtinuerunt à nomine Cancellarij, & Vicecancellarij dicti, quaſi S. Laurentij vices gerentes.

Vicecancellarius in Romana Curia.

Hæc omnia rejicit Azor loco citato, tanquã nullius probari authoris teſtimonio fundata. Ipſe verò ex Onuphrio in Catalogo Romanorum Pontificum, ſic opinando refert ante Alexandrum III. revera dici Cancellarium Cardinalem, qui officio Cancellarij fungebatur. Cũ verò quidam Moyſes ſubdiaconus regularis S. R. E. fuiſſet aſſumptus ad Cancellarij officium, eo quód Albertus Cardinalis S. R. E. fuerat Papa creatus, & dictus Gregorius VIII. quaſi reverentiam habens Pontifici, cujus loco ſucceſſerat Moyſes ipſe non Cardinalis, Cancellarij vicem agens vocatus eſt, quamvis revera Cancellarij munere functus ſub Gregorio VIII. & Clemente III. Romanis Pontificibus: qui verò ei in officio ſucceſſerunt non Cardinales, Vicem Cancellarij agentes nuncupabantur, donec Honorij III. tempore Reynerus Vmber Todertinæ diœceſis Canonicus regularis commodiore vocabulo pro Cancellarij vicem agẽte Vicecancellarius appellari cæpit. Vnde qui poſtea in officio ſucceſſerunt, etiam ſi Cardinales eſſent, Vicecancellarij nomen conſervarunt, abolito jam per deſuetudinem Cancellarij nomine.

832 Tertia difficultas eſt, an Vicecãcellarius, ſive Cancellarius olim fuerit idem qui Bibliothecarius Sanctæ Romanæ Eccleſiæ? Negat Gomezius in d. proœm. regul. Cancellariæ affirmans Bibliothecarium fuiſſe à Vicecancellario diverſum. Quia Bibliothecarius (inquit) erat præfectus Bibliothecæ, ſeu loci, in quo aſſervabantur libri Pontificij: quod munus longè diverſũ eſt à munere Vicecancellarij. In partem affirmativam inclinat Azor citatus q.4. Quatenus ex Onuphrio Panuinio in Catalogo Roman. Pontif. pro eodẽ ponit Cancellarium & Bibliothecarium S. R. E. Et certè (ait Azor ibid.) extat Conſtitutio Paſchalis II. in qua confirmat Ordinem S. Ioãnis Hieroſolymitani, ubi poſt ſubſcriptiones Cardinalium habetur. ¶ Datum Beneventi per manus Ioannis Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis, ac Bibliothecarij. 15. k. Martij Indict. 6. anno 14. ipſius Pontificis Paſchalis II. & anno Domini 1113.

Bibliothecarius & Cancellarius an idem.

833 Quarta difficultas eſt, quodnam ſit Vicecancellarij munus, ſeu officium? Pro intelligentia hujus muneris obſerva in Eccleſia Romana dari Cancellariam Apoſtolicam, cujus fit crebra mentio in jure Canonico. In cap. dura, de crimine falſi, & in cap. porrecta, de confirmat. utili, vel inutili, quæ duæ conſtitutiones (ut teſtatur Onuphrius) sũt Innocent. III. qui ad Pontificatum aſſumptus fuit anno ſalutis 1198. Fit etiam mentio Cancellariæ Apoſtolicæ in cap. ad hæc, de reſcript. quæ Conſtitutio eſt Lucij III. qui fuit creatus Pontifex anno Domini 1182. Benè igitur reſpondet Azor p.2. lib.5. cap.37. q.5. Vicecancellarium eſſe Cancellariæ Apoſtolicæ præpoſitũ; unde eſt ille qui præeſt expeditioni litterarum, & diplomatum Pontificiorum, quæ in Cancellaria fiunt de rebus Eccleſiaſticis. Habet autem Vicecancellarius (ut narrat Octav. Veſtrio lib. 1. cap. 4. à n. 2.) in Cancellaria Apoſtolica multos miniſtros, quorum in expediendis litteris Pontificis, utitur opera, diligentia, & induſtria. Hi miniſtri vulgo appellantur Sollicitatores, Correctores, Scriptores, Abbreviatores, Plumbatores: cum expediri ſoleant ſub plumbo Cãcellariæ litteræ. Apud eundem Veſtrium lib. 1. cap. 4. num. 6. habet etiam Cancellaria Apoſtolica Regentem, cujus eſt inſpicere an litteræ ſint correctæ, recognitæ, & judicatæ. Apud eũdem authorem lib. 1. cap. 5. in eadem Cancellaria datur Auditor contradictarum, cujus munus eſt audire, cognoſcere, & judicare inter impetrantes litteras, ſi forte ſuboriatur contro-

Vicecancellarij quæ ſit munus.

verſia

Digitized by Google

verſia inter illos de perſona judicis, de loco agendi judicij, aliave re quæ pertineat ad impetrationem. Tandem hîc Azor citatus 6. movet quæſtionem, an officium Vicecancellarij expiret morte Romani Pontificis? Et benè cum Card. Bonifacio Vitalino, & alijs reſpondet negativè, ut habetur ex Clemen. ne Romani, de elect.

QVÆSTIO IV.

Quænam ſint difficultates expediendæ circa munus, & dignitatem Cancellarij Academici?

834 EXplicato Cãcellariatu Eccleſiaſtico, qui magnum obtinet faſtigium in Romana Curia, ac in univerſa Republica Eccleſiaſtica, proclive erit deſcẽdere ad exponendum Cancellariatum Academicum, qui definitam habet in ſola Republica litteraria ditionem.

Cãcellarij vera & rigoroſa dignitas. Prima difficultas eſt, an Cancellarius Academicus vera ac rigoroſa emineat dignitate? Affirmativa reſolutio mihi indubitata eſt. Patet ex diſputatis quæſt. 1. & 2. ubi Cancellarium appellavimus Vicarium ſupremi Principis, & illum loco, ac faſtigio dignitatis vidimus eminere. Probatur inſuper à priori: nam dignitas, ut mittamus ſignificationem, quam habet apud Latinos, apud quos accipitur non ſolum pro merito honoris ac præmij, ſed etiam pro virili pulchritudine, juxta Tullium lib. 1. offic. „ Pulchritudinis (inquit) duo ſunt genera: unũ „ muliebre, quam venuſtatem appellamus; „ alterum virile, quam dignitatem dicimus; apud Iuriſtas ſumitur primo latè pro quacunque prærogativa, & excellentia, & videtur coincidere cum maioritate, in qua acceptione comprehendit non ſolum omnem perſonatũ, ſed etiam omnem prælationem, de quibus vide multa apud Toletan. ad tit. 1. Cod. de dignit. lib. 12. num. 1. Sumitur 2. preſſè pro dignitate Eccleſiaſtica, & ſic definitur in hunc modum: „ Eſt præeminentia habens adminiſtrationem „ rerum Eccleſiaſticarum cum juriſdictione „ ordinaria in foro externo. Cum verò Cancellariatus ſit non ſolum maioritas, ſed etiam præeminentia, quæ habet adjunctam veram juriſdictionem, ſive Eccleſiaſticam in Academia Eccleſiaſtica, qualis eſt noſtra Eborenſis, ſive laicam in Academia laica, qualis eſt Conimbricenſis; actus enim conferendi gradus litterarios, eſt actus rigoroſæ juriſdictionis, ut videbimus diſputatione ſequenti; planè ſequitur Cancellariatum eſſe veram, ac in toto rigore dignitatem. Confirmatur, quia non poteſt deficere à ratione veræ dignitatis ille magiſtratus, qui dignitates confert & impendit, juxta illud: Nemo dat quod non habet; ſed Cancellarius confert Doctoratum, qui eſt dignitas, ut tenet Sylveſt. v. Doctor num. 3. ex Bar. in l. fin. C. de Iudæis aſſerente Iudæum non poſſe effici Doctorem, cum Doctoratus ſit dignitas. *Doctoratus eſt dignitas.* Nam Doctor (inquit idem Sylveſt. loco citato) in continenti, cum incipit legere, habet dignitatem, quia habet à lege juriſdictionem ordinariam ſuper ſcholares Auth. C. ne fil. pro patre, & ſi continuat, acquirit dignitatem comitatus l. una C. de athlet. lib. 10. ergo Cancellariatus eſt in rigore dignitas.

835 Secunda difficultas eſt, qualiſnam dignitas cenſeatur Cancellariatus Academicus? Obſerva ex Hoſtienſi in Summa tit. de præben. & dignit. §. Quid ſit dignitas, *Cancellariatus qualis ſit nam dignitas.* Abbate in cap. de multa, & præben. Ioanne Selva de benefic. parte 1. q. 2. Innocentio, & alijs, dari diſcrimen inter hæc tria Dignitas, Perſonatus, Officium. Nam Dignitas eſt adminiſtratio rerum Eccleſiaſticarum cum juriſdictione. Perſonatus habet ſine juriſdictione prærogativam, v. g. in choro, vel conſeſſu locum honorabiliorem. Officium eſt adminiſtratio rerum Eccleſiaſticarum ſine juriſdictione. Propoſitam igitur difficultatem cum diſtinctione exponit Azor p. 2. lib. 3. cap. 33. q. 9. affirmans Cancellarium Academiæ authoritate Pontificia approbatæ habere dignitatem, quæ eſt munus & officium juriſdictione conjunctũ, quodque ſufficit ad Apoſtolici delegati judicis, vel conſervatoris functionem, juxta id quod habetur in cap. ſtatutum, de reſcript. in 6. & in cap. 1. 2. & ult. de officio judicis deleg. in 6. at non habere dignitatem, quæ beneficium Eccleſiaſticum in jure cenſetur. Utranque hanc partem profert Azor ſine ullo citato authore, & ſine ulla adducta ratione.

836 Nos utrique parti aſſentimur, & pro prima citamus Auguſtinum Barb. tract. de appellat. appel. 74. num. 9. ubi ait nomine dignitatis in commiſſionibus cauſarum, venire Cancellarium Academiæ authoritate Pontificia approbatæ. Suadetur ex paritate rationis, quia ad effectum expediendi cauſas commiſſas, & obeundi munus Conſervatoris, non minorem dignitatem habet Cancellarius Academiæ, quàm Vicarius Epiſcopi: eſt enim Cancellarius (ut ſupra vidimus) Vicarius ſupremi Principis in privilegijs expendendis: atqui Vicarius Epiſcopi habet ſufficiẽtem dignitatem, ut ei munus delegati judicis, vel Cõſervatoris demandari poſſit, juxta Cap. ſtatutum, de reſcript. in 6. & cap. 1. 2. & ult. de offic. judic. deleg. in 6. Ergo à fortiori Cancellarius Academiæ. Secunda pars videbitur alicui poſſe probari ſumpto fundamento ex prædicto Vica-

Cancellariatus nō eſt beneficium.

Vicariatu: nam authores conveniunt Vicarium Epiſcopi ideo non habere dignitatem, quæ ſit beneficium Eccleſiaſticum, quia hoc natura ſua poſtulat eſſe perpetuum; & Vicarius Epiſcopi ad ipſius nutum amoveri poteſt; cùm verò Cancellarius præſertim in Academia Eborenſi ſit amovibilis ad nutum per Provincialẽ, & ſic in ſimilibus, nequit recenſeri inter beneficia Eccleſiaſtica. Hoc tamen fundamẽtum ſolidum non eſt, quia officium Vicarij obitu Vicarij non vacat, ſed finitur, ac deſinit, at officium Cancellarij, ejus obitu vacat, ac proinde perſeverat: ex quibus manifeſtè apparet defectus perpetuitatis in Vicariatu, & non in Cancellariatu: ac proinde quamvis in illo corruat ratio beneficij Eccleſiaſtici, nõ corruit in hoc.

Beneficij Eccleſiaſtici perpetuitas.

Quare dicent alij non aliunde meliùs probari Cancellarium in Academia Eccleſiaſtica non habere beneficium Eccleſiaſticum, quàm ex perpetuitate perſonali, quæ requiritur ab beneficium, ut nempe per totam vitam duret in perſona beneficiati, quod in Cãcellariatu præſertim Eborenſi non cernitur. Sed contra, quia licèt tale beneficium ſit jus perpetuum, non ideo requiritur quòd perpetuò duret in perſona. Hujuſmodi enim perpetuitatem rectè Leſſius cap. 34. num. 5. ita explicat, ut beneficium ſit perpetuum ex ſe. Quia licèt ex perfecta ſubjectione ad ſuperiorem, Prioratus pro Abbatis arbitrio tolli poſſit, & ſint Abbatiæ triennales, & tam beneficia regularia, quàm quæ manualia vocantur, nutu ſuperioris auferri ſoleant, tamen ex ſua inſtitutione perpetua ſunt, cum vacent, & non extinguantur. Addit Palaus de benef. diſp. 1. p. 1. nu. 5. ſufficere perpetuitatem beneficio, quãvis non detur in beneficiato. Dicitur enim beneficium perpetuum, non quia auferri nequeat, ſed quia eſt inſtitutum, ut ſemper duret, atque dum ab uno aufertur, alteri tribuatur; ergo quamvis Cancellarius Eborenſis ad nutum ſuperioris auferri valeat, non ideo deficiet à ratione beneficij Eccleſiaſtici.

Beneficij definitio.

837 Eſt igitur nobis inveſtigandum aliud fundamẽtum, quo probemus reſolutionem Azorij, quæ etiam noſtra eſt. Et quidem aptè deſumi poteſt ex definitione beneficij Eccleſiaſtici, quæ traditur à Vaſquio in Opuſc. cap. 1. de benef. dub. ult. num. 40. Azorio 2. p. lib. 3. cap. 1. q. 2. Leſſio cap. 34. cit. num. 1. in hunc modum: „Eſt jus perpetuum percipiendi fructus ex bonis Eccleſiaſticis, propter aliquod officium ſpirituale, authoritate Eccleſiæ conſtitutum.“ Vbi particula illa (propter aliquod officium ſpirituale) excludit Cancellariatum Academicum à ratione beneficij Eccleſiaſtici. Nam officium ſpirituale (ut ibi intelligunt authores) eſt v. g. miniſterium recitandi horas Canonicas, prædicãdi verbum Dei, vel miniſtrandi ſacramenta, quæ omnia diriguntur primariò, immediatè, & per ſe ad ſalutem animæ. Officium autem Cancellarij etiam in Academia Eccleſiaſtica non eſt ſpirituale: quia præcipuum illius munus eſt conferre gradus litterarios v. g. licentiaturam, Magiſterium, Doctoratum, quæ collatio ſpiritualis non eſt, ſicut nec ipſi gradus: non enim ſunt immediatè & primariò directi ad ſalutem animæ: ſed ſunt quædam teſtimonia publica ſcientiarum in viris doctis, qui indifferenter poſſint inſervire Reipublicæ tam civili, quam Eccleſiaſticæ, pro utriuſque directione, & regimine; ergo Cancellariatus beneficium Eccleſiaſticũ non eſt.

Dignitatis procuratio in profeſſo Societatis.

838 Tertia & maior difficultas eſt, an ſolemniter profeſſus in Societate procurans fieri Cancellarius Academicus violet ſimplex votum quod emiſit nunquam ſe prætenſurum, ſeu procuraturum aliquam dignitatem, vel prælationem tam in Societate, quã extra Societatem? Hanc quæſtionem ſub his terminis in nullo authore inveni excitatam, nedum deciſam. Pro illius deciſione obſervãdum eſt religioſos Societatis Ieſu poſt ſolemnem profeſſionem, emittere duo vota ſimplicia, alterum ſub hac forma. ¶ Promitto nunquam me acturum, vel prætenſurum, nec immediatè quidem, ut in aliquam prælationẽ, vel dignitatem in Societate eligar, vel promovear. Alterum in hunc modum. ¶ Promitto nunquam me procuraturum, prætenſurumve extra Societatem, prælationem aliquam, vel dignitatem. Sanches lib. 6. Decal. cap. 18. n. 25. non diſtinguit in priori voto prælationem à dignitate; ſed affirmat ea duo nomina poſita fuiſſe claritatis gratia: aſſerit deinde ex mente Generalis Claudij Aquavivæ, nomine dignitatis ibi intelligi officia, quibus annexa eſt juriſdictio ordinaria, vel delegata; qualem ordinariam habent Generalis, Provincialis, Præpoſitus, Rector, Vicegeneralis, Viceprovincialis, Vicepræpoſitus, Vicerector, & qualem delegatam habent Viſitator, Commiſſarius. Hanc eandem fuiſſe declarationem Congregationis 7. decreto 44. aliàs 37. & 38. teſtatur Palaus p. 3. tract. 16. de oblig. ſtatus Relig. diſp. 5. punct. 4. num. 6. Vnde non franget votum, ſi quis procuret fieri Aſſiſtens coram Generali, Magiſter novitiorum, vel Theologiæ, Conſultor, Admonitor, Concionator. Deinde idẽ citat. Sanch. in poſteriori voto diſtinguit prælationẽ à dignitate, & aſſerit nomine prælationis extra Societatẽ intelligi Epiſcopatum, Abbatiam, quæ habeat juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, Vicariatum generalem Epiſcopi, & quodcunque munus habens juriſdictionem in foro externo in ſibi ſubditos: nomine dignitatis venire Cardinalatum, & quamcunque aliam dignitatem in Eccleſia, etſi prælatione careat. Officium parochi (inquit) nec prælatio, nec dignitas eſt.

839 Hos

839 Hoc poſito, videbitur alicui profeſſum Societatis nõ manere reum voti, quanvis procuret fieri Cancellarius in Academia Eborenſi. Primo, quia inter homines Societatis Cancellariatus nec reputatur dignitas, nec prælatio: & ſicut dicitur quis habere dignitatem nomine, & non re, ſi pro conſuetudine patriæ, & Eccleſiæ cenſeatur dignitate præditus, quanvis omni adminiſtratione, & juriſdictione careat, ut videre eſt apud Sylveſtrũ v. Dignitas, Molinam tom. 3. diſp. 620. & Azorium p. 2. lib. 3. cap. 13. à q. 3. ita quanvis demus Cancellariatum dignitatem eſſe à parte rei, tamẽ non erit dignitas ſaltem nomine, quia ex conſuetudine non reputatur dignitas. Secundo, quia juxta declarationem factam à Societate Congregata ſolus eſt reus voti ille profeſſus qui in Societate procurat officium, cui annexa eſt juriſdictio in foro externo: & videtur hæc declaratio intelligi de juriſdictione ſpirituali, v. g. de poteſtate ad excomunicandum, ſiquidem ponit exemplum in Generali, Provinciali, Rectore, & ſimilibus talem juriſdictionem habẽtibus: juriſdictio autem Cancellarij ſpecialis non eſt; ergo non comprehenditur in dicta declaratione.

Profeſſus Societatis procurans fieri Cancellarius.

Nihilominus, ſalvo meliori judicio, exiſtimo violare votum non procurandi dignitatẽ, vel prælationem, illum profeſſum Societatis, qui procuraret fieri Cãcellarius. Ratio à priori eſt, quia talis profeſſus vovit ſuo illi duplici voto non procurare dignitatem, vel prælationem ſive intra Societatem, ſive extra Societatem: ſed Cancellariatus eſt rigoroſa dignitas, ut ſupra oſtendimus n. 834. deinde eſt rigoroſa prælatio cum ajuncta juriſdictione, ut latè oſtendemus diſput. ſequenti; ergo prædicti voti materia eſt. Confirmatur 1. à ſimili, quia juxta authores citatos, & ea quæ attulimus n. 838. Vicariatus Generalis Epiſcopi eſt materia hujus voti, ita ut reus illius maneret profeſſus, qui fieri talis Vicarius procuraret: ſed Cancellarius lõgè excellentior Vicarius eſt, ſiquidem appellatur Vicarius ſupremi Principis in conferẽdis privilegijs, & gradibus, deinde Cancellarius Eborenſis vocari poteſt Sũmi Põtificis Vicarius, vel ſaltem delegatus, quando authoritate Apoſtolica creat Magiſtros, & Doctores; ergo Cancellariatus eſt materia prædicti voti. Cõfirmatur 2. quia nemo dubitat frangendum votum illud à profeſſo Societatis, qui procuraret fieri Conſervator Academicus, ſiquidem Cõſervator eſt judex cum juriſdictione in foro externo: ſed nobilior magiſtratus in Academia reputatur Cancellarius, quàm Conſervator: nam Cãcellarius habet nobilius officium, ſcilicet in diſpenſandis gradibus litterarijs: deinde habet locum nobiliorem, denique quando uterq; eſt in Academico conſeſſu, à Cancellario captatur venia, & non a Conſervatore; ergo procuratio Cancellariatus importat fractionem prædicti voti.

840 Ad rationes dubitandi pro parte negativa facilis eſt evaſio. Ad primã negamus aſſumptum: dicimus enim homines Societatis non eſſe tam hebetes, qui ignorent Cancellariatum eſſe dignitatem, & quidem nõ vulgarem: dato tamen quòd ignorarẽt, ſemper ipſe maneret dignitas in re, proindeq; materia voti, quidquid ignorantes ſentirent, & ipſe careret nomine dignitatis. Ad ſecũdam dicimus Cancellariatum Eborẽſem, ac ſimiles, quos homines Societatis gerunt, videri comprehendi in illa declaratione. 1. quia eſt officium & gubernatio intra Societatem: ſiquidem illius homines illud in noſtris Academijs more ſolito exercẽt, imò acceptant nullo coacti præcepto, quæ obſervari ſolent in exercendis, & acceptandis dignitatibus intra Societatem. 2. quia tale officium habet annexam juriſdictione in foro externo, juxta declarationem Societatis, quæ non debet reſtringi per aliam declarationem, ſcilicet de juriſdictione ſpirituali, v. g. in ordine ad excõmunicãdum: ſiquidẽ declaratio illa facta per Societatem abſolutè procedit. Confirmatur ex doctrina Suarij tom. 4. Relig. tract. 10. lib. 6. cap. 7. n. 15. ubi ait poſſe eſſe contra hoc votum prætendere in Societate nomẽ aliquod, & modum dignitatis, ratione cujus habeat conſortium aliquod in regimine cum nonnullis prærogativis, prout eſſe ſolent in quibuſdam religionibus juxta ipſarum obſervantiam magiſtri ordinis, definitores. Unde ait ſatis veriſimile eſſe acturum contra hoc votũ, qui vacante generalatu, prætenderet in Congregatione provinciali fieri elector Præpoſiti Generalis in Congregatione generali: nam licèt illud non ſit munus perpetuum, ac ſtabile, eſt nihilominus juxta Societatis conſuetudinẽ res valde gravis, & participatio quædam juriſdictionis ſupremæ pro illo tempore in hac religione, & circa potiſſimum actum, qui in ea eſſe poteſt. Addit de electione in Procuratorem, non eſſe eandem rationem, quanvis non careat ſcrupulo, propter ſuffragium deciſivũ, quod habet cum Præpoſito Generali in Congregatione procuratorum, & quia in eo munere totam ſuam Provinciam repræſentat. In quibus manifeſtè ſentit Suarius non eſſe intra Societatem materiam hujus voti ſolam prælationem ordinariam cum juriſdictione ſpirituali, ſed etiam quas aſſignat extraordinarias; ergo idem à fortiori debemus ſentire de Cancellariatu, utpote graviſſimo munere, ſtabili, & cũm juriſdictione.

Prælatio extraordinaria in Societate.

DISPVTATIO II.

De Cancellarij Academici juriſdictione, & poteſtate.

841 NE quis ſibi falsò perſuadeat Cancellarium Academicum eſſe inſtar perſonatus in Sede Cathedrali, qui nempe habet meram præeminentiam abſque illa juriſdictione, atque adeo dignitatem pene vacuam, Cancellarij dignitas, de qua latè egimus præcedenti diſputatione, habet annexam, ſeu conjunctam juriſdictionem, de qua agemus in præſenti. Imprimis nobis ſermo erit de juriſdictione & poteſtate conſideratis abſolutè, ac veluti in ſe, deinde conſideratis in ordine ad ſcholaſticos præſertim graduandos, tandem conſideratis in ordine ad officiales Academicos, illos præcipuè qui inſerviunt in exercitio actuum, & graduum collatione, quibus ex ſuo munere præeſt Cancellarius.

QUÆSTIO I.

Utrum, & quanam juriſdictione polleat Cancellarius?

NOn aliunde meliùs ſcrutabimur, & expendemus hujuſmodi poteſtatem, quàm ſi fontes, à quibus illa derivatur, ſectemur: hoe autem præſtabimus imprimis, inquirendo, quiſnam ſit, à quo Cancellarius *Poteſtas graduãdi in quo.* Academicus creatur, proindeque accipit poteſtatem, ut fungatur ſuo munere, quod juxta ſuperiùs dicta diſput. 1. quæſt. 2. præcipuè conſiſtit in gradibus litterarijs conferendis. Apud Alphonſum de Eſcobar cap.30. num. 15. indubitabilis ſententia eſt ad ſolos Principes ſupremos, vel ad eos, quibus ipſi mandaverint, & Cancellarios creaverint, hanc poteſtatem pertinere. Ex quo patet fontem hujuſmodi poteſtatis eſſe ſupremum Principem, à quo diminat in Cancellarium, qui illam authoritate ſupremi Principis exercet. Quòd autem fontes talis poteſtatis ſint tam ſæculares Principes, quàm Summus Pontifex, tradunt Baldus in procem. Magiſtr. §. Hæc autem tria, in 1. & 2. lectur. Gregor. Lopez in l. 6. tit. 6. part. 1. Gloſ. Ororgat, Gratian. diſcept. foren. cap. 186. num. 75. & Lenauderius de privileg. Doctor. apud quem difficultas eſt, an poteſtas conferendi gradus cõſuetudine præſcribi poſſit? Et quidem, meo judicio *Regaliũ juris præſcriptio.* non aliter decidetur, quàm deciſione illius generalis, an jura regalia, inter quæ numeratur poteſtas graduandi, conſuetudine præſcribi Poſſit? His tamen omiſſis, authores ponunt diſcrimen inter Pontificem, & ſæcularem Principem, ſcilicet quòd Pontifex, aut cui ipſe mandaverit, gradus conferre poſſit non ſolum in ſuo temporali territorio, ſed in univerſa Eccleſia, Princeps verò ſæcularis id non poſſit niſi intra ſuam ditionem, ita ut gradus extra illã collatus non valeat. Ita Immola in Clem. dudũ de ſepult. n. 2. ad fin. & Petrus Gregor. de Rep. lib. 18. cap. 3. num. 8. Hanc tamen differentiam Alphonſus de Eſcob. cap. 21. nu. 107. & cap. 30. ita explicat, ut dicta Pontificis poteſtas extra S. Petri patrimonium accipiatur, ut laureati valeant Theologiam, & jus canonicum docere, maximè in Eccleſijs, & inter Eccleſiaſticos, itẽ ut ſint habiles ad dignitates Eccleſiaſticas, quæ Magiſtros, Doctores deſiderant: ad docendum verò jus civile, vel obtinenda munera regia, nõ valebunt tales gradus in alieno territorio, niſi permittente ejuſdem Principe.

842 Quod verò hæc poteſtas graduãdi, quam diximus pertinere ad ſupremum Principem, ſit ex regalibus, ſeu numeretur inter regalia, ita ut ſolus Princeps ſupremus poſſit verbo creare Doctorem, ſicut Comitem, Marchionem, vel Ducem, latè tradunt Roman. in l. ſi vero §. de viro ff. ſolut. matrimon. Alexand. & Iaſo. in l. 2. §. ſi prius ff. de vulgat. Felin. in cap. Per tuas, de maior. & obed. Caſſan. in Catalog. parte 10. conſid. 31. & Gabriel Pereyra de Manu Regia par. 2. cap. 37. num. 31. Sumitur ex l. 2. §. poſt hunc ver. & ut obiter ff. de orig. juris, & ex l. fin. prope fin. Cod. de leg. quæ jura expendit Bald. ut oſtendat hanc poteſtatem competere Principi ſæculari. Addit Eſcobar cap. 30. num. 19. locum elegantem Modeſtini in l. ſi duas §. 1. ff. de excuſat. tut. ubi refertur epiſtola Antonini Pij, qua Doctores ad omnes ſcientias conſtituit, & creat. Accedit l. Magiſtros C. de profeſſ. & medicis lib. 10. ubi expendit verba illa generalia Magiſtros ſtudiorum, & illa (Sed quia ſingulis civitatibus adeſſe ipſe non poſſum) ex quibus probat ſolius Principis ſupremi eſſe creare Doctores, & Magiſtros, proindeque hujuſmodi poteſtatem inter regalia jura, hoc eſt peculiaria ipſi regi cõputari. *Poteſtas doctorandi inter regalia.*

Digitized by Google

Dubitanti de latitudine talis poteſtatis, extendaturne ad omnes ſcientias, an limitetur ad aliquas? Rectè ſatisfacit citatus Eſcobar aſſirmans poteſtatem conferendi gradus, quam habet quicuque ſupremus Princeps ſæcularis, pertinere ad omnes ſcientias, ita ut, ſicut Pontifex in ſua temporali ditione poteſt in jure civili, vel alia quacunque profeſſione Doctores creare, ſic ſæcularis Princeps etiã in jure Canonico, & Theologia poſſit cõferre gradus. Nam ad Pontificem (inquit) ſpectat privativè definire quid docẽdum ſit in his duabus facultatibus, nẽpe Theologia, & jure Canonico: per quos vero docendũ ſit, etiã ſpectat ad quẽlibet ſæcularẽ Principem, cujus intereſt peritos omniũ ſcientiarũ in ſua ditione habere. Simili ratione (addit) dicendum eſt ad Imperatorẽ privativè ſpectare, quid docendum ſit de jure civili: per quos autem docendum ſit, minimè: cum poſſit Pontifex in ſuo territorio etiam Doctores juris civilis conſtituere. Huic tamen doctrinæ, quòd ad Imperatorem privativè ſpectet, quid docendum ſit de jure civili, quaſi ſolus Imperator poſſit ſtatuere de jure civili, illud condendo, vel abrogando, non acquieſco. Quia Imperator non eſt dominus juris civilis in omnibus regnis etiam Chriſtianitatis, ſed in ſola ſua ditione imperiali, ac proinde in ſola illa poterit ſtatuere quid docendum ſit de jure civili, ſtatuendo, vel abrogando leges civiles, ſicut in reliquis ditionibus alij Principes ſæculares non recognoſcentes ſuperiorem.

Magiſtri à quo conſtituendi.

843 His poſitis, facile intelligitur qua, & quanta polleat Cancellarius poteſtate, ſeu juriſdictione. Quod verò juriſdictio rigoroſa in eo detur, conſtat ex dictis à n. 735. ubi ex ſententia Azorij p. 2. lib. 3. cap. 53. q. 9. & Auguſtini Barboſæ tract. de appellat. appell. 72. num. 9. latè oſtendimus in Cancellario dari rigoroſam dignitatem, cui juriſdictio annexa eſt. Probatur inſuper 1. nam juriſdictio, ut definitur à Molina tractat. 4. diſp. 2. num. 5. Eſt facultas faciendi unumquemque circa ea, quæ ſibi tanquam ſuperiori ſubduntur, ea omnia ad quæ munus ſuum ſuperioris ſe extendit: atqui poteſtas graduandi in Cancellario ita ſe habet, ergo eſt vera juriſdictio. 2. Quia in Cancellario datur eadem poteſtas graduandi per participationem, quæ datur in ſupremo Principe tanquam in fonte: ſed in hoc eſt vera ac rigoroſa juriſdictio, ut apud omnes in confeſſo eſt; ergo etiam in Cancellario vera juriſdictio eſt. Difficilius erit explorare qualitatem hujus juriſdictionis, ſitne juriſdictio Eccleſiaſtica, an laica, ſitne voluntaria, an contentioſa: ſitne ordinaria, an delegata? quæ tria à nobis expediẽtur.

Iuriſdictio vera in Cancellario.

844 Quod attinet ad primum, facilis eſt reſolutio, ſi ſupponamus juriſdictionem participatam denominandam eſſe à fonte, unde derivatur: ita ut ſi derivetur à Principe Eccleſiaſtico quà tali, Eccleſiaſtica, ſi à Principe laico, laica appelletur. Quando igitur Academia eſt merè laica, & à ſolo Principe laico Cancellarius deſignatur, à quo proinde ſolo poteſtatem graduandi accipit, hujuſmodi juriſdictio laica eſt. Quando verò Academia eſt Eccleſiaſtica Pontificis authoritate erecta, in qua proinde Cancellarius à Pontifice juriſdictionem vendicat, talis juriſdictio Eccleſiaſtica nuncupabitur. Poſſe autem Pontificem, & quibus ipſe delegaverit, gradus conferre in Eccleſiaſticis ſtudijs, & ſibi ſubditis perſonis, habetur ex cap. 1. & 2. de Magiſtris. item ex Lateranenſi Concilio, ubi in cap. 1. ſtatuitur quòd in unaquaque Cathedrali Eccleſia Scholæ Magiſter creetur, qui clericos, & ſcholares pauperes gratis doceat. De quo vide Barb. de poteſt. Epiſcop. p. 3. pag. 394. num. 38. Huic ſcholæ Magiſtro Pontifex dicto cap. 1. impendit facultatem, ut gradus conferat. Deinde cap. 2. eadem facultas Epiſcopo conceditur, ſi ſcholæ Magiſter negligenter ſe geſſerit. Præterea in cap. fin. eadem facultas datur Capitulo Eccleſiæ, & Epiſcopo in Theologis doctorãdis ab Honorio III. in Concilio Generali. Quæ omnia (inquit Eſcob. cap. 30. §. 2.) proprijſſimè, & veriſſimè procedunt in ſtudijs in ipſa Eccleſia Cathedrali exiſtentibus, nec ad ſæcularia extendi poſſunt, niſi approbante Principe. Et ſic videntur ſentire Petrus Gregorius lib. 15. Syntag. cap. 19. & Azor 2. p. lib. 3 cap. 23. Eſt igitur poteſtas conferendi gradus abſolutè, & in ſe indifferens ut ſit laica, vel Eccleſiaſtica: quæ cum exiſtat penes ſupremos Principes, ſequitur poſſe illos, prout libuerit, variare, & perſonas quæ gradum conferant, nominare: inde eſt ut hanc Cancellarij poteſtatem ex mandato Principũ, habeat Salmanticæ Scholæ Magiſter, Compluti Abbas Collegiatæ Eccleſiæ, Pintiæ Abbas Eccleſiæ olim collegiatæ, nunc Epiſcopus, Conimbricæ Prior monaſterij S. Crucis, & Eboræ Doctor quidam emeritus, quem Generalis deſignaverit.

Iuriſdictio Eccleſiaſtica in Cancellario.

845 Quod attinet ad ſecundum, ſitne in Cancellario poteſtas illa conferendi gradus pertinẽs ad juriſdictionem volũtariã, an ad contentioſam? Ut decidatur, obſervandum eſt cũ Sylveſtro verbo Iuriſdictio n. 2. juriſdictionem quandam eſſe voluntariam, & quandã contentioſam. Voluntaria datur quãdo ſcilicet nemo ſe opponit, & exerceri poteſt omni tẽpore, ac loco l. emãcipati ff. de adopt. Cõtẽtioſa eſt quæ ſolũ exercetur, quãdo litigatur, proindeq; expediri nequit à judice procedẽte, ſeu ſedẽte nõ pro tribunali, nec dieb' feriatis, nec de nocte. cap. ſpatium 3. q. 3. cap. conſuluit, de

Iuriſdictio voluntaria & contentioſa.

Digitized by Google

de offic.deleg. Vtrunque exponit Molina ita. ... 5.diſp. 8. num.2. De diſtinctione inter has juriſdictiones latè ex l.2.de offic. Proconſ. Iinter §.1. de verb. oblig. tractant Donel.& Oſſual. l. 18. cap. 8. a lit.B. Cujacius novell. 95. Covar. lib.3. Variar. cap. 20. à num.7. Barb. l.2. art.1. à nu.172. & art.3. à num. 200. de judic.& Faber Iuriſp. titul.5. princ.4. per totum. His poſitis,

Iuriſdictionem ad conferendos gradus, quæ datur in Cancellario, eſſe voluntariam, & non contentioſam, rectè affirmat Eſcobar citatus §.3. num. 81. Sumit 1. ex ſimilitudine, ſeu exemplo ejus quæ exercetur in manumiſſione, emancipatione, adoptione, decreto in alienationibus Eccleſiæ, minoris manumiſſione à minore facta, & collatione beneficiorum : nam hæc omnia fiunt per juriſdictionem voluntariam. Sumit 2. ex multiplici differentia, quam præcitati authores aſſignant inter juriſdictionem voluntariam, & contentioſam, ſed præcipuè ex duabus : altera eſt, quòd Salmanticæ Magiſter Scholæ, quà Cancellarius eſt, ſuam poteſtatem extra territorium exercere poſſit, dict. leg. 2. ff. de offic. Proconſ. doctè Covarruvias dict. num. 8. & 9. Barb. dict.art.1.num.185.Cujac.dict. novell. 95. atque adeò gradus conferre, ut Principis judex eſt extra ipſius Principis territorium. Altera eſt in juriſdictione contentioſa requiri tribunal, & locum ſolemnem, in quo ſalva majeſtate imperij, & more maiorum, jus dicatur. l.penult. de juſtit. & jure, l. cum ſententiam C. de ſenten. & interlocut. Secus in voluntaria, quæ de plano & ſummariè exerceri poteſt, neque nil ſolemnitas tribunalis poſtulatur. l.2. l.non eſt. l.ego ff. de manumiſ. vindict. §. Servi Inſtit. de libertin. Cujac.dict. novell. 95. Gotif. d. l. 2. & Faber d. princ.4. Cum verò ita ſe habeat poteſtas Cancellarij in gradibus conferendis, ſequitur ipſam eſſe juriſdictionem voluntariam,

Voluntaria juriſdictio.

846 Huic tamen differentiæ ſic expoſitæ videtur magnopere repugnare, quòd plura ex ijs, quæ dicta ſunt juriſdictionis voluntariæ eſſe, pro tribunali expediri debeant: inter quæ decretum de alienatione, aut manumiſſione minoris l. minor C. de prædijs minor. l.magis §. non paſſim ff. de rebus eorū: & generaliter ubicunq; deſideratur decretum, ceſſat cognitio per libellum, l.nec quiſquam §. ubi decretum ff. de offic.proconſ.l.omnia ff. de reg.juris. Idem eſt autem cognoſcere per libellos, atque cognoſcere de plano, arg. l.ſcire §. oportet tunc, l.excuſare, ubi Cujac. & Gotif. ff. de excuſat. De plano autem, & pro tribunali opponuntur l. 18. §. fin. de quæſt. Ergo vel dicendum eſt ea quæ appoſuimus, non eſſe juriſdictionis voluntariæ, vel eum hujuſmodi juriſdictione ſtare poſſe expeditionem

pro tribunali. Objectio propoſita ita movit Fabrum d. prin.4. illat.4. ut aſſeruerit ea quæ decretum, ſeu cauſæ cognitionem deſiderat, nullo modo pertinere ad juriſdictionem voluntariam. Rectiùs Eſcobar citatus §.3. num.88. ex Donello dict. l. 17. com. cap.8. lit. P. diſſoluit objectionem affirmans dupliciter conſiderari voluntariæ juriſdictionis cauſas, quaſi aliæ ſint quæ de plano, & per libellos expediuntur : aliæ vero quæ non niſi cognita cauſa, idest in quibus decretum deſideratur, quæ non ideo minùs voluntariæ juriſdictionis dicuntur, ſiquidem in volentem exercetur juriſdictio. Subſtantia autem juriſdictionis voluntariæ quà talis, videtur in eo præciſè conſiſtere, quòd nemo ſe opponat, quando judex illam in volentem exercet, juxta ea quæ ex Sylveſtro diciμus n.845.

Verum autem poteſtas, ſeu juriſdictio Cancellarij ſpectet ad eam voluntariæ juriſdictionis ſpeciem, quæ de plano expeditur? quæſtionis eſt, in qua credit Eſcob.cit. §.3. nu. 90. cum examen poſtulet, & ampliſſimam cauſæ cognitionem, magis aſſimilari ijs cauſis quæ deſiderant tribunal, ſcilicet decreto alienationis, bonorum poſſeſſionis, tranſactioni de alimentis, item & beneficiorum collationi, cui poſtremo exemplo mihi videtur ſimillima Cancellarij juriſdictio. Ex quibus manet perſpicuum ſecundum punctum, ſcilicet Cancellarij juriſdictionem non eſſe contentioſam, ſed eſſe voluntariam, in ea tamē ſpecie, quæ cauſæ cognitionem deſiderat.

847 Quod attinet ad tertium, ſitne illa juriſdictio ordinaria, an delegata? Pro parte affirmante eſſe delegatam poteſt quis argumentari 1. quia talis juriſdictio habetur ab homine, & non à jure : ſiquidem Princeps, & non lex illam Cancellario demandat, qui proinde ab authoribus Principis Vicarius, ſeu potiùs delegatus appellatur. 2. quia Cancellarij, & Conſervatoris juriſdictiones quoad participationem, & modum participandi aſſimilantur : atqui Conſervator judex delegatus eſt, ut nempe procedat defendens in cauſis violentiæ; ergo & Cancellarius. 3. quia ex judice ordinario fit delegatus, quando adjicitur reſcripto, ut procedat ſola veritate facti inſpecta, aut apponitur ſimilis alia clauſula, per quam alteratur juriſdictio ordinaria. Ita Bernard. de Plotis in conſil. 133 num. 38. inter conſil. crimin. diverſ. volum. 1. & Lanfr. de Orian. in cap. quoniam contra, in princip. num. 23. de probation. Ratio eſt, quia ut Felin. column. 17. in cap.1. de Conſtitut. & Imola in capit. dilecti, de judic. tradit Caccheran. deciſ. 1. num. 20. clauſula (Sola tacti veritate inſpecta) plus operatur quàm clauſula (Sūmariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu,

Ordinaria an ſit juriſdictio Cancellarij

Digitized by Google

& figura judicij.) Atqui judex qui procedit ſummariè, quando cauſa eſt ordinaria, fit ex ordinario delegatus, juxta Decium in capit. quoniam col. 2. verſ. tertio nota, de probation. & Aretin. in §. Bonæ fidei col. penul. & ult. & ibi Iaſon num. 45. Inſtitut. de action. Ergo à fortiori quando adjicitur clauſula (ſola facti veritate inſpecta.) Ex quibus omnibus ſatis manifeſtè infertur judicem delegatum eſſe Cancellarium, utpote procedentem illis omnibus modis, ſcilicet abſque omni judiciali ſtrepitu, ſummariè, de plano, & ſola facti veritate inſpecta.

Juriſdic. ordinaria.

848 Nihilominus juriſdictionem Cãcellarij eſſe ordinariam, & non delegatam, pro comperto habeo, quanvis in nullo authore invenerim. Ante probationem obſervandum eſt, quid ſit juriſdictio ordinaria, & delegata: quinã Ordinarius, & delegatus judex. Iuriſdictio ordinaria eſt quæ introducitur per commiſſionem perpetuam ad univerſitatẽ cauſarum, quanvis ſint unius generis. Iuriſdictio delegata eſt quæ introducitur per commiſſionem ad tempus. Ita Purpuratus, Iaſon, & Alexand. in l. more ff. de juriſdict. omn. judic. Hinc fit juxta Alciat. in rub. de officio ordinar. num. 5. juriſdictionem à lege, vel conſuetudine introductam eſſe ordinariam, quia perpetua eſt: & è contra juriſdictionem conceſſam ad cauſas particulares, in ſpecie, & non in genere, etiamſi commiſſio non fiat ad tempus, eſſe delegatam, cum de ſe perpetua non ſit. Ita Gregorius Lopez in l. 19. tit. 4. part. 3. l. 18. part. 3. Idem igitur ordinarius ſive laicus, ſive Eccleſiaſticus eſt ille, qui exercet juriſdictionem perpetuam. Sumitur ex capit. perſona 11. quæſt. 1. & ex Trident. ſeſſ. 24. cap. 20. de reform. Iudex delegatus eſt ille qui exercet juriſdictionem commiſſam ad tempus. Nan diſſentio à Malina tractat. 5. diſput. 8. neque à Fragoſo de regimin. part. 1. lib. 4. diſput. 10. num. 105. apud quem judex Ordinarius eſt ille, qui ex ſuo munere juriſdictionem exercet, ſive ſit Princeps, ſive ſint alij, qui ab eo accipiunt poteſtatem, dummodo ex proprio officio, ad id conſtituto juriſdictionem expediãt. Imò (addit ibidem) quotieſcunque quis creatur judex ab habente poteſtatem, cum univerſitate cauſarum, dicitur judex ordinarius. Delegatus vero judex eſt ille, cui à Principe, vel ab alio ordinario, vel à delegato Principis cauſa committitur. l. 1. §. qui mandata ff. de officio ejus cui mandata eſt juriſdict. Differunt inter ſe. Nam judex ordinarius dicitur habere proprium quoad juriſdictionem; delegatus verò non habet proprium quoad juriſdictionem, ſed dicitur habere uſum juriſdictionis duntaxat. Sic habetur ex dict. §. qui mandata, & l. ſi prætor ff. de officio ejus cui mandat.

Cãcellarii juriſdictio ordinaria.

849 His obſervatis, facilè ſuadetur reſolutio de juriſdictione Cancellarij ordinaria, & nõ delegata. Quia juriſdictio ſubſtantialiter conſtituitur ordinaria ex perpetuitate, cujus defectu cenſetur delegata, ita ut omnis ille judex ſit ordinarius, qui ex munere de ſe perpetuo juriſdictionem exercet: ille delegatus qui non ex munere perpetuo, ſed ex ſpeciali commiſſione illam exercet; atqui Cancellarius habet, & exercet juriſdictionem ex officio, ſeu munere de ſe perpetuo; ergo talis juriſdictio ordinaria eſt, & non delegata. Maior & conſequentia patent, oſtenditur minor, quia prædicto muneri tunc deeſſet perpetuitas, quando munus per terminationem cauſarum deficeret, vel ſaltem per amotionem, aut mortem Cancellarij extingueretur; ſed non deficit, nec extinguitur in dictis eventibus, ſolum enim tunc vacare dicitur; ergo eſt officium perpetuum. Confirmatur, nam una ex proprietatibus juriſdictionis ordinariæ, quam ſupra obſervavimus, eſt, quod judex datus ſit ad univerſitatem cauſarum, quanvis ſint ejuſdem generis, ſeu rationis: Cancellarius autem eſt in Academia judex ad univerſitatem cauſarum, ſaltem pro gradibus omnigenarum facultatum conferendi; ergo eſt judex ordinarius, & non delegatus.

Vicarius Principis Cancellarius.

850 Reſtat ſatisfacere argumentis pro parte oppoſita factis num. 847. Ad primum negamus talem juriſdictionem provenire à ſolo homine, ſeu Principe deſignante, & attingente immediatè perſonam Cancellarij: provenit enim etiam à jure, ſeu potiùs ab officio perpetuo, quod Princeps ſecundùm jus inſtituit: ut nempe quicunque in tali officio proviſus eſſet, talem exerceret juriſdictionem. Nec obſtat quòd Cancellarius appelletur Vicarius, & delegatus ſupremi Principis. Hic enim habet appellationem ex quadam ſimilitudine honoraria, ut oſtendatur exercere per participationem eandem poteſtatẽ, quæ peculiaris eſt ſupremi Principis, non verò ex proprietate ſermonis. Si enim eſſet in rigore Vicarius Principis, eo modo, quo dicitur quis Vicarius Epiſcopi, cõſtitueret idẽ tribunal cum Principe, ſicut Vicarius cum Epiſcopo, atque adeo eo mortuo extingueretur Vicariatus, quod nõ admittitur. Deinde hoc admiſſo, retorqueretur argumentum contra adverſarios, ut nempe diceremus juriſdictionem Cancellarij eſſe ordinariam, ſicut juriſdictio Vicarij Epiſcopi ordinaria eſt. Quòd verò non ſit delegatus judex in rigore, ſatis conſtat ex dictis num. ſuperiori. Ad ſecundum concedimus maiorem, & admittimus ſimilitudinem inter Cancellarium, & Conſervatorem Academicos: negamus tamen juriſdictionem Cõſervatoris Academici eſſe delegatam, ordinaria enim eſt, ne

latiùs

Google

latius oſtendetur lib. 7. Illa igitur erit delegata juriſdictio Conſervatoris, qui eligitur ad tempus pro aliqua opportunitate, v. g. ad violentiam, aut violentum gravamen tollendum.

851 Ad tertium fatemur de judice ordinario fieri delegatum, quando per aliquam ex dictis clauſulis, alteratur juriſdictio. Hoc tamen non provenit ex præciſa ratione clauſulæ, & modo procedendi ſummariè, ac de plano, ſed ex clauſula alterante, ſeu ex præciſa vi alterationis, quæ arguit defectum perpetuitatis. Hinc eſt, quòd quando cauſa de ſui natura eſt ſummaria, & committitur à Principe judici ordinario, ut de ea ſummariè cognoſcat, non propterea fiat delegatus. Ita Bapt. Fragoſus part. 1. lib. 4. diſput. 10. num. 113. ubi citat Felin. in corrigendis num. 4. verſ. Verbum ſummariè, de offitio ordinar. & Caro. in tractat. de locat. & titulo de ſportulis judicum num. 48. & ſequent. lib. 1. in 2. editione, ratio videtur eſſe, quia ex illa commiſſione non ſequitur alteratio, Addunt Socinus in l. more majorum num. 23. verſ. Sed dubium pulchrum eſt ff. de juriſdict. omn. judic. & Salicetus in leg. 1. num. 7. verſ. Sed dominus Cod. quomodo, & quando judex, judicem ordinarium non fieri delegatum, quando in litteris apponitur clauſula Summariè, ſi judex eſt omnium cauſarum tam ordinariarum, quàm ſummariarum, ea ratione, quia dicèt Princeps committat judici ordinario, ut de cauſa ordinaria ſummariè cognoſcat, eamque ſummariè definiat, nihil de novo illi detrahit de ſubſtantiali juriſdictione, ſed ſolum videtur alterare qualitatem cauſæ. Hoc tamen diſplicet Fragoſo citato, ex eo quòd in tali eventu detur alteratio juriſdictionis, ex qua reſultat delegatio. Nam ubicunque aliquid additur juriſdictioni, vel detrahitur diſpoſitioni, vel certæ rei, creatur nova ſpecies, & diſpoſitio, ut probant Iaſon in leg. 1. §. ſi quis ff. de verb. oblig. & Bernard. de Plotis in conſil. 133. ſub num. 38. fine, Quidquid autem de hoc ſit, ex dictis manifeſtum relinquitur Cancellarium eſſe ordinarium judicem, quanvis in collatione graduum procedat ſummariè, ac de plano, vel inſpecta rei veritate, Quia ex tali modo procedendi nec alteratur juriſdictio, nec deſinit eſſe perpetua.

Delegatus judex factus ex ordinario.

*****

***

*

QVÆSTIO II.

Qua polleat juriſdictione, & poteſtate erga candidatos graduandos?

852 HActenus diſputatum eſt de Cancellarij Academici poteſtate accepta ſecundùm ſe, & abſolutè, tum quoad ſubſtantiam, tum quoad qualitatē, ita ut deciſum maneat Cancellarium vera ac rigoroſa juriſdictione pollere, quæ quidem juxta fontes, à quibus derivatur, laica, vel Eccleſiaſtica denominabitur: ſemper tamen voluntaria, & ordinaria cenſebitur. Diſputandum nobis modò eſt de eadem poteſtate accepta reſpectivè ſive in ordine ad candidatos graduandos, ſive in ordine ad tempus, & locum, in quo gradus conferri debent, ac poſſunt. Circa primum, videtur certum habere Cancellarium poteſtatem compellendi candidatos, ut habeant, & probent ſe habere requiſita ad gradus ſuſcipiendos, antequàm conferantur. Probatur, quia omnis magiſtratus ex vi ſui muneris habet à Principe omnem authoritatem, & poteſtatem ſimpliciter requiſitam, ut tale munus rectè impleatur: nam qui concedit finem, cenſetur concedere media requiſita ad talem finem: atqui Cancellarius eſt magiſtratus Academicus, & judex Ordinarius in conferendis gradibus; ergo habet poteſtatem ad omnia requiſita pro valida, & juſta collatione graduum; & conſequenter habet juriſdictionem, ut exploret per examen ſufficientiam, & à collatione gradus repellat non habentem, vel non probantem requiſita. Hinc eſt quod cum certa ætas poſtuletur ad gradum magiſterij, & doctoratus, item præfinitum tempus frequentiæ, aut reſidentiæ in ſtudijs generalibus, denique tales actus pro examine, poſſit Cancellarius, ac debeat prædicta omnia à candidatis exigere.

Poteſtas Cancellarij erga graduandos.

853 Difficultas eſt, an poſſit Cancellarius recuſari per ſcholaſticum in examine, tanquam ſuſpectus? Rectè affirmant in ſpecie Perez l. 1. verſ. Item recuſari tit. 5. lib. 3. Ordin. pag. 567. Rebuff. in privileg. ſcholaſt. privil. 87. & 88. Moll. in emporio juris p. 1. tit. 2. in prælud. num. 196. & Emman. Barb. in remiſſ. ad lib. 3. Ordinat. tit. 21. num. 29. Satis ſuperque recuſabitur ut ſuſpectus, ſi probetur inimicus inimicitia maxima, ut rectè docent Maran. de ordin. judic. p. 6. actu 2. nu. 71. pag. 427. Tiraquel. de panis tempor. cauſa 21. num. 5. Steph. Grat. diſcep. for. c. 100. n. 19. & c. 200. n. 2. Rebuf. 19. 3. ad leges Galliæ art. 9. gl. un. n. 29. &

Cancellarius poteſt recuſari ut ſuſpectus.

Bellacomb. tom.1.comm.opin. lib.3.titul.1. de ju.hc. num. 92. pag.370. Addit Barb.citatus n. 23. ex Dom Garc.Mastrillo Siciliæ deciſ.151. nu. 49.p.2. & Gratiano cap.284, à num.26. judicem qui ſubditum non ſalutat, prout antea ſolebat, poſſe ut ſuſpectum recuſari. Quia (ut ait Farinac.in praxi crimin. q.49.num.54.) inimicitia præſumitur, quando quis non alloquitur, nec ſalutat eum, quem prius alloqui, & ſalutare ſolitus erat.

Gradum collatum ſcienter indigno an ſit irrita

854 Rogabis, an poteſtas Cancellarij extendatur ad graduandum candidatum indignum, & inſufficientem, ita ut talis validè graduetur. Negativa ſententia fundatur 1. authoritate Concilij Conſtantienſis §. item ut de cætero, de collatione in pragmat. ſanctio. ubi ſic habet contra perperam graduatos:

¶ Item ut de cætero floreat ſapientia, & vigeant litterarum ſtudia, nullus ad titulos graduum, & honorum admittatur, niſi idoneus, & approbatus moribus & ſcientia, atque benemeritus, nec ita levis, & nimium præcipitata promotio fiat. Nam, ut notum eſt, & multis ridiculoſum, multi magiſtrorum nomen obtinent, quos magis adhuc diſcipulos eſſe decoret, contra facientes, aut venientes, privilegijs regalibus eiſdem Univerſitatibus conceſſis ipſo jure priventur. Quibus verbis involuitur tam gradum indignè conferens, quàm indignè ſuſcipiens, ut ipſo jure priventur Academicis privilegijs, inter quæ numeratur graduum collatio, & ſuſceptio. Fundatur 2. ratione, quia gradus litterarius nihil aliud eſt, quàm teſtimonium publicum, quod Academiæ nomine dat Cancellarius de litteratura, ſeu doctrina graduati, conferens illi poteſtatem ad docendum eam facultatem, in qua gradum ſuſcipit: ſed data inſufficientia, v.g. ignorántia ex parte graduati, teſtimonium illud falſum eſt, proindeq; nullius momenti, & valoris: frivola etiam facultas ad docendam collata illi qui docere nequit, ſicut ſi daretur cæco licentia ad videndum; ergo talis gradus invalidus eſt. Fundatur 3. paritate rationis, quia eodem modo ſe habet inſufficiens ad beneficium, atque inſufficiens ad gradum litterarium: ſed collatio beneficij facta inſufficienti, & inepto eſt ipſo jure irrita, ut docent Garcia de benef. p. 7. cap.7. à num. 13. Gonzales gloſ.4. à num.47. & Leſſius cap.34.n. 129. ſumiturque ex cap.dudum 2.de elect. ergo ſimiliter erit ipſo jure irrita collatio gradus facta inſufficienti.

Pro ſententia affirmativa facit 1. quia illa inſufficientia videtur reddere collationem illam gradus illicitam, non verò invalidam, ſicut indignitas in ſuſcipiente Sacramentū Baptiſmi, Confirmationis, vel ordinis: neque enim omnis indignitas ponit in ſubjecto omnimodam incapacitatem: præſertim quia in dubio ſtandum eſt pro valore actus. Facit 2. quia licèt collatio Epiſcopatus, Scholaſtriæ, & Archidiaconatus facta carentibus gradu requiſito per Concilium irrita ſit, utpote facta contra formam præſcriptam, ut tradunt Garcia cit. p.7. cap.4. num.32. & Barboſa 3.p. de poteſt.Epiſc. alleg.65. num.4. tamen ſi gradus ſit obreptus, vel abſque ſcientia competenti, vel contra ſtatuta Academiæ, valebit collatio dignitatis, ut teſtantur Garcia cit. cap.7. num.50. & Azor p. 2. lib. 6. in quibus ſupponitur fuiſſe validam collationem gradus litterarij factam abſq; ſcientia competenti.

In hac re media via incedendum arbitror, ita ut propoſita utraque ſententia mittatur in concordiam. Nam ſi defectus litteraturæ talis ſit, qui ponat omnimodam incapacitatem, vel ſi deficiat aliqua eſſentialis forma, quam præſcribit Academia, collatio gradus irrita erit ipſo jure; ſi verò candidatus aliqualem litteraturam habeat, quamvis abſolutè inſufficientem, hæc inſufficientia ſatis non erit, ut collatio ſit ipſo jure irrita, ſufficiet autem ut veniat irritanda. Prior pars eſt quædam bona interpretatio primæ ſententiæ, proindeque ejuſdem fundamētis nititur. Poſterior pars coincidit cum ſecunda ſententia, cujus rationibus ſtabilitur; & declaratur ulteriùs exemplo beneficij collati: nā Garcia, Gonzales, & Leſſius ſupra citati affirmant, ſi ille cui beneficium confertur, aliqualiter litteratus ſit, eſto non ſufficienter, collationem validam eſſe, irritandam tamen ex cōvenientia. Sic igitur dicendum de collatione gradus.

855 Circa ſecundum, de collatione gradus conſiderata in ordine ad tēpus, notandum eſt, triplex tempus venire in conſiderationem, aliud quod jure communi, aut peculiari exigitur tranſactum in generalibus ſtudijs, ut gradus in hac vel in illâ facultate conferatur, de quo Petrus Gregor. lib.18. de Repub. cap.9. num. 3. & nos diſput. ſequent. Aliud eſt tempus, quod ſolent præſcribere nōnullæ Academiæ pro certis gradibus conferēdis, v. g. Baccalaureatus, vel Licentiaturæ in artibus, ea lege impoſita, ut extra tale tempus non conferantur. Et tunc ſi non exprimatur ſtatuto, ut gradus extra tale tempus collatus, ſit ipſo jure irritus, Cancellarius extra illud tēpus, contra ſtatutum gradum conferens, illicitè, ſed validè operabitur. Quia per tale ſtatutū non privatur potentia. Maius dubium eſt circa aliud tempus, nempè ſacrum, utrum ſcilicet Cancellarius gradum conferat validè ac licitè diebus feſtis? Videbitur alicui negandum, ex eo quia in jure tam canonico, quàm civili cap. 1. de ferijs 15.q.4.& cap.ult. de ferijs, item l. ut in die C. de ferijs prohibetur opus placitum, ſeu (ut exponit Suar. tom.1. de Relig. lib.2. de diebus feſtis cap.29. num. 8.) judicium forenſe, quod complectitur omnia, quæ ad formationem

Tempus conferendi Gradus.

Gradum collat. diebus feſtis.

nem proceſſus, & prolationem ſententiæ deſideratur, ut præter citatum Suarium, tenent Navar. in Manuali Lat. num. 13. cap. 13. Caietan. 2. 2. q. 122. a. 4. & Toletus lib. 4. Summæ cap. 24. num. 5. ſed collatio gradus eſt quædam prolatio ſententiæ judicialis in re litteraria, præcedentibus examinibus, quæ habent vim proceſſus, & non fiunt ſine magno ſtrepitu, & contẽtione; ergo prohibetur fieri diebus feſtis; imò facta irritatur, ſicut opus placitum, cujus irritatio inducitur expreſſè per textus citatos.

Placitū diebus feſtis.

856 Nihilominus præciſo ſpeciali ſtatuto alicujus Academiæ prohibente, vel irritante, affirmandum eſt Cancellarium licitè & validè conferre gradum litterarium diebus feſtis. Ratio eſt, quia in ſupra citatis juribus ſolum prohibetur, & irritatur opus placitum, hoc eſt judicium forenſe, quod diebus feſtis exercetur per juriſdictionem contentioſam, & cum cum judiciali ſtrepitu, ut ſentiunt unanimiter citati authores, planèque innoteſcit ex cap. ultimo de ferijs, ibi, Debet judicialis ſtrepitus diebus conquieſcere feriatis, quod ob reverentiam Dei noſcuntur eſſe ſtatuti. Dicitur autem eſſe judicialis ſtrepitus, ubi cauſa eſt contentioſa & litigioſa, & ubi quæſtiones & jurgia tractantur. Quare juxta Sylveſt. v. Dominica q. 3, nu. 5, Robertum Maranta 6. p. ordin. judic. fol. 430. col. 2, num. 39. Speculatorem tit. de ferijs §. ſequitur Abbatem in cap. conqueſtus col. 2, de ferijs, & Suar. tom. 2. de Relig. lib. 2. de diebus feſtis cap. 30. num. 10. licitè & validè poſſunt diebus feſtis exerceri omnes actus voluntariæ juriſdictionis, ut eſt emancipare, adoptare, manumittere, tutores pupillorum conſtituere, celebrare contractus, inſtrumenta libertatis, & teſtamenta conficere. Cum verò collatio graduum exerceatur à Cancellario per juriſdictionem voluntariam, & non contentioſam, ut ſupra num. 845. oſtenſum eſt, atque adeo ſine illo judiciali ſtrepitu, planè ſequitur à citato jure neque prohiberi, neque irritari. Ex quo patet dilutio fundamenti oppoſiti ſolum probantis dari prohibitioné, & irritationem judicij forenſis, quod exercetur cum ſtrepitu, ac per juriſdictionem contentioſam.

Voluntariæ juriſdictionis exercitiū diebus feſtis.

857 Circa tertium de collatione gradus conſiderata in ordine ad locũ, Alphonſus de Eſcobar cap. 30. §. 3. num. 94. exiſtimat jure communi inſpecto poſſe ſtudiorũ judices ubilibet abſque ulla tribunalis, aut loci obſervatione gradus conferre. Fundatur, quia licèt in cauſis exigentibus cognitionem plenariam, hujus ſolemnitatis omiſſio ſoleat inducere nullitatem, attamen in cauſis voluntariæ juriſdictionis, & ijs quæ ſummariè expediri poſſunt, inter quas recenſetur collatio gradus litterarij, ſecus accidit. l. 2. §. dies ff. quis ordo in bon. poſſeſ. ſerv. l. levia ff. de accuſat. Quid de jure ſpeciali? Si peculiari ſtatuto, aut placito Principis ſpeciali certus ac ſolemnis locus aſſignetur gradibus conferendis, Cancellarius tenebitur id obſervare. Quod ſi loco ſolemni ſpreto, alibi conferat gradum, dubitatio erit, ſitne irritum quidquid geſtum fuerit? Non credo induci nullitatem, niſi lex vel ſtatutum geſta in cõtrarium expreſſè reſcindat per clauſulam, quæ vocatur decretum irritans. Nam omnis irritatio odioſa cum ſit, nunquam admitti debet, niſi planè conſtet de decreto irritante. De Cancellario Salmanticenſi exiſtimat Eſcobar cap. 30. §. 3. num. 91. jure inſpecto, eum non teneri in conferendis gradibus locum ſolemnem obſervare. Nam quocunque loco jus dixerit, ſalva majeſtate imperij, ibi jus dicitur, l. penult. ff. de juſtit. & jure. Addit etiam ſi domi, vel itinere hoc agat, ex tex. eleganti in l. 4. §. 1. ff. de interro. in jur. fact. Quid verò novi juris de loco & tribunali ad gradus conferendos in Salmantina Academia, diſſerit latè à nu. 97. ad 159. Sicut de Vicecancellario Salmantino §. 4, à num. 160. uſque ad 173. de Vicario Academico, vulgo Iuez del ſtudio toto cap. 31. Quid de loco graduandi in Academia Conimbricẽſi? Baccalaureatus in Artibus confertur in aula magna lib. 3. Statut. tit. 61. num. 1. Licentiatura in S. Theologia confertur in templo monaſterij S. Crucis lib. 3. Statut. tit. 39. num. 2. In eodem loco confertur Doctoratus Theologicus lib. eod. tit. 41. num. 4. Licentiatura confertur Iuriſtis in ſacello Academiæ lib. 3. tit. 47. num. 7. Doctoratus verò in Aula eodem lib. tit. 48. num. 3. Quòd attinet ad graduandos in medicina, Licentiatura confertur eo modo, quo Iuriſtis lib. 3. tit. 53. Doctoratus, eo modo quo Theologis, lib. 3. tit. 54. Quid de loco graduandi in Academia Eborenſi? Baccalaureatus in artibus confertur in Aula publica lib. 3. Statut. cap. 6. Licentiatura in eadem facultate confertur eodem loco lib. 3. cap. 10. Item & Magiſterium cap. 13. In eadem Magna Aula confertur Licentiatura, & Baccalaureatus Theologis cap. 17, & 23. Doctoratus autem cõfertur Theologis in templo Divini Spiritus magno ſolemnitatis apparatu lib. 3. cap. 25.

Locus pro gradibus conferendis.

QUÆSTIO III.

Qua polleat Cancellarius poteſtate, ut præcipiat ſtudioſis, & officialibus?

858 IVre communi nihil invenio deciſũ quoad poteſtatem Cãcellarij Academici in præcipiendo ſtudioſis, ac officialibus, eoſque per vim directivam, & coactivam guber-

gubernando. Cum verò Cancellarius ex ſuo munere ſit in conferendis gradibus delegatus ſupremi Principis vel Eccleſiaſtici vel ſæcularis, ut ſupra vidimus, & exprimitur in Statutis Conimbric. lib. 3. tit. 38. num. 21. his verbis:

Cancellarius delegatus Principis.

¶ O Cancellario neſtes exames privados, & nos graos de Theologia & Canones, & nos mais que ſe daõ authoridade Apoſtolica, he delegado do Papa: & nos de Leys & Medicina, & outros que ſe daõ authoridade Regia, he meu Lugartenente: & como tal, pela obrigação, & eminencia do cargo, &c. ſequitur ex natura rei habere à Principe omnem authoritatem, & poteſtatem, quæ neceſſaria eſt pro tali exequenda delegatione: atque adeo ut gradus conferat licitè, & validè, poſſe præcipere tam ſtudioſis cādidatis, quàm officialibus quorum intereſt, eoſque compellere ad obeundum quidquid tenentur, pro tali fine aſſequendo. Vnde poteſt præcipere candidatis, ut adſint tali hora ad probandos curſus, vel puncta pro examine privato capienda, item officialibus, qui pro tali, vel tali munere agendo tenentur adeſſe actibus, & gradibus conferendis, præcipere poteſt, ut adſint, & ſic de reliquis actionibus ad ſuum officium. Sicut enim in Republica politica certi quidam officiales ſubordinantur magiſtratibus, & quibus mandata capeſſere, & juxta eorum præſcripta operari debēt, ita in Republica litteraria, ſimilis ordo, & ſubordinatio officialium erga magiſtratus Academicos ſervanda eſt.

Cancellarij poteſtas in præcipiendo.

859 Quid de jure ſpeciali? De ſolis Academicis Luſitanis teſtari poſſumus. Imprimis de Cancellario Conimbricenſi, habetur hæc reſtrictio, ſeu poteſtatis circunſcriptio lib. 2. Statut. titul. 22. num. 3. his verbis,

¶ E o dito Cancellario não terà mais juriſdição, da que por eſtes Eſtatutos lhe for dado: nem o Reitor ſe entremeterà, no que ao dito Cancellario pertence. Quanta verò, & quæ poteſtas ex Statutis illi impendatur, conſtat præcipuè ex lib. 2. titul. 22. Nam ſic habetur num. 1.

¶ As couſas que pertencem a ſeu officio ſaõ, que elle darà os graos de Licenciados & Doutores, & Meſtres, & os pontos pera as liçoẽs, que ſe ouverem de fazer aos exames privados em todas as faculdades, pela ordem que ſe dà no titulo do exame privado em Theologia, do livro 3. & ſerà preſente nelle, & na approvação dos Licenciados em Artes. Latè egimus de poteſtate graduandi, eamque expoſuimus perſpicuè ſupra quæſt. 1. item diſp. 1. q. 2. & 4. De punctorum deſignatione pro examinibus privatis, atque in eis, approbatione Licentiatorum & aſſiſtentia dicemus ſequenti diſputatione.

Præceptũ Cancellarij

860 Progreditur num. 2. ¶ Mandarà começar, & acabar os taes actos, arguir, & callar os argumentantes, guardando a cada hum ſuas precedencias, & antiguidades. E tendoſe o padrinho no reſolver das duvidas, & argumentos mais do neceſſario, ou não deixando reſponder aos reſpondentes, & arguir aos argumentantes, o Cancellario o poderà mandar callar, & conſtranger, que guarde, o que a ſeu officio pertence. Ex quibus patet qualiter poſſit Cancellarius præcipere ſtudioſis tam profeſſoribus, quàm auditoribus, in actibus litterarijs, ſignando initium, dirigendo progreſſum, & imponendo finem; & quantam authoritatem habeat etiam erga Doctorem præſidem, ita ut eum valeat cogere ad tacendũ, & obſervandum quidquid munus ipſius poſtulat. Quod deſumitur ex verbo conſtranger, id eſt cogere, compellere, ſcilicet per vim coactivam, quæ eſt poteſtas ad præcipiendum, vel prohibendum ſub pœna aliqua impoſita, quæ revera in tranſgreſſore executioni mandetur. Vnde videtur Cancellarius in prædictis caſibus poſſe præcipere ſub interminatione carceris, aut pœnæ pecuniariæ. Nam poteſt coactivè præcipere ex ſtatuto ſecundùm ſtatuta; eſt autem pœna carceris ſcholaſtici, & pœna pecuniaria ſecundùm Academica ſtatuta, proindeque non tranſgrediens poteſtatem magiſtratus Academici, qualis eſt Cancellarius inter præcipuos.

861 Concluditur num. 3. ¶ O Cancellario terà as chaves da caſa do exame privado, pelo tempo que durar o tal acto, & terà cuidado que a dita caſa fique deſpejada de toda a peſſoa, que não ouver de ſer preſente no tal exame: & por ſy verà ſempre as ditas caſas com o Secretario do conſelho: & farà fechar as portas della, & que as liçoẽs ſe leaõ conforme aos Eſtatutos, & que entre lição, & lição não ſe eſpere mais de hũa hora: & que o relogio ſeja verdadeiro; dos que eſtão em poder do Reitor; & que nenhũa peſſoa bula com elle, nem o vire, ſenão elle por ſy sò. E não conſentirà em algũa das approvaçoẽs, que ſe vote duas vezes, conforme ao que ſe diz no dito titulo do Exame privado. Cum ſpectet ad Cancellarium impertire gradus litterarios, qui non niſi prævio examine, & explorata diu ſcientia, ac ſufficientia candidati impertiri debent, ſtatutum dicto Cancellario impensè commendat quæ viſa ſunt neceſſaria, ut Candidatus legitimè periculum ſubeat, atque ſui ingenij, & doctrinæ præbeat ſpecimẽ. Quare pro dictis omnibus executioni mandandis accipit Cancellarius ab ſtatuto omnem authoritatem, & vim tam directivam, quā coactivam ad præcipiendum, & puniendum, ut ex ſupra dictis manifeſtum eſt.

Examen privatum.

862 Quod attinet ad Cancellarium Eborenſis Academiæ, quanvis habeat omnem ferè poteſtatem, qua pollet Conimbricenſis, juxta ea quæ diſponunt ſtatuta

Cancellarij Eborenſis poteſtas in præcipiendo.

Eborenſia

Eborenſia lib.1. cap.4. tamen in eo multum diſcrepant, quòd Conimbricenſis nullo modo ſubjaceat, vel ſubordinetur Rectori Academico, Eborenſis verò ſubjaceat, & pendeat in omnibus à Rectore tanquam illius ſubditus. Cum enim Academia fuerit commiſſa Societati juxta ipſius regulas, & conſtitutiones, voluit illius fundator Sereniſſimus Cardinalis & Rex Henricus, ut ſicut Cancellarius ſubditus erat Rectoris in diſciplina regulari, ita maneret ſubditus in omni gubernatione, & obſervantia Academica. Vnde ſic habetur §.1. ¶ O Cancellario ſerà ſempre da Companhia, & por ella eleito, conforme a ſuas Conſtituiçoens, peſſoa de letras, zelo, & bom juizo, pera em tudo poder bem cumprir as couſas, que pelo Reitor lhe forem commettidas: cujo officio he ſer hum geral inſtrumento do Reitor pera ordenar bem os eſtudos, & endereçar as diſputas nos actos publicos, & pera julgar da ſufficiencia daquelles que ſe haõ de admitir aos autos, & graos. Pro levamine Rectoris, cui utrunque onus gubernandi Collegium, & Academiam injunctum eſt, voluit Rex Auguſtiſſimus, ut Cancellarius tanquam generale inſtrumentum Rectoris ab eo admitteretur ad curas maioris momenti in regimine Academico. Vnde ex commiſſione Rectoris ſolet eſſe generalis cenſor in omni doctrina tam Philoſophica, quàm Theologica, ita ut nullæ theſes publicè defendantur abque approbatione Cancellarij, qui etiam quando defenduntur, poteſt ſuam interponere authoritatem, ut propoſitiones à vero deviantes ad ſcopum veritatis colliment. Item ex commiſſione prædicti Rectoris ſolet Cancellarius aſſiſtere probationibus curſus tam Philoſophici, quàm Theologici, examinare, & approbare requiſita ad collationem capellaniarum, vulgo partidos, admittere ad moralem Theologiam, & invigilare moribus, ac diſciplinæ ſcholaſticæ omnium, qui dant operam ſacræ Theologiæ ſive ſpeculativæ, ſive morali.

863 Additur ſupra citato §. ¶ E aindaque ao preſidente das diſputas pertença por ordinario endereçar as meſmas diſputas, & fazer argumentar, & acabar os argumentantes: todavia quando parecer neceſſario poderà fazer iſto o Cancellario. Hac poteſtate præcipiendi ipſis etiam Doctoribus præſidentibus, quando theſes in aulis propugnantur, & habetur ex ſtatuto Eborenſi, excedit noſter Cancellarius Conimbricenſis. Proſequitur citatum cap.4. §.2. ¶ Ao Cancellario pertence dar os graos de Licenciados, Doutores, & Meſtres com a forma coſtumada, qual he a ſeguinte. Ego N. in præclara Artium facultate Magiſter (& ſe for Doutor em Theologia acrecentarà) & in ſacroſancta Theologia Doctor, & huius Academiæ Cancellarius authoritate Apoſtolica creo, conſtituo, & declaro te Doctorem in eadem Theologia, & concedo tibi omnes eas facultates, functiones, & immunitates, quæ ijs, qui ad hunc gradum promoventur, concedi ſolent, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen. Hæc eadem forma præcipitur accommodari in omnibus alijs Academiæ gradibus, habita ratione facultatis, & numeri candidatorum.

Diſputationes regere quid ſit.

Forma cõferendi gradus.

864 Deinde præſcribitur forma pro conferendis inſignibus Doctoratus, & Magiſterij, in hunc modum. ¶ In hujus autem tam præclaræ dignitatis ſignum his externis ornamentis condecorandus es, quæ in præſentiarum adhiberi ſolent: imprimis pileum albo diademate ornatum (aut cæruleo) capiti tuo impono: Deinde trado tibi librum Theologiæ (aut Philoſophiæ) clauſum, & apertum, ut eam publicè profiteri, & interpretari poſſis. Poſtremo infero digito tuo annulum ſcientiæ ſplendoris ſignum. Accedit oſculum pacis. Quod attinet ad poteſtatem præcipiendi in examinibus privatis, & obligationem ea dirigendi, ſtatuit §.4. & §.5. quidquid Cancellario Conimbricenſi injunctum eſſe per ſtatuta Conimbricenſis Academiæ, diximus num. 860. 861.

Circa formam præſcriptam conferendi Doctoratum & Magiſterium, poteſt eſſe difficultas, an ſi Cancellarius eam prætermittat, vel omninò, vel quoad maiorem partem, gradus maneat irritus? Pro parte affirmativa facit 1. quia quando in aliquo actu forma ſervanda eſt, ſi in illo deficiat, actus eſt nullus, l. Mævius, l. qui hæredi ff. de condit. & demonſt. l. 1. 2. C. quando provocare non eſt neceſſe. Tiraq. in l. ſi unquam verbo revertatur num. 67. C. de revocan. donat. Salas de legib. q.96. tractat. 4. diſp.16. ſect.1. num.1. Suar. de legib. lib. 5. cap. 31. num.1. Rolan, conſil.30. nu.2. lib.3. Maſcard. de general. ſtatuti Interp. concl.9. num. 8. ſed in conferendo gradu forma illa ſervanda eſt juxta ſtatutum Academicum, ut patet; ergo ſi non ſervetur, actus erit nullus. Facit 2. quia nulla res poteſt conſiſtere ſine ſuo eſſe: ſed forma dat eſſe rei. l. Divus ff. de in integ. reſtit. l. Iullanus §. ſi qui rem ff. ad exhibendum. l. Mævius ff. de condition. & demonſtr. l. qui per ſalutem ff. de jurejur. Anton. Gomez Variar. to. 1. cap. 2. num. 7. & Card. Thuſc. tom. 3. lit. F. concl. 413. num. 2. ergo deficiente forma præſcripta ad gradum, deficiet gradus. Facit 3. quia apud omnes in confeſſo eſt defectum formæ ſubſtantialis inducere nullitatem actus; & apud Farinac. in frag. 1. par. num. 203. pag. 209. Grat. conſil. 16. num. 14. lib. 1. Virgil. Boccac. in conſtitut. Piceni glo. 6. num. 164. Rolandum cõſ. 72. num. 6. lib. 3. Gozadin. conſ. 73. num. 13. & Palaum diſp. 2. de leg. pun. 9. num. 2. ponitur pro regula, ut quoties lex jubet aliquid ſervandum

Forma defectus reddit nullitatem.

ſubſtantialis forma quæ.

dum pro forma; de forma ſubſtantiali intelligatur. Nam forma accipi debet pro ſignificato præcipuo, quale cenſetur forma ſubſtantialis, quæ ſimpliciter talis dicitur. Sic enim inter Philoſophos quando abſolutè profertur (ens) intelligitur de ſubſtantia, quæ ſola eſt ens ſimpliciter. Hinc fit, teſte Rolando con.43.num.13. lib.2.& Farinacio 2.p. frag. num.221. ut in dubio ſitne forma inducta ſubſtantialis, an accidentalis, præſumatur ſubſtantialis, præſertim ſi favorem contineat. Ratio eſt, quia in dubio præſumitur dari id quod eſt ſimpliciter, præcipue ſi favor accedat: forma autem ſubſtantialis ſimpliciter eſt forma, accidentalis, ſecundum quid. Cum igitur verba illa Statuti ſervanda ſint à Cancellario pro forma, ſequitur hanc eſſe ſubſtantialē, & hujus defectu gradū evadere irritum.

Stipulatio fit per verba.

865 Facit 4. quia in contractu ſtipulationis, qui verbis perficitur, ideo defectus verborum inducit nullitatem, quia certa verba præſcribuntur à jure, ut talis contractus fiat. Ita Molina tractat.2. diſp. 254.§.2. quod deſumit ex §. Stipulatio Inſtit. de verb. oblig. & l.5.§. ſtipulat. ff. eod. tit. ſed à jure Academico certa verba præſcribuntur, ut gradus conferatur; ergo illorum defectus nullitatem inducet. Facit 5. nam ita ſe habet in humanis collatio gradus, atque ſe habet in divinis collatio ſacramentorum, v.g. Baptiſmi, & Confirmationis: ſed in his, ſi deficiant verba, erit irrita collatio, ex eo quòd Chriſtus Dominus certa verba præſcripſerit; ergo ſimiliter in collatione gradus, ex eo quòd Academia certa verba proferenda jubeat. Facit 6. quia non minus requiruntur ad valorem gradus illa verba præſcripta, & determinata, quàm ad valorem juramenti ſolemniter prolati tactus Evangeliorum, vel Miſſalis: ſed ille tactus omiſſus reddit irritum juramentum: unde de profeſſione fidei, quæ exigitur à promotis ad beneficia docet Garcia de benef. p.3.cap.3.num.70. non ſatisfacere etiam perſonaliter jurantem, ſi manu non tangat ſacra Evangelia, vel Miſſale: quia tactus requiritur tanquam forma, ut ſumitur

Tactus Miſſalis in juramento.

„ ex illis verbis: Sic me Deus adjuvet, & hæc „ ſancta Dei Evangelia. Ergo idem dicendum de omiſſione verborum, quæ præſcribuntur ad collationem graduum.

866 His omnibus, quæ videntur reddere ſatis probabilem partem affirmativam, non obſtantibus, mihi ſimpliciter arridet pars oppoſita negativa, ſcilicet nō manere irritum Doctoratum, ſeu Magiſterium ex defectu prædictorum verborum. Fundamentum unicum, ſed ſolidum eſt, quia omiſſio formæ accidentalis, qualis omnis illa eſt, quæ non ingreditur eſſentiam actus, ſed tantum illi adjacet, non inducit irritationem: atqui omiſſio prædictorum verborum, eſt omiſſio formæ accidentalis; ergo ea data non manebit actus irritus. Maior eſt certa, & in ea ut ſic conſentiūt Suar. de legib. lib.5. cap.31. Salas eod. tract. diſp. 16. ſect.9. num.35. & Azor. to.2. 2. lib.8. cap.14. q.8. Minor ſuadetur ex quadam regula dignoſcendi inter formam ſubſtantialem, & accidentalem, quæ ita habet: quando lex impedit facultatem faciēdi actum, & ſimul deſignat modum, quo faciendus eſt, talis modus eſt forma ſubſtantialis: quando verò præſcribit modum illi qui jam habet poteſtatem, modus ille forma accidentalis cenſetur. Hanc regulam tradūt Layman cap.16.num.7. Sanch. lib.1. Dec. cap. 4.num.26. Salas cit. diſp.16. ſect.9. num.41. & Suar. cit. lib.5. cap.31. num.9. Ratio utriuſque partis eſt, quia omnis actus redditur nullus ex defectu poteſtatis: quando autem lex confert poteſtatem ſub determinato modo, cenſetur illam conferre ſic determinatam, & limitatam, non aliter: ex oppoſito, quando poteſtas jam abſolutè, & ſine determinatione collata eſt, nō cenſetur reſtringi per formam ſupervenientē abſque aliqua declaratione; hæc igitur forma accidentalis eſt, licèt illa ſit ſubſtantialis. Atqui forma illa conferendi gradum injungitur Cancellario, in quo ſupponitur poteſtas abſoluta ſimpliciter; ergo talis forma accidentalis eſt.

Formæ accidentalis exempla.

867 Confirmatur, & explicatur exemplis, 1. apud Sanch. lib.3. Matr. diſp. 5. num.4. Epiſcopus excommunicans non ſervata forma jure præſcripta cap.1. de ſenten. excommun. in 6. ſcilicet ſine ſcriptura, & ſine expreſſione cauſæ, excommunicat validè & ſi illicitè: quia forma illa injungitur jam habenti poteſtatem. Idem procedit, ſi non ſervet in abſolutione à cenſura formam præſcriptam. 2. apud Suarium lib.5. de legib. cap.32. num.3. proceſſus factus, in quo omittitur juramentum, quod præſtandum judici erat in principio litis, juxta l. rem non novam C. de judic. validus eſt. Quia lex exigens tale juramentum, ſolum inſtruit judicem, præcipiendo quid fieri oporteat, & non reſtringendo judicis poteſtatem. Sic ergo dicendum eſſe de Cancellario, cui præcipitur à Statuto, ut utatur tali forma. 3. apud Salas diſp.16. ſect.10. num.46. ſi prælatus habenti facultatem abſolutè audiendi confeſſiones præcipiat ne audiat fœminas, aut mercatores, ſine ulla reſtrictione facultatis, & idem eſt, ſi præcipiat aliquem modum aut formam audiendi, confeſſarius tali præſcripto contraveniendo adhuc validè audit, eſto illicitè.

868 Supereſt ſatisfacere objectis pro parte oppoſita. Ad primum dicimus, quando in aliquo actu deficit forma ſervanda, actum eſſe nullum, ſi forma ſit ſubſtantialis, non verò ſi ſit accidentalis, qualem probavimus dari in collatione gradus. Quia accidens juxta Philoſophos poteſt adeſſe, & abeſſe

ſine

fine ſubjecti corruptione. Et ſic præter citatos authores num.864.leges ibidem citatas interpretantur Everardus in topicis legalib. loco 53.Tiraq.de retractu lig.§.2.gloſ.21. Gomez variar,tom.1.cap.2. & alij. Ad ſecundum fatemur rem non poſſe conſiſtere abſque ſuo eſſe, & formam dare præcipuum eſſe rei, ſi ſit forma ſubſtantialis, non verò ſi ſit accidentalis, qualis eſt illa Cancellario præſcripta. Ad tertium admittimus regulam, ut quoties lex præcipit aliquid obſervari pro forma, iotelligatur de forma ſubſtantiali, negamus tamen eam procedere in noſtro caſu:quia ſtatutum apponens illa verba non decernit, ut Cancellarius illis uratur pro forma collationis,ſed ſolum inſtruit Cancellarium qualiter per illa verba gradum conferre debeat. Ad quartum negamus paritatem inter ſtipulationem, & collationem gradus: nam ſtipulatio ex præciſa ratione juris exigentis in illa formam ſubſtantialem, ita poſtulabat antiquitas certa verba, ut quocunque ex illis deficiente, deficeret contractus, poſtea per jus §.1.Inſtit. de verb.oblig. & l.omnes C. de contrah.& committenda ſtipul. ita mitigatus fuit ille rigor,ut ſufficiat ad valorem,ſi unus ſufficienter exprimat alteri petitionem,& alter illi ſuum conſenſum: modò id fiat vocibus quibuſcunque: non enim ſufficiunt nutus. At in collatione gradus res aliter ſe habet, cum jus Academicum non poſtulet ſubſtantialiter illa verba.

Stipulatio.

869 Ad quintom dicimus magnam eſſe diſparitatem inter collationem ſacramentorum, & collationem gradus litterarij: nam Christus Dominus inſtituens ſacramenta voluit ut ea conſtarent eſſentialiter rebus, & vocibus tanquam materia, & forma, proindeque verba eſſent forma ſubſtantialis: collatio autem gradus litterarij aliter ab hominibus inſtituta fuit,ut ex dictis ſatis patet. Ad ſextum neganda eſt maior propoſitio, & aſſignanda diſparitas inter illud juramentum, & collationem gradus: quia in juramento tactus Evangeliorum poſtulatur tanquam forma ſubſtantialis: & Sanchez lib. 7.Matrim. diſp.108. num,14. docet, quando tactus ut forma requiritur, etſi qui non tangit, juramento adſtringatur, actum tamen non valere quoad juris effectus: at in collatione gradus, forma illa prout conſtat ex certis ac determinatis verbis, accidentalis eſt, & ideo quavis omittatur, manebit gradus ſubſtantialiter validus, etiam quoad omnes effectus juris.

Iuramentum ſine tactu Miſſalis.

DISPVTATIO III.

De Cancellarij Academici obligationibus.

QVa dignitate fulgeat Cancellarius, qua deinde polleat juriſdictione, & poteſtate erga ſtudioſos iam profeſſores, quàm auditores,item erga officiales, ſatis expoſitũ manet prima & ſecunda diſputatione, ſupereſt hac tertia explorare obligationes, quibus ex vi ſui muneris obſtringitur. Cum verò munus Cancellarij præcipuè verſetur in conferendis gradibus litterarijs, priuſquam exponamus qualiter obligetur erga ſtudioſos quoſcunque,& officiales, diſcurremus duo,alterum, qualiter teneatur erga candidatos ante collationem gradus: alterum, qualiter teneatur erga eoſdem in ipſa gradus collatione.

QVÆSTIO I.

Ad quid teneatur Cancellarius erga candidatos ante collationem gradus?

870 CVm ad Cãcellarium pertineat explorare ſufficiẽtiam graduandorum; & quæcunque alia requiſita,ſufficientia autem præcipuè cõſiſtat in quadam probitate morum, & profectu ſcientiæ, Cancellarius proculdubio peccabit graviter, ſi negligat examen morum, aut ſcientiæ. Sumitur t. ex gravi pœna, qua Conſtantienſis Synodus §.Item ut de cætero, de collation. in prag. ſanctio. afficit conferentes gradum non probatis idoneis. Nullus(inquit)ad titulos graduum,& honorum aſſumatur, niſi idoneus, & approbatus moribus & ſcientia,atque benemeritus. Et poſt pauca adjungit: Contra facientes, aut venientes, privilegijs regalibus eiſdem univerſitatibus conceſſis ipſo jure priventur. Cum igitur ſit gravis pœna omnibus Academicis privilegijs ipſo jure privari, & ex gravitate pœnæ arguatur gravitas culpæ,recte ſequitur graviter delinquere Cancella-

Gradum conferens inſufficiẽti punitus.

Digitized by Google

cellarium, qui negligeret examinare mores, ac ſcientiam candidatorum. Suaditur 2. ex ratione, quia violatio juſtitiæ commutativæ in re gravi eſt gravis culpa, quæ ſi conjungatur cum damno, inducit obligationem reſtitutionis: ſed Cancellarius conferens gradum non probatis idoneis, violat juſtitiam commutativam, utpote agens contra ſuum officium in re ex genere ſuo gravi, & expoſita magnis detrimentis boni publici: ſiquidem viri idiotæ, vel malè morati per publicum Academiæ teſtimonium habiti pro ſapientibus, & probis viris inferre poſſunt graviſſima damna Reipublicæ; ergo peccabit graviter ex genere ſuo Cancellarius illos ornans gradibus. Vnde infertur cum Sylveſtro verbo Doctor num. 6. ſcholarem candidatum poſſe reprobari, ſeu repelli a doctoratu non ſolum propter defectum ſcientiæ, quæ ſcilicet judicanda eſt ſufficiens arbitrio doctorantium, ſed etiam morum, ut habetur ex l. magiſtris C. de profeſſ. & medic. lib. 10. juncta Clem. 2. de magiſt.

Doctorandi qua de causa repelli possint.

Scientia qualis requiratur in doctorando.

871 Prima difficultas eſt, quænam, & quanta ſcientia requiratur in candidato, ut poſſit licitè doctorari? Reſpondeo 1. non ſufficere abſolutè peritiam & ſcientiam in doctorando, ſed talem, quæ ſit conjuncta cũ facundia, ſubtilitate, & copia. Vnde docet Sylveſter citatus num. 6. quatuor inter alia requiri in promovendo ad dignitatem magiſterij: 1. docendi peritiam, ideſt ſcientiam. 2. docendi facundiam. 3. ſubtilitatem interpretandi. 4. docendi copiam. Poteſt igitur quis magna ſcientia inſtructus repelli à Doctoratu, ſi v. g. mutus ſit, vel ita blæſus, ut verba formare nequeat, itẽ ſi tardo & hebeti ingenio adeo ſit, ut nec leges interpretari, nec difficultatibus oppoſitis valeat ſatisfacere. Ratio eſt, quia finis Doctoratus, ſeu Magiſterij eſt docere, & ideo Cancellarius gradum conferens, impendit facultatem ad Philoſophiam publicè profitendum, vel ſacram Scripturam interpretandum: ſed qui ex defectu linguæ doctrinam, quam mente habet, inculcare alijs nequit, eſt impotens ad docendum, item qui ex defectu ingenij ſacram Scripturam, vel leges interpretari nequit, eſt impotens ad docendum; ergo gradus habenti prædictos defectus licitè impendi non poteſt. Reſpondeo 2. ad hoc ut Cancellarius licitè cõferat Doctoratum, ſeu Magiſterium, nõ requiri in candidato ſcientiam eximiam, aut notabiliter excellentem, ſed ſufficere mediocrem. Ita ſentit Menochius conſil. 885. num. 11. ubi de quodam, qui fuerat repulſus à conamine Doctoratus juris civilis, affirmat non eſſe doctum: quia (inquit) ſi doctus extitiſſet, gradus Doctoratus ei conceſſus fuiſſet: cum concedatur etiã ſæpe, non quidem Doctoribus, ſed & mediocriter doctis. Et rurſus doctus ille dicitur, qui alios docere idoneus eſt; & quem auditores ipſi qui ab eo erudiuntur, doctum affirmant l. cum ſcriptum, ibi auditores retulere ff. de dote prælegata, & tradit Rebuff. in tractat. nominationum q. 21. num. 12. Ratio eſt, quia mediocriter doctus poteſt ſufficienter docere indoctos, qui eſt Doctoratus finis: nec in rebus humanis debemus plus exigere quàm communia & mediocria, ſicut dicitur de diligentia, & induſtria poſtulata ad munus obeundum; ergo mediocriter doctus habet ſufficientem ſcientiam, & idoneitatem, ut licitè doctorari poſſit.

Doctus qui dicatur.

872 Secunda difficultas eſt, quodnam ſpatium temporis tranſactum in addiſcendo in ſcholis requiratur, ut quis doctorari poſſit? Si loquamur de jure communi, ut videre eſt apud Petrum Gregor. de Rep. lib. 18. cap. 9. num. 3. Franciſcum de Aviles de prætor. cap. 4. verb. Pragmatica num. 2. & Menochium de arbitr. caſu 425. num. 60. ut quis perficiatur ſtudendo juri civili, ſufficit quinquennium, ut docet Iuſtinianus §. quibus in proœmio ff. ut verò quis perficiatur ſtudendo juri canonico, poſtulatur ſeptennium cap. cum ex eo, de elec. in 6. De jure peculiari, illud mihi compertum eſt apud Conimbricenſes neminem poſſe accipere gradum Licentiaturæ in jure, niſi probet ſe novem curſus peregiſſe in eadem facultate. Ita habetur lib. 3. ſtatut. tit. 45. init. Apud Eborenſes nemo poteſt in ſacra Theologia doctorari, qui non probet ſe vacaſſe S. Theologiæ perficiendo octo curſus, non computato quarto anno Philoſophiæ, in quo etiam frequentavit aulam S. Theologiæ. Ita lib. 3. ſtatut. cap. 22. §. 3. Et quidem optima ratione jus exigit ſpatium temporis conſiderabile, ut quis vacans litteris, proficiat, & perficiatur in ea facultate, in qua doctorandus eſt. Quia nemo repente fit ſummus Cap. charitas eſt quæ ita 14. §. hæc quæ de charitate, de pœnit. diſt. 2. Deinde ſolidior eſt doctrina, quæ longo tempore hauritur ſub eruditis præceptoribus, ut inculcavit Pythagoras præceptis ſilentij apud Gellium lib. 1. cap. 9. & ſuo exemplo Ariſtoteles, qui (ut narrat Laert. lib. 5. in ejus vita) fertur per viginti annos Platonem audiviſſe. Cæterùm quia jus prædefiniens tempus frequentiæ in ſcholis nititur præſumptione (ut tenet Aviles cit. nu. 2.) quod quis breviori tempore non comparabit ſufficientem doctrinam, atque adeò temerè proſiliet ad munus Doctoris, ideo Menochius in arbitr. caſu 425. num. 60. ex Alex. in annot. ad Bart. dicit ſcholaſticum magni ingenij non eſſe à Doctoratu repellẽdum, etiam ante quinquennium, cum ſpes eſt, quod ediſcet. In hanc ſententiam ſic ediſſerit Petrus Gregor. citatus num. 3. Quia temporis (inquit) determinatio pertinet ad communem præſumptionem, ut eo tempore quis peregiſſe putetur ſtudia, & idoneus ad ſuſcipiendum magiſterium & gradum, poterunt Academiæ gradus vel citiùs, vel tardiùs

Tempus ſtudij requiſitum ad gradum.

Ingenioſi poſſunt citius Doctorari.

tardiùs conferre, habita ratione potius ingenij, & adeptæ doctrinæ; quæ cauſa ſola eſt tẽporis definiti. Sicut alioquin non ſufficit diu ſtuduiſſe, vel cõmoratum eſſe aliquẽ in ſcholis, niſi etiam profecerit, ut nõ diu, ſed laudabiliter vixiſſe inquirendum eſt cap. gloria Epiſcopi in fine 22. quæſt. 2. Ratio eſt manifeſta, quia ſunt aliqui ingenio ita perſpicaci, ut difficultates juris, & aliarum diſciplinarum facillimè ſuperent, qui proinde tanto tempore ad aſſequẽdã doctrinam non indigent, quanto hebetibus ac tardis opus eſt: imò ſunt qui plus una hora, quã alij anno integro concipiunt.

Curſuum probatio qualiter fiat.

873 Tertia difficultas eſt, qualiter Cãcellarius debeat à candidato admittere probationes curſuum? Certum eſt debere Cancellarium exigere eam curſuũ probationẽ, qua cenſeatur cãdidatus moraliter fuiſſe continuus in ſcholis toto illo ſpatio, quo poſtulatur ad gradum ſuſcipiendum. Dixi (moraliter) quia actualis continuatio quæ poſtulatur in ſcholis (quãdo aliter nõ diſponitur in ſtatuto) nõ intelligitur de cõtinuatione phyſica, ſed de morali, ut probat Archidiac. in cap. fin. de verbor. ſignif. in 6. exemplo civis, qui cenſetur continuare in civitate, licèt metu Prætoris interim ſe abſentaverit, l. ſi quis ita ff. de condit. & demonſtr. & exemplo matris, quæ dicitur continuo ſtare cum filio, licèt ex cauſa juſta aliquo inſtãti diverterit. Accedit quòd fictione juris poteſt quis præſens eſſe ad aliquẽ effectũ, quanvis phyſicè abſens ſit, ut v.g. Præceptor Academicus toto tempore feriato reputatur præſens, & actualiter docẽs ad effectum lucrãdi integrum ſtipendium, & fruendi ſuis privilegijs. Ita in ſpecie Nicolaus Pignola Addit. ad Roman. ſing. 453. Guido Papa q. 88. & 388. Lezana cap. 8. num. 25. Peyrin. in conſtit. 2. Iulij II. num. 22. ibi: (Dicatur acti legere tempore vacationum.) Probatur à ſimili. 1. in milite, reſpectu cujus ſtipendium eſt merces, vel præmium aſſiſtentiæ actualis in bello, & tamen ad illud lucrandum reputatur præſens, quando ex cauſa juſta abeſt, ut probat textus in leg. ex teſtamento Cod. de teſtam. militis l. teſtamenta earum. l. quod conſtitutum ff. eodem titulo. 2. in cive Romano; quia privilegia concedebantur fruenda ſolis civibus qui Romæ degerent, & tamen captivi, qui habebant animum revertendi præſentes reputabantur l. nihil ff. de captivis & poſtlim. reverſis.

Præſẽtia & continuatio ſi fictione juris.

Abſentia ex cauſa juſta.

874 Ex quibus patet 1. candidatum etiam in ordine ad curſus ſuos probandos, cenſeri moraliter continuum abſque morali interruptione, etiam ſi duorum, vel trium menſium ſpatio ex cauſa negotij neceſſarij, v.g. quærendi pecunias neceſſarias ad faciendos ſumptus in ſcholis, divertat in patriã, dummodò habeat animũ revertendi ſtatim finito negotio. Nam ſcholaſticus gaudet ijſdem privilegijs, quibus miles, ut oſtendimus n. 376. miles autem reputatur præſens, quando divertit juſta de cauſa animo revertendi leg. ex teſtamento citata, item ſi abſit cauſa morbi leg. qui mittuntur §. fin. ff. ex quibus cauſis maiores. Ita Rebuff. in privileg. ſcholaſtic. privileg. 23. Roman. conſil. 263. & Ioann. Platea in leg. 2. Cod. de incol. lib. 10. Patet 2. quanvis cauſa divertendi neceſſaria omninò non fuerit, ſatis videri ad continuitatem frequentationis requiſitæ ad curſus probationem, quòd candidatus ille præſens fuerit in Academia maiori anni parte litterarij, ut probant Rebuff. & Bald. ex leg. Mævia ff. de manumiſſ. teſtament. „ Ibi: Liberi ſunto, ut aſſiduò monumento „ meo alternis menſibus accendant lucernam, quaſi aſſiduitatem, ſeu continuationem accendendi lucernam non tollat illa interruptio per alternationem.

875 Maior difficultas eſt, Vtrum ad probandum moralem illam continuationem, & frequentiam in ſcholis, ſufficiat probare extremitates anni, & aliqua intermedia? Pro parte negativa facit 1. textus in l. ſi cui §. Tandiu ff. ex quibus cauſis maiores, ibi, (ſi quò deflexerit ſuæ rei cauſa, non dubitamus id tempus ei non proficere.) ex quibus patet non reputari moraliter præſentem Reipublicæ, qui etiam ex juſta cauſa divertit. Facit 2. textus in leg. 3. §. ſi ad diem ff. de re militari, ibi: Si ad diem commeatus „ quis non veniat, perinde in eum ſtatuẽdum „ eſt ac ſi emanſiſſet, vel deſerviſſet pro numero „ temporis, facta prius copia docendi num „ fortè caſibus quibuſdã detentus ſit, propter „ quos venia dignus videatur. Vbi manifeſtè dicitur nõ cõputari tẽpus militi abſẽti, ſed pro abſenti haberi: & quidẽ (ut nos ſæpe diximus) à milite ad ſcholaſticum fit bonum argumentum. Facit 3. textus in l. generaliter 2. Cod. de „ Epiſcop. & cleric. ibi: Eos tantum clericos „ hujuſmodi habere beneficium ſancimus, qui „ apud ſacroſanctas Eccleſias, vel monaſteria „ permanent non divagantes, neq; circa divi„ na miniſteria deſides. Cum igitur ſcholares divagantes ad tempus deſerãt ſcholas, & in ſuo miniſterio ſint deſides, videntur ea lege comprehẽdi, ut ſaltem tempore abſentiæ inter præſentes non cenſeantur.

Temporis probatio.

876 Nihilominus pars affirmativa tenenda eſt, quæ videtur eſſe de mẽte Stephani, Gratiani, Menochij, & Maſcardi: nam Gratianus diſcept. forenſ. cap. 392. num. 9. & Menochius conſil. 829. nu. 19. affirmant, ſi quis probaverit ſe ſtuduiſſe anno 1570. & anno 1572. cenſeri probatum annum 1571. utpote intermedium, & incluſum, & Maſcardus de probat. cõcl. 730. n. 2. ex Bellamera in deciſ. 421. aſſerit,

Extremorum probatio continuat intermedia.

aſſerit, ſi probetur aliquem fuiſſe ſcholarem Pariſijs ante, & poſt confectionem rotuli, præſumi quòd fuerit ſcholaris tempore rotuli. Fundatur, nam cum extrema, nempe principiũ, & finis probata ſunt, media ipſa præſumuntur, ita ut extremis probatis, emergat probatio mediorum. Ita Calc. io conſ. 32. num. 3. Bal. in l. edicto C. de edicto divi Hadr. ſol. Tiraq. in tractat. de præſc. §. 1. gloſ. 5. Paris de Puteo tractat. de finibus feud. cap. 18. Montao. tract. de finib. regund. quæſt. 93. Burſat. conſil. 235. num. 36. Purpur. conſ. 374. num. 21. lib. 1. Alciat. de præſump. reg. 2. præſ. 22. num. 1. Cravet. conſ. 949. num. 2. & alij quos citant, ac ſequuntur Maſcar. Menochius, & Gratianus citati, qui authores rectè exponũt illam propoſitionem, ſeu limitant, ut procedat, quando media habent connexionem cum extremis; ergo quando ſcholaris probat anni extremitates, nempe principium, & finem, quibus adfuit ſcholis, eaſque frequentavit, manent probata intermedia per præſumptionem.

877 Explicatur exemplis, 1. quia juxta Alciatum citatum, & Bar. in l. ſicuti ff. quibus modis pig. & hypot. ſol. ſi quis probet ſe nunc poſſidere, & ante decennium poſſediſſe, præſumitur medio tempore poſſediſſe, & poſſeſſionem continuaſſe. 2. juxta Fellnum cap. inter dilectos col. 2. ad fin. & Everardum cit. loco ab extremis num. 3. ſi obligatus ad ſolvendũ annuũ redditum, probet ſoluiſſe primis, & poſtremis annis præſumitur, quod ſolverit medio tempore l. quicunque Cod. de apochis publ. 3. apud Decium in cap. poſt ceſſionem nu. 12. de probat. probata beneficij vacatione & inſtitutione, licet de præſentatione aliter non conſtet niſi per dictũ inſtituẽtis, præſumitur quòd præſentatio inſtitutionẽ præceſſerit. Quia probatis extremis præſumuntur media. 4. apud Menochium conſil. 1101. n. 6. & Rolan. conſ. 46. n. 32. lib. 3. prædium præſumitur feudale, quando alia quæ ſunt circũcirca feudalia eſſe cõſtat. 5. apud Alexan. conſ. 54. n. 2. lib. 1. Ruin. conſ. 67. nu. 11. lib. 1. & Currium juniorem conſ. 192. num. 25. lib. 3. quando probatur aliquem, qui furioſus eſt, talem fuiſſe in principio, etiam poſt medio tempore furioſus præſumitur. 6. juxta Surdum conſil. 565. num. 6. lib. 4. voluntates diſponentium, quæ ſunt poſitæ in medio intelliguntur ex præcedentibus, & ſequentibus, quaſi per præſumptionem. Ergo ex dictis ſatis innoteſcit noſtra reſolutio, ſcilicet probata frequentia extremorũ ejuſdem anni, manere probatam ex præſumptione frequentiam temporis intermedij.

Medium cenſetur probatum extremis probatis.

878 Supereſt ſatisfacere objectis ſupra n. 875. Ad 1. dicimus in ea lege eſſe ſermonẽ de ijs, qui abſunt cauſa Reipublicæ, & dicitur quòd privilegia in eis durant, nõ ſolum in quantum durat officium, ſed etiam eo finito quandiu revertuntur, aſſignato ad reverſionem tempore moderato: quæ procedũt, niſi divertant ob propriam cauſam. Itaq; hi jam fũcti ſuo officio, & noluit jus eos tantum privilegiari quantum milites: ſcholaſtici verò gaudẽt ijſdem privilegijs, quibus milites, ut ſæpe à nobis probatum eſt. Quòd verò jus voluerit milites, & ſcholaſticos eſſe magis privilegiatos civibus, patet ex eo quia illi proſũnt magis bono publico. Ad 2. fatemur à milite ad ſcholaſticum fieri bonum argumentum, & etiam ex citata lege rectè argui abſentes milites, quando ex juſta cauſa etiam propria, abſunt, reputari pro præſentibus: at ibi infligitur pro pœna privatio, ſeu ſpoliatio hujuſmodi privilegij propter culpam, quam commiſerunt violantes præceptum veniendi, quod ſatis indicant verba illa legis, Venia dignus. Ad 3. in illa lege ſermonem eſſe de clericis habentibus beneficia Eccleſiaſtica poſtulantia reſidentiam, & in eis non reſidentibus: & aliud eſt loqui de reſidẽtia, & continuatione temporis in ordine ad beneficium Eccleſiaſticum, aliud in ordine ad probandam continuationem in ſcholis. Nam illa prior ſtrictior eſt, utpote magis neceſſaria, à qua multum pendet animarum ſalus in parochianis. Vide quæ diximus à num. 376. de reſidentia in Academia poſtulata, ut ſtudioſi fruantur privilegijs.

Tempus abſentiæ in militibus & ſcholaſticis.

879 Pro complemento hujus difficultatis obſerva 1. ſtudioſos jurantes comilitonem curſum expleviſſe, rectè jurare, ſi ſe conforment prædictis, ſcilicet intelligendo de continuatione morali, etiam ſi data fuerit interruptio modici tẽporis: item de continuatione per maiorem partem temporis, & continuatis extremitatibus, juxta præſumptionem continuati temporis intermedij. Ita Alphonſus de Eſcobar cap. 4. à num. 32. Quod intelligo niſi jurans pro comperto habeat illum abfuiſſe tempore intermedio valde notabili. Quia tunc per certam notitiam abſentiæ, & interruptionis notabilis, ceſſat præſumptio illius intermediæ continuationis. Obſerva 2. prædictam omnem doctrinam ſolum habere locum in illis Academijs, in quibus ſecundùm jus commune probantur per teſtes deponentes de frequentia, & continuatione in ſcholis, curſus litterarij: non verò in illis, in quibus curſuum probatio aliter fit, nempe per deſignatores, vulgo apontadores, qui ſingulis diebus aſſiſtunt aulis, & punctis ſive matutinis, ſive veſpertinis notant quotidie abſentes, ſicut fit in Academia Eborenſi, & ſimilibus. Tunc enim integra probatio facienda per ſecretarium Academicum corã Cãcellario, petitur à catalogo, in quo nominibus auditorum præfiguntur puncta abſentiæ.

Iuramẽto de continuatione in ſcholis.

880 Su

Digitized by Google

Curſuum approbatio non legitima.

Supereſt adhuc inquirendum, qualitec peccet Cancellarius, ſi curſum approbet, non ſervatis ſervandis? Certum eſt peccare Cancellarium, cui incumbit præſidere curſuum probationi, ſi nonſervet requiſita, ſeu poſtulata per ſtatutum, ut curſus probetur. Quia tunc agens contra proprium officium, violat juſtitiam commutativam. Vnde ſi omittat aliquid modicum, & accidentale, peccabit venialiter: ſi omittat aliquid ſubſtantiale, ex quo evadat probatio illegitima, & invalida, peccabit mortaliter. Ratio eſt, quia in re gravi deeſt ſuo muneri: deinde cooperatur graviter delinquentibus. Nam Alphonſus de Eſcobar cap. 52. num. 53. affirmat peccare mortaliter eum, qui curſum illegitimè probat, eſſeque reum perjurij, ſicut & teſtes: manereque inſuper invalidam probationem. Deinde inquirit, an ſi præcedenti curſus imperfecta probatione, ſeu falſa, quis gradum conſequatur, peccet lethaliter quoties gradu, vel curſu utitur? Reſpondet num. 54. ſi utatur ad actus, ad quos neceſſarius eſt gradus ille verè obtentus, veluti ad oppoſitionem beneficij, ſeu canonicatus, ad quorum obtentionem gradus deſideratur, vel ad alium gradum obtinendum, ut puta, Doctoratum, mortaliter peccare quoties utitur falſo inſtrumento, aut nullo & invalido. Rurſus quærit quid juris de reſtitutione? Reſpondet, ſi titulus, vel gradus omninò falſi ſunt, indiſtinctè teneri ad reſtitutionem ejus quod mediante gradu obtinuit, etiam ſi dignus, vel dignior cæteris erat: ſin autem non ſit titulus falſus omninò, ſed invalidus ob imperfectam, aut iniquam curſuum probationem, tunc diſtinguit affirmans, ſi dignus eſt, non teneri ad reſtitutionem, licèt peccet: ſi indignus, teneri. In quibus duo ſupponit, aut innuit, alterum, eſſe irritum gradum, non præcedente legitima curſuum probatione, collatum, quaſi illam prærequirat ut formam ſubſtantialem: alterum, peccare cooperatorem in eo genere, & gravitate criminis, quod committit ſcholaris fraudulenter ſe gerens in obtinenda probatione. Vnde cum Cancellarius ſit unus ex præcipuis cooperatoribus, utpote præſidens actui probandi, peccat tanquam cooperator, & præter hoc peccatum, committit aliud violandi obligationem proprij muneris; niſi velimus eſſe unicum peccatum, ſed per malitiam geminatam æquipollens duobus.

Probationi curſus falſæ cooperantes. (side note beside "curſus imperfecta probatione")

QUÆSTIO II.

Qualiter teneatur Cancellarius in ipſa graduum collatione, & proximè ante illam?

Cancellarij obligatio in collatione gradus.

881 PErſpicuum eſt teneri Cancellarium in ipſa graduum quorumcunque collatione ſervare omnia, quæ præſcribuntur à ſtatutis, vel ſaltem conſuetudine legitimè præſcripta obſervari ſolent, tum quoad formam verborum determinatam, qua gradus conferri præcipitur, tum quoad locum, tempus, & reliquas omnes circunſtantias, & ſolemnitates, in gradu conferendo adhiberi ſolitas, ita ut pro ratione materiæ leviter, aut graviter delinquat. Et quidem ſi omittat aliquid, cujus defectus inducat nullitatem gradus, procul dubio mortaliter peccabit: cum ſcholarem candidatum defraudet in re gravi, eique gravem injuriam inferat, vel ſaltem bono publico.

Prima dubitatio eſt, an teneatur Cancellarius conferre gradum candidato petenti, & habenti omnia requiſita? Videbitur alicui negandum 1. quia gradus Academicus eſt privilegium quoddam litterarium, quod ex commiſſione ſupremi Principis diſtribuitur: at Princeps cum liberaliter & ſponte concedat privilegia, & gratias, poteſt illas licitè negare petentibus, ac legitimè ad accipiendum diſpoſitis; ergo ſimiliter Cancellarius, & quicunque alius qui authoritate Principis impendit. 2. quia non magis debetur gradus candidato petenti, quàm diſpenſatio ſubdito, qui eam poſtulat à ſuperiori: atqui ſuperior non tenetur ſemper diſpenſare cum ſubdito petenti, etiam ſi juſta cauſa ad diſpenſandum interveniat; ergo ſimiliter Cancellarius non tenebitur ſemper impendere gradum candidato petenti, ac ritè diſpoſito.

Gradus conferendi obligatio.

882 Nihilominus pars affirmativa tenenda eſt, ſcilicet Cancellarium teneri ex juſtitia conferre gradum candidato petenti, & habenti omnia requiſita, ita ut, ſi deneget abſq; ulla juſta cauſa boni publici, quæ poteſt intervenire, gravem illi inferat injuriam. Probatur 1. quia Cancellarius eſt magiſtratus Academicus, qui in collatione ſe habet inſtar judicis in prolatione ſententiæ: ſed judex tenetur ex juſtitia commutativa partibus petentibus poſt ſufficientem, ac legitimam examinationem jus dicere, ferendo ſententiam; ergo ſimiliter Cancellarius. Maior conſtat, nam gradus ille eſt honor litterarius habitus per teſtimonium

Cc 2 Aca-

Academicum de ſcientia candidati, quod teſtimonium eſt quædam ſententia procedens à vera juriſdictione, præcedente legitima cauſæ cognitione, per examen, & alios veluti proceſſus litterarios. Minor ſuadetur, quia judex tenetur ex juſtitia commutativa peragere ſuum officium: ad hoc enim conſtitutus à rege ſalarium accipit: eſt autem præcipuum judicis munus jus dicere, & ſententiam ferre. Probatur 2. quia inter ſtudioſum, & Academiam videtur ex ſtatuto, & conſuetudine intervenire tacitus contractus onerosus, ut ſi ſtudioſus tot annos frequentet gymnaſium, & in hoc & illo examine approbetur, Academia gradum conferat: ſed Cancellarius ſuo munere agit partes Academiæ; ergo candidato petenti, ac præſtanti ex ſua parte quidquid neceſſarium eſt, tenetur ex rigoroſa juſtitia conferre gradū. Nam ex contractu oneroſo oritur obligatio rigoroſæ juſtitiæ. Probatur 3. à ſimili, nam habita proportione, ita ſe habet confeſſarius in foro pœnitentiæ atque ſe habet Cancellarius in foro Academiæ: ſed confeſſarius tenetur ſub mortali tãquam judex prædicti fori impendere abſolutioné pœnitenti rite diſpoſito poſtulanti; ergo Cancellarius impendere gradum candidato legitimè petenti. Vterque enim eſt judex in ſuo genere.

883 Quare ad 1. rationem dubitãdi pro parte negativa, fatemur gradum litterarium in ſe privilegium eſſe, ſi non formaliter, ſaltem cauſaliter, quatenus radix eſt, à qua multa privilegia in graduato pullulant: negamus tamen omne privilegiũ poſſe juſtè à Principe denegari legitimè diſpoſito petenti: quia ſaltem privilegium remuneratoriũ, quãdo intervenit pactũ, quod vaſſallus ex parte ſua implevit, denegari nequit: & huic privilegio gradus Academic⁹ valde aſſimilatur. Ad 2. fatemur multũ aſſimilari collationé diſpẽſationis collationi gradus, negamus tamẽ poſſe ſemper ſuperiorem denegare diſpẽſationé ſubdito petenti. Quia imprimis probabile eſt abſolutè teneri ſuperioré ad diſpẽſandũ cũ ſubdito petẽte, quando datur juſta cauſa. Quãvis auté oppoſitum ſit probabilius, ita debet intelligi, ut data cauſa juſta ſuperior quãdoq; teneatur, quãdoq; nõ teneatur. Nam tenetur quãdo diſpenſatio valde expedit ad bonũ animæ, vel corporis ſubditorũ, quorum ſaluti prælatus ex officio obligatur conſulere: non tenetur, quando ex diſpẽſatione negata nullum notabile damnum commune, vel privatum ſequetur. Ita Sanchez lib. 8. Matr. diſp. 10. n. 3. & 6. Vnde aſſimilatur collatio gradus collationi diſpenſationis debitæ in primo caſu: quia gradus valde expedit bono ipſius cãdidati, ad quem proinde aſſequendum multum induſtriæ ac laboris impendit.

Diſpenſatio aliquãdo debita.

884 2. dubitatio eſt, an Cancellarius teneatur conferre gradum candidato petẽti, qui ſecũdùm allegata & probata dignus & idoneus eſt, ſed Cancellarius ipſe cognoſcit revera eũ indignum, & inſufficientẽ? Cũ diximus Cãcellariũ in conferẽdo gradũ eſſe inſtar judicis proferentis ſententiam, reſolutio hujus dubitationis pendebit ex deciſione illius quæſtionis, quam decidimus in noſtro Prõptuario p. 1. num. 668. Vtrum judex poſſit, ac debeat capite damnare, quem privata ſcientia cognoſcit innocentem, ſi ſecundùm allegata & probata, attentis regulis juris, probetur nocens, & ipſe judex nequeat aliqua via illum liberare, cum pars pro ſententia inſtet? Malder. tractat. 6. cap. 1. de juſtit. judic. dub. 15. §. Dico 1. Sotus 5. de juſtitia quæſt. 4. num. 2. Toleran. lib. 2. teſtit. cap. 3. p. 2. d. 4. num. 160. & Leſſius l. 2. cap. 29. num. 78. arbitrantur, & quidem probabiliter, in nullo caſu poſſe judicem capite damnare, quem novit innocentem, juxta illud Exodi 23. Inſontem & juſtum non occides, ubi ſermo eſt cum judice. Et ſic juxta mentem horũ authorũ videtur Cancellarium nõ ſolum poſſe abſtinere à conferendo gradu, ſed teneri ad nõ conferẽdũ in prædictis circũſtãtijs: præſertim quia ex graduatione indignorũ ſequitur grave detrimẽtũ boni publici, quod privato anteponẽdum eſt, ita ut judex plus debeat cavere publicum quàm privatum detrimentum.

Judex ſecundũ allegata & probata debet judicare.

885 Nihilominus nos loco citato probabilius exiſtimavim⁹ cũ S. Thoma 2. 2. q. 67. a. 2. Valẽt. to. 3. d. 5. q. 11. p. 2. Azorio to. 3. l. 2. c. 2. q. 11. & Sãch. lib. 7. Matr. d. 37. n. 13. debere judicem damnare innocẽtem taliter cognitum privatim, qui ſecundùm allegata & probata juridicè cõvincitur nocẽs. Ratio eſt, quia judex tenetur ferre ſentẽtiã, nõ ſecundùm privatam, ſed ſecundùm publicã ſcientiã: ſcientia enim cũ ſit veluti effectus poteſtatis publicæ, nã ex poteſtate publica facit judex inquiſitionẽ, tali poteſtati proportionari debet. Cõfirmatur, nã ferre ſententiam ſecundùm allegata & probata cedit maximè in bonum commune: ſi enim neglecta ſcientia publica judex ſecundùm privatam, & alijs occultam judicaret, turbaretur Reſpublica, dum videret contemni leges, & publica teſtimonia, deinde judici præberetur occaſio ferendi ſentẽtias injuſtas impunè pro arbitrio. Ex qua reſolutione à fortiori credimus debere Cãcellariũ graduare inſufficiẽtẽ taliter cognitum privatim, qui juridicè probatus eſt ſufficiens. Nam Cancellarius eſt judex, qui proinde ſcientia non privata; ſed publica duci debet. Dixi (à fortiori) quia judex debet inclinare potiùs ad favorẽm, quàm ad rigorem erga reum: verſatur autem in reo condemnando rigor, & in candidato graduando favor. Accedit pro hac parte, quòd authores utriuſque ſententiæ citati conveniũt, in cauſis civilibus & criminalibus, ubi non agitur niſi de pœna pecuniaria, vel exilij, vel privationis officij, a

ac beneficij, & judex non poteſt aliqua via ſuccurrere innucenti, poſſe ſe accommodare ad judicandum ſecuudùm allegata & prubata.

886 Hinc patet ſolutio ad fundamẽta contraria. Nam ad 1. authoritatis, reſpondetur Deũ in S. Pagina præcipere judici ne occidat inſontẽ, ſi talis probetur judici, & cognoſcatur notitia publica, quidquid ſit de illius innocẽtia, vel iniquitate, cognitis per notitiá privatam. Ad 2. rationis in præſenti caſu, fatemur cõmune bonũ eſſe anteponẽdũ privato, & ex graduatione indignorũ ſequi grave detrimẽtum boni publici: ita tamen ut detrimẽtum illud ſequatur per accidens, quando candidatus eſt inſufficiens re ipſa, probatur verò ſufficiens juxta ſtatutum: ſequatur autem per ſe, quando ſolum habeatur ratio notitiæ privatæ, & non attendantur probationes juxta ſtatutum, ac parvi fiat notitia publica. Et recta ratio poſtulat, ut ad decidendum conſideremus quæ per ſe ſunt, nun quæ per accidens. Addo prædictis, & ſalvo meliori iudicio, reſolutionem limito in hunc modum. Quanvis candidatus ille legitimè probetur ſufficiens, ſi re ipſa ſit manifeſtè inſufficiens ex defectu ſcientiæ, & hujuſmo di inſufficientia ſit omnibus notoria, poſſe Cancellarium, ac debere illi gradum denegare: & idem affirmo de judice erga probatum nocentem capite plectendum, qui re vera innocens eſt, & ejus innocentia omnibus notoria. Quia in hoc caſu tenebitur judex abſtinere à ſententia capitis, & amplecti priorem illam opinionem, quam dixi probabilem. Quia tunc videtur illa notorietas, ſeu veritas omnibus manifeſta æquipollere notitiæ publicæ, & infirmare quod in oppoſitũ juridicè probatum eſt. Deinde non ſequitur in populo ſcandalum, quòd ſcilicèt à judice cõtẽnantur leges, & juridicæ probationes.

Gradum conferens Cancellarius non aſſ. rendi informationem de fide.

887 3. dubitatio eſt, utrum & quomodo peccet Cancellarius Doctoratum conferens illi qui nec probavit ſe eſſe catholicum per informationem Ordidarij, nec fecit profeſſionem fidei: Supponimus Pium IV. motu incipienti, In ſacroſancta decreviſſe ne quis ad Doctoratum, aliumve gradum litterarium admittatur, neque in Rectorem, aut Cancellarium Vniverſitatis, aliorumve gymnaſiorum eligatur, niſi priùs de ejus religione, & fide catholica fiat proceſſus, ſeu capiatur ſufficiens informatio per Ordinarium loci, vel ejus Vicarium, & hac informatione prævia fidei profeſſionem faciat. Aliter promoventibus, ſi ſint antiſtites, imponitur interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ: ſi antiſtites non ſint, excommunicatio ipſo facto, & privatio beneficiorum omnium, dignitatum, officiorum, feudorũ Eccleſiaſticorũ, & inhabilitas ad illa, & ad alia in poſterum obtinenda: in ipſos verò promotos nullitas promotionis decernitur. His poſitis.

Gradus collatio nõ præmiſſa fide profeſſione.

Certum eſt 1. Cancellarium impendentem gradum aliquem litterarium omiſſo aliquo ex duobus, nẽpe informatione de fide, vel profeſſione fidei, peccare graviter, & incurrere pœnas proximè inflictas. Patet, quia eſt transgreſſor in materia gravi, cujus gravitas ſatis colligitur ex gravibus pœnis impoſitis: quá ille promovet ad gradũ violatis decretis, quæ pœnas infligũt. Certũ eſt 2. promotionẽ illã ad gradum litterariũ, nõ præmiſſis informatione & profeſſione fidei, eſſe irritam. Ratio eſt, quia ita diſponitur in decreto Pontificis, & quia non ſervatur forma ſubſtãtialis lege præſcripta. Dubitatur, an ſit irrita in utroque foro? Affirmant Suar. lib. 5. de legib. cap. 32. num. 5. & Palaus tractat. 3. de legib. d. 2. p. 10. num. 7. Et quidem hæc opinio ex proximo fundamento, eſt tutior, & probabilior. Videtur etiam probabile ſolum eſſe irritam in foro externo, juxta doctrinam Sanchez tom. 1. opuſc. lib. 2. cap. 1. dub. ult. num. 14. aſſerentis eſſe validum in foro conſcientiæ Docturatum illius, qui omiſit ſolemnitates requiſitas per ſtatuta Academiæ, ſi ille ſit æquè doctus atque illi, qui eundem gradum recipiunt. Dicta procedunt quanvis ſolemnitates non omittantur ex malitia, ſed tantum ex inadvertentia, aut ignorantia inculpabili. Item quanvis non omittatur utraque pars ſolemnitatis, ſed altera ſolum, nempe aut profeſſio fidei, aut informatio de religione. Quia omiſſio formæ ſubſtantialis ponit nullitatẽ, quãvis nulla interveniat culpa.

Notoritas an poſſit excludere informationem.

888 Maior eſt difficultas, an validè & licitè fiat promotio ad prædictum gradũ, omiſſa informatione de religione, quãdo notoriũ fuerit promovẽdum eſſe catholicũ, vel promovẽtes certam ea de re notitiá haberint? Affirmativa reſolutio eſt valde probabilis. Nam reste Menchaca lib. 1. contract. illuſt. cap. 28. num. 6. in foro conſcientiæ factum tenet, quando finis juris habetur, quanvis ſolemnitates juris omittantur. Confirmatur 1. ex Sanch. lib. 8. Matrim. d. 36. num. 16. aſſerente, quando alicui committitur poteſtas ad diſpenſandum etiam pro foro externo, in aliquo impedimẽto matrimonij, ſob hac cõditione, vel clauſula apponi ſolita: (Si per informationẽ preces veritate niſi repereris) nulla opus eſſe informatione, ſi veritas ſit notoria, vel de ea judici conſtet. Confirmatur 2. ex Navarr. cap. 28. addin. nu. 18. & 25. docente valere gradum Doctoratu, qui abſque prævio examine homini notoriè digno confertur: etſi examen pro forma requiratur. Ergo ſimiliter dicendum eſt de graduando notoriè catholico, quanvis abſolutè præcipiatur fieri circa graduãdum informationẽ de fide catholica. Quid ſi à notoriè catholico omittatur profeſſio fidei? Reſpondeo nec licitè, nec validè poſſe à Cancellario graduari. Eſt enim diſparitas inter informationem, & profeſſionẽ.

Doctoratus notoriè dignus abſq. prævio examine.

Digitized by Google

Quia informatio videtur omninò ſuperflua, quando de religione, ſeu fide graduandi omninò manifeſtè conſtat: ſiquidem ad eum tantum finem præcipitur, ut de illius religione, & fide conſtet, atque adeo ubi conſtat, ceſſat omninò finis præcepti: non ita res ſe habet in profeſſione: quia hæc non ſolum præcipitur ut conſtet quid graduandus de fide ſentiat, ſed etiam, ut fiat ... in Academijs conventus ille, actus præcipuus religionis in honorem fidei, & Catholicæ Eccleſiæ: unde non ceſſat omninò finis præcepti in notoriè catholicis.

Profeſſio fidei quomodo iteranda.

889 Poteſt iterum dubitari, an qui jam publicè fecit profeſſionem fidei recipiens unum gradum litterarium, ſive in gradibus ſubordinatis, ſive in non ſubordinatis, teneatur iterum facere eandem profeſſionem, quando alium gradum recepturus eſt? Pro gradibus ſubordinatis intelligo eos qui ſunt in eadem ſerie pertinentes ad eandem facultatem, v.g. Baccalaureatus, Licentiatura, & Doctoratus ſive in Philoſophia, ſive in Theologia: pro non ſubordinatis intelligo diſparatos in diverſis ſcientijs, v.g. Doctoratus in Medicina, & Doctoratus in Theologia. Difficultati propoſitæ mihi videtur ſatisfaciẽdum eſſe affirmativè ex doctrina Azorij tom. 2. lib. 7. cap. 2. q. 8. & Garcia de beneficijs 3. p. cap. 3. nu. 17. & 18. aſſerentium eum qui ſemel fecit profeſſionem fidei uno titulo, v.g. Doctoratus, teneri illam iterare, ſi beneficium curatum accepit: item ſi fecerat ratione canonicatus adepti; & poſtea dignitatem in cathedrali acquiſivit. Quanvis oppoſitum defendat Sanchez lib. 2. Decal. cap. 5. num. 6. & probabile eſt. Ego tamen magis propendeo ad priorem ſentẽtiam, quia authores citati pro illa teſtantur ita fuiſſe declaratum à S. Congregatione Cardinalium. Vnde ex illa propter paritatem, vel ſaltẽ magnam ſimilitudinem exiſtimo teneri graduandũ ad iterandam fidei profeſſionem, quando recepturus eſt aliquem gradum ſive ſubordinatum, ſive non ſubordinatum, etiamſi jam ſemel atque iterum profeſſionem fecerit. Ex quo ruſus infertur non eſſe licitum Cancellario promovere ad gradum illum candidatum, qui jam fecit profeſſionem fidei in receptione alterius gradus, ſi nolit talem profeſſionem iterare.

Iuramentum præſtandum à candidato.

890 4. dubitatio eſt, Vtrum, & quodnam juramentum teneatur Cancellarius exigere à candidato antequam illi gradum conferat? Tam jure communi, quàm ſpeciali aliquod juramentum exigi à candidatis, antequàm promoveantur ad gradus, certum eſt. Dubitari poteſt, & inquiri quodnam ſit tale juramentum? Iure & conſuetudine ſpeciali ſcio in hac noſtra Eborenſi Academia omnem graduandum præſtare juramentum de parendo Rectori Academico, de non veniẽdo, aut moliendo aliquid contra almam Academiam, de deferendo locum antiquioribus, in publicis conſeſſibus. Iure communi Canonico Clem. 2. de Magiſtris decernitur, quòd is ad quem pertinet Doctoratum, vel Magiſterium impẽdere, priùs à doctorando exigat juramentum, quod in ſolemnitate ſua non expendet ultra ſummam trium millium argẽteorum Turonẽſium: ſi tale juramentum non exegerit, etiam ſi ſit Epiſcopus, punitur per ſex menſes pœna ſuſpenſionis à collatione cujuſcunque Doctoratus, vel Magiſterij, in quacunque ſcientia. Ratio motiva decreti fuit præcludere viam ſumptibus, quos immodicos faciunt multi in ſuo Doctoratu, & illam aperire, ac facilem reddere multis doctis, qui (ut ait Pontifex loco citato) à receptione Doctoratus ſæpe retrahũntur propter multitudinem expenſarum. Sic deſumunt ex Ordin. Lap. Abb. Immola, Anchar. Zabarel. Paul. Panorm. item Ximen. in concord. §. 1. & 2. Alagona in compen. pag. 636. Bonifac. de Vitalin. Viv. in ration. lib. 5. pag. 54. Auguſt. Barb. tom. 4. in collect. juris Pontif. ad Clem. Cum ſit nimis num. 1. & 5. ubi notat ex Sanch. de Matrim. lib. 3. diſp. 50. num. 3. quòd ſuſpenſus, vel alia pœna affectus ad tempus, ſi durante eo tempore, aliam ſuſpenſionem, vel ſimilem pœnam ad tempus incurrat, huc poſterius tempus incipere ſtatim à die ſententia judicis illud inferentis, aut quando incurritur ipſo jure ſtatim à die commiſſi delicti. Ex quibus, ac præſertim ex gravi illa pœna per decretum inflicta, ſatis apparet Cancellarium nt pote ad quem ſpectat promovere ad gradum, teneri ſub gravi culpa tale juramentum exigere, ſi tale decretum contraria conſuetudine abrogatum non ſit, ut videtur eſſe in Academia Eborenſi.

QUÆSTIO III.

Qualiter peccet, ac puniatur Cancellarius, ſi Doctoratum conferat indigno?

Gradum indigno conferens Cancellarius quomodo peccat, & puniatur

891 IAm ſupra à num. 881. reſolvimus quid dicendum ſit de Cãcellario conferente gradum indigno re ipſa, & taliter privatim cognito, ſi tamen ſecundum allegata & probata, ſcilicet per notitiam publicam cognoſcatur dignus. Quæſtio modò eſt de Cancellario conferente gradum ſimpliciter indigno, cujus nulla dignitas aliquo modo etiam per allegata & probata apparet. In qua perſpicuum eſt peccare Cancellarium: dubium verò qualiter peccet? Si Cancellarius indigno conferat gradum Doctoris in S. Theologia, rectè docet Sylveſt. v. Rector n. 5. Navarrus cap. 25. Hiſp. & Lat. antiq. & nova num. 55. S. Antonin. 2. p. tit. 3. cap.

cap.5. §.6. Alcozer in Summa cap.27. init. Armil, verbo Doctor num.1. Caietan. & Palatius in Summa verbo Doctoratus, & Sanchez conſil. lib.2. cap.2. dub.57. num.1. peccare mortaliter. Probatur 1. authoritate Synodi Conſtantienſis §. Item ut de cætero, de collatio in pragmat. ſanctio. Nullus ad titulos graduum & honorum aſſumatur, niſi idoneus & approbatus moribus & ſcientia &c. & poſt pauca concludit: Contra facientes aut venientes, privilegijs regalibus eiſdem Vniverſitatibus conceſſis ipſo jure priventur. Vnde cum ſit pœna gravis privatio omnium privilegiorum ipſo jure inflicta, rectè ſequitur impoſitam fuiſſe pro tranſgreſſione gravi, quam Cancellarius, vel quicunque alius in promovẽdo indignum committit. Accedit, quia Cancellarius admittens indignum eſt perjurus, ſiquidem juxta Sylveſtrum citatum num. 5. Eccleſia exigit juramentum à promoventibus, ne indignos admittant. Probatur 2. ratione, nam promotio indigni ad Doctoratum Theologicum, eſt valde nociva Reipublicæ Chriſtianæ: nam per teſtimonium publicum Academiæ quis conſtitutus Doctor in Theologia proponitur univerſo orbi tanquàm medicus animarum ſufficiens, quem proinde omnes pro ſuis expediẽdis difficultatibus poſſint conſulere, & ignorantes ſuis reſolutionibus acquieſcere, ex eo præciſè quòd ſit in Theologia Doctor. Si igitur Doctor ſit expers doctrinæ, & ignorantiæ tenebris cæcutiat, non aliter atque ipſi conſulẽtes, nonne tunc cæcus cæcos ducet, & omnes in foveam gehennalem cadent: Horum malorum cum ſit cauſa moralis efficiens Cancellarius procul dubio promovens indignum ad Doctoratum Theologicum graviſſimè peccat.

Doctoratus indignus in Medicina.

892 Rogabis 1. an procedat reſolutio prædicta in Madicina, ut nempe Doctorem in hac facultate fieri, vel facere notabiliter inſufficientem ſit peccatum mortale? Rectè affirmat Sanchez num.2. cum Navarro, Caietano, Alcozer, Armilla, & Palatios citatis. Patet, quia peccatum mortale eſt, concurrere injuſtè ad grave detrimentum corporale alicujus: qui autem in Medicina creat Doctorem notabiliter inſufficientem, concurrit ad grave detrimentum ſalutis corporis multorum: nam multi Doctori medico fidunt propter gradum. Quare ſi medicus Doctor idiota fuerit, dum ignoranter adhibet medicamenta, alios interficiet, alios afficiet morbo graviori illo quo erant affecti. Addo in genere ſuo plus nocere medicum ignorantem corpori, quàm Theologum ignorantem animæ, in jis diſcipulis, qui illorum doctrinam ſequuti ſibi ipſis applicant. Nam medicus interficiens affert malum, & damnum corpori irreparabile: Theologus verò dans pravũ conſiliũ, non æquè in hoc genere nocet animæ: quia tale conſilium recipiens vel juxta illud operabitur ex ignorantia invincibili, & ſic anima nullum damnum patietur: ignorantia enim invincibilis excuſarà peccato: vel operabitur ex ignorantia vincibili, & tunc committet peccatum, quòd damnum, & ſi graviſſimum, tamen per pœnitentiam reparabile eſt.

Doctoratus indignus in jure.

893 Rogabis 2. an ſimiliter peccet mortaliter Cancellarius notabiliter inſufficientem doctorans in jure Pontificio, aut Cæſareo? Reſpondeo affirmavè cum Navarro, Alcozer, Armilla, Caietano, & alijs, licèt Caietanus aliquantulum dubitet. Ratio ſumitur ex dictis, quia Cancellarius doctorans indignum juriſtam grave infert alijs ſine cauſa detrimentum, nempe clientulis qui propter gradum, Doctori illi juris ignaro ſuas cauſas, & lites patrocinandas committent, à quibus procul dubio excident ob ignorantiam Doctoris. Circa prædictas reſolutiones Sanch. citatus n. 4. obſervat 1. cum Palacios, & alijs Iunioribus, ea omnia, quæ diximus de Doctoratu, procedere de Licentiatura. Nam ille cui Licentiatura impenditur, habet jus, ut, quoties voluerit, abſque novo examine promoveatur ad Doctoratum. Obſervat 2. idem ſentire aliquos, inter quos eſt citatus Alcozer, de Baccalaureatu: & poſſe hanc ſententiam adſcribi Navarro, quatenus loquitur indifferenter de gradibus, & Baccalaureatus verus gradus eſt. Adjungit tamen non eſſe mortale talem gradum petere, vel dare abſque requiſita ſufficientia. Quia ex illo modicum damnum inferri poteſt: nam gradus Baccalaureatus parui penditur, nec ratione illius alicui fiditur. Mihi tamen videtur loquendum eſſe in hac materia cautiùs. Nam Baccalaurus in S. Theologia, vel in jure dicitur abſolutè graduatus in dictis facultatibus, quæ ſunt magni ponderis in ordine ad ſalutem animæ, & judices, quibus multum in cauſis fiditur, cognominantur Baccalauri: & Baccalaureatus non confertur niſi prævio examine, atque adeo qui audit Baccalaurus, ſupponitur ſufficienter doctus. Quare vix audeo liberare à mortali eum qui in noſtris Academijs Luſitaniæ conferret Baccalaureatum in prædictis facultatibus candidato omninò inepto præſertim, ſi hoc paſſim committeret.

Licentiatus indignus.

Graduatus in artibus abſque ſufficientia.

894 Rogabis 3. an peccet mortaliter Cancellarius graduans in artibus notabiliter inſufficientem, v.g. illi Magiſteriũ, vel Licentiaturam conferens? Affirmat Navarrus, & Alcozer apud Sancium citatum num.6. quaſi etiam ſit mortale illum gradum recipere abſque ſufficientia. Ipſe tamen Sanch. ibidem ex doctis probabiliter judicat non eſſe mortale. Quia non inde conſurgit damnum grave: ſiquidem nemo pro rebus ſuis alicujus momẽti conſulit philoſophum graduatum. Et hujus ſententiæ videtur eſſe Caietanus, quatenus dubitat

dubitat de Doctuiatu in jure. Arbitror tamen utranque ſententiam rectè temperari & componi, ſi prioris rigor mitigetur, poſterioris laxitas coerceatur, ita ut dicamus Cancellarium, qui graduaret unum vel alterum inſufficienté, peccare venialiter, qui graduaret quoſcunque oblatos inſufficiétes, peccare mortaliter. Quia in primo caſu inferret leve damnum, in ſecundu grave, ſcilicet vulnerando graviter Academiam, quæ in hoc patietur grave detrimentum tum in honore, quatenus per illam futilem graduum collationem reddetur contemptibilis, & ipſe gradus ridiculus, tum in facultatibus etiam ſuperioribus: quia cum gradus ſit quidam honor, qui confertur tanquam præmium pro labore ſtudiorum, & profectu ſcientiæ, ſi paſſim ac ſine delectu impendatur omnibus tam ſapientibus, quàm ignorantibus, parui fiet, & pro eo aſſequendo nullus prudens dies noctibus ſtudendo junget: proindeque intepeſcet, ac forte extinguetur litterarum ſtudium, etiam cum magno detrimento ſacræ Theologiæ, cui ægrè incumbere, & in qua nequaquam valet proficere, qui philoſophus non eſt.

895 Ex dictis rectè ſequitur quod affirmant Gloſſa in Clem. 2. de Magiſtris verbo Honorem, & ibidem Barboſa to. 4. in collect. num. 4. Perez l. 1. tit. 16. lib. 2. Ordin. pag. 374. Azeved. l. 2. num. 7. tit. 9. lib. 3. novæ recop. & Bobadil. in ſua polit. lib. 1. cap. 3. nu. 70. ſcilicet ſcholarem indignum, qui petit Doctoralia inſignia, peccare mortaliter. Ratio eſt, quia cooperatur in tali petitione alteri mortaliter peccanti, nempe Cancellario: & omnis qui petit ab altero quod alter ſine peccato mortali præſtare nequit, mortaliter peccat.

Gradum recipiens ob aliquo defectu.

Pro complemento igitur ſuperioris doctrinæ, Rogabis 4. an peccet mortaliter, qui recipit gradum Baccalaureatus, Licentiaturæ, vel Doctoratus deficiéte ſibi aliquo ex requiſitis ad id ſecúdùm ſtatuta: Nota 1. requiſita ad recipiendú gradum eſſe v.g. ſchedulam examinis in grammatica, vel curſu aliquo, eſſe deſcriptum in matricula, habere gradum inferiorem ſubordinatum gradui ſuperiori recipiendo, examen rigoroſum, & ſimilia. Nota 2. eſſe aliqua requiſita, quorum defectus annullat gradum in foro externo, & aliqua, quorum defectus annullat in foro conſcientiæ; quænam verò ſint, patebit ex dicendis. His notatis, rogato ſatisfaciút Alcozer in Summa cap. 27. initio, & Henriquez aſſerentes eſſe peccatum mortale, recipere gradum cum defectu alicujus ex requiſitis, v. g. ſi quis non habeat curſus requiſitos, ſi non interfuit illis juxta Academiæ ſtatuta, ſi fuit præſens, ſed non deſcriptus in matricula; & hoc, licèt nullum juramentum præceſſerit. Rationem ſubdunt, quia Academia non intendit conferre gradum patientibus defectum aliqué juxta ſua ſtatuta. Addidit verò Henriquez, ſecluſo juramento, eſſe tantum peccatum veniale, ſi detur defectus in re minima, ut defectus ſchedulæ. Nihilominus dicendum eſt cum Sáchez lib. 2. conſil. cap. 2. dub. 57. num. 15. ſecluſo juramento, non eſſe peccatum mortale recipere gradum cum aliquo defectu ex dictis, qui non annullant gradum in foro conſcientiæ, ſi recipiens aliàs ſit dignus & ſufficiens ad talem gradum. Probatur, quia tunc concurrit quod ſubſtantiale eſt, nempe promotio ad gradum cum ſufficientia: illi autem defectus ſubſtantiales non ſunt. Dixi (ſecluſo juramento) quia ſi interveniat juramentum, peccatum erit mortale, non ex præciſa ratione defectus illius, ſed ratione perjurij, quod committitur.

Graduatus perperam an oppoſitione beneficij an peccet.

896 Rogabis 5. an qui recepit gradum cum aliquo defectu poſſit licitè ſe opponere ad cathedram, collegium, aut beneficium, quæ poſtulant talem gradum, ut habeant? Benè reſpondet Sanch. citatus num. 8. ex Navarro, quem citat cap. 28. addit. ad num. 58. cap. 25. ſi defectus ſit talis, qui ſolum annullet gradum in foro externo, & non in foro cóſcientiæ, poſſe licitè ſe opponere: ſecus ſi in foro conſcientiæ gradum annullet. Hæc aſſerit nulla aſſignata ratione, quæ tamen in hunc modum aptari poteſt: illa cathedra, illud collegium, aut beneficium ex ſua inſtitutione, vel Principis decreto ſolum poſſunt licitè haberi ab ijs qui verè ſunt inſigniti tali gradu poſtulato: atqui quando gradus annullatur in foro externo, & nòn in foro conſcientiæ, adhuc verè perſiſtit: ſecus, ſi annulletur in foro conſcié tiæ; ergo in illo, & non in hoc caſu poteſt graduatus ſe opponere.

Gradus irritus ex quibus defectibus.

897 Difficultas eſt exponere, & decidere, quinam ſint defectus qui in ſolo foro externo gradum annullant, & quinam in foro conſcientiæ? Sanchez citatus à n. 10. ut nos levet ab hoc onere, cum Navarro, & Henriquez dicit 1. defectum ſchedulæ examinis in grammatica, quod fieri præcipitur ad aliquam ſcientiam audiendam, non annullare gradum in conſcientia, ſi qui omiſit, erat aliàs ſufficiens ad audiendam talem facultatem. Quia hujuſmodi defectus eſſentialis non eſt. 2. idem dicit de defectu unius curſus, ſi aliàs qui omiſit, erat tam doctus, ſicut alij mediocriter docti, qui habebát ſuos curſus integros. 3. idem dicit de defectu adſcriptionis matriculæ. 4. idem dicit de defectu examinis rigoroſi, quod Pontifex, vel Nuncius in ſuis reſcriptis præcipit fieri, ſi ille ſit tam doctus; qui debeat ab examinatoribus approbari. Denique num. 14. concludit, ſi ille qui gradum recipit, ſit tam doctus, quàm ſunt communiter alij, qui in illa Academia gradum recipiunt, quanvis non obſervaverit ſolemnitates, quas poſtulát ejuſdem Academiæ ſtatuta, gradum eſſe validum in foro conſcientiæ. Ratio eſt, quia quando concurrit

id,

Digitized by Google

id, quod ſecundum jus naturale eſt neceſſariũ, defectus ſolemnitatis jure humano requiſita non irritat contractum in foro conſcientiæ, ut ex multis probat Navarrus ſupra citatus, & plures apud Covar. reg. peccatum 2. p. §. 3. n. 9. & cap. cum eſſes, de teſtam. num. 5. Quare pro reſolutione ejuſdem Sancij (ut ipſe ait) ſtant Navarrus, Ludovicus Lopez 1. parte inſtructorij novi cap. 164. Henriquez, & quidam doctus ex neotericis, qui addidit in ſuis ſcriptis, idem in ſimili caſu decreviſſe, & ſubſcripſiſſe plures Magiſtros circa quendam, qui ſimilem patiens defectum factus ſcriba eſt. Ex dictis videtur ſequi ſolum defectum illius rei, quæ jure naturali exigitur ad gradum, qualis v. g. eſt ſufficiẽtia ſcientiæ, reddere gradum irritum in foro conſcientiæ. Addo etiam illum, quem ſupremus Princeps verbis expreſſis declararet talem eſſe. Quia ex defectu voluntatis in Principe tollitur omne id quod ab illius voluntate pendet.

Cancellarius manifeſtans pũctum candidato.

898 Rogabis 6. quomodo peccet Cãcellarius qui multo antea manifeſtet candidato punctum, ſuper quo lectio facienda eſt: Item quicunque qui candidato lectionem conficit? Has & ſimiles quæſtiones excitat, ſed non decidit, nobis vero relinquit decidendas, & profligandas Alphonſus de Eſcobar cap. 32. Pro deciſione adverte priorem quæſtionem poſſe procedere de candidato ad gradum litterarium, & de candidato ad collegiaturam, vel præbendam Academicam, vulgo partido, & in hoc ſive dentur oppoſitores plures, ſive unicus. Imprimis certum eſt illicitẽ agere Cancellarium in tali manifeſtatione: quia violat ſtatutum, & operatur contra fidelitatem, quam ex vi proprij muneris tenetur ſervare. Dubium eſt, an peccet mortaliter? Dico 1. ſi candidatus eſt ad gradum etiam Doctoralem, & habet ſcientiam ſufficiẽtem, ſatiſque exploratam Cancellario, non peccat mortaliter, illi punctum manifeſtans: ſecus, ſi candidatus ſit notabiliter inſufficiens, & ſit Doctorandus in S. Theologia, vel Medicina, vel jure. Prior pars ſumitur in dictis, quia tunc ex Doctoratu illius ſufficienter docti nullum ſequitur grave detrimentum alicui: & ex hoc proximè reſolutum manet, deficientibus ſolemnitatibus per jus poſitivum requiſitis, adhuc valere Doctoratum, ſi detur in candidato ſufficientia ſcientiæ. Poſterior pars ſuadetur, quia tunc Cãcellarius ſua illa manifeſtatione in cauſa eſt, ut quis indoctus cum magno detrimẽto aliorum Doctor fiat, & maneat propoſitus omnibus conſulentibus, ſeu petentibus conſilium in rebus dubijs magni ponderis, quas neſcit expedire, & perperam reſolvet. Dixi (ſit Doctorandus) quia ſi Cancellarius pro comperto habeat, talem non eſſe Doctorandum, v. g. quia tentatus per argumenta ab examinatoribus, & inventus inſufficiens reprobabitur, non videtur graviter peccare in illa manifeſtatione. Dico 2. quando ſunt multi candidati oppoſitores ad eandem collegiaturam, vel præbendam, manifeſtatio puncti eſt culpa lethalis: ſi ſit unicus candidatus, & ſufficiens, culpa lethalis non eſt. Conſtat prior pars; quia punctum aperiens uni infert gravem, & manifeſtam injuriam alijs, utpote habentibus jus rigoroſum, ne puncta manifeſtentur: unde ſi ex tali manifeſtatione ſequatur damnum, v. g. amiſſio collegiaturæ, vel præbendæ, tenebitur ad reparationem. Poſterior pars ex ratione in contrarium facta oſtenditur, quia quando eſt candidatus unicus, & ſufficiens, nulli infertur damnum, non alicui tertio oppoſitori; quia eſt unicus, non collegio, vel præbendæ, quia eſt ſufficiens. Si autem foret inſufficiens, culpa illius manifeſtantis ex damno illato definienda eſſet.

Suſpenſionis violãs Cancellarius an fiat irregularis.

899 Rogabis ultimo, an Cancellarius, qui incurrit ſuſpenſionem latam à Clement. 2, de Magiſtris contra promouentes ad gradum non exacto juramento, de qua pœna egimus num. 890. ſi celebret ſic ſuſpenſus contrahat irregularitatem? Videtur affirmandum ex communi doctrina & regula, ſcilicet cenſuratum, qui violat cenſuram exercendo divina, fieri irregularem in pœnam violatæ cẽſuræ: nam apud Suarium de cenſ. diſp. 11. ſect. 3. excommunicatus miniſtrans ex officio quodlibet ſacramentum, aut celebrans Miſſæ ſacrificium ipſo facto irregularis efficitur. Cap. 1. in fine, de ſenten. & re judic. in 6. ſemper tamẽ requiritur quod in ipſa adminiſtratione, aut celebratione detur peccatum mortale: ſi enim illud vitetur ex ignorantia invincibili, vel ex alia cauſa, nulla contrahetur irregularitas. Deinde apud eundem diſp. 33. ſect. 3. clerici violantes interdictum in ſacramentorum miniſterio, irregulares fiunt. Cap. Is cui, de ſenten. excõmun. in 6. Procedit de quibuſcunque ſive dantibus, ſive non dantibus cauſam interdicto, & ſolum excipitur privilegiatus. Tandem (quod magis facit ad rem) apud eundem diſp. 26. ſect. 1. num. 4. qui durante ſuſpenſione ab executione officij, ſe ingerit divinis, nempe ad divina facienda, irregularis manet. Cap. 1. de ſenten. & re judic. in 6. Cum ergo Cancellarius incurrẽs ſuſpenſionem ab officio, & ſic ſuſpenſus celebrans, ſe ingerat divinis, procul dubio irregularis fiet.

Cancellarius celebrans quãdo ſuſpenſus eſt.

900 Nihilominus oppoſitum dicendum eſt, ſcilicet nullam incurrere irregularitatem. Ita expreſſè Gloſſa fin. ad Clemen. 2. de Magiſtris. Probatur, quia irregularitas non incurritur à ſuſpenſo, niſi quando ſuſpenſus facit contra id quod ei prohibitum eſt: irregularitas enim ponitur in pœnam violatæ ſuſpenſionis: ſed Cancellarius dicto modo ſuſpenſus quando celebrat, non facit contra id

quod

quod ei prohibitum eſt, neque proinde violat ſuſpenſionem:& cum non committat culpam, pœnam incurrere non debet; ergo Miſſam celebrans non incurrit irregularitatem. Maior & conſequentia patent. Minor ſuadetur, quia Cancellarius illam ſuſpenſionem incurrens ſolum manet ſuſpenſus per ſex menſes à collatione cujuſcunque Doctoratus, vel Magiſterij, in quacunque ſcientia: proindeque nec prohibetur celebrare, neque actum alicujus ordinis exercere, neque aliquid aliud, niſi dictam gradus collationem; ergo celebrans non violat ſuſpenſionem. Confirmatur, quia ſuſpenſus (ut docet Suar. de cenſ. diſp. 26. sect. 1. num. 5. ex cap. 1. de ſenten. excommun. in 6.) non incurrit irregularitatem, niſi quando ſuſpenſus ab ordine divina celebrat: quod ſatis innuunt illa verba, (ſi ingeſſerit ſe divinis) & „ magis explicantur per illa alia: Si contigerit „ eos ſic ſuſpenſos (nempe à divinis officijs) „ divina officia exequi ſicut prius, irregulari- „ tatem non effugient juxta canonicas ſanc- „ tiones. Cum igitur Cancellarius non maneat ſuſpenſus ab ordine, etiam ſi divinis ſe ingerat, & divina celebret, irregularis non fiet.

DISPVTATIO IV.

De præfecto ſtudiorum generalium, qui appellatur Gymnaſiarcha.

901 CVm egerimus de Cancellario, qui inter Magiſtratus Academicos præcipuus cenſetur, non erit abs re pauca ſubjicere in hac ultima diſputatione de Gymnaſiarcha, qui Cancellario poteſtate, & munere proximus eſt. Inſtituemus igitur duas quæſtiones, alteram de ſuperioritate, & poteſtate Gymnaſiarchæ, alteram de obligationibus illius.

QUÆSTIO I.

Qualis, & quanta ſit Gymnaſiarchæ ſuperioritas, & poteſtas?

Gymnaſiarchæ nomen.

HÆc vox (Gymnaſiarcha) quæ vulgo magis increbruit, quàm Ciceroniana (Gymnaſiarchus) hac enim M. Tullius uſus eſt Verr. 6. Demolien- „ dum curavit Demetrius Gymnaſiarchus, „ quod is ei loco præerat, componitur ex duplici voce Græca, ſcilicet (Gymnaſium) qui dicitur locus in quo athletæ nudi exercentur, & jam hodie ſumitur pro loco qui deſtinatus eſt alicui exercitio, & (Archos) qui dicitur Princeps. Vnde Gymnaſiarcha eſt præſes gymnaſij, atque adeo in ſua primæva origine præfectus loco luctaminis, in ſecundaria, & magis frequenti acceptione, præfectus ludo litterario. Cum autem vox (Archos) id eſt princeps habeat valde generalem, & amplam ſignificationem, etiam determinata ad Gymnaſium: nam princeps gymnaſij, ſub tam ampla ſignificatione, abſque ulla improprietate comprehendit non ſolum ſupremum Principem, & Protectorem gymnaſij, ſed etiam quemcunque magiſtratum Academicum, Rectorem, Cancellarium, Conſervatorem, & ſimiles, hinc eſt, quòd hoc nomen Gymnaſiarcha acceptum in tota ſua amplitudine ſit valde ſplendidum, imò pulchrius nomine Cancellarij, & etiam Rectoris. Quare multi authores indiſcriminatim uſurpãt Gymnaſiarcham pro Academiæ Rectore, Cancellario, Conſervatore, & quocunque alio magiſtratu, qui gymnaſia, ſeu ſtudia generalia adminiſtrat. At iuxta vulgarem acceptionem, in communi uſu Gymnaſiarcha diverſus à Rectore, Cancellario, & Conſervatore ille eſt, quem vocamus ſtudiorum præfectum, cujus officiũ, quod infra expendemus, eſt ſcholas inferiores moderari. Circa quem,

902 Prima difficultas eſt, an Gymnaſiarcha ſit conſtitutus in vera, & rigoroſa dignitate? Attidebit fortaſſe aliquibus pars affirmativa 1. quia dignitas preſſè accepta „ ſic definitur: Eſt præeminentia habẽs admi- „ niſtrationem rerum Eccleſiaſticarum cum „ juriſdictione ordinaria in foro externo: atqui ita ſe habet munus Gymnaſiarchæ in Academijs Societatis regimini commiſſis (de his enim tantum loquimur) nam habet imprimis præeminentiam, ſiquidem habet locum honorificum conſeſſu Academico, & ab eo nominatim captatur benevolentia per oratores, & magiſtros ſuæ ditionis: ingreditur etiam per atriũ præcedente comitatu ſuorum officialium, nẽpe circui- *Dignitas Gymnaſiarchæ.*

circuitoris, ſcribæ armorum, oſtiarij, maſtygophori, & ſatellitum. Ad hæc, illa præeminentia habet adminiſtrationem rerum Eccleſiaſticarum, quales ſunt ſcholæ Inferiores adminiſtratæ in Academia Eccleſiaſtica: denique talis adminiſtratio eſt cum juriſdictione Ordinaria in foro externo, ut Infra probandum eſt; ergo Gymnaſiarchæ nihil deeſt ut dicatur conſtitutus in vera ac rigoroſa dignitate. 2. à ſimili, quia ſuprà num. 834. à nobis oſtenſum eſt ex præciſa applicatione definitionis proximæ, Cancellarium eſſe in vera dignitate conſtitutum: ſed eadem definitio (ut vidimus) rectè applicatur officio Gymnaſiarchæ; ergo tale officium eſt vera dignitas.

Præfectus ſtudiorum an ſit dignitas.

903 Nihilominus judico oppoſitum probabilius, nempe præfectum ſtudiorum non eſſe in vera dignitate conſtitutū. Et ita ſentiunt viri docti, quos conſului. Fundamentum deſumo 1. ex communi hominum ſenſu, qui non reputant dignitatem hujuſmodi præfecturam: ex quo nullus doctus ſibi habebit perſuaſum eſſe reum voti fracti illum profeſſum Societatis Ieſu, qui officium præfecti ſtudiorum procuravit. Deſumo 2. ex citata definitione: nam per illam particulam (præeminentia) quæ idem valet atque prærogativa, excluditur à ratione veræ dignitatis tale munus. Nam ſi hoc munus contineret præeminẽtiam, ſeu prærogativam, præciſa quacunque juriſdictione in foro externo, maneret perſonatus, nam perſonatus eſt mera præeminentia, ſeu prærogativa ſine juriſdictione, ut tenent Ioannes Selva de benef. par. 1. q. 2. & alij quos citavi ſupra num. 835. atqui officium illius præfecti præciſa juriſdictione, & adminiſtratione quacunque, non maneret perſonatus, ut fatebuntur omnes docti: nam quidquid honoris illi tribuitur eſt in ordine ad ſubditos, quibus ablatis corruet; ergo non continet præeminẽtiam. Ex dictis patet talem præfecturam non venire nomine dignitatis in commiſſionibus cauſarum per litteras Apoſtolicas, ut tales cauſas expedire poſſit: item non poſſe Gymnaſiarcham ratione ſui muneris, & qualiſcunque maioritatis eligi in Conſervatorem.

Ad primum pro parte contraria negamus definitionem dignitatis quadrare officio Gymnaſiarchæ: excluditur enim (ut diximus, & oſtendimus) per illam particulam (præeminentia.) Quod ſatis eſt, quanvis demus in omnibus alijs definitionem illi convenire. Nec obſtat, quòd habeat locum honorificum, & ab eo captetur benevolentia: quia Magiſtri in artibus etiam habent ſimilem locum, & ab eis captatur benevolentia, & tamen ex hoc nó arguitur ipſos eſſe In vera dignitate conſtitutos, vel ſaltem habere perſonatum. Quòd verò ingrediatur præcedente magno comitatu, nihil facit: quia etiam circuitor, vulgò meirinho, incedit ſuo ſcriba, & ſuis ſatellitibus ſtipatus. Ad ſecundum patet manifeſta diſparitas inter Cancellarium, & præfectum: quia ille ex vi ſui muneris habet eximiam præeminentiam tanquam delegatus ſupremi Principis, & poteſt eligi in Conſervatoram, ut n. 836. oſtenſú eſt: quæ non apparent in præfecto.

Iuriſdictio Gymnaſiarchæ

904 Secunda difficultas eſt, utrum Gymnaſiarcha polleat rigoroſa, & vera juriſdictione? Negabit aliquis 1. quia Gymnaſiarcha ſolum habet quandam ſuperioritatem & adminiſtrationme, veluti æconomicam, pro regendis, ac moderandis ſcholaſticis, quibus præcipere poteſt non aliter quàm paterfamilias in domo ſua filijs, uxoris, ac ſervis: ſed paterfamilias ob talem ſuperioritatem non dicitur vera juriſdictione pollere; ergo neque Gymnaſiarcha. Dices magnam eſſe diſparitatem inter Gymnaſiarcham, & patremfamilias, ex eo quòd ille gerat magiſtratum in Republica litteraria, quæ eſt perfecta communitas, hoc autem ſolum habeat ſuperioritatem in domo privata, quæ eſt communitas imperfecta, proindeque incapax legis, & juriſdictionis in ſuo privato regimine. Sed cótra, quia etiam Abbatiſſa in ſuo monaſterio non pollet vera juriſdictione, ſed ſolum quadam poteſta dominativa æconomica, ut omnes fatentur: & tamẽ monaſterium eſt perfecta communitas capax legis & juriſdictionis; ergo diſparitas aſſignata nulla eſt. 2. quia ſi Gymnaſiarcha polleret vera juriſdictione in foro externo, ſequeretur eminere vera & rigoroſa dignitate: ſed hoc eſt contra id quod proximè reſoluimus num. 903. ergo &c. Sequela oſtenditur, quia diſcurrendo per omnes magiſtratus tá Eccleſiaſticos, quàm laicos & politicos, nullus dicitur pollens vera juriſdictione in foro externo, qui non emineat dignitate, ſic Inter Eccleſiaſticos Archiepiſcopus, Epiſcopus, Abbas, inter laicos Prætor, Senator, Iudex.

Gymnaſiarcha pollet vera juriſdictione.

905 His non obſtantibus exiſtimo cũ viris doctis, quos conſului, Gymnaſiarcham pollere rigoroſa & vera juriſdictione In foro externo. Probatur; nam juriſdictio eſt poteſtas publica jus dicendi, ſive reddendo unicuique jus ſuum, ſive ſtatuendo jus obſervãdum, ſive relaxando jus per abrogationem, diſpenſationem, & privilegium, ſive alio accommodato modo ſuperioritatem exercendo: atqui Gymnaſiarcha habet poteſtatem publicam, quam exercet jus dicendo; ergo pollet vera juriſdictione. Sola eſt difficultas in minori, cujus prior pars conſtat; quia poteſtas illa non eſt privata, ſiquidem eſt in ordine ad gubernandam Rempublicam litterariam, quæ eſt communitas perfecta legis ferminandæ capax; ergo eſt poteſtas publica. Poſterior ſuadetur, quia Gymnaſiarcha eſt præſes in tribunali examinatorum, qui ſunt judices ab Academia deſignati

gro

Digitized by Google

pro exploranda peritia ſtudentium, & periculum ſubeuntium, ut juxta uniuſcujuſque merita, & litterarium profectum, aut defectum ferant ſuffragium, ut hæc palæſtra, vel aula, hujus aut illius facultatis examinatis conferatur: unde Gymnaſiarcha ſuo etiam ſuffragio qualitativo, & deciſivo profert ſententiam: hoc autem non facit niſi per exercitium publicæ poteſtatis jus dicendo, & pro meritis æqualitatem ſervando. Confirmatur 1. à ſimili, quia hoſpitator Academicus, vulgo apozentador, ideo dicitur habere juriſdictionem, quia tanquam judex per poteſtatem publicam lata ſententia deſignat in urbe ædes, quas ſcholaſtici habitent, alios admittendo, & alios expellendo: ſed Gymnaſiarcha etiam per poteſtatem publicam tanquam judex explorata per examẽ peritia ſcholaſticorum profert ſententiam, & deſignat palæſtras, quas ſcholaſtici frequentent, alios admittendo, & alios expellendo; ergo per veram juriſdictionem. Cõfirmatur 2. nam ædilis ideo cenſetur habere veram juriſdictionem, quia ex poteſtate publica taxat rerum comeſtibilium pretia in nundinis, & macellis; ergo à fortiori Gymnaſiarcha ideo cenſebitur habere veram juriſdictionem, quia in re nobilior, qualis eſt litteraria, taxat & deſignat facultates in his, & illis palæſtris, vel aulis addiſcendas.

906 Quæ pro parte contraria opponuntur num. 904. ſic dilues. Ad 1. negabis poteſtatem Gymnaſiarchæ eſſe œconomicam, ad inſtar illius, quam habet paterfamilias, utpote exercita circa ſubditos in domo privata, quæ eſt communitas imperfecta incapax legis: at poteſtas Gymnaſiarchæ eſt publica, ut oſtendimus. Nec obſtat quod objicitur de Abbatiſſa habente poteſtatem non juriſdictionis, ſed quaſi œconomicam in communitate perfecta, qualis eſt monaſterium: quia Abbatiſſa, cum ſit fœmina, eſt incapax juriſdictionis Eccleſiaſticæ, ſaltem de lege ordinaria, proindeque licèt ad veram juriſdictionem detur ibi capacitas ex parte objecti, nempe communitatis, datur tamen incapacitas ex parte ſubjecti, ſcilicet ipſius fœminæ: at in noſtro caſu datur capacitas ex utraque parte. Ad 2. negabis ſequelam, quia poteſt dari vera juriſdictio in foro externo ſine dignitate Eccleſiaſtica. Exemplum poteſt apponi in parocho, cujus officium nec dignitas, nec prælatio eſt, ut teſtatur Sanch. lib. 6. Decal. cap. 18. num. 28. & ideo juxta eundem poteſt procurari à profeſſo Societatis Ieſu abſque violatione voti non prætendendi dignitates: & tamen parochus habet juriſdictionem in foro externo, quam exercet in aliquibus eventibus, v. g. quando delegat ſuam poteſtatem alicui, ut ſolemniter baptizet: item juxta Petrum de Ledeſma de matrim. q. 45. a. 5. pun. 3. dub. 4. & Navarr. lib. 4. conſil. in 2. editione tit. de ſponſal. conſ. 47. num. 6. actus, quo parochus concedit licentiam alicui ſacerdoti ad aſſiſtendum matrimonio eſt actus juriſdictionis, ac proinde evadat nullus, ſi fiat à parocho excommunicato, quod ſatis probabile judicat Sanchez lib. 3. Matrim. diſp. 21. nu. 6. Denique juxta Sylveſtrum v. excommunicatio 1. num. 5. Hoſtienſem, & alios, de quibus meminit S. Thomas in 4. diſt. 18. q. 2. a. 2. quæſtiun. 1. parochus in furto, & rapina & ſimilibus caſibus à jure conceſſis habet poteſtatem quaſi delegatam excommunicandi: quanvis contradicat Suarius de cenſuris diſp. 18. ſect. 1. num. 5. affirmans, nullum parochum, ſi præſcindatur ius, privilegium, & conſuetudinem excommunicare poſſe. Ferre autem excommunicationem juxta eundem Suar. loco citato eſt actus juriſdictionis contentioſæ. Cum igitur parochus ſine dignitate habeat officium cum aliqua juriſdictione in foro externo, ita evenire potuit in Gymnaſiarcha.

Abbatiſſæ poteſtas

Parochi juriſdictio

907 Tertia difficultas eſt, quanta ſit amplitudo poteſtatis Gymnaſiarchæ, nempe circa quæ verſetur, & ad quæ extendatur? In hoc puncto ſtatuimus pro generali regula, poteſtatem Gymnaſiarchæ adæquari illius officio, proindeque habere eandem amplitudinem, quam illius officium habet. Ratio manifeſta eſt, quia nemo tenetur ad finem, ni habeat poteſtatem adhibendi media neceſſaria pro aſſecutione talis finis: ſed Gymnaſiarcha tenetur ad implendum ſuum officiũ, ut eſt per ſe notum; ergo habet poteſtatem adhibendi media, & faciendi quidquid neceſſarium eſt pro impletione talis officij, atq; adeo poteſtas adæquatur officio. Quale autem ſit officium Gymnaſiarchæ, ut ex eo poteſtatem apertè cognoſcamus, dicemus quæſt. 2. Interim ſufficiat aſſerere poſſe Gymnaſiarcham præcipere omnibus ſtudioſis, qui ſunt ſuæ ditionis, ſive diſcipulis, ſive magiſtris, quidquid juxta ſtatuta Academica neceſſarium, vel ſaltem expediens fuerit pro munere ipſorum explendo, & obtinendo profectum in ſuis facultatibus. Vnde cum habeat vim coactivam, poteſt tranſgreſſores afficere ſupplicijs, quæ in ſimilibus delictis ſtatuta, vel conſuetudo præſcribunt. Quales verò ſint ſtudioſi ſive auditores, ſive profeſſores, qui Gymnaſiarchæ imperio ſubjacent, non poteſt certa lege definiri. Illud ſcio Gymnaſiarcham in hac noſtra Eborenſi Academia ſolum habere directum imperium in humaniorum litterarum ſtudioſos, ac Philoſophos, hoc tamen diſcrimine, quòd in priores imperium ſit adæquatum, hoc eſt circa eorum perſonas in officio continendas, & doctrinam, ſeu facultatem, ut nempe res docendæ, & modus docendi ſint ex illius præſcripto: at imperium in poſteriores, ſcilicet Philoſophos, ſit veluti inadæquatum: quanvis enim poſſit eorũ perſonas continere in officio, & cogere ad ea,

Poteſtas Gymnaſiarchæ quanta ſit.

quæ

quæ ſui muneris ſunt, tamen circa doctrinam & facultatem nihil poteſt. Hoc autem totum ſpectat ad Cancellarium, qui univerſæ doctrinæ in ſuperioribus facultatibus, & omnibus verè ſcientijs cenſor eſt. Dixi (directum imperium) quia indirectè, poteſt etiam imperare theologis; tam moralibus, quam ſpeculativis, quãdo id fuerit expediens pro bono, & tranquillitate totius atrij Academici, in quod omne, tãquam ſuum territorium, & quoſcunq; ſtudioſos divagantes, alioſq; ab ſtudio avocantes poteſtatem habet. Quare dictis theologis poteſt præcipere, ut ſe in ſuas aulas recipiãt, vel saltẽ ab atrio egrediãtur: ni faciãt, poteſt ſtatim, ſi adſit circuitor, mittere in carcerem: ſi deſit circuitor, non niſi monito Rectore, eoq; jubente. Hæc omnia conſtat ex praxi, & ex decretis Viſitatorum.

Suffragijs an adſtringatur Gymnaſiarcha

908. Dubitatio eſt, an Gymnaſiarchæ poteſtas ſic adſtricta ſuffragijs examinatorum, & magiſtri, ita ut nõ poſſit illis refragãtibus palæſtrã, vel aulam alicui examinato tribuere, aut denegare? Tota vis difficultatis cõſiſtit in exploranda natura prædictorũ ſuffragiorũ: ſintne deciſiva, an conſultiva? Nam ſi dixerimus eſſe deciſiva, tenebitur Gymnaſiarcha illis ſtare, nec poterit ullo modo à maiori parte diſcedere, ita ut contra maiorem partem ſuffragantium palæſtram tribuat, vel deneget: Sicut præſes tribunalis, in quo Senatores habẽt ſuffragia deciſiva, illis ita adſtringitur, ut cõtra maiorem partem nequeat decernere: Gymnaſiarcha autem eſt præſes tribunalis, in quo ſtudioſi ſubeunt periculum. Igitur mihi compertum eſt ſuffragium præceptoris, qui mittit diſcipulum ad examen, eſſe conſultivum, ſuffragia autem examinatorũ eſſe deciſiva, ſeu definitiva. Prior pars ex eo videtur perſpicua, quia magiſter ſuffragium ferens nullo præcedente examine, ſolum ſe exhibet teſtem ſcientiæ diſcipuli, & notitiam talis ſcientiæ per informationem communicat Gymnaſiarchæ, & examinatoribus. Poſterior pars ſuadetur, quia examinatores sũt judices circa ſcientiam, & ſufficientiam ſcholarium, qui ſubeunt periculum: atqui judices habent ſuffragium deciſivum; ergo & illi examinatores. Maior conſtat ex paritate rationis, nã quinq; illi examinatores, qui aſſiſtunt oppoſitioni ad collegiaturam Purificationis ſunt judices, ut ex ſtatutis illius Collegij cap. 9. habetur, & nos oſtendemus lib. 10. ergo ſimiliter erunt judices examinatores in illa veluti oppoſitione ad palæſtras, vel aulas. Minor ſumitur ex cap. forum, de verb. ſignif. & Sylveſtro v. judex, indicante omnem judicem habere ſuffragium deciſivum, aliter judex à conſiliario, ſeu conſultore non differret. Accedit S. Thom. 2. 2. q. 6. ubi aſſerit judicium ſignificare rectam determinationem: determinatio autem non fit per ſuffragia conſultiva. Ex dictis propoſita dubitatio facilè dirimitur, inferendo Gymnaſiarcham adſtringi ſuffragijs examinatorũ, utpote deciſivis, & non adſtringi ſuffragijs præceptorum, utpote conſultivis.

Suffragia examinatorũ deciſiva.

Examinatores neceſſarii pro deſignandis palæſtris.

909 Rogabis 1. an poſſit Gymnaſiarcha non vocatis examinatoribus, ſcholarem ſolus examinare, & prout judicaverit, illi palæſtram tribuere? Reſpondeo negativè. Quia res eſt magni momẽti in ordine ad profectum litterariũ; deſignare palæſtras & facultates ſtudioſis, quæ non ſuperent illorum captũ: & ideo Academia id cõmittit judicio plurimorũ, quales ſunt examinatores, præſide ac ſuffragante etiam Gymnaſiarcha, qui omnes de hac re delibera bũt; ergo ſolus Gymnaſiarcha nihil poteſt. Accedit, quia in regimine politico nullus præſes poteſt ſe ſolo ſtatuere quod in ſuo tribunali deſiderat ſuffragia multorum; ergo ſic in regimine litterario. Quid ſi Gymnaſiarcha pro cõperto habeat examinatores eſſe corruptos, vel alio ex capite perperam ſuffragari? Moneat tũc Rectorẽ, & ex præſcripto illius occurretur malo impẽdenti, vel amotis illis examinatoribus, & ſanioribus alijs ſuffectis, vel alio modo. Rogabis 2. an liceat Gymnaſiarchæ notoriè dignum, abſq; examine promovere ad altiorẽ palæſtrã? Videtur affirmandum, tum ex cõmuni doctrina aſſerentium licere Epiſcopo notoriè dignum promovere ad ordines, vel approbare ad audiẽdas confeſſiones, tum ex à nobis traditis n. 888. per Navarrum, ſcilicet Doctoratum, qui poſtulat prævium examen rigoroſum, poſſe illo examine conferri notoriè digno. Arbitror loquẽdum cum diſtinctione, ita ut liceat illa promotio quando dignitas promovendi innoteſcit etiam examinatoribus, & ipſi conſentiunt: ſecus ſi vel nõ innoteſcat, vel ipſi nõ cõſentiãt. Quia promotio ad palæſtras, & facultates ſpectat ad totum illud tribunal, in quo quamvis præſideat Gymnaſiarcha, non habet univerſam poteſtatẽ, ſicut nõ habent etiam præſides in alijs tribunalibus. Rogabis 3. Utrum quando ſcholaris legitimè deſignatus ad altiorem palæſtram, petit inferiorem, Gymnaſiarcha poſſit annuere, incõſultis examinatoribus? Reſpondeo affirmativè, ſi loquamur de hac noſtra Academia Eborẽſi, in qua ita fert praxis, & conſuetudo. Quia examinatores approbantes ſcholarem ad ſuperiorem palæſtram, tacitè judicãt dignum inferiori: deinde illi volenti ac petenti non fit injuria. Moneo tamen hujuſmodi mutationem nõ debere fieri, niſi maturo conſilio, ita ut non cedat in damnum ipſius ſcholaris, vel parentum ejus. Nam ſolent plurimi ut licentiùs vivant, & remoti a libris, quibus jam dederunt operam, otientur, petere inferiorem palæſtram, non ſine magno ſuo, & ſuorum parentum detrimento.

Gymnaſiarcha in deſignandis palæſtris.

Dd QVÆS.

Digitized by Google

QUÆSTIO II.

Quodnam ſit Gymnaſiarchæ officium, & obligatio?

910 CVm dixerimus poteſtatē Gymnaſiarchæ mēſurari, & regulari per illius officium, cui proportionanda eſt, & proxima quæſtione egerimus de poteſtate, hæc jam explicata lucem afferet dicendis de officio, & hoc declaratum corroborabit, ac perficiet quæ de poteſtate dicta ſunt. Prima difficultas eſt, quodnam ſit Gymnaſiarchæ officiū? Cum poſtea dicturi ſimus de officio præfecti Gymnaſiorū, quæ Societatis curæ cōmiſſa noſtris ſubjacent, modò generaliter pro quocunq; ſtudiorum præfecto, & moderatore, qui nec ſit Rector, nec Cancellarius, nec Cōſervator (nam de his nobis ſpecialis já fuit, & erit ſermo) affirmare poſſumus, illius præcipuum munus eſſe ſcholares omnes facultatum inferiorum ita regere, ac moderari, ut non minùs probitate, modeſtia, aliiſq; virtutibus, quàm ſciētia proficiāt. Vnde cum principale officium illius ſit invigilare pro bonis moribus, ac ſtudio ſcholaſticorū, illud inter primas curas referre debet, quòd nō niſi idoneos in ſcholariū cætū admittat, & ex ſcholaribus nō niſi aptos his vel illis addiſcēdis facultatib⁹ applicet, ineptos verò à palæſtra, & (ſi opus fuerit) à tota Academia expellat.

Gymnaſiarcha officium.

911 Ludit operam (inquit Pet. Greg. lib. 15. c. 1. n. 17.) & inanibus sūptibus profūdit patrimoniū, qui nō habiles ad diſciplinas, conatur ad ſtudia illarum traducere. Hinc teſte Sabellico lib. 6. Enneadis 4. moris fuit apud Indos, Cathæos, & Brachmanes editū infātē poſt duos mēſes in publico cōcilio ſpectandū exhibere, ut ſi cujus probaretur indoles, bonis inſtitueretur diſciplinis: ſi improbaretur, vel in ſylvas eū amādarēt, vel ſtatim in omniū cōſpectu interficerēt. Hic mos barbarus admodū fuit, & ut talis deteſtādus, ſed apertè indicavit quantus delectus ſit habēdus in admittendis pueris ad ſcholas. Quantū verò Gymnaſiarcha debeat invigilare pro moribus ſcholariū, ſatis manifeſtat lex Athenienſiū de pædagogorum inſtitutione, quam affert Petr. Greg. citatus n. 15. Verba rō-
„ cepta legis ſic habent: Doctores ſcholam ne
„ aperiāt, priuſquàm ſol effulſerit: neq; illam
„ claudant antequàm occidat: hiſq; qui puerilē
„ ætatē ſuperaverint, dū pueri in ludo ſunt, ne
„ liceat ingredi, niſi præceptoris, aut ejus fra-
„ tris filius, filiæve ej⁹ vir ſit. Quod ſi quis præ-
„ ter illā prohibitionē ingreſſus fuerit, morte
„ puniatur. Gymnaſiarchæ quoq; ex his quē-
„ quam qui maiores natu ſunt, aliquo pacto
„ pueris commixtum in ſedēdo, ne permittāt:
„ quòd ſi admiſerint, & à gymnaſio non repu-
„ lerint: de ingenuorum corruptela Gymnaſi-
„ archa ſubditus eſto.

Scholas non niſi apti intrare debent.

912 Hactenùs de officio cujuſcunque Gymnaſiarchæ, ſeu præfecti ſtudiorū ſive inter Chriſtianos, ſive etiā inter gētiles. Quale autem ſit officiū præfecti ſtudiorum in ſcholis Societatis regimini cōmiſſis, declarat Ratio ſtudiorum in ejuſdem reg. 1. deſumpta ex par. 4. Conſtit. cap. 17. §. 2. his verbis: Præfe-
„ cti munus eſt generale Rectoris inſtrumen-
„ tum eſſe ad ſtudia rectè ordinanda, ſcholaſ-
„ que noſtras ita regendas, ac moderādas pro
„ facultate ab eo accepta, ut qui eas frequen-
„ tans, quàm maximè in vitæ probitate, ac bo-
„ nis artibus, doctrinaque proficiant ad Dei
„ gloriam. In multis alijs quando ad ſpecialia
deſcendit, cum præfecto Cancellarium permiſcet, ut in reg. 17. videtur peculiariter ſermonē
„ dirigere ad præfectum. Audiat (inquit) ali-
„ quādo præceptores, minimùm ſemel in mē-
„ ſe: interdum etiam cōmētarios legat à diſci-
„ pulis exceptos. Si quid animadverſione dig-
„ nū, vel ipſe obſervaverit, vel audierit ab alijs,
„ ubi id rectò cōpererit, præceptorē per quàm
„ benignè & comiter admoneat: rēq; totam ad
„ Rectorē, ſi neceſſe ſit, deferat. Et in regul. 17.
„ Et noſtris, & alūnis, & externis per Magiſ-
„ tros nō modò rationē ſtudēdi, repetēdi, diſ-
„ putādi præſcribat: ſed etiam omne tēpus ita
„ diſtribuat, ut privati ſtudij horas benè collo-
„ cēt. Reg. 28. Nihil publicè domi, foriſve re-
„ citari patiatur, vel ab ijs qui ad gradus pro-
„ movētur, vel ab ijs qui actus tū generales, tū
„ particulares habēt: vel à Rhetoricis, quòd nō
„ ipſe tempeſtivè recognoverit, & approbave-
„ rit. Et regul. 29. Curet ne ſcholaſtici libris
„ aut utilibus careant, aut abundent inutili-
„ bus. Quare maturè Rectori ſuggerat, ne li-
„ brorum, quibus indies utimur, aut proximū
„ in annum uſuri ſunt tum noſtri, tū exteri, co-
„ pia deſideretur. Hæc ſunt quæ inter alia oſtendūt munus Gymnaſiarchæ in Societatis Academijs ad juventutem ſanis inſtituendā moribus, & optimis imbuēdā diſciplinis. Et in omnibus planè intelligitur, quā velit Societas officiū præfecti eſſe ſubordinatū officio Rectoris.

Præfecti ſtudiorum munus in Societate.

913 Secunda difficultas eſt, quam diligētiam teneatur Gymnaſiarcha adhibere pro ſuo munere implēdo, & quomodo peccet ex negligentia? Conſtat non teneri ad diligentiam metaphyſicā, ſed ſolum ad moralē, ut ſuo muneri nō deſit, ſed in illo præſtādo ſe exhibeat integrum, & vigilantem. Quanvis enim meliùs aget ſummam, & extraordinariam collocans induſtriam, ut impleat menſuram illorū epithetorum, quibus publicè per ſuos magiſtros in captandis benevolētijs cōpellari ſolet, (Gymnaſiarcha integerrime, Gymnaſiarcha vigilātiſſimè) tamē ad hoc nō tenetur. Sumitur ex

Diligētia & vigilātia Gymnaſiarchæ

Impoſſibile non obligat

juris axiomate: Nemo tenetur ad impoſſibile. l. ſi quis in gravi in princip. ubi Bart. ff. ad Syllan. l. ſi ſtipuler ff. de verb. oblig. l. Paulus ff. quæ ſentent. ſine appell. reſc. l. impoſſibilium ff. de regul. juris §. Impoſſibilis Inſtit. de hæredib. inſtitué. & cap. nemo poteſt, de regul. juris in 6. De quibus Oldrad. conſ. 232. & Iacob. de Leon conſ. 127. num. 212. Impoſſibile autem dicitur quod tantum fieri poteſt per remedium extraordinarium. Ita Sanch. de Matrim. lib. 5. diſp. 5. num. 4. Mandoſ. ad regul. 32. Cancel. q. 31. num. 12. Tiraquel. de retract. lig. §. 32. gloſ. unica num. 56. Tuſch. tom. 4. lit. I. concl. 55. Item impoſſibilitati æquiparatur difficultas magna l. 2. §. ex quo, & l. continuus §. cum quis ff. de verb. obligat. Farinac. in fragm. crimin. p. 1. lit. E. n. 145. Sebaſt. Medic. de caſu fortuit. p. 1. q. 4. n. 13. & Beroi conſ. 88. In cauſa num. 35. lib. 1. Nam impoſſibilium, & valde difficilium idem eſt judicium. l. apud Iulianum §. conſtat ff. de legat. 1. Cum igitur diligentia metaphyſica ſecundùm juris acceptionem ſit impoſſibilis, utpote extraordinaria, & valdè difficilis, ſequitur Gymnaſiarcham ad illam non obligari, ſed tantum ad quandam moralem, quæ ordinaria eſt, & humano modo adhiberi ſolet.

Impoſſibile in moralibus quid.

Prælatus regularis ad quam diligentiā tenetur.

914 Confirmatur à ſimili, nam eadem ratione proportionaliter tenetur prælatus regularis procurare ſpiritualem ſubditorum profectum, qua Gymnaſiarcha profectum litterarium ſcholarium: ſed prælatus regularis non tenetur ad diligentiam metaphyſicam, ſcilicet extraordinariam: cum ſufficiat moralis, & humana diligentia; ergo ſimiliter nec Gymnaſiarcha. Maior & conſequentia patent. Minor traditur à Cardinali de Lugo tom. 1. juſtit. diſp. 9. num. 22. qui num. 25. etiam rectè monet prælatum regularem ita debere attendere correctionem, & reformationem ſpiritualem ſuorum ſubditorum, ut non incidat in cōtrarium extremum, & reddat odioſam diſciplinam, & correctionem. Vnde (inquit) non debet omnia & ſingula examinare, inquirere, punire; ſed juxta Soſipatri dictum, parva quidem, & vulgaria peccata diſſimulanda frequenter ſunt, quæ verò jam ingraveſcunt, his cura ſecundùm leges adhibeatur. Cæterùm (addit) licèt in utroque extremo periculum eſſe poſſit; credo tamen maius & frequētius periculum prælatis imminere ex negligentia, & conniventia; quia certius & gravius nocumentū religioni ex hoc capite imminet, eò quòd minùs reparabile ſit. Relaxatio enim ſemel introducta difficillimè expelli poteſt, imò id frequenter eſt moraliter impoſſibile. Idcirco Spiritus S. Eccleſiaſt. 7. de hoc potiſſimū periculo ſuperiores admonuit il-

Negligentia prælatorum.

„ lis verbis: Noli quærere fieri judex, niſi valeas
„ virtute irrumpere iniquitatē: ne forte extimeſcas faciē potētis, & ponas ſcandalum in
„ æquitate tua. Hæc quæ Eminēt. Card. maturo judicio protulit de regulari prælato circa obligationē conſervādi & augendi ſpiritualē perfectionē religionis, locum habent proportionaliter in Gymnaſiarcha pro cura, & diligētia adhibenda in ordine ad ſcholaſticam diſciplinam conſervandam. Quibus addo maiorē ſeveritatē, ſeu propenſionē ad rigorē deſiderari in ſtudiorū præfecto, quàm in religioſo prælato. Ille enim gubernat juventutē laicam ex innato fervore, & ætatis licentia pronam, imò projectam ad omne malum, & maiorum omnium radicem otioſitatem, quæ proinde ſeveritatis fræno coercēri debet: ſecus de prælato gubernante religioſos, utplurimùm ætate maturos, vel ſaltem tribus votorum nodis conſtrictos, & aſſiduo religionis labore fractos, quibus (ut dicebat B. Franciſcus de Borja Generalis noſter tertius) non debent prælati addere nova onera excogitando novas afflictationes, ſed potiùs excogitare modum, quo religionis onus, obſervata regulari diſciplina, ſuave, & leve fiat.

Prælati regularis ſeveritas.

915 Quantum verò teneatur Gymnaſiarcha veluti ex parte objecti, ſcilicet in ordine ad promovendam ſcholaſticā diſciplinam, facilè deprehendi poteſt ex iis, quæ tradit citatus Lugo n. 24. de obligatione prælati regularis in ordine ad diſciplinam religioſā. Ibi enim ſtatuit pro regula prælatum regularem debere quidem promovere ſubditos ad eā perfectionē, quā ſtatus, & conditio ſui ordinis poſtulat, ita ut communitas ob ejus negligentiam non cadat à ſuo fervore, & hoc ibi proprie quod vulgo dicitur relaxari aliquem ordinem religioſum, v. g. ſi introducatur notabilis negligentia circa res ſpirituales: ſi ſubditi nimium addicantur rebus temporalibus, ſi prævaleat ambitio, ſi unuſquiſque quærat quæ ſua ſunt, & bonum commune contemnat, ſi deſerantur miniſteria ad proximorum ſalutem ad quam religio illa ordinatur, ſi ſubditi otium procurent, & labores fugiant. Hæc & ſimilia debet prælatus impedire, ſi moraliter poſſit, ne relaxatio fiat: ſicut enim gubernator civitatis tenetur procurare quietem politicam, & pacem civium, quæ eſt finis gubernationis politicæ, ita prælatus religioſus tenetur procurare ſtudium perfectionis, quæ eſt finis congregationis religioſæ. Quod ſi relaxationem jam in ordine inveniat, nec ſit ſpes reformationis, tenetur ſaltem procurare, ne relaxatio progrediatur ulteriùs. Non tamen tenetur promovere ſubditos ad aliud perfectionis genus, quod ſit præter inſtitutum ſui ordinis, v. g. ad maiores pœnitentias, ad augendum tempus orationis, ad aſperiores, & ſublimiores mortificationes, ſed ſolum ad retinendum, & conſervandum ſpiritū proprii Ordinis, & inſtituti: hanc enim ſolam reformationē optavit, & cōmēdavit Conciliū Tridēt. ſeſſ. 25. c. 1. 20. & 21. de

Prælati regularis & Gymnaſiarchæ obligatio

Relaxatio religionis.

de regularibus. Hactenus Eminentiſſimus, & doctiſſimus Cardinalis ſuis verbis conceptis, quæ omnia habita proportione, militãt in Gymnaſiarcha, ut innoteſcat qualiter teneatur circa diſciplinã ſcholaſticã cõſervandã, & promovẽdã. Solum enim tenetur ſcholaſticos ſubditos promovere ad eũ litterariũ profectũ, quẽ ſtatus, & cõditio Academiæ poſtulat: deinde conari ne ſua negligẽtia decidat Academia à ſuo ſtudendi fervore, & defraudetur fine proprio. Quod ſi inveniat relaxationem in Academia inductam conſuetudine inveterata, non tenetur ad reformationem, ſed ſolum conari ne relaxatio maior fiat.

Palaſtrarum proviſio iniuſta,

916 Tertia difficultas eſt, quomodò peccet Gymnaſiarcha, & ad quã teneatur reſtitutionẽ, ſi ex eo quòd deſit muneri ſuo, ſequatur damnum alterius? Sicut munus Gymnaſiarchæ eſt veluti bipartitum nempe erga palæſtras providẽdas, & ſcholaſticos corrigendos, ita difficultas procedit in duplici eventu, altero ſi violet integritatem conferẽdo palæſtras indignis, vel dignos à palæſtris ſine cauſa repellendo: altero, ſi negligẽter ſe habeat circa correctionem, & ex hoc tam ipſis ſcholaribus, quàm eorum parentibus inferatur dãnũ. In utroq; eventu mihi perſpicuũ eſt Gymnaſiarcham poſſe cõmittere peccatũ grave, aut leve pro ratione materiæ. Quoad primum, ſi v.g. conferat palæſtram indignis, vel ſi auferat à dignis, mihi compertũ eſt, illũ teneri de omni damno ex tali actione ſequuto. Ratio eſt manifeſta, quia violatio juſtitiæ commutativæ ſequuto dãno inducit obligationẽ reſtituendi: ſed tunc Gymnaſiarcha violavit juſtitiã cõmutativam, ſiquidem violavit rigoroſum jus, quod ſcholaris acquiſivit per examen ad palæſtram, ſibi competentem; ergo tenetur de tali damno. Minor ſuadetur ex paritate rationis, quia in proviſione beneficiorum, quando proviſio fit per concurſum, ſeu rigoroſum examen tenentur providentes ex rigoroſa juſtitia beneficium conferre digniori, & aliter violant juſtitiam commutativam, & rigoroſum jus quod oppoſitor acquiſivit per examen, atque adeo tenentur ad reſtitutionem: & hæc eſt cõmunis, & vera ſententia; ergo ſimiliter ſcholaris per examen acquiſivit jus rigoroſum ad palæſtram, quod ſi violetur, tenebitur injuſtus violator de damno ſequuto.

Beneficiũ conferendum magis digno.

Correctio ſcholarium ex juſtitia.

917 Quoad ſecundum, ſi Gymnaſiarcha ſit remiſſus & negligẽs in corrigendis ſcholaribus, & ex hoc ſequatur detrimẽtũ vel ipſis, vel alijs, maior eſt difficultas, an teneatur de damnis, ſeu ad reparanda damna? Pendet deciſio hujus difficultatis ex illa quæſtione, an prælatus teneatur ſubditos peccãtes corrigere ex juſtitia? Negat Lorca ad 2.2.q.33. a.5. ſect.3. diſp.42. num.4. ubi ſic ait, Quæritur, an hæc maior obligatio prælatorum, quæ ex officio oritur, ſit ſolius charitatis, an vero juſtitiæ? Caietanus in comment. a. 2. ſubtiliter & metaphyſicè conatur revocare ad juſtitiam. Sed cũ actus ipſe non ſit juſtitiæ (correctio enim fraterna, qua talis eſt, a quocunq; fiat, non eſt actus juſtitiæ, ſed charitatis) non video, quomodo ad juſtitiam revocari poſſit: nam prælatus debito ſui muneris non ſolum tenetur exhibere ſubditis juſtitiã, ſed etiam charitatem. Ex quo ſequitur circunſtantiam hãc, quod prælatus ſit, qui corrigere negligit, non mutare ſpeciem: videtur autem intra eãdem ſpeciem notabiliter aggravare. Hæc Lorca, qui aſſerit dicta procedere non ſolum de prælatis Eccleſiaſticis, ſed etiam ſæcularibus.

Prælatorum obligatio ad corrigendum ſubditos.

918 Nihilominus prælatos qua tales obligari ex juſtitia ad correctionẽ ſubditorum, defendunt cõmuniter, & rectè authores, Caietan. in 2.2.q. 33.a.4. ad 4. Bellanus diſp. 28. dub 5.n.68. Valẽtia to.3. diſp.3.q.2.p.3. Suar. de charit. diſp.8. ſect.4. n.5. Torres in 2.2. tom. 1. diſp. 87. dub. 1. Ioan. Sanch. in ſelect. diſp.6. num.9. Filliucius tom.2. tract.28. cap.5. nu. 27. Palaus tom.1. tract. 6. diſp. 3. pun.7. n. 8. Hurtadus de Mendoza de fide vol. 2. diſp.162. ſect.4. §.39. Trullench. in Decal. tom.1. lib. 1. cap.5. dub.15. num.1. & alij. Sumitur ex S. Auguſtino tom.5. lib.1. de civitate cap.9. ubi aſſerit, Non eſſe parem obligationem ad corrigendũ errãtes privatis, atque prælatis. Et ratione, quia prælati, ſeu magiſtratus omnes tã Eccleſiaſtici, quàm ſæculares tenentur ex officio ad correctionẽ ſubditorum taliter vel taliter in ordine ad finem ſui muneris, & ſecũdùm proprias leges: ſed obligatio officij eſt ex rigoroſa juſtitia, nam magiſtratus illi pro ſuo officio rectè obeundó recipiunt ſtipendium, vel quaſi ſtipendium, nempe juriſdictionem, eminentiã, prærogativam: atq; adeo intervenit contractus tacitus inter ipſos & Rempublicam, ut nẽpe pro acceptis ſuũ munus rectè exequantur; ergo obligantur ex juſtitia ad correctionem ſubditorum. Cum verò Gymnaſiarcha ſit magiſtratus Academicus in Republica litteraria conſtitutus ad ſcholariũ correctionem in ſuo genere, ſi negligenter ſe habeat in ſcholaribus corrigendis, ſui officij violat obligationẽ, & conſequenter obligationem juſtitiæ.

Ad fundamentum partis contrariæ dicimus correctionem fraternam eſſe indifferentem ut procedat à charitate, & juſtitiæ: nã ſi fiat à privato, erit actus ſolius charitatis, ſi fiat à prælato, erit etiam actus juſtitiæ propter manifeſtam rationem proximè aſſignatam. Vnde circunſtãtia prælati omittentis correctionem ſubditi eſt mutans ſpeciem, proindeque neceſſario aperienda in confeſſione, ut docent Banhes in 2. 2. quæſt. 33. art.3. dub. 1. concl. ult. Villalobos in Summa tom.2. tract.4. diſp. 6. num.4. & Diana par. 1. tractat. 7. reſol. 57.

quanvis

quanvis Ioan. Sanch. in ſuis ſelect. diſp. 6. n. 9. nobis tanquam probabilius ſentientibus ſubſcribens dicat probabile eſſe circumſtantiam illam ſolum notabiliter aggravare intra eandem ſpeciem.

Reſtitutio omiſſionis magiſtratus negligentis.

919 Major difficultas eſt, utrum, & qualiter Gymnaſiarcha teneatur de damno, ſeu ad reparationem damni, quod ſequutum fuit ex culpabili omiſſione correctionis? Et procedit de quocunque magiſtratu, qui ex officio tenetur ſubditos corrigere, & omittit culpabiliter ex negligentia correctionem. Apud omnes pro noſtra ſententia citatos compertum eſt, teneri ad reſtitutionem: ſiquidem illa omiſſio contra juſtitiam eſt cauſa moralis influens in damnum. Citatis authoribus accedit Duvallius in 2. 2. de charit. q. 9. n. 4. inferés ſi prælatus patrem aliquem corrigere neglexerit, & propter hanc negligentiam filij ejus perditè non minùs quàm pater vivant, teneri prælatū filijs ipſis etiam ſi diœceſim, aut parochiá deſeruerint, & ad aliam migraverint, providere, eoſque monere, & corrigere. Addit ſi furtum aliquod commiſſum fuerit defectu hujus correctionis, quod per illá probabiliter ac moraliter impediendum foret, teneri prælatum ad ejus damni reſtitutionem.

Detractio non impedita per ſuperiorem.

Hæc doctrina ſic abſolutè prolata vera eſt: indiget tamen explicatione, & diſtinctione, quam ſuo acuto, & maturo ingenio affert Cardin. de Lugo to. 1. juſt. diſp. 14. à n. 130. diſputans an ſuperior, qui audit ſubditum detrahentem, & non impedit, peccet non ſolum contra charitatem, ſed etiam contra juſtitiam? Igitur pro reſolutione diſtinguit ſuperiorem in ordine ad ipſum ſubditum detrahentem, deinde in ordine ad illos, de quibus detrahitur, primo ſubditos, ſecundo nõ ſubditos. His poſitis, reſolvit 1. ſuperiorem non peccare contra juſtitiam reſpectu ipſius ſubditi detrahentis, ſicut nec gubernator infert injuriam latroni, quem à furãdo non impedit, cum poſſit. Ratio eſt, quia ſciẽti & violenti non fit injuria: quare cum ſubditus ipſe liberè & ſponte velit detrahere, vel furari, non eſt invitus circa omiſſionem prælati nolentis eum corrigere, & impedire. Ex quo vides Gymnaſiarcham, qui omiſit correctionẽ debitam, non teneri de damno reſpectu ſcholaſtici delinquentis, cui, in non impediendo, nullam intulit injuriam. Reſolvit 2. ſi ille cui detrahitur, eſt ſubditus ejuſdem ſuperioris, cõmunem ſententiá eſſe, quam defendunt Molina to. 3. diſp. 14. & Leſſius cap. 11. dub. 4. ſuperiorem non impedientem, illi injuriam inferre.

Iudex non impediens damnum ſubditi.

Et meritò (inquit) quia omnes fatentur gubernatorẽ & judicem peccare contra juſtitiam, ſi prævidẽs furtum, aut homicidium contra ſuum ſubditum committendum, & potens ea impedire non impediat: quidquid in oppoſitũ dicat Sot. lib. 5. de juſt. q. 10. art. 4. Hanc tamen cõmunem doctrinam rectè temperat, ut ſufficiat, ſi gubernator & judex, obligetur in iis, quæ communiter ad ejus forum pertinent, & de quibus interpellatus ab illo, qui injuriam patitur, ſolet ac debet providere. Nam ſolum tenetur ex juſtitia impedire illas injurias, ad quas puniendas eſt inſtitutus judex. Ex quo facile intelligitur de quo damno non impedito teneatur Gymnaſiarcha: quia ſcilicet ſolum tenetur de illo, quod illatum eſt per injuriam, cujus cognitio, & punitio ad ipſum pertinet Gymnaſiarcham.

Iudex erga non ſubditos patientes damna à ſubditis ſuis.

920 Reſolvit 3. quid dicendũ ſit, quando detrahitur non ſubdito. Aſſentitur enim Molinæ citato n. 3. judicanti, quandiu extraneus non implorat officium judicis, vel ſuperioris adverſus ejus ſubditum, non peccare ſuperiorem contra juſtitiam, non coercẽdo ſubditum: quia ex juſtitiá ſolum obligatur ad procurãdum bonum ſubditorũ. Quod verò teneatur ab extraneo interpellatus, ſuadetur, quia licèt gubernator non conſtituatur directè ad procurandum bonum extraneorum: videtur tamen de jure gentium introducto ad communem pacem teneri jus dicere extaneis agentibus contra ejus ſubditos: alioquin non haberent extranei ad quem recurrerent contra injurias privatorum, atque ideo poſſent ipſi ſibi jus dicere, omnibus ad armorum legem reductis, non ſine magna Reipublicæ pernicie. At quandiu judex non interpellatur ab extraneo patiente injuriam, non tenetur ex officio, proindeque nec ex juſtitia eam impedire: cum talis obligatio ex nullo jure innoteſcat. Hæc dicta generaliter de quocunque magiſtratu, poſſunt facile applicari magiſtratibus Academicis, inter quos locum non contemnendum occupat Gymnaſiarcha.

de regularibus. Hactenus Eminentiſſimus, & doctiſſimus Cardinalis ſuis verbis conceptis, quæ omnia habita proportione, militāt in Gymnaſiarcha, ut innoreſcat qualiter teneatur circa diſciplinā ſcholaſticā cōſervandā, & promovēdā. Solum enim tenetur ſcholaſticos ſubditos promovere ad eū litterariū profectū, quē ſtatus, & cōditio Academiæ poſtulat: deinde conari ne ſua negligētia decidat Academia à ſuo ſtudendi fervore, & defraudetur fine proprio. Quod ſi inveniat relaxationem in Academia inductam conſuetudine inveterata, non tenetur ad reformationem, ſed ſolum conari ne relaxatio maior fiat.

Palæſtrarum proviſio iniuſta.

916 Tertia difficultas eſt, quomodò peccet Gymnaſiarcha, & ad quā teneatur reſtitutionē, ſi ex eo quòd deſit muneri ſuo, ſequatur damnum alterius? Sicut munus Gymnaſiarchæ eſt veluti bipartitum nempe erga palæſtras providēdas, & ſcholaſticos corrigendos, ita difficultas procedit in duplici eventu, altero ſi violet integritatem conferēdo palæſtras indignis, vel dignos à palæſtris ſine cauſa repellendo: altero, ſi negligēter ſe habeat circa correctionem, & ex hoc tam ipſis ſcholaribus, quàm eorum parentibus inferatur dānū. In utroq; eventu mihi perſpicuū eſt Gymnaſiarcham poſſe cōmittere peccatū grave, aut leve pro ratione materiæ. Quoad primum, ſi v.g. conferat palæſtram indignis, vel ſi auferat à dignis, mihi compertū eſt, illū teneri de omni damno ex tali actione ſequuto. Ratio eſt manifeſta, quia violatio juſtitiæ commutativæ ſequuto dāno inducit obligationē reſtituendi: ſed tunc Gymnaſiarcha violavit juſtitiā cōmutativam, ſiquidem violavit rigoroſum jus, quod ſcholaris acquiſivit per examen ad palæſtram, ſibi competentem; ergo tenetur de tali damno. Minor ſuadetur ex paritate rationis, quia in proviſione beneficiorum, quando proviſio fit per concurſum, ſeu rigoroſum examen tenentur providentes ex rigoroſa juſtitia beneficium conferre digniori, & aliter violant juſtitiam commutativam, & rigoroſum jus quod oppoſitor acquiſivit per examen, atque adeo tenentur ad reſtitutionem: & hæc eſt cōmunis, & vera ſententia; ergo ſimiliter ſcholaris per examen acquiſivit jus rigoroſum ad palæſtram, quod ſi violetur, tenebitur injuſtus violator de damno ſequuto.

Beneficiū conferendum magis digno.

Correctio ſcholaris an ex juſtitia.

917 Quoad ſecundum, ſi Gymnaſiarcha ſit remiſſus & negligēs in corrigendis ſcholaribus, & ex hoc ſequatur detrimētū vel ipſis, vel alijs, maior eſt difficultas, an teneatur de damnis, ſeu ad reparanda damna? Pendet deciſio hujus difficultatis ex illa quæſtione, an prælatus teneatur ſubditos peccātes corrigere ex juſtitia? Negat Lorca ad 2.2.q.33. a.5. ſect.3. diſp.42. num.4. ubi ſic ait, Quæritur, an hæc maior obligatio prælatorum, quæ ex officio oritur, ſit ſolius charitatis, an vero juſtitiæ? Caietanus in comment. a. 2. ſubtiliter & metaphyſicè conatur revocare ad juſtitiam. Sed cū actus ipſe non ſit juſtitiæ (correctio enim fraterna, qua talis eſt, a quocunq; fiat, non eſt actus juſtitiæ, ſed charitatis) non video, quomodo ad juſtitiam revocari poſſit: nam prælatus debito ſui muneris non ſolum tenetur exhibere ſubditis juſtitiā, ſed etiam charitatem. Ex quo ſequitur circunſtantiam hāc, quod prælatus ſit, qui corrigere negligit, non mutare ſpeciem: videtur autem intra eādem ſpeciem notabiliter aggravare. Hæc Lorca, qui aſſerit dicta procedere non ſolum de prælatis Eccleſiaſticis, ſed etiam ſæcularibus.

Prælatorum obligatio ad corrigendum ſubditos.

918 Nihilominus prælatos qua tales obligari ex juſtitia ad correctionē ſubditorum, defendunt cōmuniter, & rectè authores, Caietan. in 2.2.q 33.a.4.ad 4. Bellanus diſp. 28.dub.5.n.68. Valētia to.3.diſp.3.q.2.p.3. Suar. de charit.diſp.8.ſect.4. n.5. Torres in 2.2. tom. 1. diſp.87.dub.1. Ioan. Sanch. in ſelect. diſp.6. num.9. Filliucius tom.2.tract.28.cap.5. nu.27. Palaus tom.1.tract.6.diſp.3. pun.7.n.8. Hurtadus de Mendoza de fide vol. 2. diſp.162.ſect.4. §.39. Trullench. in Decal. tom.1. lib.1. cap.5. dub.15.num.1.& alij. Sumitur ex S. Auguſtino tom.5.lib.1. de civitate cap.9. ubi aſſerit, Non eſſe parem obligationem ad corrigendū errātes privatis, atque prælatis. Et ratione, quia prælati, ſeu magiſtratus omnes tā Eccleſiaſtici, quàm ſæculares tenentur ex officio ad correctionē ſubditorum taliter vel taliter in ordine ad finem ſui muneris, & ſecūdùm proprias leges: ſed obligatio officij eſt ex rigoroſa juſtitia, nam magiſtratus illi pro ſuo officio rectè obeundó recipiunt ſtipendium, vel quaſi ſtipendium, nempe juriſdictionem, eminentiā, prærogativam: atq; adeo intervenit contractus tacitus inter ipſos & Rempublicam, ut nēpe pro acceptis ſuū munus rectè exequantur; ergo obligantur ex juſtitia ad correctionem ſubditorum. Cum verò Gymnaſiarcha ſit magiſtratus Academicus in Republica litteraria conſtitutus ad ſcholariū correctionem in ſuo genere, ſi negligenter ſe habeat in ſcholaribus corrigendis, ſui officij violat obligationē, & conſequenter obligationem juſtitiæ.

Ad fundamentum partis contrariæ dicimus correctionem fraternam eſſe indifferentem ut procedat à charitate, & juſtitia: nā ſi fiat à privato, erit actus ſolius charitatis, ſi fiat à prælato, erit etiam actus juſtitiæ propter manifeſtam rationem proximè aſſignatam. Vnde circunſtātia prælati omittentis correctionem ſubditi eſt mutans ſpeciem, proindeque neceſſario aperienda in confeſſione, ut docent Banhes in 2. 2. quæſt. 33. art.3. dub.1. concl. ult. Villalobos in Summa tom.2.tract.4.diſp. 6. num.4. & Diana par.1. tractat.7. reſol.57.

quanvis Ioan. Sanch. io ſuis ſelect. diſp.6.n.9. nobis tanquam probabilius ſentientibus ſubſcribens dicat probabile eſſe circumſtantiam illam ſolum notabiliter aggravare intra eandem ſpeciem.

Reſtitutionem obligatio in magiſtratu negligente

919 Maior difficultas eſt, utrum, & qualiter Gymnaſiarcha teneatur de damno, ſeu ad reparationem damni, quod ſequutum fuit ex culpabili omiſſione correctionis? Et procedit de quocunque magiſtratu, qui ex officio tenetur ſubditos corrigere, & omittit culpabiliter ex negligentia correctionem. Apud omnes pro noſtra ſententia citatos compertum eſt, teneri ad reſtitutionem: ſiquidem illa omiſſio contra juſtitiam eſt cauſa moralis influens in damnum. Citatis authoribus accedit Duvallius in 2.2. de charit. q.9. n.4. inferés ſi prælatus patrem aliquem corrigere neglexerit, & propter hanc negligentiam filij ejus perditè non minùs quàm pater vivant, teneri prælatú filijs ipſis etiam ſi diœceſim, aut parochiá deſeruerint, & ad aliam migraverint, providere, eoſque monere, & corrigere. Addit ſi furtum aliquod commiſſum fuerit defectu hujus correctionis, quod per illá probabiliter ac moraliter impediendum foret, teneri prælatum ad ejus damni reſtitutionem.

Detractio non impedita per ſuperiorem

Hæc doctrina ſic abſolutè prolata vera eſt: indiget tamen explicatione, & diſtinctione, quam ſuo acuto, & maturo ingenio affert Cardin. de Lugo to.1. juſt. diſp.14. a n.130. diſputans an ſuperior, qui audit ſubditum detrahentem, & non impedit, peccet non ſolum contra charitatem, ſed etiam contra juſtitiam? Igitur pro reſolutione diſtinguit ſuperiorem in ordine ad ipſum ſubditum detrahentem, deinde in ordine ad illos, de quibus detrahitur, primo ſubditos, ſecundo nõ ſubditos. His poſitis, reſoluit 1. ſuperiorem non peccare contra juſtitiam reſpectu ipſius ſubditi detrahentis, ſicut nec gubernator infert injuriam latroni, quem à furádo non impedit, cum poſſit. Ratio eſt, quia ſcié-ti & volenti non fit injuria: quare cum ſubditus ipſe liberè & ſponte velit detrahere, vel furari, non eſt invitus circa omiſſionem prælati nolentis eum corrigere, & impedire. Ex quo vides Gymnaſiarcham, qui omiſit correctioné debitam, non teneri de damno reſpectu ſcholaſtici delinquentis, cui, in non impediendo, nullam intulit injuriam. Reſoluit 2. ſi ille cui detrahitur, eſt ſubditus ejuſdem ſuperioris, cõmunem ſententiá eſſe, quam defendunt Molina to.3. diſp.34. & Leſſius cap.11. dub.4. ſuperiorem non impedientem, illi injuriam inferre. Et meritò (inquit) quia omnes fatentur gubernatoré & judicem peccare contra juſtitiam, ſi prævidés furtum, aut homicidium contra ſuum ſubditum committendum, & potens ea impedire non impediat: quidquid in oppoſitú dicat Sot. lib.5. de juſt. q.10. art.4. Hanc tamen cõmunem doctrinam rectè temperat, ut ſufficiat, ſi gubernator & judex, obligetur in ijs, quæ communiter ad ejus forum pertinent, & de quibus interpellatus ab illo, qui injuriam patitur, ſolet ac debet providere. Nam ſolum tenetur ex juſtitia impedire illas injurias, ad quas puniendas eſt inſtitutus judex. Ex quo facile intelligitur de quo damno non impedito teneatur Gymnaſiarcha: quia ſcilicet ſolum tenetur de illo, quod illatum eſt per injuriam, cujus cognitio, & punitio ad ipſum pertinet Gymnaſiarcham.

Iudex non impediens damnum ſubdito.

920 Reſolvit 3. quid dicendú ſit, quando detrahitur non ſubdito. Aſſentitur enim Molinæ citato n.5. judicanti, quandiu extraneus non implorat officium judicis, vel ſuperioris adverſus ejus ſubditum, non peccare ſuperiorem contra juſtitiam, non coercédo ſubditum: quia ex juſtitiá ſolum obligatur ad procurádum bonum ſubditorú. Quod verò teneatur ab extraneo interpellatus, ſuadetur, quia licèt gubernator non conſtituatur directè ad procurandum bonum extraneorum: videtur tamen de jure gentium introducto ad communem pacem teneri jus dicere extraneis agentibus contra ejus ſubditos: alioquin non haberent extranei ad quem recurrerent contra injurias privatorum, atque ideo poſſent ipſi ſibi jus dicere, omnibus ad armorum legem reductis, non ſine magna Reipublicæ pernicie. At quandiu judex non interpellatur ab extraneo patiente injuriam, non tenetur ex officio, proindeque nec ex juſtitia eam impedire: cum talis obligatio ex nullo jure innoteſcat. Hæc dicta generaliter de quocunque magiſtratu, poſſunt facile applicari magiſtratibus Academicis, inter quos locum non contemnendum occupat Gymnaſiarcha.

Iudex vig. non ſubditos patientes dãno a ſubditis ſuis.

LIBER VII.

DE CONSERVATORE Academiæ.

921 POST quintum, & ſextum librum de Rectore, & Cancellario Academiæ jure ſequitur ſeptimus de Conſervatore, qui eſt magiſtratus nobiliſſimus conſtitutus ut jus dicat, cauſaſque pro foro externo decidat in Republica litteraria. Eſt duplex, alter Eccleſiaſticus, alter laicus, ut coram illo clerici, & coram hoc laici ſtudioſi jus ſuum expoſtulent, ac perſequantur. De vtroque triplicem exercitabimus diſputationem, primam de Cõſervatoris idoneitate, ac munere, ſecundam de illius poteſtate & juriſdictione, tertiam de ejuſdem obligationibus.

DISPVTATIO I.

De Conſervatoris idoneitate, & officio.

ORDO doctrinæ optimus ille eſt, qui exponendarum rerum ordinem ſequitur. Cum igitur prius ſit aliquem idoneum eſſe ad munus, deinde conſtitui in munere, & omni ipſius muneris poteſtate, deinde exercere munus pro ipſo, & omnibus ipſius obligationibus implendis, poſtulat doctrinalis methodus, ut reſervatis poteſtate, & obligationibus Conſervatoris per ipſum muneris exercitium implendi, ad ſecundam, & tertiam diſputationem, in hac prima de idoneitate, conſtitutione, & munere, ſeu officio Conſervatoris diſſeramus.

QUÆSTIO I.

Unde dicatur Conſervator, quinam ſit, & quotuplex?

Etymologia vis & utilitas.

922 DEcidemus in hac quæſtione duas totius libri fundamentales difficultates, alteram inquirentem quid nominis, alteram inquirentem quid rei. Quod ad priorem attinet, etymologiam definitioni præmittendam eſſe, cum det proprium verbis ſignificatum & intellectum, rectè ex cap. forus, de verb. ſignif. & ex l. notionem, l. tugurij, l. pupillus §. territorium ff. eodem tit. deſumũt Glos. Everar. in topic. jur. loco ab etymol. lib. 1. & 9. & ſo. Bellon. de arg. leg. cap. 1. num. 1. & 4. Igitur definitioni Conſervatoris præmittimus etymologiam, dicimuſque Cõſervatorem ſic appellari, quia ab injurijs & moleſtijs aliquos tuetur, ac defendit, & in poſſeſſione, ſeu quaſi poſſeſſione bonorum, rerum, ac jurium ſuorum manutenet, & conſervat. Habetur ex Triden. ſeſſ. 14. cap. 5. de reformat. & in ſpecie tradunt Ioan. Andr. ad cap. fin. num. 4. de officio deleg. in 6. Conſervator à nonnullis vocari ſolet tutor, eo quòd à manifeſtis injurijs & violentijs tueatur: à Petro Gregorio in ſyntag. jur. lib. 47. cap. 22. num. 25. nuncupatur defenſor, ad inſtar defenſorum civitatum & locorum, de quibus in varijs titulis Cod. & Authent. eo quòd poſſeſſiones ac jura defendat. Communiter tamẽ uſitatior eſt hæc vox (Cõſervator) ut videre eſt apud Speculat. tit. de offic. deleg. §. fin. & Mandoſ. in prax. ſignat. grat. verbo Conſervatoria, & ea utitur Tridẽt. cit. cap. 5. & utuntur Pontifices conditores canonum. Quid autem intelligatur nomine Cõſervatoris, ſeu veniat appellatione Conſervatoris? Reſpondet Pellizarius par. 2. tract. 8. cap. 8. num. 81. intelligi judicem delegatum à Papa ad defendendos regulares contra manifeſtas injurias judiciali non utentem indagine. Id deſumit in cap. ſtatuimus, de offic. judic. deleg.

Conſervator cur ſic dictus.

in

in 6. & addit ex Barboſa de poteſtat. Epiſcopi alleg. 106. num. 2. licèt Conſervator ex vi juris communis ſit judex ſolum delegatus, ex privilegio tamen Bullato Pij V. & Gregorio XIII. concesso Societati Ieſu, & relato in ejus Bullario pag. 109. etiam judicem ordinarium eſſe. Non loquitur Bellinus de Conſervatore in tota ſua latitudine, ſed de ſolo Conſervatore regularium. Notat Moneta de Conſerv. cap. 1. num. 6. ex Ioan. Andr. in d. cap. fin. num. 4. licèt facultas Conſervatoris ampliètur per reſcriptum ultra id quod ei de jure ſcripto competit, adhuc retinere nomen & naturam Conſervatoris. Hæc ſufficiant de ejus nomine, quod ex dicendis magis innoteſcet.

Conſervator quid ſit. 923 Quod attinet ad poſteriorem difficultatem inquirentem quid ſit; omiſſa definitione Conſervatoris, quam Rebuff. ad l. qui neque §. ſolorum ff. de verb. ſig. niſ. affert in hunc modum, Eſt qui datur univerſitatibus, vel collegij, ad tuendum à manifeſtis injurijs, & violentijs. Vtpote diminuta ex parte generis, non enim in ea apponitur particula (judex), item diminuta ex parte differentiæ, reſtringit enim juriſdictionem Conſervatoris ad tuendum univerſitates & collegia, cùm detur etiam plerunque ad ſingulares perſonas defendendas: alia definitio amplior, quæ in tota ſua latitudine Conſervatorem amplectatur, à nobis tradenda eſt in hunc modum: Conſervator eſt judex datus ad tuendum aliquos contra manifeſtas injurias omnes, vel certas judiciali nó utés indagine. Hanc definitionem ex cap. 1. & ult. de offic. judic. deleg. & ex cap. ſtatuimus 1. de offic. & poteſt. judic. in 6. deſumunt & approbant S. Anton. in tract. de excom. cap. 37. num. 3. Angel. d. cap. 1. num. 1. Azor Inſtit. moral. q. 2. lib. 5. cap. 34. q. 1. Perez l. 1. ver. quæri poteſt tit. 7. lib. 1. ordin. Sayrus in flo. ib. deciſion. tit. de officio delegati deciſ. 1. Cochier de juriſd. ordin. in exemptos p. 1. q. 39. n. 1. Ioan. de Cruz de ſtatu relig. lib. 2. cap. 10. Alagona in compend. pag. 145. Anton. de Butrio in tract. de notorio art. 4. n. 4. Petrus Gregor. Syntag. lib. 47. cap. 22. num. 16. Azeved. l. 1. tit. 8. lib. 2. novæ recop. Gutierr. pract. lib. 3. q. 9. num. 9. Valaſc. conſ. 152. num. 1. & 2. Cevall. commun. contra commun. q. 897. num. 696. Tuſch. tom. 2. lit. R. concl. 760. nu. 3. Molina de juſt. tom. 6. diſp. 29. num. 1. & alij, quos referunt ac ſequuntur Moneta de Conſer. cap. 1. num. 8. Auguſtin. Barb. tom. 4. collectan. ad cap. Statuimus 1. de offic. judic. deleg. in 6. nu. 1. & 2. Bapt. Fragoſ. par. 2. lib. 4. cap. 12. num. 1.

Conſervatoris definitio exponitur. 924 Elucidemus definitionem exponendo ſingulas particulas (Iudex) ponitur loco generis; in eo Conſervator convenit cum reliquis judicibus. Quamvis enim aliqui dubitaverint, an Conſervator ſit judex: in qua dubitatione partem negativam tenuit Goffred. in Summa rub. de offic. deleg. nu. 34. cum Rebuff. l. lege obvenire ff. de verb. ſignif. aſſirmans Conſervatores eſſe meros executores, non judices, cui ſententiæ favet 1. cit. cap. 1. & fin. in quibus prohibetur, ne de alijs, quàm de manifeſtis injurijs cognoſcant, nec extendant ſuam poteſtatem ad alia, quæ indaginem judicialem exigunt, ac proinde videntur à judiciali munere excludi. Favet 2. cit. cap. 2. de offic. deleg. in 6. ubi habentur hæc verba (à judicibus, vel Conſervatoribus à Sede Apoſtolica deputatis) quaſi non æquiant appellatione judicum Conſervatores, ſiquidem inter utroſque diſtinctio & ſeparatio per vocem illam (vel) quæ diſtinctiva eſt notum patet §. pen. ff. de leg. 2. ponitur quæ inter diverſa l. 1. ff. de reb. dub. Nihilominus Conſervatorem eſſe in rigore judicem, tenent omnes citati authores nu. 923. idque manifeſtè patet ex Trident. ſeſſ. 14. cap. 5. de reform. ibi, Certos judices per litteras conſervatorias deputari obtinent, à quibus illos à moleſtijs, & injurijs tueantur, ac defendant. Et paulò poſt: In civilibus etiam cauſis ſi ipſe actor extiterit, aliquem ei apud ſuos Conſervatores judices in judicium trahere minimè liceat. Et ibi: Aut ſi qua inter ipſos judices Conſervatorem & Ordinarium; tandem ibi: Non liceat quoque Conſervatoribus judicibus ullum habere tribunal erectû. Sumitur deinde ex cap. fin. de officio deleg. in 6. ubi dicitur, vel ſupponitur à Conſervatoribus ferre ſententias, quod judicum proprium eſt. Sumitur denique ex eo quia ſub titulo, De officio & poteſt. judicis deleg. in varijs capitibus agitur de Conſervatoribus, ergo Conſervatores ſunt judices. Nam quando aliqua materia ponitur ſub rubro, judicatur eſſe illius naturæ, cujus eſt rubrum, ut poſt Gloſſ. cap. tibi quæ, de reſcrip. in 6. tradidit Everar. in alleg. top. jur. loc. à rubro num. 4. Vnde fundamenta contrariæ ſententiæ ad ſummum probant in citatis juribus fieri diſtinctionem inter Conſervatores & judices, non quòd illi à vera judicum ratione, & proprietate excludantur, ſed quòd in terminis juris communis, tam in cauſis, quàm modo procedendi limitentur.

Conſervatoris nomen judex. 925 Subditur particula (datus) & idem valet atque deputatus, ut loquitur tex. d. cap. fin. verſ. Conſervatores, ne dicamus datum ideo valet atque delegatum: quia difficultas eſt à nobis diſp. ... proſligenda, ſit ne Conſervator judex delegatus, an ordinarius. Interim ſufficiat aſſerere cum Gloſſ. in cap. cum cauſam, de appellat. & in l. à judice, ubi Bal. n. 8. C. de judic. & Menoch. de arbitr. judic. lib. 1. q. 67. num. 52. delegatum ad univerſitatem cauſarum æquiparari ordinario. Addit. (ad tuendum) quæ particula cum ſequentibus loco differentiæ ſubjicitur in definitionem ad Conſerva-

ſervatorem diſcriminandum à reliquis judicibus etiam delegatis: & ſignificat cauſam præcipuam finalem, ob quam datur Conſervator, quæ eſt tueri, ac defendere. Statim ſubditur (aliquos) ut oſtendatur tuitionem ac defenſionem referri ad perſonas, quarum favore principaliter dantur Conſervatoriæ, licèt propter res, ſcilicet moleſtias & injurias, quæ perſonis inferuntur. Sequitur particula (contra manifeſtas injurias) & denotat circa quid verſetur juriſdictio Conſervatoris duntaxat, eo modo, quo illum definimus ſpectatum ſecundùm jus commune. Nomen (injuria) idem ſonat atque quidquid jure non fit, ut habetur per tex. Initit. de injur. in principio: & extenditur etiam ad violationem privilegiorum: quia (ut notat Ioan. And. d. cap. fin. num. 3.) violare privilegia injuria eſt. Cum verò non de omnibus injurijs poſſit cognoſcere Conſervator, ut intelligatur de quibus poſſit, additur (manifeſtas) hoc eſt notorias, ita ut nulla tergiverſatione celari poſſint, & adeo patẽtes, ut inficiationi non ſit locus, ſicut ex text. in cap. ulti. de cohabit. cleric. exponit Archidiac. d. cap. 1. Non additur in definitione (& violentias) quæ vox in d. cap. 1. & fin. poſt illa (manifeſtis injurijs) additur: quia hoc nomen (violentia) ſatis continetur ſub nomine manifeſtæ injuriæ, ut latè probant authores toto fere tit. ff. di vi, & vi armat.

Conſervatoris dati finis.

Iniuria quid ſit.

Manifeſta iniuria quæ.

Additur particula (omnes, vel certas) ut cõprehendat omnes Conſervatores: nam juxta Ioan. Menoch. ad d. cap. 1. num. 1. alij dantur generaliter ad tuendum ab omnibus injurijs, & offenſis, alij ad defendendum ab aliquibus dũtaxat. Tandem definitio concluditur hac particula (judiciali non utens indagine) quæ fuit deſumpta ex d. cap. 1. & fin. de officio deleg. in 6. quanvis enim videatur ſufficienter contenta ſub illa (contra manifeſtas injurias) cum manifeſta injuria (ut diximus) hic accipiatur pro notoria, & notorium juxta cap. bunæ el t. §. contra legati, de elect. illud ſit, quod examinatione non eget, tamen maioris claritatis, & tollendæ dubitationis gratia non cenſetur fruſtra, & ſupervacuè adjecta.

926 Pro complemento hujus difficultatis, & altera parte quæſtionis rogabis quotuplex ſit Conſervator? Pro deciſione adverte Conſervatorem poſſe accipi nimis latè, ita ut comprehendat etiam aliquos, ad quos non extenditur proximè explicata definitio, vel preſſé pro omni Conſervatore ſub illa definitione comprehenſo. Si priori modo accipiatur Conſervator, ſub ſe continet duas ſpecies, alteram eorum qui non poſſunt cognoſcere niſi de manifeſtis injurijs, proindeque excloſa omni judiciali indagine: alterum eorum, quorum juriſdictio & poteſtas per reſcriptum, aut præſcriptam conſuetudinem ita extenſa eſt, ut cognoſcant etiam de illis, quæ poſtulant judicialem indaginem. Hæc diviſio recipitur à Gloſ. 2. d. cap. 1. Ioann. Andr. d. cap. fin. num. 2. Mandoſ. in Prax. ſign. grat. tit. de Conſervatoria vet. an autem. Gemin. ad cap. fin. §. Conſervatores num. 4. & alijs. Si poſteriori modo, cõtinet ſub ſe tres ſpecies, quas exponunt Ioan. And. ad cap. 1. num. 2. de officio delegati in 6. Fuſc. de viſit. lib. 2. cap. 23. num. 2. Franciſcus de Platea tract. de excommun. §. 55. n. 2. Sylveſter v. Conſervator num. 1. Azor p. 2. lib. 5. cap. 35. q. 3. & Moneta de Conſer. cap. 2. num. 1. Aliqui dantur (inquiunt) contra latrones, & prædones, aliqui contra eos, qui privilegia quibuſdam conceſſa infringunt, aliqui latius contra omnes, & quaſcunque injurias manifeſtas. Et in his caſibus (addit Azor citatus) judiciali indagine non utuntur, ideſt non procedunt quaſi dubij de veritate, vel juſtitia per judicialẽ cauſæ cognitionem, ſive examinationem.

Conſervator quotuplex.

Iudicialis indagine.

QUÆSTIO II.

Quænam ſint requiſita ut quis Conſervator fiat, & dari poſſit?

927 INquirentes Cõſervatoris idoneitatem, ſeu aptitudinem, ut quæſtionem præſentem philoſophico more, ac methodo profligemus, cum requiſita ad uniuſcujuſque rei eſſentiam ſint potiſſimum ipſius cauſæ, quæ in quadruplici differentia verſantur, nempe efficientis, finalis, materialis, & formalis, non aliter præſtabimus requiſita ad Conſervatorem factum, & datum, quàm ſecũdùm ejuſdem cauſas. Quod attinet ad cauſam efficientem, quiſnam poſſit Conſervatorem facere, & dare? Difficultas eſt circa varios, ſcilicet Pontificem, Cõcilium generale, Cardinalium cœtum, Sedis Apoſtolicæ legatum, Epiſcopum: item Principẽ ſecularem, tandem inferiores judices laicos. Perſtringamus omnes ſequentibus reſolutionibus. Dicendum 1. Summus Pontifex pro cõſervatione perſonarum, ac rerum Eccleſiaſticarum dare poteſt Conſervatorem etiam contra laicos: item dare clerico pro bonis patrimonialibus contra laicum: denique dare contra laicum in caſibus fere omnibus, in quibus laicus coram judice Eccleſiaſtico cõveniri poteſt. Prima pars traditur ab Emman. Roder. qq. regul. tom. 1. q. 65. a. 2. Salſedo in add. ad pract. Can. Diaz cap. 3. & Lup. in repet. Cap. per veſtras §. ſed pulchra num. 3. Sumitur ex cap. cum ſit generale, cap. conqueſtus, cap. ſi clericus laicum de foro compet. in quibus ſupponitur, vel innuitur Pontificem eſſe judicem ordinarium omnium etiam laicorum, cum perſonis, ac rebus

Conſervatores a quibus dari poſſint.

bus Eccleſiaſticis damna inferunt. Procedit, ut dare poſſit Conſervatorem contra laicos, etiam hoſpitalibus, alijſque pijs locis, regularibus, & perſonis miſerabilibus. Secunda pars defenditur à Iacobo Ant. Mattheo tract. de juriſd. inter jud. Eccleſ. & ſecul. exerc. part. 2. cap. 6. num. 25. & Doctor. in cap. Eccleſ. S. Mariæ, de conſtit. & habetur ex cap. ſi clericus laicum, de foro compet. ubi dicitur quòd judex Eccleſiaſticus eſt competēs contra laicum pro bonis patrimonialibus clerici. Conſervatorem autem eſſe judicem, ſatis oſtendimus num. 924. Tertia pars eſt Monetæ citati cap. 4. n. 8. & probatur ratione proximè allata, quoniam & ipſe Conſervator judex eſt. Quinam autem ſint ejuſmodi caſus, eos congerit Proſp. Farinac. in quæſt. criminal. q. 8 a num. 126. Gloſ. & authores ad cap. novit, de judicijs. In alijs autem caſibus, in quibus laicus coram judice Eccleſiaſtico conveniri nequit, exiſtimat Moneta citatus num. 9. non poſſe Papam de ordinaria poteſtate, niſi vel accedat prorogatio juriſdictionis per ipſum laicum conveniendum, vel ſui ſuperioris conſenſus.

Laicus quando ſit conveniendus coram judice Eccleſiaſtico.

928 Dicendum 2. Concilium generale, etiam vacante Sede, regulariter non poteſt dare Conſervatorem. Ita Moneta citatus num. 16. Patet 1. quia Concilium congregatum vivente Pontifice, ejuſque authoritate, nullam habet poteſtatem, niſi quam Pontifex concedit illi aut legatis à latere ab eo in Concilium miſſis: at Pontifex non ſolet concedere illis poteſtatem dandi Conſervatorem, quia Concilia nec ſolent, nec debent cōgregari, niſi pro morum reformatione, cauſis fidei, aut alijs graviſſimis, de quibus latè Cardin. Iacobat. tract. de Concil. lib. 4. a. 2. Ad quæ non requiritur poteſtas dandi Conſervatorem. Patet 2. quia Concilium Vacante Sede congregatum, atque adeo ſubſiſtens abſque Pontificis authoritate, cum non poſſit providere in juriſdictionalibus, niſi imminenti Eccleſiæ neceſſitati, ubi per juris diſpoſitionem occurri nequit, ut tradit Thom. Campag. tract. de Cōcil. cap. 37. & nulla cogat Eccleſiæ neceſſitas dare Conſervatorem, illum dare non poteſt. Accedit, quia dare Conſervatorem eſt contra jus civile, & canonicum, ut oſtendit Moneta cap. 4. q. 4. Concilium non poteſt Conſtitutionem Papæ tollere, vel ei derogare, ut breviter tradit Compag. cit. cap. 34. & latè Iacobat. lib. 5. art. 17. a n. 4.

Conſervatorem ab alijs præter Papam dari poſſe.

929 Dicendum 3. Cœtus Cardinalium vivente Papa, & eo valente Eccleſiam regere, non poteſt dare Conſervatorem, imò nec etiam quando Cardinales Eccleſiæ, regimen habent vivente Papa, ſcilicet vel capto ab hoſtibus, vel effecto inutili. Prior pars conſtat, nam licèt Cardinalium magna ſit autoritas, dignitas, & præſtantia, tamen ut ſic nullam habent juriſdictionem, niſi tanquam ſinguli ratione ſuorum Epiſcopatuum, & titulorum, in quibus habent juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, ut poſt alios docuit Germon. tractat. de indult. Cardin. §. tam ratione num. 15. Poſterior pars ſuadetur, quia ſi Pontifex ſit captus ab hoſtibus, aut effectus inutilis, & adſit neceſſitas creandi Conſervatores, ei ſufficienter occurritur dando coadjutorem Pontifici, qui habebit exercitium Pontificiæ juriſdictionis, & nomine, ac vice Pontificis viventis poterit quod ille poteſt, ut ex toto titulo de cleric. ægrot. in 6. & cap. Epiſcopus de ſuppleu. negl. prælat. in 6. traduot Anchar. tract. de ſchiſm. q. 6. & Iacobat. tract. de Concil. lib. 4. art. 3. tunc enim ille coadjutor cū conſilio Cardinaliū, de quorū cōſilio omnia gerere debet, ut tenet Iacobat. citatus art. 3. num. 45. Conſervatorem dabit: Maior eſt difficultas, an cœtus Cardinalium Sede vacante Conſervatorem dare poſſit? Videtur abſolutè affirmandū. Quia cœtus Cardinalium tunc Papæ ſuccedit in juriſdictionalibus, ut ſumitur ex cap. Vbi periculum §. idem quoque, de elect. in 6. & Clemen. ne Romani §. irritum de elect. ex quibus, & alij docent Iuriſtæ integram Pontificis juriſdictionem, eo defuncto in Cardinales devolui. Cum verò dict. cap. caveatur expreſſè, ut Cardinales accelerandæ vacationi vacent attentè, & de nullo alio tractent negotio, niſi id poſtulet Eccleſiæ urgens neceſſitas, aut imminens periculum, cui ſtatim occurrendum eſſe, judicent concorditer omnes & ſinguli præſētes Cardinales: & Clem. cit. ne Romani §. irritum (excepta ſubrogatione Camerarij, & Pænitentiarij in locum deficientis) decernatur irritum quidquid poteſtatis ad Romanum Pontificem, dum vivit, pertinentis, niſi quatenus permittitur in d. cap. Vbi periculum, ſatis inde infertur non poſſe cœtum Cardinalium, Sede vacante, dare Conſervatorem, niſi ut occurratur alicui magno, & evidenti Eccleſiæ periculo, aut pro defendendis, urgente neceſſitate, Romanæ Eccleſiæ juribus. Quod procedit (inquit Moneta num. 23.) interim, dum Papa electus & nominatus longè abeſt, & non acceptat. Quia tunc Eccleſia quaſi vacare cenſetur, ut notat Iacobat. cit. art. 3. n. 49.

Cardinales an poſſint dare Conſervatorem.

930 Dicendum 4. quanvis non ſit omninò improbabile inter tria legatorum genera, ſaltem legatum de latere poſſe dare Conſervatorem, tamen videtur probabilior oppoſita pars negativa de quocunque legato. Quòd pars prior affirmativa probabilitate nō careat, ſumitur 1. ex authoritate illorum, qui illam tenuerunt, nempe Archidiac. ad cap. 1. de offic. deleg. in 6. num. 1. Gemin. eod. cap. nu. 3. Anchar. ibid. num. 3. & Franc. num. 1. Sumitur 2. ex ratione, quoniam legatus eſt Ordinarius, cap. 2. de offic. legati in 6. Vnde poteſt defen-

Legati in dando Conſervatore.

dere

dere à manifeſtis injarijs, & violencijs ſicut alij Ordinarij arg. cap. ad minuti atores, cap. principes, & cap. regum 25. q. 3. Cum verò per ſe hoc poſſit, delegare alijs poterit, atque hoc modo conſtituere Conſervatorem. Poſterior nihilominus pars eſt communiſſima ſententia, quam defendunt Sylveſter v. Conſervator num. 2. Roſel. excom. 24. Emman. Roder. qq. regul. to. 1. q. 65. a. 2. Azor Inſtit. Moral. par. 2. lib. 5. c. 34. q. 6. Mandoſ. in praxi ſig. grat. verbo Conſervatoria verſ. alius à Papa. Sumitur 1. ex cap. 2. & fin. de offic. deleg. in 6. ubi dicitur Conſervatores per Sedem Apoſtolicam deputari, & ex cap. 1. eod. tit. & lib. ubi dicit Pontifex Cõſervatores quos concedimus, quaſi ſolius Pontificis ſit Conſervatores dare. Accedit jus civile §. eos autem Auth. de mandatis Princ. coll. 2. ubi ſic habetur: Eos autem qui vocantur loci ſervatores, dare judices in civitatibus provinciæ, cui præſident, licèt ſpectabiles viri, & clariſſimi, vel præſides ſint, omnibus interdicimus modis. Quando autem nihil invenitur ſtatutum in contrarium à jure Canonico, ſtandum eſſe determinationi juris civilis, habetur cap. 1. cum ſequent. de nov. oper. nũc. & cap. ſi in adjutorium cum multis ſequent. 10. diſt. Sumitur 2. ex ratione, quæ in jure fundatur, nam litteræ Conſervatoriæ tendunt ad futuras lites, ut notat Gloſ. pen. communiter recepta ad cap. 1. & fin. de offic. deleg. in 6. At nõ competere id delegatis, tradunt Ioan. And. Innocent. & alij in cap. audita, de reſtit. ſpol. & contra jus eſſe, ut alicui detur judex ad omnia negotia præſentia & futura, patet ex cap. ad hæc, de reſcript. ex quo etiam infertur Conſervatoris conceſſionem eſſe contra jus.

Epiſcopus & alij prælati in dando Conſervatore.

931 Dicendum 5. Epiſcopus non poteſt dare Conſervatorem: & idem eſt de Archiepiſcopis, Patriarchis, & alijs ſimilibus ſuperioribus habentibus ordinariam juriſdictionem, imò de Cardinalibus in ſuis Epiſcopatibus, & titulis, & à fortiori de omnibus, qui Epiſcopis inferiores ſunt, & habent juriſdictionem quaſi Epiſcopalem ſive ex privilegio, ſive ex præſcriptione. Ita Moneta de Conſerv. cap. 4. n. 29. & 30. Patet, quia legatus de latere non poteſt dare Conſervatorem, ut proximè vidimus: & tamen habet maiorem poteſtatem, quàm Epiſcopus, & reliqui omnes allati: ſiquidem maius omnibus poſt Romanum Põtificem in provincia ſibi decreta habet imperium, juxta cap. ſi Abbatem §. hujuſmodi de elect. in 6. Et hoc inſuper confirmatur, quia præſides, & proconſules, quibus legati exæquantur in cap. 2. de offic. leg. in 6. maius imperium habent poſt Principem l. 4. ff. de offic. præſid. & l. & ideo ff. de officio proconſ. ergo neque Epiſcopi, neque reliqui numerati Conſervatorem dare poſſunt: & idem eſt de Capitulo Sede vacante, cum ſuccedat in omni Epiſcopali juriſdictione.

Princeps ſæcularis in dando Conſervatore.

932 Dicendum 6. Princeps ſæcularis ſuperiorem in temporalibus non recognoſcens poteſt dare Conſervatorem laicum cõtra alium laicum non ſoli laico, ſed etiã clerico, & Eccleſiæ: imò creare clericum Conſervatorem contra laicum: nunquam tamen poteſt dare Conſervatorem contra clericum, vel Eccleſiam. Hæc omnis integra reſolutio defenditur à Moneta citato à num. 32. uſque ad 42. Pro 1. parte ſtat Rebuff. de privil. ſchol. priv. 161. num. 3. & Emman. Roder. qq. regul. tom. 1. q. 65. a. 1. fine. Patet, quia laici ſunt planè ſubjecti Principi ſæculari, ut habetur cap. ex tenore, cap. licet, de foro compet. & cap. cauſam 2. qui filij ſint legit. ergo Princeps ſicut per ſe ipſum, ita per Conſervatorem laicum poteſt ſuos ſubditos laicos defendere à manifeſtis injurijs & violentijs. Quod verò requiſitus poſſit etiam per Conſervatorem laicum defendere clericos, & Eccleſias, ſatis conſtat ex cap. Hadrianus 63. diſt. cap. benè quidem 96. diſt. cap. placuit 2. q. 1. cap. ab Imperatoribus 23. q. 3. cap. nimium ſunt 23. q. 4. cap. Principes cum tribus ſequent. & cap. adminiſtratores 23. q. 5. cap. venerabilẽ, de elect. & Clem. 1. de jurejur. Secunda pars, quòd poſſit creare clericum Conſervatorem contra laicum, ſumitur ex textu cum Gloſ. in cap. in Archiepiſcopatu, de rap. & cap. ſæpe 23. q. 8. ex quibus conſtat poſſe clericum delegari judicem à laico in cauſa civili, vel etiam criminali citra pænam ſanguinis. Quod tradiderunt Calder. conſ. 6. de officio deleg. per totum, Bern. Diaz in prax. crim. canon. cap. 61. aliàs 65. Tertia pars, quòd non poſſit dare Conſervatorem contra clericum, vel Eccleſiam, eſt omninò certa, nam Conſervator eſt judex datus à ſupremo Principe, à quo omnem juriſdictionẽ participat: at neque clericum, neque Eccleſiam poſſe conveniri coram judice laico, habetur 11. q. 1. ferè per totam, cap. qualiter de judic. cap. 2. & cap. ſi diligenti, de foro compet. Authen. ſtatuimus Cod. de Epiſc. & cleric. quod latè proſequitur Covar. practic. quæſt. cap. 31. Quid de Principe ſeculari ſuperiorem recognoſcente? Conſervatorem dare non poteſt. Ratio eſt, quia talis Princeps ſubeſt canonum ſtatutis, ut dicitur cap. 1. & fin. de conſtit. & cap. omnes de maior. & obed. deinde ſubeſt legibus civilibus, l. leges C. de legib. & l. conſtitutiones C. de jur. & fact. ignor. Conceſſio autem Conſervatorum (ut ait Moneta cit. nu. 43.) eſt contra canones ſaltem tacitè, & expreſſè contra leges civiles, proindeque ſolis ſupremis Principibus reſervata.

Finalis cauſa Conſervatoris dandi.

933 Quod attinet ad cauſam finalem, ea videtur ſatis conſtare ex definitione Conſervatoris, quam expoſuimus q. 1. eſtque motivum, ſeu finis, quem habet Princeps in dando Conſervatore, ſcilicet tuitio, ſeu defen-

defenſio aliquorum contra manifeſtas injurias. Hoc verbis perſpicuis tradit Mandoſ. in prax. ſign. grat. verbo Conſervatoria verſ. Conſervatores dentur, ubi ait, Conſervatores dari ad tuendum, & defendendum, ſeu conſervandum aliquem, bona, res, ſeu beneficium, ac privilegia à manifeſtis injurijs, ac violentijs. Cap. 1. & fin. de officio deleg. in 6. Probabilis hujus rei conjectura eſt, quia ad ſupremum judicem, qualis eſt Papa, & ſecularis Princeps, ſpectat occurrere litigijs, defendere à manifeſtis injurijs, & quemlibet in ſua poſſeſſione tueri, l. æquiſſimum ff. de uſuf. l. 1. ff. ne vis fiat ei qui in poſſ. mitt. & cap. querelam in fi. de ſimon. ergo motivum ſeu finis talis muneris implendi eſt tuitio, ſeu defenſio prædicta. Accedit hujus finis à Principe intenti neceſſitas, quæ præcipuè exigit, ut dentur Conſervatores Univerſitatibus. Parum eſt (inquit Petrus Gregor. de Repub. lib. 18. cap. 10. num. 5.) leges & privilegia concedi, niſi ſint qui ea contra vim & impugnationem viriliter, & cum poteſtate defendāt. Nam (ut eſt vulgare Iuriſtarum axioma) Paria ſunt non eſſe, & inutiliter eſſe, ſicut Paria ſunt non fieri, & inutiliter fieri. l. pen. in prin. ff. de ſuis & legit. hæred. l. quoties, ubi Gloſ. & DD. ff. qui ſatiſd. cog. §. ſciendum Inſtit. de ſatiſd. tutor. cap. 2. de tranſlat. prælat. Menoch. conſ. 658. num. 9. Covar. pract. cap. 7. num. 2. & Tiraq. ad leg. connub. gloſ. 1. p. 6. num. 12. Egent (addit citatus author) Univerſitates defenſore, qui earum leges & privilegia acriter tueatur, maximè, quia vulgus quadam invida & ingrata temeritate projectum ſolet odio proſequi ſtudioſos, à quibus uberrimos colligit annuatim fructus, & illum non vulgarem, quòd filios ſuos non cogatur aliò erudiendos mittere cum ingenti diſcrimine fortunarum, vitæ, ac niorum eorundem. Tanta enim eſt inimicitia & contrarietas inter ignorātiam, ruſticitatem, & ſcientiam ac ſtudium virtutis, ut vix compati ſine aliqua lite poſſint. His omnibus ut occurrat, dari Conſervatorem, neceſſe eſt.

Conſervatoris neceſſitas.

934 Quod attinet ad cauſam materialem, quæ eſt ſubjectum in quo officiū & poteſtas Conſervatoris recipitur, quāvis in quæſtionibus ſequentibus uberius explicanda, interim pro integritate quæſtionis præſentis de quadruplici cauſarum genere, ſufficiat perſtringere quæ dicant Azor p. 2. lib. 5. cap. 35. q. 4. Pellizarius p. 2. tract. 8 cap. 7. n. 88. & Fragoſus par. 2. lib. 4. diſp. 12. num. 3. Nam Azor quærens, quiſnam poſſit dari, ſive conſtitui Cōſervator? Sic reſpōdet. Poſſunt Conſervatores dari Epiſcopi, & eorū ſuperiores, itē Abbates, & ij qui in Collegiatis Eccleſijs habēt dignitates, vel perſonatus: alij verò jure dari nō poſſunt. Cap. ult. de officio judicis deleg. in 6. Item non poteſt quis eſſe Conſervator ſui Conſervatoris, aut ſui domini, in cujus dominio & poteſtate eſt, exceptis Conſervatoribus, qui dantur Regibus vel Principibus. Cap. ult. de offic. jud. delegat. in 6. Pellizar. quærens qui poſſint, ac debeant eligi in Conſervatores? Reſpondet non poſſe, nec debere eligi, niſi eos qui ſunt in dignitate conſtituti; perſonatus, aut Eccleſiæ Cathedralis Canonici: & qui præterea in Concilijs Provincialibus, aut diœceſanis prius electi fuerint in judices ſynodales. Patet ex Bulla Gregorij XV. §. 2. Fragoſus ſic habet num. 3. Ut aliquis poſſit eſſe Conſervator; requiritur ut ſit in dignitate aliqua Eccleſiaſtica conſtitutus, ut Epiſcopi, Archiepiſcopi, aut Abbates, aut Canonici in Eccleſijs Metropolitanis, vel Cathedralibus, aut eorundem Archiepiſcoporum vicarij in ſpiritualibus, & officiales generales ubilibet conſtituti: item habentes dignitates, vel perſonatus in Eccleſijs Collegiatis. Hæc tradit de jure communi, pro quibus videndus eſt Petrus Greg. ſyntag. juris lib. 47. cap. 22. num. 28. Sylveſter v. Conſervator num. 2. Molina de juſtit. tract. 5. diſp. 29. num. 3. & Ioan. de la Cruz de ſtatu Relig. lib. 2. cap 10. verſ. Prima concluſio. Quid autem addēdum ſit ſpectatis privilegijs, & quæ ſint ſpeciales difficultates circa prædicta, expendetur quæſt. ſeq.

Conſervatores qui eligi poſſunt.

Dignitas requiſita ad Conſervatorem.

935 Quod attinet ad cauſam formalem, hæc conſiſtit tum in forma, quam ſervat Princeps in dandis & conſtituendis Conſervatoribus, tam in forma, quam ſervant in illis eligendis, qui poſſunt eligere juxta præſcriptum Principis. Illa poteſt variari pro libito Principis, utpote ſupremi. Quas verò formulas in illis dandis ſoleat Pontifex apponere in ſuis Bullis, latè & eruditè affert Moneta de Conſerv. cap. 2. à num. 7. Forma autem electionis ſemper debet obſervari, utpote ab electoribus ſubditis. Cum verò Conſervatores ſoleant præcipuè dari tum univerſitati regularium, juxta eorum bullata privilegia, quæ poſſunt videri apud Lezanam citatum à Pellizario p. 2. tract. 8. cap. 8. num. 82. tum univerſitati ſtudioſorum, de forma elegendi Conſervatorem per utroſque paucis dicemus. Quod attinet ad Conſervatorem eligendum a regularibus, monet Pellizar. citat. n. 86. debere eligi juxta formam præſcriptam à Gregorio XV. in ſua Conſtit. §. 5. nimirum eligendo perſonam idoneā, qualem paucis expoſuimus num. 934. & latè exponemus quæſt. ſequenti, deinde talis electionis inſtrumentum exhibendo penes acta Curiæ Ordinarij: & hoc ut certè conſtet de electione Conſervatoris, ſicque tollantur fraudes, quæ in hac re poſſunt contingere. Opus non eſt, quod Conſervator nominetur per Provincialem, ſed per Prælatum etiam localem nominari poteſt: quanvis in hoc ſemper ſtandum erit conſuetudini Religionis. Addit citatus author hujuſmodi electionem, cum

Conſervatoris dandi & eligendi forma.

ſic

ſit res graviſſima, non eſſe faciendam à prælato ſine conſortio monaſterij, licèt re vera id non præſcribatur. Forma ipſiſſima ſeu modus creādi Conſervatorem, videri poteſt apud Portellium de dubijs regul. verbo Conſervatores, n. 1. Et quidem poſtulari conſenſum Capituli expreſſè tradit Bordonus tom. 2. reſol. 95. num. 16. & inde probat, quod Conſervator eligitur favore totius monaſterij: & alioqui quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari. Tandem juxta Pelliʒarium eodem num. cit. debent regulares indicare Ordinario nomen Conſervatoris electi intra menſem à die electionis: alioqui poſſunt conveniri coram ipſo Ordinario, ex declaratione ſacræ Congregationis juſſu Gregorij XIII. facta, & relata à Quaranta v. Privilegia pag. 514.

936 Quod attinet ad formam creandi Conſervatorem Academicum, non poteſt definiri regula aliqua communi deducta ex jure, cum pro ratione ſpecialium ſtatutorum, ac privilegiorum Conſervatoris fiat creatio. Dicam de Salmantino, Conimbricēſi, & Eborenſi. Quomodò creetur Salmantinus, qui eſt Scholæ Magiſter, tradit Eſcobar cap. 8. in hunc fere modum. Apparet (inquit) ex Cōſtit. 33. verſic. & inſuper pro incremento pag. 66 Martinum V. Rom. Pont. longa ſerie Scholaſtici electioni formam dediſſe, cujus ſumma eſt, quod præbendam (quam Scholaſtriam vocant) hujus almæ Cathedralis Eccleſiæ Salmātinæ, dignitatem electivam fecerit: cumque primum vacaverit, electionem ipſi Univerſitati, hoc eſt definitorum clauſtro, aut ipſorum maiori parti commiſerit, & Archiepiſcopo Toletano, aut cuicunque Sedis Apoſtolicæ legato de latere confirmationem commendat: tandē exprimit eligendum, in S. Pagina Magiſtrum, aut jurium Doctorem eſſe debere, & quod cōfirmatio prædicta nullum jus confirmanti tribuat in confirmato. Verùm (addit) quidquid hac conſtitutione caveatur, tamen longè aliter hodie ſe res habet: nam ad Regum Hiſpaniæ præſentationem Summo Pontifici factam ab ipſo Principe, aut ejus Optimate apud Romanam Curiam legato, idem Summus Pontifex inſtituit, confertque dignitatem & officium, cujus inſtitutionis collationiſve expediuntur Bullæ Pontificiæ. Quomodò creetur Conimbricenſis, habetur Stat. lib. 2. tit. 27. init. in hunc modum. ¶ Pera ſe prover o officio de Cōſervador, ſe ferà a ordem ſeguinte. O Reitor ſe informarà das pelloas, que me ſervirem neſtes meus Reinos em cargos de juſtiça; & de ſua prudencia & coſtumes. E do que achar, que tem dado boa conta de ſi nos lugares, onde governàrão juſtiça, & tem dado reſidencia com certidaõ della, ou dos que na Univerſidade reſidem, & tem as meſmas partes, & vivem quietamente ſem parcialidade, o dito Reitor com os Lentes de Prima & Veſpora, & Deputados, nomearà m das ſobreditas peſſoas duas ſomente, & dellas eſcolherei hũa pera Cōſervador, a quem mandarei paſſar carta de officio em que ſe farà expreſſa menção da nomeação da Univerſidade. Eborenſis idcus non conſtituitur ſpeciali aliqua creatione, ſed eo ipſo quòd Rex deſignat, & inſtituit Prætorem Eborenſis conventus, vulgo Corregedor da Comarca Eborenſe, talis manet conſtitutus Academiæ Conſervator, juxta librum 1. Statut. cap. 13. §. 1. ¶ O Conſervador deſta Univerſidade conforme as proviſoẽs que ElRey meu ſenhor ſobre iſſo paſſou, ferà o Corregedor da Cidade de Evora, que hora he, & ao diante for, & terà os poderes, & jurdição, que ſe ſegue, que ſua A. ouve por bem que tiveſſe. Deniquè Eborenſis Conſervator Eccleſiaſticus nominatur & creatur à Rectore Academiæ juxta litteras Apoſtolicas, ac præſertim Bullam Gregorij XV. quæ incipit, Noverint univerſi.

Conſervatoris Academici creatio.

Salmantini Conſervatoris creatio.

Conimbricenſis Conſervatoris creatio.

QUÆSTIO III.

Quinam poſſint, ac debeant eligi in Conſervatores?

937 Cum Conſervator ſit judex, & talis judex, ut quis in Conſervatorem eligi poſſit, exigit genericè omnes qualitates judicis, & ſpecificè omnes qualitates talis judicis, ita tamen ut genericæ qualitates, vim ab ſpecificis, à quibus contrahuntur, & veluti modificantur, ſeparari poſſint. De omnibus quantumvis permixtis, ut agamus dilucidè, expediemus breviter ſequentes difficultates. Prima difficultas eſt, quænam poſtuletur ætas, ſcientia, & probitas in eo qui eligendus eſt in Conſervatorem? Dico 1. Eligendus in Conſervatorem eam ætatem habere debet, quam poſtulat illa qualitas impendēs habilitatem ad officium Conſervatoris: v. g. deputandus in Conſervatorem quia Abbas, quia Archidiaconus, quia Canonicatum, aut perſonatum obtinens in tali, vel tali Eccleſia, aut ſimilis, debet eſſe illius ætatis, quæ requiritur ad Abbatiam, Archidiaconatum, Canonicatum, perſonatum, & ſimiles. Eſt reſolutio per ſe nota, quam multis & in ſingulis, qui ratione dignitatum poſſunt deputari Conſervatores, latè roborat Moneta cap. 5. à num. 155. Dico 2. Deputandus in Conſervatorem prædictus eſſe debet ea ſcientia, quam poſtulat qualitas tribuens habilitatem ad hoc munus: v. g. ſi Epiſcopus deputandus ſit Conſervator, debet juxta diſpoſitionem Tridentini ſeſſ. 22. c. 2.

Ætas Conſervatoris.

de

de reſor. in aliqua approbata Academica eſſe Magiſter, vel ſaltem Licentiatus in S. Theologia, aut Doctor in jure Canonico, proindeque habere tantum ſcientiæ, quãtum requiritur ad tales gradus: & ſic de reliquis. Patet ex ſuperiori reſolutione. Dico 3. Promovendus in Conſervatorem debet eſſe vir probus, integer vita, ſceleriſque purus, tum ratione Epiſcopatus, cæterarumque dignitatum, per quas habilis ſit ad tale munus, de quo Iacob Sbroz lib. 1. quæſt. 33. Paul. Fuſc. de Viſitat. lib. 1. cap. 15. & Segur Daval. 1. parte direct. judic. cap. 6. tum ex præciſa ratione officij judicis, quod ſi non ex neceſſitate, ſaltem ex honeſtate vitæ probitatem exigit. Duo tamen hic rectè advertit Moneta citatus numer. 168. alterum, omnes qualitates quæ poſtulantur in Conſervatore ex diſpoſitione cap. fin. de offic. delegat. in 6. & alijs juribus, etiam adeſſe debere in Subconſervatore ijs in caſibus, in quibus vigore litterarum ille à Conſervatore dari poteſt, ut cavetur eodem cap. Alterum, ſufficere quòd hujuſmodi qualitates ſive in Conſervatore, ſive in Subconſervatorẽ adſint tempore deputationis, vel ſubdelegationis.

Subconſervator.

938 Secunda difficultas eſt, Vtrum & quomodo laici Conſervatores dari poſſint? Ex ſupra dictis conſtat laicũ poſſe dari in Conſervatorem tum à Summo Pontifice, tum à ſupremo Principe ſeculari: tota dubitatio eſt, quando, & quomodò dari poſſit. Dico 1. Pontifex Conſervatorem laicum pro Eccleſia, vel clerico dare poteſt, quotieſcunque laicus inter clericum & laicum judex cõpetens eſt. Reſolutio procedens in terris Eccleſiæ perſpicua eſt, cum ibi Pontifex ſit abſolutus dominus tam in temporalibus, quàm in ſpiritualibus. In terris autem Principis ſæcularis, id poſſe, ſi detur acceptatio ejus, qui delegationem accipere debet, vel conſenſus ſui ſuperioris, juxta ea, quæ in ſimili tradit Campeg. tractat. de Concil. cap. 25. Sumitur ex cap. novit. de judic. cap. licet cum ſequent. & cap. ſi clericus laicum, de foro compet. Dico 2. De potentia abſoluta Papa dare poteſt Conſervatorem aliquem laicum, qui competat inter clericos, ſeu Eccleſias; aut inter laicum actorem, & reum clericum, ſeu Eccleſiam, ſaltem in cauſis temporalibus. Ita Moneta cap. 5. num. 4. Sumitur 1. ex Gloſ. in cap. pervenit 2. 95. diſtin. ver. concedimus, ubi dicitur poſſe ab Epiſcopo ſaltem unam cauſam civilem, Eccleſiaſticam delegari laico. Si igitur Epiſcopus poteſt unam, Summus Pontifex poteſt omnes. Sumitur 2. ex ratione, quia licèt Papa nequeat generaliter decernere, ut coram judice laico conveniantur clerici; quod tradunt Cardin. & alij ad cap. 2. de maiorit. & obedient. nam exemptio clericorum à juriſdictione laicorum eſt de jure divino, cui Pontifex derogare nequit, tamen poteſt cauſas aliquorum clericorum ſive civiles, ſive criminales laicis delegare, & docent communiter Iuriſtæ cum Gloſſ. ad dict. cap. 2. verbo non præſumant, & ibi Abb. num. 5. Bero. quæſt. 7. num. 1. & Clar. §. fin. q. 41. num. 8. An verò circa cauſas ſpirituales, eas, earumque cognitionem poſſit laico Pontifex demandare? Quæſtio eſt, quam latè diſcutit Moneta cit. à num. 19. & num. 10. reſolvit non poſſe demandare in ſpiritualibus à Deo inſtitutis, poſſe tamen in ſpiritualibus inſtitutis ab Eccleſia. Tandem n. 12. reſolvit tanquam probabilius, & latè probat quandocunq; poteſt laicus dari Conſervator, non poſſe illum dari cum facultate exercendi cenſuras. De poteſtate Pontificis vide Illuſtr. Cæſarem in ſua Hier. d. p. §. 5.

Conſervator laicus à quo dari poſſit.

Pontifex in quibus cauſis poſſit dare judicem laicum.

939 Tertia difficultas eſt, Vtrum & quomodò regularis in Conſervatorem dari, & eligi poſſit? Certum eſt, quãdo Pontifex ſimplicem regularem creat Conſervatorem ex certa ſcientia, factum tenere, dummodò regularis habeat ſaltem primam tõſurã; quia tunc capax eſt juriſdictionis Eccleſiaſticæ. Dubitatio eſt, ubi non conſtat de certa ſciẽtia, ſed res in ſolis terminis juris communis relinquitur, an regularis deputari valeat Conſervator, prout loquitur textus circa qualitates delegati in Clem. 2. de reſcrip. & cap. ſtatutum de reſcrip. in 6. & quoad qualitates Conſervatoris dict. cap. fin. de offic. deleg. in 6. Dico 1. Monachus, ſeu regularis ſimplex deputari, ſeu eligi nequit Conſervator. Sumitur ex cap. de præſentium 16. quæſt. 1. in quo prohibetur ſimplicibus religioſis judicare. Quod notavit Io. And. in cap. ſtatutum, de reſcript. in 6. niſi forte vocetur ab Epiſcopo ad officium Vicariatus de licentia ſui ſuperioris. Accedit, quia ſimplex regularis non habet omnes qualitates requiſitas à Bonifacio VIII. in d. cap. fin. in princ.

Regularis deputandus in Conſervatorem.

Dico 2. Prior Clauſtralis citra certam ſcientiam, aut licentiam expreſſam Pontificis, Conſervator eſſe nequit. Ita Gloſſ. dict. Clem. 2. v. delegatus, & expreſſius ibid. Io. Imol. num. 30. & Vital. num. 37. Probatur, quia Conſervator eſt judex delegatus ſecundùm jus commune: at Prior Clauſtralis judex delegatus eſſe nequit ſive Papæ, ſive legati, ut cavetur dict. Clem. 2. Quia (ut monet Anchar. ibid. num. 9.) Priores Clauſtrales eliguntur ſolum ad curam animarum, & ad regulares obſervantias, & quaſi inexperti ſunt forenſium negotiorum: quia debent ſervare ſilentium, & eſſe ſub obedientia Abbatis, & ſine clauſtro finguntur non poſſe vivere Cap. placuit 16. q. 1.

Prælati regulares an Conſervatores eſſe poſſint.

940 Dico 3. Prior Conventualis, Guardianus, aut Rector, & idẽ eſt de alijs Mẽdicantiũ præfectis, qui toti Conventui, ſive Collegio Religioſorum præſunt, olim poterãt in Conſervatores deputari. Ita Em. Roter. qq. regul. to. 1. q. 65. a. 13. Armill. v. Conſervator n. 2. Tabiena v. eod. & v. dignitas init. Rota deciſ. 8. quam refert Aloyſ. Ricc. in collect. deciſ. parte 2. collect. 363. Sanch. in Decal. tom. 2. lib. 6. cap. 13. num. 78. Azor p. 2. lib. 3. cap. 13. q. 7. Flores de Mena Var. lib. 1. q. 48. num. 18. Patet, quia Prioratus eſt dignitas, ut habetur cap. niſi eſſent, de præben. & idem procedit de Guardianatu, Rectoratu, & ſimilibus. Dixi (olim) quia an poſſint hodie deputari? quæſtio eſt, quam cum multis reſolvit negativè Barb. de poteſt. Epiſcop. p. 3. alleg. 106. num. 15. contra multos ibi citatos, ex decreto S. Congregationis per hæc verba: Quærente Archiepiſ-
„ copo Tarritano, an regulares unius cõvẽtus,
„ monaſterij, vel domus aliquẽ Priorem, ſeu
„ Guardianũ, vel quẽvis aliũ quavis dignitate
„ regulari fulgẽtẽ in ſuũ Cõſervatorẽ eligere,
„ vel deputare poſſint: ſacra Cõgregatio Cardi
„ naliũ negotijs regulariũ præpoſitorũ nõ poſſe
„ reſpõdit. Quod decretũ (inquit Pellizar. p. 2. tract. 8. cap. 8. n. 9.) ſi eſt authenticum, utique ſervari debet: quanvis de facto patiatur exceptionem: cum Lezana n. 14. ex Barboſa in collect. v. Conſervator teſtetur Abbati ordinis Olivetani ab ipſa Congregatione indultum fuiſſe, ut eligi poſſit in Conſervatorẽ, ſi Epiſcopus eum in ſynodo deputaverit Iudicem ſynodalẽ. Quod indultum idem Pelliz. putat competere per viam cõmunicationis etiam prælatis aliorum ordinum.

Prælati Societatis an Conſervatores eſſe poſſint.

Quæres obiter, quid dicendum de prælatis Societatis Ieſu? Reſpondet Pellizarius citatus n. 92. probabile eſſe eos non poſſe abſq; licentia Generalis acceptare munus Conſervatoris, quãtunvis aliàs in ſynodo deputati ſint judices: idque colligit ex par. 6. Conſtit. Socier. c. 3. §. 7. in declar. lit. D. ubi noſtris religioſis interdicitur acceptare officium executoris teſtamẽti, & quæcunq; alia, quæ puritati noſtri inſtituti non conveniunt, & quæ alijs cauſa offenſionis eſſe poſſunt, quale utiq; eſt munus Conſervatoris, ut patebit conſideranti.

Cardinales Conſervatores.

941 Quarta difficultas eſt, an S. R. E. Cardinales, Epiſcopi, Patriarchæ, & ſimiles poſſint eligi in Conſervatores? Dico 1. poſſe Cardinales S. R. E. in Conſervatores eligi procul dubio eſt. Patet, nam dicti Cardinales ſunt in vera, & maxima dignitate conſtituti, ut ex cap. Venerabilem, qui filij ſint legit. cap. 1. de offic. deleg. in 6. & cap. felicis de pæn. in 6. tradunt Iacobat. tract. de Concil. lib. 2. a. 1. num. 247. Lancell. Conrad. in templ. omn. judi. lib. 1. cap. 3. §. 3. num. 1. & Bellarm. tom. 1. controv. 3. gener. cap. 16. Deinde habeor in ſuis titulis juriſdictionẽ quaſi Epiſcopalem, & colligitur ex cap. his quæ, de maiorit. & obedien.

Epiſcopos Conſervatores.

Dico 2. Certum eſt Epiſcopos tam conſecratos, quàm electos, ſed confirmatos, & à fortiori Archiepiſcopos, & Patriarchas poſſe fieri Conſervatores. Patet de conſecratis: nã in cap. fin. de offic. deleg. in 6. expreſſé dicitur Epiſcopos poſſé deputari Conſervatores. Qui autem verè Epiſcoporum nomine veniunt, ſunt Epiſcopi conſecrati. De electis jam confirmatis, ſuadetur, quia confirmati nondum conſecrati licèt propriè Epiſcopi non ſint, dicuntur tamen habere dignitatem Epiſcopalem, & revera habent plenam & integram juriſdictionẽ Epiſcopalem. Cap. tranſmiſſam, de elect. & e. 1. ac 2. de tranſlat. Epiſc. Dico 3. Clerici qui præſcriptione, aut privilegio legitimè acquiſierũt Epiſcopalem juriſdictionem, ac ſimul dignitatem, vel ſolum juriſdictionem, ac præeminentiam in Eccleſia Collegiata, uti de corpore illius, poſſunt deputari Conſervatores: ſecus in Eccleſia, quæ Collegiata non fuerit. Ita Moneta cit. cap. 5. num. 58. Patebit ex infra dicendis, ubi oſtendemus ad munus Conſervatoris ſufficere quòd quis habeat dignitatem, vel perſonatum in Eccleſia, modò hæc ſit Cathedralis, vel ſaltem collegiata. Quid de Chorepiſcopis? ſi accipiantur pro Epiſcopis titularibus, Conſervatores deſignari poterunt: ſi pro Vicarijs Epiſcoporum, de illis dicendum quod ſtatuerimus ſequenti difficultate.

Vicarius quotuplex.

942 Quinta difficultas eſt, an Epiſcoporũ Vicarij poſſint deputari Conſervatores? Adverte Epiſcopi Vicarium, ſeu officialẽ, quod idem eſt juxta Sanch. de Matr. lib. 8. diſp. 27. num. 29. alium dici generalem, alium foraneum. Vicarius generalis eſt ille qui generaliter in cauſis ad Epiſcopi forum pertinentibus, ejus vices ſupplendo cognoſcit, ut habetur ex cap. Romana, de appellat. Vicarius foraneus ille eſt qui deputatur in aliqua parte diœceſis, vel ad certos actus. Sunt etiam Epiſcoporum Vicarij in ſpiritualibus alij generales, ſcilicet cum omnimoda juriſdictione, alij non generales, qui nimirum juriſdictionem contentioſam nullam habent; imò nec omnem voluntariam, ſed ſolum circa merè ſpiritualia eam poteſtatem, quæ in ſacramentis, & beneficialibus, Eccleſiaſticiſque rebus & ſalute animarum quærenda verſatur. Videatur Ebroz tract. de Vicario Epiſcop. lib. 1. quæſt. 25. num. 1. & 2. Dico 1. Vicarius foraneus in Conſervatorem deputari nequit. Ita Pavin. tract. de poteſtat. Capit. Sede Vacan. par. 2. quæſt. 10. num. 6. Ebroz cit. quæſt. 27. num. 15. Flores de Mena Var. lib. 1. quæſt. 4. num. 6. Maſſobr. cap. 4. dubit. 15. num. 22. Ratio eſt, quia Vicarius foraneus non poteſt eſſe delegatus Sedis Apoſtolicæ, ut expreſſè cavetur

Vicarius an Conſervator eſſe poſſit.

in Clem. 2. de reſcriptis. Deinde non obtinet dignitatem, vel perſonatum in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata.

Dico 2. Probabile eſt poſſe Conſervatorem deputari Vicarium generalem, Epiſcopi: ſed probabilius oppoſitum. Hæc reſolutio in terminis traditur à Moneta de Cõſer. c. 5. n. 66. Prior pars habet imprimis probabilitatem ex authoritate Doctorum, qui illã abſolutè defendũt, quales ſunt Ioan. pe Lign. d. Clem. 2. prout ibi Card. n. 27. eum refert, Anchar. n. 6. Imol. n. 31. Armil. v. Conſervator nu. 2. Tabiena v. eod. num. 5. Franc. Pavin. de pot. capit. Sede vacante par. 2. q. 10. num. 6. Guid. Pap. q. 247. & ſingul. 435. Menoch. conſil. 52. à num. 33. Aloyſ. in praxi aurea reſol. 349. Sbroz de Vicario Epiſc. lib. 2. q. 27. Cochier de juriſd. ordin. in exempt. par. 1. q. 39. n. 4. Lauren. de Peirinis in Conſtit. ſui ordin. Minim. to. 2. conſtitut. 5. Greg. XV. §. 1. n. 19. Flores de Mena var. lib. 1. q. 6. num. 6. Azor p. 2. lib. 3. & 13. q. 8. Emman. Roder. to. 1. qq. reg. q. 65. a. 3. Quod extendunt ad Vicarium Capituli Sede vacante Zech. lib. de Rep. Eccleſ. cap. 23. n. 7. Ebroz cit. q. 23. nu. 4. & Maſſobr. cit. cap. 4. dub. 13. n. 16. Deinde habet rationem, quia omnis habens perſonatum, vel dignitatẽ in Eccleſia Cathedrali poteſt deputari in Cõſervatorẽ: quòd autẽ prædictus talem dignitatẽ habeat, tradit Gloſ. d. Clem. 2. v. delegatum, & ibi Anch. in princi Card. n. 12. & Imol. n. 18.

Vicarius Epiſcopi Conſervator eſſe nequit.

944 Poſterior pars maiorem ſuã probabilitatem habet ex maiori authoritate, & ratione. Defenditur à Paul. de Eleaz dict. Clem. 2. & ibi Butr. & Card. num. 22. Barbat. num. 33. Bonif. de Vitalin. num. 38. Io. Bapt. Coſt. tract. de integ. diſt. 64. num. 7. Abbas in cap. de multa num. 23. de præben. Selva de beneſ. p. 1. q. 2. num. 74 & Auguſt. Barb. de poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 109. num. 13. ſibi contrario in Collect. to. 4. ad cap. ſtatutum 11. de reſcrip. in 6. n. 5. Ratio eſt, quia ad munus Conſervatoris poſtulatur dignitas, vel perſonatus in aliqua Eccleſia: ſed Vicarius Epiſcopi licèt habeat officiũ cũ juriſdictione, tamẽ dignitatẽ, vel perſonatum non obtinet, ut ait citatus Abbas, Menoch. conſ. 51. n. 23. & Sylv. v. dignitas ergo deputari nequit in Cõſervatorem. Minor ſuadetur à Barbat. in d. Clem. 2. num. 34. tum ex eo quia dignitas Eccleſiaſtica non poteſt dividi in plures. Cap. maioribus, & cap. Vacante de præben. at Epiſcopus poteſt habere plures vicarios dividendo illorum officium d. Clem. 2. tum ex eo quia dignitas durat perpetuo cap. 2. §. fin. de ſtat. monach. at Vicariatus expirat morte, ac revocatione Epiſcopi, ut latè probat Ebroz lib. 3. quæſt. 32. nec habet ſucceſſorem, ſed creatur de novo, ut cum pluribus docet Bero. ad cap. quoniam, de offic. delegat. Accedit, quia licèt Vicariatus eſſet vera dignitas, adhuc non ſufficeret ad munus

Probatur.

Conſervatoris, utpote non comprehenſa ſub dict. cap. fin. de offic. deleg. in 6. ibi (Obtinentes dignitatem in Eccleſia Cathedrali) nam Vicarius illam non habet jure proprio, ſeu ut propriam, ſed jure alieno, proindeque verè non obtinet: ſiquidem verba legis verificantur in ſignificatione propria l. 3. §. hæc verba ff. de negot. geſt. & cap. ſuſceptum, de reſcrip. in 6.

Verba intelligũtur proprie.

Obſervabis 1. juxta priorem partem, poſſe deputari Conſervatorem non ſolum Vicarium Sedis vacãtis, ut ſuperius dictum eſt, ſed etiam Vicarium nominatum à Prælato inferiore habente juriſdictionem Epiſcopalem, ut tenent Sanch. de matr. lib. 8. diſp. 27. n. 34. & Flores de Mena d. q. 4. à n. 14. An verò Vicarius Epiſcopi electi, & confirmati, ſed nondum conſecrati, poſſit eſſe delegatus Papæ: Affirmat Gloſ. v. Epiſcopi in Clem. 2. de reſcrip. Obſervabis 2. dicta in poſteriori parte reſolutionis ſolũ procedere ſpectato jure communi: nam ex ſpeciali indulto Pontificis, quando in litteris exprimitur, quòd poſſit eligi in Cõſervatorem Vicarius Epiſcopi, nulla eſt difficultas, & ſæpe videmus à regularibus eligi, ut teſtantur Emman. cit. q. 65. a. 13. & Ludovicus Miranda in manu præl. to. 2. q. 47. a. 2. concl. 2.

945 Sexta difficultas eſt, Utrum Abbates, Priores, & Cõmendatarij poſſint deputari in Cõſervatores? Dico 1. Abbates poſſũt eligi in Conſervatores. Expreſſè decernitur in cap. fin. init. de offic. deleg. in 6. Et ibi Abbates intelliguntur non ſolum illi qui præſunt cõventibus monachorum, ſed etiam Abbates clericorum ſecularium, qualis Abbas Vallallæ, ut tradit Lancell. templ. om. jud. lib. 2. c. 7. n. 7. Dico 2. Priores ſeculares (de regularibus enim diximus n. 940.) ſi ſint loco Abbatis in Eccleſia aliqua collegiata, poſſunt eſſe Conſervatores; ſecus, ſi nõ ſint loco Abbatis, neq; in Eccleſia collegiata. Ratio eſt, quia in priori, & nõ in poſteri caſu cẽſentur habere dignitatẽ in Eccleſia collegiata, quod ſufficit ad munus Cõſervatoris. Dico 3. Cõmẽdatarij perpetui ſive Abbatiarũ regularium, ſive Prioratuũ conventualiũ deputari poſſunt Conſervatores. Ita Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſ. 5. §. 8. n. 10. Maſſob. d. dub. 13. n. 38. Rebuff. de pacific. poſſeſſ. n. 41. & Barb. tom. 4. in collect. ad cap. ſtatutum 11. num. 12. Probatur, nam commendæ in perpetuũ à Pontifice datæ, loco tituli ſunt, & tales Commendatarij in omnibus habentur pro titularibus, ut docent Gomez in regul. de publ. reſign. q. 4. Petr. Greg. ſyntag. jur. univ. lib. 17. cap. 3. n. 8. & Caſſan. in Catal. 4. p. conſid. 32. fin. Deinde Commendatarius Abbatiæ habetur pro vero Abbate, ut tradit Barbar. conſ. 12. poſt nu. 9. vol. 2.

Abbates & Priores in Conſervatores eligendi.

Commendatarij Conſervatores.

946 Septima difficultas eſt, an quicunq; obtinentes dignitatem, Perſonatum, aut

Ee 2

Dignitas requiſita ad conſervatorem. aut officiũ Eccleſiaſticũ poſſint deputari Cõſervatores? Suppono in lib. 6. diſ. 1. q. 1. & alijs locis fuiſſe explicatũ diſcrimẽ inter dignitatẽ, perſonatũ, & officiũ. Dico 1. Dignitatẽ Eccleſiaſticã obtinẽs poteſt deputari Cõſervator, ſi illã obtineat in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata: ſec° nõ poterit. Habetur ex textu in c. fi. in princ. de offic. deleg. in 6. ubi poſtquã ſtatuitur Abbates poſſe eſſe Conſervatores, ſtatim ſubduntur „ hæc verba. Seu dignitates, vel perſonatus in „ Cathedralibus, vel Collegiatis Eccleſijs ob- „ tinentes. Quæ verba Gloſ. & Doct. tam in d. cap. quam in Clement. 2. de reſcrip. item S. Antonin. tractat. de excommun. cap. 37. verſ. item nota, & Sylveſt. v. Conſervator num. 2. ita intelligunt, ut omninò debeat ſive perſonatus, ſive dignitas obtineri in Cathedrali, vel Collegiata Eccleſia. Ex dictis Moneta à num. 28. infert 1. Archidiaconum tam in Cathedrali, quàm in Collegiata poſſe eſſe Cõſervatorẽ. Quia habet dignitatẽ Eccleſiaſticam, ut conſtat ex toto fere titulo de offic. Archid. Infert 2. idẽ de Archipresbytero tũ Civitatẽſi, ſeu Cathedralis Eccleſiæ, tũ Rurali, quando hic habet Eccleſiã Collegiatã act. 1. Infert 3. idẽ dicẽdũ de Præpoſitura. Nã hæc nomẽ dignitatis habet, ut deducitur ex cap. 1. de ætat. & qualit. & ord. præfic. cap. gravis, de verb. ſign. & habetur expreſſẽ cap. 1. de cõceſſ. præben. in 6. Infert 4. idem de Decanatu, quẽ eſſe dignitatẽ decidit Rot. Rom. deciſ. 17. de conceſſ. præben. Infert 5. idem de Primiceriatu, ſeu Cantoriatu, quos non diſtinguunt Caſſan. 4. p. conſid. 42. & Cucch. lib. 2. tit. 12. contra Rodoandum cap. 19. num. 7. Eſſe verò dignitatem, patet ex cap. cum acceſſiſſent, de conſtitut. Infert 6. quid dicendum ſit de Theſaurario: hic enim quanvis in jure non ſonet in nomen dignitatis, ſed cuſtodiæ, tamen ubi conſuetudine, vel cõſtitutione alicujus Eccleſiæ fuerit dignitas, deputari poterit.

947 Dico 2. Perſonatum obtinens in aliqua Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata deputari Conſervator poteſt. *Perſonatus ad munus conſervatoris.* Habetur expreſſẽ d. cap. fin. de offic. deleg. in 6. Ita Moneta n. 99 à quo infert 1. obtinentes in Eccleſia Metropolitana Mediolani Ordinariam Theologalem, aut Pænitentialem, aut Doctoralẽ, quas S. Carolus authoritate Gregorij Papæ XIII. Inſtituit, poſſe deputari Cõſervatores. Sunt enim Perſonatus ratione præeminentiæ inter alios Canonicos. Et idẽ eſt de quocũq; qui præferatur reliquis Canonicis aliter quàm ob antiquitatẽ, ut tradũt Gemin. ad cap. 1. de conſuet. in 6. & Sylveſt. v. Dignitas. Infert 2. Cantorẽ, & Succẽtorem in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata poſſe eſſe Conſervatores. Habent enim Perſonatum. Notat benè Moneta cit. n. 97. ex quadã Cõſtitutione Leonis X. ad Cõſervatores ordinũ Mendicantiũ ſufficere quòd ſint ubi libet in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti, nec ſat eſſe habere Perſonatũ, etiã in Cathedrali. Hodie tamen quoad hæc omnia favore hujus vel illius ordinis ſolet derogari in litteris Cõſervatorijs. Dico 3. Habere officium Eccleſiaſticũ præciſẽ ſumptũ nõ ſufficit ad munus Cõſervatoris. Patet d. cap. fin. Unde nõ poſſunt deputari Conſervatores Sacriſta, Cuſtos, Vicedominus, Æconomus. Idem Moneta à n. 106. affirmat de Vicecãcellario, Camerario, Sũmo Pænitentiario, Clericis Cameræ, Auditore Curiæ, Referẽdarijs, Protonotarijs, & alijs Officialibus Romanæ Curiæ, ſi attendatur præciſa ratio officij, & textus citatus.

948 8. difficultas eſt, an Canonici poſſint in Cõſervatores deputari? *Canonici ad munus conſervatoris.* Pars negativa indubitata eſt circa Canonicos Eccleſiæ Collegiatæ. Dubitatur de Canonicis Eccleſiæ Cathedralis: in qua dubitatione partẽ affirmatẽ tenuit Speculator tit. de offic. deleg. §. fin. n. 24. Poteſt fundari 1. in cap. ſtatutũ init. de reſcriptis in 6. ubi apertè ſtatuitur eos poſſe dari delegatos, ſicut qui dignitatẽ, aut perſonatũ obtinẽt. 2. quia Canonici Eccleſiæ Cathedralis appellãtur fratres Epiſcopi, ac filij primi gradus, & habent alias prærogativas, de quibus latè Cucch. Inſtit. maior. Can. lib. 2. tit. 9. Caſſan. in Catal. 4. p. cõſid. 32. & Boer. de auth. magn. cõſil. à n. 78. Nihilomin° regulariter pars negativa vera eſt, quã tenẽt Gloſ. ad cap. fin. de offic. deleg. in 6. Gemin. ibid. n. 9. Frãc. d. c. v. Cõſervatores n. 2. Pet. Greg. lib. 47. ſyntag. c. 22. n. 18. Fabric. tit. de benef. cũ dignitate n. 18. de Illuſt. ac ſapiẽt. Cæſar in ſua Hierarch. d. 12. §. 6. n. 26. Patet, nã Canonici ex vi ſui Canonicat° neq; cẽſẽtur in dignitate Eccleſiaſtica cõſtituti, neq; habere perſonatũ. Procedit reſolutio, ſpectato jure cõmuni: nã per ſpecialia privilegia eligi poſsũt, ut videre eſt apud Em. Rot. qq. reg. to. 3. q. 65. a. 2. Procedit etiã & ampliatur in Canonicis Eccleſiæ Cathedralis Metropolitanæ. Quid de Canonicis Metropolitanarũ inſigniũ, quales ſũt Mediolanẽſis, Ravẽnas, Cõpoſtellana, in quib° Canonici dicũtur Cardinales? Adhuc de illis negat Moneta n. 136. licèt judicet magis nobiles, quàm cæteros. Quia magis & minus nõ variat ſpeciẽ. Ad 1. fundamẽtũ partis affirmativæ ex c. ſtatutũ fatetur ibid. Gloſ. eos poſſe fieri delegatos Apoſtolicos, nõ tamẽ Conſervatores; quia hoc reſtrictũ eſt per d. c. fin. Ad 2. dicim° Canonicos dici fratres Epiſcopi, & habere alias prærogativas, non quà ſingulos, ſed quà univerſos, prout unum corpus, ſeu Capitulum conſtituunt. Cap. novit, de his quæ fiunt.

949 9. difficultas eſt, an Doctor Theolog°, vel in jure Canonico, poſſit deputari Cõſervator? *Doctoralis gradus conſervator.* Alicui fortaſſis arridebit pars affirmativa. Quia Doctorat° eſt dignitas, ut ait Bart. in l. hæc quæ neceſſario n. 10. C. de novo Codice faciẽdo, idẽ affirmat Iaſ. in l. ſi quis incõſcrib.

num,

num.4. Cod. de pactis fol. 75. ſequitur poſt alios Antonius Corſetus in ſuo repertorio in Abbatē verb. Doctoratus quod probat per intellectum quendam ad cap. quando de magiſtris, eo quia Doctor habet præeminētiā, & prærogativā in proceſſionibus, & cōventis. Accedit quia Cācellarius Tholoſanus poteſt eſſe Cōſervator Apoſtolicus ob præeminentiā, quā habet in proceſſionib⁹, & Capitulo, & alijs locis; ergo & Doctor ſive in S. Theologia, ſive in jure Pōtificio, modò ſit in ſacris cōſtitutus. Nihilominus pars negativa, quæ placuit Fragoſo p.2.lib.4. diſp.12.n.3. tenēda eſt. Quia licèt demus Doctoratū eſſe dignitatem quandā, ſeu præeminentiam, & prærogativā, tamē non eſt dignitas Eccleſiaſtica, vel Perſonat⁹ in Eccleſia Cathedrali, vel collegiata, ut patet: ergo de jure communi nequit deputari Conſervator: quidquid ſit ex privilegio in litteris ſpecialibus.

Conſervator ſui Conſervatoris. 950 Decima difficultas eſt, an poſſit quis eſſe Conſervator ſui Cōſervatoris, vel alterius ſibi aliunde ſuperioris? Dico 1. Nemo poteſt eſſe Conſervator Illius, quem ſibi deputatum Conſervatorem habet. Ita ad d.cap. fin. Butr. Anchar. Gemin. & Gloſ. ver. Conſervator ponens diſcrimen inter illum & ſimplicē delegatum, quaſi ejus, qui mihi eſt judex delegatus poſſim eſſe delegatus, ſalvo jure recuſationis, at nullo modo poſſim eſſe Conſervator mei Cōſervatoris. Habetur cap. fin. de offic. deleg. in 6. ubi Bonifacius VIII. id expreſſē decrevit, & irritum ac inane definivit, quidquid contra aliquid ex diſpoſitis in ea conſtitutione attentari contigerit. Dico 2. Nemo poteſt habere Conſervatorem eum, qui ſub ipſius juriſdictione, dominio, vel diſtrictu Eccleſiaſtico, aut temporali eſt, exceptis Regibus, & Reginis. Ita præter authores proximè citatos, Petrus Gregor. ſyntag. lib.47. cap.22. n.8. Cochier de juriſd. ordin. in exempt. p.1. q.39. n.3. Azor p.2. lib.5. c.34. q.4. Molina tom.6. diſp.29. n.3. Barb. de poteſt. Epiſc. p.3. alleg. 106. n.14. & Pellizar. p.2. tract.8. cap.8. n.91. Tota reſolutio eſt expreſſa in d.cap. fin. ubi Pontifex ponit exceptionem, ejuſque rationem ſubdit his verbis. *Conſervator ſui ſuperioris nemo.* „ Regibus (inquit) & Reginis, qui ſicut dignitatis altitudine præeminent, ſic prærogativa gratiæ ipſos convenit anteferri, dumtaxat exceptis. Notat Moneta n.134. ex Gloſ. verbo temporali ſecus eſſe de delegato ſimplici, cum hic poſſit eſſe judex ſui ſuperioris ſalvo jure recuſationis.

Supererat hîc expedienda difficultas, an Conſervatores eſſe debeant judices ſynodales? Sed quia nimis prolixa eſt, & luculenter ac dilucidè tractatur à Moneta d.cap.5. à n. 142. ibi videatur. Nos interim feſtinemus ad Conſervatorem Academicum.

QUÆSTIO IV.

Quænam ſit dignitas & officium Conſervatoris, præſertim in Academia Eborenſi?

951 Satis ex ſupra dictis conſtat Conſervatorē Eccleſiaſticum deputandū, ex præſcripto juris cōmunis, præſupponi cōſtitutum in dignitate Eccleſiaſtica. Si quæras, quādo debeat adeſſe talis dignitas in deputādo? *Dignitas in Conſervatore quando adeſſe debeat.* Reſpondēt Maſſob. dub.13. n.48. Sanch. de Matr. lib.8. d.27. n.28. Gonzal. ad reg.8. Cancel. §.3. proœm. n.75. & Pelliz. cit. n. 91. ſufficienter tālē dignitatem obtineri tēpore impetrationis reſcripti Pōtificij, quāvis tēpore præſētationis ejus ceſſaverit jā dignitas: non enim ſufficiet eā adeſſe poſtea tēpore præſētationis. Vide Moneta cap.10. de Conſer. n.172. apud Pellizar. citatum obſervar, vacante dignitate, ratione cujus quis deputatus fuerat Conſervator, ſive per renunciationem, ſive per tranſlationē, aut alio ſimili modo, non expirare ipſo jure poteſtatem Conſervatoris, neque ſuſpendi, ſive quoad negotia cœpta, ſive forte quoad non cœpta, modò tēpore deputationis adeſſet talis qualitas. Fūdamētum eſſe poteſt, quia licèt nemo id aſſeruerit in ſpecie de Cōſervatoribus, tamē de delegato Apoſtolico docet Gloſ. in cap. ſtatutū v. Canonicis, de reſcrip. in 6. Itēq; ſufficere ad procedendū quòd Canonicus Cathedralis delegatus ratione Canonicatus, ſit Canonicus tēpore commiſſionis, etſi nō ſit tēpore præſentationis, ex l. fœminæ ff. de Senator. l. cæcus ff. de judic. cap. dudum, de elect. tradunt Gironda de privil. explicat. à n. 310. Stephan. Gratian. diſcep. foren. cap.92. Flamin. lib.1. q.11. n.9. Azevcd. l.7. n.60. tit.18. lib.4. novæ recopil. Cevall. cōmuniū cōtra cōmun. q.667. n.10. & Ricc. in praxi rerum for. Eccleſ. deciſ.616. n.1. Limitat tamē poſitam reſolutionē Moneta à n. 177. niſi deputatus ob delictū amoveatur à dignitate, aut ſuperveniat qualitas oppoſita totaliter primæ qualitati (ut ſi habens Eccleſiaſticā dignitatē nubat) aut deputatio ſit ſub nomine dignitatis.

952 Inquirimus modò, an ipſum Cōſervatoris munus ſit dignitas? Affirmativa reſolutio mihi indubitata eſt tum de Conſervatore Eccleſiaſtico, tū de ſæculari ſeu laico: *Conſervatoris munus eſt dignitas.* Nam quicunque Conſervator eſt judex in foro externo, proindeque habet non ſolum præeminentiam, ſed etiam juriſdictionem in ordine ad ſubditos. Vnde exiſtimo ſolēniter profeſſū Societatis Ieſu, ſi procuret fieri Cōſervator, manere reum voti, quod emiſit non prætendendi aliquam dignitatem, aut prælationem.

Conſervatoris offi. cũ qualis, Inquirimus etiam qualenam ſit munus, ſeu officium Conſervatoris? Officium, & munus Conſervatoris ſatis patet ex definitione, quam expoſuimus q. 1. & ampliùs patebit ex ſequenti diſputatione, ubi nobis latè agendum aſt de Conſervatoris poteſtate, & juriſdictione. Modò ſufficiat aſſerere illud eſſe officium judicis, qui attento jure, & ſecluſis ſpecialibus conceſſionibus, ſolum poteſt, ac debet procedere cõtra manifeſtas injurias, ſeu violentias, illas néque quæ judicialem indaginem, ſeu examinationem non poſtulant. Ita ex cap. 1. & ult. de offic. deleg. in 6. tenent, & exponunt Cochier de juriſdict. ordin. par. 1. q. 39. à num. 6. Cardin. Tuſch. concl. 760. num. 3. Molina cit. diſp. 29. n. 2. Velaſc. conſ. 152. num. 1. Emman. Roter. tom. 1. q. 65. a. 11. Salzedo ad Bernard. in pract. cap. 3. Gutier. pract. lib. 3. q. 9. num. 9. & Perez l. 2. tit. 7. lib. 1. Ordin. Hodie tamen (ut notat Barb. de poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 106. num. 17.) per Trid. ſeſſ. 14. de reform. cap. 5. prædictum jus ita reſtrictum eſt, ut diſponatur Conſervatorias litteras conceſſas ſingularibus perſonis, cujuſcũque dignitatis, vel conditionis, etiam ſi Capitulum ſit, & cum quibuſdam clauſulis & decretis, non habere locum in cauſis criminalibus, vel mixtis ex criminalibus & civilibus, ſed tantum in civilibus, & in iſtis, ubi perſonæ, quibus conceſſæ ſunt, Rei fuerint, non actores, & cum alijs ibi adjectis limitationibus: ſub hac tamen reſtrictione idem Concilium declarat non cõprehendi Conſervatores datos Univerſitatibus generalibus, Collegij, Doctorum, ſeu ſcholarium, regularibus locis, necnon hoſpitalibus actu hoſpitalitatem ſervantibus. Hi enim omnes (ut tradunt Emman. Roter. d. q. 65. art. 12. in princ. Molina d. diſp. 29. num. 2. fine, & Gutier. d. q. 9. num. 15.) manent in diſpoſitione juris communis, cap. 1. citato, & tenore litterarum, ſub quibus dati fuerint. An verò unus & idem Conſervator poſſit exercere ſuum officium circa plura monaſteria ejuſdem ordinis exiſtẽtia in diverſis diœceſibus? item circa plura monaſteria diverſorum ordinum exiſtentia in eadem diœceſi? Vide Pellizarium citatum n. 93. & 94. qui priorem difficultatem negativè, poſteriorem affirmativè reſolvit.

Officium Conſervatoris expirans, 953 Inquirimus tandem pro abſolvẽda priori quæſtionis parte, utrum, & quomodo attinguatur, ſeu expiret Conſervatoris officium per obitum concedentis? Ex d. cap. ult. de offic. deleg. in 6. Barb. de poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 106. num. 50. Cochier cit. q. 39. num. 14 Miranda d. q. 47. a. 6. in princ. & Azor cit. cap. 34. q. 14. benè reſpondent prædictum officium expirare per obitum cõcedentis quoad negotia integra, ſeu non cæpta, at quoad cæpta, ſeu non integra durare poſt mortem Papæ concedentis. Addit Azor citatus negotia cenſeri cæpta poſt citationem, vel aliquem actum alium judicialem inchoatum. Miranda citatus a. 6. concl. unica affirmat in religioſis ordinibus officium Conſervatoris non eſſe temporale, nec extingui morte concedentis, ſed hujuſmodi delegationem factam in Religionum favorem, eſſe perpetuam. Quid verò tenendum ſit, quoad negotia jam cæpta, quando præfinitur tempus, ad quod conſervatoria limitatur, ſicut in Triden. ſeſſ. 13. cap. 5. de reform. ubi conſervatoriæ quæ non ſunt Religionum, & ſimiles ibi exceptæ, terminantur quinquennio, Vide apud Emman. Roter. d. q. 65. a. 9. & ad d. cap. ult. Anchar. num. 9. Domin. num. 2. & Franch. num. 1. Hæc ſupra allata procedunt attento jure communi cap. 1. & ult. de offic. deleg. in 6. atque adeo locum non habent, quando Conſervatoria à Pontifice ampliori forma conceditur. Qualiter verò de facto concedi ſoleat, tradunt Emman. Roter. dict. q. 65. num. 12. Cabed. diverſ. juris argum. lib. 3. cap. 18. num. 3. Gutier. pract. lib. 4. q. 63. nu. 6. & varijs adductis Bullis Pontificum Barb. cit. à n. 53. Vide Fragoſum tom. 2. lib. 4. diſp. 12. n. 14.

954 Pro altera quæſtionis parte, ante quàm ſcrutemur officium Conſervatorum in Academijs, præſertim Eborenſi, cũ Conſervatores ſint judices ſcholarium, prævia animadverſione expediendum nobis eſt, quinam judices ſcholarium deſignantur jure communi? Datos fuiſſe olim ſtudioſis judices per Fredericum Imperatorem, conſtat ex Authen. Habita C. ne filius pro patre, & quidem dari ex Academica familia convenientiſſimè, Eſcobar in Prologo oſtendit ex favore ſtudentium, & ne ſi ad alia trahantur tribunalia, diſtrahantur à litteris. Deinde quia de ſtudioſis ad milites vulgaris eſt comparatio l. advocati C. de advocatis diverſi judic. de quo Rebuff. privil. 62. & 112. & Oſuald. lib. 27. cap. 9. lit. N. habetur autem pro comperto milites non alium habere judicem, niſi eum ſub quo militant. l. de militibus ff. de cuſtod. & exhib. reorum. l. magiſterix C. de juriſd. om. jud. l. 1. C. de exhib. reis. l. fin. C. de re milit. lib. 12. De quo Bobadil. lib. 3. cap. 2. à num. 67. & Azeved. l. 1. num. 70. tit. 16. Tandem, ut ex ipſa profeſſione, ac veluti familia electi judices crederent non ſibi acerbam committi juriſdictionem, ſed æquiſſimam, & ſimillimam quæ demandatur Magiſtris trivialibus l. ſed ſi §. ſi magiſter ff. ad leg. Aquil. qualis eſt modica coercitio, ac veluti æconomica caſtigatio. *Judices ſcholariũ quinam ſint.*

955 Maior eſt dubitatio, quinam juxta citatam Authen. dicantur judices, & quot? Nonnulli authores apud Petrum Barboſ. de jud. l. 1. a. 4. à num. 140. tres judices ſcholarium eſſe dixerunt, imò Rebuff. exiſtimans v. Dominum d. Authen. accipiendum de Rectore, anſam præbuit, ut quatuor judices habere ſtudioſos, & quemlibet in ſolidum ſcriberet *Judices ſcholariũ qui, & quot.*

Digitized by Google

beret Marta de juriſd. 4. par. centur. 1. caſu 39. num. 1. & Horatius Lucius de privil. ſcholar. priv. 65. Rectiùs tamen Eſcobar cit. num. 6. affirmat in d. Authen. generaliter ſtudioſis duos judices ſtatui, ſcilicet præceptorem, vel Epiſcopum, non etiam ſæcularem Magiſtratum. Cauſa enim deceptionis (ut benè notarunt ibi Donel. Cujac. & Oſuald. 17. commen. cap. 20. lit. k.) quæ novit illos authores ad aſſerendum ternarium judicum numerum, fuit § penult. in procem. ff. quo Berytenſium ſtudio tres judices dantur, inter quos eſt Præſes provinciæ, ut videre eſt apud Socin. in cap. licet num. 90. col. pen. de foro compet. & Petrum Greg. de Repub. lib. 18. cap. 10. nu. 2. At conſtitutio hæc ſpecialis eſt, & d. Authen. antiquior. Quod verò non benè accipiatur de Rectore v. Dominum, ſed coincidat potius cum Magiſtro, ita ut verba Domino, vel Magiſtro ſint ſynonima, defendunt Compilatores Alfonſini lib. 7. tit. 31. par. 2. in l. 6. Verùm præceptorum juriſdictionem partim non uſu perditam, partim ſingularibus conſtitutionibus abrogatam, & ad unum Rectorem in pleriſque ſtudijs redactam, tradunt Donel. in d. Auth. num. 20. Petrus Greg. cit. lib. 18. c. 2. & Oſuald. d. lib. 17. cap. 20. lit. k. init.

Conſervatoris officium in nonnullis Academijs.

956 Anguſtin. Barb. in collect. Codicis tom. 2. ad d. Authen. num. 23. ait legem Hiſpanam 7. verſ. E non les deven tit. 31. part. 2. reſtringere Authēticæ diſpoſitionem in eo, quòd illa in omni negotio non tam civili, quàm criminali, hæc in civili tantum hujuſmodi fori electionem concedat. Vide Gabrielem Alvarez de privileg. miſerab. perſon. q. 12. num. 12. & ſeq. Proſequitur deinde Barb. citat. nonnulla de Judicibus Conſervatoribus Academiarum. Scholaſticis (inquit) noſtræ inclytæ Vniverſitatis Conimbricenſis Conſervator judex deſignatur, cui incumbit conſervare privilegia Vniverſitati, ſcholaſticis, & alijs conceſſa, & ſecundùm illa de eorum cauſis judicare. Ita in Statut. lib. 2. tit. 27. cujus meminit Ordin. Reg. Luſit. lib. 3. tit. 12. §. 1. in fine, tradit Molina tom. 6. tract. 7. diſp. 29. nu. 7. & Alvar. Valaſc. Conſult. 152. num. 4. De judice ſcholarum Vniverſitatis Salmanticenſis, qui Magiſter ſcholarum appellatur, meminerunt Perez l. 1. tit. 7. lib. 1. Ordin. Salzed. ad Bernard. in pract. cap. 3. verſ. fin. Gutier. pract. lib. 3. q. 9. num. 3. ubi ait quòd coram Magiſtro Scholarum judice Conſervatore Apoſtolico Vniverſitatis generalis Doctorum & Scholarium Salmāticenſis, quotidie Scholares conveniunt ſuos debitores, & decernuntur ab eo contra ipſos in contumaciam ſententiæ excommunicationis, ſervata forma legis regiæ hoc permittentis, nempe 18. tit. 7. lib. 1. novæ Recop. Molina loco citato. Salmanticenſi ſtudio, & in eo operam litteris impendentibus per dictam l. 18. privilegiū conceſſum. Complutenſi poſtmodum lex 26. ejuſd. tit. & lib. commodavit, Valliſoletano deinde l. 28. ſequeos. Hactenus Barboſa.

957 Sed quanvis dictus Barboſa, Luſitanus cum ſit, tacuerit Conſervatores noſtræ Eborenſis Academiæ, faciens mētionem Conimbricenſis, & aliarum externarum, tamen de noſtris meminere graviſſimi authores, etiam Caſtellani, nempe Molina tom. 5. poſt. diſ. 29. num. 7. Eſcobar cap. 21. num. 78. & alij infra toto hoc libro citandi. Interim ex Molina aſſerit Eſcobar in Vniverſitatibus Eborenſi & Conimbricenſi juriſdictionem in univerſos ſtudioſos laicos, merè laicam eſſe, & à Principe laico judicem conſtitui, & in Eborēſi eſſe etiam alium Conſervatorem Eccleſiaſticum, qui à Rectore eligitur, tamen ex Bullis Apoſtolicis Eccleſiaſticam à Pontifice exercere juriſdictionem in omnibus ſtudioſis clericis, ab beneficiarijs, qui omnino ejuſdem Bullis exempti ſunt ab Archiepiſcopo.

Conſervatoris Eborenſis officium.

Quod attinet ad officium Conſervatoris in Eborenſi Academica, ejuſque nominationem, dum non inveſtigamus ejus poteſtatem, & juriſdictionem, innoteſcere nobis melius non poterit, quam allato inſtrumento veri, quod Reverendus Pater Aſſiſtens Ioannes Alvarez Romæ obtinuit à Patre Procuratore Generali Societatis Ieſu: & ita habet; ¶ Pius V. rejecit in Societatem omnem juriſdictionem Vniverſitatis Elborenſis. Et quia acceperat exercitium juriſdictionis civilis & criminalis repugnare Conſtitutionibus Societatis, voluit illam exerceri per officiales Elborenſis Eccleſiaſticos, & ſeculares ad nutum voluntatis ipſius Rectoris cum ampla inhibitione: & in hoc nulla poteſt oriri difficultas. Et quia experientia docuit quòd ratione dictæ exemptionis, & juriſdictionis variæ oriebuntur controverſiæ inter Rectorem d. Vniverſitatis, & officialem Archiepiſcopi Elborenſis, & propterea commodè nominari non poterat d. Officialis; & Inquiſitores aliquando requiſiti executioni voluntatis Rectoris incumbere non poterunt, fuit petita à Sixto V. prorogatio, ſeu extenſio dictorum executorum: & ipſe conceſſit, quod Rector, & Provincialis, qui poſſunt ex litteris Pij V. ſupradictos Officiales nominare, poſſent etiam nominare unum, vel plures in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutos, tam ſæculares, quàm quorumvis ordinum regulares, Decretorum Doctores, vel in Theologia Magiſtros, aut Licentiatos, quos ipſi nominare judicaverint, qui poſſint dictam Vniverſitatem, & illius perſonas, bona & jura defendere, & eis juſtitiam adminiſtrare ſimpliciter, & de plano, ſola facti veritate inſpecta in his quæ judicialem requirunt indaginem. Non obſtante in cæterà, quod Conſervatores non poſſint niſi de manifeſtis injurijs, & violentijs, atque alijs, quæ judicialem

Conſervator Eborenſis nominandi qui.

non requirunt indaginē, cognoſcere, & ſe intromittere, ut clarè legitur in litteris Sixti V. in quibus impropriè dicitur Conſervator. Eſt enim ille nominatus propriè judex executor dictæ Univerſitatis, & non Conſervator. Datū Romæ 30. Aprilis, anni 1607.

Laur. de Fraules.

Quæ omnia confirmavit Gregorius XV. in Bulla quæ incipit Venerabiles fratres.

Conſervator non eligitur in Concilio diæceſano.

958 Dubium eſt 1. An deputandus in Conſervatorem Eborenſis Academiæ eſſe debeat unus ex electis in Concilio Diæceſano? Pro parte affirmativa facit quod Clemens VIII. Ordinat. 3. apud Bullarium Cherubini tom. 3. revocavit omnes deputationes Conſervatorum, etiam Univerſitatum, non electorum in Concilijs Provincialibus, aut diæceſanis juxta decretum Concil. Tridentini ſeſſ. 25. cap. 10. de reform. & ordinavit, quòd omnes deinceps litteræ conſervatoriæ per Sedem Apoſtolicam concedendæ, ad Conſervatores & judices duntaxat dirigantur, qui qualitates habeant juxta cap. ſtatutum, de reſcript. in 6. quique in præfatis Concilijs electi, & deſignati ſint, & non alij: alitet verò expeditæ litteræ præfatæ, nullius ſint roboris, vel momenti. Accedit quòd Gregor. XV. in Conſtit. 9. apud eundem Cherub. tom. 3. inhærens veſtigijs ejuſdem Clementis eandem revocatio nem fecit, & idem ſtatuit circa qualitates Cōſervatorum, nempe ut vel ſint perſonæ dignitate Eccleſiaſtica præditæ, vel perſonatum obtinentes, vel Eccleſiarum Cathedralium Canonici exiſtant, juxta d. cap. Statutum, & prædicto modo ſint electæ, & deſignatæ: Statuitque pœnas §. 4. in eligentes aliter Conſervatores, vel eis electis utentes, ſive regulares, ſive alij ſint. &c.

959 Nihilominus pars negativa tenēda eſt, 1. quia prædicta Ordinatio Clementis VIII. fuit quædam regula ejus Cācellariæ, ut probat Moneta de Conſervat. cap. 5. à num. 145. ac proinde morte ipſius Clementis expiravit, ut cum alijs notat idem Moneta nu. 151. advertens etiam vivente ipſo Clemente nō fuiſſe ubique receptam. 2. Quia Conſtitutio illa Gregorij XV. non fuit in Luſitania recepta, ideoque non ligat in hoc regno. Nam Conſtitutionem uſu non receptam, non ligare, ſaltem poſt decennium, tradit cum Geminiano, Imola, Felino, & Iaſone Covarruvias 2. var. cap. 16. num. 6. & cum Romano, Aretino, & alijs Moneta citatus num. 152. & cum Navarro, Emman. Roderico, ac Petro Ledeſma Sanch. de Matr. lib. 3. diſp. 18. num. 1. aſſerens ita tradere communiter Doctores ad cap. 1. de treuga, & pace, & Garcia de benefic. parte 11. cap. 5. §. 1. num. 1. citans Puteum, Pariſium, Gutierrez, Azorem, & Rotam Romanam.

Conſtitutio uſu nō recepta.

3. Et fortiùs, quia licèt demus illam Conſtitutionem fuiſſe receptam, & obligare in Luſitaniæ Regnis ac dominijs, adhuc non obligat quoad Eborenſes Conſervatores, ſiquidem quoad illos revocata fuit per eundem Pontificem. Nam dicta Conſtitutio fuit edita & publicata die 20. Septembris anni 1621. Et Bulla ultima Conſervatoria Academiæ Eborenſis fuit expedita poſteriùs ab eodē Gregorio XV. die 8. Novembris ejuſdem anni 1621. cum expreſſa non obſtantia prædictæ Conſtitutionis, quæ ſic habet: ¶ Non obſtantibus prædictis, & quacunque litis pendentia, & noſtris dē non tollendo jure quæſito, & in Cancellaria Apoſtolica noviſſimè publicata, qua cavetur, ne eligantur in Conſervatores, niſi perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica, conſtitutæ, qui etiam in Judices ſynodales deputati exiſtant &c.

Viget ergo adhuc conceſſio eligendi Conſervatorem Academiæ Eborenſis, quæ per eandē Bullam Conſervatoriam facta eſt his verbis:

¶ Necnon nunc, & pro tempore exiſtentibus Præpoſito, & religioſis prædictis, ut ipſorum Collegij, & Univerſitatis Conſervatores eum, vel eos in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutos, tam ſeculares, quam quorumvis ordinum regulares, Decretorum Doctores, vel in Theologia Magiſtros, vel Licenciatus, quem, vel quos Rectos, ſeu Provincialis, aut Præpoſitus & Religioſi prædicti duxerint nomidādos, & eligendos, aſſumere poſſint, & valeant, itidem perpetuō concedimus, & indulgemus.

960 Dubium eſt 2. An ſufficiat ut quis eligatur in Conſervatorem Eborenſis Academiæ quòd ſit Doctor vel in jure Canonico, vel in ſacra Theologia, quanvis nullam aliam præeminentiam, vel dignitatem habeat? Videbitur alicui negandum. Quia Doctoratus in rigore non eſt dignitas, & Pontifex verbis proximè citatis exigit in deputando, ſeu nominando dignitatē Eccleſiaſticam, nec inter illam & Doctoratum, ac Magiſterium ponit ſeparationem per particulam (vel) ſicut ponit inter Doctoratum Decretorum & Magiſterium Theologiæ, ſed videtur loqui copulativè, & non disjunctivè. Nihilominus affirmandum eſt ſufficere. Ratio eſt, quia licèt inter dignitatem Eccleſiaſticam, & Doctoratum illum non ponatur expreſſè particula aliqua disjunctiva, ponitur tamen tacitè, & tum ex contextu verborum, tum ex communi uſu loquendi poſita intelligitur. Accedit praxis & conſuetudo optima legum interpres: nam videmus ſæpe nominari Conſervatores hujus noſtræ Academiæ Doctores in S. Theologia, qui aliunde non habent dignitatem Eccleſiaſticam. Tandem ſi verba Pontificis facerent ſenſum copulativum, ſequeretur non ſufficere habere dignitatem Eccleſiaſticam veram & rigoroſam, niſi huic dignitati adderetur prædictus Doctoratus: hoc autem nullus admittet,

Doctor eſt poſſit nominari conſervator Eborenſis.

cum

eum ſit contra praxim frequentiſſimam à nemine impugnatam. Aliter minùs faveret S. Pontifex huic ſuæ Eborenſi Academiæ, quàm reliquis communitatibus, in quarum Conſervatoribus, ſolum poſtulat dignitatem Eccleſiaſticam, quod dicendum non eſt. Addo, quávis diploma foret dubium, adhuc interpretandum eſſe latè, & favorabiliter tanquam beneficium Principis. Igitur ſufficier non habenti dignitatem illam, habere dictos Doctoratus, vel ſaltem Licentiaturas.

Canonicus deputandus Conſervator Eborenſis.

961 Dubium eſt 3. Vtrum probabile ſit poſſe Canonicum Eccleſiæ Cathedralis ſtando in jure communi antiquo nominari Conſervator. Academiæ Eborẽſis? Partem negantem poſſe Canonicum Eccleſiæ Cathedralis deputari Conſervatorem, defendimus ſupra num. 948. cum varijs tanquam ſimpliciter veram, quibus modò addimus Monetam de Conſerv. cap. 5. num. 117. Illuſtr. Cæſarem in releɛt. de Eccleſiaſt. Hierarchia diſp. 12. §. 6. num. 25. & Azorium tom. 2. lib. 3. cap. 11. q. 16. & quidem pro ea multum urgent Bullæ, in quibus Canonici Eccleſiæ Cathedralis Conſervatores deputantur non obſtante quòd nõ ſint de perſonis, quæ deputari poſſint Conſervatores, ut patet ex tom. 1. Bullarij apud Cherubinum In Bulla quæ eſt poſt 15. Leonis X. §. 7. & in Bulla 6. §. 3. Clementis VII. & in Bulla 10. §. 3. Iulij III. & ex tom. 2. ejuſdem Bullarij in Bulla quæ eſt ante Bullam 42. Pij V. §. 3. & in alia Bulla Leonis X. quæ eſt in libro privileg. Hoſpitalis S. Spiritus in Saxia fol. 41. & in Bulla Pij V. relata per Monetam cit. num. 119. Adde dictos Canonicos non eſſe perſonas in dignitate conſtitutas, ut poſſint deputari Conſervatores, deduci ex multis alijs Bullis, in quibus Pontifices deſignando in generali pro Conſervatoribus perſonas in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutas, addunt, Etiam Canonicos, vel Et Canonicos, ut notat Peytinus d. nu. 10. ex quadam Bulla Iulij II. & in alia Clementis VII. Ex quibus omnibus videtur apertè conſtare Canonicos nec eſſe de illis, qui ſecundùm jus antiquum deputabiles ſunt In Conſervatores, nec eſſe in vera dignitate Eccleſiaſtica conſtitutos.

Canonicus probabiliter aptus ad munus Conſervatoris.

962 Nihilominus adhuc exiſtimo probabilem partem affirmativam. Eam tenent Guilielmus Durante 1. p. ſpecul. tit. de judice delegat. ad fin. num. 22. Baldus in Margarita v. Canonicatus, Barboſa in collect. Triden. ſeſſ. 25. cap. 10. de reform. ubi citat Flamin. Riccium, Gonzales, & alios. Sed præ omnibus unus apud me magnum habet pondus authoritatis, Ludovicus Gomez Epiſcopus Sarnenſis, ſacri Palatij auditor, ac S. Pænitentiariæ Regens, vir doctiſſimus, & in Academia Patavina antea juris Canonici profeſſor, qui in cap. ſtatutum num. 110. & 111. de reſcript. in 6. eam magis approbat, quàm negativam his verbis; ¶ In eadem Gloſſ. ibi item ſcias, habes, quòd licèt Canonici Eccleſiæ Cathedralis poſſint eſſe delegati, non tamen poterunt eſſe Conſervatores, Ratio iſtius concluſionis eſt ſecundùm Gloſſam ex eo, quia in c. finali infra de officio delegati non fit mentio de canonicis, Doctores omnes ſimpliciter tranſeũt cum iſta Gloſſa. Sed mihi iſta opinio non ſatisfacit, ex eo, quia quando duo ſunt æquiparata in materia æquipollenti, diſpoſitio poſtea loquẽs de uno, habet locum in alio, niſi expreſſè excipiatur l. ſi quis ſervo C. de fur. Tradit Bart. in l. ſi conſtante in 5. col. & ibi Iaſon ff. ſoluto matr. & Abbas in cap. de multa, & Gloſ. in verbo In eadem Eccleſia, de præbendis. Sed in textu noſtro Canonicatus æquiparatur dignitati in materia delegationis; ergo eo modo, quo poteſt eſſe delegatus, poteſt eſſe Conſervator, cũ Conſervatores judicibus delegatis æquiparentur, & ita ſub illo titulo ponuntur, ut patet, in cap. 1. & fin. infra de officio delegati.

Canonicatus an ſit dignitas.

963 Hactenus Ludovicus Gomez, qui ſuam ſententiam probat ex duplici æquiparantia, altera inter judicem delegatum & Conſervatorem, altera inter dignitatem Eccleſiaſticam & Canonicatum. Et quidem mihi non levem affert vim, quòd graves authores affirment Canonicatum Eccleſiæ Cathedralis eſſe dignitatem Eccleſiaſticam. Nam Audiores Rotæ deciſ. 51. num. 3. lib. 1. apud Farinacium, qui in ſummario hujus numeri, & in Indice poſuit, Canonicatus eſt dignitas, ſtatuerunt ſicut non poteſt infamis conſequi dignitates cap. Infamibus, de regul. juris in 6. ita nec conſequi Canonicatum in Cathedrali. Barboſa in cap. 17. num. 3. de officio deleg. ait Canonicos Eccleſiæ Cathedralis eſſe perſonas conſtitutas in dignitate, Riccius in 3. p. deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. deciſ. 25. num. 5. ait Canonicos Eccleſiæ Cathedralis eſſe viros in dignitate poſitos, & citat Verallum deciſ. 90. p. 1. Moedanum deciſ. 1. de conſtitut. Idem Riccius in praxi fori Eccleſ. deciſ. 105. num. 5. ita habet; Et quòd Canonicatus dicatur dignitas, facit deciſio Achillis de Graſſis 1. de reſcrip. ubi concludit, quòd quando Brevia ab Vrbe ſolent committi Canonicis, ſi poſtea committantur conſtitutis in dignitate, poterunt expediri per canonicos, attenta veriſimilitudine committentis. Martha in digeſtis noviſſimis tom. 6. titul. Canonicus cap. 34. ſic habet: Canonicatus in Cathedrali ſecundùm latam ſignificationem dignitas appellatur, & cum Canonia & dignitas æquiparentur, ad cauſam ſub lata ſignificatione comprehenſam, ipſa diſpoſitio, multo magis, ſi favorabilis eſt, extenditur. Cum igitur Canonicatus Eccleſiæ Cathedralis ſit dignitas, vel ſecundùm veritatem, vel ſecundùm æquiparantiam, & æquiparatorum eadem ſit diſ-

Conſervator Canonicus.

poſitio

Digitized by Google

poſitio l.1.ff.de legat.2. Gloſ. in l.ſi quis ſervo de furtis, Ioan.de Anan. conſ.27. Viſo caſu n.3. & Alex. conſ.17. probabile eſt poſſe eligi in Conſervatorem Academiæ Eborenſis ſimplicem Canonicum Cathedralis, etiam ſtando in Bulla Conſervatoria ejuſdem Academiæ. Accedit quòd P.M.Emmanuel Paes vir doctus, & in ſtudendo infatigabilis poſtquam pro hac ſententia in ſuis manuſcrip. citavit Franciſcum Zepeum in conſult. canon. lib.1. tit. de ætate ordin. conſil.3. Dianam 6. par. tract.7. reſol.35. §.2. & par.9. tract. 8. reſol.4. & Trullench. de Sacram. lib.6. cap. unico de ordine dub.7. nu 27. Avilam tract. de domicil. cap.4. §.2. num.17. & Comitolum reſp.mor.lib.6.q.43. affirmat ſe conſuluiſſe de hac re Doctorem Alvarum Suarez de Caſtro Præſidem meritiſſimum Tribunalis S.Inquiſitionis Eborenſis, qui modò eſt digniſſimus Inquiſitor ſupremi Senatus, & deſignatus Epiſcopus Braſiliæ, eumque conſultũ ſibi dixiſſe eam ſententiam eſſe probabilem, ſeu magis probabilem, & confirmaſſe aliquot exemplis perſonarum, quæ illam praxi mandarunt in hoc regno. Et ſimilia exempla (inquit) ſe vidiſſe teſtatus fuit Licentiatus Frãciſcus Barreto Senator & Cancellarius Archiepiſcopalis curiæ Eborenſis.

DISPVTATIO II.

De poteſtate, & juriſdictione Conſervatoris.

964 EXpoſita idoneitate Conſervatoris, & cauſis ipſius conſtitutivis, ſequitur ut exponamus poteſtatem, & juriſdictionem, qua pollet. Hoc præſtabimus diſcutiendo imprimis naturam, & qualitatem dictæ poteſtatis & juriſdictionis: deinde illius objectũ, nempe circa quid poteſtas illa verſetur, ſeu quid Conſervator poſſit, & circa quas perſonas, & contra quas poſſit. Tandem nobis diſputandum erit de Conſervatoris Academici territorio, ac de juriſdictionis illius prorogatione, & extenſione.

QVÆSTIO I.

Sitne juriſdictio Conſervatoris delegata, an ordinaria? privativa, an cumulativa?

SVpponimus tanquam indubitatũ Conſervatorem pollere vera, ac rigoroſa juriſdictione: eſt enim (ut ſupra vidimus) judex in foro externo, proindeque potens ferre ſententias, quæ ſine juriſdictione ferri nequeunt. Sed antequàm accedamus ad expediendam duplicem propoſitam difficultatem, præmittendum eſt quid ſit juriſdictio ordinaria & delegata, quid privativa, & cumulativa. Iuriſdictio ordinaria juxta Molinam tract. 5.diſp.8.num.2. eſt quæ alicui competit ex munere ſuo, ſeu quam quis ex munere ſuo exercet. Vnde poteſtates ordinariæ (inquit num.3.) ſunt non ſola ſuprema, ſed etiam quæ à ſuprema derivantur, modò tamen ex proprio munere ad id creato ac conſtituto exerceantur. Iuriſdictio delegata juxta definitionem ipſius Molinæ citati diſp.14.num.1. Eſt poteſtas, quæ non ex proprio munere, ſed ex commiſſione mediata, vel immediata alterius, qui id habet ex proprio munere exerceri poteſt. Quo fit ut delegatus aliena juriſdictione utatur, nihil ea in parte habens proprium, ut ſumitur ex l.1.§.qui mandata, & l. pater ff.de offic. ejus cui mand.eſt juriſd. Iuriſdictio privativa (ut exponit Fragoſus par.2.lib.5.diſp.14.§.3.) eſt quæ conceditur cum inhibitione, ne alij de illis cauſis, ſeu cauſa poſſint cognoſcere, ſeu inquirere. Vnde dicitur privativa, quia privat alios juriſdictione, ſi quam antea in tali cauſa habebant. Cumulativa è contra eſt illa quæ conceditur ſine prædicta inhibitione, vel privatione, atque adeo talis dicitur, quia perſiſtit cum alijs juriſdictionibus in eadem cauſa, per quandam accumulationem. Addit Fragoſus ibid. juriſdictionem, ut ſit privativa, debere cõcedi in favorem perſonæ: quod ſi concedatur in favorem cauſæ, eſſe cumulativam. Sic lex 1. tit.2.lib.9.recopil.Caſtellæ, Afflict. decil.41. à n.1. Azeved. in rub.tit.13.recep.num.1. & Curia Philip.p.1.§.4.n.13.

Ordinaria & delegata juriſdictio.

Privativa & cumulativa juriſdictio.

965 His poſitis, prior difficultas inquirit, ſitne juriſdictio Conſervatoris Ordinaria, an delegata? Procedit imprimis de Conſervatore abſolutè, & ſecundum nominis proprietatem accepto, deinde de Cõſervatoribus, qui ſunt judices Academici. Quoad 1. opinabitur aliquis Conſervatorem polle-

Juriſdictio Conſervatoris ſit ordinaria.

Digitized by Google

pollere juriſdictione ordinaria nixus hoc fundamento, quia juriſdictio ad univerſitatem cauſarum reputatur ordinaria, vel ſaltem ordinariæ æquiparatur, Gloſ. in cap. cum cauſam, ubi Præpoſ. Franc. Dec. de appellat. & Gloſ. in l. à judice, ubi Iaſ. num. 8. Sbroz de Vicar. Epiſc. lib. 1, q. 22, num. 12. & Menoch. lib. 1. de arbitr. q. 67. à num. 52. ſed Conſervatores habent juriſdictionem ad univerſitatem cauſarum, ut cũ multis tradit Moneta de Conſerv. cap. 7. num. 40. ex eo quia delegatus ad Vniverſitatem cauſarum is dicitur, cui ſub uno univerſitatẽ verbo commiſſæ ſunt cauſæ l. 1. ff. quis, & à quo appell. & ſic ſe habet abſolutè Conſervator; ergo pollet juriſdictione ordinaria.

Nihilominus dicendum eſt Conſervatorem abſolutè acceptum in proprietate ſermonis judicem delegatum eſſe, ſeu pollere juriſdictione delegata, & non ordinaria regulariter loquendo. Ita Gloſ. 2. cap. 1. de offic. deleg. in 6. ubi Gemin. num. 5. Butr. num. 4. Franc. nu. 3. Ioan. An. num. 2. Archid. num. 1. Everar. in loc. legal. à Rub. num. 5. Anchar. conſ. 132. num. 1. Ruin. conſ. 311. Io. Neviz conſ. 35. num. 5. Navar, conſ. 3. num. 1. ſub tit. offic. deleg. Mandoſ. in prax. lig. grat. v. Conſervatoria, Fuſcat. de viſit. Eccleſ. lib. 2. cap. 23. num. 3. S. Anton. 3. par. Summæ tit. 9. cap. 4. § . 2. Petrus Gregor. lib. 44. ſyntag. cap. 22. num. 23. & lib. 18. de Repub. cap. 10. num. 5. Azor inſtit. Moral. par. 2. lib. 5. cap. 34. Moneta de Conſerv. cap. 7. num. 36. & Molina tract. 5. diſp. 29. num. 1. Sumitur 1. ex authoritate, quia materia Conſervatorum ponitur ſub tit. & rub. de officio delegati, ex quo apertè collocaretur ſub illo titulo, qui eſt ad tractandum de judicibus delegatis. Sumitur 2. ex ratione, nam juriſdictio ordinaria eſt illa quæ alicui competit ex munere ſuo, delegata, quæ competit ex commiſſione alterius, & eſt veluti aliena, ut diximus num. 964. atqui juriſdictio non competit Conſervatori ex proprio munere, ſed ex commiſſione Pontificis, ut planum eſt; ergo eſt juriſdictio delegata, & non ordinaria. Sumitur 3. ex confirmatione, quam afferunt Gemin. Anchar. & Io. An. & alij ad d. cap. 1. quia juriſdictio ordinaria non expirat morte mandantis etiam quoad non cæpta, ut habetur cap. 2. de offic. deleg. in 6. competit enim ratione muneris, quod nunquam extinguitur, licèt aliquando vacet: atqui juriſdictio, & officium Conſervatoris quoad non cæpta expirat per mortem concedentis, ut habetur expreſſè cap. fin. §. Officium, de officio deleg. in 6. ergo juriſdictio Conſervatoris non eſt ordinaria, ſed delegata.

966 *Delegatus ad univerſitatem cauſarum quis.* Ad fundamentum partis contrariæ, quanvis Franc. in cap. cum cauſam, num. 27. de appel. Anchar. ad d. cap. fin. n. 2. & expreſſiùs Menoch. lib. 1. de arbitr. judic. q. 67. num. 63. negent Conſervatorem eſſe delegatum ad univerſalitatem cauſarum, ſed ad certum genus cauſarum, idque ob eam rationem, quòd Conſervatores non dentur ad omnes cauſas unius territorij, ſed unius generis perſonarum, & ex hoc dicant non æquipollere illorum juriſdictionem ordinariæ, tamen fatendum eſt aliquos ſaltem Conſervatores dari ad univerſitatem cauſarum, ad quod ſufficit ut fiat illis (ut dicebatur) commiſſio univerſali verbo, putà ſi mandentur alicui lites, & controverſiæ illæ omnes, quæ contigerint inter mercatores, vel inter clericos unius civitatis, ut cum multis reſolvit Sanch. de Matrim. lib. 3. diſp. 31. num. 4. hi enim dicuntur judices ad univerſitatem cauſarum. Vnde Conſervatores ſic ſe habent; non enim certum genus cauſarum. Vnde Conſervatores ſic ſe habent; non enim certum genus cauſarum, neque contra certas perſonas illis ſemper fit commiſſio, ſed plerunque ad favorem certi generis perſonarum, aut etiam certæ perſonæ contra quoſcunque inferentes injurias, aut violentias Conſervatores dantur. Neque ob id infertur illorum juriſdictionem eſſe re vera ordinariam, ſed ſolum in hoc æquipollere ordinariæ: nam rectè intelligimus poſſe inter duas res ſtare diverſitatem cum æquipollentia.

967 Quoad ſecundùm de Conſervatore Academico, eſt maior dubitatio, ſitne illius juriſdictio ordinaria, an delegata? *Iudex ſtudioſorum an ſit ordinarius.* Et quidem ſi loquamur de judicibus ſtudioſorum ſpectato jure authenticæ Habita C. ne filius pro patre, quanvis Zaſius l. 2. ff. de orig. jur. negaverit judicem ſtudioſorum eſſe ordinarium, & dixerit innominatum vocari debere, motus ex eo quòd omnis judex ordinarius territorium habere debeat, & magiſtratus Academici illud non habeant, ut docent Bald. & alij plures relati à Boerio deciſ. 227. num. 16. Palatio Rub, in cap. per veſtras 2. notab. verſ. ſed eſt pulchra num. 26. Oſuald, lib. 17. com. cap. 9. lit. C. & Barb. l. cum præter 12. §. 1. num. 46. de judic. tamen dicendum eſt ſtudioſorum judices, cum à lege juriſdictionem ſtabilem, & perpetuam habeant, eſſe judices ordinarios, ut rectè tradunt Salycet. d. auth. num. 20. Rebuff. privil. 69. & 71. & 58. Maria de juriſd. 4. par. centur. 1. caſu 39. Lucius priv. 65. & Barb. cum pluribus l. 1. art. 1. num. 119. de judicijs. Nec obſtat quod afferebatur de defectu territorii. Nam etſi reſponderi poſſet, non exigi territorium ad eſſentiam juriſdictionis ordinariæ, ut docent Bald. d. auth. num. 48. & latè Moneta cit. cap. 7. à n. 41. tamen exiſtimamus cum Eſcobar cap. 9. ſtudioſorum judices territorium habere, quod infra oſtendimus.

968 Quid de Conſervatoribus Academicis, qui hodie ex jure ſpeciali ſunt ſtudioſorum judices? Non poſſumus ferre judicium de omnibus in ſingulis Academijs, *Conſervatores Academici an ſint judices ordinarij.* cum

cum illud pendeat ex modo, quo tales judices ex peculiari ſtatuto, vel conſuetudine poteſtatem accipiant. Dicemus tantum de Conſervatore Salmantino, Conimbricenſi, & Eborenſi. Quod attinet ad Salmantinum, ſeu Scholæ Magiſtrum, eum eſſe judicem ordinarium apertè teſtatur Martinus V. Pontifex Conſtitut. 6. & 33. de eadem Academ. & Rex in duobus reſcriptis fol. 338. ipſarum Conſtit. Patet 1. quia juriſdictio antiqua judicum ſtudioſorum fuit translata in Scholæ Magiſtrum, & illa (ut oſtendimus) ordinaria eſt; ergo in Scholæ Magiſtro potius excitata, quàm delegata judicabitur juxta l. ſæpe 8. ff. de offic. præſidis l. 1. init. juncto §. initium ff. de offic. præfecti verbis. Cap. licet in corrigendis, & cap. grave, de offic. ordin. Patet 2. ex multiplici effectu talis juriſdictionis indicante illam eſſe ordinariam. Primus effectus eſt, quòd juriſdictio Conſervatoris Salmantini perpetua ſit, nec expiret morte concedentis, aut ipſius exercentis, tum quia conceſſa eſt dignitati, non perſonæ. Cap. quoniam Abbas, de offic. delegat. tum quia univerſitas ſcholarium perpetua eſt l. proponebatur ff. de judic. & ideo juriſdictio conceſſa Univerſitati perpetua eſt judicanda l. forma §. quenquam ff. de cenſibus. Et ita in ſpecie tradunt Emman. Roter. tom. 1. q. 65. a. 6. & Marcheſan. 1. p. à nu. 162. Secundus effectus eſt, quòd licèt caveatur in Triden. ſeſſ. 14. de reform. c. 5. ne ultra quinquennium quis gaudeat beneficio Conſervatoriæ, adhuc Salmantina durabit perpetuò, tum ex dictis, tum quia citato loco Tridentini univerſitates, & collegia excipiuntur. Tertius effectus eſt, quòd Salmantina Conſervatoria, & ſimiles, nunquam amitti poſſunt per non uſum, niſi concurrant illa omnia, quæ ſpectare ſolent ad præſcriptionem privilegiorum ex nó uſu.

Iuriſdictio ordinaria adieſſe delegata cenſetur.

969 His non obſtantibus, Conſervatorem Salmantinum eſſe judicem delegatum, & non ordinarium, reſolvunt in ſpecie Parlador differ. 127. num. 6. Eſcobar cap. 19. num. 2. & in Conſervatoribus Academiæ Tholoſanæ, & Caducenſis Petrus Gregor. lib. 47. ſyntag. cap. 22. num. 24. Probant 1. nam quoties juriſdictioni ordinariæ aliquid adjicitur quod judex aliter facere nequibat, vel detrahitur, tunc juriſdictio commiſſa, non ordinaria excitata appellatur, ut oſtendit Iulianus in l. etſi prætor 3. ff. de officio ejus, & jus Caſtell. l. 4. tit. 6, lib. 2. Recop. Probant 2. ex illa clauſula (authoritate noſtra) quæ in Conſervatorijs litteris exprimi ſolet, habetque eam vim, ut inducat juriſdictionem delegatam, quantumvis cauſæ committantur judici ordinario d. l. 3. ff. de officio ejus, & clariùs in cap. cum aliquibus de reſcriptis in 6. Ita Bobadilla lib. 2. cap. 21. à num. 25. Barboſa l. cum prætor 12. §. 1. à num. 28. de judic. & Tiberius Decian. tom. 1. crimin. lib. cap. 25. à num. 17.

970 Utraque propoſita ſententia conciliari poteſt, ut verum habeat, ſi conſideremus in Scholæ Magiſtro Salmantino duplicem rationem, ſeu potius juriſdictionem, alteram quam habet tanquam judex ſtudioſorum ex ſua primæva inſtitutione, alteram quam habet poſtea illi priori advenientem tanquam ſtudioſorum Conſervator. Igitur ſecundùm priorem utpote inſtitutam & excitatam ratione muneris, judex ordinarius eſt, & in hoc ſenſu procedit ac intelligitur prima ſententia: ſecundùm poſteriorem quà Conſervatoris, utpote datam ex ſpeciali commiſſione Pontificis, judex delegatus eſt: & in hoc ſenſu loquuntur authores ſecundæ ſententiæ. Explicatur exemplo Epiſcopi, qui habet duplicem juriſdictionem, alteram ex proprio munere Epiſcopali, quæ proculdubio ordinaria eſt, alteram ex commiſſione Pontificis juxta Triden. ſeſſ. 24. cap. 6. de reform. in caſibus Pontificis occultis, quæ ex mente Sylveſtri v. delegatus q. 8. Felini cap. quod ſedem, de officio ordinar. num. 2. & Gratiani multos referentis regula 443. num. 13. delegata eſt, quavis oppoſitum teneat, & quidem probabiliùs, Sanch. lib. 4. de Matr. diſp. 40. num. 14. Sic igitur Schola Magiſter Salmantinus quaſi duplicem gerens perſonam, quà judex ſtudioſorum eſt, juriſdictionem habet ordinariam, quà Conſervator, delegatam. Illud notandum eſt, tres illos effectus juriſdictionis, quos aſſignavimus nu. 968. competere Scholæ Magiſtro etiam quà Conſervatori, & tamen non convincere juriſdictionem eſſe ordinariã, quia perpetuitas illa ſolum datur ex puro privilegio, velut ab extrinſeco, & per accidens.

971 Quod attinet ad Conſervatorem Conimbricenſem laicum, & duos Eborenſes alterum Eccleſiaſticum, alterum laicum, opinabitur aliquis eos eſſe judices delegatos, 1. quia ſunt Conſervatores, & omnis Conſervatoria juriſdictio delegata eſt, omneſque Conſervatores judices delegati, ut communiter tenent Doctores, & conſtat ex ſupradictis. 2. Quia omnis juriſdictio commiſſa ex privilegio, delegata eſt: ſed ita ſe habet juriſdictio prædictorum Conſervatorum, ut conſtat ex Bullis Pontificijs, & diplomatibus Regijs: ergo eſt delegata. 3. Quia ſi quid obſtaret, ne foret delegata talis juriſdictio, eſſet perpetuitas; ſed hæc non obſtat, quia etiam in juriſdictione Inquiſitorum datur perpetuitas, & tamen judices delegati ſunt, quin ipſorum poteſtas expiret per mortem Pontificis delegantis, ut docent Eymericus in director. Inquiſ. par. 2. q. 4: Navarrus lib. 1. conſil. in tit. 29. de offic. jud. deleg. conſ. 1. dum. 1. Penam in 3. part. director. ſchol, 74. Simancas de Catholicis inſtitutor. tit. 34. num. 4. & Molina tract. 5. de juſt. diſp. 28. num. 1. ergo ſimiliter prædicti Conſervatores judices

Conſervatorum Conimbricenſis & Eborenſis juriſdictio ordinaria.

Inquiſitorum juriſdictio.

judices ſunt delegati. 4. Quia non aliter ſe habent Conſervatores Conimbricenſis, & Eborenſis, quàm Conſervator Salmantinus: ſed hic quà Cōſervator, eſt delegatus, ut diximus n. 970. ergo & illi ſunt delegati.

Eborenſis Conſervator eſt Iudex Ordinarius.

972 Nihilominus prædictos Conſervatores eſſe judices ordinarios, & non delegatos, tradit in ſpecie Molina tractat. 5. de juſtit. diſput. 29. num. 7. cujus verba utpote tanti authoris, & in materia tam noſtra liber apponere: Dum hæc (inquit Eboræ exponebamus, admonuimus Conſervatores ejus Vniverſitatis, & Conimbricenſis judices eſſe ordinarios, ac proinde de numero eorum illos non eſſe, de quibus ſermo in hac diſput. cap. 1. & ultim. de officio delegat. ſermo nobis eſt habitus. Eſt enim juriſdictio illa quoad ſcholaſticos merè ſeculares à Rege eis Conſervatoribus immediatè collata ad quandam Vniverſitatem cauſarum, quæ in dubio ordinaria eſt cenſenda juxta ea, quæ in ſuperioribus explanata ſunt: facileque conſtat eam juriſdictionem ordinariam eſſe ex illorum munerum creatione. Ad differentiam verò cæterorum judicum, & propter privilegia maxima Vniverſitati ac ſcholaſticis à Rege conceſſa, quæ efficere ut eis ſerventur, cura ejuſmodi judicibus incumbit, & quoniam juxta ea privilegia tenentur de rebus Vniverſitatis, & ſcholaſticorum, ipſuſque ſcholaſticos judicare, judices Conſervatores earum univerſitatum nuncupati ſunt. Hactenus Molina loco citato: cujus ſententiam affert, nec improbat Alphonſus de Eſcobar cap. 19. num. 28. ſed ſolum fatetur ſe de Conſervatoribus Academiæ Conimbricenſis & Eborenſis nihil ſcire. Meritò tamen illam amplectitur vir ſcientiſſimus in communi, & noſtro jure P. Baptiſta Fragoſus 2. par. lib. 4. diſput. 12. num. 2. Sebaſtianus à Coſta in Cruciatam quæſt. 86. & Mendez in pract. Luſitan. 2. par. lib. 2. cap. 2. Fundatur ratione, quàm inſinuat Molina in illis verbis: „Conſtat eam juriſdictionem ordinariam eſſe ex illorum munerum creatione. Nam omnes Doctores conveniunt eam juriſdictionem ordinariam eſſe, quæ competit ratione muneris de ſe perpetui, ita ut proveniat ab ipſo munere creato, & non muneri jam creato, ac in ſuo eſſe conſtituto adveniat: quidquid ſit de illis, qui dicunt eſſe etiam ordinariam, quæ muneri conſtituto, & non perſonæ advenit; cum verò omnis juriſdictio prædictorum Conſervatorum proveniat ab ipſorum munere per ſupremum Principem creato, ac plenè conſtituto, quod munus de ſe perpetuum eſt, ſequitur manifeſtè talem juriſdictionem ordinariam eſſe.

973 Hinc facilè diſſolves oppoſita num. 971. Ad primum dices, quidquid ſit de quæſtione, & proprietate vocabuli, non omnes, qui appellantur Conſervatores, eſſe judices delegatos, ſed illos tantum, quibus ex commiſſione, & non ex munere de ſe perpetuo juriſdictio competit. Vnde alij Conſervatores judices ordinarij, alij delegati ſunt. Explicatur à ſimili, nam in Societate Ieſu ſub hoc nomine (Viſitator) continentur alij Viſitatores delegati, quales illi, quibus Generalis committit ſuas vices ad tempus, alij Ordinarij, qui nempe pro ordinarijs alicujus provinciæ, vel quaſi provinciæ habentur, ut in noſtra Tranſtagana antequàm plenè conſtitueretur, datus fuit Viſitator à R.P. Generali Franciſco Picolomino, quem poſteà excitata controverſia R. P. Generalis Goſwinus Nichel, qui tunc erat Vicarius Generalis, declaravit pollere juriſdictione ordinaria. Ad ſecundum fatebe-ris juriſdictionem commiſſam ex privilegio eſſe delegatam, ſi committatur perſonæ ad tempus, vel etiam pro ipſius vita, quæ temporalis eſt; non verò ſi detur ex privilegio, ita ut pro tuendis privilegijs creetur munus de ſe perpetuum, à quo talis juriſdictio proveniat: & ſic ſe habet in prædictis Conſervatoribus. Ad tertium, quanvis Archidiaconus Cap. ne aliquis, de hæreticis in 6. dicat Inquiſitores eſſe judices ordinarios, ex eo quòd à Principe ad univerſitatem cauſarum deputentur, & per hoc fundamentum oppoſitum ſatis corruat, tamen admittens cum communi ſententia eos eſſe judices delegatos, & quidem non expirare ipſorum juriſdictionem morte Pontificis delegantis, reſpōdebis talem perpetuitatem dari veluti extrinſecè in tali juriſdictione, & ex mero privilegio, proindeque poſſe ſtare cum delegatione: at perpetuitas juriſdictionis in noſtris Conſervatoribus dari ab intrinſeco, cum dimanet à munere de ſe perpetuo, & ideo arguere juriſdictionem ordinariam eſſe. Addes cum Molina citato num. 1. juriſdictionem Inquiſitorum hodie ad ordinariam multum accedere. Ad quartum, admittes tanquam probabile quod diximus num. 970. ſcilicet Scholæ Magiſtrum quà Conſervatorem Salmantinum habere juriſdictionem delegatam, id autem negabis de Conſervatoribus Academiæ Conimbricenſis, & Eborenſis, & diſparitas eſt, quia horum juriſdictio provenit ex Conſervatorio munere, cui nunquam fuit adventitia, juriſdictio autem Salmātini quà Conſervatoris advenit juriſdictionī ordinariæ, quem ille habebat, prout erat judex ordinarius ſtudioſorum.

Iuriſdictio ordinaria et delegata, ubi eodem nomine.

Viſitator ordinarius, & delegatus.

Inquiſitorum juriſdictio delegata.

974 Poſterior difficultas inquirit ſit ne Conſervatoris Academici juriſdictio privativa, an cumulativa? Procedit imprimis

Iuriſdictio Conſervatoris an ſit privativa

ſpectato jure communi, quando nondum Cõſervatoris nomine cognito Imperator judicem ſtudioſis conceſſit Authen. Habita C. ne filius pro patre. In quo ſenſu affirmabit aliquis judicis ejuſmodi poteſtatem cumulativam eſſe, non privativam: idque probabit ex communi ſententia, quæ habet dato judice ſpeciali non præſumi derogatam juriſdictionem judicis generalis: quia talis derogatio odioſa eſt: ex quo fit juriſdictionem ſemper præſumi conceſſam cumulativè, non privativè, ut tradunt Menoch. conſil. 679. à num. 9. lib. 5. Roman. conſil. 293. Gutierr. pract. lib. 4. cap. 24. num. 2. & Phæbus tom. 1. deciſ. 28. num. 18. Dicendum nihilominus eſt judicis ſtudioſorum juriſdictionem, ſpectato communi jure, eſſe privativam, non cumulativam. Nam Fridericus Imper. ſtudioſis judices ſpeciales dedit, & cæteris locorum judicibus juriſdictioné abſtulit, ut ex d. auth. Habita, & l. 7. Caſtellæ tit. 31. part. 2. latè probant Eſcobar cap. 20. & Oſſual. lib. 17. cap. 20. lit. k. Ad id quod opponebatur ex communi ſententia, reſpondetur ex doctrina Baldi d. auth. Habita quando juriſdictio conceditur in favorem certarum perſonarum, & illarum favor eſt, quòd habeant ſolũ judicem particularem, tunc juriſdictionem eſſe privativam, & ita ſe ré habere in noſtro caſu, in quo proinde ceſſat præſumptio juriſdictionis conceſſæ cumulativè. Ita in ſpecie ex Aretino, Felino, & alijs reſolvit Garcia de nobil. gloſ. 1. n. 6. verſ. item facit celebris.

975 Procedit deinde difficultas propoſita, ſpectato jure ſpeciali Academiarum erga ſuos Conſervatores. Ut percurramus ſupradictos à num. 969. in Academia Salmantina (ut teſtatur Eſcob. cap. 20. num. 3.) Martinus Pontifex apertè voluit judices privativos eſſe Rectorem, & Scholæ Magiſtrum, unumquẽque in cauſis ad ſuam juriſdictionem ſpectantibus, ut habetur ex Conſtit. 72. & Conſtit. 23. Idem ſanxit Princeps ſæcularis lege 18. tit. 7. lib. 1. Recopil. Excipiuntur tamen cauſæ clericorum Salmantinæ civitatis & diœceſis in quibus inter Epiſcopum & Scholaſticũ præventioni locus eſt, ut decernitur Conſtit. 23. In quo illud animadverſione dignum eſt, quòd niſi ibi expreſſé excepta eſſet juriſdictio Epiſcopi Salmantini in clericos ſuæ diœceſis, etiam adverſus eum privativa foret juriſdictio Rectoris, & Scholaſtici, ut patet ex dictis. Præterea quid dicendum ſit de Conſervatoribus Academiæ Conimbricenſis, & Eborenſis, deducitur ex traditis per Eſcobar citatum num. 6. ubi ait in quocunque ſtudio generali, in quo ſtudioſorum judex à Rege & Põtifice ſpecialiter ſit conſtitutus, juriſdictionem ordinarij tam Eccleſiaſtici, quàm ſæcularis ſublatam videri, niſi expreſſé reſervata fuerit. Nam ſpecialis ille judex datus eſt in favorem ſtudioſorum, ac proinde ut ſolus ſit eorum judex cum juriſdictione privativa.

Privativa juriſdictio Conſervatoris

976 Ex hoc principio facile ſuadetur Conſervatores noſtrarum Academiarum pollere juriſdictione privativa: ſunt enim judices ſpeciales ſcholarum dati à Rege vel Pontifice. Et quidem Conſervatorem Eccleſiaſticum Academiæ Eborẽſis habere juriſdictionem privativam in omnes clericos, qui in ea Academia ſunt deſcripti, conſtat ex Bulla Gregorij XV. expedita Romæ anno 1621. Conſervatorem quoque laicum habere ſimiliter privativam juriſdictionem in omnes ſcholaſticos laicos tam in civilibus, quàm in criminalibus, ſive actores ſint, ſive Rei, conſtat ex ſtatuto Academiæ Conimbricenſis lib. 2. tit. 27. §. 1. cujus privilegij communicat Academia Eborenſis: conſtat item ex ſpeciali indulto Regis Sebaſtiani anno Domini 1577 conceſſo: patet tandem ex ſtatutis ejuſdem Academiæ Eborẽſis lib. 1. cap. 13. §. 6. ubi dicitur omnia acta ſcholarium, & ipſos ſcholares carceratos à quibuſcunque judicibus remittendos eſſe ad ſuum Conſervatorem. Quòd autem Conſervator Conimbricenſis judex privativus ſit, maniſeſtè oſtendunt verba citati Statuti, quibus reliqui omnes judices privantur juriſdictione in ſcholares, ibi: ¶ Nenhũa outra juſtiça poſſa entẽder em os feitos, & cauſas dos ſobreditos, ſenão o Conſervador, ainda que ſejaõ livramentos de mortes de homẽs por cartas de ſeguro. Videatur Petrus Barb. l. 1. art. 4. num. 46. 49. 65. & 107. de judicijs, ubi latè probat juriſdictionem privilegiatam in ſcholaſticos eſſe privativam. Cætera de juriſdictione privativa & cumulativa l. 1. §. cum urbem Cod. de offic. præſ. urb. Bobadil. lib. 2. cap. 21. num. 60. Mexia de taxa panis concl. 1. num. 52. Afflict. deciſ. 41. Avẽdaño 1. p. cap. 1. Prætor. num. 11. & 29. Gregor. Lop. l. 24. tit. 9. par. 2. gloſ. 6. Roman. conſ. 3. n. 3. Grammat. conſ. 72. in criminal. à n. 2. Decianus tom. 2. crim. lib. 4. c. 55. Rolan. conſ. 80. lib. 2. & Menoch. de arbitr. q. 40.

Conſervatoris Eborenſis juriſdictio privativa

QUÆSTIO II.

Circa quas cauſas verſetur poteſtas Conſervatoris?

977 AGendum in hac quæſtione nobis eſt de Conſervatore puro abſolutè, & in omni proprietate ſermonis accepto juxta terminos juris communis antiqui & recentioris: ſequenti verò quæſtione agemus de Conſervatore Academico. Certum igitur omninò eſt Conſervatorũ poteſtatẽ, jure cõmuni inſpecto, nõ verſari circa omnes

Cauſa circa quas datur poteſtas Conſervatoris

omnes cauſas; ſed tantùm, circa manifeſtas injurias, & violentias, ita ut Conſervator datus cap. 1. & fin. de offic. delegat. in 6. ſolum poſſit procedere contra eos, qui inferunt manifeſtas violentias, vel injurias, vel ſpolia. Ita Molina tract. 5. diſp. 19. num. 2. Phæbus deciſ. 118. Azor par. 2. lib. 5. cap. 24. Moneta in Manual. prædic. tom. 2. q. 47. act. 8. cócl. 2. Cochiec de juriſd. Ordin. in exem. p. 1. q. 39. à n. 6. Emman. Roter. quæſt. 65. art. 19. Suar. de cenſuris diſp. 31. ſect. 3. n. 17. Velaſc. tom. 2. conſult. 152. n. 1. cum pluribus Mendez in pract. Luſit. 2. p. lib. 2. cap. 3. num. 25. & latiſſimè Gabriel Pereyra de Caſtro in manu Reg. 1. p. cap. 7. n. 5. & cap. 8. & cap. 22. num. 27. Addit Fragoſus par. 2. lib. 4. cap. 12. n. 4. quanvis litteræ Conſervatoriæ habeant hæc verba (in quibuſcũq; cauſis) nõ cẽſeri prorogatã poteſtatẽ ad cognoſcẽdum de omnibus cauſis, ſed debere reſtringi ad clauſulã (pro manifeſtis injurijs, & violẽtijs) ne recedatur à jure cõmuni, cujus derogatio ſemper odioſa eſt, & ſtrictè interpretãda. Addit Velaſcus cit. n. 1. ita per decretum Tridentini ſeſſ. 14. cap. 5. fuiſſe Conſervatores in dicta poteſtate contentos ac limitatos, ut ſi contra alias perſonas, quàm contra inferentes hujuſmodi manifeſtas injurias, & violẽtias proceſſerint, ſint ipſo facto ſuſpẽſi per annum ab officio, & beneficio, & perſona, quæ illum Conſervatorem ad hoc requiſierit, ſit ipſo facto excommunicata.

Injuria quid & quotuplex.

978 Dubium eſt 1. quid & quotoplex ſit injuria, quid & quotuplex ſit violentia, de quibus Conſervator cognoſcit. Injuria generaliter loquendo dicitur Omne id, quod jure non fit. Habetur ex l. 1. in princ. ff. de injur. l. 1. in princ. ff. de novi operis nunciat. & Inſtit. de injurijs in princ. Quotuplex autem ſit, exponit author ad Herenn. lib. 4. Rhet. dum ait injuriam eſſe, quæ aut pulſatione corpus, aut convitio aures, aut aliqua turpitudine vitam cujuſpiam violat. Inſuper injuriæ ſpecies paulò aliter recenſet, eas confirmans juribus Bero. conſ. 201. à num. 10. Vt nempe injuria fiat re, cum vel perſona verberatur, vel res vi aufertur, vel fit ingreſſus vi in domum. l. item apud §. ſi quis bona ff. de injur. Verbis, ut quando in cantu verba referũtur ad infamiam §. 1. Inſtitut. de injur. Opere, ut quando contra jus fit opus, vel deſtruitur l. Prætor ait. §. ait Prætor ff. de novi operis nunciat. Violentia, quæ injuria quædam eſt, teſte Marc. Tullio lib. offic. injuriæ vim, ſeu impetum addit, ut ſumunt Canoniſtæ ex cap. ſi quis ſuadenti 17. quæſt. 4. Cap. cum illorum, cap. de monialibus, cap. veniens, & cap. contingit 0 2. de ſent. excom. Committitur quinque modis, ut notavit Menoch. de recuper. poſſeſſ. in prælud. n. 38. Alia enim eſt expulſiva, ob quam interdictum Vnde vi, conceditur dejecto, ut ante omnia reſtituatur, & ſolet interdum vocari occupatio, & poſſeſſionis ſpoliatio. Alia dicitur ablativa, cũ per vim res mobilis aufertur, daturque tunc actio vi bonorum raptorum, non autem interdictum Vnde vi, quod pro re mobili locum non habet l. 1. §. illud ff. de vi & vi arm. Tertia dicitur vis compulſiva, qua quis compellitur facere quod ſponte aliàs minimè eſſet facturus, pro qua datur actio, quod metus cauſa. Quarta dicitur vis turbativa, quæ inducit interdictum retinendæ, nimirum, uti poſſidetis, in rebus immobilibus, & in rebus mobilibus interdictũ utrobi, cũ duo ſe poſſidere cõtẽdãt. Quinta vocatur inquietativa, ut cũ quis non ſinit aliũ uti ſe ſua quietè, vel alter eo invito vult ædificare in ſuo, & inducit ut plurimũ interdictũ, quod vi, aut clam: in quo nõ diſtinguitur quod juſtè, vel injuſtè fecerit leg. 1. ff. quod vi, aut clam, & aliquando inducit interdictum retinendæ, cum juxta Menoch. cit. n. 43. non multum à turbativa differat.

Injuria de quibus cognoſcit Conſervator.

979 His poſitis, ſit 1. reſolutio: Cõſervator ut cognoſcat de cauſis juxta terminos d. cap. 1. & ult. injuria ſumi poteſt genericè, vel ſpecificè: quod ſi genericè ſumatur, prout complectitur tam injuriam qualificatam, quæ eſt cum vi, ſeu impetu, quàm non qualificatam, quæ ſine tali vi & impetu eſt, dictio illa (&) quæ ponitur inter illa verba (manifeſtis injurijs) & illud (violentijs) non ſtabit copulativè, ſeu augmentativè, ſed exemplificativè. Ita Moneta de Conſervat. cap. 7. num. 90. ubi rectè ait ſub nomine injuriæ ſpecificè acceptæ; & contradiſtinctæ à violentia; comprehendi tres illas ſpecies, quas expoſuimus num. 978. 2. reſolutio. Conſervator deputatus juxta terminos dict. cap. 1. & ultim. poteſt cognoſcere de omnibus illis quinque ſpeciebus violentiæ ſupra explicatis. Ita Moneta cit. n. 93. Patet, quia Conſervator juxta terminos cap. 1. & ult. deputatus eſt, ut defẽdat ab omni violentia: omnes autẽ quinq; numeratæ ſpecies ſub violentia genericè accepta continentur. Et quanvis poſſet dubitari de tertia ſpecie, quæ vis compulſiva dicitur, ſiquidem meretur potiùs nomen metus violentiæ, juxta text. in l. 1. ff. quod met. cau. & Sanch. de Matrim. lib. 4. diſput. 1. à num. 2. tamen de ea Conſervator etiam poterit cognoſcere, tũ quia ex Menoch. & alijs relatis aliquò modo violẽtia eſt, tum quia in omnẽ eventum ſub nomine injuriæ propriè continetur. Nomen moleſtiæ, quo utitur Trident. ſeſſ. 14. cap. 5. cum neque injuriam, neque violentiam propriè dicat, non videtur contineri intra terminos d. cap. 1. & fin. ſed intra Conſervatoris poteſtatem per reſcriptum extenſam.

Violentia quid & quotuplex.

980 Dubium eſt 2. Vtrum Cõſervator ſtãdo in terminis d. c. 1. & fin. poſſit cognoſcere nõ ſolũ de injurijs illatis, ſed etiam

Ff 2 de

Digitized by Google

Injuriæ illatæ & inferendæ ſpectat ad conſervatorem.

de inferendis? Reſpondeo affirmativè cum Gloſ. in dict. cap. 1. verbo deſcendere, Io. An. & communiter Doct. ibid. Sylveſt. v. Conſervator num. 3. Azorio cit. cap. 34. quæſt. 7. Molina d. diſp. 29. n. 2. Ludovico Miranda d. q. 47. art. 7. concl. 4. Cochier de juriſd. ordin. p. 1. q. 39. nu. 13. & alij, quos citant, ac ſequuntur Moneta n. 97. Barb. de poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 106. n. 34. & Fragoſ. par. 2. lib. 4. diſp. 12. n. 4. qui aſſerunt Cōſervatorem deputatum intra prædicti juris terminos non ſolum poſſe defendere ab injurijs illatis, cōpellendo ad ſatisfactionē per diſtrictionem Eccleſiaſticam, & invocationem brachij ſæcularis, ſed etiā ab inferendis contra eum, qui paractus eſt inferre. Ratio eſt, quia ad munus Cōſervatoris pr[illegible]iè ſpectat defēdere: deſenſio autē magis propriè conſiſtit in impediendo ne injuriæ inferātur, quàm in propulsādo jā illatas. Dubitatio maior eſt, an Cōſervator poſſit occurrere injurijs probabiliter inferēdis, non ſolum alijs modis, ſed etiam proferēs generalis excōmunicationis ſententiā cōtra eos, qui illas intulerint? Videtur negandum ex prohibitione tex. in cap. Romana §. caveant, de ſēten. excom. in 6. per quem (ut referunt Ioann. Aud. Frāc. & Domin. d. cap. 1.) affirmabat Hoſt. hodie ferri non poſſe talem generalem excommunicationem.

Affirmandum tamen eſt cū Gloſ. cit. Franch. n. 6. Barb. cit. n. 34. & Fragoſo n. 4. ex traditis per Suar. tom. 5. de cenſur. diſp. 3. ſect. 4. à num. 4. Azorium cit. q. 7. verſ. ſi iterum, Gutier. lib. 1. Canon. cap. 4. num. 10. verſ. cauſa autem, & Covar. in cap. alma mater p. 1. §. 10. n. 1. qui omnes latè defendunt, & approbant praxim generalem Eccleſiaſticorum judicum, qui quādo probabilibus conjecturis timetur patrandū crimē aliquod, ad illud impediendum cautè ferre ſolent excommunicationē generalē, in eos, qui illud patraverint. Textui pro parte negativa oppoſito optimè ſatisfacit Barb. n. 35. aſſerēs prohibitionem, ſeu potius conditionē illius textus locum non habere, ubi juſta ſubeſt cauſa, ſicut idem textus declarat in verſ. niſi ibi, aut alia rationabilis: quod verò juſta cauſa manifeſtè detur, ubi rationabiliter timetur violentia inferenda, tradunt Sayrus de cenſur. lib. 1. cap. 9. à n. 24. Monach. d. cap. 1. n. 5. & Suar. cit. diſp. 20. ſect. 1, n. 3.

Notorium quid ſit.

981 Dubium eſt 5. qualiter ſe debeat habere injuria aut violentia, ut Cōſervator de illis poſſit cognoſcere? Non de injurijs & violentijs quomodolibet acceptis poteſt Conſervator datus in forma Cap. 1. & fin. de offic. deleg. in 6. cognoſcere, ſed de ſolis manifeſtis, ſeu notorijs: nam ad hunc effectū manifeſtum & notorium coincidūt. Reputari autem notorium à judice debet factū illud, quod ſui natura tale eſt, ut omnes vel illud ſciant, vel poſſint veriſimiliter ſcire, ut ait Bart. ad l. ſcriptus num. 2. ff. de religioſ. & ſumptib. funer. Notorium evidens eſt illud quod omnibus, vel pluribus civitatis, aut viciniæ manifeſtum eſt, Cap. cum dilectus, de purgat. canonica, cap. Lotharius, cap. de manifeſtis, cap. ult. 2. quæſt. 1. Maſcard. concl. 1106. n. 4. & Menoch. de arbit. caſu 195. n. 8. Et quidem notorium ſupponens pro formali, quod idem valet atque notoreitas eſt plena rei notitia inducens indubitatam, & finitam probationem, diſcuſſione non indigentem, ut ex tex. in cap. veſtra, de cohabit. cleric. & in cap. cum olim, de verbor. ſignific. probant Farin. in praxi crimin. q. 21. num. 8. Paulus Comitolus reſpon. moral. lib. 1. quæſt. 57. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 9. Iacob. de Graſſis in aureis deciſ. par. 1. lib. 1. cap. 13. à n. 43. & Aldrete de religioſa diſciplin. lib. 1. cap. 5. §. 2. num. 6. Notandum verò eſt cum Frag. cit. n. 6. vix poſſe reperiri iam notorium, quod nequeat aliqua excuſatione offuſcari, & habere aliquas circumſtantias occultas excuſantes, ut ex Innoc. Hoſtienſi, & alijs cit. defendit Capra tract. de notorio 4. mem. n. 70. Addit 1. idem Fragoſus cit. num. 6. eſſe notorium illud quod reſultat ex actis: nam acta rem notoriam faciunt cap. cum olim, ubi Abbas n. 3. de verb. ſignif. cap. penult. init. de cauſa poſſeſſ. & propriet. l. Divus ff. de offic. præſidis, Menoch. de recuperan. remed. 1. n. 212. & de arbitr. lib. 2. caſu 166. Aretin. conſ. 42. n. 5. Decius in cap. ex inſinuatione nu. 19. de appellat. Quod procedit juxta Farinac. in praxi lib. 1. quæſt. 21. n. 14. etiam ante concluſionem in cauſa. Addit 2. licèt allegentur circunſtantiæ notorium crimen excuſantes, per hoc notorium non obtenebrari. Capra cit. mem. 4. n. 59.

Notorij qualitas quomodo debeat.

982 Dubium eſt 4. Vtrum, & quomodo Conſervatori debeat conſtare de qualitate notorij in injurijs & violentijs ad procedendum? Conveniunt authores neceſſarium eſſe, quòd appareat injuriam, ſeu violentiam fuiſſe notoriam ſeu manifeſtam, & quòd Conſervatori de qualitate notorij conſtet. Ita ad dict. cap. 1. Gloſ. verbo Conſervatores, Frāch. num. 4. Anchar. n. 5. Menoch. num. 4. Ioan. And. col. 3. & 4. Sylveſter v. Conſervator nu. 3. Cochier d. q. 39. à num. 6. Miranda d. quæſt. 47. art. 8. concl. 2. Azor d. cap. 34. q. 7. Molina d. diſp. 29. num. 2. & Emman. Roter. Ratio ſumitur ex communi doctrina, quam tradunt Bart. ad l. multum intereſt n. 2. ff. de condit. & demonſtr. Petrus Barboſa in l. ſi quis ex aliena num. 148. ff. de judic. Vanti de nullit. tit. ex defectu juriſd. Ordin. num. 167. Sicul. in cap. 1. à num. 50. de offic. deleg. aſſerentes ubicunq; juriſdictio competit alicui reſpectu certæ qualitatis, debere ante omnia eidē de eadē qualitate cōſtare. Ad hoc autem ut Conſervatori conſtet de facti notoreitate, quin indigeat aliqua examinatione, ſatis eſt quòd reus cōfiteatur factū,

& illius

& illis qualitatem notoriam fuiſſe, quanvis aliter non probetur factum. Ita ex cap. Veſtra; & cap. tua nos, & cap. fin. de cohabit. cleric. & mulier. Afflict. deciſ. 178. num. 3. Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 1. num. 22. Decius in cap. ac ſi clerici, num. 141. de judic. Bald. in l. à procedente C. de dilat. & Maſcard. concl. 1102. num. 2. Tunc (notat Fragoſ. num. 7.) cum per hujuſmodi confeſſionem notorium dicatur, ſemper proceſſus validus erit, etiam ſi reus, qui fatetur rem notoriam, pro ſe alleget ſe ſuo jure feciſſe: tenebitur tamen Conſervator illum admittere ad probandum excuſationes ſuas, nec propterea deſiſtet à procedendo, quãdo factum eſt notorium, vel in ſe, vel per confeſſionem rei.

Notoreitatis examinatio.

983 Quid quandò factum in ſe notorium non apparet, & reus neque fatetur, neque negat, neq; aliquid opponit de defectu notoreitatis, & incompetentia juriſdictionis, proindeq; Conſervator manet dubius? Tenetur ad ſuam juriſdictionem fundandam, & ut de illa certificetur, ante omnia inquirere, an res fuerit notoria, & manifeſta, facereque de hoc probationes, atque ubi de notorio cõſtiterit, procedere poterit. Ratio eſt, quia antequam exerceatur juriſdictio, ſemper probari debet qualitas, quæ juriſdictionem fundat, ut ex l. 2. §. ſed ſi dubitatur ff. de judicijs, l. ſi quis ex aliena ff. eod. tradunt Carter. in pract. tract. de homicidio §. circa igitur tertiam n. 18. Maſcard. concl. 1103. num. 32. & Capra d. memb. 4. à n. 56. Ad hoc autem ut legitimè probetur dicta notoreitas, ſufficiunt duo teſtes legitimè deponentes: neque enim ad teſtificandum requirũtur quotquot neceſſarij ſunt ad faciendum notorium. Ita Maſcard. concl. 1105. Anton. Gomez tit. de delictis cap. 1. n. 44. Iulius Clarus in practica §. fin. quæſt. 8. Salicet. in l. ea quidem n. 88. C. de accuſat. & Conrad. in pract. tit. de notor. crimin. ſub. num. 14. ad finem pag. 241. argum. tex. in cap. in omni negotio, de teſtibus. Quid ſi Conſervatori conſtet de injuria, & notoreitate ipſius, non tamen æquè notoriè, appareat de authore ejuſdem? Poſſ. procedere, negant Innoc. Ioan. And. Anchar. ad d. cap. 1. num. 6. ad fin. & Domin. num. 9. Affirmandum tamen eſt cum Barb. de poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 106. nu. 25. Patet, quia in d. cap. 1. & ult. de officio deleg. in 6. Pontifex non ſe refert ad perſonam injurias, ſeu violentias notoriè inferentem, ſed potiùs ad ipſas injurias, ſeu violentias manifeſtas. Semper igitur juriſdictioni locus erit, quando illæ notoriæ fuerint, & Conſervatori de notoreitate conſtiterit.

Probatio notorij.

QUÆSTIO III.

Circa quas cauſas verſetur poteſtas Conſervatoris Academici?

Conſervator erga debita civilia.

984 EX præcedẽti quæſtione manet perſpicuum Conſervatores juxta terminos juris communis acceptos ſolum habere cognitionem de injurijs & violentijs manifeſtis, ac proinde non poſſe procedere cõtra debitores ob cauſam civilem. Quia quando debitores negant debitum, vel exceptiones legitimas allegant, tali negatione fit res dubia l. 3. Cod. quibus ad libert. proclam. non licet. Felin. cap. ſi clericus laicum num. 2. de foro compet. & in cap. coram num. 8. de officio delegati, Iaſon in l. 1. circa finem ff. de trãſact. Ex quo jam cauſa poſtulat indaginem, quæ Conſervatoribus prohibetur cap. ſtatuimus, de officio delegati in 6. Addit Gabr. Pereyra deciſ. 118. num. 16. & 22. hoc etiam habere locum, quanvis Regulares ex forma ſuarum litterarum habeant Conſervatores ad cognoſcendum de quibuſcunque cauſis, vel in quibuſcunque cauſis tam civilibus, quàm criminalibus, vel mixtis: quia hæc conceſſionis ampliatio reſtringi, ac referri debet ad injurias & violentias manifeſtas tam in civilibus, quàm in criminalibus, & mixtis cauſis. Subdit idem citatus Gabriel, referente, & non improbante Fragoſo n. 25. quanvis Bulla Conſervatoriæ concedant juriſdictionem ordinariam. Quia (ut ipſe ait) debent intelligi ſuper iiſdem violentijs notorijs, ut de illis audiãt partes ordinariè, non verò de alijs cauſis.

Cauſa de quibus cognoſcit judex Academicus.

985 Sermo nobis in præſenti quæſtione eſt de Conſervatore, quà ſtudioſorum judice, ſeu de Cõſervatore Academico. Et quidem ſi loquamur genericè ſcilicet de judice ſtudioſorum abſolutè ſpectato, atq; adeo, ſolo jure communi attento, dicendum eſt ſtudioſum ex quacunque cauſa civili, vel criminali conveniendum, vel accuſandum eſſe coram Academiæ judice abſque ulla dietarum obſervatione, nec poſſe coram ullo alio conveniri; ex quo apparet judicem Academicum habere cognitionem omnium cauſarum, tam in civilibus, quàm in criminalibus. Ita Alphonſus de Eſcobar cap. 40. num. 1. ex Auth. Habita Cod. ne filius pro patre, ubi cum multis Oſuald. Et eandem ſententiam latè tuetur in criminalibus Donel. ibidem n. 14. licèt (ut notat Eſcob.) ſibi parum conſtans ſcripſiſſet oppoſitum lib. 17. com. cap. 20. lit. m.

Cauſa de quibus cognoſcit judex Academicus.

986 Si loquamur de Conſervatoribus, ſeu judicibus ſtudioſorum in peculiaribus Academijs, ac primùm de Salmátino, quanvis lex Regia 2. tit. 31. p. 2. abſolutè decernat ſtudioſorum judices in cauſis duntaxat civilibus, non in criminalibus cognitioné habere, quam legem vulgus interpretum approbavit, rectiùs tamen Eſcobar citatus nu. 2. affirmat Conſervatorem Salmantinum de omnibus cauſis tam civilibus, quàm criminalibus cognoſcere, atque adeo legem Regiam citatam eſſe abrogatam univerſali ſtudioſorum uſu, Pontificis ac Regijs conſtitutionibus, nempe conſtitut. Martini XXII. & Innocentij VIII. Hæc item de Conſervatoria Salmantina, Cóplutenſi, & Valliſoletana teſtatur Fragoſus p. 2. lib. 4. diſp. 12. num. 29. affirmans earum conceſſiones eſſe ampliſſimas ex l. 8. tit. 7. lib. 1. Recopil. ultra caſus notoriæ violentiæ, his verbis. ¶ Que el Maeſtre Scuela, o ſu Lugarteniente pueda conocer, y conoſca de todas las cauſas tocantes a la dicha Vniverſidad, y a las perſonas del dicho eſtudio, aunque no ſean injurias, ni fuerças notorias. ubi (notat idem Fragoſ.) quòd de jure Regio, non vero de jure communi Cóſervatores earum Vniverſitatum cognoſcunt de omnibus cauſis cótra perſonas Eccleſiaſticas, & ſeculares.

Conſervator Conimbricenſis in quibus cauſis.

987 Vt accedamus ad noſtras Academias in Luſitania, & imprimis ad Conimbricenſem, non aliter meliùs innoteſcet ad quas cauſas extendatur juriſdictio ipſius Conſervatoris, qui merè laicus eſt, quàm ex conceptis verbis Stat. lib. 2. tit. 27. num. 1. quæ ita habent: ¶ Ordeno, & mando, que o Conſervador, que pello tempo for deſta Vniverſidade conforme aos privilegios dados, & confirmados pellos ſenhores Reys meus anteceſſores, tenha, & uſe da juriſdição civel & crime, ſobre todos os Lentes, eſtudantes, officiais, & peſſoas da Vniverſidade, & ſobre todos os ſeus ſervidores, & familiares continuos, ou ſejaõ actores, ou reos: de maneira, que nenhũa outra juſtiça poſſa entender em os feitos, & cauſas dos ſobreditos, ſenão o Conſervador, ainda que ſejaõ livramentos de mortes de homens por cartas de ſeguro. E todas eſtas cauſas determinarà como lhe parecer juſtiça, dando nos crimes appellação pera a caſa da Supplicação, & nos civeis agravo pera ella, em qualquer contia que ſeja.

Cauſa Cóſervatoris Eborenſis.

988 Quid de Conſervatore laico Academiæ Eborenſis? In ijſdem cauſis, & circa eaſdem perſonas laicas habet eandem juriſdictionem, quam in ſua Academia habet Conimbricenſis. Habetur lib. 1. Statut. cap. 13. §. 2. ¶ Terà juriſdição civel & crime ſobre os eſtudantes & officiais leigos da dita Vniverſidade, ſobre ſeus ſervidores & familiares, aſſi, & da maneira que a tem o Conſervador da Vniverſidade da cidade de Coimbra, pellos privilegios, & proviſoẽs que lhe foraõ concedidas & confirmadas por elRey D. Ioão o III. meu ſenhor, que ſanta gloria aja, & por elRey D. Sebaſtiaõ meu ſenhor. Hæc juriſdictio explicatur §§. ſequentibus, & 10. additur: ¶ O Conſervador tem jurdição em todos os caſos da almoraçaria que tocarem aos privilegiados da Vniverſidade, tirando os caſos da limpeza, em que ſomente provem os Almotaceis da cidade, quando os ditos privilegiados nelles forem comprehendidos.

Quid de Conſervatore Eccleſiaſtico in eadem Academia Eborẽſi? Habet juriſdictionem erga clericos ſcholaſticos tá in civilibus, quàm in criminalibus, ſive actores ſint, ſive rei, ut habetur ex Pontificijs diplomatibus, præſertim ex illo Gregorij XV. quod incipit Noverint univerſi, per quod Conſervatori Eccleſiaſtico data eſt juriſdictio privativè in clericos ſcholaſticos. Hi enim per Pontificem exempti ſunt à juriſdictione Archiepiſcopali.

989 Quæ de utroque Conſervatore Conimbricenſi & Eborenſi diximus, optimè ex Molina tract. 5. diſp. 29. num. 7. confirmat Baptiſta Fragoſus citatus num. 29. ubi poſtquam oſtendit Conſervatores Academiarum Salmantinæ, Complutenſis, & Valliſoletanæ cognoſcere de omnibus cauſis contra perſonas Eccleſiaſticas, & ſeculares, addit hoc extendendum eſſe ad Conſervatores Vniverſitatis Eborenſis & Conimbricenſis, quorum juriſdictio quoad ſeculares ſcholaſticos eſt immediatè à Rege data, & quoad ſcholaſticos clericos juriſdictio in illos, ac in beneficiarios Eborenſis Academiæ immediatè à Sede Apoſtolica confertur Conſervatori à Rectore electo. Notandum tamen eſt diſcrimen inter Cóſervatores Eborenſes, laicum & Eccleſiaſticũ, nam Conſervator laicus videtur in ſuo genere cauſarum laicarum habere maiorem amplitudinem, quàm Conſervator Eccleſiaſticus in ſuo genere cauſarum Eccleſiaſticarum. Invenimus enim in quibuſdam manuſcriptis Patris Ioannis Correa viri doctiſſimi, & rectiſſimi, qui in hac noſtra Eborenſi Academia fuit Doctor, & Rector, hanc animadverſionem. Conſervator (inquit) Eccleſiaſticus quanvis in cauſis criminalibus & civilibus ſit judex, tamen non in omnibus. Quia in cauſis matrimonialibus judicat Archiepiſcopus, in cauſis hæreticalibus S. Inquiſitionis tribunal, in cauſis hoſpitationis, vulgo Apozentadorias, Conſervator ſecularis. In cauſis matrimonialibus non poſſe cognoſcere Conſervatorem probat Moneta cap. 7. de Conſer. n. 261.

Conſervator Eccleſiaſticus non in omnibus cauſis eſt judex.

990 Tandem pro complemento hujus doctrinæ incidit pulchra difficultas, quando in Academia ſunt duo Conſervatores, alter laicus datus à Rege, alter Eccleſiaſti-

Cauſa de cognitione ad quam ſpectant.

ſiaſticus datus à Pontifice, ſicut in noſtra Eborenſi, quiſnam ex illis ſit judex competens in cauſis decimarum, quæ ab Vniverſitate, vel ſtudioſis laicis poſſidentur? Hanc difficultatem poſita ingenioſa diſtinctione rectè expedit, ac decidit Alphonſus de Eſcobar cap.22.num.90. in hunc modum. Aut igitur de exactione redituum, aliave quæſtione, quæ factum reſpicit, & quæſtio merè ſecularis eſt, proindeque ſpectat ad Conſervatorem Academiæ laicum, à cujus ſententia Princeps laicus appellari poteſt: vel agitur de valore conceſſionis, ſeu privilegij Decimarum per Papam conceſſi, aut denique de jure ipſo ſpirituali Decimarum, ita ut in ſententia vertatur præjudicium Eccleſiæ circa jus illud, quod ſemper ipſa Eccleſia retinet, veluti ſi quis alleget ſe nullas Decimas debere Eccleſiæ, & tunc cauſa ſpiritualis eſt, proindeque ſolum pertinet ad Conſervatorem Eccleſiaſticum, qui non niſi tanquam judex ſtudiorum Eccleſiaſticus poterit procedere: nec ab eo appellabitur, niſi ſuperior Eccleſiaſticus, licèt per viam violentiæ adiri poſſint regia tribunalia, ut obſervat Eſcobar citatus eodem n. & ſuperiùs num.9. & 10. Vide latè hac de re Valaſc. de emphyt.q.15.num.15. Zevalos de las fuerças p.2.q.25. per totam, Germòn. de ſacr. immunit. lib.3. cap.19.num.85. Caſtilho de tertijs cap.12. Covarr. cap.35. pract. num.20. Borrelium de regis præſtan. cap.71.n.349. Gutierr. 1. pract. q.14. Azorium lib.7.cap.26. quæſt.3. & Barb. in collect. ad cap. ſum 25. num.3. de Decimis.

QUÆSTIO IV.

Circa quas, & contra quas perſonas verſetur poteſtas Conſervatoris?

991 Expoſita juriſdictione, ſeu poteſtate Conſervatoris in ordine ad cauſas, circa quas verſatur, exponenda ſupereſt in ordine ad perſonas, quæ tali poteſtati ſubjacent, quæ ſunt in duplici differentia: aliæ enim recipiuntur à Conſervatore defendendæ, aliæ contra quas illæ defenduntur. Cõſtat omnes perſonas, quibus defendendis datur Conſervator, ejuſdem juriſdictioni ſubeſſe. An verò Conſervatoris juriſdictio extendatur ad familiares ejus, qui litteras Conſervatorias impetravit? Reſpondet Moneta de Conſervat. cap.7. num.535. ſecluſa conſuetudine, vel præſcriptione, non extendi. Fundatur, quia juriſdictio delegata privativa, qualis juriſdictio Conſervatoris, odioſa eſt, prout juriſdictioni

Familiares an gaudeant beneficio conſervatoriæ.

ordinariæ detrahit; ergo non eſt extendenda ad familiares, ſicut extenditur juriſdictio ordinaria, ut nempe familiares gaudeant privilegio fori, quod eorum dominis conceſſum fuit. Hanc doctrinam ita recipio, ut procedat regulariter, & patiens ſuas exceptiones, ſeu limitationes. Prima exceptio eſt, quòd extendatur talis juriſdictio ad familiares conſervandorum ex conſenſu partium. Secunda exceptio eſt, quàm affert Trident. ſeſſ.14. cap.5. de reform. his verbis: „Familiaribus verò ejus qui hujuſmodi litteris Conſervatorijs tueri ſe ſolent, nihil illæ poſſint, præterquam duobus dumtaxat, ſi tamen illi proprijs ejus ſumptibus vixerint." Tertia exceptio eſt, quando injuria illata familiari impetrantis talis eſt, ut redundet in ipſum impetrantem. Tunc enim ſecluſa conſuetudine, præſcriptione, & partium conſenſu, Conſervatoria extenditur ad impetrantis familiarem. Quia tunc jam de propellenda impetrantis injuria, eoque defendendo agitur, & eſt bonus textus in l.1.§.fin. ff. de injur. Quarta exceptio habet locum probabiliter in ſervis Eccleſiarum, ut nempe uti poſſint Conſervatorijs conceſſis ipſis Eccleſijs. Sumitur ex cap.2. de foro compet. Vbi injuria, quæ Eccleſiarum ſervis infertur, ipſis Eccleſijs irrogari dignoſcitur.

992 Alia eſſe poteſt difficultas, an poteſtas Conſervatoris extendatur etiam ad neque impetrantes, neque familiares impetrantium, ob aliquam connexionem, ſeu continentiam cauſæ? Apponit exemplum Rebuff. de privil. ſcholar. privil.106. num.1. quando injuria fit ſcholari, & alteri exiſtenti in ejus Societate. Et poteſt etiam in exemplum adduci caſus in l. Item apud Labeonem §. tenetur ff. de injurijs. ibi ſi quis comitem alicujus appellaviſſet, affectaruſque eſſet, id eſt, blandè compellans illius pudicitiam attentaſſet; atque adeo per hoc intuliſſet injuriam tali comiti. Quæritur utrum Conſervatoris juriſdictio extendatur in favorem illius, qui ſimul paſſus eſt injuriam, aut rem communem habet cum eo qui impetravit Conſervatorem? Rectè affirmant Moneta cit. cap.7. num.553. & Rebuff. de privil.106. num.1. & 5. ubi dicunt ſi injuria ſit irrogata Scholaſtico, & alteri, qui erat in ejus Societate, agatque Scholaſticus coram ſuo Conſervatore pro illa injuria, poſſe etiam alterum non Scholarem coram illo agere. Deſumunt 1. ex textu in l. ſi communem fundum ff. quemadm. ſervit. amit. Vbi maior, qui non eſt uſus ſervitute, quam habet communem cum minore, illam non amittit propter minoris privilegium. Deſumitur 2. ex Gloſ. in l. unic. C. ſi in commun. eandemque cauſ. reſtit. poſtul. ubi dicitur reſtitutionem minoris prodeſſe maiori in re individua: quod multis confirmat Sforr. Odd. tract. de reſtit. in integ. q.46.a.4. & Be-

Juriſdictionis extenſio ad conjunctos.

Digitized by Google

nint end.deciſ.4. Faciunt quæ latè adducit Covar.lib.pract.quæſt.cap.13 & ſequent.de tertio comparente ratione intereſſe, quod in cauſa habeat. Deſumunt 3.ex ratione, tum quia una eademque res diverſo jure cenſeri non debet. l.eum qui ff. de uſucap. cap.cum in tua,de Decim.& cap.quia circa, de privil. tum quia cauſa poſſeſſionis & proprietaris debet coram uno eodemque judice terminari,ne continentia cauſæ dividatur, ſequaturque illud magnum incommodum, quòd ſuper uno, eodemque facto diverſæ, & inter ſe contrariæ ferantur ſententiæ.

Familiares ſcholaſticorum Eborenſis.

993 Hactenus de Conſervatore abſolutè ſumpto, ſive Academico, ſive non Academico. Nam ſi loquamur de Cóſervatoribus utriuſque noſtræ Academiæ Eborenſis & Conimbricenſis, quanvis in his habeat locum proxima reſolutio, tamen prior negans juriſdictionem extendi ad familiares, locum non habet: ſiquidem Conſervatorum illorum juriſdictio ſimpliciter extenditur ad omnes ſtudioſorum familiares continuos, ut ſupra num.987.patet ex Statut.Conimb.lib.2. tit.27. num.1.& ex Statut.Eborenſ.lib.1.cap.13. §.2. Ratio diſparitatis;cur in Conſervatore puro non extendatur, & in Conſervatoribus noſtris extendatur,eſt, quia juriſdictio Conſervatoris puri eſt delegata, ac proinde derogans juriſdictioni ordinariæ tanquam odioſa strictè interpretanda,at juriſdictio in noſtris Conſervatoribus eſt ordinaria, ut vidimus num. 931. atque ideo favorabilis, & ut talis extendenda, & latè interpretanda. Non eſt cur modò inquiramus quomodò ſe habeat Conſervatoris juriſdictio erga compromittentes? Quia de hoc opportuniùs,quando egerimus de prorogatione Conſervatoriæ juriſdictionis.

Iurſdictio Eccleſiaſtica contra laicos.

994 Pro altera quæſtionis parte, contra quas perſonas verſetur poteſtas, ſeu juriſdictio Conſervatoris? dilucidè ac methodicè diſputabimus expediendo ſeorſim varias difficultates. Prima difficultas eſt, an Conſervatoris Eccleſiaſtici poteſtas verſetur contra omnes perſonas, quæ perſonis defendendis manifeſtas injurias inferunt? Negabit aliquis admittens talem juriſdictionem ſolum contra perſonas Eccleſiaſticas, & non contra perſonas merè ſeculares,& laicas. Quia judex Eccleſiaſticus, qualis eſt Conſervator, non eſt judex competens laicorum in cauſis temporalibus,& laicis; ergo non babet juriſdictionem contra perſonas laicas. Nihilominus affirmativa reſolutio vera eſt, etiam procedés de perſonis ſecularibus,ſeu laicis, ut tradunt Cabedus diverſ. juris, argumen.lib.3.cap.18. num.6. Salzed.ad Bernar.in pract. cap.3.verſ. nec minus,& Barb.tom.4.in collect.ad cap.ſtatuimus num.9.de offic.& poteſt.judic. deleg.in 6.Item de laico ſpoliante Eccleſiaſticos Anton. Gabr. tom.3. commun. lib.5. tit. de reſtitut.ſpoliat. concl.18. Menoch.de retin.poſſeſſ. remed.3. à num.6.& Sanch.lib.6.Conſil. cap.9.dub.6.n.3. Patet ratione, quia quando tractatur de injurijs & violentijs manifeſtis, quæ irrogantur Eccleſiaſticis perſonis, aut rebus, cauſæ natura ſua tanquam involventes ſacrilegium, ſpectant ad forum Eccleſiaſticum etiam contra laicos, ex regul.text. in cap. cum ſit generale, & in cap. conqueſtus,de foro compet. Ergo poteſtas intelligitur jure conceſſa conſervatoribus etiam contra ſeculares. Deinde cum non fiat præjudicium ſeculari juriſdictioni, ceſſat regula cap. novit,de judicib. & cap.per venerabilem, qui filij ſint legit.

Debitores an in conſervatoris poteſtate.

995 Secunda difficultas eſt, an Conſervatoris poteſtas verſetur contra debitores ex cauſa civili, ut illi compellantur ad ſolvendum? Negativa reſolutio, quæ vera eſt, & ſufficienter patet ex ſupra dictis n. 984. præter ibi citatos authores defenditur à Ceval.commun. contra commun. tom.4. q.837. à num.711.Cabed.diverſ.juris,argum.lib.3.cap. 18,num.4. Alciat.de præſump. reg.1. præſ.23. Gutier.pract.lib.3.quæſt.9.num.8.Fuſch.de viſitat.lib.2.cap.23. num.5. & Barboſa prox.citat. num. 8. Quanvis oppoſitum,nempe reſolutionem affirmativam defendant Perez lib.1. l.1. tit.7. verſ. Conſervatores autem, Guido Papa deciſ.18. n. ult. & Emman.Roder.qq. Regul. tom.1.q.65. a.12. cujus fundamentis ſatisfacit, ab ejuſque impugnationibus ſe tuetur Gutier. lib.4.pract.q.63.per totam. Igitur in ijs adducendis, & diſſolvendis non immoror. Noſtræ tamen negativæ reſolutionis ratio breviter eſt 1. quia Conſervator purus ſolum poteſt circa cauſas quæ non requirant judicialem indaginem: at proceſſus ad compellendum debitorem poſtulat indaginem judicialem. 2. Quia talis Conſervator ſolum poteſt cognoſcere de injurijs ac violentijs manifeſtis: at debitum non ſolvere nequaquam importat violentiam, ſeu injuriam manifeſtam, ſaltem in eo ſenſu, in quo procedunt jura,& communis hominum exiſtimatio.

Conſervatoris poteſtas in exemptos etiam Epiſcopos.

996 Tertia difficultas eſt, Vtrum & quomodo Conſervator poſſit cognoſcere,& procedere contra exemptos, etiam regulares, Epiſcopos,& Cardinales? Si loquamur de Conſervatore Academico in ordine ad ſtudioſos ſuæ Academiæ, jam alibi diximus, omnes aliunde exemptos, ſive regulares, ſive Epiſcopos,& etiam Cardinales, qui in tali Academia litteris dant operam, ſubjacere illius juriſdictioni, idque probavimus ex indiſtincto ſermone tex.auth.Habita, ubi in quoſcunque ſtudioſos juriſdictio privativa conceditur judicibus Academicis, & eam Conſtitutionem jure Canonico ſervandam eſſe conſtat ob approbationem ſtudiorum ſive ſpecialem, ſive generalem,

ralem, aut præſumptam Pontificis, ut ex Abbate q.6. Socino & alijs latè oſtendit Eſcobar cap.6.num.66. Sermo nobis modò eſt de Cõſervatore puro, ſeu dato ad defendendũ ab injurijs & violentijs manifeſtis: & hunc poſſe procedere etiam contra Epiſcopos, conſtat ex cap. Quia Pontificali, de officio & pot. judic. deleg. in 6. Quomodò autem poſſit, ac debeat procedere ſervato decore, ac reverentia dignitatis Epiſcopalis, eodem cap. decernitur, ut nẽpe quando veniendum ſit ad coactiones, vel pœnas contra Epiſcopos, Conſervator eis deferat honorãdo eorum dignitatem, ita ut prius illis interdicat ingreſſum Eccleſiæ, vel ſacerdotale miniſterium, deinde ab officio ſuſpendat, & tandem gravet cenſura Eccleſiaſtica, niſi forte culpa, vel protervia aliud perſuaſerit. Ita Barb. in collect. ad cit. cap. n.1. ex Lap. Abbate, Archid. Gemin. Ioan. And. Anchar. Butr. Domin. Monacho ibid. Ita Sylveſt. v. Conſervator n.4. & Azor p.2. lib.5. cap.34. q.12. Obſervabis citatum caput locum habere non ſolum in Epiſcopis conſecratis, ſed etiam in electis, & confirmatis tantum, ut benè intelligunt Ioa. And. Franch. n.2. & Domin. n.1. ibid. & probãt

Epiſcopi officium. ex eo, quia dictum privilegium conceditur Epiſcopis ob reverentiam eiſdem debitam ratione dignitatis, & officij Epiſcopalis, non verò ratione ordinis, ut ſatis innuunt verba ibi: „ Pontificali dignitate præditis ob reveren„ tiam ſacri officij, quod exercent. Et quidem Epiſcopum electum & canonicè confirmatum, nondum tamen conſecratum, quanvis in pertinentibus ad Epiſcopalem ordinem nomine Epiſcopi non veniat, tamen in ſpectantibus ad juriſdictionem & officium Epiſcopale, quæ nõ fuerint ordini annexa, omnia poſſe exercere, habetur ex cap. tranſmiſſam 15. cap. noſti, ubi Gloſ. cap. qualiter, de elect. Vide plura apud Barboſam de pot. Epiſc. p.3. alleg.106. n.37.

Conſervatores oppoſiti. Quid quando litigant duo monaſteria, & ambo eligunt ſuum Conſervatorem? Reſpondet Sanch. lib.6. Conſil. cap.9. dub.6. n.5. ex l. unic. ff. de offic. Conſulis, tunc eum ſolum Cõſervatorem procedere debere, qui prævenit. Ita etiam ſentiunt Mandoſus in ſignat. gratiæ verbo Conſervatoriæ, & Roman. conſ.412. Et idẽ videtur dicendum de duabus Academijs litigantibus.

Connexo perſonarũ in cauſa. 997 Quarta difficultas eſt, an poteſtas Conſervatoris extendatur ad procedendum contra illam perſonam, quæ habet cauſam communem cum illa, contra quam Conſervator procedit? Affirmativa reſolutio, quam rectè tuetur Moneta de Conſer. cap. 7. à num.556. ſuadetur 1. ex ſupra dictis n.992. quia aliter divideretur continentia cauſæ, poſſet contingere, ut una eademque res diverſo jure cenſeretur, & de una eademque re oppoſitæ ferrentur ſententiæ. Suadetur 2. à ſimili, nam laicus delinquens ſimul cum clerico poteſt ſuper eo crimine conveniri coram judice Eccleſiaſtico, ne ſequatur illud inconveniens de cõtinentia cauſæ dividenda. Et licèt hæc opinio uſu fortaſſis hodie recepta non ſit, eſt tamen approbata communi cõſenſu Doctorum, quos ſequuntur Socin. cap.1. nu.18. de foro compet. Menoch. de arbitr. caſu 371. n.13. Clar. in pract. crimin. q.36. n.46. Rebuff. cit. privil.106. verſ. quarto ſi laici, Farin. lib.1. quæſt. crimin. q.8. n. 151. & Martha tract. de juriſd. par.4. caſu 108. & 109. Quænam autem res dicatur individua, exponunt Gloſ. & authores ad l. communi dividendo ff. commun. divid. Odd. quæſt.46. a.5. Covar. pract. qq. cap.34. n.2. & Anton. Gomez var. reſol. tom. 2. qui eſt de contract. cap. 10. Quando verò aliqua dicantur connexa, videndi ſunt Menochius de arbitr. judic. q.45. & caſ.95. Decius & alij in cap. Quando, de jud. Addit Tiraq. in comment. res inter al. act. num.17. poſſe judicem etiam delegatum non ſolum de cauſa ſibi nominatim commiſſa, ſed etiam de alia, quæ incidenter àdvenit, cognoſcere ex text. in l. ult. in fin. ubi Fulgoſ. C. ubi & apud quos, & text. in cap. cauſa, de in integ. reſtit. quẽ ad hoc intentum maturè expendit Abbas not.3.

998 Quinta difficultas eſt, Vtrum Cõſervator Eccleſiaſticus poſſit procedere contra quoſcunque officiales Ordinariorum impedientes ſuam juriſdictionem? Procedit difficultas tam de Conſervatore Regularium, quàm de Conſervatore Scholarium, præſertim in Academia Eborenſi, in qua ſtudioſi omnes ſunt exempti à juriſdictione Archiepiſcopi. Reſpondetur affirmativè juxta regulam cap.2. de officio legati cum Fragozo par.2. lib. 4. diſp.12. n.139. Cardin. Tuſch. lit.C. concl.760. num.1. & 2. & Anchar. conſil.132. num.3. Quod intelligitur, ſi Conſervatores impediantur ab officialibus Ordinariorum in ſuis Conſervatorijs. Patet, quia tunc officiales illi procedent ſine juriſdictione, & non ſervato juris ordine contra exemptos, quales ſunt tam in civilibus, quàm in criminalibus Eborenſis Academiæ officiales, & ſcholares. Adde orta controverſia inter Conſervatorem & Vicarium, ad quem eorum pertineat juriſdictio ſuper crimine officialium Vniverſitatis, non ad Vicarium, ſed ad Conſervatorem ſpectare, ut cognoſcat, an ſua ſit juriſdictio. Ita Fragoſus citat. num. 139. ex traditis à Covarr. pract. cap. 33. num. 1. Decio in cap. paſtoralis init. Butrione in cap. cæterum colum. 3. de judic. Quia maior eſt authoritas juriſdictionis Apoſtolicæ, quam Conſervator exercet. Deinde juxta Rebuff. tom. 1. ad leges Galliæ tit. de Evocat. art. 1. num. 101. pag. 270. & Maranta de Ordin. judic. part. 4. diſt. 16. num. 58. pag. 204. quando Princeps cauſam committit alicui delegato ſpeciali, cenſetur auferre omnem juriſdictio-

Iuriſdictioni Conſervatoris impedientes.

Conſervatoris maior authoritas quàm ordinariorum.

ctionem omnibus Inferioribus Ordinarijs, qui aliàs de illa cauſa poterant cognoſcere.

QUÆSTIO V.

Utrum & quomodo Conſervator Eccleſiaſticus poſſit procedere contra officiales Ordinarij, & e contra Officiales illi contra dictum Conſervatorem?

999 QVæſtio non diſputabitur in tota ſua latitudine, ſed determinata ad Academiam Eborenſem, quæ ſecundùm ſuos officiales, & ſcholares exempta eſt à juriſdictione Eborenſis Archiepiſcopi per Bullam Gregorij XV. quæ incipit Venerabiles fratres, ubi confirmantur literæ Apoſtolicæ Xiſti, & Pij Pontificum. Verum utraque propoſitæ quæſtionis pars non meliùs ventilabitur & decidetur, quàm narrando priùs quod evenit, me Eboræ agente, abhinc triginta fere annis. Balthazar à Cunha Univerſitatis apparitor, vulgo meirinho, dum noctu invigilaret civitatis cuſtodiæ, deprehendit Emmanuelem Pimenta apparitorem clericorum horis prohibitis, cum armis, & abſque ullo ſatellitio, interrogavitque an aliquid ageret de mandato ſui ſuperioris? Reſpondit ſe nihil de ſui ſuperioris mandato agere, ſed ad libitum, & ex guſtu incedere: tunc illi arma abſtulit, quæ per Prætorem civitatis poſtea ſibi adjudicata retinuit. Licentiatus Franciſcus Nogueira Vicarius Generalis egit cenſuris contra dictum Balthazarem, ut arma juridicè redderet, præſtito coram ſe juramento nõ amplius illi arma ablaturum, cui mandato, cum non obediret, declaravit excommunicatum. Igitur Licentiatus Antonius Rotericus Sylverius Academiæ Conſervator Eccleſiaſticus inhibuit dicto Vicario ne de cauſa apparitoris cognoſceret, & præcepit ſub pœna excommunicationis, ut ſe inhibitum gereret, culpasque, ſi quas haberet contra dictum Balthazarem, ad ſe, ſuumque judicium remitteret: & quia tali præcepto, & inhibitoriæ non paruit, illum excommunicavit, & excommunicatum declaravit.

Conſervator & Ordinarius Eborẽſes inter ſe contẽdũt.

1000 Eſt igitur prima quæſtionis pars, utrum & quomodo Conſervator Eccleſiaſticus Academiæ Eborenſis poſſit procedere contra officiales Ordinarij, & an rectè proceſſerit inhibendo in caſu propoſito? Hujus difficultatis pars negativa videbitur alicui ſaltem probabilis, & ſuadenda 1. quia Conſervator Eccleſiaſticus Academiæ nullam habet juriſdictionem in non ſubditos, quales ſũt officiales Ordinarij; ſicut & ipſe Ordinarius, qui omnes habent ſpecialem forum, cujus privilegio gaudent. 2. Quia ſi Conſervator poſſet procedere contra officiales Ordinarij, etiam procederet contra Ordinarium, cujus vices illi gerunt: ſed contra Ordinarium nequit procedere, ne compellamur admittere bellum juſtũ pro utraque parte, ſiquidem Ordinarius poteſt contra Conſervatores procedere, ut infra oſtẽdemus; ergo Conſervator non poteſt. 3. Quia ſaltem in caſu propoſito Conſervator Eccleſiaſticus non potuit ſe intromittere pro defenſione apparitoris; qui erat officialis Academiæ laicus, cujus proinde defenſio ſpectabat ad Conſervatorem laicum. Nam Conſervator Eccleſiaſticus eſt datus à Summo Pontifice ad cõſervandum, & defendendum ſolos ſcholares in ſacris conſtitutos, & beneficiatos, ut conſtat ex Bulla Pij V. ibi: Conſervatorem collegia„lium, & ſcholarium Collegij, & Univerſita„tis hujuſmodi, qui in ſacris ordinibus initia„ti, vel beneficiati eſſent: & ſic debet intelligi dicta Bulla verbo (prædictos) hoc eſt clericos in ſacris & beneficiatos.

Conſervator Eborẽſis contra officiales Ordinarij

1001 Accedit quòd licèt demus potuiſſe Conſervatorem tum ratione ſui muneris, tum contra Vicarium Generalem procedere, at non potuit modo indebito, & non ſervato juris ordine: fertur enim non appoſuiſſe clauſulam juſtificativam (ſi te ſenſeris) in monitorio, quod ſine tali clauſula invalidum eſſe, tradunt ex l. 1. C. exec. rei judic. Anchar. conſ. 297. col. 1. Martha de clauſulis, clauſ. 247. n. 1. Sayrus de cenſur. lib. 1. cap. 12. num. 28. Abb. in cap. ex parte, de verb. ſignif. Navarr. cap. cum contingat. octava cauſa nullit. & Mãdoſ. de monit. q. 17. n. 6. qui communem dicit. Præterea non proceſſit rectè apponendo breviſſimum terminum trium horarum, ut intra eundem ejus mandato ſatisfieret, contra tex. in cap. Conſtitutionem 9. de ſenten. excommun, ubi Doctores, Navar. in d. cap. cum contingat, in quinta cauſa nullit. quia debuerat contineri intervallum aliquot dierum, ad minus trium, ut ex ſtylo curiæ obſervat Mandoſ. ſupra cit. q. 31. num. 6. & ad minimum duorum, juxta ea, quæ reſolvit Sayrus cit. c. 12. n. 33.

Monitorũ cum clauſula, ſi te ſenſeris.

Terminus dierum in monitorio

1002 Nihilominus pars affirmativa ſcilicet poſſe Conſervatorẽ Eccleſiaſticum Academiæ Eborenſis in nonnullis caſibus procedere contra officiales Ordinarij, & etiam contra ipſum Ordinarium Eborẽſem, indubitata eſt, & in eventu narrato proceſſiſſe rectè, videtur perſpicuum. Probatur 1. quia talis Conſervator (ut ex Bullis Pontificijs patet) habet authoritatem Apoſtolicam, ut Univerſitatem, omneſque ejuſdem alumnos & officiales defendat ab injurijs & violentijs cõtra.

Conſervatoris poteſtas contra Ordinarium Eborenſem.

tra quoſcunque etiam Epiſcopali dignitate cóſpicuos, quod omnibus Conſervatoribus Apoſtolicis commune eſt, ut patet ex ſupra dictis num. 996. ergo Conſervator Eborenſis poteſt aliquando procedere contra Ordinarium. Probatur 2. nam Conſervator ex vi ſui muneris poteſt procedere contra quoſcunque impedientes ſuam juriſdictionem, ut ſupra num. 998. oſtenſum eſt, & ulteriùs patet ex litteris Conſervatorijs Societatis fol. 123. apud Fragoſum citatum num. 142. quæ ita habent: Occupatores, ſeu detentores, præſumptores, & injuriatores, necnon contradictores quoſlibet, & rebelles, quandocunque expediſſet, authoritate Apoſtolica per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris & facti remedia, appellatione poſtpoſita, cópeſcẽdo; ergo ſaltem in caſu; quo Conſervator impediatur à ſua juriſdictione per Ordinarium, vel ejus officiales, poteſt contra illos procedere. Probatur 3. nam Conſervator Eccleſiaſticus poteſt inhibere Ordinario, ut habetur ex cap. 2. de officio deleg. in 6. cum ſit maior illo, ut ex cap. ſanè o 2. de offic. deleg. tradit Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſump. 17. num. 5. ubi ait delegatum Principis eſſe digniorem ipſo ordinario. Et quòd Conſervator poſſit inhibere Ordinario, conſtat ex Trident. ſeſſ. 7. cap. 14. de reform. ut ſentiunt Gutierr. lib. 3. pract. quæſt. cap. 10. & Monet. de Conſerv. cap. 8. nu n. 162. qui ſubjungit nu. 163. cum Anchar. conſ. 132. num. 2. poſſe Conſervatorem Apoſtolicum inhibere legato Sedis Apoſtolicæ. Addunt denique ipſe Monet. & Anchar. locis citatis cum Mandoſo, & Tuſcho quos citant, poſſe Conſervatores procedere cõtra legatos de latere, & eos mulctare, ſi ſuá juriſdictionem impedire velint cognoſcendo de cauſis ad ipſos Conſervatores ſpectantibus.

Conſervator procedens contra Ordinarium.

Inhibitio Ordinarij

1003 Ex dictis ſatis colligitur Conſervatorem Eccleſiaſticum Academiæ Eborenſis rectè proceſſiſſe in caſu narrato cótra Vicarium Generalem Archiepiſcopi eum inhibendo, & excommunicando. Ratio ulteriùs ex ſpeciali jure, & Bullis Pontificijs deſúpta eſt, quia dictus Vicarius indebitè ſe intromiſit volens cognoſcere de cauſa apparitoris Academici, eam trahendo ad ſuum tribunal, cum omnes officiales Academiæ Eborẽſis ſint omninò exempti à juriſdictione, & ſuperioritate Archiepiſcopi per indultú Apoſtolicum, quod conſtat ex illis verbis Pontificis, ibi ¶ Ac prædictum modernum (intelligit D. Ioſephum à Melo) & pro tempore exiſtentem Archiepiſcopum Eborenſem, ſuoſque officiales & miniſtros, vel aliam quanvis perſonam cujuſcunque ſtatus, gradus, & conditionis exiſtat in juriſdictione, correctione, viſitatione, prædictis alijſque omnibus ad Vniverſitatem, & illius ſcholares, officiales, aut bona, privilegia, gratias, libertates, & exemptiones illorum ſpectátia ſe intromittere, aut aliquá ſuperioritatem, juriſdictionem, correctionem, etiam ratione cujuſvis delicti, ubicunque delictum commiſſum fuerit, aut viſitationem, ſeu viſitandi jus habere, aut prætẽdere nullatenus poſſe &c. quibus verbis Pontifex abſtulit juriſdictionem Archiepiſcopo circa privilegiatos ſcholares & officiales prædictos. Deinde Conſervator ille Eccleſiaſticus legitimè per Rectorem nominatus habet à Pontifice poteſtatem procedendi contra quoſcunque impedientes, vel uſurpantes privilegia coceſſa dictæ Vniverſitati à Sede Apoſtolica, ibi: ¶ Efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes non permittant &c. ſuper eorum perſonis, & bonis, aut juribus, privilegijs, exemptionibus, facultatibus, & indultis, eis communiter, vel diviſim conceſſis, eorúmque uſu & pacifica poſſeſſione, à quibusvis perſonis indebitè moleſtari, aut eis gravamina, damna, vel injurias deſuper irrogari &c. & ſtatim Pótifex ſubjungit pœnas & cenſuras, quibus poteſt ac debet Conſervator prædictos contradictores compeſcere. Igitur cum Vicarius Generalis avocando cauſam apparitoris contrairet privilegio dato Academiæ à Sede Apoſtolica, potuit ac debuit Conſervator procedere contra dictum Vicarium inhibitione, & excómunicatione.

Academia Eborenſis exemptio ad Ordinario.

1004 Adducta pro parte negativa à num. 1000. nihil conficiunt. Ad 1. dicimus noſtrum Conſervatorem habere à Pontifice juriſdictionem in omnes & quoſcúque etiam ſecundùm ſe exemptos, qui vel ſuá juriſdictionem impedierint, vel privilegiatos Academiæ ut tales vexaverint: quia ut ſic ratione cauſæ; & criminis ſubditi manent, ſicut manſit Vicarius Generalis in prædicto caſu. Ad 2. fatemur poſſe Conſervatorem in ſubjecta materia procedere contra Ordinarium, nec ex hoc inferri dari bellum juſtum materialiter pro utraque parte: quia in hoc caſu, in quo Conſervator (ut oſtendimus) procedit juſtè ac legitimè contra Ordinarium, vel ejus officiales, Ordinarius nequit reſiſtere, & contra conſervatorem procedere, ut ex infra dicendis magis patebit. Ad 3. negamus defenſionem apparitoris Academici ſpectare ad Conſervatorem laicum, qui eſt prætor Vrbis, nam debuit fieri cótra Vicarium generalem, qui erat clericus in ſacris, ac proinde per Conſervatorem Eccleſiaſticum, qui juriſdictione Apoſtolica eum compeſceret. Nec obſtat quod Pius V. in ſua illa Bulla non expreſſerit defenſionem pro officialibus laicis: nam ſatis fuit præcepiſſe Conſervatori ut defenderet Vniverſitatem: quia hoc nomen Vniverſitas non intelligitur materialiter de atrio, aulis, & columnis, ſed de omnibus perſonis Vniverſitatis. Gloſ. in l. ſicut §. 1. verbo

Conſervator Eccleſiaſticus defendit etiam officiales laicos.

non

non debetur in fin. ff. quod cujuſvis univerſ. nom. & in l.1.ff.colleg.illicit. Bart.in l. aut facta §.nonnunquam ff.pœnis num.3. Boer.trac. de ſeditioſis cap.ult.n.14.& 22. Loſeus de jure Univerſ.1.par.cap.1.num.4. Accedit quòd licèt Pius V. in ſua Bulla id ſolum innuerit, Summi Pontifices ejus ſucceſſores ſatis expreſſerunt per clauſulas valde amplas, & multû favorabiles Univerſitati, ipſiuſque alumnis, & officialibus.

Inhibitoriæ vis & natura.

1005 Ad ultimum quod afferebatur contra Conſervatorem in prædicto caſu indebitè procedentem, & non ſervato juris ordine, id negamus: quia falsò refertur eum proceſſiſſe per monitorium. Proceſſit enim per inhibitoriam, in qua non apponitur clauſula juſtificativa (ſi te ſenſeris) ſi enim hæc poneretur in inhibitorijs, ſerò aut nunquam ſortirentur effectum, exceptionibus oppoſitis, ut fit in monitorijs. Ita Mandoſ. de monit. q. 56.num.4.& ſic obſervat ſtylus curiæ Romanæ, & ſervatur in tribunali Legatiæ Olyſipponenſis. Nam inhibitoria ſimulac intimatur judici, ſuum ſortitur effectum, & illi manus ligat. Cap.non ſolum, de appell.in 6. Marant.de ordin. judic.p.6. 2. actu ſub tit. & quandoque appellatur.num.209. ſicut in appellatione interpoſita judici à quo, ut per Lancellottum de attent.p. 2.cap.10.à num.3. Ratio eſt, quia inhibitio æquiparatur mandato irritanti, ut docet Mandoſ. de inhibit. q. 41. num.1. & ideo geſta poſt inhibitionem ſunt nulla, ut rectè notat Lancell.cit.cap.20. ampliat.10. per totam. Ex quibus apparet magna differentia inter monitorium & inhibitoriam, ut nempe in illo debeat apponi terminus, ſeu intervallum aliquorum dierum, non ita in inhibitoria: quia illud ſtare poteſt cum exceptionibus, quæ moram exigunt: & inhibitoria exceptiones non patitur: ſed judex ſtatim poſt illam parere debet. Unde ſi Cõſervator in ſua illa inhibitoria præfixit terminum trium horarum, hoc non fecit, ut intra eundem proponerentur exceptiones, ſed ut illo elapſo Vicarius non obediens pœnas in inhibitione contentas incurreret, juxta doctrinam Lancell.cit.cap.20.n.194.

Ordinarius quid ſit poſſit contra Conſervatorem Eccleſiaſticum.

1006 Secunda quæſtionis pars inquirit, Utrum Ordinarius vel ejus Vicarius Generalis poſſit procedere contra Conſervatorem; & in caſu ſupra narrato potuerit contra apparitorem, & Conſervatorẽ Eccleſiaſticum Academiæ? Arridebit fortè alicui ſententia affirmativa 1.quia Ordinarius habet jus tuendi ſuam juriſdictionem, quam Cõſervator Academicus in prædicto caſu nitebatur impedire avocando ad ſe cauſam pertinentem ad judicium Ordinarij, qualis erat cauſa apparitoris clericorum armis ſpoliati: ſed ut ſuam tueatur juriſdictionem poteſt procedere contra quoſcunque; ergo contra Conſervatorem Academicum. 2. Quia ſi aliquid obſtaret ne Ordinarius poſſet procedere, eſſent privilegia quibus Conſervator, & officiales Academiæ ſunt exempti ab Ordinario: ſed in caſu violentiæ, quam Conſervator inferebat juriſdictioni Ordinarij, ceſſabunt privilegia; ergo potuit procedere. 3. Quia Ordinarius poteſt in Conſervatorem animadvertere, ſi fortè ultra cauſas ſibi permiſſas cognoſcat, illumque prohibere ne excedat limites ſuæ poteſtatis, ut docent Navar. in cap. Cum conting it, remed. 4.de reſcript.& Cevall.tom.4. q.897. a n.762. ex Authen. Ut judices ſine quoquo ſuffragio §.volumus verſ.ſed etiam collat. 2. juncta reg. l.prohibitum, ubi gloſ.verbo reſiſtentibus, & l.defenſionis facultas C. de jure fiſci lib.10. ſed Conſervator Academicus videtur exceſſiſſe limites ſuæ poteſtatis excommunicando Vicarium; ergo Ordinarius potuit procedere.

Proceſſus nullus ex non ſervato ordine.

1007 4. Quia ordo non ſervatus annullat proceſſum l.prolatam, ubi Gloſ.1.& Doct.C.ſenten.& interl.cap.exhibita, de judic.cap.ſacro. ubi Gloſ.verbo juſta fuerit, de ſenten.excommun. Marant.de ordin.judic.num.4.& 5. Et quando acta judicis delegati ſunt nulla, poteſt Ordinarius declarare eſſe nulla per tex.in cap. ſolicitudinem §. quia vero, ubi Decius, de appellat. & per Cardin. in Clemen. 2.in fine principi, de pœnit. & remiſſ. ubi ait inferiorem poſſe declarare factum ſuperioris judicis, quando conſtat de ejus injuſtitia, & nullitate, ut refert Marant. in quæſt. legal.d.1.num.24. ſed dictus Conſervator non ſervavit juris ordinem, procedendo per monitorium ſine clauſula, & cum brevi termino; ergo rectè contra illum proceſſit Ordinarius. 5. Quia licèt dictus Academicus Conſervator, & apparitor non eſſent ſubditi Ordinarij, tamen manſerunt illius ſubditi ratione delicti ad Ordinarium pertinentis: ſiquidem Conſervator excedens ſuam poteſtatem deliquit: & apparitor etiam deliquit auferens arma apparitori clericorum, contra Ordinat. Regiam lib. 2. tit.1. §.26. ubi ſic, ¶ E quanto aos meirinhos dos Prelados mandamos que lhe não tomem as armas, ſe com ellas não fizerem o que devẽ, nem as trouxerem a horas defeſas, porem cõſtando que vaõ fazer algũa diligencia por mãdado de ſeus ſuperiores, as poderàm trazer a todo tempo. Habet enim Epiſcopus, teſte Fragoſo par.2.lib.4.diſp.12.num.138. familiam armatam, quæ gaudet privilegio fori, ut latè diſputat Franciſcus Leo in theſauro fori Eccleſiaſtici par.1.cap.9.num.16. & 17. & cap.11. num.18.

Vicarius Archiepiſcopi non poteſt procedere cõtra officiales academiæ.

1008 Nihilominus tenenda omnino eſt ſententia negativa quoad utranque partem, ſcilicet Vicarium Generalem non potuiſſe procedere contra apparitorem Academicum, neque contra Conſervatorem.

Ita

Ita Fragoſus in caſu propoſito diſp.12. citat. à num.138. Prior pars, nempe de proceſſu contra apparitorem, ſuadetur, quia Vicarius ſine ulla juriſdictione contra illum proceſſit: erat enim Academicus apparitor exéptus à juriſdictione Ordinaria Archiepiſcopi per Bullam Pij V. editam 15. Maij anno 1568. Pontificatus anno 3. cujus Bullæ meminit Sebaſtianus à Coſta in explicatione Bullæ Cruciatæ quæſt.86. Deinde, quâvis demus habuiſſe abſolute juriſdictionē, & nullã in apparitore datã fuiſſe exéptionē, adhuc proceſſit nulliter: quia nõ potuit procedere per cẽſuras nullo dato peccato, ut cũ cõmuni docét S.Thom. in addit. 3.par. q.21.art.3. Alenſis 4.p.Summæ q.2.mem.1. att.3. S.Antonin.3.p. tit.24. cap. 73. S. Bonavent. in 4. diſt. 18. in ult. par. diſt. q. 2. & alij, quos citat ac ſequitur Sayrus de cenſur. lib.1.cap.9.num.28. atqui apparitor Academiæ non peccavit, imò operatus fuit juxta legem RegiamOrdin. citatã capiendo arma apparitori clericorum incedẽti ad libitum pro gaita ſuo per civitatem cum armis horis vetitis, nec agẽti aliquid de mandato ſui ſuperioris, ut ipſe interrogatus reſpondit, igitur non potuit contra illum procedere Vicarius Generalis. Confirmatur minor à ſimili, quia apparitor ſæcularis poteſt ſpoliare armis clericos in ſacris, ſi eos deprehenderit cum illis horis vetitis, juxtà Ord.lib.5.tit.80.§.11. ¶ E por q̃ nos clerigos de ordẽs ſacras, & beneficiados he defeſo per direito, q̃ não tragão armas, nós aſſi mãdamos q̃ ſe cõprar & ſe forẽ achados cõ ellas, q̃ ſejaõ coutadas & perdidas: & ſe as não quizerẽ logo dar, ſejão lhe tomadas pelos meirinhos, ou alcaydes, ſeus homẽs quãdo lhas aſſi acharẽ. Patet etiã ex Ord.lib.2.tit.1.§.26. ditas poſſe per judicẽ ſecularem ſpoliari armis, ſi ea deferant vetita, vel horis vetitis; ergo ſimiliter apparitor Academicus rectè abſtulit arma apparitori clericorum, eaq; prætor urbanus, licèt judex ſecularis, legitimè perdita judicavit.

Arma vetita capiendaa cleſicis.

Conſervatoris Academiæ exemptio.

1009 Poſterior pars, ſcilicet de proceſſu contra Conſervatorem, oſtenditur 1. q̃ ila Cõſervator Eccleſiaſticus Academiæ Eborenſis eſt omninò exemptus à juriſdictione Ordinaria Archiepiſcopi in omnibus ſuis cauſis, ut conſtat tum ex ratione communi ob quam, omnes officiales Academici ſunt exempti, tum ob rationem ſpecialem talis officialis in litteris Conſervatorijs: deinde non apparet in propoſitiò caſu titulus ob quem Vicarius contra illum potuiſſet procedere. Oſtenditur 2. quia Conſervator in caſu narrato ita ſe geſſit, ut nullam intulerit violentiam juriſdictioni Ordinariæ, cum legitimè uteretur juriſdictione Apoſtolica, quæ non impedit Ordinariam, arg. l. Cælicolarum Cod. de Iudæis. Imò Conſervator ob Apoſtolicam juriſdictionem potuit ſua excommunicatione ligare non ſolum Vicarium, ſed etiam omnes impedentes favorem Vicario, tanquam impedientes juriſdictionem Apoſtolicam, ut tradit Cabed. de verſor. juris lib.1.cap.5. n.12. & continetur in Bulla Cœnæ Excommun.16. Oſtenditur 3. quia licèt Conſervatorem ſe injuſtè geſſiſſe in defenſione apparitoris concederemus, adhuc Vicarius Generalis non poſſet procedere contra talem Conſervatorem, ut ſumitur ex cap. ſi quãdo, de officio delegati, ubi Alexander III. præcipit ne Ordinarius reſiſtat violenter mandato delegati, ſed ut apud eum inſtet, donec veritas Sedi Apoſtolicæ innoteſcat; Ita Auguſt. Barb. ad citatum cap. verbo, reſiſtere violenter n. 4. Maranta in diſp.1. incipit Plerunque n.15. Hippol. in l.1. n.25. ff. de quæſtion. & Dueñas per regul.192. in fine. Favet Innocent. in d. cap. ſi quando docens non eſſe reſiſtẽdum delegato, quamvis malè agat, & de hoc conſtet, niſi per appellationem. Deinde cum Ordinarius negligentiam judicis Apoſtolici exempti corrigere nequeat, ut tenent Gratian. diſcep. foren. cap. 154. num.42. & Abbas in cap. fin. num.17. de reſcript. non potuit procedere contra Conſervatorem Academicũ, qui judex Apoſtolicus eſt, quamvis demus quòd negligẽter, & iniquè geſſiſſet. Oſtenditur 4. quia in caſu ſimili, & propè eodem, quem ad extenſum refert Fragoſus citatus p.2. lib.4. diſp.12. de quadam olim excitata controverſia inter Conſervatorem Doctorem Sebaſtianum Tinocum, & Vicariũ Generalem Franciſcum Martins Monteiro, ſuper Emmanuele Albuquercio ſubdiacono ſcholari Academiæ Eborẽſis, quem 9. die Auguſti Anno 1618. cepit, & miſit in carcerẽ clericis deputatũ, Mathias Gallus apparitor clericorum, judicatũ eſt pro noſtro Conſervatore contra Vicarium Generalem tum in Legatia Olyſipponenſi per Iulium Adrioli Auditorem Illuſtriſſimi Domini Octavij Acoramboni Collectoris, tũ in Curia Romana per Eminentiſſ. Cardinales Epiſcoporum cauſis deputatos, & ſententia tranſivit in rẽ judicatã, & fuit cõfirmata per Breve Gregorij XV. Datum Romæ 21. Novembris 1621. Et tandem in noſtro ipſiſſimo caſu fuit Romæ tẽpore Vrbani VIII. judicatum pro ſupra dicto Conſervatore Antonio Roterico Sylverio.

1010 Ex dictis facilis eſt ſolutio fundamentorũ pro parte contraria. Ad 1. fatemur Ordinarium habere jus tuendi ſuã juriſdictionẽ modo debito, & accõmodato, at in propoſito caſu nullũ fuiſſe locũ tali defenſioni, quia Cõſervator Academicus evocãdo ad ſuum judiciũ cauſam officialis Academici exempti, non intulit violentiã juriſdictioni Ordinariæ. Vt enim diximus, qui procedit juriſdictione Eccleſiaſtica Sedis Apoſtolicæ, nõ impedit Ordinariam, Arg. l. Cælicolarum Cod. de Iudæis. Hine patet ad 2. quia cum nulla violentia ſit illata juriſdictioni Ordinariæ, ut demonſtratum eſt, non potuerunt ex hoc capite

 ceſſa-

ceſſare privilegia exemptionis tam in Conſervatore, quàm in Apparitore, proindeque Vicarius Generalis Archiepiſcopi Eborenſis proceſſit nulliter de facto, & contra jus tanquã perſona privata ſine juriſdictione contra Conſervatorem exemptum, & Apoſtolicæ Sedis judicem. Ad 3. reſpondemus 1. negandum aſſumptum ſcilicet poſſe Ordinariũ animadvertere in Cõſervatorem Sedis Apoſtolicæ judicẽ, etiam ſuæ poteſtatis terminos excedenrẽ, ut patet ex numero præcedenti, & noſtræ ſentẽtiæ fundamẽto 3. & infra magis patebit. Reſpondemus 2. negando Conſervatorem Academicum deliquiſſe excedendo terminos ſuæ poteſtatis in defenſione apparitoris Academici, & in avocatione cauſæ illius ad ſuum tribunal. Nam ex litteris Pontificijs (ut ſupra oſtẽdimus) poteſtatẽ accepit à Pontifice ad tuendum Academica privilegia, & Academicos privilegiatos.

Nullitas proceſſus quomodo declarãda

1011 Ad 4. dicimus obſcuris & falſis vera involucre, & tacere quæ pro noſtra ſententia faciunt. Verũ quidẽ eſt, ordinẽ ſubſtantialẽ non ſervatũ in proceſſu, annullare acta: noſter tamẽ Cõſervator ſervavit ordinẽ, ut cõſtat ex prædictis. Deinde quãvis illũ nõ ſervaret, adhuc Ordinarius nequibat procedere declarãdo nulla. Quia ad hujuſmodi declarationẽ faciẽdã à judice inferiori juxta d. c. Solicitudinẽ 52. §. quia vero, de appell. & Deciũ ibidẽ, Cardin. in Clem. 2. de pœnit. & remiſſ. Navarr. in cap. Cum contingat, remed. 4. & Marant. in quæſt. legal. diſp. 1. n. 24. duo poſtulantur, alterũ quòd acta ſint notoriè & evidenter nulla, alterum quòd ex illis oriatur damnum irreparabile: neutrum autem ex his dabatur in narrato eventu: non primum, quia ad tollendam evidentiam ſufficit aliquatenus hæſitare, ut dicitur in utroque cap. cit. & Ordinarius in noſtro caſu ſaltem dubitare de nullitate debuerat, & non dubitare de mandato ad non parendũ, juxta id quod in d. cap. Cum contingat dicit Pontifex cuidam Ordinario: ibi, Nec vel ad declinandum mandatum dubitare te dicas, ubi dubitandam non eſt. Non ſecundũ, quia ex actis Cõſervatoris nõ poterãt emanare damna irreparabilia: quia facilis erat recurſus & appellatio ad tribunal Domini Collectoris. Addim᷒ etiam dato quòd illa duo concurrent, nõ poſſe Ordinariũ Eborẽſem declarare per ſententiam actorũ illorum nullitatem. Quia talis ſententia ſupponit juriſdictionem & ſuperioritatẽ, quibus ſpecialiter privatus eſt per litteras Pontificias Ordinarius Eborenſis erga Academiam, & ejus privilegiatos.

Apparitor Academicus quid poſ

1012 Ad 5. dicimus imprimis procedere in falſa ſuppoſitione apparitorẽ, & Conſervatorem Academicum deliquiſſe, ut ſatis ex dictis innoteſcit. Quod ſi adhuc objiciãt apparitorem Academicum ſolum potuiſſe ſuũ munus exercere circa Academicos, & nõ alios præſertim apparitorẽ clericorũ, facilè coarguetur ex ſtatutis per ſereniſſimũ Cardinalẽ Henricũ factis, & per Regem Sebaſtianum confirmatis lib. 1. cap. 14. §. 3. ubi ſic. ¶ Pera q̃ o meirinho da Vniverſidade poſſa mais livremente ſervir ſeu officio, & vigiar q̃ os eſtudantes não andẽ a deshoras cõ armas, ou trajos defeſos, & peſſoas que não forẽ da juriſdição da Vniverſidade, não tenhão occaſião de reſiſtir, ou deſobedecer ao dito meirinho, podera o dito meirinho da Vniverſidade correr de noite a cidade, & prender todos os q̃ achar embuçados, ou cõ armas defeſas, ou a tẽpo defeſo, ou fazendo o q̃ não devẽ, poſtoq̃ não ſejaõ da juriſdição do Cõſervador, do modo & maneira q̃ faz o meirinho da Vniverſidade de Coimbra, & preſos os levarà ao julgador a q̃ pertencer, & lhes demãdarà as armas, & penas dellas, & lhe ſeràm julgadas cõforme a Ordenação, & poſtura da cidade, aſſi como ſe julgariaõ ſe foſſem demãdadas por cada hũ dos meirinhos, ou alcaydes da dita cidade. Hoc præcipuũ decretũ, ut palam fiat omnibus Latinæ linguæ peritis, etiam Luſitanæ ignaris, Latinitate ſic donatur. ¶ Vt apparitor Vniverſitatis poſſit liberiùs ſuũ munus exequi, & vigilare ne ſcholaſtici incedãt horis inſolitis cũ armis & veſtibus prohibitis: neve perſonæ quæ non fuerint de juriſdictione Vniverſitatis occaſionẽ habeãt reſiſtẽdi, aut non parendi dicto apparitori, poterit dictus apparitor Vniverſitatis noctu percurrere civitatem, & capere quoſcunq; invenerit obvolutos pallio, & cũ armis vetitis tẽpore prohibito, vel faciẽdo prohibita, etiãſi nõ ſint de juriſdictione Conſervatoris eo modo quo procedit apparitor Vniverſitatis Conimbricẽſis, & ſic vinctos deferet ad judicẽ cõpetẽtẽ, illoſq; arguet pro armis & pœnis eorũ, quæ illi adjudicabũtur juxta Ordinationẽ & ſtatuta civitatis. Non diſſimilia in ſtatutis Academiæ Conimbricenſis lib. 2. tit. 43. n. 10.

Ordinarius procedens contra exemptos.

1013 Dato tamen quòd apparitor, & Conſervator prædicti deliquerint, adhuc negamus factos fuiſſe ſubditos Ordinarij ratione delicti, ita ut poſſit cõtra illos Ordinarius procedere. Nã Innocẽt. III. in d. c. Cũ contingat, ſtatuẽs qualiter ſe gerere debeat Ordinarius, addit: Nulla tibi attribuitur poteſtas, ut inter delegatos debeas judicare. Nec obſtat tex. in cap. tuarũ, de privil. juxta quẽ delinquẽs conveniẽdus eſt corã Ordinario, non obſtãte privilegio exẽptionis: cui addit Barb. ibid. n. 27. idem eſſe dicendũ de illis, quibus datum eſt privilegium, ut non niſi coram certo judice poſſint cõveniri, quæ Decretalis nunc ampliatur per Triden. ſeſſ. 7. de reform. c. 14. Non inquam obſtat, quia Cõſervator Academiæ proceſſit quà talis, & ex vi ſui muneris, & ideo Ordinari᷒ Eborẽſis declaravit expreſſẽ ſe proceſſiſſe cõtra illũ, nõ ut Canonicũ, ſed ut Cõſervatorẽ. Et tũc nõ poterat procedere, etiã ſi Cõſervator deli-

deliquiſſet, ut rectè docet Abbas in cap. fin. n. 17. de reſcript. his verbis, Et concluſio ſit quod
„ aut delegatus deliquit in procedendo, & tūc
„ quia ſolū exceſſit cōtra Papā in nō patendo
„ mādatis ipſius, nō poteſt per aliū inferiorē
„ puniri, aut deliquit perverſē agēdo, & tunc
„ poteſt puniri per Ordinariū loci: quia nō cō-
„ venitur ut delegatus, ſed ut criminoſus. Sē-
tit igitur Abbas nō poſſe Ordinariū procedere cōtra Cōſervatorē delinquētē in ſuo munere, ſed tātum quādo cōmittit crimē homicidij, vel adulterij, aut ſimile pēdente cauſa delegata coram eo: & hoc poſterius adhuc nō credit Ioan. And. ubi impediretur Cōſervator procedere in cauſa ſibi delegata ex Gloſ. optima verb. privilegij ad finē in c. tuarū, de priv. Addimus in noſtra cauſa nunquā potuiſſe Cōſervatorem fieri ſubditum Ordinarij ratione criminis: ſiquidem per Breve Pontificis ſpeciale, quod ſupra retulimus, nequit Ordinarius Eborenſis cognoſcere de delictis ſcholarium, & officialium Academiæ, quod eſt privilegium exemptionis ſimpliciter datum Vniverſitati & perſonis.

QUÆSTIO VI.

Quid poſſit Conſervator inhibendo, puniendo, abſolvendo, & exequendo?

Inhibendi poteſtas Conſervatore.

1014 VT innoteſcat magis amplitudo poteſtatis, ſeu juriſdictionis, quam habet Conſervator Apoſtolicus, expediemus quatuor difficultates in titulo quæſtionis propoſitas. Prima difficultas eſt circa poteſtatem inhibendi, quam dari in Conſervatore planum eſt ex dictis, & conſtabit ulteriùs ex dicendis. Qualiter autem ſe habeat, perſpicuè apparebit comparando primo Cōſervatorem unum cum alio Conſervatore: deinde Conſervatorem cum delegato, & legato Apoſtolico, tandem cum judice Eccleſiaſtico Ordinario. Sit igitur prima concluſio. Vnus Conſervator regulariter alteri Conſervatori inhibere non poteſt. Ita Moneta de Conſervat. cap. 9. num. 104. ex Mandoſ. tractat. de inhib. quæſt. 4. num. 2. latiùs quæſt. 8. num. 2. & Lancelloto de attent. 2. p. cap. 20. a num. 95. Patet ex illa regula, Par pari regulariter inhibere non poteſt: nam illud etiam regulare eſt, Par in parem non habet imperium, l. ille à quo §. tempeſtivū ff. ad Trebell. l. 3. in fin. & l. nam magiſtratus ff. de arbitr. & cap. innotuit, de elect. Dixi (regulariter) Quia fallit reſolutio 1. quando aliquis datus fuit adjunctus, ſeu collega Cōſervatori, ſive ille quoq; ſit Cōſervator, ſive nō. Cōſtat enim poſſe adjūctū, ſeu collegā alicujus judicis ſtatim præſētata ſibi cōmiſſione inhibere cōjudicibus, ne ulterius ſine eo in cauſa procedāt, ut tradūt citati Lācell. c. 20. in præfat. n. 90. Mādoſ. q. 6. n. 2. & Staphil. tract. de lit. grat. & juſt. 2. p. fol. 178. aſſerens ita practicari. Fallit 2. quādo alter Cōſervator foret alteri Conſervatori præferēdus juſta de cauſa, ut putà ſi unus ſit Cōſervator rei, alter actoris: tunc enim procedit regula cap. 1. de offic. deleg. in 6. & aliorum jurium, quòd Conſervator poteſt procedere cōtra quemcunque ſibi reſiſtentem, pro tuenda ſua juriſdictione.

Inhibitio delegati & legati per conſervatorē.

1015 Secunda concluſio. Cōſervator poteſt inhibere Apoſtolico delegato, imò & legato. Sumitur ex cap. ſignificaſti, cap. ſanè el 2. & c. ex litteris, de offic. deleg. in quibus ſine ulla perſonarū diſtinctione dicitur poſſe delegatū Sedis Apoſtolicæ, qualis Cōſervator, coercere omnes & quoſcunq; ſuam juriſdictionē impedientes. Hinc ſentit Anchar. conſ. 132. nu. 2. & ſeq. poſſe Conſervatorem in cauſa ſibi cōmiſſa præcipere legato, imò procedere cōtra legatū à latere. Confirmatur, nam cōmiſſa juriſdictione cēſentur cōmitti ea omnia ſine quibus illa explicari nequit. l. 2. ff. de juriſd. omn. jud. & c. præterea, de offic. deleg. juriſdictio autē ſine coerctione nulla eſt. l. ult. ff. de offic. ejus, cui mād. eſt juriſd. cap. Paſtoralis, cap. ex litteris, de offic. deleg. Tertia cōcluſio. Conſervator deputatus à Sede Apoſtolica poteſt inhibere judici Eccleſiaſtico Ordinario etiam Epiſcopo. Ita præter citatos authores Gutier. lib. 3. pract. quæſt. cap. 10. Patet ex Trident. ſeſſ. 7. cap. 14. de reform. Sumitur ex cap. 2. de offic. deleg. in 6. ubi ſupponitur poſſe delegatū Sedis Apoſtolicæ, & in ſpecie Cōſervatorē præcipere Ordinario, etiā Epiſcopo, eumq; cogere. Ratio eſt, quia delegatus ſupremi Principis, utpote illius vices gerēs, cēſetur maior quocunque Ordinario, ut probat multis juribus Mandoſ. cit. q. 5. eſſe autem Conſervatorem delegatum ſupremi Principis Eccleſiaſtici compertum eſt.

Inhibitio conſervatoris per quos.

1016 Quæ diximus de Conſervatore Eccleſiaſtico abſolutè accepto procedunt in ſpecie de Conſervatoribus regularium, ac præſertim de Conſervatore Societatis Ieſu, ut tradunt Sanch. lib. 6. Conſil. cap. 9. dub. 5. n. 7. & Fragoſ. 2. p. lib. 4. diſp. 12. nu. 133. qui num. 142. id ſpecialiſſimè probat de Conſervatore Eccleſiaſtico Academiæ Eborēſis in ordine ad inhibendum Ordinario Eborenſi. Quomodò autem Conſervator Eccleſiaſticus poſſit inhibere judicibus laicis, exponit Moneta citatus cap. 8. à n. 159. Maior eſt difficultas de Conſervatore non activè, ſed paſſivè accepto ad inhibitionem, ſcilicet à quonam Conſervator Academicus ſive Eccleſiaſticus, ſive laicus poſſit inhiberi? Alphonſus de Eſcobar cap. 25. rectè ait, Conſervatores Academicos Salmantinos, & ſimiles, non

 poſſe

poſſe inhiberi niſi à Pontifice, vel Principe, ejuſque ſupremo Senatu, ab unoquoq; ſcilicet in ſuis cauſis. Imò abſq; ulla inhibitione expreſſa per ſolá manus Principis appoſitioné inhibitio cauſatur Cap. Paſtoralis 28. §. præterea, de officio deleg. etiam ſi ille judex à quo, appellatione remota, fuerit conſtitutus, quod ſingulariter probat ille textus. Sed & Legatus ſeu Nuncius Hiſpaniæ, qui judex Ordinarius appellationum eſt, poterit Scholarium judices inhibere canonicè, hoc eſt prævia cauſæ cognitione. Cap. non ſolum, de appellat. in 6. cap. Romana §. quod ſi eod. tit. & lib. Adde Covar. cap. 24. pract. num. 2. verſ. tertio. Quod limitat citatus Eſcobar, ut procedat in cauſis, in quibus de jure, & attentis ſtudij ſtatutis, judex ſtudiorum deferre appellationi teneatur: in cæteris verò, in quibus appellatione remota procedere poteſt, nullo modo inhiberi valebit: nec ſi inhibeatur, novata ut attentata revocari poterunt, ut cum multis in ſimili reſolvit Lanceli. de attent. 2. p. cap. 2 per totum, ubi limitat, niſi id etiam in mandatis legatus habeat. Hæc dicta de Academia Salmátina mihi videtur poſſe applicari Academiæ Eborenſi: quia ſicut in illa eſt juriſdictio Pótificia, & Regalis, ita in hac Eborenſi, hoc tantú diſcrimine, quòd in Salmantina eſt unicus judex Cóſervator, népe Scholæ Magiſter participás utranque juriſdictionem, in Eborenſi ſunt duo Cóſervatores.

Puniendi poteſtas in Conſervatore.

1017 Secunda difficultas eſt, qualem Conſervator poteſtatem habeat ad puniendum? Procedit imprimis de Conſervatore Eccleſiaſtico abſolutè, & veluti in genere accepto, deinde accepto in ſpecie, v.g. Academico, vel in tali Academia. Quod attinet ad primum, Conſervator quanvis ad publicam vindictam punire nequeat, tamen ad privatam utilitatem pro tuenda juriſdictione ſua, & exequendo id quod decreverat, uti poteſt coerctione aliqua infligendo pœnas, ut optimè probat Moneta de Conſervat. cap. 7. num. 262. ex l. 1. §. qui mandatum, & l. fin. ff. de offic. ejus cui mand. eſt juriſdict. §. audient quoque, Authent. de defenſ. civ. l. unica in princip. ff. ſi quis jus dic. non obtemper. l. 2. ff. ſi quis in jus vocat. non ier. l. eos Cod. de mod. mulct. Et ex jure Canonico Cap. de cauſis, cap. præterea, cap. Paſtoralis in princip. & cap. ex litteris, de offic. deleg. etiam contra Epiſcopos Cap. ſane el 2. de offic. deleg. & cap. authoritate, quod eſt 4. de privileg. in 6. ubi dicitur Conſervatores poſſe contra Ordinarios ſententias ferre: hic enim accipiuntur ſententiæ pro cenſuris. Deinde cap. 2. de officio delegat. in 6. apertè innuitur Conſervatores, ſicut & alios à Sede Apoſtolica deputatos judices poſſe procedere ad aliquas coactiones, & pœnas contra præditos dignitate Pontificali. Hinc Fragoſus par. 2. lib. 4. diſc. 12. num. 8. aſſerit Conſervatores poſſe uti cenſuris, & alijs juris remedijs ad ſuum munus obeundum, & officium exequendum contra rebelles, & contumaces, ſecundum quod illis conceditur in litteris Conſervatorijs, ut conſtat ex Conſervatoria Societatis noſtræ conceſſa à Gregorio XIII. fol. 123. Adde ex citato Moneta num. 265. licèt Conſervator nequeat cognoſcere cauſas criminales, aut mixtas ex commiſſione ſibi ſimpliciter, aut generaliter facta, poſſe tamen ex ſpeciali, arg. cap. 2. de officio Vicar. in 6.

1018 Quod attinet ad ſecundum, nempe de Conſervatore Academico, ſi loquamur de illo quà judice ſtudiorú ſecú ſdum jus cómune, certú eſt habere juriſdictioné tam in civilibus, quàm in criminalib', proinde que poſſe punire. Notát verò Eſcob. in prol. n. 19 & Horat. Lucius privil. ſchol. 48. punitioné à judice Academico profectá debere eſſe moderatá: nam j' cómune ideo ſtatuit ex ipſa profeſſione & veluti familia ſcholaſtica judicas eligédos, ut illi crederét nó ſibi acerbioré cómitti juriſdictioné, ſed æquiſſimá, & ſimillimá quá Magiſtris trivialib', modica népe coercitio, ac veluti œconomica caſtigatio l. ſed ſi §. ſi magiſter cú legib. ſequét. ff. ad l. Aquil. l. ité quæritur §. ité Iulian' ff. locati. Ex quib' (inquiút) infertur pœnis ſcholaſticis delinquétibus infligéd' cú eſſe moderatióne, ita ut núquá accedát ad ordinarias, tum ob profeſſioné & honoré ſcholaſticú, tú præſertim quádo ſtudioſus re' excelléti ingenio præſtiterit. Si loquamur de judicib' Cóſervatorib' utriuſq; Academiæ Luſitaniæ, ſcilicet Conimbric. & Eborénſis, cú illi (ut ſup. oſtedim') ſint judices ordinatij ſtudétiú, & officialiú tá in civilibus, quá in criminalibus, proculdubio poſſunt ac debét punire ſecundùm ſtatuta Academiæ. *Iudices Academici moderaté puniant.*

Relegádi poteſtas in Conſervatore.

1019 Specialis dubitatio eſt de poteſtate ad relegádú, népe à quibus locis, & in quas provincias poſſit Conſervator ſtudiorú judex relegare? Dicá quid invenio de Cóſervatore Salmátino, utráq; juriſdictioné laicá & Eccleſiaſticá in ſe conjungente, ut de illo prolata facile applicentur ſimilibus Conſervatoribus, ac præcipuè utrique noſtræ Eborenſi. Sit reſolutio: quoties dictus magiſtratus, ut Pontificius judex condemnaverit, ab omni provincia, à qua Pótifex relegare poteſt, & ipſe poterit, qui idem territorium in ſuis cauſis habere videtur. Item quoties ut judex regius pronunciaverit, ab omni Principis territorio poterit relegare. Cum enim pro territorio utriuſque poteſtatis diſtrictum habeat, ratio juris (ut rectè monet Eſcob. c. 29.) neceſſariò dictat, ab omni ſuo territorio relegare poſſe. Sumitur ex Vlpian. in l. relegatorum §. 1. & §. ſicut ff. de interd. & releg. & ex jure Caſtellæ leg. 5. titul. 31. partit. 7. *Eviliū pœna in ſcholares.*

Hæc.

Hæc doctrina (inquit citatus author) indiſtinctè procedit quoties Scholæ Magiſter tanquam judex ordinarius cognoſcit, ideſt in ſtudioſis reis, dummodò utcunq; ſubditus ſit is qui condẽnatur. Cum verò rei non ſubditi trahuntur, diſtinguendũ eſt: nam ſi intra diætas tantum reos non ſubditos trahere poteſt, non poterit ipſos ultra diætas relegare: ſint verò nullis diætarum finibus ejus juriſdictio clauditur, idẽ dicemus quod in primo caſu, nempe ab omni Principis territorio, cujus juriſdictionẽ exerceat, relegare poſſe. Ratio eſt, quia relegãdi poteſtas à territorio oritur: cum autẽ actor eſt ſtudioſus, tũc Scholaſticus judex regulariter nõ vẽdicat majus territorium, quàm diætarum fines: unde nec reum ultra relegare poteſt.

Relegatio ab Academia.

1020 Incidit hîc brevis ac venuſta quæſtio, an ſtudioſus relegatus ab Academia, ſeu loco ſtudij cẽſeatur relegatus à propria patria, itemque à Regia Curia? Hanc quæſtionem latè diſcutit Alphonſus de Eſcobar cap. 29. & à n. 12. uſque ad 77. luculenter explicat l. relegatorum ff. de interd. & releg. & à num. 78. ſic habet. Imprimis (inquit) ſi ſtudioſus à Salmática, vel alio loco ſtudij relegetur, etiam à patria, & Regia curia relegatus videbitur. l. 7. §. ſi cui planè ff. de interd. & releg. Quæ enim pœna eſſet in patriã ſuam ſtudioſum relegare? d. l. 7. §. Interdicere, & id notat Faber in rational. ad l. 1. §. penult. ff. de offic. præfect. verb. Idem juris erit, ſi ab alia civitate, in qua quis admiſit, nominatim relegetur, nã à Curia, quoque erit relegatus, & à patria, & domicilijs. Itẽ ſtudioſus relegatus à patria, etiã à Curia relegatus videbitur. l. 19. ff. de inter. & releg. Hæc citatus Eſcobar, quæ quidem mihi ſunt valdè difficilia, tum ob celebratum axioma, quod pœnæ ſunt mitius & ſtrictè interpretãdæ, tũ quia licèt citatæ leges locũ habeãt in alijs, nõ videntur procedere in ſtudioſis. Nam cũ eodẽ authore n. præced. diximus ſtudioſos nõ eſſe regulariter puniẽdos pœna ordinaria legis, ſed mitiùs. Nec obſtat quod dicitur, nullã eſſe pœnã relegari in patriã; (nã in ſtudioſo pœna ſatis acerba) eſt ejici ab Academia, & privari ſtudijs, etiã cõceſſo reditu in patriã. Accedit quod loco citato ſubjũgit Eſcob. ubi quærit, an ſtudioſus relegatus à patria, & à curia, intelligatur relegatus ab Academia, ſeu loco ſtudij? & reſpõdet, ſe id minimè credere. Quia ſtudiũ neq; patria, neq; domicilium eſt: & ob eandẽ rationẽ ſi à loco delicti relegetur, nõ cẽſebitur relegatus ab Academia, modò in ea delictum non admiſerit.

Conſervatoris poteſtas ad abſolvendum.

1021 Tertia difficultas eſt, an Cõſervator Eccleſiaſtic⁹ Academicus poſſit abſolvere à cenſuris? Poſſe Conſervatorem Apoſtolicum abſolvere illũ quẽ ipſe excõmunicatione, vel alia cenſura innodavit, rectè ducet Innocent. cõmuniter receptus in cap. 1. de offic. deleg. in 6. per cap. quærenti, eod. tit. & ex illa receptiſſima ſententia, quod is abſolvere poſſit à cẽſura, qui eã tulit, latè probant Sayrus lib. 2. cap. 20. & Vgol. tab. 1. cap. 4. Addo poſſe abſolvere eos qui contrahunt excõmunicationẽ ex eo quòd infringũt temerè eccleſias, & loca fratrũ Minorũ, aut violentiã in eis exercent, ut ex Conſtit. Clem. IV. & Leonis X. tradunt Navar. in Man. cap. 27. n. 109. & Emman. Roter. qq. regul. to. 2. q. 50. a. 2. De poteſtate Conſervatoris ad abſolvendum à cenſuris in jure latis, videndus eſt Moneta de Conſervat. cap. 8. quæſt. 9. concl. 3. & latiùs eodem cap. quæſt. ult. concluſ. 5. Hæc omnia poſſunt Conſervatori Eccleſiaſtico Academico aptari, & inſuper quod tradunt Stephanus Aufre in deciſio. capel. Tholo. q. 231. Gloſ. & Panorm. in cap. fin. de offic. ordin. Rebuff. in privileg. ſchol. privil. 144. & Auguſt. Barb. tom. 1. in Collect. ad cap. his quibus, de offic. judicis Ordin. num. 5. ſcilicet ſi ſcholaris verberaverit clericum in ſua patria modicè, demum adeat ſtudium, vel in ipſo ſtudio verberet ſocium, poſſe ab illa manuum injectione, & ſic excommunicatione cap. ſi quis ſuadente 7. quæſt. 4. in ſtudio à ſuo Conſervatore Apoſtolico abſolvi, juxta cap. quoniam, de vita & honeſt. cleric. Addit Rebuff. loco citato Cancellarium Periſienſem ex privilegio ſibi dato poſſe ſcholares ejus Academiæ abſolvere: imò ſi talis verberans ſit clericus, & conveniatur actione injuriarum, non poſſe contra eum concludi ad emendam, quam practici vocant honorabilem, ut notat Ioan. Manſuet. in rub. de injurijs §. primo, & ſequitur Boer. in conſilio quod incipit, Si quis animo injuriandi. De reliquis Academiarum Cõſervatoribus nihil poſſum certi definire, niſi quòd ex ſpecialibus litteris, & Apoſtolicis privilegijs alij habent ſtrictam, alij amplam poteſtatem ad abſolvendum.

1022 Quarta difficultas eſt, quanta ſit Conſervatoris poteſtas ad exequẽdum? Poſſe Cõſervatorẽ, qui eſt Sedis Apoſtolicæ delegatus per ſe ipſum exequi ſuã ſententiam, rectè docent Innocent. Archid. & alij ad cap. 1. in fin. de offic. deleg. in 6. & benè deſumitur ex cap. quærenti de offic. deleg. ubi expreſſè dicitur delegatum Sedis Apoſtolicæ poſſe ſuam exequi ſententiam. Dubitatio nõnulla eſt, utrũ & quomodo poſſit illã exequi per alium, & intra quod tempus? Moneta de Conſer. c. 8. à nu. 244. reſpondet 1. Conſervatorẽ poſſe ſuã exequi ſententiam per alium, præſertim Ordinarium, huic nempe præcipiendo ut exequatur. Nã judici à Sede Apoſtolica delegato id permiſſum eſt, cap. cum contingat de reſcript. Cap. ſignificaſti, Cap. in litteris, & cap. paſtoralis de offic. deleg. Addit n. 248. poſſe eãdẽ executionẽ præcipere legato Sedis Apoſtolicæ, qui juxta c. 2. de offi. legat. in 6. judex Ordinarius eſt. Reſpõdet 2. Cõſervatorẽ poſſe intra annũ, & nõ ultra, loquẽ-

Exequendi poteſtas in Conſervatore.

 do regu-

regulariter, ſuam ſententiam exequi. Sumitur ex d. cap. quærenti ubi expreſſè ſtatuitur quòd Apoſtolicus delegatus pro exequenda ſententia valet juriſdictionem ſibi commiſſam exercere uſque ad integrum annum. Dixi (regulariter) quia non procedit in eo Conſervatore, qui omninò in locum Ordinarij (ut habet quædam litteræ Conſervatoriæ) ſubrogatus eſt. Is enim poteſt etiam extra annum ſuam ſententiam exequi adinſtar Ordinariorum. Subjungit ex Nevizan. conſ. 35. num. 7. poſſe non improbabiliter id quoq; affirmari de Conſervatore indiſtinctè accepto.

Studiorū judex an exequatur.

1023 Specialis difficultas eſt de judice ſtudiorum, vel Conſervatore Academico, utrum, & quomodo exequi valeant. Partem quæ judici ſtudiorum negat executionem, tenuit Baldus, quem refert, & ſequitur Boerius deciſ. 213. num. 16. Fundatur in eo, quia ſtudiorum judices territorio carent. Partem ſimiliter quæ Conſervatori Academico, ſaltem Conimbricenſi negat executionem, inſinuat Cabedus deciſ. 210. ubi ponit privilegiatum Academiæ Conimbricenſis, qui petivit ſententiam executioni mandari per ſuum Conſervatorem, & auditus non fuit. Nihilominus mihi indubitatum eſt tam judices ſtudiorū ſpectato jure communi, quàm Conſervatores Academicos ſpectato jure ſpeciali, & litteris ſpecialibus, habere executionem abſque ulla deſignatione temporis. Patet de judicibus ſtudiorum, ſpectato jure communi, nam illi ſunt judices ordinarij, ſeu pollentes ordinaria juriſdictione: & certiſſimi juris tam civilis, quàm canonici eſt poſſe Ordinarios per ſe ipſos ſuā ſententiam exequi. l. à Divo Pio ff. de re judic. l. properandum C. de judic. cap. quod ad conſultationem, de re jud. Patet de Conſervatoribus Academicis: nam hi vel ſunt judices Ordinarij, quales Conſervatores Academiæ Conimbricenſis & Eborenſis, ut oſtendimus ſupra hac diſp. quæſt. 1. vel ſunt judices delegati, qualis Salmantinus, & alij ſimiles: ſi ſint judices Ordinarij, ex hoc præciſè habent executionem ſecundùm jura proximè citata: ſi ſint delegati, habent etiam executionem, tum quia Conſervatores Academici ſunt delegati ad Univerſitatem cauſarum, proindeque Ordinarijs æquiparantur, juxta ſuperiùs dicta, tum quia habent privilegium eos eximens ab omni poteſtate Ordinarij, ſicut Regulares; qui autem ſic ſe habent, exequi poſſunt.

Executio per Salmantinū Conſervatorem.

1024 Quantam verò executionem habeat Conſervator Salmanticenus, qui eſt Scholæ Magiſter, in Academia, tradit Eſcobar cap. 10. Num. 10. à Pontifice (inquit) executorem eum datum habetur ex Conſtit. 31. verſ. Item quia parum prodeſſet, datum verò Conſervatorem ex Eugeniana fol. 77. Regiâ conceſſio Regis Catholici extat in l. 18. tit. 7. lib. 1. Recop. aute c. 5. verſ. Que por ſer. Deinde quia ta exequēdi poteſtas illa ſit, cōſtat ex Cōſt. 35. ne

„ pe ſolùm prodeſſe ut omnia & ſingula Univer-
„ ſitatis privilegia cuſtodiri & exequi faciat,
„ remota appellatione, compeſcendo quoſ-
„ cunque contradictores, etiam Pontificali,
„ & ſimilibus dignitatibus conſtitutos, qua-
„ vis de Univerſitatis gremio non ſint. Vide plura apud eundem.

Reſtat ſatisfacere illis, qui n. præced. negabant executionem judicibus Academicis. Ad primum Eſcobar cap. 9. apertè ait Baldum, & Boerium inſigniter erraſſe falſo niſos fundamento, quòd judex ſtudiorū territorio careat. Nā territorium habet aliquando materiale, vel ſi nō, ſufficiet habere circumſcriptum ad executionem, ſicut ſufficit judicibus delegatis, quibus omnes negant materiale, & concedunt vim exequendi cum ſolo circumſcripto. Sed de hoc latius ſequenti quæſtione. Ad ſecundum dicimus neque Cabedum, neque ejus deciſionem nobis obſtare: quia ille privilegiatus Academiæ Conimbricenſis, poſtquam in alieno judicio lata eſt contra eum ſententia, non oppoſuit exceptionem nullitatis ex defectu competentiæ, ſed voluit ſententiam executioni mandari per ſuum Conſervatorem, in quo, jure non fuit auditus, non quòd Conſervator Academicus careret poteſtate ad exequendum, ſed quia executio facienda eſt per judicem, qui ſententiam tulit, vel per eum, quem ipſe deprecatur l. à Divo Pio ff. de re judic. l. argentarium §. nomine ff. de judic. l. properandum §. ſin autem reus C. eod. tit. Ac proinde dum ſententia non arguebatur, executioni erat mandāda non per Conſervatorem, ſed per illius judicem latorem.

Sententiæ executio per quem.

Brachij ſecularis invocatio.

1025 Ultima difficultas eſſe poteſt, utrum & quomodo valeat Conſervator pro ſuo munere exequendo brachij ſecularis auxilium invocare? Conſervatorem habere poteſtatem invocandi auxilium brachij ſecularis, tradunt Azor par. 2. lib. 5. cap. 34. q. 10. Cevall. tom. 4. q. 897. num. 718. Covarr. quæſt. pract. cap. 10. à num. 21. Perez l. 4. tit. 1. lib. 3. Ordin. Aviles cap. 20. Prætor verbo Uſurpan. n. 16. & Sanch. tom. 1. Conſil. lib. 6. cap. 9. dub. 6. n. 7. Quæ doctrina (ut notat Barb. in Collect. ad cap. ſtatutum 11. de offic. deleg. in 6.) procedit abſque dubio, ubi in litteris Conſervatorijs facultas invocandi hoc auxilium fuerit expreſſa prout ex ſtylo curiæ exprimi ſolet. At ſi non exprimatur, dubium eſt, an invocare poſſit. Affirmativa pars adhuc defenditur à Navarro in cap. cum contingat, remed. 1. à num. 1. de reſcript. Covar. cap. 10. num. 1. Menochio remed. 3. retinen. num. 360. & Mandoſ. in reg. 17. q. 4. num. 12. Fundatur 1. quia delegatus judicis Eccleſiaſtici ad executionem demandati ſibi negotij, poteſt brachium ſeculare implorare, in

cum

cum multis defendunt Azeved. l. 15. num. 3. tit. 1. lib. 4. nouæ Recopil. Pen. in direct. Inquiſ. lib. 3. commento 115. Bobadil. in ſua polit. lib. 2. cap. 17. num. 179. Farin. in praxi crimin. q. 67. num. 86. Rodolphin in tract. de brachio ſecul. nu. 30. & Aloyſ. Ricci. in praxi fori Eccleſ. deciſ. 320. num. 2. ergo à fortiori delegatus Pontificis, qualis eſt Conſervator. Fundatur 2. quia judices Eccleſiaſtici Ordinarij habent poteſtatem invocandi brachium ſeculare ex tex. in cap. 1. de offic. Ordin. & cap. adminiſtratores 23. q. 5. Conſtat autem invocationem brachij ſecularis conceſſam Ordinarijs, locum habere in delegatis juxta tex. in cap. ut officium §. compeſcendi de hæret. in 6. ex quo id reſoluunt Innocent. num. 3. & Abbas num. 8. Quomodo autem poſſint hujuſmodi delegati, & Conſervatores illud brachium invocare, exponunt Azor d. cap. 34. q. 10. Fr. Ludovicus Miranda in Manual. Prælat. tom. 2. quæſt. 47. a. 8. concl. 7. Cevall. tom. 4. q. 897. art. 718. Barb. de poteſtat. Epiſc. p. 3. alleg. 106. num. 38. & Fragoſus p. 1. lib. 4. diſp. 12. n. 8. aſſerentes Conſervatorem poſſe per cenſuras compellere magiſtratum civilem, quod dicitur brachium ſeculare, ut ſibi ſuffragetur contra reſiſtentes, & injuriam irrogantes. Addit Salzedo in pract. cap. 154. num. 20. & 29. ſi judex ſecularis Eccleſiaſtico petenti ſuum auxilium adhuc recuſet, & deneget, poſſe arbitraria pœna pro modo & qualitate culpæ ab ipſo Eccleſiaſtico judice puniri. Nec refert (inquiunt Navar. ſupra num. 3. & Salzedo num. 8.) quòd in reſcripto ponatur interdum clauſula: (Invocato ad hoc auxilio brachij ſecularis, ſi opus fuerit.) Quia talis clauſula non ex neceſſitate, ſed ex ſtylo Curiæ pro maiori claritate apponitur.

QUÆSTIO VII.

Utrum, & quomodo poteſtas Conſervatoris habeat territorium, & prorogationem?

1026 Duas partes vendicat propoſita quæſtio: prior eſt de territorio, ſeu poteſtate Conſervatoris in ordine ad illud: pro cujus deciſione & explicatione adverte territorium dici à terrendo, ut habetur ex l. pupillus 239. §. territorium ff. de verb. ſignif. ibi a: (Quod magiſtratus intra eos fines terrendi, id eſt ſubmovendi jus habet.). Sumitur dupliciter (ut notat Eſcobar cap. 9.) primo pro ipſa ditione, ſeu provincia, quæ alicui regenda committitur, & (ut ita dicam) pro ipſa regione, ut in d. l. pupillus ff. de verb. ſign. l. cætera §. ſed ſi quid ff. de legat. 1. & l. decurionum 33. C. de de curion. lib. 10. Sumitur ſecundo, non pro ipſa certa & limitata provincia, ſed pro certis finibus intra quos in perſonas certas juriſdictio eſt: & in hac ſecunda acceptione latiùs patet territorium, cum accipiatur pro circumſcriptione juriſdictionis circa locum, & ſi non ſit locus ipſe, ſeu territorium materiale commiſſum: ſic in Urbe Romana erant plures judices ſinguli diverſis cauſis propoſiti, & in hoc ſenſu accipienda eſt l. finalis ff. de juriſdict. & oportet accipi diſtrictum lib. 1. feud. tit. 5. ver. fin. Eſt igitur diſcrimen inter utrunque territorium, ſcilicet materiale & circunſcriptum, quod in materiali præcipuè attendatur ad materiale ſolum, ut nempe ratione illius competat juriſdictio in perſonas, at in circunſcripto attendantur præcipuè perſonæ, & cauſæ, ut nempe ratione illarum competat juriſdictio intra certum ſpatium. Videatur Petrus Greg. lib. 47. ſyntag. cap. 21. & Marta de juriſdict. p. 1. cap. 47.

Territorium quid & quotuplex.

1027 Difficultas igitur eſt, utrum Conſervatores, & judices ſtudiorum habeant territorium? Videtur negandum cum Baldo, & multis alijs, quos referunt Boetius deciſ. 227. num. 16. Palacius Rub. in cap. per veſtras 2. notabili verſ. ſed eſt pulchra num. 26. Oſſuald. lib. 17. comm. expreſſè aſſerit judices ſcholarium non habere territorium. Fundamentum eſſe poteſt, quia territorium non datur niſi cum juriſdictione ordinaria, ſeu in ordine ad illam: nam juriſdictio Ordinaria poſtulat commemorationem territorij, ut docet Franch. ad cap. cum cauſam num. 28. de appellat. at hi Conſervatores non habent juriſdictionem ordinariam, ſed delegatam, & commiſſam à Pontifice, cujus ſunt judices delegati; ergo nõ habent territorium. Confirmatur à ſimili; quia eodem modo ſe habent Conſervatores atque prælati regularium: ſiquidem utrorumque juriſdictio potius reſpicit perſonas, quàm locum: ſed prælati regularium non habent propriè territorium, ut docent Innocent. in cap. delicta in princip. de exceſſib. prælat. Covar. quæſt. pract. cap. 11. num. 5. verſ. quid item; Rolando conſ. 33. p. 3. Franc. cap. 2. num. 10. & ibi Anchar. de conſtit. Cochier p. 2. q. 45. num. 121. & Doctores communiter ad l. fin. C. de juriſdict. omn. judic. Et praxis id confirmat, nam ſi aliqua perſona ſecularis committat ſacrilegiũ, vel aliud crimen in conventu, vel templo regularium, non manet ſubjecta judicio regularium ratione delicti; ergo ſimiliter Conſervatores etiam Academici territorium non habent.

Territorium Conſervatoris.

Territorium regularium.

1028 Nihilominus Conſervatores abſolutè acceptos habere territorium, in quo ſuam juriſdictionem exercent, tradunt Mevia conſ. 35. num. 9. Ruin. cap. 3. vo-

Territorium Conſervatoris.

lum.4. & Moneta de Conſerv.cap.7.num.41. ubi ait Conſervatorẽ habere pro territorio totum illud ſpatium, quod terminatur diætis, intra quas poteſt jus dicere: ſi autem commiſſam recepit juriſdictionem abſque præfinitione diætarum, habere pro territorio totum orbem, ſicut habet Pontifex, qui juriſdictionem commiſit. In ſpecie autem quòd Conſervator Academicus, ſeu judex ſtudiorum habeat territorium, defendunt Oſuald. d. lib.17. com. cap.9. lit.C. & Alphonſus de Eſcob.cap.9. a num.6. addens Conſervatorem, ſeu judicem ſcholariũ Salmanticum, & ſimiles, qui habeant juriſdictionem limitatam ad trahendos reos intra præfixos terminos diætarum, habere territorium non ſolum circunſcriptum, ſed etiam materiale. Verùm juxta id quòd ſupra num.1026. diſtinximus inter territorium materiale, & circunſcriptum, mihi planè indubitatum eſt tam Cõſervatores Eccleſiaſticos regularium, quàm Conſervatores, ſeu judices ſcholarium habere territorium, non quidem materiale, ſed circunſcriptum: & fortaſſis hac reſolutione, ſeu expoſitione concilientur authores utriuſque ſẽtentiæ, ut nempe negantes territorium Conſervatoribus, & judicibus Academicis intelligantur de territorio materiali: illud autem cõcedentes intelligantur de territorio circunſcripto. Quòd autem appoſitè tradita ſit noſtra reſolutio, ſeu expoſitio, ſuadetur, quia prædictorum judicum, & Conſervatorum juriſdictio non eſt immediatè addicta certo ſpatio locali; ita ut reſpectu illius perſonas reſpiciat, in quo conſiſtit eſſentia territorij materialis, ſed reſpicit immediatè perſonas intra certum ſpatium, in quo diximus conſiſtere rationem territorij circunſcripti.

1029 Ad fundamentum pro parte contraria facilis eſt evaſio: aſſumit enim imprimis falſum in eo quòd poſtulet territorium ad omnem, & ſolam juriſdictionem ordinariam. Nam quòd territorium non ſit de eſſentia juriſdictionis ordinariæ docent Felin. cap. poſt ceſſionem num.1. de probat. Bald. l.1. §. initio col.4. de officio præfecti urbis, & Cap. ſuſpicionis num.5. in fine, de offic. deleg. Maranta in pract. 4. parte 5. diſtinct. judic. num.2. & Anton. Blancus de comprom. q. 6. num. 4. & hac ratione confirmat Petrus Barb. ſupra cit. num.49. ſuam ſententiam, ſcilicet judices Academicos non habere territorium, quanvis habeant juriſdictionem ordinariam. Nos verò dicimus ipſos habere territorium circunſcriptum, quod poteſt ſtare cum juriſdictione tam ordinaria, quàm delegata, ut oſtendimus. Ad confirmationem, quanvis demus Prælatos regulares nullum habere territorium, adhuc poſſumus aſſignare diſparitatem inter illos & Conſervatores, ſeu judices Academicos: nam illi habent immediatè juriſdictionem

Ordinaria juriſdictio cum territorio.

in perſonas nullo certo terrarum ſpatio circunſcriptam, ſecus Conſervatores, ut vidimus.

1030 Quod ſi alicui diſparitas aſſignata non arrideat, affirmabimus Prælatos regulares habere duplex territorium, alterum materialiſſimum, quod coincidit cum clauſtro, alterum formaliſſimum, quod ubique exiſtit ratione ſubditorum regularium ubilibet verſantium. Innuitur à Pellizario to.2. tract.9. cap.3. à num.65. ubi quærit, an regulares ſubditi ligentur cenſuris ſuorum Prælatorum regularium, ſi delinquant extra territorium dictorum Prælatorum? Reſpondet Peyrin. tom.2. privil. Conſtit.7. Pij V. num.21. Avila, & Ang. ligari, eo quod monachus ubicunque eſt, ſemper ſit de juriſdictione Abbatis, quem vice Dei ſuper caput ſuum impoſuit. Cap. ſtatuimus 19. q.3. & cap. ſi religioſus, de elect. in 6. necnon fictione juris ſemper cenſentur eſſe in clauſtro, ut notant Innocent. Abbas, & Archid. apud Ang. v. ſententia num. 6. Nec obſtat (inquit) quòd Epiſcopus non poteſt excommunicare ſuum ſubditum exiſtentem extra territorium, niſi in eo aliqua ratione delinquat, idque ex cap.2. de Conſtit. in 6. ubi dicitur, extra territorium jus dicenti non pareri impunè. Reſpondet enim Coninx. de cenſur. D.13. num. 64. magnam eſſe diſparitatem inter Epiſcopum & Prælatum regularem: ſiquidem Epiſcopus habet immediatè juriſdictionem in territorium, & ratione hujus in perſonas, quæ proinde non ſunt ei ſubjectæ immediatè per ſe, ſed ſolum ratione domicilij, beneficij, aut officij, quod habent in ejus diœceſi: quod vel inde conſtat, quia ij poſſunt ſupradicta relinquere, etiam invito Epiſcopo, ſeque transferre in aliam diœceſim, ſtatimque ac id fecerint, deſinunt ſubjici illi Epiſcopo: Prælatus verò regularis immediatè habet juriſdictionem in perſonas religioſorum ſubditorum, quæ proinde nõ finitur certis locorum limitibus (ut finitur Epiſcopalis) ſed ſolum terminatur certis perſonis, quæ ubique ſint, eadem ratione ſubjiciuntur Prælato regulari, ab eoque poſſunt coerceri, ac puniri: ſicut & filij à parentibus, & uxor à marito: idque maximè ratione poteſtatis dominativæ, quam habent Prælati regulares in ſuos ſubditos Religioſos, non minus quàm parentes in filios, vir in uxorem &c. Hæc Pellizarius ex Bellano, quæ ideo tranſcripſi, quòd noſtræ reſolutioni multum robur, & lucem afferant.

Cenſura contra Regulares extra territorium.

Territorium Epiſcopi, & Prælati regularis.

1031 Supereſt adhuc exponendum, quouſque extendatur Conſervatoris, vel cujuſcunque Magiſtratus Academici territorium, intra quod poſſit jus dicere? Nobis ſermo eſſe poteſt de Conſervatore Academico duplici, altero habente juriſdictionem Pontificiam, altero habente juriſdictionem Regiam, ſive hæc duplex juriſdictio inveniatur ſepa-

Territorium [illegible] plando.

ſeparata in duobus Conſervatoribus, qualis habet Academia Eborenſis, ſive detur conjuncta in uno Conſervatore, qualem habet Academia Salmantina. Si igitur loquamur de Cõſervatoris Eccleſiaſtici juriſdictione, quam exercet in ſtudioſos clericos, item in laicos ratione cauſæ ſpiritualis, tunc cum juriſdictio Pontificia ſit in omnes undecunque ſtudioſos, & Summus Pontifex univerſam Eccleſiam pro territorio habeat, ſequitur hujuſmodi Eccleſiaſticos judices habere pro territorio ſaltem circumſcripto univerſum Orbem Chriſtianũ, ita ut ubique terrarum Eccleſiam recognoſcẽtium talem juriſdictionem exercere poſſint, Arg. tex. in cap. Cuncta per mundum 9. q. 3. Hanc reſolutionem Eſcobar cap. 28. num. 14. admittit tanquam certam in ſtudioſis reis, idque jure communi in omni Academia. Si verò (inquit) actores fuerint (cum eodem jure inſpecto, non gaudeant foro, ſed reum coram ſuo judice convenire teneantur, quantumcunque clerici ſint, Arg. cap. ſi clericus laicum, de foro compet.) inſpiciendum tunc eſt, an Conſervatores Academici Salmantino quà Eccleſiaſtico ſimiles ſint, quo caſu habebunt pro territorio illas diætas, intra quas reos non ſubditos trahere poſſunt juxta ſuum privilegium: quod ſi nulla diætarum reſtrictione Conſervatores creentur, tunc in omni provincia Chriſtianorum videntur habere territorium, ut recte advertit Moneta d. cap. 7. num. 42. Addit benè Eſcobar citatus non ſufficere ſimplicem, & indefinitam Conſervatoris deputationem, niſi Pontifex expreſſè revocet conſtitutiones juris communis, cap. fin. de offic. deleg. in 6. cap. nonnulli de reſcriptis, & cap. ſtatutum eod. tit. in 6. quibus cavetur ne reus extra unam diætam extrahatur.

Diætæ in territorio Eccleſiaſtico.

1032 Si loquamur de Conſervatoris laici juriſdictione, quam habet à Rege in ſtudioſos laicos, & etiam clericos in caſibus, in quibus Regiæ poteſtatis forum ſortiuntur, tunc ſtudioſorum judices non vendicant fines latiores, ſeu territorium amplius quàm ipſe Princeps, ſub quo ſtudium viget. Hæc tamen reſolutio eſt limitanda ſicut prior, ut nempe procedat de ſtudioſis, quando rei ſunt, nam quando actores, jure civili inſpecto, judex juriſdictionem ſtudij non habet, nec territorium: quidquid ſit de Conſervatore ſpecialiter conſtituto ſecundùm jus ſpeciale, qualis eſt Conſervator laicus Eborenſis. Difficultas adhuc eſt, Vtrum Conſervatores Academici, & quicunque ſtudioſorum judices poſſint jus dicere ubilibet intra amplitudinem ſui territorij, an non niſi in loco ipſo ad Academiam deſignato? Poſſe ubilibet intra ſuum territorium jus dicere ſalva majeſtate, rectè tradit Eſcobar cap. 21. à num. 227. Sumiturque ex cap. cum Epiſcopus 7. de officio Ordin. in 6. & latè

Conſervatoris laici territorium.

traditis per Auguſt. Barb. de poteſtat. Epiſcop. alleg. 80. Hæc tamen doctrina intelligi debet 1. ut ſi judex ſtudiorum ex cauſa abſit, ubilibet jus dicat: ipſi tamen mutare tribunal, & ſedem ſolitam nequaquam liceat. 2. ut quamvis jus reddere ubique poſſit, at nequeat ullo modo ſtudioſos à loco ſtudij avocare, vel ab alio loco, in quo in procinctu ſint, aut itinere ad locũ ſtudij. Nam tota hujuſmodi juriſdictio favore ſtudiorum impenditur, ne ſtudioſi à litteris diſtrahantur, & ab Academia exulent cauſa litium: ob id enim judices dati ſunt in ipſa ſtudij civitate. Atſi conſtet eo tempore, quo ſtudioſus vocatur extra locum ſtudij, nec in eo reſidere, nec in procinctu eſſe, vel aliunde cauſa diſtractionis omnino ceſſet, trahi jure poterit.

1033 Poſterior difficultas eſt de prorogatione juriſdictionis; utrum, & quomodo Conſervatoris poteſtas extendatur prorogatione? Supponendum 1. quid ſit prorogatio: & miſſis alijs definitionibus, quas tradunt Menchac. quæſtion. uſu frequent. cap. 14. num. 1. Perez l. 1. tit. 4. lib. 3. ordinamenti veteris gloſ. 1. col. 5. Socin. cap. ſignificaſti n. 16. de foro compet. & Petrus Barb. ad l. 1. ff. de judic. art. 1. num. 10. hæc mihi placet: Prorogatio „ eſt extenſio juriſdictionis ordinariæ ad cau- „ ſam, ſeu perſonam, aliàs ſub ea non com- „ prehenſam, ex conſenſu partium. Vnde ut fiat vera prorogatio in materia juriſdictionis, duo poſtulantur, alterum, quòd is in quo illa facienda eſt ex partium conſenſu, juriſdictionem habeat non ſolum habitu, ſed etiam actu, ſeu quoad exercitium: alterum, quòd juriſdictio proroganda ſit ordinaria, vel ordinariæ ſaltem æquiparetur. Vtrunque latè probat Moneta de Conſerv. cap. 7. a num. 382. Supponendum 2. juxta Gloſ. l. 1. v. judicibus C. de juriſd. omn. judic. tres dari ſpecies prorogationis. Prima eſt de perſona ad perſonam. Secunda, de re ad rem. Tertia, de tempore ad tempus. Additur quarta, de loco ad locum, & quinta, de caſu ad caſum. Non eſt otium omnes exponere, & probare. Videatur Moneta citatus num. 391.

Prorogatio quid ſit & quotuplex.

1034 Vt veniamus ad difficultatem propoſitam, ſi ſermo ſit de Conſervatore abſolutè accepto, benè reſolvit Fragoſus 2. p. lib. 4. diſp. 12. num. 12. Conſervatorum juriſdictionem regulariter prorogari non poſſe. Ratio eſt, quia juriſdictio limitata ad certam ſpeciem cauſarum non poteſt extendi, ſeu prorogari ad aliam ſpeciem, ut poſt multos tenuit Iaſon ad l. per errorem num. 5. ff. de juriſdict. omn. judic. col. 1. & Abbas in cap. P. G. de offic. deleg. per textum ibi, Cum hujuſmodi delegata juriſdictio. Vbi notatur juriſdictionem delegatam non poſſe extendi, niſi ad perſonas in reſcripto contentas, etiam ſi aliæ conſentiant,

Prorogari non poſſe Conſervatoris.

at

ut latè probant Peregri. Variar. lib. 1. ad rub. officio judicis delegati num. 38. Menochius conſ. 340. num. 54. Molina tom. 6. de juſt. tract. 5. diſp. 25. num. 2. & Petrus Barb. in l. 1. a. 1. num. 204. ff. de judicijs, ibi ait juriſdictionem delegatam rejicere prorogationem: atqui juriſdictio Cõſervatoris non conceditur abſolutè, ſed limitatè, ut tradunt Marant. de ordine judiciario p. 4. diſt. 12. num. 18. Hippol. l. fin. num. 197. ff. de juriſd. & Bald. l. fin. num. 3. C. de except. paterque ex l. ſolemus §. latrunculator ff. de judic. & l. 2. §. fin. ff. de pœnis. Ergo Conſervatoris juriſdictio loquendo regulariter non capit prorogationem. Dixi (loquendo regulariter) quia ſi Conſervatori talis impendatur poteſtas, quæ vel in re ſit ordinaria, vel ſaltem æquipolleat ordinariæ juriſdictioni, data ſcilicet in cauſis omnibus illarum perſonarum, quibus conceditur, & non reſtricta ad certas violentias, & injurias, tunc admittet prorogationem, ut docent citati authores, & præter eos Valaſcus to. 2. conſult. 152. nu. 4. ubi addit Conſervatoriam judicum Ordinum militarium in Luſitania præſtare juriſdictionem ordinariam in omnibus cauſis illarum perſonarum, quibus cõceſſa eſt, proindeque eſſe capacem prorogationis. Ex quibus colligitur idem eſſe dicendum de Conſervatoribus Academiæ Eborenſis & Conimbricenſis, qui ſunt judices Ordinarij, ut ſæpe diximus, proindeque non ſunt de numero Cõſervatorum, de quibus tractatur cap. 1. & ult. de offic. deleg. in 6.

Prorogatio juriſdictionis Academicæ.

1035 Quid de cæteris Conſervatoribus, ſeu judicibus ſtudiorum? Non poſſumus adire ſingulos in Academijs per totum orbem terrarum diffuſis. Sufficiat paucis apponere, quomodo prorogetur juriſdictio Conſervatoris Salmantini ad non ſubditos in ipſum conſentientes, ut ab illo ad reliquos ſimiles Conſervatores fiat argumentum. Et imprimis ſciendum eſt, ut detur prorogatio facienda à clericis in judicem conſentientibus, duo requiri, alterum quòd judex ſit Eccleſiaſticus, alterum quòd accedat conſenſus Epiſcopi diœceſani. Ita habetur cap. ſignificaſti, de foro compet. & ſumitur ex cap. non licet 3. q. 6. cap. 1. 2. 9. q. 2. & cap. denique 6. q. 3. De quo latè Barb. l. 1. ff. de judic. art. 5. num. 132. & 179. Vbi cur licentia Epiſcopi exigatur, & an tacita ſufficiat. Igitur quando judex laicus eſt, nequaquã ejus juriſdictio per clericum prorogari poteſt, etiam ſi Epiſcopus conſentiat, cap. ſi diligenti, de foro compet. & Auth. ſtatuimus C. de Epiſc. & cleric.

Epiſcopi conſenſus ad prorogationem.

Hanc doctrinam abſolutè prolatam rectè applicat Eſcob. cap. 27. num. 3. ſuo Conſervatori Salmantino ea diſtinctione, ut ſi ejus juriſdictionem Eccleſiaſticam prorogare velit clericus, rectè poſſit de licentia Epiſcopi: ſin autem ejus juriſdictionem Regiam, non poſſit, etiam conſentiente Epiſcopo. Hinc tamen reſolutionem limitat in clerico primæ tonſuræ, qui juxta Trident. & leges Regias foro Eccleſiæ non gaudet. In hoc enim non procedit doctrina nuper tradita, ſed mox tradenda de cæteris laicis. Addit Barb. cit. lit. art. 3. ff. de judic. ff. 246. etiam attento jure communi clericum primæ tonſuræ ſine licentia Epiſcopi poſſe prorogare juriſdictionem alterius judicis etiam laici. Quia licèt ordinem Eccleſiaſticum videatur habere cap. cum contingat, de ætat. & qualit. tamen prima tonſura non eſt ordo prout ordo eſt Sacramentum, nec imprimit characterem. Hanc verò ſententiam non amplectitur Eſcob. n. 5. ob id quòd clericus primæ tonſuræ ſecundùm jus commune privilegio fori gaudet.

1036 Quid de prorogatione facienda per laicum? Benè reſpondet idem Eſcob. cit. num. 6. cum diſtinctione: nam ſi laicus velit conſentire in Conſervatorem Salmantinum tanquam pollentem juriſdictione Regia, poterit, ſicut ſi conſentiret in quemcunque judicem laicum. l. 2. & l. 2. ff. de judic. ubi Barb. art. 1. num. 118. Probaturque eleganter ex l. 1. C. de juriſd. omn. jud. & in Conſervatore ac delegato latè Monet. de Conſerv. cap. 7. num. 382. Sin autem laicus velit conſentire in illum ut in Eccleſiaſticum judicem, non poterit, ſed manebit obnoxius pœnis in l. 10. tit. 1. lib. 4. Recop. contra laicos ſe foro Eccleſiæ ſubmittentes promulgatis. Potuiſſe autem Regem condere has leges, probant Navar. conſ. 51. de ſentent. excommun. num. 5. & Barb. l. 1. a. 3. nu. 139. de judic. Ergo Caſtellæ jure inſpecto, laicus abſque metu pœnæ poteſt ſe Conſervatori Salmantino ſubmittere, & juriſdictionem prorogare, ſi in eum ut in regium judicem conſentiat.

Prorogatio facienda per Laicum.

1037 Rogabis, an quæ de prorogatione dicta ſunt, procedant de compromiſſo in Conſervatorem Salmantinũ, & qualiter? Hanc dubitationem breviter, & benè reſolvit Eſcob. cit. cap. 27. à num. 12. affirmãs in Academiæ Salmãtinæ judicem, qui eſt Scholæ Magiſter, compromittere poſſe omnes non ſubditos indiſtinctè, ſive clerici ſint, ſive laici, ita ut ad hoc compromiſſũ in clerico nulla facultas Epiſcopi requiratur. Cap. expoſita, de arbitris ubi Gloſ. Cap. contingit, ubi Gloſ. eod. tit. Blanc. de arbitr. q. 2. num. 63. relatus à Marta de juriſd. 4. par. caſu 40. num. 7. ubi malè contrarium eſſe verum affirmat. Vnde laicus quãvis in talem judicem quà Eccleſiaſticum compromittat, pœnam legis Regiæ non incurret, ut rectè animadvertunt ſic limitantes legem Regiam Azeved. ibid. num. 21. & Gutierr. lib. 3. pract. quæſt. 30. num. 45. Horum omnium unica & brevis ratio eſt, quòd per compromiſſum nulla juriſdictio conferatur. l. ait Prætor 5. ff. de judicijs. l. privatorum 3. C. de juriſd. l. nec bonã, ubi

Compromiſſum in judicem Academicum.

ubi Gloſ. de verb. ſignif. Barb. d.l.1.a.1.num.48. Idcirco in quemcunque partes convenerint, juſtè compromittitur, & impunè: in quo prorogatio à compromiſſo valde diſtat: prorogatio enim juriſdictionis eſt, & non niſi in habètem juriſdictionem fieri poteſt, ut d.l.1. de judic. multis exornat Barb. ibid. a.1. num.20.48. & 69. An in judicem Ordinarium poſſit fieri compromiſſio per ſubditos? Negandum ex jure civili & Caſtellæ apud Barb. citat. a.1. n.142. Affirmandum ex jure Canonico cap. cum tempore, de arbitr. ubi Panorm. num.3. & jure Luſitano Ordin. lib.3. tit.81. §. E poderàm as partes, & hodie Caſtellano l.1. tit.16. novæ recop. An ſcholaris Eborenſis clericus poſſit conſentire in alium, qui non ſit ejus Conſervator? Dixi lib.3. d.1. q.7. De compromiſſo in Conſervatorem latè Monet. cap. 9. à n.111.

Societatis Scholaris corã quo judice conveniendus ſuper ſuis bonis.

1038 Pro complemento decidenda breviter eſt difficultas, an coram judice Conſervatore Societatis poſſit conveniri Scholaris ejuſdem, qui poſt vota biennij adhuc retinet dominium ſuorum bonorum, ſuper quibus ei lis à ſæcularibus intenta? Negabit aliquis, quia illa non ſunt bona Societatis, quibus tuendis Conſervator datus eſt. Affirmandum tamen eſt cum Cardinali de Lugo reſpon. moral. lib.4. dub.38. num.10. Nam Conſervator domus, vel Collegij Societatis, in quo degit Scholaris religioſus, poteſt cognoſcere de ejus cauſa, quando ille eſt reus, vel in manifeſta injuria & violentia, quanvis ſit actor. Sumitur ex Bulla Gregorij XIII. data anno 1572. quæ incipit (Æquam reputamus) in qua Conſervatores judices elegendi à Societate deputantur ad cauſas Societatis, & ſingularum illius perſonarum. Vnde quanvis bona non ſint Societatis, ſufficit quòd ſit illius perſona conventa, ut ad eam juriſdictio Conſervatoris extendatur. Cõfirmatur 1. quia Conſervator non ſolum datur à Pontifice Societati pro tuendis ejus bonis, ſed etiam ut defendat ejuſdem perſonas, & privilegia, ut ex verbis Bullæ manifeſtum eſt: ſed unum ex Societatis privilegijs eſt exemptio, qua Societas cum omnibus ſuis bonis & perſonis eximitur à juriſdictione Ordinariorum, ut habetur in Bulla Pauli III. data 15. kal. Novemb. anno 1549. incipit (Licèt debitum) ergo hoc conſervandum eſt in noſtro caſu. Confirmatur 2. quia juriſdictio Conſervatoris Societatis juxta d. Bullam Gregorij extenditur ad Societatis clericali charactere inſignitos: ergo à fortiori comprehendet perſonas, quæ ſunt religioſi ejuſdem Societatis, nempe ſcholares. Dicta præcipuum habent locum in Societatis religioſis, qui ſunt ſcholares Academiæ Eborenſis, ubi Conſervator Eccleſiaſticus litteris ampliſſimis Ordinarius judex eſt.

QUÆSTIO VIII.

Utrum, & quomodo poſſit Conſervatoris poteſtas impediri, vel infringi recuſatione, appellatione, & revocatione?

1039 Ad calcem, ſeu finem diſputationis in hac ultima quæſtione, conſentaneum eſt inquirere, quomodo finiatur, vel ſaltem retardetur, debilitetur, & infringatur poteſtas Conſervatoris: quod poteſt evenire uno è tribus modis in titulo aſſignatis. Quod attinet ad recuſationem, loqui poſſumus de Conſervatore abſolutè accepto, vel de Conſervatore quà judice Academico: & de neutro ſermo nobis præſens erit quoad recuſationem ratione imperitiæ, incompetentiæ, aut alicujus deficientis qualitatis, cum hæc omnibus judicibus cõmunia ſint, ſed tantum quoad recuſationem ratione ſuſpicionis. Si igitur loquamur de Cõſervatore deputato juxta terminos cap.1. & fin. de offic. deleg. in 6. ut nempe ſolum de injurijs & violentijs poſſit cognoſcere, regulariter recuſari nequit. Ita ad cit. cap.1. Innoc. num. 4. Sylveſt. v. Conſervator. num.5. Borgnin. Coluacan. deciſ.33. num.15. par.2. & Fragoſ. p.2. lib.4. diſp.12. num.13. Ratio eſt, quia recuſatio, & appellatio à pari procedunt, ut rectè notant Siſgimund. de appellat. q.16. limit.1. num.8. & Franch. in cap.43. novit num.4. de appellat. Sed appellatio non admittitur in notorijs, ut docet Azor 2.p. lib.5. cap.34. q.11. & reverà in notorijs non datur ſaltem ſuſpẽſiva ex cap. cum ſit Romana, cap. perveni, cap. conſuluit. cap. cum ſpeciali, de appellat. ergo ſimiliter recuſatio in notorijs non admittitur. *Recuſatio coſervatoris.*

1040 Poſitam reſolutionem latè tradit, & probat Moneta de Cõſervat. cap.9. à num.9. qui à num.18. pro ſecunda concluſione ſtatuit, Conſervatorem in cauſis, quæ illi commiſſæ ſunt, ut ſine figura judicij terminentur, poſſe regulariter ex legitima cauſa ſuſpectum recuſari. Quænam autem ſint cauſæ legitimæ ſuſpicionis, numerant Franch. ad cap. poſtremò, de appellat. & Marant. 3. part. 6. part. princip. à num.24. ad 73. Addit Moneta à num.22. pro 3. concluſione, Conſervatorem in cauſis, in quibus plenariam habet cognitionẽ, poſſe ſuſpectum recuſari. Patet, quia tunc non differt ille Conſervator ab alijs judicibus delegatis: atque adeo ex ijſdem cauſis ob quas delegatus, recuſari poterit. Cauſas latè recenſent, & congerunt Canoniſtæ ad cap. ſi contra unũ, & cap. judex, de offic. deleg. in 6. Quid de aſſeſſor. *Recuſatio delegati.* *Aſſeſſor recuſatur.*

ſor judicis poſſit recuſari, habetur in l.fin.C.de aſſeſſor, Vtrumque latè proſequitur citatus Moneta num.23. qui num. 29. cautè monet Conſervatorem Apoſtolicum recuſari debere ante litis conteſtationem: tandem à num.33. quinta concluſione ſtatuit Conſervatorem Apoſtolicum recuſatum, propoſita coram eo legitima cauſa ſuſpicionis, debere cum recuſante, ſi is adverſarium non habeat, eligere arbitros, aliàs debere recuſantem cum adverſario eos eligere, qui de cauſa ſuſpicionis cognoſcant.

Recuſatio judicis Academici. 1041 Si loquamur de Conſervatore quà judice Academico, ſeu de judicibus ſtudiorum, quales ſunt in Academia Eborenſi Conſervator Eccleſiaſticus & laicus, ut de his & ſimilibus circa recuſationem formetur judicium, ſalvo ſemper ſpeciali jure, & conſuetudine in contrarium, apponam quid de ſuo Conſervatore Salmantino, ſeu Scholæ Magiſtro reſolvit Eſcob.cap.24.à num.17. Inferens enim quid juris erit in recuſatoribus Scholæ Magiſtri, cæterorumque judicum ſtudiorum, ſic ait. Quoties ut Regius judex cognoverit, abſque illa cauſæ expreſſione, ſive probatione recuſari poterit, eadem forma, qua cæteri ſæculares judices recuſari ſolent. Si verò ut Eccleſiaſticus procedat, jus Canonicum obſervandum erit, & cauſa probanda. Præterea (addit) au plures aliæ ſint differentiæ in recuſationibus, jure civili, vel Canonico attento, ad eas omnes procul dubio hæc illatio ſpectabit. De prædictis differentijs, & multis alijs ad recuſationem judicum pertinentibus, vide Covar. pract.cap.26. & copioſè Paz in praxi 1.p. 2.to. cap.6. à num.1. uſque ad 23. Rebuff.tract.de recuſat. Maſcardum de probat.concl.952. Monet. de Conſerv.cap.9.num.9. Bobadill.lib.3.cap. 8.num.117.& lib.2.cap.21.num.158. Zerolam in praxi 2.p.verbo recuſatio, Barb.de poteſt Epiſ. p.3.alleg 106.num.32. & latè agitur materia in l.apertiſſimi Cod.de judic.& cap.ſpeciali, cap. ſecundo requiris, de appellat. ubi interpretes.

Appellatio à Conſervatore. 1042 Quod attinet ad appellationem, ſeges ampliſſima eſt præſertim actutis de Conſervatore abſolutè accepto, & poſtea de Academico judice. Vt paucis multa comprehendamus, dubium eſt 1. an recipiatur appellatio in notorijs? Reſpondemus ex Moneta de Conſerv.cap.7.num.193. Tuſcho in ſuis concluſ. v.Conſervatores num.6. & Sylveſtro v. Conſervator num.3. regulariter non admitti. Sumitur ex cap. Cum ſit Romana §. *Appellatio in notorijs.* fin autem, cap.pervenit, cap.Conſuluit el 2. cap. cum ſpeciali §. porro, de appell. & cap. Romana, de appell.in 6. Et procedit tam in civilibus, quàm in criminalibus. Diximus (regulariter) quia fallit 1. quando in appellatione exprimeretur cauſa aliqua notorium offuſcâs. Quia (ut probat Farinac. 1.p. lib. 1.q.21.n.118.) notorium non operatur ſuos effectus, quando contra illud aliquid allegatur, per quod obtenebreſcat. Fallit 2. quando notorium habet aliquam defenſionem, vel excuſationem, ut tenet Conrad.ad l.1. C. de momentanea poſſeſſ. num.38. Fallit 3. ne procedat in notorio probationis: tunc enim appellans eſt audiendus, ut tradunt Lancell. de atten. 2.p. cap.12. limit. 9.num.12. & Petrus Rebuff.ſuper conſtit.regul. tom.3.in tract.de appellat.a.7. gloſ.1.num.22. Fallit 4. quando judex (ad quem) inhibuiſſet judici (à quo) tunc enim juxta citatos authores, & Gomez de delictis cap. 1. num. 47. oportet recurri ad judicem (ad quem) ut tollat inhibitionem: quia judex (à quo) etiam quando ſumus in notorio, inhibitus nequit ſuam exequi ſententiam, quamvis caſus non ſit appellabilis. Fallit denique in ſententia declaratoria, à qua poteſt appellari, etiam quando non datur appellatio à ſententia definitiva ſuper notorio, datur tamen in declaratione notorij. Ita authores citati.

1043 Dubium eſt 2. an detur appellatio à Conſervatore non ſolum in cauſis, de quibus plenariè, ſed etiam in illis de quibus abſquè figura judicij cognoſcit? Affirmandum eſt cum Lancelloto de attent. 2.p. cap.12.præf. num.108. & limitat.1. à num.51. *Appellatio in quibus cauſis detur.* Sumitur ex l.1.ff.de appellat. cap.venientes, de jurejuran. Cap.1.de te judic. & Clem. ſæpe, de verb.ſignif. Procedit regulariter, ſive appellatio fiat à diffinitiva, ſive ab interlocutoria habente vim diffinitivæ: nam hæc regulatur ſecundùm naturam diffinitivæ, docent Alexand. Conſul.181.in princ.lib.6.& Socinus in Regul. 21. Secus de mera interlocutoria. Nam judex regulariter non attentat, ſi procedat pendente appellatione ab ea. Cap.non ſolum, de appell. in 6. Dubium eſt 3. an aliquando interdicatur à Conſervatore etiam in plenarijs? Reſpondetur affirmativè. Quia non poteſt appellari in mera interlocutoria, vel gravamine reparabili, ut multis probat Moneta cap.9. à num.180. Et ſic juri Canonico antiquo conſonat novum ſtatuens non eſſe interponendas appellationes, neque à ſuperioribus recipiendas, niſi à diffinitivis, vel à diffinitivarum vim habentibus, & quarum gravamen per appellationem à diffinitiva reparari nequit. Sic decrevit Trident. ſeſſ.24.cap.20. de reform. quoad cauſas primæ inſtantiæ. Quoad omnes verò inſtantias videatur regul.36. Cancell. Et in his conforme eſt jus canonicum civili l.libellis ff.de liberal.cauſis, l.ante ſententiæ tempus C.quorum appell. non recip. l. eos qui §.ſuper his Cod.de appellat.

Appellatio à Conſervatore ad quem facienda. 1044 Dubium eſt 4. an detur appellatio à declaratoria commiſſi delicti propter quod cenſura ipſo jure incurritur? Rectè affirmant Anton.Gabr.commun.concl. lib.6.

lib.6.tit.de regul.juris concl.3. num.59. Decius in cap.pervenit el 1. de appellat. Vgolin. de cenſur. tab. 1. cap. 21. §. 2. num. 19. quod procedit etiam quando ab eo, quod declaratur, non datur appellatio. Dubium eſt 5. ad quemnam facienda ſit appellatio à Conſervatore Apoſtolico? Benè reſpondet Fragoſ.citat. num.58. appellandum eſſe ad Pontificem delegantem, non autem ad alium etiam Legatum à latere. Ratio ſumitur ex l.1.in princ. ff.quis, & à quo appellat. ubi appellans à delegato Principis ad Principem delegantem appellat. Reſolutionem extendit n.59. ad Cònſervatorem laicum, qui deputatus ſit à Papa: nam ab illo appellatur etiam ad Papam. Quia (ut notat Anaſtaſ.Germon. tract. de ſacroſ.immun.lib.3. cap.19.n.86) conſideratur fo[illegible] origo juriſdictionis. Extendit iterum n.61. ut appelletur ad Papam etiam ab arbitris juris in caſu recuſationis, & controverſiæ de competentia juriſdictionis Conſervatoris Apoſtolici cum alio Conſervatore, vel delegato. Quia (ut tradit Breder. tract.de appellat. par.1. tit.15.col. 139.) à ſententia illorum, qui ſunt delegati à lege, appellatur ad Principem tanquam ad delegantem. Extendit tandem num. 64. ut appelletur ad Papam etiam à ſubconſervatore Apoſtolico in totum ad unam cauſam deputato. Covarr.In pract. cap.4. num.8. Molina de juſtit. tract.5.diſp.21. num.6. ex cap. ſuper quæſtionem §.Porro, de officio deleg. Ex dictis benè infertur cum Germonio tract.de ſacror.immunit.lib.3.cap.19.n.86.Gregor.Toloſ.trac.de appel.lib.4. c.5.n.3. & alijs à Conſervatore etiã clerico dato à Principe ſeculari appellandum eſſe ad Principem ſecularem, ex eo quòd is debeat appellari, qui judicem deputavit.

Appellatio ſtudioſi.

1045 Hactenus de Conſervatore veluti in genere: ut accedamus ad judicem Academicũ, illud imprimis ſtatuimus, jure communi reſpecto, & remoto omni privilegio, circa appellationẽ ſtudioſi duo eſſe cõſideranda, alterum, quãdo ſtudioſus appellat: alterũ, quando à ſentẽtia lata in favorem ſtudioſi appellatur. In primo receptiſſimũ eſt poſſe indiſtinctè ſtudioſũ appellare ab omni gravamine, etiam ante diffinitivã, hoc eſt ab interlocutoria, quod ex Auth. habita C.ne filius pro patre, ubi ſunt hæc verba, Eos ab omni injuria defendamus, authores probant, Baldus ibi n.14. Salycetus n.26. Cinus n.13. Maranta de ordine judic. 2. actu princ.num.361. Abbas q.6.num. 12. Horat.Lucius privil.72. Rebuff. privil. 163. Oſſuald. lib.28. com. cap.6. lit. OO. Hæc tamen ſententia meritò diſplicet Alphonſo de Eſcob.cap.16.n.6.& 7. qui illam falſam appellat, credens in hac parte ſtudioſum nihil privilegij habere, jure cõmuni attẽto. Movetur, quia nulla eſt lex, quæ ſtudioſo hujuſmodi facultatem, & privilegium conferat: lege autẽ ſe poſita, vel ceſſante, tutius & verius eſt, ſi dicamus iiſdemmet caſibus appellare poſſe ſtudioſum, quibus privatus quilibet poteſt, & iiſdem prohiberi, quibus privatus prohibetur; igitur à diffinitiva regulariter appellabit quoad utrunque effectum ſtudioſus, ſive litem habeat cum alio alterius fori, ſive cum ſtudioſo, niſi obſtet jus aliquod expreſſum: ab interlocutoria vero non item, niſi irreparabilis ſit executio, aut aliam vim diffinitivæ habeat. Iuxta jus civile in l.2. Cod. de Epiſcop. audien. l. pen.ff. quorum appellat.& jus canonicum cap. ut debitus, de appell. Nec obſtant verba illa Authenticæ (ſpeciali quadã dilectione eos ab omni injuria defendamus) quibus mititur illa ſẽtẽtia receptiſſima. Quid enim importet ſpecialis illa dilectio, facilè innoteſcit ex illo verſ. Hac igitur, ubi nulla fit mẽtio de appellatione recipiẽda. Neq; ab hoc ſẽſu diſcrepãt Cujacius, Donellus, Giſanius, & reliqui juniores, dũ aſſerunt in duobus conſiſtere privilegium Authẽticæ, 1.in protectione Imperatoris. 2. In judicũ ſpecialium conſtitutione.

1046 In 2. conſideratur quando adverſarius appellat à diffinitiva, vel interlocutoria, quæ prolata fuit in favorem ſtudioſi. In quo caſu Horat. Lucius privil.74. & Petrus Gregor. relatus ab Oſſualdo lib. 28. cap. 6. lit. kk. indiſtinctè affirmarunt à ſententia lata in favorem ſcholarium non poſſe appellari. Hoc tamen à vero aberrare ſatis convincitur ex ipſis teſtimonijs, quæ citati Authores pro ſua firmanda ſententia adducunt. Nam probant, quando agitur de expellendo fabro, vel alio obſtrepente juxta ſcholas, domosve ſcholarium, aut alijs caſibus ſpecialibus. Rectiùs igitur Scaccia de appellat. q.17. num. 4. Eſcobar d. cap. 16. num. 7. Socinus & alij hoc punctum reſolvunt aſſerentes ſententiam pro ſtudioſo latam regulariter appellatione ſuſpendi, ſive ſtudioſus cum commilitone, ſive cum eo qui eſt alterius fori litiget, niſi in caſibus expreſſis: quorum probatio ipſi ſtudioſo executionem petenti incumbet. Quanvis igitur juxta poſitam reſolutionem jure communi videatur ſtudioſus à cæteris privatis non differre, tamen ſunt plures caſus, in quibus ſpecialiter favore ſtudioſorum inductum eſt, ne liceat appellare. Primus caſus eſt, quando profertur ſententia alimentorum in favorẽ ſtudioſi. Hic tamen caſus ſpecialis non eſt, cum tráſcendat per omnem materiam alimentorum in alimẽtis cuicunq; præſtãdis. Secũdus caſus eſt, quòd jure cõmuni nõ ſuſpẽdatur appellatione ſentẽtia, quando profertur contra bibliopolã, vel alium, ut libros ſtudioſo tradãt. Cui rei elegantẽ ſubdit rationẽ Scac.de appel.q.17.limit. 6. mem.2.n.36. & limit.7. n.10. nempe libros eſſe alimenta ingenij: ſed de hoc jam diximus

Appellatio contra ſtudioſum

Digitized by Google

lib.4.diſp.4.q.7. Tertius caſus eſt de fabro expellendo, aut alio quocunque etiam ſocio obſtrepente, de quo l.fin.C.de ſtudijs liberal. Vrbis Romæ, in quo appellare non licet, ut tradit Gratian.tom.1.diſcep.foren.cap.186.a n. 10. & Rebuff.ſchol.privil.6.

Clauſula, Appellatione remota.

1047 His poſitis, prima difficultas eſt, quid interſit inter hanc clauſulã Appellatione remota) & hãc (Sũmariè de plano) & quid utraq; operetur? Quãvis parem vim habeãt clauſulæ (Appellatione remota, & Sũmariè) quantũ ad appellationẽ recipiendã, vel non: tamen diſcrimen ſubeunt quoad alios effectus reſpiciẽtes cognitionem, & judiciorum ſolemnia, ita ut clauſula (Sũmariè) multo plura comprehendat, ut tibi patebit, ſi jũgas Clemẽt. ſæpe, ubi de ea agitur, cũ cap. Paſtoralis, de appell. ubi tractatur de clauſula (Appellatione remota.) Ita Decius ad cap. perſonas 4.a n.4.de appellat. Vnde conſtat eum qui ſummariè & de plano, ſine ſtrepitu & figura judicij procedere poteſt, poſſe & appellatione remota procedere: non è cõtra eum, cui commiſſa eſt cauſa, appellatione remota, poſſe ſummatim cognitionem adhibere.

Sũmariè, & de plano in clauſula.

1048 Præterea obſervabis ex Lancelloto de Attent.par.2,cap.12.limit.8. n.10. Antonio Gomez tom.3. Var. cap.3.nu.32. poteſtatem dictis clauſulis collatam judici nõ eſſe coactivam, ſed facultativam, ſcilicet ut judex non omninò teneatur ſummariè procedere, & appellatione remota, ſed ita ut ipſi videatur. l. ſæpe ff. de officio præſidis. Ex quo infertur, ſi talis judex plena cauſæ cognitione adhibita ſententiam proferat, aut appellationi deferat, ſententiam ob id nullo modo invalidam eſſe dicendam, ſed judicium ſuſtineri. Clement. ſæpe §. ſi tamen in præmiſſis, de verbor. ſignificat. Cap. cum appellation. ubi Doctor. de appellat. in 6. & cap. Paſtoralis §. præterea, de appellat.

Appellatione remota, & ſummariè procedere quid.

Notandum denique eſt dari inter prædictas clauſulas aliam differentiam animadverſione dignam: nam is, cui cauſa cõmiſſa eſt ſummariè ac de plano, poteſt in quibus litis partibus voluerit, ſummariè procedere, in cæteris plenariè cognoſcere: item poteſt poſtquam ſummariè cognovit, appellationem recipere, aut è contra, plenaria cognitione ſecuta, ſententiam exequi, appellatione remota. Nam qui poteſt omittere totum ſummarium judicium, à fortiori poteſt partem. Clement. ſæpe §. ſi tamen. Aliter ſe res habet in eo cui cauſa committitur appellatione remota: nam ſemel deferẽs appellationi non poteſt amplius ſententiam exequi. Ratio eſt quia ille deſijt omninò eſſe judex ſuo facto, & ſpontanea inhibitione, ex qua jus reo quæſitũ eſt, quod auferre nequit. Ita ex c.5. de appell.in 6. Lancellot. 2,p. cap.12. limit.1. a num.72. Vide Oldrad. conſil. 135. Oſach.deciſ.1. Emman. Rodericum tom.1. regul. q.65.num.18. Monetam de Confer. cap. 9.à num.87.de clauſula, Appellatione remota, Salgado de Reg.protect.3.par.cap.6.à num.74. Barb.l.ſi prætor 75. à num.27. Zevallos de las fuerças gloſ.6.à n.7. Donell.28.com. cap.6.lit. X. & Scacciam de appellat.q.16.limit.3.à n.20. uſque ad 106.

Appellationis remotio in cauſa criminali.

1049 Eſt adhuc dubitatio nõ levis, quid operetur prædictæ clauſulæ quoad removẽdã appellationẽ in ſẽtẽtia, qua ſtudioſus, vel alius corporaliter dãnatur, vel ad mortẽ, vel obſciſſionẽ mẽbri, aut aliã pœnã corporalẽ? Alfonſus de Eſcob.c.18.n.13. breviter reſpõdet ſtatuẽs hanc regulam circa ſuũ Salmãtinũ judicẽ, & Sch[illegible] Magiſtrũ, ut nempe ſentẽtiam poſſit exequi, appellatione remota. 1. quia expreſſè Cõſtit.22. & Cõſervatorijs cavetur, ut etiã in criminalibus ſummariè & appellatione remota procedatur. 2. quia Princeps ex cauſa potuit auferre appellationem l.1.§. interdũ ff. à quib⁹ appellari nõ licet. Cap. 1. de reſcriptis, & ſecũdùm jus Caſtellæ l.13.in fine tit. 23. partit.3. Et ita Paz l.101.ſtyl. Covar.pract.c,23.n.6.verſ. Non negamus; & in criminalibus, & latiſſimè Scac.de appel.q.17.limit.48. Dupliciter tamen poſitã regulam limitabis.1. niſi caſus ſit talis, in quo appellatio expreſſè permittatur à jure. Nã clauſula (appellatione remota) & ſimiles tantũ habẽt locũ in frivolis, & dubijs, & probabilib⁹, nõ in caſib⁹ jure expreſſis. d.cap. Paſtoralis, de appel. 2.ut poteſtas exequendi ſentẽtiã appellatione remota, nõ ſit coactiva, ſed facultativa: & ideo judex appellationi deferre poterit, ſi id æquũ judicaverit. Scac.latè q.17.limi.48.a n.25.

Appellatio in Academijs ad quem fiat.

1050 Secunda difficultas eſt, ad quẽ judicem faciẽda ſit appellatio ab Academico judice? Si loquamur de Academijs Pontificijs, quas nẽpe Sũmus Pontifex in ſuo tẽporali territorio erexit, appellatio tã à Rectore, quàm à reliquis judicibus, etiãſi clerici ſint, interponi debet ad judices ſeculares ipſius Põtificis, ſi laica ſit Academia, in cauſis laicorũ: ſi verò Eccleſiaſtica, indiſtinctè ad Epiſcopũ appellabitur, prout hæc omnia in Academijs Romæ, & Bononiæ erectis reſolvunt Abb. q.6. & Scaccia de appel. q. 8.a.4.a n.124. Si loquamur de quibuſcunque Academijs erectis per totum orbẽ Chriſtianum, attento cõmuni jure, & d. Auth. habita, quiſnã judex per ſtudioſos appellari debeat? Id fuſè tradiderunt Salycet.d.Authẽt. num.26. verſ. ſed nunc revoco in dubium Bald. ibid. num.38. verſ. ſed dubitatur. Oſuald. 28. comm. cap.6. lit. AA. Matth. Stephan. lib.3. de juriſd. par. 2. cap.12. a num.63. enucleatiùs tamen, ac magis ad rem inſpecto jure communi Scaccia q.7. de appellat. a.4. n. 124. nempe quòd ſi Academia ſit Eccleſiaſtica, quia maior pars eſt clericorum, indiſtinctè

appel-

appelletur ad Epiſcopum, in cujus diœceſi eſt Academia, ſin autem ſit ſecularis, quia major pars eſt laicorum, tunc in cauſis ſcholarium laicorum appelletur ad poteſtatẽ, prætoremve loci, in cauſis verò clericorum diſtinguatur, ita ut ſi cauſæ reſpiciant profeſſionem, ſeu gubernationem ſtudij generalem, ad laicum appelletur: in cauſis verò circa profeſſionem clericalem, vel clericos ut ſingulos reſpicientibus, aut natura ſua ſpiritualibus, adeatur Epiſcopus. Hæc procedunt ſive Academia à Rege ſit erecta, ſive à Pontifice in ſuo temporali territorio, ut ſupra dictum eſt.

Appellatio in ſingulis Academijs.

1051 Illud obſervatione dignũ, quòd ſi ſtudioſus velit, omiſſo medio, in prædictis cauſis appellare ad Principem, vel Pontificẽ, in cauſis ad unũquemq; ſpectãtibus, rectè poſſit: ut ex d. Auth. habita, omnes notãt, præcipuè Oſuald. cum alijs 17. com. cap. 20. lit. E. & lib. 28. cap. 7. lit. L. Rebuff. privil. 164. per totum, maximè verſ. Fallit tamen, & latè Scaccia de appell. q. 7. num. 102. & q. 8. à num. 124. Quid ſi loquamur attento jure ſpeciali? Eſcob. cap. 21. à num. 206. loquens de ſua Academia Salmantina affirmat in hoc differre judices appellationis jure communi inſpecto, à jure ſingulari Academiæ Salmantinæ, quòd apud Salmantinos neceſſariò debeat appellari ad Principem ſupremum, aut ad ejus ſpecialem ad id delegatum: jure autem communi gradatim appelletur, niſi omiſſo medio ſtudioſus velit appellare. Ratio diſparitatis eſt, quia judices Salmantini immediatè ſupremis poteſtatibus ſubſunt, ob ſpecialem exemptionem, quæ exemptio ceſſat in alijs Academijs, in quibus ſolum attenditur jus cõmune, quanvis ob ſpecialem protectionem d. Auth. habita id inductum videatur, ut medium appellationis poſſint omittere. Ex quibus deduci poteſt generalis regula ad Conſervatores in quibuſcunq; Academijs, ut ſi habeant omnimodam exemptionẽ, & ſint immediatè ſubjecti ſupremis Principibus, ab illis ſupremos Principes ſolum appellari liceat: ſecus, ſi alijs nõ ſupremis ſubordinẽtur. De Academia Pariſiẽſi illud narrat Pet. Greg. de rep. lib. 18. c. 10. n. 10. cõtra ſentẽtiã Univerſitatis, vel Rectoris, aut magiſtrorũ Pariſiorũ legi provocationẽ factam, vel recurſum habitum ad Sũmũ Pontificẽ cap. ex litteris de cõſtit. itẽ haberi in cap. quia in cauſis, de procurat. ſcholaſticos Pariſiẽſes adijce S. Põtificẽ pro obtinẽda facultate conſtituẽdi procuratorẽ. Quid autẽ juris ſit in appellando à Conſervatore Academiæ Conimbricẽſis, qui merè laicus eſt, videatur lib. 2. Statut. tit. 27. ſicut de laico Eborenſi lib. 1. Statut. cap. 13. & de Eccleſiaſtico in litteris Conſervatorijs.

1052 Quid attinet ad revocationem poteſtatis Conſervatoris, ſive faciendam à Principe, qui facultatem deputandi Conſervatorem impertijt, ſive faciendam ab eo qui ex tali facultate Conſervatorem deputavit, paucis, & quidem remiſſivè me expediã. Imprimis poſſe Principem etiam abſque cauſa revocare juriſdictionem Conſervatoris, ſicut & gubernationis modum alterare, dummodo ſequens forma hæc Univerſitatis felici moderationi inſerviat, nec deterior hujus Reipublicæ ſtatus fiat, affirmat Eſcobar cap. 24. Nam licèt Princeps regulariter legem juſtam ſine cauſa abrogare non debeat, ſunt tamen plura quæ jure humano liberè poſſunt ſtatui, atque revocari ad Principis nutum, in quibus nempe Reipublicæ ſtatus minimè verſatur, ut videre eſt apud Covarr. cap. alma mater 2. p. init. n. 2. verſ. ad primum, & cap. 31. pract. n. 4. Quando verò cenſeatur Princeps voluiſſe revocare poteſtatem Conſervatoris, vel privilegium, ſeu facultatem eligendi Conſervatorem, peti poteſt ex traditis per Thomam Sanchez de Matr. lib. 8. diſp. 33. Emmanuelem Rodericum qq. regul. tom. 1. q. 9. art. 3. & Menochium tract. de præſumpt. lib. 6. præſ. 37. n. 7. & 41. Quando autem præſumatur id feciſſe per conceſſionem ſecundi privilegij, tradit idem Menoch. d. lib. 6. præſ. 40. Rurſus quando revocetur tacitè per expirationem cum perſona, vel tranſitum in ſucceſſorem, tradit idem lib. 3. præſ. 103. & lib. 6. præſ. 76. n. 40. de expreſſa revocatione prædictæ facultatis videndus eſt citatus Emman. Rod. art. 3. & Anton. Gabr. agẽs de hoc latiſſimè lib. 3. commun. concl. tit. de jure quæſito non tollen. concl. 1. uſque ad 7. Circa revocationem faciendam ab eo qui Conſervatorem deputavit, ſeu elegit, nõ eſt cur immoremur, videatur Moneta de Conſerv. cap. 10. q. 9. ubi à n. 373. luculenter hoc diſputat, ſub hoc titulo: An expiret juriſdictio, & officium Conſervatoris per expreſſam, vel tacitam revocationem ejuſdem ab impetrante, ſeu eligente factam?

Revocatio juriſdictionis Conſervatoris.

Multa alia ſunt, quæ poterant habere locum in hac diſputatione, cum aliquo modo pertineant ad Cõſervatoris poteſtatem, v. g. an clerici ſcholares poſſint in alium judicem conſẽtire? An & in quibus ſubjiciantur judici laico Academiæ? Intra quas diætas poſſint ſcholares trahere ad ſuos Cõſervatores? An liceat ſcholari eligere judicem, coram quo agat, & conveniatur? Scholarium cauſæ quo tempore tractari poſſint? & ſimiles. De his tamen jam egimus lib. 3. de privilegijs, præſertim diſp. 4. q. 1. 2. 3. & 4. ubi de foro ſtudioſorum: & agemus de multis alijs in progreſſu.

(✠)

DISPVTATIO III.

De obligationibus Conſervatoris.

1053 Cum in præcedentibus ſatis diſputatum ſit de Conſervatoris officio, & poteſtate, ſupereſt exponere qualiter teneatur ſuum implere officium, & ſuam exercere poteſtatem, ſive de illo loquamur quà judice abſolutè accepto, ſive de eo quà Conſervatore, ſive de eodem quà magiſtratu Academico. Vertetur igitur cardo diſputationis in duobus, altero, qualiſnam ſit, quanta, & quotuplex Conſervatoris obligatio: altero, à quonam Conſervator ſit emendandus, & puniendus, ſi officium ſuum deſerat.

QUÆSTIO I.

Ad quid teneatur Conſervator quatenus abſolutè judex eſt, ante quàm ſententiam ferat?

Auſpicamur à Conſervatore quà judice, & veluti accepto in genere, ut proclivior fiat deſcenſus ad peculiares, & veluti ſpecificas hujus magiſtratus differentias. Cum verò judicis tam ante ferendam, quàm in ipſa ferenda ſententia obligatio, ſit ubertima ſeges, de qua Theologi ſatis amplè, eam ſtylo compendiario in hac, & ſequenti quæſtione perſtringemus, vt poſteà peculiares Conſervatoris, quà judicis Academici obligationes fuſiùs expediamus.

Iudicium juſtū quid poſtulet. Prima difficultas eſt, quomodo peccet Conſervator ſe judicem agendo abſque poteſtate legitima? Præmittendum eſt ad juſtum judicium tria exigi. 1. authoritatem, ſeu poteſtatem legitimam, defectu cujus judicium dicitur præſumptum, ſeu uſurpatum. 2. certitudinem in cognitione cauſæ, defectu cujus dicitur temerarium. 3. juſtitiam in modo procedendi, defectu cujus dicitur perverſum. Sit reſolutio. Peccant peccato uſurpationis judicij, quod ex genere ſuo lethale eſt, Conſervatores, & omnes qui ſine legitima poteſtate judicant nempe vel eum qui abſolutè illis ſubditus non eſt, vel in ijs cauſis, in quibus illi non ſubditur. *Iudicij uſurpatio.* Ita Leſſius cap. 29. dub. 6. & Lugo de juſtit. diſp.37.num.18. Patet, quia tunc per uſurpationem, & violationem publicæ authoritatis fit gravis injuria tum ſuperiori, cujus authoritas uſurpatur, tum partibus, inter quas uſurpata poteſtas exercetur. Ex hac reſolutione infertur peccare graviter uſurpatione judicij, & etiam ex defectu poteſtatis nulliter agere. 1. Ordinarios, qui præſumunt diſcutere cauſas exemptorum, eorum nempe quos Tridentinum exemit. 2. judices Eccleſiaſticos, qui in cauſis merè temporalibus ſeculares judicant. 3. judices ſeculares, qui judicant aliquam perſonam Eccleſiaſticam, utpote exemptam tum in civilibus, tum in criminalibus Cap. ſi diligenti, de foro compet. ubi etiam ſtatuitur non poſſe clericos in hac parte renunciare juri ſuo. Hoc tamen non impedit (inquit Sotus lib.5. de juſtit. q.4. a.1.) quin clericus ſibi poſſit conſtituere aliquos arbitros, quorum ſententiæ teneatur obedire. 4. peccare ſimiliter uſurpatione judicij, & operari nulliter qui vel in Eccleſia ſententiam fert, vel reum, qui confugit ad Eccleſiam vi aut fraude auferens condemnat ad mortem, aut mutilationem, de quo Sanch. lib.6. Conſil. à dub.1.

1054 Secunda difficultas eſt, an validè & licitè operetur judex exiſtimatus, qui verè judex non eſt? *Iudex exiſtimatus erroneum mum,* Certum eſt, ut docent Sanch. lib.3. Matr. d.22. & Lugo de juſt. d.37. n.20. ex l. Barbarius ff. de officio prætoris, & ex Cap. 1. 3. quæſt.7. talem judicem validè operari, modò defectus ſit ita occultus, ut locum poſſit habere communis error: & judex ipſe habeat titulum coloratum, nempe acceperit officium ab eo, qui illud conferre poterat. Nam utilitas publica ad vitandum multiplex inconveniens poſtulabat, ut jure Canonico, & civili ſuppleretur defectus juriſdictionis in tali judice. Reſolutio ampliatur, ut procedat de judice tam ordinario, quàm delegato, etiam reſpectu eorum, qui defectum ſciunt: modò ille publicè ignoretur. Limitatur tamen in judice exiſtimato, cui impedimentum ex divino, vel naturali jure provenit: v. g. ſi parochus audiens confeſſiones non ſit ſacerdos, vel judex ſit rationis inops. Tunc enim invalidè operabitur: quia defectus ille per poteſtatem humanam ſuppleri nequit. Quoad alte-

alteram difficultatis partẽ, an prædictus judex licitè operetur. Negandũ eſt cũ Leſſio cit. c. 29. n. 68. & Cardin. de Lugo cit. n. 26. qui rectè loquuntur de judice ſciente ſuum defectum. Patet quia talis judex, quantum in ſe eſt, retinendo officium, vult uſurpare juriſdictionem cõtra divinam, & humanam legem. Non videtur tamen committere novum ac diverſum peccatum, quando inter litigantes profert ſẽtentiam ex objecto juſtam, cum validè operetur.

Iudex abſque ſufficienti ſcientia judicans.

1055 Tertia difficultas eſt, quomodo peccet judex exercens ſuum munus abſque ſufficienti ſcientia, & exiſtens in peccato? Duplici parti difficultatis ſatisfiet propoſita, & probata duplici concluſione. Sit prima concluſio. Qui ob defectum peritiæ indignus eſt munere judicandi, peccat lethaliter munus illud ſuſcipiens, & manet obnoxius reſtituendis omnibus damnis inde ſequendis. Ita S. Antonin. 3. par. tit. 9. cap. 2. init. & Navarr. in Manual. cap. 25. num. 12. Patet, quia non minùs tenetur quis abſtinere à judiciali officio ſub onere reparandi damna ſequuta, quàm medicus, & chirurgus tenentur abſtinere à ſuis officijs, ſi ſeipſos inſufficientes intelligant: conſtat autem hos teneri; ergo ille tenetur. Dixi (indignus) quia ſi dignus ſit, quanvis omiſſis dignioribus perperam electus, poteſt licitè exercere ſuum officium, ut docet Sotus 3. de juſt. quæſt. 6. num. 2. Semper tamen errorem à ſe, etiam ſine gravi culpa commiſſum, qui vergit in detrimentum litigantis, tenebitur impedire, ſi citra ſuam infamiam poſſit. Secunda cõcluſio. Iudex in peccato lethali exiſtens validè, imò & licitè præciſo ſcandalo, ſuum exercet munus. Prima pars de valore, eſt definita in Concilio Conſtant. ſeſſ. 8. & 15. contra errorem quorũdam aſſirmantium judicem exiſtentem in peccato lethali eo ipſo carere omni juriſdictione, & ejus ſentẽtiam eſſe irritam. Secũda pars cõſtat, quia actus judicij nõ eſt prohibitus peccatori, ſicut nec quicũq; alius, per quem redditur alteri quod ei debetur.

Iudex excommunicatus.

1056 Quarta difficultas eſt, an judex excommunicatus validè, & licitè exerceat judicia? Circa valorem, omiſſis varijs ſẽtentijs, apud Sanch. lib. 3. Matr. d. 22. communis & verior defenditur ab ipſo Sanch. num. 23. Suario de cenſur. diſp. 16. ſect. 1. & Turriano de cenſur. lib. 2. diſp. 14. dub. 1. aſſerẽtibus acta & ſententiam excommunicati tolerati valere, excommunicati autem non tolerati eſſe invalida. Prima pars ſumitur ex Concilio Cõſtãtienſi: cum enim indulſerit cõmunicationẽ cum tali judice in gratiam, & utilitatẽ aliorũ, cẽſetur voluiſſe actus judiciales eſſe validos. Ab hac regula Suar. d. 14. ſect. 2. n. 11. & Layman. lib. 2. tract. 5. p. 2. c. 5. n. 7. excipiũt actum juriſdictionis coactivæ in ſubditum invitum, v. g. actum excõmunicãdi. Quod intelligit Lugo d. 39. n. 7. ſi ſubditus ante prolatã ſen etiam decliner juriſdictionẽ opponẽs exceptionẽ excõmunicationis. Secũda pars habetur ex c. pen. & ult. 15. q. 6. ſed præcipuè ex legitima cõſuetudine habẽre vim legis, quæ potuit juriſdictionẽ auferre. Hoc tamẽ limitatur in tali excõmunicato nõ tolerato, quãdo ſe cõferret in aliã urbẽ, ubi ejus cẽſura ſit ignota, fieretq; judex, vel in loco ſuæ juriſdictionis haberetur pro tolerato: tunc enim ejus acta valida forẽt, perinde ac ſi occultè excõmunicatus eſſet. Procedit reſolutio de judice tã catholico, quàm hæretico, ſive Eccleſiaſtico, ſive ſeculari, ordinario, & delegato, habente juriſdictionẽ vel ſpiritualem, vel temporalem.

Ex ẽmu...

1057 Circa honeſtũ & licitũ uſum dubiũ eſt, an judex excommunicatus toleratus ſicut validè, ita & licitè judicia exerceat? Negant Suar. de cẽſ. d. 16. ſect. 1. Leſſius de juſt. c. 29. n. 59. & Bonacina diſp. 14. n. 148. dicentes peccare graviter, cum præcepto Eccleſiaſtico teneatur abſtinere ab exercitio ſui muneris. At Sanch. 3. Matrim. d. 21. num. 6. Navarr. cap. 29. num. 28. Avila de cenſur. 2. par. cap. 6. diſp. 6. dub. 3. & alij affirmant non intervenire ibi culpam gravem, ſi abſit injuſtitia, contemptus, ſcandalum. Vtraque opinio probabilis eſt, & non improbabile quod ex varijs addit Lugo num. 11. excommunicatum toleratum, quoties non eſt in mora petendi abſolutionem, nec poteſt eam pro tunc obtinere, & invitatur à fidelibus, poſſe cum eis licitè cõmunicare, modò ipſe non ſuſcipiat ſacramentum. Ex prædictis rectè infert 1. num. 12. excommunicatum non toleratum ferendo ſententiam in judicio peccare dupliciter, 1. contra præceptum Eccleſiæ prohibentis talem actũ. 2. contra juſtitiam litigãtium, quibus ſine juriſdictione jus dicit. Infert 2. n. 15. hoc ipſum procedere, ſi judex in die feſto proferat ſentẽtiã, vel exerceat actus forẽſes, utpote prohibitos, & invalidos, de quibus latè Suar. tom. 1. de Relig. tract. 2. cap. 30. Idem eſt, ſi judex laicus in templo, aut loco ſacro ſententiam ferat, de quo Suar. citat. lib. 3. cap. 4. num. 13.

Iudex ... in accipienda pretium.

1058 Quinta difficultas eſt, qualiter judex tenẽatur ſe gerere in ſtipẽdio, & muneribus accipiendis. Cum ſoleant judicibus cõferri munera, vel tanquã ſuarũ actionũ pretium, per modum ſtipendij, vel liberalitèr, ac per modum largitionis, circa pretium, de quo Molina tom. 1. diſp. 83. Certum eſt 1. judices, quibus conſtitutum eſt juſtum ſtipendiũ ſuarum actionum, non poſſe pro talibus actionibus aliquid amplius accipere abſq; injuſtitia, & onere reſtituendi. Dixi (juſtum ſtipendium) quia ſi cõſtet taxatũ ſtipendium eſſe injuſtum, poſſunt uſq; ad terminos juſti accipere. Dixi (pro talib⁹ actionib⁹) ne tollatur ut poſſint accipere

Stipendiũ judicis. pro aliquo alio, ad quod non tenentur. Certum eſt 2. non poſſe judices aliquid accipere pro eo ad quod ex officio & juſtitia obligantur, v. g. pro audiendis litigantibus, pro juſta ſententia ferenda: idque tum reſpectu illius, cui actio debita erat, tum reſpectu aliorum. Ita docet Molina citatus contra Sotum 4. de juſt. q. 7. a. 1. dicentem non teneri reſtituere, qui accepit à te aliquid, ne occideret Petrum, quem procurabat interficere. Dubium eſt, an poſſit judex accipere pretium pro aliquo actu injuſto, & indebito? De hac re latè Leſſius cap. 14. dub. 8. Lugo de juſtit. diſput. 18. ſect. 3. & nos in noſtro Promptuario. Nunc breviter aſſerendum, quãvis culpabilis ſit acceptio pretij ob turpem cauſam, v. g. injuſtam ſententiam, homicidium, fornicationem, tamen opere ſequuto, quod indebitũ, & aliunde pretio æſtimabile eſt, nullam manere obligationem reſtituendi tale pretium.

Munerum acceptio per judicem. 1059 Difficultas præcipua verſatur circa alteram partem de acceptione munerum, quæ dantur non in pretium, ſed gratis ad movendum animum: ſub qua difficultate dubitatur 1. an talis acceptio licita ſit jure naturali? Negat Baldus ad l. hac lege C. de ſenten. ex peric. recit. Affirmat Navar. in Extravag. de datis & accepr. num. 5. Vtrunque media incedens via rectè conciliat Lugo diſp. 37. num, 129. affirmans aliquam munerum acceptionem jure naturali illicitam eſſe, aliquam verò licitam. Probat, nam muneris quantitas, & qualitas in tali vel tali circunſtãtia poteſt ita ſe habere, quæ moraliter inducat perverſionem judicij, v. g. ſi, pendente lite, judex accipiat à litigante domum, aut vineam: tunc enim acceptio jure naturali illicita erit: ſecùs, ſi munus ſit exiguum, ſpectans magis ad civilem urbanitatem, quàm ad corruptelam, vel detur alio titulo, v. g. conſanguinitatis, aut amicitiæ. Notant verò communiter authores cum Paludano in 4. diſt. 15. q. 3. a. 5. contra Gabrielem ibid. q. 6. quanvis dicta munerum acceptio mala ſit, ſtando in jure naturali, tamen non parere obligationem reſtituendi munus acceptum. Ratio eſt, quia litigans ſponte, ſeu nullo cogente voluit, ac potuit validè rei ſuæ dominium transferre. Reſolutionem hac temperat Lugo citat. num. 130. ut ſolum procedat poſt finitam litem, quia tunc ceſſat periculum perverſionis: & non procedat lite pendente, niſi forte eſſet inturbata redditio muneris ſemel accepti. Videantur Malder. de juſt. tract. 6. cap. 1. dub. 27. & Marienz. in Dial. relar. par. 3. cap. 35.

Munera prohibita Iudicibus. 1060 Dubitatur 2. an, & quomodo prædicta munerum acceptio liceat jure humano? Eſſe munerum acceptionẽ abſolutè prohibitam judicibus laicis, ſub gravibus pœnis, habetur l. plebis cito ff. de officio præſidis. l. ſolet ff. de offic. Proconſ. Authent. novo jure C. de pœna judicis. Et multis alijs locis juris communis. Iure autem Luſitano Ordin. lib. 5. tit. 71. ſub gravibus pœnis, quæ ibi videri poſſunt, prohibetur non ſolum accipere, ſed etiam dare prædicta munera. Arceri etiam ab hujuſmodi muneribus judices Eccleſiaſticos, conſtat ex jure Canonico, cap. cum ab omni, de vita & honeſt. cleric. Cap. ſtatutum, de reſcrip. in 6. Cap. exigit, & Cap. de cenſib. in 6. In hoc tamen jure fiunt nonnullæ moderationes, 1. ut judices à Papa delegati poſſint à litigantibus accipere comeſtibilia, & potabilia nõ petita, ſed ſponte oblata, & ita modica ut in paucos dies conſumi poſſint. 2. ut Epiſcopi quando accedunt ad conſecrandas, aut viſitãdas Eccleſias accipiant expenſas. 3. ut alicubi, ubi conſuetudine præſcriptum fuerit, ultra ſtipendium publicum, accipiantur à litigantibus ſportulæ. 4. ut non intelligantur violaræ dictæ leges, quando judex, non ut judex, ſed ut alia perſona munera accipit, v. g. quà conſanguineus. Vide Molin. tom. 1. d. 84. & Lugon. d. 37. à num. 132.

1061 Cum verò leges nonnullæ obligent judicem ad reſtituenda munera accepta, & quædam municipales in aliquibus regnis prohibitioni adjiciant pœnã, & obligent in conſcientia ad ſolutionem pœnæ, & reſtitutionem munerum, imò quandoque addant ante judicis ſententiam: denique obligetur judex in officij ſuſceptione jurare ſe ſoluturum pœnas, & ſoluturum munera: dubitatur, an tales leges obligent in conſcientia ante ullam judicis declarationem, quando crimẽ occultum eſt. *Reſtitutio munerum in judice.* Affirmant cum multis Mercadus de contract. lib. 4. cap. 16. Corduba lib. 1. q. 56. Veiga lib. 3. Summæ caſu 302. & Emman. Rod. v. Iudex caſu 183. concl. 1. Quia Princeps potuit ſic obligare, & conſtat de intentione taliter obligandi. Media via incedunt Banhez 2. 2. q. 71. a. 4. Salonius ibid. & Sanch. lib. 3. conſil. cap. unico dub. 1. negantes de inſtitutione pœnæ ante condemnationem, & affirmantes de reſtitutione munerum. Vtraque opinio probabilis eſt: ſed mihi magis placet mitior & benignior priori extremè oppoſita, quam tenent Molina d. 88. Henr. lib. 4. de Pontif. & legib. c. 21. §. 6. Salas de legib. d. 15. Vaſq. to. 2. in 1. 2. d. 164. n. 171. & Rebell. lib. 15. de donat. q. ult. negantes leges obligare in conſcientia ad reſtituenda munera gratis accepta ante declarationem juridicam ſaltem criminis. Probatur, quia non aliter tenentur ad reſtitutionem munerum, quàm ad ſolutionem pœnæ: nam per modum pœnæ imponitur illa reſtitutio: praxis autem communis intelligit pœnam non eſſe exequendam ante declarationem criminis. An verò peccent qui dant munera judici, & an alij miniſtri accipientes? Videatur Molina diſput. 88. & Lugo

Digitized by Google

Lugo citat. a num. 136. & nos infra dicemus diſp. 4.

QUÆSTIO II.

Qualiter teneatur Conſervator quà judex eſt in ipſa ſententia ferenda?

Sententia judicãtis ſecundum allegata & probata.

1062 QVia ex noſtri muneris inſtituto properamus ad Conſervatorē quà talem, & quà Academicum, nonnullas interim perſtringemus difficultates à Doctoribus fuſè tractari ſolitas circa multiplicem obligationē judicis, in ſentētia ferenda. Prima difficultas eſt, Vtrum Judex poſſit, ac debeat condemnare ad mortem, vel mutilationem eum, qui per teſtes legitimè probatur reus criminis, ſi certò ſciat eum eſſe innocētem? Procedit facta ſuppoſitione quòd judex nullam reperiat viam liberandi innocētē. Nam tenetur omnes tentare, v.g. impediēdo, & repellendo accuſationem, ſi poſſit, examinando ſæpe teſtes, extrahendo judicium, aperiendo carcerem latenter & ſine ſcandalo, recurrendo ad Principem, ut apud eum agat teſtem, vel obtineat ut de potentia abſoluta dimittatur, & ſimiles.

His poſitis, poſſe judicem in tali caſu juxta allegata & probata ferre ſententiam, defendūt S. Thom. 2. 2. q. 67. a. 2. Covarr. 1. variar. cap. 1. num. 6. Sotus 5. de juſt. q. 4. a. 2. Navar. in Manu. cap. 25. num. 19. & Sanch. lib. 6. Conſil. cap. 1. dub. 17. Probant, quia judex eſt perſona publica, & ut ſic notitiam publicam, & nō privatam ſequi debet. Contrarium tenent Petrus Navar. de reſtit. cap. 3. num. 161. Leſſius cap. 29. nu. 78. Ægid. Bellan. tom. 2. diſp. 34. de matr. num. 98. Malder. tract. 6. cap. 1. d. 13. & Lugo d. 37. n. 45. Probant, quia non minùs intrinſecè malum eſt occidere innocentem, quàm accedere ad non ſuam: nemo autem certo ſciens fœminam eſſe non ſuam, poteſt ad eam accedere, quanvis per teſtes probetur eſſe ſuam. Hæc ſententia probabilis eſt, ſed prima probabilior. Iudex autem qui hanc ſecundam amplexus fuerit, tenebitur mori potius, quàm capite damnare talem reum: & idem erit de quovis miniſtro, cui certò conſtet de innocentia, ne cooperans executioni ſententiæ concurrat ad homicidium. Concordant verò utriuſque opinionis authores, in cauſis civilibus, & criminalibus, ubi non agitur niſi de pœna pecuniaria, vel exilij, vel privationis officij, aut beneficij; & judex nequit vitare exercitium ſui muneris, & aliqua via ſuccurrere innocenti, poſſe ſe accommodare ferendo ſententiam ſecundùm allegata & probata: An verò ad vitandam condemnationem innocentis in cauſa ſanguinis teneatur judex deponere ſuum officium? Cohærenter reſolvit Lugo n. 49. affirmativè, ſi ſequatur poſteriorem ſententiam: negativè, ſi priorem.

Iudex condemnans abſque ſervato juris ordine ex privata notitia.

1063 Secunda difficultas eſt, an poſſit judex condemnare ex privata ſcientia, & non ſervato juris ordine, quem novit reum criminis? Certum eſt 1. id non licere judici inferiori, cum hic nequeat diſpenſare in lege ſuperioris. Certum eſt 2. poſſe Principem, ſeu ſupremum judicem via defenſionis ex privata notitia aliquem interficere, quando aliter vitare non poteſt grave detrimentum Reipublicæ. Dubium eſt an id poſſit per modum condemnationis, & punitionis? Affirmat Matienzo in dialogo relatoris pat. 3. cap. 42. num. 1. Item Bart. Felin. Covarr. Albericus, & Cynus apud Leſſium cap. 29. num. 93. Negat tamen cū communi ſententia id licere Principi ſaltem idem Leſſius ibid. Navarra lib. 2. de reſtit. cap. 3. num. 197. Malder. tract. 6. cap. 1. dub. 14. & Sanch. lib. 5. Conſil. cap. unico dub 4. Dixi (regulariter) quia maius dubium eſt, an id liceat in aliquo raro caſu, v.g. ad vitandam infamiam reginæ, ſi quis illi vim inferret, & ſolus Rex id ſciret? Videtur affirmare Fagundez 8. præc. Decal. cap. 20. num. 18. idque non improbabile judicant Leſſius, & Malder. citati. Oppoſitum tamē aſſerendum eſt cum fere omnibus. Ratio eſt, quia Princeps non habet maius jus, quàm acceptum à Republica: hæc autem non habet jus contra vitam, & membra civium, niſi quando certo ipſi conſtat crimen: nō poteſt autem certo illi conſtare niſi per duos, vel tres, qui faciūt certitudinem moralem.

Sententia ferēda eſt ſecundum leges.

1064 Tertia difficultas eſt, an judex ſemper teneatur ferre ſentētiam juxta leges ſcriptas? Non loquimur de lege ſcripta continente jus naturale: quia cum hoc ſit indiſpenſabile, etiá judex ſupremus tenetur judicare ſecūdùm illud. Sermo eſt de lege ſcripta continente jus poſitivum. Sit reſolutio: Iudex ſupremus poteſt interdum in judicando non ſequi legem ſcriptam: judex inferior eam ſequi tenetur regulariter. Ita cum S. Thoma 2. 2. q. 66. lib. 5. Suar. de legib. a. 5. cap. 11. Salas de legib. d. 15. ſect. 8. Leſſius cap. 29. dub. 5. & Sanch. lib. 6. Conſil. dub. 21. Ratio utriuſque partis eſt, quia judex ſupremus poteſt diſpenſare in lege poſitiva, quando credit id Reipublicæ expedire: non ita judex inferior, niſi ex tacita, vel expreſſa ſuperioris licentia. Dixi (regulariter) quia aliquando judex inferior poteſt recedere à lege ſcripta, judicando contra verba legis, 1. per epikiam, quando conſtat mentem legiſlatoris non fuiſſe talem caſum in particulari comprehendere, in quo non obligatur Principem conſulere. 2. quando revera non conſtat, ſed probabilius eſt aliam fuiſſe legiſlatoris

mentem, & res non patitur, ut consulatur superior; nam consulendus est, si facilè consuli possit. Si dubium utrinque æquale ſit, & Princeps consuli nequeat, tenetur judex inferior ſecundùm verba legis judicare. Quia tunc pro authoritate legis ſtat poſſeſſio. De obligatione judicis ad nec augendam, nec minuendam pœnam legis, videatur Lugo de juſt. diſp. 37. tota ſect. 8. & Opus noſtrum de Deo tract. 5. q. 7. art. 11.

Iudex ſequatur opinionem probabiliorem.

1065 Quarta difficultas eſt, Vtrum judex in ferenda ſententia teneatur ſemper ſequi opinionem probabiliorem? Non eſt quæſtio de probabilitate honeſtatis ex parte judicis operantis: nam ſemper poteſt ſequi opinionem, quæ probabiliter dictet ſibi aliquid licere. Quæſtio eſt de probabilitate ex parte facti, vel juris litigantium. Banhes 2. 2. q. 63. a. 2. dub. 1. & Granadus 2. 2. tract. 12. diſp. 4. num. 39. affirmant quando probabile eſt jus utriuſque partis, teneri judicem vel litigantes componere, vel inter illos rem dividere. Ex oppoſito Salas tom. 1. in 1. 2. tract. 8. diſp. unic. num. 72. Salon, Metina, Ledeſma, & alij apud Sanch. lib. 1. Decal. cap. 9. num. 46. dicunt poſſe tunc judicare ſecundùm opinionem probabilem relicta probabiliori. Sit prima concluſio. Quando opiniones ſunt æquè probabiles, quamvis judex melius faciet, ſi procuret litigantes componere, tamen poteſt alteram ex illis ſequi. Ita authores ſtatim citandi. Ratio eſt, quia judex ſolum ex officio tenetur judicare ſecundùm veritatem diligenter inveſtigatam: & tūc pro qualibet parte eſt probabilis veritas diligenter inveſtigata: neque pro utraque poteſt ferri ſententia, ſed pro una contra alteram.

Secunda concluſio. Quando utraque pars eſt inæqualiter probabilis, tenetur judex ſequi probabiliorem. Ita Vaſq. Azor, Valent. & alij, quos citat, ac ſequitur Sanch. citatus num. 47. Ratio eſt, quia judex conſtituitur à Republica, vel à Principe tanquam fidelis miniſter veritatis, ſicut œconomus à domino, ut diligenter provideat rebus domeſticis: at non excuſabitur œconomus, ſi invento duplici tritico æqualis pretij, ſed inæqualis bonitatis, emat deterius relicto meliori; ergo neque judex, ſi propoſitis duabus vijs aſſequendi veritatem, eligat deteriorem.

Reſtituendi obligatio in judice.

Vnde judex (inquit Lugo num. 121.) ſequendo tunc opinionem minùs probabilem peccabit, & tenebitur ad reſtituendum parti omiſſæ, pro qua ſtabat opinio probabilior. Poterit tamen (ut dixerat num. 117.) à peccato, & conſequenter à reſtitutione excuſari, 1. quando adhibita communi diligentia (ad exquiſitam enim non tenetur) non facilè apparet notabilis inæqualitas. 2. quando opinio quæ judici videtur probabilior, judicetur minùs probabilis apud ſuperiores judices, à quibus proinde revocabitur ſententia inferioris cum ipſius dedecore. 3. quando ex electione opinionis probabilioris ſequeretur ſcādalum, & detrimentum Reipublicæ.

Iudex in dubio negativo.

1066 Quid ſi non ſit pro utraque parte probabilitas, ſed ſolum dubium merè negativum? Benè conveniunt authores tunc poſſeſſori, & reo favendum eſſe. Quia in dubio eorum cauſa melior eſt. Quādo autem neuter poſſidet, Petrus de Ledeſma de Matr. q. 45. art. 1. dub. 2. dicit rem individuam, poſſe judicem applicare cui voluerit. Rectiùs Salas 1. 2. tract. 8. diſp. unica ſect. 23. num. 121. affirmat, ſi res eſt dividua, dividendam eſſe inter utrunque litigantem: ſi individua, ſorte poſſe alteri applicari, ſi ipſi conſentiant: ſecus, debere æſtimationem dividi, & ſorte dividi, ut alteri res applicetur, & alteri dimidium æſtimationis ab adverſario ſolvendum. Addi poſſe exiſtimo non videri diſſonum, quòd ſorte exploretur, cui optio concedenda ſit inter dimidium æſtimationis accipiendam, & inter rem habendam ſoluto dimidio æſtimationis.

Probationes in judicio.

1067 Quinta difficultas eſt, quæ ſit obligatio judicis, ut ferat ſententiam ex ſufficienti, ac legitima probatione: Nota 1. probationem, vel eſſe plenam & perfectā, qualis quæ datur per duos, vel tres oculatos teſtes, quæ non patiuntur exceptionem, vel eſſe ſemiplenam, & imperfectam, qualis datur quando unus teſtis, contra quem nulla eſt exceptio, deponit ſe vidiſſe. Nota 2. inter probationes plenas numerari confeſſionem factam à reo, modò nonnulla adſint. 1. quòd fiat coram judice competenti, ſponte, & non metu torturæ. 2. ne confitens dicat poſtea, ſe erraſſe, & errorem probet ante ſententiam. 3. ne per procuratorem, facta ante triduum revocetur. 4. ne ſit facta propter falſam judicis promiſſionem. 5. ne ſit de re impoſſibili, vel repugnante. 6. ne vergat in præjudicium alterius.

Confeſſio judicialis quando probet.

Reus condemnatur ex ſolis indicijs.

His poſitis, dubitatur 1. an judex poſſit aliquando condemnare reum ex præſumptionibus, & indicijs urgentibus, quando non datur plena probatio? Alij abſolutè negant, alij abſolutè affirmant apud Sanch. lib. 3. Conſil. cap. unico dub. 12. etiam loquentes de pœna ordinaria. Mihi arridet quod media incedentes via docent Leſſius cap. 29. num. 169. Lugo d. 37. n. 141. & Sanch. cit. num. 12. ſcilicet poſſe reum tunc puniri non pœna ordinaria, ſed minori extraordinaria. Ratio eſt, quia licèt judex non ſit certus de delicto, ideoque nequeat procedere ad pœnam ordinariam, eſt tamen certus de majori veriſimilitudine delicti, quàm innocentiæ: quod præponderat poſſeſſioni indemnitatis, in qua reus eſt. Ex qua doctrina Lugo à num. 145. infert 1. cum Sanch. dub. 12. num. 4. debere judicem torquere reum torturæ capacem. Vnde reprobat Clarum apud Leſſium num.

Digitized by Google

num.169. dicentem eſſe tunc in arbitrio judicis vel torquere, vel pœna extraordinaria punire. Infert 2. contra Sanch. num.7. non debere tunc judicem reum in tortura negantem abſolvere, ſed ad ſummum relaxare ſub fidejuſſore, ut ſi poſtea adſint legitimæ probationes condemnetur, vel abſolvatur. Leſſius citatus num.170. dicit aliquando poſſe judicem ex ſolis indicijs pœna ordinaria punire. 1. ſi alicui ter denunciaſti, ne tuam uxorem alloqueretur, & poſtea reperiatur cum illa alloquens; hic enim (ut ait) poteſt puniri pœna ordinaria adulterij. 2. ſi officialis fugit tempore ſyndicatus. Habetur enim pro confeſſo. 3. ſi quis ſit infamatus de Simonia, & non poſſit ſe purgare. 4. ſi clericus deficit in purgatione hæreſis, punitur ut convictus.

Confeſſio judicialis

1068 Dubitatur 2. utrum ſufficiat ad puniendũ pœna ordinaria, quòd reus faſſus fuerit delictum externum, v. g. homicidium, ſi dixit ſe id feciſſe in ſuam defenſionem? Affirmat abſolutè Socinus in l. non utique ff. de except. Conſentit ex parte Sarmiento lib.1. ſelect. cap.1. num.11. dicens id ſervandum eſſe, niſi ex circunſtantijs appareat veritas: ſecus ſi non appareat. Dicendum tamen eſt cum multis, quos ſequitur Sanchez lib.3. Conſil. cap. unico dub.13. puniendum eſſe pœna extraordinaria. Quia illa excuſatio, ſi non in totum, ſaltem ex parte minuit probationem ex confeſſione ortam. Dubitatur 3. an judex qui contra jus aliquid novit à reo, vel teſte, poſſit ex ea notitia in judicio procedere? Rectè cum Navarro, Soto, & alijs negant Sanch. lib. Conſ. cap.3. dub.39. num.1. Leſſius cap.29. dub. 18. num.172. & Fagundez in Decal. præc.8. c.1. num.3. Addit Leſſius ibid. confeſſionem à reo per injuriam fieri multipliciter, ut nulla poſſit ſequi condemnatio. 1. ſi judex à ſe ipſo inquiſitionem incipiat, nulla præcedente infamia, vel denunciatione juridica. 2. ſi tormentis, vel eorum metu eliciat confeſſionem, non datis ſufficientibus indicijs ad torturam: etiam ſi poſtridie ratificaverit. 3. ſi datis indicijs ad torturam, perſona nõ poterat torqueri per ætatem, vel dignitatem. 4. ſi dolo induxit ad confitendum. 5. ſi confugientem ad locum ſacrum abſtraxit contra jus. Reſolutionem limitat Lugo num.150. ut non procedat, quando injuſtitia non ſe tenuit ex parte judicis, vel ejus miniſtrum, ſed alterius privati, qui dolo, aut injuſtè notitiam extorſit. An vero judex unus poſſit uti notitia extorta ab alio judice? Affirmant multi cum Sanch. num.9. & Fagund. num.18. An judex factus poſſit uti notitia, quam ipſe privatus extorſerat, aut injuſtè publicaverat? Videatur Lugo d.37. n.152.

Confeſſio ſeu notitia injuſtè extorta:

Reſtituendi obligatio in judice.

1069 Sexta difficultas eſt, quam reſtituendi obligationem contrahat judex injuſtè procedens, & condemnans? Duplici concluſione expedietur. Prima concluſio. Si judex condemnet non ſubditum, vel in crimine exempto, tenetur ad reſtitutionem. Hanc ut certam tradit Leſſius cap.29. num.171. Patet, quia ob defectum juriſdictionis, & authoritatis intulit illi manifeſtam injuriam. Liberabitur tamen ab illa obligatione, ſi poſtea legitimus judex ſatis inſtructus ratificet condemnationem, caſu quo delegare poterat.

Secunda concluſio. Etiam judex proprius tenebitur ad reſtitutionem, ſi reum condemnet ex privata ſcientia, vel ex notitia per injuriam extorta. Ita Navarr. cap.18. num.59. & Sotus de ſecreto mem.3. q.1. concluſ.5. Ratio eſt, quia utroque modo violat juſtitiam, & rigoroſum jus delinquentis. Siquidem ex privata ſcientia non agit ut judex competens, & per injuriam extorquens crimen, dat injuſtè cauſam damni. Unde ſi contra juris ordinem extorſit confeſſionem, debet omnẽ adhibere conatum, ne inde ſequatur damnum: aliter tenebitur illud reparare.

Reſtituendo excuſatio in judice.

1070 At ſi judici (ut notat Leſſius num. 174.) ſuppetebant aliæ rationes, ex quibus reum juridicè poterat damnare, & quidem damnaturus erat, excuſabitur à reſtitutione. Quia ſolum influxit in modum, & non in ſubſtantiam damni. Similiter excuſabitur quando commiſit errorem in aliquo puncto juris, in quo Princeps diſpenſare poterat, ſi ipſe Princeps factum approbet. Quid ſi Princeps patefacto injuſtè crimine, excepto caſu revelatæ confeſſionis ſacramentalis, jubeat reum damnari, ut poteſt, quando ipſe injuriæ illius cauſa non fuit, præſertim ſi bonum commune id exigat? Iudex obedire poterit: nec proinde deobligabitur à reſtitutione? quia huic neceſſitati cauſam dedit per injuriam, ut ſupponimus. Ita Leſſius num.175. Sicut ſi ipſe judex (concludit his verbis num.176.) ſolus crimen ſciens evulgaret, peccaret contra juſtitiam infamando occultum peccatorem: crimine tamen evulgato, poſſet ex officio ut judex contra illum procedere: nihilominus teneretur de damno inde ſequuto, cui per injuriam dedit cauſam. An judex teneatur ad reſtitutionem, ſi abſque cauſa pœnam legis diminuit, vel relaxavit? Videatur Lugo diſp. 37. a num. 97. De obligatione judicis regularis in proceſſu criminali agit idem diſp.37. tota ſect. 14.

QVÆS-

QUÆSTIO III.

Quibus virtutibus judex ornari, & à quibus præſertim vitijs abhorrere debeat?

Iudex probus & integer.

1071 CVm Ariſtoteles 1. polit. aſſeruerit animaliũ optimum eſſe hominem fruentem lege: peſſimum verò animalium eſſe hominem à lege & juſtitia ſeparatum, hoc præcipuè locum habet in gubernatore & judice, quem proinde ſine conſcientia eſſe diabolicum, ſine ſcientia inſipidum, & inter bruta animalia numerandum, teſtatur Bald. in l.2. num.15. C. de ſenten. ex pericul. recit. Debet igitur magiſtratus vitæ integritate, & probis moribus collucere, juxta ,, illud Exodi 18. Provide de omni plebe viros ,, potentes, & timentes Deum, in quibus ſit ,, veritas, & qui oderint avaritiam, & conſti- ,, tues eos tribunos, & centuriones. Quibus documentis conformatur jus commune in l. generaliter §. ſpurios ff. de decurion. apud Peguer. in pract. cap.7. num.14. & jus Luſitanũ lib.1. Ordin. tit.1. in princip. ubi ſtatuit magiſtratus eſſe debere viros ſanæ mentis, & conſcientiæ, necnon prudentes, mãſuetos, rectos, ac Deum timentes. Muniri enim ac roborari Dei timore magiſtratum neceſſe eſt, ne vel humano timore concuſſus, aut amore & cupiditate incenſus ab æquitate ad injuſtitiam deflectat.

Superbia fugienda à magiſtratibus.

1072 Sed cum ab omni vitio abhorrere debeat magiſtratus, & omnem virtutem amplecti, illud imprimis præ oculis habeat, ut ſuperbiam deteſtetur, & humilitatem, ac ſubmiſſionem amplectatur, juxta monitum S. Ambroſij lib.2. de Cain cap.4. ubi docet fugiendam vehementer eſſe à magiſtratibus ſuperbiam, cui ſæpe comites ſunt arrogantia, inſolentia, jactantia, contemptus, & alia Deo pariter, & hominibus odioſa vitia, quæ litigantes à poſtulantia juſtitia deterrent, & advocatos repellunt à ſuis defendendis clientibus. Cui documento multum favet tex. in l. obſervandum ff. de offic. præſid. ex quo & alij hanc doctrinam inculcant Bobadil. lib. 1. polit. cap.3. num.32. Burgos de Paz in l.2. Tauri num.46. Simanc. lib.5. de Repub. cap.9. & lib. 6. cap.1. à num. 9. & Azeved. lib.4. recopil. tit.9. l.2. num.17.

Ex dicta humilitate, & animi moderatione, ac ſubmiſſione oriri ſolet virtus alia magiſtratibus per quàm neceſſaria, ſcilicet comitas & urbanitas in excipiendis hominibus, & libenter audiendis litigantibus, ita ut omninò abſtineant à reſponſis aſperis, & contumelioſis, poſſintque dicere cum M. Tullio lib. 1. de offic. quanto ſuperiores ſumus, tanto nos ſummiſſius geramus. Et videatur de illis prædictum ab Iſaia cap.60. (Ponam viſitationem tuam pacem) id eſt juxta Hebræos, præfecturam, ſeu præfectos, ac judices, qui verbis pacificis leniter dicant jus populo, & benignè æquitatem parent inter contendentes, ita ut eos juſtitia pariter, & urbanitate devinciant. Hanc vim habent verba lenia, & urbana, qualia profluebãt à labijs ſpõſæ, de quibus proinde dixit ſponſus Cant.4. (Sicut vitta coccinia labia tua) hoc eſt à labijs tuis rubro charitatis colore imbutis emanant verba, quæ tanquam vitta omnium ligant mẽtes & animos. In hanc ſententiam multa D. Iſidorus lib.3. cap.56. Aſſlictis in conſtit. Vt univerſis, ad num.56. Matienz. dial.3. cap.38. à n. 4. & Simanc. de Redub. lib.6. cap.6. Vrbanitati ac lenitati verborum proxima, & conjuncta eſſe debet lenitas & mãnſuetudo reum in exequendis ſupplicijs, & punitionibus decernẽdis, ita ut judices in adminiſtranda Republica omninò caveant a crudelitate, & ſævitia, interque duo extrema inclinent potius ad miſericordiam, quàm ad ſeveritatem, juxta monitum ,, Eccleſiaſtici cap.4. In judicando eſto pupil- ,, lis miſericors ut pater, & pro viro matri illo- ,, rum: & eris tu velut filius Altiſſimi obediẽs, ,, & miſerebitur tui magis quàm mater.

Vrbanitas & lenitas in judice.

Severitas nimia abſit à judice.

Crudelitas in judice.

1073 Eſt igitur in judice adeo deteſtabilis immoderata ſeveritas, ut affirment Pariſ. de Put. in tract. de Syndic. v. crudelitas officialis, & Cald. Perey. in quæſt. forenſ. q.51. num.17. ſeveritatem immodicam eſſe cauſam abunde ſufficientem, ut magiſtratus ab officio removeri poſſit. Cum verò hujuſmodi innata crudelitas (ut tradunt Rolan. cõſ. 12. num.6. lib.3. & Marſil. conſ.15. num.13.) facilè ad torturam injuſtam prorumpat, addunt Bald. & Angel. in l. decuriones C. de quæſtion. & Sapia l.1, num.8. ff. quod quiſque juris, pro deterrendis judicibus ab hujuſmodi ſævitia, eos qui injuſtè torquent, capitali ſupplicio plectẽdos fore. Quod intelligit Fragoſus p.1. lib.4. diſp.9. num.18. quando tortura doloſè fiat, & ſine cauſa: ſecus, quando judex torqueat abſq; dolo, ſed cum culpa: tunc enim actione injuriarum tenebitur, ut arbitrio magiſtratus plecti poſſit, & tradit idemmet Bald. in rub. C. de pœna judic. qui malè judic. & conſ.233. ad fin. vol. 1. ubi probat poſſe præſumi dolum in judice torquente, quoties procedit ad torturam non ſervato jure, neque ordine à legibus præfixo.

Tortura injuſta.

Iuſtitia & æquitas in judice.

1074 Cum autem nihil judicibus magis cordi eſſe debeat, quàm amor juſtitiæ, & æquitatis, cui veritas valde propinqua & affinis eſt, oportet magiſtratus eſſe veraces,

nitet, alienoſque ab omni mendacio, & adulatione, tam erga partes, quàm coram Principe, ut valeant dicere cum Davide Pſal. 118. (Loquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu Regũ, & non confundebar.) Nam ſine veritate judiciũ ſtare nequit, ut rectè monent, & eruditè exornant Bobadill. l. 1. polit. cap. 3. num. 29. Afflictis in Conſtit. ut univerſis num. 53. & Burgos de Paz in l. 2. Tauri num. 48. Quomodò enim poterunt aſſequi verum, & ſecundùm illud juſta decernere, qui veritatis amatores non fuerint? Manebit ergo in judice amor juſtitiæ, & veritatis, ſi ab eo omninò exulet omnis inordinatus amor, & odium, quibus mens obſcuratur, & juſtitia deſtruitur: idque in cauſa fuerit, ut leges ſtatuerint neminem poſſe eſſe judicem in cauſa propria, vel ſuorum, neque in cauſa inimicorum, affirmante Theophraſto amantium eſſe exoculata judicia, & aſſerente Platone de legib. 5. amorem in judicijs cæcutire.

Iudex maturus in judicãdo.

1075 Duo alia ſunt quæ magiſtratũ commendant, & videntur poſtulari omninò, ut judex ſuo officio rectè fungatur, aliud maturitas in decernendo, aliud docilitas in conſulendo. Quod attinet ad maturitatem, oportet judices in procedendo ita eſſe cautos, lentos, & patientes, ut æqua lance, & maturo conſilio ſententias ferant. l. nequicquã §. ubi decretum ff. de offic. proconſ. In hoc tamen cavere debent, ne devient ad aliquod ex duobus extremis; imprimis per defectum ad extremum præcipitationis. Ergo non ſint præcipites in expediendis cauſis, & pronunciandis ſententijs. Nimia enim præcipitatio eſt noverca juſtitiæ. Clem. paſtoralis §. verum, ubi Gardin. de re judic. cap. inter hæc col. 1. de pœn. diſt. 3. Hinc Bald. ad l. ſi qua ex fœminis 2. lectur. C. de ſecund. nupt. merito excandeſcit in judices, qui vix formato proceſſu, & actis feſtinanter viſis ſententias pronunciant. Ex quo ſequitur invalidam eſſe ſententiam, ſi feratur ea temporis brevitate; ut poſſit præſumi acta non fuiſſe plenè viſa. Ita ex tex. in cap. tum ex litteris, de in integ. reſtit. Bart. in l. ſtipulatione C. de ſentent. Alex. conſ. 123. num. 24. lib. 4. & Anchar. conſ. 188. num. 2. Deinde ne devient per exceſſum ad extremum tarditatis, & negligentiæ. Cum enim expediat bono publico ne judices, & magiſtratus negligentes ſint in præcavendis magis, quæ impendent, deſidia & negligentia eſt magnum in judice delictum, ut benè notant Simanc. de Repub. lib. 5. cap. 12. Azeved. lib. 3. recopil. tit. 5. l. 22. a num. 1. & Avendan. de exequen. mand. cap. 1. prætoc. num. 31. verſ. decima cauſa. Ratio eſt in promptu apud Cavalc. de brachio regio p. 5. num. 137. & ſumitur ex tex. in l. 1. C. quando liceat ſine judic. ſe vindic. & in l. fin. C. In quibus cauſ. reſtit. in integr. non eſt neceſſ. quia melius eſt occurrere in tempore, & jura intacta ſervare, quàm poſt vulneratam cauſam remediũ quærere: item melius eſt opportunè præcavere, quàm poſt vulnus mederi: hoc autem præſtare nequit judex, ſi negligenter, & oſcitanter ſe gerat. Quas verò pœnas incurrat negligens, diximus n. 322.

Negligentia iudicis.

Docilitate in iudice.

1076 Quod attinet ad docilitatem, quæ eſt virtus movens ad ſanum conſilium capiendum, & pravum facilè deponendum, judici, & cuicunque gubernatori perquàm neceſſaria eſt. Oportet enim judices, ut juſtè decernant, in rebus dubijs conſulere prudentiores, ſapientiores, & ſanctiores, qui ſuam ſententiam non ad privatam, ſed publicam utilitatem referant, ut ſanis eorum conſilijs acquieſcant. Sic Athenienſes nõ omnes ſine delectu ad conſilia vocabant, ſed viros duntaxat prudentes, ac virtute egregios: & S. Auguſt. in Epiſt. ad quendam Comitem ſic monet: (Elige tibi conſiliarios timentes Deum, & veritatem amantes.) Conſonat Ariſtotel. Ethicor. 6. cap. 12. & Herodot. in Thalia, ex quibus illud inferimus ab optimo conſiliario optimum conſilium ſperandum, quod judex optimus ſequatur. Cum verò S. Gregor. lib. 1. moral. cap. 32. eleganter dixerit, (vile eſſe conſiliũ robore fortitudinis deſtitutum.) Parum enim refert invenire, ſi inventum ad finem non perducitur, hinc eſt quòd magiſtratus habẽs ſemper ante oculos quid publica utilitas, & ſalus reipublicæ expoſcat, ſicut facilis in pravis cõſilijs deponendis, ita fortis & conſtans in adhærendo ſanis & optimis eſſe debet, ut ſic fortiter, & conſtanter Rempublicam defendat. Hoc documentum adeo Ciceroni placuit, ut in oratione pro Flacco dixerit, ſe Conſulem C. Piſonem defendiſſe, quia cum in conſulatu conſtanter, ac fortiter ſe geſſiſſet, ratio exigebat, ut Reipublicæ incolumis ſervaretur. Hæc ſunt præcipua, quæ in hac quæſtione duximus proponenda, & exponenda, ut Principes intelligant quos in Republica magiſtratus deſignare debeant, & ipſi magiſtratus quales ſe præſtare, ut rectè ſuo munere fungantur.

Conſtãtia judicis.

QVÆSTIO IV.

Qualiter Conſervator teneatur circa ſuam poteſtatem exhibendam, & non excedendam?

1077 Quæſtio continet duas partes, alteram de exhibitione, alteram de exceſſu poteſtatis, & procee-

Digitized by Google

procedit de Conſervatore habente juriſdictionem, ſive merè delegatam, ſive æquipollentem ordinariæ, aut omninò ordinariam, qualẽ diximus habere Conſervatores Academicos Conimbricæ, & Eboræ. Prima igitur pars inquirit, an Conſervator teneatur exhibere litteras ſuæ commiſſionis, ut ei credatur, an ſimpliciter ipſi aſſerenti ſuam commiſſionem credi poſſit, ac debeat? Si loquamur in foro conſcientiæ, benè docet Sanch. lib. 8. Matr. diſp. 17. num. 22. cuicunque viro timorato, ac confeſſori dicenti ſibi delegatam eſſe poteſtatem ad abſolvendũ, vel diſpenſandum, vel ad aliquid aliud, fidem haberi poſſe. Nam experientia ipſa demonſtrat facultatem abſolvendi à reſervatis, & diſpenſandi, ſolere per pænitentes medio confeſſore impetrari.

Poteſtatis exhibitio in delegato.

Si loquamur in foro externo, communis reſolutio eſt, commiſſionem delegatam probandam eſſe oſtenſo delegationis inſtrumento, & aliàs non eſſe credendum eam aſſerenti. Habetur ex cap. Cum in jure, de offic. deleg. Ratio eſt, quia cum ſit quid facti, non præſumitur. Conſule agentem de hac re latiſſimè Menochium de præſum. lib. 2. tota præſ. 15. de arbitr. lib. 1. tota quæſt. 76. Maſcardum de prob. concluſ. 168. Bernar. Dias regul. 219. & Gratian. reg. 290. Limitatur poſita reſolutio à Menoch. d. præſ. 15. num. 9. & Gutierr. lib. 2. q. canon. cap. 17. fine, ut non procedat quando delegatus eſt perſona conſtituta in excelſa dignitate, nec agitur de præjudicio notabili alicujus tertij. Tunc enim illi etiam non oſtendenti litteras fides adhibetur. Unde citatus Sanch. à num. 20. ex hac doctrina benè infert 1. credendum eſſe Epiſcopo promoventi ad ordines non ſibi ſubditum, quando dicit in titulo collationis ordinum, ſe promoviſſe ex licentia proprij Epiſcopi. Quia aſſerens eſt perſona dignitatis excelſæ, & agitur de modico præjudicio. Infert 2. credendum eſſe litteris ſummi Pænitentiarij aſſerentis ſibi vivæ vocis oraculo commiſſum eſſe, ut diſpenſaret in aliquo caſu Pontifici reſervato.

Delegata commiſſio exhibenda.

1078 Dubium eſt 1. an Conſervator delegatus teneatur inſerere in citatione ſuæ delegationis copiam, ſeu litteras Conſervatorias? Affirmant id de ſimplici delegato Bart. in auth. qui ſemel, per tex. C. quom. & quan. jud. & Gloſſ. in cap. ſi Epiſcopus 3. q. 2. quam ibi ſequuntur Gemin. & Archid. per tex. in cap. cum in jure, de offic. deleg. & cap. præterea, de dilat. idem etiam tenet Specul. tit. de citat. §. jam de citatione num. 2. Nihilominus partem negantem etiam de ſimplici delegato, defendunt Hoſtien. Ioan. And. Butr. & Abb. ad cap. præterea. Innoc. ad cap. cum in jure, Mar. Sicin. tract. de citat. art. 20. num. 11. Roter. qq. regul. tom. 1. q. 65. a. 16. Iaſon conſ. 145. tom. 4. Stephan. Gratian. tom. 1. diſcep. foren. cap. 170. num. 31. Miranda de manu prælat. regul. q. 47. a. 8. §. Adverto, & Tamburinus de jure Abbat. tom. 1. diſp. 17. q. 1. num. 5. aſſerentes non teneri hujuſmodi ſimplicem delegatum (quod à fortiori tenendum eſt de Conſervatore) inſerere copiam ſuæ delegationis in citatione, ſed ſufficere, quòd de ea conſtet in actis. Hæc ſententia mihi placet ex eo, quia ex nullo textu conſtat, quòd debeat inſeri copia commiſſionis in citatione, ſed ad ſummum quòd de mandato Apoſtolico fiat fides, & quòd judex curare debeat, ut petente adverſario ei fiat copia precum, quas actor Principi obtulit, ut reus ſciat petitionem actoris, & poſſit opponere de ſubreptione.

Cõmiſſio delegat. in citatione non inſerenda.

1079 Poſitam ſententiam Moneta de Conſerv. cap. 7. num. 47. rectè limitat 1. ut procedat, niſi commiſſio facta ſit perſonæ aliàs inhabili, ut ſi commiſſio Papæ fiat clerico ſimplici, contra diſpoſitionem juris: cap. ſtatutum, de reſcrip. in 6. aut fiat perſonæ vili. Tunc enim vel ante citationem, vel in ipſa oſtendi debet commiſſio. Limitat 2. ut non procedat, quando citatus longè diſtat à citante: ſecus ſi ſit in eodem loco, aut parum diſtet: quod in ſpecie poſt Butr. & Abbat. d. cap. præterea, qui idem quoque affirmant de Conſervatore, probat Iaſon conſ. 145. num. 1. vol. 4. Si enim citandus longè diſtet, & non habeat aliunde notitiam legitimæ facultatis, inſerendum eſt reſcriptum in citatione: cenſetur autem habere talem notitiam, ſi illud reſcriptum ſimul impetravit: & tunc neceſſe non eſt quòd illi commiſſio, ſeu facultas exhibeatur. Quia certus non debet amplius certiorari. l. 1. in fin. ff. de act. empt. cap. cum qui de reg. jur. in 6.

Exhibitio commiſſionis.

1080 Maior difficultas eſt de Conſervatoribus Regularium, & Academiarum, an teneantur ſuam juriſdictionẽ, & poteſtatem exhibere ordinarijs? Videtur certum nõ teneri ad hujuſmodi exhibitionem Academicos Conſervatores, qui in re ſunt judices Ordinarij, quales Academiæ Eborenſis, & Conimbricenſis. Quia juriſdictio ordinaria certa eſt, Cap. hoc etiam 2. q. 6. & cap. ſicut, de re judic. Dubitatur de Conſervatoribus delegatis, præſertim regularium: an teneantur exhibere ſuæ commiſſionis litteras Epiſcopis, ſeu Ordinarijs, id petentibus? Affirmant Miranda citatus q. 47. a. 8. & Eraſmus Cochier tom. 2. juriſd. par. 2. q. 48. num. 1. & poſſunt fundari in cap. cum in jure, de offic. deleg. & in deciſionibus Senatus Olyſipponenſis 52. 53. & 54. quas affert Themudus in 1. par. illarum. Ejuſdem ſententiæ ſunt. Aloyſ. Ricc. in collect. deciſ. par. 3. collect. 532. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 76. num. 8. Velaſc. conſult. 152. num. 7. Barb. de poteſtat. Epiſc. par. 3. alleg. 106. num. 37. & Bap. Fragoſ. p. 2. lib. 4. diſp. 12. num. 9. quatenus dicunt non teneri Epiſcopos obedire Conſervatoribus,

Epiſcopo an exhibenda littera Conſervatoria.

niſi

Digitized by Google

niſi ſuarum litterarum vires oſtendant, hoc eſt Conſervatoriam originalem, d. cap. cum in jure, de officio delegat. ubi habetur non eſſe fidem debendam delegato judici aſſerenti ſe habere mandatum delegationis, niſi eo præſentato.

Conſervatoria littera non ſunt exhibenda.

1081 Nihilominus partem contrariam negativam defendunt Ioannes Baptiſt. Confect. in ſummar. privileg. titul. 4. cap. 7. verſic. præterea Conſervator, Moneta de Conſervator. cap. 7. num. 50. & Vvameſius, quem refert Cochier dict. quæſt. 48. numero 2. & hæc ſententia nobis placet. Fundatur 1. quia Conſervator datus ad Vniverſitatem cauſarum æquipararur ordinario regulariter, ut ſæpe diximus, & ſupra oſtendimus: atqui Conſervatores regularium ſunt ad Vniverſitatem cauſarum, proindeque æquiparandi Ordinarijs: imò Gregorius XIII. in Bulla pro noſtra Societate eos appellat judices ordinarios. Ergo cum judex Ordinarius non teneatur ad prædictam exhibitionem, ob notorietatem ſuæ juriſdictionis, neque Conſervator regularium tenebitur. Fundatur 2. quia neceſſitas exhibendi litteras Conſervatorias ſolum daretur ad faciendam fidem de illis: ſed hoc ceſſat in Conſervatoribus regularium erga Epiſcopos: ſiquidem jam conſtat Epiſcopis eos poſſe Conſervatores eligere: deinde ut conſtet de electione hujus, vel illius, ſatis eſt, quòd obſervetur decretum Sacræ Congregationis Eminentiſſ. Cardinal. interpretum Tridentini, & Gregorij XIII. quo vulgari jubentur nomina Conſervatorum à ſe electorum intra menſem à die electionis Ordinarijs locorum indicare. Addit Ioann. Baptiſt. Confect. loco citato, ad omnem dubitationem removendam, debere inſtrumentum, ſeu litteras patentes de Conſervatoris electione per ipſos regulares, ſeu eorum prælatos facta, notarium in libro ſuo cauſarū, & actorum, quæ coram Conſervatore fecit, integrè regiſtrari, ut ab omnibus, quorum intereſt, videri poſſint. Ergo Conſervator electus nō tenetur exhibere Epiſcopo ſuas litteras. Fundatur 3. quia regulares præſertim mendicātes cōmunicant in privilegijs & gratijs cōceſſis omnibus ordinibus, etiam non mendicātibus: at monachi Benedictini, qui inter Braſilienſes degunt, habent privilegiū, ne ſui Cōſervatores teneantur inſinuare litteras Conſervatorias alicui perſonæ, ut Emmanuel Paez vir diligentiſſimus in to. 1. manuſcr. ſuorum reſpōſ. fol. 27. affirmat ſibi teſtatum fuiſſe à Patre Doct. Petro de Moura, dicti privilegij oculato teſte. Ergo Conſervatores prædictorum regularium ad dictam exhibitionem non obligantur.

1082 Ad fundamentum partis affirmativæ oppoſitæ, quidquid ſit de deciſionibus Senatorū Oliſipponenſis Archipiſcopatus, utpote factis in favorē juriſdictionis Epiſcopalis, juxta ſententiam, cui probabilitatem non denegamus, ad cap. cum in jure, ubi dicitur non eſſe fidē habendam judici delegato, niſi præſentet mandatum delegationis, poſſumus reſpondere 1. ibi non eſſe ſermonem de judice delegato ad univerſitatem cauſarum, qualis eſt Conſervator regulariū, ſed de judice delegato ad cauſam unicam ſpecialem. 2. ſolum procedere, quando Ordinarius dubitat rationabiliter de cōmiſſione, ut ſumitur ex verbis citati capitis, ibi (Ac tibi de mandato Apoſtolico hæſitanti) at de mandato, & cōmiſſione Cōſervatorū regulariū hodie non eſt locus dubitādi. 3. licèt daremus de jure cōmuni, id ita ſe habere, ut volunt adverſarij, tamen jure ac privilegio ſpeciali rem aliter ſe habere, ut conſtat ex ſupradictis.

Perſiſtat ē ſuā cauſe dans conſervator.

1083 Secunda quæſtionis pars eſt, qualiter teneatur Conſervator ſuam poteſtatem non excedere? Imprimis facile eſt aſſerere Conſervatorem teneri obligatione ex ſuo genere gravi inducta per virtutem juſtitiæ, ſe continere intra limites ſuæ poteſtatis, ita ut eam neque excedat in alienis cauſis, neque erga alienas perſonas. Quod ſi prædictos limites tranſgrediatur, peccabit uſurpatione judici, & rigoroſam injuriam inferet tum ordinarijs illis judicibus, quorum juriſdictionem uſurpat, tum perſonis omnibus, contra quas procedit: & tenebitur de damnis inde ſequutis, cum in prædicto exceſſu illis omnibus injuſtè cauſam dederit. Quòd autem prædicta obligatio, & ejuſdem tranſgreſſio ſit gravis, ſuadetur ex pœnis, quas jus infligit Conſervatoribus ſuam poteſtatem excedētibus, de quibus agunt Velaſcus tom. 1. conſul. 151. n. 2. Barb. de pot. Epiſc. p. 3. alleg. 106. num. 47. Fragoſus 1. p. lib. 4. diſp. 12. num. 11. & Azor par. 2. lib. 5. cap. 34. q. 13.

Pœna Conſervatoris excedentis ſuam poteſtatem.

1084 Igitur jure Canonico, quod habetur cap. ult. de officio deleg. in 6. Conſervator excedens formam, & modum ſuæ poteſtatis ipſo facto ſuſpenditur per annum ab officio, & quidquid ſic operatur, irritum & inane eſt. Quod Azor citatus rectè intelligit, ſi ſcienter de alijs, quàm de manifeſtis injurijs cognoſcat. Notandum verò eſt requiri talem ſcientiam, quæ excludat omnem ignorantiam, etiam craſſam. Quare (ut benè notant Navarr. in Manu. cap. 27. nu. 141. & Suar. de cenſur. diſp. 31. ſect. 3. num. 17.) quoties lex imponens pœnam utitur verbo (ſcienter) quælibet ignorantia, etiam craſſa excuſat à pœna, quamvis non à culpa. Obſervat Fragoſus citatus cum Suario de cenſur. diſp. 26. ſect. 1. à num. 3. hanc pœnam ſuſpenſionis ab officio ipſo facto incurſam, importare nō ſolum ſuſpēſionē ab officio

Suſpenſio C... ſor. 1.

Conſervatoris, ſed etiam ab officio clericali: at non importare ſuſpenſionem à beneficio, niſi (ut docet Suar. diſp.31. num.17.) in ſimili pœna addatur aliquid per quod declaretur ſuſpenſionem extendi ab officio ad ſuſpenſione in beneficij: quidquid in oppoſitum opinetur Velaſc. cit. conſul.152.n.2. affirmans Conſervatorem ſi contra alias perſonas, quàm contra inferẽtes injurias & violentias proceſſerit, eſſe ipſo facto ſuſpenſum per annum ab officio, & beneficio. Id etiam non rectè intulit Gloſ. v. officio in d. cap. ult. de officio deleg. in 6.

1085 Præterea in d. cap. quicunque Conſervatoribus, ut excedant ſuæ poteſtatis vires ſuaſerit, incurrit ſententiam excommunicationis, à qua abſolvi nequit, niſi priùs parti integrè ſatisfecerit, & expenſas propter hoc legitimè factas compenſaverit. Vbi obſervabis 1. cum Miranda in manu prælat. tom. 2. quæſt. 47. art. 9. concluſ. 2. & Suar. de cenſ. diſp. 23. ſect.4. num. 10. talem excommunicationem non icurri ex ſola procuratione, vel ſuaſione, niſi effectus ſequatur. Obſervabis 2. cum Fragoſo citato num.12. non quemcunque ſuaſorem comprehendi pœna illa excommunicationis, niſi ſit ex litigantibus. Quid de pœnis, quæ prædictis imponuntur jure civili? Velaſc. citatus num.2. affirmat Conſervatores qui excedunt limites ſuæ juriſdictionis legibus Hiſpaniæ, incurrere pœnam, de maos vaſſallos, & deſnaturais, & que percam o que tem do Rey, & relegari à regno cum ipſorum notarijs, ut videre eſt in l.1. & 2. Ordin. Caſtellæ tit.7. quas leges Didacus Peréz egregiè commentatur.

Conſervator extendens juriſdictionem

QUÆSTIO V.

Qualiſnam ſit obligatio Conſervatoris ad procedendum, ſervato ordine judiciario?

1086 CVm Academici judices, etiamſi Conſervatoris nomine inſigniãtur, parũ aut nihil differant ab ordinarijs, in procedendo judicialiter, ſecluſo ſpeciali jure, eodem modo tenentur procedere, quo judices ordinarij: proindeque nihil peculiare circa hujuſmodi obligationem de illis poſſumus afferre. Quæſtio igitur propoſita ſolum eſt de Cõſervatore quà tali, & deputato juxta terminos juris Canonici c. 1. & ult. de offic. deleg. in 6. Sed antequã paucis expediatur, præmittendũ eſt cũ Baldo tract. ſchiſmatis col.3. nihil boni poſſe emanare, ubi deficit ordo, qui eſt modus agendi, ſine quo nihil rectè agitur. Quare in Conſervatorio judicio oportet aliqualem juris ordinem ſervari; ut omnia honeſtè, ritè, & rectè fiant. Iam diximus Conſervatorem deputari ad cognoſcẽdum ſummariè, de plano, abſque ullo ſtrepitu, & figura judicij: & expoſuimus qualiter examinare debeat notorietatẽ in injuris & violẽtijs, antequam de illis cognoſcat, & judicet: itẽ qualiter teneatur deferre appellationi, & ſententiam executioni mandare.

Ordo ſervandus in proceſſu.

1087 Reſtat modò perſtringere nonnullas alias obligationes, quæ præcipuè interveniunt in ſuo judiciali ordine. Aſſerimus imprimis, quanvis circa cauſas non ſummarias Conſervator non teneatur ſervare juris ordinem, qui in ſummarijs ſervatur, poſſe tamen illum ſervare de utriuſque partis cõſenſu. Prior pars traditur à Gloſſa, & Innocent. in dict. cap. 1. & ult. & manifeſtè deducitur ex textu ibi: dum Pontifex Conſervatori prohibet, ne extendat ſuã juriſdictionẽ ad ea, quæ judicialem indaginem requirunt: eſt autem judicialis indago poſita in eo quòd ſervetur judicialis ordo. Pars poſterior ex eo ſuadetur, quia juxta Clem. ſæpe, de verb. ſignific. & cap. ad noſtram o 3. de jurejurand. & cap. ſuper eo, de teſt. cog. in ſummarijs judex poteſt ſervare plenum juris ordinem de conſenſu partium, ſicut è cõtra partibus conſentientibus, poteſt in cauſis plenariè ſummariè procedere. His prælibatis.

Cauſæ non ſummariæ quo modo decidendæ.

1088 Dubium eſt 1. an Conſervator debeat ſervare eundem ordinem in ſummarijs, qui ſervatur in notorijs? Benè reſpondet negativè Fragoſus part. 2. lib. 4. diſput. 12. num. 82. Probat, quia valde differunt proceſſus in notorijs, & in ſummarijs. Nam juris ordo, qui adhibetur in ſummarijs eſt medius inter cauſas plenarias & notorias, ſiquidem in notorijs nullus fere ordo ſervatur, & in ſummarijs aliqualis ordo ſervari debet. Qualiter autem ſe habeat in ſpecie hujuſmodi diſcrimen quoad citationem, litis conteſtationem, & alia, videri poteſt Fragoſ. citatus num. 83. 84. & 85. Illud tamen reſolvit num.86. cum Stephan. Gratian. in deciſion. Marchiæ 231. num. 2. Flamin. Chartar. in deciſ. Genuen. 21. num.34. & Socino Seniori in conſ. 12. col. 1. vol. 1. citationem requiri etiam in cauſis ſummarijs, & quoties ſine figura judicij, omiſſoque juris ordine proceditur. Vnde Conſervatores, qui in ſuis litteris habẽt clauſulam, ut procedant ſimpliciter, de plano, ſola rei veritate inſpecta, ſine ſtrepitu & figura judicij, etjam in notorijs debent ſervare eum ordinem, qui petit citationem, non tamẽ ſolemnem cum ſolemnitatibus à jure præſcriptis, ſed qualem qualem, ut monet Navarr. tit. de hæret. conſ.12.n.3.

Proceſſus & ordo in ſummarijs.

Libellus offerendus Conſervatori.

1089 Dubium eſt 2. Vtrum, & qualis petitio, ſeu libellus Conſervatori offerendus ſit? Benè reſpondent Papian, in forma libell. act. real. v. ſummariè num. 4. Innoc. ad cap. 1. num. 4. Monet. de Conſerv. cap. 7. quæſt. 3. cum Conſervator aliqualem ordinem ſervare teneatur, ei debere offerri aliquam petitionem, ſeu aliqualem libellum, non tamen ſolemnem, qualis deſcribitur in cap. 1. de libell. oblat. Probatur, quia in notorijs, ubi civiliter agitur, oportet dari aliquam petitionem: ſiquidem juxta l. unic. Cod. ut quæ deſ. advoc, & l. 4. §. hoc autem ff. de damn. infect. judex in civilibus regulariter non impertitur ſuum officium, niſi petenti, nec ſupplet de facto, ſed de jure ſolum. Quòd verò nec in ſummarijs, ſicut nec in notorijs exigatur ſolemnis libellus, ſed ſufficiat qualis qualis petitio, optime tradunt Farinac. lib. 1. de delict. titul. 3. quæſt. 21. & Buttio tractat. de notorio art. 4. numer. 19. ex Clement. ſæpe, in princip. ibi, Libellum non exigat. & Capra tractat. de notor. 4. membro num. 13. & 14. Quantum & quale ſit diſcrimen inter libellum ſolemnem, & dictam petitionem, eruditè exponit Fragoſus citatus num. 90. & 91. qui num. 92. Inquirens quid ſit dicendum ſi offeratur libellus ſolemnis in cauſa ſummaria? Reſpondet producentem ſic libellum debere proteſtari, quòd non producit illum inſtar ſolemnis libelli, ſed inſtar qualis qualis petitionis: ſi enim ſic non proteſtetur, videbitur renunciare ſummario judicio, & adhærere Ordinario, ut tenet Gloſſ. in dict. Clement. ſæpe §. fin. Ex quo ſequetur poſſe Conſervatorem deputatum, partibus ſic tacitè conſentientibus, ſervare ordinem juris, qui in cauſis plenarijs ſervari ſolet.

Proceſſus Conſervatoris tempore feriato.

1090 Dubium eſt 3. Vtrum in cauſis ſummarijs poſſit Conſervator procedere tempore feriato propter neceſſitatem hominum? Affirmativa reſolutio meritò placuit Sigiſmundo Scacc. practic. de judicijs par. 1. cap. 53. num. 23. utpote expreſſa in Clement. ſæpe initio, his verbis, In tempore etiam feriatum ob neceſſitates hominum indultarum à jure procedere valeat. Intelligitur de ferijs quæ conceduntur propter meſſes colligendas tempore æſtivo, vel propter vindemias tempore autumnali cap. fin. de ferijs, & l. 1. & l. Præſides ff. eod. titul. Secus dicendum de ferijs in honorem Dei, vel ſanctorum indultis: in his enim non poteſt procedere, niſi neceſſitas urgeat, vel pietas ſuadeat. Qualis verò eſſe debeat hujuſmodi neceſſitas & pietas, ut cauſæ feſtis diebus tractari poſſint, Gloſſ. in d. Clem. his carminibus comprehendit;

Hæc faciunt cauſas feſtis tractare diebus,
Pax, ſcel⁹ admiſsũ, manumiſſio, res peritura,
Terminos expirãs, mora teſtis abeſſe volẽtis
Cumque poteſtatis patriæ jus filius exit.

Eſt verò quoad hujuſmodi proceſſum inter utraſque ferias diſcrimen, quòd diebus feriatis, ſeu ferijs inductis propter neceſſitates hominũ, partes renũciare poſſint, utpote favore ſuo cedentes: ſecus de ferijs introductis in honorẽ Dei & ſanctorum. Vnde proceſſus habitus his diebus, & ſententia, etiam de partium conſenſu pronunciata, nullius momenti erunt, ut habetur cap. fin. in fine, de ferijs.

Dilationes proceſſus.

1091 Dubium eſt 4. qualiter teneatur ſe gerere Conſervator circa dilationem, aut brevitatem procedendi? Reſpondetur ex Bartolu. in Extravag. Ad reprimẽdum, in verbo & figura num. 12. Narta ad Clemen. ſæpe verbo amputet. & Maranta de ordine iudiciario p. 4. diſt. 9. num. 21. quando Conſervator deputatur cum clauſula ſimpliciter, de plano, & ſine ſtrepitu, ac figura judicij, imò quãdo deputatur cum ſola clauſula, ſine figura judicij, ita debere eſſe brevem in conceſſione dilationum, ut poſſit ac debeat indulgere aliquas dilationes. Prima pars de brevitate dilationum, ſumitur ex d. Clem. ſæpe in princip. verſ. nos autem, ubi monentur judices frænare advocatorum concertationes, & jurgia, compendiare multitudinem teſtium, amputare vel repellere dilatorias, & fruſtratorias exceptiones, vel appellationes, ut reddant cauſã breviorem. Quanvis enim hæc locum habeant etiam in cauſis plenarijs, ut conſtat ex cap. ſignificaverunt, de teſtibus, at multo magis obſervanda ſunt in ſummarijs, ut docet Gloſſa ad Clemen. ſæpe, verbo amputet. Secunda pars habetur ex eadem Clem. ſæpe, verſ. non ſic tamen, ubi ſtatuitur judicem cauſæ ſummariæ non ita debere facere cauſam brevem, quin probationes recipiantur neceſſariæ: Vt autem occurratur neceſſitati probandi, & excipiendi pro juſtitia cauſæ, & ſimul præcidatur ſuperfluitas dilationis, rectè in Clement. ſæpe cavetur per hoc decretum, ut judex præfigat terminum ad dandum articulos, & poſt articulorum elationem præſcribat diẽ, in quo omnia inſtrumenta, & acta, quibus uti volunt litigantes, exhibeantur.

Teſtes coram Conſervatore.

1092 Dubium eſt 5. qualiter ſe gerere debeat Conſervator erga teſtes? Reſpondetur imprimis ex Cap. fin. §. circa munera, de officio deleg. in 6. Conſervatorem deputatum poſſe teſtes recipere, & examinare. Ibi enim Bonifacius Octavus decernit circa teſtes corã Conſervatore vocãdos, ſervari omnia, quæ in judicibus delegatis præcipit cõſtitutio in cap. ſtatutum, de reſcrip. in 6. ibi verò in §. proferendo, ad finem, ſtatuitur ut Sedis Apoſtolicæ delegatus neminem vocet ad teſtimoniũ ferendũ, niſi cõditione & ſtatu cauſæ id poſtulãtibus: ſed nec tũc, niſi à producẽte

expenſæ teſtibus ſuppeditentur, dum veniunt, morantur, & redeunt. Præterea teſtes in ſummario judicio admitti nequeunt à Cõſervatore citra partis cõſenſum, niſi jurari: atque adeo jurare debent cõram parte, vel ea citata l. eq. Bart. in dict. Extravag. Ad reprimendum verbo, & figura ordinis, ubi probat, quia taliter auferrentur parti defenſiones, quæ illi cõmpetunt ex æquitate naturali. Addimus ex Felino in cap. 2. nu. 23. de teſtib. & Farinacio de teſtib. q. 80. num. 1. & 6. quæſt. 43. n. 189. & q. 46. num. 92. non oportere in cauſa ſummaria quòd teſtes ſint citati, dummodo ſint requiſiti, & producti à parte. Nam ſi teſtes ſponte ſe offerant, manẽt ſuſpecti, & per illam ſpontaneam oblationem efficiuntur non integri, ut luè defendunt, ac probant Menoch. de arbit. lib. 2. caſu 434. n. 57. Maſcar. de probat. lib. 3. concl. 1311. n. 44. Grammat. Conſ. 21. n. 6. & Boſſius in tit. de oppoſit. cõtra teſtes n. 29.

Sententia an, & qualiter ferenda a Conſervatore.

1093 Dubium eſt 6. qualiter ſe debeat gerere Conſervator circa ſententiam ferendam? Imprimis videtur negãdum poſſe Conſervatorem ferre ſententiam. Quia obſtat l. ictus fuſtium, ubi Gloſ. ff. de ijs, qui notantur infamia, ex qua Decius in cap. at ſi clerici num. 142. de judicijs, & Innocent. in cap. Ex parte el 1. de verb. ſignific. affirmant in notorijs juris ordinem non ſervari, nec ſententiam requiri. Accedit Boſſius in tit. quomodo procedẽdum in crimine notorio n. 16. 18. & 19. affirmans, quando crimen eſt notorium, poſſe Principem ſine ſententia buna delinquẽtis alteri applicare. Quia tunc notorium habet vim ſententiæ, & illi æquipollet l. emptorem juncta Gloſſa ff. de action. empti. His non obſtantib⁹, Conſervator intra terminos juris datus poteſt, ac debet ſuper injuria notoria ferre ſentẽtiam. Ita Gloſ. in cap. ab excommunicato, de reſcri. Abb. in cap. Veſtræ num. 18. de cohabit. cleric. Bald. in leg. 1. Cod. ne ex delict. defunct. Clarus in pract. quæſt. 9. verſ. præterea quæro, & Gomez titul. de delict. cap. 1. num. 45. Et videtur deſumi ſufficienter ex Cap. Porro, de divort. Nec obſtant dicta in oppoſitum, quia ſolum probant in notorijs non poſtulari ſententiam ſolemnem, ut rectè advertunt Moneta de Conſervator. cap. 8. a num. 75. & Farinac. dict. quæſt. 21. num. 115. Nos verò loquimur de ſententia non ſolemni, quæ quidem requiritur in notorijs, ut cum Ioann. Andr. Speeul. Calder. & alijs tradit Capta in tract. de notor. memb. 4. a num. 85.

Sententiæ forma.

1094 Quod attinet ad prædictæ ſententiæ formam, quanvis diffinitiva ferri debeat in ſcriptis, ut nẽpe conſtet melius de veritate propalata, tamen optio datur judici, ut eam proferat vel ſtans, vel ſedens. „ Habetur in dict. Clemen. ſæpe ibi, Sententiam verò diffinitivam in ſcriptis, & prout „ magis ſibi placuerit, ſtans vel ſedens proferat. Quod verò judex in ſententia cauſæ ſummariæ neceſſario ſedere non debeat, ex eo patet, quia hæc ſolemnitas eſt mera juris civilis, & Conſervator, cui committitur cauſa ſine figura judicij, poteſt ſolemnitates civiles omittere, & ſolum tenetur ſubſtantialia judicij ſervare, ut docent poſt Rotæ deciſion. 445. num. 6. part. 1. Pegn. in comment. ad director. inquiſit. part. 3. comment. 103. & Scaccia dict. cap. 53. num. 20. Dicuntur autem ſubſtantialia (ut notat idem Pegn. comment. 104.) ea ſine quibus non poteſt judicium expediri juſtè, nempè citatio, juramenti præſtatio de veritate dicenda: item probationes legitimæ, exceptiones utiles, appellationes neceſſariæ, & alia quæ ad ſubſtantiam cauſæ pertinent. *Judex ſubſtantialia*

Citatio ad audiendam ſententiam.

1095 Denique Conſervator (ut tenet Fragoſ. 2. p. dub. 4. diſp. 12. n. 103.) ſive procedat ſummariè, ſive plenariè, ſive etiam de injurijs & violentijs notorijs tantum agat, ita poteſt pronunciare ſententiam in termino citationis ultimo emanatæ ad ſententiã, ut integrum illi non ſit habere terminum pro ſervato. Quia tenetur ſententiam pronunciare in termino ultimæ citationis præfixo ad audiẽdam ipſam ſententiam, ut habetur ex Clem. ſæpe §. ſententiam vero, de verb. ſignif. & l. ad edictum ff. de jud. Ex quibus, & alijs juribus obſervatur 1. cum Azevedo in l. fin. tit. 17. lib. 4. recopil. a n. 39. Bernardo Dias in regul. 773. & Cæſare Graſſis deciſ. 11. n. 2. de re judicata, ita eſſe neceſſariam citationem ad audiendam ſententiam, ut illius omiſſio reddat ſententiam ipſo jure irritam. Obſervatur 2. cum Schradero de feudis par. 9. cap. 7. ſub num. 39. Bredero tract. de appell. par. 2. tit. 72. col. 740. & Azevedo l. 1. n. 4. tit. 5. lib. 4. novæ recopil. quando judex præfinit diem termini certum, non tamen horam, teneri citatum comparere ad horam, in qua ſolet judex pro tribunali ſedere, & jus dicere. Hæc à nobis leviter perſtricta videri poſſunt apud citatos authores, & alios juriſperitos, qui de illis tractarunt ex profeſſo.

QVÆSTIO VI.

Cuinam ſuperiori Conſervator ſubjaceat, ut ab eo jus audiat in civilibus, & puniatur in criminalibus?

1096 Diximus de obligationibus Cõſervatoris; ſupereſt dicẽdum de illius ſuperiore per quem poſſit, ac debeat puni-

punire, ſi ſuas obligationes negligat, & perquè, attenta ratione ſuæ exemptionis, debeat tàm in civilibus, quàm in criminalibus judicari. Si loquamur de Conſervatore abſolutè accepto, & ſuæ poteſtatis terminos tranſgrediente, attento jure communi antiquo ſubjicet ordinario, ut is poſſit in illum animadvertere. Ita Cardinal. in Clem.1. num. 16. de officio Ordinar. Abbas in cap. ſignificavit eum, 3. eodem tit. Navarr. in cap. Cum contingat remed. 4. de reſcrip. Aviles ad cap. 1. Prætor, verbo mandato num. 33. Cevall. tom. 4. quæſt. 897. a num. 769. Gigas de penſion. quæſt. 70. verſ. contrarium puto verius, Barb. de poteſt. Epiſcop. p. 3. alleg. 106. 27. & Fragoſ cit. d. 12. num. 46. Sumitur ex Authent. Vt judices ſine quoquo ſuffragio §. volumus verſ. ſed etiam eos, Collat. 2. juncta regul. l. prohibitum ubi Gloſ. v. reſiſtentibus, & l. defenſionis facultas Cod. de jure fiſci lib. 10. Sumitur etiam ex eo quod aſſerunt Butrius in cap. ſtuduiſti num. 6. de officio delegati, notabili ult. & Dominicus in cap. ſtatutum §. fin. de reſcrip. in 6. nempe ſi executor modum excedat, & gravet debitorem penſionis, non ſervata forma juris, & ſuæ commiſſionis, poſſe dari recurſum ad ordinarium, qui ſuper nullitate actus poterit cognoſcere, ac providere, ex quo delegatus nulliter proceſſit. Quanvis enim in factis ſuperioris judex inferior, qualis eſt Ordinarius reſpectu delegati Pontificis, ſe nequeat intromittere, hoc procedit, quando facta per ſuperiorem ſunt valida, ſuæ commiſſionis forma obſervata: è contra, ſi nulla ſint, ut docent Ancharr. & Cardin. in Clem. 1. de officio Ordin. Bald. in leg. adverſus Cod. ſi adverſus rem judicatam, ubi ait, quando conſtat de nullitate patenter, adiri poſſe quemlibet judicē inferiorem. Expreſſiùs Montalvus in l. 4. tit. 7. lib. 1. fori leg. gloſſ. fin. dixit indiſtinctè poſſe puniri delegatum Principis delinquentem in cauſa proceſſus, ab ordinario. Diximus ſupra (attento jure communi antiquo) quia ut benè notat Barb. citatus, dict. alleg. 106. num. 27. hodiè ad tollendas hujuſmodi controverſias, & difficultates, quæ inter Cōſervatores & Ordinarios poterāt excitari, Concil. Trid. ſeſſ. 14. de reform. c. 5. verſ. quod ſi in ijs, ſtatuit, data tali competentia juriſdictionis, nominandos eſſe arbitros in forma juris, qui de illa cognoſcant, & interim in cauſa ab utroq; ſuperſedendum. Qualis vero ſit praxis eligendi prædictos arbitros, tradit Cevall. d. q. 897. a n. 775.

Conſervatoris punitio a quo facienda.

1097 Si loquamur de Conſervatore, quà judice Academico, eū, ſicut & reliquos magiſtratus Academicos gaudere privilegio exēptionis, & fori, diximus lib. 3. n. 343. Vbi etiam remiſſivè à quonam ſit puniendus, quando delinquit. An verò in civilibus poſſit judex, proindeque Conſervator quà judex ſuas cauſas delegare? Quæſtio eſt, in qua affirmativa pars expreſſa eſt jure Regio Caſtellæ, ut tradit Gregor. Lopez l. 9. in fine gloſ. verbo algum home tit. 4. p. 3. Facit l. Prætor 17. ff. de juriſdict. & l. ille a quo §. tempeſtivum ff. ad Trebell. Quid vero dicendum de Conſervatore Salmantino, reſpectu judicis coram quo in civilibus conveniendus eſt, credit Alphonſus de Eſcobar cap. 38. Scholæ Magiſtrum coram ſuo Vicario, & Vicarium coram Scholæ Magiſtro poſſe agere, & conveniri, niſi malint Principem, vel illuſtriſſimum Nuncium adire juxta cauſæ qualitatem, vel rei conveniendi forum, ſicuti in cauſis criminalibus diſponit dict. l. partit. & latè ſcribunt interpretes ad leg. qui juriſdict.

Conſervator Academicus à quo judicandus.

1098 Vt vero ſubnectamus aliqua de noſtris Conſervatoribus Eborenſis Academiæ, quorū alter laicus, alter Eccleſiaſticus eſt, ille pollēs juriſdictione Regia, hic Pontificia, & videamus quānam habeant exceptionem, & à quo in criminalibus & civilibus judicandi ſint, exiſtimo in illos quadrare generalem quandam doctrinam, quam ſuis magiſtratibus Salmantinis applicat citatus Eſcob. cap. 24. a num. 22. Aſſerit enim Doctorem, & Scholæ Magiſtrum, cæteroſque ſimiles, quoad ea omnia in quibus ſæcularem poteſtatem exercent, eſſe omninò exemptos à Pontifice: quoād illa verò in quibus ſpirituali juriſdictione funguntur, eſſe omninò exemptos à Principe laico, non ſecùs, ac ſi per diverſas perſonas hæ duo juriſdictiones adminiſtrarentur. Inde eſt (inquit) quòd de ijs, quæ ratione officij admiſerint, ſi quæritur à quo puniendi, vel ſyndicandi ſint, dicamus, in omnibus, in quibus ut Eccleſiaſtici cognoverint, à Pontifice puniendos, per ipſumque judices ad ſyndicatum nominandos: in his verò quæ ad Regiam juriſdictionem pertinent, ab ipſo Principe, vel ejus ſupremo Senatu providendum eſſe de eorum punitione, & ſyndicatu.

Conſervatores Eborenſes à quo judicandi.

Hæc generalis doctrina, quæ vera eſt, & rectè applicata cuicunque Salmantino magiſtratui, in quo conjungitur juriſdictio Pontificia cum Regia, locum habet in noſtra Eborenſi Academia, ubi duplex illa juriſdictio in duobus Cōſervatoribus ſeparata reperitur. Nā Cōſervator laicus ita eſt exemptus, ut per ſolum Regem, & miniſtros ab eo deputatos judicari poſſit: Cōſervator Eccleſiaſticus ita eſt exemptus, ut per ſolum Pontificem, & deputatos ab eodē judicetur. Hine eſt quòd Provincialis Societatis Ieſu Provinciæ Trāſtaganæ, quandiu viſitat Eborenſem Academiam, ſi inveniat ſuo muneri defuiſſe, poſſit in eum animadvertere. Quia viſitat nomine Generalis Societatis, cui à

Pontifice univerſa juriſdictio Eccleſiaſtica pro Academiæ adminiſtratione in perpetuum cõmiſſa eſt.

Iudex Conſervatorũ Eborẽſiũ quis.

1099 Specialis adhuc difficultas eſt, quemnam de facto ſupremi Principes, Pontifex, & Rex providerint immediatum judicem, qui cognoſcat de cauſis dictorũ Conſervatorum, tam in civilibus, quàm in criminalibus? Conſtat imprimis ex lib.2. tit.26. init. Statutorum Academiæ Conimbricenſis, à qua omnia privilegia Eborenſis participat, in cauſa ſuſpicionum, quæ opponuntur Conſervatori laico, cognoſcere magiſtratum illum Academicum, quem vocant Chançarel, & eſt Conimbricæ primarius Legum profeſſor, Eboræ, quem deſignavit Rector. In alijs privatis Conſervatoris cauſis tam civilibus, quàm criminalibus ille cognoſcet, quem judicem, ſeu Conſervatorem Conſervatoris ſive laici, ſive Eccleſiaſtici Rector Eborenſis poteſt, ac ſolet nominare ex vi Diplomatis Pontificij pro Cõſervatore Eccleſiaſtico, & ex vi ſtatuti, & commiſſionis Regiæ pro Conſervatore laico. Hæc reſolutio eſt recepta communi praxi Academiæ, juxta quam vir doctiſſimus Pater Franciſcus Freyre in manuſcr. lib.1. conſ.29. reſolvit familiarem quendam Conſervatoris Eccleſiaſtici debuiſſe judicari, & puniri in eodem foro ſui domini, per ſpecialem Conſervatorem à Rectore deſignatum. Currit regula communis (ſunt verba illius concepta) quòd familiares ſequantur forum dominorum ſuorum, & ideo, cum ſtando intra limites ejuſdem fori Eccleſiaſtici Conſervator Eccleſiaſticus debeat puniri in judicio Conſervatoriæ per alium Conſervatorem Eccleſiaſticum à Rectore Vniverſitatis ad illius cauſam cognoſcendam ſpecialiter deputatum, juxta tenorem Bullæ Pontificiæ, & ſtylum ejuſdem Vniverſitatis, idem eſt omninò dicendum de familiari illius, ad cujus cauſam cognoſcendam Rector Vniverſitatis alium Conſervatorem Eccleſiaſticum debet ſpecialiter nominare. Quia Conſervator Ordinarius, cum ſit dominus delinquentis, manet in ejus cauſa ſuſpectus, argum. Ordin. lib.3. tit.24. princ. l. Iulianus 2. ff. de judicijs. l. qui in juriſdictionem ff. de juriſd. omn. judic. & l. unicæ C. ne quis in ſua Cauſa. Et in his terminis procedit cap. fin. de officio Archidiaconi, ibi:

Familiaris conſervator a quo judicandus.

„ Specialibus ipſius Archiepiſcopi, & homi-
„ num, & familiæ ſuæ cauſis dũtaxat exceptis.

Si ergo Rector poteſt, ac debet nominare ſpecialem Conſervatorem pro cauſis familiarium Conſervatoris, utpote ſuſpecti, à fortiori nominabit pro cauſis ipſius Conſervatoris, cum ipſe in illis judex eſſe nequeat.

1100 Supereſt adhuc diſquirendum, an Rector Eborenſis per ſe ipſum, abſque nominatione alicujus judicis Cõſervatorem delinquentem punire valeat? Pars negativa videbitur alicui probari 1. quia Conſervatores ſunt delegati Principis ſupremi, proindeque in ſuæ commiſſionis executione adeo independentes, ut nec à Legato à latere impediri poſſint; ergo in ſuis cauſis criminalibus ſunt immediati Supremo Principi, à quo ſolo valent puniri. 2. Quia Conſervator nequit puniri ab ijs, quorum Conſervator eſt, cùm ſit eorum judex, ut patet in omnibus Conſervatoribus regularium: ſed Conſervator Academicus eſt etiam Conſervator in cauſis Rectoris Eborenſis, ſicut & omnium hominum Societatis in tali Collegio; ergo nequit à dicto Rectore puniri. 3. Quia Rector Societatis tãquam incapax ex noſtro inſtituto exercendi judicia, & cognoſcendi de cauſis ſecularium, ſolum poteſt deſignare judicem, qui judicia exerceat, ac puniat, ergo per ſe ipſum nequit Conſervatorem punire. 4. Quia ſi Rector valueri in Conſervatorem aliter animadvertere, id cõſtaret ex aliquo textu, vel ſtatuto: ſed non cõſtat, quia talis textus non apparet; ergo non poteſt.

Puniti Conſervatores per Rectorẽ.

1101 Nihilominus pars affirmativa, ſi procedat de Conſervatore delinquente contra ſuum Academicum officium, & ſtatuta, mihi indubitata eſt 1. quia officiales Academici, inter quos numeratur Conſervator tam Eccleſiaſticus, quàm laicus, ſunt verè ſubditi Rectoris, tanquam membra Academiæ, quæ ſuo capiti ſubjacere debent: ſed omnis prælatus & gubernator poteſt ſuos ſubditos quà tales, ſi delinquant, punire, & coercere; ergo, & noſter Rector ſuos Conſervatores. 2. Quia Rector Academicus, ſive Eborenſis, ſive Conimbricenſis, & quicunque alius, habet poteſtatem gubernativam cum omnibus requiſitis, vt faciat obſervare ſtatuta, ad quod tum ex ſpeciali juramento obligatur: ſed hoc ſtare nequit ſine poteſtate puniendi, & coercendi omnes qui ad obſervantiam ſtatutorum tenentur, ut ſumitur ex tex. in cap. ex litteris, de officio

„ delegati, ubi ſic habetur, Cum hujuſmodi
„ demandata juriſdictio deluſoria videretur, ſi
„ ſubdelegatus hujuſmodi coerctionem ali-
„ quam non haberet;

ergo cum omnes officiales, non minùs quàm ſtudioſi, teneantur ad obſervantiam aliquorum ſtatutorum, ſicut Rector alios, ita Conſervatorem tranſgreſſorem punire poteſt. Qualem verò pœnam Rector Conſervatoribus delinquentibus valeat infligere, patebit ex ijs, quæ de Rectoris poteſtate tradidimus lib.5. diſp.2. q.1. & 2. ubi diximus poſſe mulctam irrogare, & ab officio ſaltem ſuſpendere.

Conſervatores puniend. a Rectore.

1102 His ita conſtitutis, facile eſt diluere objecta pro parte negatiue. Ad primum dicimus procedere de Conſervatoribus habentibus juriſdictionem delegatam, quales ſunt Conſervatores puri, qui ſolent

lent dari à Principe pro arcendis ſolum injurijs, & violentijs manifeſtis: noſtri autem Conſervatores ſunt judices ordinarij, qui proinde poſſunt alijs ſubordinari judicibus, & ſuperioribus, atque adeo non manere immediati ſupremo Principi. Ad ſecundum id fatemur de Conſervatore puto reſpectu regularium, quibus nullo modo ſubjicitur: negamus autem de Conſervatore Academico reſpectu Rectoris, cui ſubjectus eſt. Nec obſtat quòd ille in cauſis civilibus Rectoris ſententiam ferat: quia etiam in cauſis ſupremi Principis judicant magiſtratus illius ſubditi, à quo ſi delinquãt, puniri poſſunt, ac ſolent. Ad tertium vetum eſt prohiberi Rectorem Societatis exercere judicia, & cognoſcere de cauſis præſertim ſæcularium judiciali ſtrepitu, at poteſt de plano procedens veritate cognita, punire ſuos ſubditos tam regulares, quàm ſæculares, & ſic eadem forma, qua poteſt punire ſcholaſticos, & officiales, poteſt etiam punire Conſervatores. Ad quartum dicimus conſtare hujuſmodi poteſtatem tum ex diplomatibus Pontificijs & Regijs, tũ ex ſtatutis Academicis, per quæ Rector conſtituitur caput, & gubernator Academiæ, & jubetur procurare omnem litterariam obſervantiam; quod neutiquam præſtare poterit ſine vi directiva, & coactiva ad imperandum, & puniendum.

DISPVTATIO IV.

De extraordinarijs magiſtratibus, & alijs Academiæ officialibus.

1103 PRO complemento, & coronide hujus libri de Conſervatoribus juvat ſubnectere magiſtratus alios, & officiales, qui vel ad tempus vel in perpetuum Academico regimini ſubſerviunt, & eorum nõnulli coram Cõſervatoribus ſuum munus exequuntur. Nobis igitur in hac ultima diſputatione erit diſſerendum, imprimis de idoneitate ſofficialium, deinde de eorum ſalatio, ſeu ſtipendio, mox de obligationibus, tandem de nonnullis magiſtratibus, & officialibus in particulari, circa quorum munia peculiares difficultates verſantur.

QUÆSTIO I.

Quiſnam dicitur idoneus, vt officialis Academiæ creari poſsit?

Officialis qui dicatur.

Officialis juxta Narbonam de appell. à Vicario ad Epiſcopum par.1.n.15. & Petrum Gregor. in cap. conquerente de officio Ordin. cap.11. n.21. ita dicitur quaſi alterius officium exercens, & in omni proprietate officialis ille eſt (ut notat Anton. de Burr. conſ.74. num.3.) qui ſub alio miniſtraliter juriſdictionem exercet. Hinc officiales propriè vocantur, teſtibus Vincentio de Franchis deciſ.407. num.5. par.1. Carau. ritu 49. & Tuſcho pract. concl. 88. num.1. tomo 5. rectores, ſeu gubernatores, & magiſtratus qui ad munia Reipublicæ aſſumuntur. Sunt etiam officiales lato modo, qui ſine juriſdictione officium aliquod, etiam vile in Republica exercent, ut tabellio, circuitor, macellarius, cuſtos portarum, & alij ſimiles, ut teſtantur Maſtril. tract. de magiſtrat. lib.1. cap.10. num.15. & Vincent. de Franch. deciſ.407. ſub num.5. Quare in materia rigoroſa, v.g. in diſpoſitione quòd officiales eſſe debeant annales, ſoli veniunt officiales propriè dicti, & non illi qui abſque juriſdictione officium habent, ut rectè dicunt Stephan. Gratian. diſcep. forenſ. cap.184. nu.34. Capiblanc. tractat. de authoritate Baronum pragm.5. num.84. & Natt. conſ.58. num.4. Et idem eſt de ſtatuto prohibente officiales mercaturam exercere, ut docent Bald. in l. quiſquis C. ſi certum petatur, Barr. in l. aufertur §. Quod à Præſide, ff. de jure fiſci, Paris de Puteo de ſyndicatu v. contrahere num.8. & Guillelmus Benedict. in cap. Raynuncius p.1. num.47. de teſtam. In materia autem favorabili ſub appellatione officialium veniunt omnes etiam longè accepti, & poſt Alex. in l.1. num.2. ff. de juriſdict. omn. judic. tenet Maſtril de indultis cap. 40. n.5.

1104 Vt igitur ſcrutemur idoneitatem officialis, ſeu requiſita ut quis in Academiæ officialem creari poſſit, notandum eſt idoneitatem hujuſmodi poſtulari partim jure naturali, partim jure poſitivo, & coaleſcere tum ex natalibus, tum ex moralib⁹. *Idoneitas ad officia Academicum.*

Iure naturali ut quis ad munus aliquod ſit idoneus, poſtulatur ut ſaltem phyſicè poſſit exequi quidquid ad tale munus implendum ſpectat. Vnde cæcus jure naturali eſt impeditus ad exequendum officium tabellionis. Iure poſitivo tam communi, quàm municipali multa petuntur tam in natalibus, quàm in moralibus ad officium habendum in Republica. Quid autem jus poſitivum in moralibus exigat, nempe quã vitæ integritatem, morum honeſtatem, ſcientiæ ornamenta, & prudentiæ dotes, ut quis in officialem Reidublicæ litterariæ deſignetur, petendum eſt ex ijs quæ ſupra tradidimus diſp. 1. quæſt. 2. & diſp. 3. quæſt. 3. Nobis modò præcipuus ſermo eſt de requiſitis in natalibus, quẽ dilucidè proferemus expediendo ſequentes difficultates.

Naturales ſeu Originarij ad officia.

1105 Prima difficultas eſt, utrum eligendus in officialem Academicum eſſe debeat naturalis, ſive Originarius illius urbis, in qua Academia ſita eſt, nempe ibi natus, vel habens domicilium? Videtur affirmandum ex ijs, quæ poſtulantur ad habendum officium in Republica politica. Nam officia (ut reſolvit Petrus Barb. ad l. hæres abſens §. proinde de foro num. 67. ff. de judicijs) ex diſpoſitione juris communis tantum naturalibus, ſive Originarijs conferri debent l. cum Eccleſijs C. de Epiſcop. & Cleric. ubi Gloſ. fin. & cap. ſi proponente, de reſcriptis, ubi Panorm. num. 3. Notat verò idem author num. 69. litteras naturalitatis ſæpe exteris per Principes concedi, ut poſſint obtinere officia, & beneficia, quæ ſolis naturalibus concedi debent. A num. autem 70. ex Salcedo ad practicam crimin. Bernardi Diaz cap. 54. a num. 23. Avendan. lib. 1. de exequen. mãdatis c. 3. & alijs multa tradit de ratione naturalitatis & originis ſecũdùm jus Luſitaniæ, & Caſtellæ pro nõnullis effectib⁹. Nihilominus dicendum eſt prædictam naturalitatem, vel originem non requiri ſaltem univerſaliter, ut quis ſit idoneus ad officia Academica. Ratio eſt, quia in Republica litteraria, ſicut & in militari, ac regulari, non tam attenditur locus materialis, in quo degunt Academici, milites, & religioſi, quàm attenditur ipſa profeſſio, & ratio componendi corpus illud myſticum, ſiquidem ad talem vitam profitendam ex varijs partibus homines confluunt, & ſuas patrias, ac domicilia deſerunt. Accedit quòd ad aliqua munia Academica peragenda quandoque neceſſarium eſt, & expedit ſolum exteros admittere, & naturales civitatis, in qua eſt Academia, repellere. Sic de facto in Academia Eborenſi ut quis ſit hoſpitator, vulgo Apozentador, debet inter naturales civitatis non recenſeri, ut ſic ſuum hoſpitãdi officium rectiùs exequatur.

1106 Secunda difficultas eſt, an requiratur gẽtilitia nobilitas, ſeu ut quis ſit nobili loco natus, ut poſſit admitti ad officia Academica? Non loquimur de officijs infimis, & deterioribus, qualia ſunt officia maſtigophori, oſtiarij, macellarij, & ſimilia: ſed de officijs ſuperioris ordinis, & illis etiam, quibus magiſtratus Academici funguntur. Eſt igitur difficultatis ſenſus, utrum ſit habenda ratio nobilitatis, ut quis ad publicum officium in Republica ſive politica, ſive litteraria deſignetur? Videbitur alicui negandum, ex hoc fundamẽto, quia illa Reſpublica ſive politica, ſive litteraria cenſebitur meliùs conſtituta, & melioribus officialibus, ac magiſtratibus inſtructa, quæ magis accedet ad Apoſtolicam, & Eccleſiaſticam, quam Chriſtus Dominus, ſapientia increata conſtituit: ſed Chriſtus Dominus conſtituens Rempublicam Eccleſiaſticam, nõ habuit rationem nobilitatis in creandis Apoſtolis, qui ſuæ Eccleſiæ præeſſent, juxta Apoſtolum 1. ad Corint. 1. (Ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus.) Nam maluit eligere virtute ac moribus ingenuos, quàm genere nobiles, ut notatur à jure civili l. 1. in fin. C. de conſul. lib. 12. Neque gradus excelſior, ſed vitæ melioris actio comprobatur Cap. ſicut excellentiam 23. q. 4. Hinc D. Bernardus ad Eugenium. Genus „ Apoſtolorum eſt non aliunde nobile, quàm „ morum ingenuitate, & fidei fortitudine. „ Hæc enim nobilitas non generis, ſed virtu- „ tum reddit homines Deo gratos. Et Boetius „ de conſolat. Dignitatibus (inquit) ex virtu- „ te, nõ virtuti ex dignitatibus honor accedit; Ergo in eligendis & creandis officialibus non eſt habenda ratio nobilitatis.

Nobilitas generis an requiratur ad officiales.

1107 Nihilominus oppoſitum omninò tenendum eſt, quod ut intelligatur, monemus, nullam hîc à nobis fieri comparationem nobilitatis cum virtute & ſapientia. Eſt enim per ſe notum (ut notat D. Carol. Tab. in rubr. de official. regni num. 13.) virtutem & ſapientiam nobilitati nudæ anteferri. Quia (ut dixit Plato in Menezeno) virtuti ſemper favendum eſt. Reſpublica enim benè conſtituta (ut docet Ariſtot. lib. 3. polit. cap. 8.) non tam eget hominibus, quàm hominum actionibus, quæ procedunt ex animo, cui virtus aſſidet. Noſtra igitur reſolutio eſt, gẽtilitiæ nobilitatis in creandis officialibus, ac præſertim magiſtratibus, ita eſſe habendam rationem, ut in pari eventu nobiles præferantur reliquis. Ita Caſtillo lib. 1. politic. cap. 4. num. 18. Avend. lib. 6. tit. 2. in rub. num. 23. Capol. præc. de imper. milit. elegen. in cap. Incipit nobilitatis n. 23. Burel. de poteſt. Regia cap. 4. num. 2. Avilez cap. 4. prætor. ver. le cumple num. 4. Azeved. lib. 6. tit. 2. in rub. num. 23. Cabedus p. 2. deciſ. 73. num. 7. Molina de primog. lib. 2. cap. 5. n. 66. & Tiraq. de nobil. cap. 20. num. 10. Sumitur „ ex S. Pagina Deuteron. 1. ibi: Tuli de tribu- „ bus veſtris viros ſapientes, & nobiles, & conſtitui

Virtus & ſapientia nobilitati præfertur.

Digitized by Google

„ conſtitui eos Principes, tribunos, centurio-
„ tiones, ac decanos, qui docerent vos ſingula. Ex quo patet poſt ſapientiam, haberi rationem nobilitatis in creandis miniſtris, officialibus, & præfectis Reipublicæ.

Nobilitas præferenda in præfectis 1108 Sumitur 2. ex jure, §. 1. & §. fin. Auth. de defenſ. civitatum §. Interim collat. 3. ubi Gloſ. & Angel. in l. ad ſubeunda C. de decurion. lib. 11. l. honor §. de honoribus ff. de munerib. & honor. & Gloſ. in cap. ſtatuimus v. potiorem, de maiorit. & obedien. Quibus accedit jus Luſitanum lib. 1. Ordin. tit. 74. in princ. ¶ Deve ſer de boa linhagem de padre & madre: porque ſe o for, ſempre averá vergonha de fazer couſa que lhe eſteja mal. Hæc Romulus (ut narrat Dyoniſ. Halicar. lib. 2. antiq. Roman.) cum in Vrbe cōdita nobiles ab obſcuris ſejunxerit, hos ab honoribus & muneribus excluſit, illis in præſides ac magiſtratus ereavit. Sumitur 3. ex ratione, quia in officialibus, & magiſtratibus deligendis ſemper præcipuè attendi debet bonum publicum Reipublicæ, cui illi præficiuntur: ſed bono publico, & rectæ adminiſtrationi expedit, cæteris paribus, nobiles præferri ignobilibus, tum quia quando cum virtute, ſcientia, & prudentia conjungitur nobilitas, recedit contemptus, & augetur authoritas in prælato erga ſubditos, ut ſic faciliùs imperata capeſſant, tum quia nobilitas ipſis magiſtratibus ſtimulus, & motivum eſſe ſolet, ne à maioribus degenerent turpiter, & imprudenter ſe gerentes; ergo in adminiſtrationem Reipublicæ, nobiles, cæteris paribus, ſunt præferendi ignobilibus.

Apoſtoli an omnes ignobiles, & an ele fiti. 1109 Ad fundamentum pro parte negativa, facilis eſt evaſio. Quia Chriſtus Dominus gentilitiam nobilitatem non deſpexit, cum ex ſemine Abrahæ, & ex regali progenie naturam humanam in compoſito ineffabili conjunctam habuerit, & natus fuerit ex ſtirpe Davidica præclariſſima. Quod ſi pro ſua fundanda & propaganda Eccleſia ignobiles creavit in Apoſtolos, & Prælatos, imprimis ſplendorem & authoritatem, quem nobilitas confert muneri, potuit aliunde compēſare reddendo illos ſanctitate, & ſapientia inſignes, & in miraculis, ac prodigijs edendis admirabiles: deinde voluit, ut propagatio fideī per infimos & ignobiles facta non virtuti hu-
„ manæ, ſed divinæ tribueretur: randem quia
„ (ut inquit Apoſt. loco citato) infirma mundi
„ elegit Deus, ut confundat fortia, & ignobi-
„ lia mundi, & contemptibilia elegit Deus, &
„ ea quæ non ſunt, ut ea quæ ſunt deſtrueret,
„ ut non glorietur omnis caro in conſpectu
„ ejus. Quæ motiva, & rationes non militāt in electionibus humanis. Accedit quod Caſtill. in ſua Polit. lib. 1. cap. 4. num. 12. in ſchol. lit. C. ex Chaſſanæo in Catal. gloriæ par. 8. conſid. 28. & Montelon. in promp. jur. verbo nobilis lit. D. affirmat ex Apoſtolis, quos Chriſtus elegit, ſeptem fuiſſe nobiles, ſcilicet Bartholomæum, utrunque Iacobum maiorem & minorem, Tadæum, Simonem, Ioannem, & Paulum. Quanvis enim Chryſoſt. in lib. Babilæ martyri dicato ambigat de Pauli nobilitate, eo quòd de patre ipſius non benè conſtet, tamen Hileſc. in hiſtoria Pontific. t. p. c. 3. ſol. 22. refert Paulum fuiſſe nobilem, & civem Romanū, & ut nobilem decapitatum.

1110 Tertia difficultas eſt, quænam requiratur, & ſufficiat ætas, ut quis promoveri poſſit ad officia Academica? *Ætas requiſita ad officiales.* Non inveni in ſtatutis Academiarum, præſertim in Luſitania ætatem definitam pro officialibus, ideoque præſcindendo à ſpeciali ſtatuto, quod ſemper ſervari debet, exiſtimo circa idoneitatem ætatis obſervandum eſſe in Republica litteraria, quod obſervatur in politica ejuſdem Regni, ſive jure Cæſareo, ſive jure Regio. Igitur ad obtinenda publica munera, ſeu officia in Republica politica, & conſequenter (ut dixi) in litteraria, poſtulari tam jure Cæſareo, quàm Luſitano ætatem viginti quinque annorum, tradunt Petrus Barb. in l. Cum prætor §. ult. num. 67. ff. de judicijs. Mendez a Caſtro in praxi Luſit. lib. 1. cap. 2. num. 26. Caldas Pereyra in l. ſi curatorem §. Hanc contractum num. 41. & 44. Gregor. Lopez l. 8. verbo Entendidos tit. 9. par. 2. & l. 2. tit. 9. lib. 3. Recopil. Miranda de Ordine judic. q. 4. a. 2. concl. 1. Curia Philipp. p. 1. §. 2. num. 12. Melchior Phæbus deciſ. 92. & Emman. Barb. in remiſſ. ad Ord. lib. 1. tit. 93. n. 1. Conſtat ex jure Cæſareo l. ad Rempublicam ff. de muner. & honor. ubi Vlpianus ſic habet: ¶ Ad Rempublicam adminiſtrandam ante 25. annum, vel ad munera, quæ non patrimonij ſunt, vel honores admitti minores non oportet: denique nec decuriones creantur, nec creati ſuffragium in curia ferunt: annus autem viceſimus quintus cœptus pro pleno habetur, hoc enim in honoribus favoris cauſa conſtitutum eſt, ut pro plenis inchoactos accipiamus. *Annus cæptus in ætate ad officia.* Conſtat ſimiliter ex jure Luſitano Ordin. lib. 1. tit. 93. ubi ſic: ¶ Mandamos que nenhuma peſſoa ſirva officio algum de juſtiça, nem de fazenda, de qualquer qualidade que ſeja, nem de governança das cidades, villas, & lugares de noſſos Reynos, que lhe ſeja dado, nem o poſſa ſervir em nome doutrem, poſto que tenha licença de nós pera iſſo, não paſſando de idade de vinte & cinco annos. Ad quæ loca rectè ex Alber. ibi num. 2. Gloſ. 1. in l. 1. C. qui ætate lib. 10. Obſervat 1. Thomas Vellaſc. tom. 1. Alleg. 8. num. 9. diſcrimen inter legem Cæſaream & Luſitanam, quod ſcilicet Luſitana poſtulet vegeſimum quintum annum completum, Cæſarea inchoatum. *Ætatis venia ad officia.* Obſervat 2. hujuſmodi ætatem non verificari in eo qui veniam ætatis impe-

impertavit, ex Gloſſa 1. quam ſequitur Platea num. 1. dicens impetrationem veniæ ætatis, licèt proſit quoad adminiſtrationem ſui patrimonij, & quoad judicia, ut admittatur ut maior ex l.2.C.de his, qui veniam ætat.impetr. nō tamen prodeſſe quoad munera publica, ut tenent Caldas Pereyra in l.ſi curatorem v. hunc contractum num.43.C.de reſtit.in integ. Padilha l.ſi quis maior num.7.Cod.de tranſact. & Soares alleg.12.n.7.

Minores admiſſi ad officia

IIII Poſitæ reſolutioni triplicem limitationem adhibet Emman. Barb.citatus a n.2. Prima limitatio eſt, ut non procedat in locis in quibus defecerint incolæ maiores viginti quinque annorum: quia (ut tenent Azeved.in curia Piſana lib.1. cap.12. & Azeved.de legibus prætor. 1.part.cap.19. n.16.) propter penuriam temperabitur rigor juris, & admittentur minores ex l. non tantum §. minores, ubi Gloſſ. ff.de decurion. Hujus limitationis rationem optimam reddit Thom. Vallaſc.citat.num.18.in hunc modum: Quòd maiores (inquit) & non minores admittantur ad regimen Reipublicæ eſt illius favor; ergo ſi data penuria hominum, ejus minores non eſſent admittendi, eſſet damnum Reipublicæ, & oporteret vocare forenſes, qui ad eam gubernandam, & adminiſtrandam venirent: quod jura non permittunt l.nec ipſi, l.eum neque C. de incolis lib.10. At benè advertunt Caldas Pereyra in d.l. ſi curatorem. v. hunc contractum num.42. Soarez, d.l.alleg.12.num.3. Vallaſc.n.14. & Barb. num. 2. hujuſmodi limitationem non habere locum in pupillis: quia hi neque in defectum admittentur ex l.1. §. Impuberes ff.de jure immunit. ibi, Quanvis neceſſitas penuriæ hominum cogat, & l.ut gradatim §. ff.de munerib.ubi Gloſſ.

Officia requirentia ætatem maioris.

III2 Secunda limitatio eſt in minoribus (que ſervem por ſerventia) prout judicatū refert Cabedus p.2. Areſto 106. & Mendez de Caſtro in praxi Luſitan. lib.1. cap.2. §.9.num.25. Tertia limitatio eſt in officijs, ſeu muneribus publicis perſonalibus, quæ non poſtulant magnam diſcretionem, & prudentiam. Sunt enim quædam officia in Republica, quæ ſine conſilio, prudentia, & mentis maturitate rectè adminiſtrari nequeunt, quale v.g.officium decurionis, taxatoris, notarij, ſunt alia quæ ſine magno conſilio, & prudentia exerceri poſſunt, quale v.g. officium cuſtodis ad portas civitatis, & officium Bidelij in Academia: quanvis igitur ad priora admitti nequeant niſi maiores, ad poſteriora etiam minores admitti poſſunt, ut poſt Bart. & Plateam in l.1. & 2. C. qui ætate lib.10. & Azeved. ad titul. 14. num.20. lib.6. novæ Recopil. tradunt

Ætatis venia.

Barb.num.4. & Vallaſc. num.17. Denique circa prædicta obſervat Thom. Vallaſc. Alleg.8. a num.20. quod dictum eſt de eo qui veniam ætatis impertavit, eſſe admittendum etiam in uxorato, antequam compleat ætatis ſuæ vigeſimum quintum annum. Quia in Luſitania æquiparantur minor qui ætatis veniam impetravit, & minor viginti annorum uxoratus. Nam uterque habetur maior vigeſimi quinti anni quoad adminiſtrationem bonorum ſibi creditorum, & quoad judicialia: non tamen quoad officia Reipublicæ gerenda, neque quoad alienationem bonorum immobilium, quam nequeunt facere abſq; decreto judicis.l.1.Ord. tit.87.§.28.

Officialis ſubſtitutus quando ceſſet.

III3 Cum verò non ſufficiat venia ætatis pro obeundis muneribus, ſupereſt breviter expedire, quando ceſſet ſerventia ſubſtituti, cui Rex conceſſit ſervire, quādiu proprietarius ætatem idoneam non habuiſſet. Hanc quæſtiunculam breviter ac dilucidè reſolvit Melchior Phæbus deciſione 92. a num. 6. diſtinguens duos caſus. Primus eſt, quando Princeps conceſſit alicui ſervire officium alterius, quouſque proprietarius ſit legitimæ, & perfectæ ætatis: vulgo dicimus, Como for de idade perfeita, in quo caſu (inquit) quando apponitur ſimilis clauſula, ad hoc ut ceſſet ſubſtitutus, ac deinceps non poſſit ſervire, requiritur quòd proprietarius perveniat ad ætatem viginti quinque annorum, quo tempore cenſetur ætas legitima & perfecta ex l.fin.Cod.de his qui veniam ætatis, & ſic judicatum fuiſſe ait, in Senatu, in cauſa Franciſci de Almeida cum Ioanne Coelho anno 1613. apud ſcribam Auguſtinum Rebello. Secundus caſus eſt, quando Princeps conceſſit, ut poſſet ſervire quouſque proprietarius fuerit ætatis ad ſerviendum, vulgo dicitur, Como for de idade pera ſervir. In hoc caſu (inquit) in quacunque ætate viſum fuerit Principi, quod proprietarius eſt idoneus ad ſerviendum, ceſſabit ſubſtitutus. Nec enim tunc Princeps ſupplet, ſed tantum declarat eum eſſe ſufficientem. Et ſic judicatum vidimus à Senatu ſupremo, in cauſa Annæ Mendez, contra Iacobum da Coſta ex oppido Caſtello da Vide, apud Melchiorem de Freitas anno 1614. & poſtea audivimus ſic etiam deciſum in ſupremo Palatij Tribunali in cauſa Antonij da Coſta, cum Vicentio do Couto. Et eſt optimus textus in l. cum filio §.fin. ff. leg.3. Quid autem ſit tenendum, quando Princeps in reſcripto concedit per hæc verba, Cum pubes erit, Vide inſignem Coſtam lib.2.ſelect.cap.13.

(✠)

QVÆS-

QVÆSTIO II.

An clericus in ſacris poſſit eſſe taxator ædium, ædilis, vel ſcriba Univerſitatis Eborenſis?

1114 IN hac quæſtione, quæ olim fuit in hac Academia vehementer agitata, varijs hinc inde rationum momentis, & divite juris utriuſque ſupellectili, quanvis partem affirmativam jam diuturna & quotidiana praxis indubitatam reddiderit, apponam tamen, eruditionis gratia, fundamenta pro utraque parte, & tandem partis negativæ fundamentis ſatisfaciam. Pro parte igitur negativa facit 1. Quia hujuſmodi officia nempe taxatoris, ædilis, & ſcribæ videntur eſſe merè laïca & ſæcularia, atque adeo per clericos in ſacris exerceri non poſſunt, cum hoc repugnet ſacris canonibus. Cap. clerici el 2. Cap. pen. de vita & honeſt. cleric. Cap. 1. Cap. ſacerdotibus, Cap. ſed nec. cap. clericis, Cap. ſicut, Ne clerici, vel monachi, quibus prohibitum eſt clericis omne officium juriſdictionis ſæcularis, qualem habent officium taxatoris, & ædilis. Notat Abb. in cap. fin. verba textus eſſe multum generalia, & quidem ratio generaliſſima, quæ præcipuè attendenda eſt l. cum pater §. dulciſſimis ff. de legat. 2. & cap. intelligenda, de verb. ſignif. reperitur in texta ſecundùm doctrinam Apoſtoli, (Nemo militans Deo implicet ſe ſæcularibus negotijs. Quòd vero clericus in ſacris nequeat ſcribæ, ſeu tabellionis munus obire, ex cap. ſicut, ne clerici vel monachi, & alijs colligunt, ac unanimiter defendunt Marta de juriſd. p. 4. caſu 116. num. 15. Fedetic. conſ. 270. Roman. conſ. 215. poſt medium, Perez l. 15. in gloſ. ſi fueren clerigos tit. 18. lib. 2. Cevall. commun. contra commun. q. 404. n. 3. Riccius in collect. deciſ. par. 5. collect. 1613. & Saytus in clavi lib. 12. cap. 25. n. 6.

Officia laica per clericos exerceri nequeunt.

1115 Facit 2. Quia Rex Luſitaniæ, cujus authoritate Regia, illa tria officia creata, ſeu erecta fuerunt, prohibet Ordin. lib. 2. tit. 45. per varios §§. ne clerici in ſacris ſimilia officia publica exerceant: in quo videtur ſe conformare ſacris canonibus. Imò lib. 1. Ordinat. tit. 86. § 4. præcipit ne officiales publici coronam clericalem deferant; ut ſic poſſint gaudere privilegio fori clericalis, fraudata juriſdictione Regia: quam legem nequaquam officere immunitati Eccleſiaſticæ, latè defendit Gabriel Pereyra de manu Regia 1. p. cap. 20. Nec obſtat ad derogandum Ordinationi Regia poſſeſſio in contrarium quadragenaria, quæ dicitur dari: quia nec immemorialis ſufficeret, ut habetur in eadem Ordin. lib. 2. tit. 45. §. fin. Facit. 3. Quia ad hoc ut quis exerceat authoritate publica officium aliquod ex dictis tribus, oportet quòd electus ad illud capiat juramentum coram Conſervatore laico Academiæ: ſi autem clerici in ſacris electi fuerint nõ poteſt talis Conſervator illis juramentum deferre, ſiquidem in hoc violat ſuam directionẽ, qua Prætor eſt, & ut ſic prohibitus conſentire quòd clerici uſurpent juriſdictionem Regiam exercendo authoritate publica ſimilia officia.

clerici prohibiti ab officijs laicis.

Facit 4. Quia Conſervator laicus hujus Academiæ tenetur ex ſuo munere juxta ſtatuta lib. 1. cap. 13. §. 20. ſingulis annis inquiſitionem generalem facere de ſcholaribus, & officialibus Academicis: hoc autem præſtare nõ poſſet, ſi officiales poſſent eſſe perſonæ Eccleſiaſticæ, præſertim clerici in ſacris conſtituti. Facit 5. Quia ſi aliquid ſuaderet partem contrariam, eſſet; quia ſereniſſimus Henricus Iffans Cardinalis tanquam fundator, & Legatus à latere paulò ante ſuum obitum, quodam diplomate ſtatuerat, ut clerici in ſacris poſſent eſſe ædiles; atqui hoc non obſtat, tum quia ab ædilibus ad taxatores, & tabelliones non rectè fit argumẽtum, tum quia Cardinalis Legatus à latere non potuit aliquid ſtatuere quod permaneret contrarium ſacris Canonibus, imò neque contrarium legibus Regijs, abque expreſſo conſenſu Pontificis, & Regis, quem non conſtat obtinuiſſe; ergo clerici in ſacris nequeunt in hac Academia obire prædicta munia.

1116 Nihilominus pars affirmativa, quæ omninò vera, & tenenda eſt, ſolidioribus nititur fundamentis. Nititur 1. authoritate, & imprimis quoad ædiles, diplomate, quod expedivit Seren. Cardin. 29. Octobris anno 1576. in hunc modum. ¶ O Cardeal Iffante Legado de latere, aos que eſta proviſaõ virem, fazemos ſaber, que por juſtos reſpeitos avemos por bem, que alem das peſſoas que temos ordenado por eſtatuto, que ſirvão o cargo de Almotacel deſta Vniverſidade, o poſſaõ tambem ſervir os eſtudantes della de quaeſquer ordens ſacras, & beneficiados, agraduados, & por agraduar, & aſſi os officiaes da meſma Vniverſidade, que o Reitor della cõ parecer de ſeus conſelheiros nomear pera ſervirem o cargo: & mandamos, que eſta tenha força & vigor de eſtatuto, & ſe lea nos tempos que ſe lem os ditos eſtatutos, & ſe cumpra, & guarde da maneira que ſe nella contem. Dada em Evora ſob noſſo ſinal & ſello a 29. de Outub. 1526. Quod diploma Sereniſſ. Henric. poſtea ſuccedens in Regnum, & non improbans, tacitè confirmavit,

Clerici in ſacris poſſunt eſſe ædiles & ſcriba in Academia.

Nititur 2. privilegio participato ab Academia Conimbricenſi: conſtat enim hanc Eborenſem

renſem habere omnia privilegia Conimbricẽſis, ut oſtendimus lib. 3. diſp. 2. q. 4. Nam Conimbricenſis Academia laica cum ſit, promovet perſonas Eccleſiaſticas ad ſimilia officia, ſcilicet ædilium, & taxatorum: imò Rector illius Academiæ, cum ſemper ſit clericus in ſacris, eſt verus hoſpitator, ſic & Rector Collegij Eborenſis, cum ſit ſacerdos & religioſus; ergo mirum non eſt quòd Academia Eccleſiaſtica, qualis eſt Eborenſis communicans in privilegijs, admittat perſonas ſacras ad ſecularia officia. Nititur 3. poſſeſſione pacifica, qua fruitur hæc Academia abhinc ſexaginta, & plus annis admittendi ad dicta officia clericos in ſacris.

Nititur 4. ratione, quia ſi aliquid obſtaret ne clerici in ſacris poſſent obire prædicta officia ædilis, taxatoris, & ſcribæ, eſſet jus Canonicũ, & jus civile Luſitanum: ſed non obſtat jus Canonicum, quia in cap. clerici, de vita & honeſt. cleric. & in alijs, ſolum prohibentur quæ officiunt honeſtati clericorum, & dedecent clericos, qualia non ſunt prædicta: item quæ exercentur coram perſonis & judicibus laicis: noſtra autem exercentur in Academia Eccleſiaſtica coram Rectore Eccleſiaſtico. Vnde ſicut coram Papa clericus poteſt eſſe notarius, ut dicunt Bellet. §. 29. nu. 9. & Farinac. fragm. crim. v. clericus num. 237. & in Curia Romana poteſt clericus in ſacris habere officium tabellionis, ut aſſerunt Salzed. ad Bernar. in pract. cap. 58. lit. B. & Sayrus in clavi lib. 12. cap. 25. num. 6. ex eo quòd talis Curia ſit Eccleſiaſtica, ita in noſtra Academia Eccleſiaſtica, quin obſtent ſacri Canones. Deinde non obſtat jus Luſitanum, quia non videtur comprehẽdere officium ſcribæ matriculantis: ſiquidem hujuſmodi ſcriba non ſcribit in cauſis criminalibus, aut civilibus bonorum mobilium vel immobilium, nec in ſimilibus fidem facit: ſed tantum refert in album nomina ſcholarium & graduatorum, ſcribit probationes curſuum, & de mandato Rectoris expedit certificationes, & chartas de prædictis. Quod ſi demus comprehendiſſe, ſatis jam excepta ſunt hæc munia privilegio Cardinalis Regis, & conſuetudine legitimè præſcripta.

Honeſtat clericorũ non offenditur officijs Academicis.

1117 Reliquum eſt, ut fundamentis partis negativæ oppoſitæ faciamus ſatis. Ad primum fatemur non potuiſſe Sereniſſimum Cardinalem Legatum à latere concedere diploma, vel concedere ſtatutum, quod derogaret ſacris Canonibus, negamus tamen per id, de quo loquimur, derogaſſe: quia prædicta officia, eo modo quo exercentur, non offendunt gravitatem, vel honeſtatem clericorum, præſertim in Academia Eccleſiaſtica, in qua etiam religioſi aliqua officia exercent. Ad ſecundum dicimus non obſtare Ordinationes Regias Luſitaniæ prædicto diplomati, tum quia videntur intelligi de ſolis officijs, quæ exercentur in ſola Republica politica, & non in litteraria Eccleſiaſtica; tum quia ſi aliqua ex parte obſtant, cenſetur derogatæ per diploma, quod Cardinalis expediri juſſit de conſenſu Auguſtiſſimi Regis Sebaſtiani, & poſtea ipſe factus Rex confirmavit. Ad tertium, patet manifeſtè expoſitio, & intelligentia ſtatutorum decernentiũ officiales proviſos in officijs prædictis debere præſtare juramentum corã Conſervatore laico: quia hoc intelligitur quando perſonæ electæ fuerint de juriſdictione laica: non verò quando fuerint de juriſdictione Eccleſiaſtica: tunc enim coram Conſervatore Eccleſiaſtico jurare debent, ac ſolẽt. Ad quartum non obſtat quòd Conſervator ex ſuo munere teneatur facere generalem inquiſitionem de officialibus: quia ſtatutum loco citato ſatis id exponit, dicens facere debere inquiſitionẽ de officialibus pertinentibus ad ſuam juriſdictionem: nec aliter potuiſſet decernere. Imò illis verbis ſatis innuit dari in Academia officiales alterius juriſdictionis, nẽpe clericos. Ad quintum dicimus prædictum diploma imprimis nõ eſſe contrarium ſacris Canonibus: deinde non indiguiſſe facultate Regis, vel ſi indiguit, datam fuiſſe, ut conſtat ex ſolutione ſecundi fundamenti. Quod ſi à creatione ædilis non fiat argumentum ad taxatorem, & ſcribam, hos tamen poſſe eſſe clericos in ſacris in noſtra Academia, ſufficienter conſtat ex alijs rationibus, qua ſupra attulimus.

Clericus & monachus tabellio.

1118 Denique uberioris doctrinæ gratia, circa prædicta obſervandum eſt, quamvis clericus in ſacris prohibeatur eſſe tabellio, tamen ſi talis conſtitutus fuerit, ſcripturas ab eo confectas habere valorem. Ita Bart. in l. univerſos nu. 1. & 4. C. de decurion. lib. 10. Iaſon in l. patre furioſo num. 13. ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni juris, & Covarr. pract. cap. 20. num. 8. princ. §. Quod ſi ſacerdos. Quod cum aliqua moderatione admittit Barb. in Collect. tom. 2. ad d. caput ſicut num. 3. dicens ſi clericus qui eſt notarius, fecerit aliquod inſtrumentum, valere, ſi nondum fuerit illi interdictum tale officium per ſuum ſuperiorem, & nondum interdictio pervenerit ad notitiam populi. Ita Ferret. conſ. 54. Flamin. de reſign. benef. lib. 4. q. 9. num. 22. & Carol. Graff. de effect. cleric. effectu 8. num. 4. Præterea explicari textum cap. ſicut in monachis, ita ut officium tabellionis illis interdicatur, rectè docet Sanch. lib. 6. Decal. cap. 13. num. 46. qui nu. 48. contra Decium conſ. 494. num. 14. & Covarr. d. cap. 19. num. 8. reſolvit valere inſtrumenta adverſus hanc prohibitionem confecta à monacho, qui in ſæculo erat tabellio: quia nullibi invenitur verbum ea inſtrumenta irritans. Poteſt tamen hujuſmodi monachus poſt profeſſionem complere, & ſignare inſtrumenta quæ in ſæculo confecerat, vel in ſuo protocollo

Monachus tabellio qui fuerat in ſæculo.

collò ſuccinctè ſcripſerat, ut poſtea, dato otio, latiùs extēderet. Quia complere vetera inſtrumenta non eſt de novo conficere. Ita Navarr. commento 2. de regul. num. 42. Emman. Rot. quæſt. regul. to. 3. q. 8. a. ult. & Sanch. cit. cap. 13. num. 49. ubi n. 50. dicit ad hoc requiri ſuperioris facultatem, & num. 51. affirmat poſſe monaſterium conveniri, ut monachus ante notarius hæc inſtrumenta perficiat.

QUÆSTIO III.

Utrum debeatur, & quomodò ſit ſolvendum ſalarium, ſeu ſtipendium magiſtratibus, ſeu officialibus Academicis?

Salarium conſtitui debet officialibus.

1119 QVæſtio hæc de ſalario, cujus ſignificatio habetur l. ſalariū ff. mandati. l. Titia §. ult. de annuis legatis, & l. ult. §. ult. ff. de action. & oblig. apud Menoch. conſ. 1263. n. 2. generalis eſt ad omnes magiſtratus, & officiales cujuſcūque Reipublicæ, civilis, Eccleſiaſticæ, militaris, & litterariæ, quanvis nonnullam habeat ſpecialē difficultatem in litteraria, ſeu Academica, præſertim Eborenſi. Ut à notioribus, & certiorib⁹ ordiamur, eſſe quid omninò expediēs in omni Republica, quòd ejuſdē magiſtratibus & officialibus decernātur ſalaria, quæ authoritati, & labori muneris reſpondeant, unanimi conſenſu tradunt Marieoz. in dialog. 3. relat. cap. 32. numero 13. Felin. in cap. 1. num. 9. de Simon. & Ludov. Gomez in regul. Chancell. in utriuſque ſignaturæ compendio fol. 318. Sumitur 1. ex authoritate, & imprimis ex illo Apoſtoli, 1. ad Corinth. 3. Vnuſquiſque autem propriam mercedem accipiet ſecundùm ſuum laborem. Dei enim ſumus adjutores. Iuxta quam doctrinam Gregorius Pontifex in cap. Charitatem, in fin. 12. q. 2. poſtquam ſalaria laboratoribus eſſe ſolvenda ſtatuit, ſubjungit: Iuſtum nanque eſt, ut illi conſequantur ſtipēdium, qui pro tempore ſuū cōmodare ceperiuntur obſequium. Quibus cōforme eſt jus civile tex. in §. ſi quis autem, in Authent. de judic. & in l. unica Cod. de præben. ſalar. lib. 10. Facit quod tradit Æreus Spartianus in vita Peſſenij Nigri, eum ſcilicet addidiſſe ſalaria conſiliarijs, ea ratione, ne illos gravarent, quibus aſſidebant. Similiter Dion. Caſſ. in leg. 13. Romanæ hiſtoriæ: Simanch. de Republ. lib. 6. cap. 4. & Menoch. de arbitr. caſu 514. centur. 6. narrant Cæſarem Auguſtum de conſilio Mecænatis fuiſſe primum, qui magiſtratibus ſtipendia aſſignavit, dicens judicem nec dare debere, nec accipere. Sumitur 2. ex ratione, tum applicata bono privato ipſius officialis, cui non debet officium eſſe damnoſum, ſed lucroſum: eſt enim dignus operarius mercede ſua: tum applicata bono publico Reipublicæ, cui valde expedit officiales eſſe ſtipendiarios, ne deſtituti ſalario, illud quærant perperam, vendendo juſtitiam, & vexandò litigantes cum magno rei cōmunis detrimento. Hinc rectè notavit Platea in l. ad ſubeunda C. de decurion. lib. 10. & Aviles in lib. prætor. cap. 4. verbo cumple n. 10. ad munera eligi nō debere inopes, ne turpis egeſtas eos ad vitia compellat.

Officiales divites eſſe debent.

Salarij deſignatio ad quem ſpectat.

1120 Prima difficultas eſt, ad quēnam ſpectet ſalaria officialibus deſignare, augere, ſolvere? Quod attinet ad deſignationem ſalarij, planum eſt ſpectare ad ſupremum Principem, cujus eſt creare in Republica officia, & providere, ut ea per aptos & fideles miniſtros gerantur. Cum igitur ſupremus Princeps hanc ſuam poteſtatem rectè exercere, & ſuam obligationem implere ad bonum Reipublicæ non poſſit, niſi officiales habeāt unde vivāt, ut ſuo muneri ſatisfaciant, debet illis cōgrua ſalaria deſignare. Ex quo infertur ad eundem pertinere augere ſalaria, quādo pro temporum decurſu, & varietate, auctis rerū pretijs, judicetur ſalariū valde exile ac tenue pro officialis dignitate, & indigentia. Speciale dubiū eſt in hac Eborenſi Academia, quiſnā poſſit nova ſalaria conſtituere, vel antiqua augere? Mihi videtur hoc ſpectare ad Generalem Societatis Ieſu, cui Summus Pontifex commiſit in ſolidum integrum regimen Academiæ, quæ Eccleſiaſtica & Pontificia eſt. Patet, quia mutatio, & innovatio ſalariorum fieri nequit ſine mutatione, & innovatione ſtatutorum, in quibus ſalaria officialibus deſignantur: at ſolus Generalis poteſt ex prædicta Summi Pontificis commiſſione ſtatuta mutare, & innovare: ut latè oſtendimus lib. 2. diſp. 1. tota quæſt. 5. ergo ſolus poteſt ſalaria mutare & innovare. Quid de Provinciali Societatis viſitante Academiam nomine Generalis? Exiſtimo hunc auditis Conſultoribus, & Clauſtro Academico, poſſe talem mutationem, & innovationem facere, non in perpetuam, ſed ad tempus, ut nempe duret quandiu Generalis de tali deliberatione certior fiat, ut illam ratam habeat, vel nullam. Hic enim in Societate mos eſt, ut Viſitatores dicto modo ſtatuant. Principes autem hanc Academiam noſtris commiſerunt regendam more Societatis, & juxta ipſius conſtitutiones. Quod diximus de ſalarijs, locum etiam habet in propinis. Doctrina tradita eſt conformis ſtatuto Academiæ Conimbricēſis lib. 2. tit. 1. §. 11. pag. 39. ubi decernitur augmentū ſalarij debere cōfirmari à Protectore, ad quē ſpectat innovatio ſtatutorum.

Digitized by Google

Salaria ex quibus bonis ſolvenda officialibus.

1121 Quod attinet ad ſolutionem, quinam debeat ſolvere ſalaria magiſtratibus, & officialibus publicis? Imprimis conveniunt omnes ea de publico eſſe ſolvenda, ſiq; idem pro utilitate publica conſerūtur. Dubium eſt, ſolvendane ſint de bonis Regijs, ſeu fiſco Regio, an de bonis ipſius civitatis exactis à civibus per capita? Reſolutio ſit, attento jure communi, eſſe ſolvenda de bonis Regijs. Ita Gregorius Lopez in l.2.tit.4.p.3. in Gloſ. ad medium, Paris de Puteo tract. de ſyndic. fol.96.col.1. Borrel tract. de præſt. Reg. q. 63.n.53. & Lucas de Penna in l. annonas C. de erogat. milit. ann. col.1. verſ. non tenētur Reges lib.12. Sumitur ex l.2.§. hoc etiam, verſ. Ad hoc jubemus C. de offi. præf. Afric. ubi ſtatuitur præſides, prætores, ac magiſtratus ſalaria cōſtituta debere ex fiſco Regio accipere. Deinde ratione, quia (ut tenent Iacob de Gell. tract. de Addit. n.5. Menoch. conſ.1047.n.5. vol.11. & Rolan. conſ.1.n.94. vol.2.) Princeps tenetur adminiſtrare juſtitiam, & jus dicere populo ſuo gratis, & non ipſius populi expenſis: ideo enim Principes habent inſtitutos reditus, ut ex illis vivant, & ſolvāt ſtipendia magiſtratibus, & officialibus Reipublicæ tam militaris, quā politicæ. Excuſari autē poſſunt Reges ab hujuſmodi ſtipendijs ſolvēdis, vel cōſuetudine antiquiſſima, qualem dari in regno Neapolitano, narrat Burgos de Paz cōſ.48. vel quādo reditus habent ita exiles, ut vix ſufficiāt ipſis Regibus alendis. Iuri cōmuni Cæſareo cōforme eſt jus Luſitanū quod habetur lib.1. Ord. tit.1.§.40. ex quo Cabed. p.1. deciſ.2.n.10. dixit juſtitiæ Rectorem, vulgo Regedor curaturū, ut Senatoribus Rex ſecundùm eorum merita retribuat, & deciſ.8. commendat eidem Rectori, ut faciat quamprimùm perſolvi ſalaria prædictis Senatoribus. Longe aliter ſe habet jus Caſtellæ. Nam citatus Gregor. Lopez, ex l.1. tit.16. lib.2. ord. regal. affirmat pro ſalarijs regentium civitates, exigi tributum à civibus per capita. Quod idē author l.10. tit.28. par.3. gloſ.3. intelligit niſi civitas habeat communes reditus, qui in utilitatem publicam expendi debeant: tunc enim ſalaria magiſtratum de his reditibus ſunt ſolvenda. In noſtris Academijs id obſervatur, ut ſalaria officialibus ſolvantur de bonis, quib⁹ Academia dotata eſt.

Salarium quando ſolvendum.

1122 Secunda difficultas eſt, quando ſolvendum ſit ſalarium conſtitutū, & debitum magiſtratibus, & officialibus? Supponimus ſalarium, ſeu ſtipendium incipere deberi magiſtratibus, & officialibus ab eo pūcto, quo magiſtratus, ſeu officialis cēpit poſſeſſionem ſui muneris? Tota dubitatio eſt, quonam tempore ſolvi debeat? Et poſſumus diſtinguere duo genera officialium, ſive ſerviant pro definito & ſtatuto tempore, ſive abſque ulla tēporis deſignatione, alterum genus eſt eorum, qui ita locant ſuum miniſterium, & laborem, ut pro eo ſtipendium tanquam mercedem accipiant, alterum eorum qui ſalarium accipiunt non ſolum pro labore, & miniſterio impendendo, ſed etiam pro ſumptibus & impenſis faciendis, quales ſunt legati mittendi à Republica ad Principem aliquem externum. Igitur ex ſententia Bartoli, Alexand. ad leg. Diem functo digeſt. de officio aſſeſſor. agens de officiali, cui datum eſt officium pro certo ac determinato tempore, putà unius anni, affirmāt ſalarium integrum illi ſolvendum eſſe in principio temporis, ſive illi ſolvatur pro labore ut merces, ſive etiam pro expenſis totius familiæ. Nobis tamen videtur hoc punctum ſic decidendum, ut nempe quando ſalarium præcipuè debetur pro impenſis faciendis, quæ cedunt in authoritatem & utilitatem Reipublicæ, totum ab initio ſolvi debeat, quando verò debetur præciſé pro labore, & miniſterio, ſolvatur in fine temporis. Prima pars traditur à Doctore Barboſa in leg. de diviſione num. 6. ff. ſolut. matrimon. exemplificatur in legatis Reipublicæ ad Principem mittendis, & ſumitur à text. in leg. Legatus antequam §. ſi quis ff. de legation. & ratione, quia hujuſmodi ſalarium non tam ſolvitur pro labore ſubeundo, quàm pro expenſis neceſſariò faciendis juxta officij qualitatem & decentiam: ad quod omninò requiritur anticipata ſolutio. Secunda pars defenditur à Cabedo 1. par. deciſ.8.n.5. & ſumitur à l. ſi à colono ff. de fidejuſſor. & l. ſi ſervus communis Mævij §. fin. ff. ſtipulat. ſervor. ex quibus infertur aſſeſſori ſolvendum eſſe in fine, quia debetur illi ſalarium pro labore.

Salarium Correctorum & Iudicum forenſium.

1123 Quid quando æquè principaliter debetur ſalarium partim pro labore, partim pro impenſis, qualis pecunia quæ datur præſidi, & ejus officialibus? Reſpondet Cabedus cit. num.6. videri ſolvendum in fine, ſive pro rata operarum, & hoc juxta Alexand. num.7. procedere etiam in advocatis. Addit n.7. hoc applicari ad præſides provinciarum, quos vulgò dicimus Corregedores, vel ad judices à Rege miſſos, quos dicimus Iuizes de fora, non poſſe; imò nec ad Senatores. Nā prædictis certum ſalarium apud nos à Rege decretum eſt, & quaſi ex cōvētione l.1.§. ſi cōvenerit ff. depoſiti. Nam licèt dicti præſides & judices pro deſtinato tempore mittantur, tamen decretum eſt, ut illis ſolvatur annuum ſalarium, fiántq; ſolutiones quatuor vicib⁹ in anno, quæ vulgò dicūtur quarteis, ita ut in fine uniuſcujuſque quarterij, ideſt in fine trium menſium ſolvatur quarta pars ſalarij, quamvis interdùm ad ſupportandos ſumptus anticiperur ſolutio, & in principio quarterij fiat. Hæc conſuetudo videtur etiā invaluiſſe in Academicis,

præ-

Digitized by Google

præcipuè in noſtra Eborenſi,ut ſaltem reſpectu aliquotum officialium in anno ſalatio quadripartitò fiat.

Salarium pro quo tempore ſolvendū. 1124 Tenia difficultas eſt, pro quo tẽpore debeatur ſalariũ magiſtratibus,& officialibus publicis:Certum eſt deberi integrum pro toto tẽpore quo legitimè ſuũ munus exercuerunt, intra tempus præſcriptum ad exercendum. Procedit difficultas de tempore,quo non ſervierunt,& continet dubiũ multiplex. Primum dubium eſt,an quando magiſtratus, vel officialis, poſtquã officio cæpit fungi,mortuus eſt ante impletũ tẽpus, quod præſcriptum habebat ad ſerviendum , conſequatur integrum ſalarium pro toto tempore? Reſpõdetur affirmativè cum Bart.in l.1. §. Divus na. 10. ff. de variar. & extraor. cognit. Ioanne de Platea in leg.commoda Cod. de primipilo lib. 12. num.2. & in leg. his ſcholaribus Cod. de erogat. milit. ann. lib. 12. per tex. in leg. 9. titul. 8. part. 5. Fulgoſo relato ab Alexand. in leg. Diem defuncto num. 15. Cabedo 1. par. deciſ. 8. num.11. & Fragoſo 1. par. lib.4. diſput. 9. num.65. qui authores citatas leges ita interpretantur, ut ſi poteſtas civitatis alicujus decedat , nondum finito tempore officij , debeatur ipſi, aut ejus hæredibus integrum ſalarium , ac ſi toto tempore ſervierit : quia non ſtetit per illum quominus ad finem temporis operas ſuas præſtitiſſet , & munus ſuum explevisset . Probatur , nam prædicti officiales cenſentur locare ſuas operas , ut ſumitur ex leg. Diem functo ff. locati , ad quod facit , nam ubicunque ſuſcipitur officium interveniente mercede , contrahitur locatio & conductio §. ultimo Inſtitut. de locato . At quæ regula generalis eſt, ut locans ſuas operas pro aliquo tempore,totius temporis mercedem accipere debeat , licèt eas non præſtitiſſet, dum tamen per eum non ſteterit, quominus eas præſtaret,l.qui operas ff. locati. Capic. deciſ.125. ergo prædicti officiales merẽtes ante finitum tempus ſalariũ totius tẽporis lucrãtur. Confirmatur 1.nam olim quando aliquis Agentium in rebus, qui quotannis eligebantur, ante finitum annum decedebat, ſtipẽdium totius anni tranſmittebat ad hæredes ſu matriculam C. de agent.in rebus lib.12. Confirmatur 2. ſimili exemplo : nam quando unus ex duob' fiſci patronis, qui eligebãtur ſingulis annis juxta l.Binos C.de advocat.diverſ. judic. poſt inchoatũ munus decedebat nondum finito anno, toties anni ſtipendium ad hæredes tranſmittebat.l.poſt duos C.eod.

Hæredes ad ſalariũ officialis mortui. 1125 Ex hac doctrina rectè colligitur officialis præmortui hæredes totum ſalariũ conſequi, etiam pro eo tẽpore, quo nõ potuit ſervire. Ita Iaſon in l.Diem functo ff.de officio aſſeſſor. Peregr.in.p.locatio q.6.Bart.in l.cum nos C. de legat. lib.10. Greg. Lopez in

l.9. tit. 8. part.5. Azeved. in l.10. tit. 16. lib. 3. Recop. Corcet. ſingul. v. ſalarium el.3.Moli. in Empor. p.1. tit.2. & Avilez cap.1.prætor. num.18. Quæ tamen hactenus ſecundùm jus Cæſareum ſtatuimus,Maſtrill.lib.11.de magiſt. cap.21.num.51. affirmat non practicari in multis locis.Apud Luſitanos (ut notat Cabedus p. 1.deciſ.8.num.10.)ea viget conſuetudo,ut præſides provinciarũ,& judices forẽſes,qui mittũtur à Rege ad judicãdũ per triẽnium, & à quæſtoribus accipiunt quartetiũ ſingulis trimeſtribus, ſi inchoato quarterio decedant , totius quarterij ſtipendium cõſequantur pro ſuis hæredibus. In ſolvendo autem ſalario Senatoribus, qui ſine temporis determinatione funguntur ſuo munere , contrarium obſervatur. Nam ipſis decedentibus inchoato quartetio, ſolum pro rata temporis , quo ſervierunt, ſtipendium ſolvitur. An verò prædicti præſides & judices poſt finitum triennium lucrẽtur ſalarium,antequã ſucceſſor adveniat? Affirmãdum cum Baldo conſ.116.lib. 4. Romano ſing. 595. Cum enim ante ſucceſſoris adventum nequeant deſerere officium l. meminiſſe ff. de offic. proconſ. ſed debeant perſiſtere exercendo officium, ut docent Molina de primog. lib.1. cap.25. num.8.& Cald.Perey.conſ.8.n.7. jure optimo conſequuntur ſalatium donec alter ſuccedat.

1126 Secundum dubium eſt, an magiſtratus, & officiales lucrentur ſalarium pro tempore,quo non ſervierunt? Abſolutè negandum eſt cum Menochio de arbitr. caſu 420. centur. 5. & Rebuff. l.1. de ſuper.indict. lib.10. num.10. ex cap. fin. de reſcript. in 6. & l. Seia ff. de ann. legat. Ratio eſt , quia propter ſervitium confertur beneficium , & propter laborem merces. Hoc autem intelligitur, quando magiſtratus, vel officialis non ſervit quin ſit legitimè impeditus , vel eſt abſens abſque licentia ſuperioris . Nam ſi ſit legitimè impeditus v. g. ægritudine , lucratur ſtipendium , ut tenent Maſtrill. de magiſtrat. lib. 4. num. 39. Surdus conſ. 41. num. 2. vol.1. & Cabedus citatus deciſ. 8. num. 30. Item ſi ſit abſens de licentia Regis , vel Rectoris juſtitiæ, ut habetur ex jure Luſitano Ordinat. lib.1. tit.1. §. 41. ibi. ¶ Porem a nenhum Deſembargador mandarà pagar o tempo que não ſervio, ſalvo eſtãdo doẽte, ou indo por noſſa licença,ou do Regedor,fora. Quòd ſi officialis culpa ſua incidat in morbum , non lucratur,ut tenent Avilez cap.1.v.ſalario num. 19. & Florian. in l.arbitribus §. de illu ff.de arbitr. Quòd ſi abſq; ſuperioris licentia abeat in patriam pro ſe curando: Non cõſequetur ſalarium,niſi relinquat ſubſtitutum, ut tenet Paris de Put.de ſyndic.fol.227.n.5. cum infirmus vel impeditus per ſubſtitutũ ſervire poſſit,teſte Angelo in Auth.ut clerici apud proprios Epiſc.

Officiales non ſervientes pro tempore ſalarium.

Abſentia ſine licentia.

collat. 6. Quid ſi abſentetur miſſus ad Regem pro negotio civitatis? Integrum ſui muneris ſtipendium lucrabitur. Ita Paris cit. num. 2. & Boer. deciſ. 17. Sumitur ex eo, quia abſentes pro negotijs Eccleſiæ, vel ſuperioris, putà Epiſcopi, vel Imperatoris, cenſentur præſentes quoad percipiendos ſuos reditus. Ita Garcia de benef. 3. par. cap. 2. à n. 457. Covar. lib. 3. Var. cap. 13. n. 8. verſ. 8. G.. Canon. quæſt. lib. 1. cap. 2. num. 145. Paiun. de offic. & poteſt. Capituli Sede vacan. 2. p. n. 5. & Rota deciſ. 222. n. 6. 2. par. diverſ. Procedit etiam de præſidibus, & judicibus: quamvis enim jure communi l. illud ff. de offic. præſidis, & jure Caſtellano l. 10. tit. 16. lib. 2. Ordin. ſtrictè præcipiatur ut reſideant, tamen juxta Roman. ſingul. 277. poſt Bald. in l. filius famil. §. veterani ff. de procurat. poſſunt eſſe procuratores civitatum, ubi reſident, & juxta proximè dicta miſſi legitimè ad negotia publica habentur pro præſentibus.

Salarium tempore ſyndicatus. 1127 Tertium dubiom eſt, an officiali debeatur ſalarium pro tépore ſyndicatus? Reſpondetur affirmativè cū Bart. l. 1. ff. de varijs & extraord. cognit. quod procedit de jure communi: addit Cabedus 1. p. deciſ. 8. n. 34. hoc etiam obſervari apud nos Luſitano jure & praxi, dummodo officium vacet: nam poſtquam proviſum eſt, ſalariū ſolvitur ſubſtituto proviſo, & non officiali ſyndicato. In officialibus Academiæ Eborenſis aliter diſponunt ſtatuta de Conſervatore, quando ex cauſa non ſervit, lib. 1. cap. 13. §. 23. & de circoitore, vulgo meirinho eod. lib. cap. 14. §. 13. Diſponunt enim dimidiam partem ſalarij proprietarijs ſolvendam, aliam dimidietatem ſubſtitutis, qui etiam pro illo tempore integras propinas obtinebūt. Quæſtio pulchra eſt (& jam accidit caſus circuitori Balthaſari da Cunha tépore ſyndicatus, Syndicante Ioanne Pinheiro) quinam lucretur ſalarium pro toto illo tépore, quo nec ſervit officialis proprietarius legitimè impeditus, nec ſervit aliquis ſubſtitut⁹, ſed officiū omnino vacat: Exiſtimo, cōſultis juris doctis, proprietarium pro toto illo tempore integrum ſalarium lucrari. Sumitur 1. ex praxi Luſitana, juxta quam proximè vidimus, vacante exercitio officij, proprietarium lucrari integrum ſtipendium: in Academia autem, quando ſtatutum ſpeciale deficit, obſervari debet lex, & praxis Luſitana. Sumitur 2. ex ratione, nam poſt ſtatuta decretum eſt certum, ac determinatum ſalarium officialibus ſingulis annis, in quod proinde ſalarium officiales habent jus, cum illo tamen onere, ſeu gravamine, ut quando illi legitimè impediti non ſervierint, dimidium ſtipendij ſolvatur ſubſtituto; ergo quando nullus ſubſtitutus ſervit, proprietarius lucratur integrum ſtipendium. Confirmatur 1. nam ſi pro toto illo tempore ſubſtitutus gratis ſervierit, procul dubio pars illa debita ſubſtituto, cederet proprietario, utpote liberato à tali gravamine per gratiam ſubſtituti; ergo ſimiliter quando nullus ſervit. Confirmatur 2. à ſimili, quando alicui relinquitur hæreditas, vel legatum cū aliquo onere, quod expenſis hæreditatis, vel legati præſtandū eſt, in caſu quo tale onus impleri nequeat, vel gratis impleatur; integra hæreditas, vel legatum debetur, & retineri poteſt; ergo ſic in officiali, cui ſalarium certum ſub aliquo onere conſtitutū eſt. Confirmatur 3. & explicatur in Theſaurario Maiori alicujus Sedis Metropolitanæ, cui ſcilicet præbéda conſtituta eſt ſub onere, ut ex illa ſolvat ſalariū pulſantibus, ymbala, & cuſtodib⁹ ſacrarū veſtiū: nā ſi miniſteria hæc ceſſēt, vel fiant gratis, tota præbenda quoad integros cedit⁹ illius eſt; ergo ſic de officiali Academico.

1128 4. dubium eſt, an magiſtratus, vel alius officialis ab officio ſuſpenſus, ſeu remotus culpa ſua, lucretur ſtipēdiū pro eo tēpore quo ſuſpenſus, ſeu remotus fuit? Negādū eſt cum Bart. Iaſ. & Claud. ad l. Riem functo ver. diverſum ff. de officio aſſeſſ. Doctoribus communiter ad l. 1. Cod. de re milit. lib. 12. Navarro conſil. 9. lib. 3. tit. de cleric. non reſid. Catoce de locat. tit. de ſport judic. num. 73. & al j., quos ſequuntur Fragoſ. 1. p. lib. 4. diſp. 9. num. 67. & Cabedus citatus num. 34. ubi refert ita judicatum fuiſſe anno 1584. in proceſſu Ferdinandi Nunes da Coſta, ſcriba Ferdinādo Lopez. Quā reſolutionem authores rectè ampliant ut procedat, quanvis poſtea officialis fuerit abſolutus à culpa per ſententiam. Quia (ut notat Viru. de annon. in cap. 1. de vallall. decrepitæ ætatis num. 223.) ſufficit fuiſſe licitè ſuſpenſum, ut currat regula (Qui non laborat, non manducat) ut videre eſt apud Baldum in rub. de fruct. & lit. expen. Secus dicendum, quando officialis removetur ob culpam alterius, putà civium, ſi poſtea abſolvatur: tunc enim lucrari ſtipendium integrum, etiam pro tempore, quo non ſervivit, aſſerendum eſt cum Franc. p. 2. deciſ. 676. num. 5. & Saliceto in Auth. idem in fin. C. de hæretic. Sumiturque ex text. in l. cum allegatis Cod. de re milit. lib. 12. Addit Maſſull. in addition. ad Capic. deciſ. 126. num. 2. Sic fuiſſe deciſum in Senatu Neapolitano. Quid de hac materia circa officiales Eborenſis Academiæ? Videtur non eſſe recedendum à reſolutione poſita; utpote ſecundùm jus commune. Quia non conſtat de praxi in contrarium legitimè præſcripta...

Salarium quantum debeatur. 1129 Quarta difficultas eſt, quantum ſalarium officialibus ſolvi debeat? Certum eſt officiali laboranti more ordinario intra limites ſui muneris, ſolvi debere ſtipendium lege definitum, vel legitima praxi, & præſcriptione taxatum, nec plus, nec minus. 1. dubium eſt, quid dicendum, quando officiali con-

Salarium officialis ſuſpenſi.

confertur officium cum ſtipendio ordinario, vel conducitur pro ſalario conſueto, & non conſtat quale fuerit ordinarium, vel conſuetum ſalarium, quia in diverſis temporibus ſubijt varietatem? Dicunt aliqui cum Baldo in leg. binos circa fin. Cod. de advocar. diverſ. judic. in tali dubio ſolvendum eſſe ſalarium, quod habuit prædeceſſor in officio immediatè, juxta l. Mela §.1. ff. de alimentis, & cibar. legat. l. ſi mater in fin. C. ne de ſtatu defuncti. Nobis videtur probabilius, quando confertur officium, & additur in diplomate (cum ſalario conſueto) & præceſſit illa varietas ſalariorum, ſolvendum eſſe quod longo tempore ſolutum fuit. Ita Gloſ. in l. excepto C. locati, Bart. in l. magiſtratus ff. ad municip. & Gabr. de cóſuet. concl. 1. nu. 36. Ratio eſt, quia per unicum actum non fit conſuetudo, & per paucos actus non fit longa conſuetudo: conveniunt autem Bart. in l. nemo eſt, qui neſciat ff. de duob. Iaſon in d. l. Diem functo, Capic. deciſ. 163. n. 3. & Abbas in cap. cum in Ferrarienſis, de conſtit. quando fit ſermo de conſuetudine, intelligendum eſſe de longa conſuetudine. Videantur Gravet. conſ. 118. n. 3. & Avilez cap. Prætor 1. v. ſalario a n. 1.

1130 2. dubium eſt, an officialis unus poſſit recipere duplex ſalarium, vel ſaltem plus aliquid, quàm unicum? Sit prima concluſio. Ille, cui confertur duplex officium compatibile, ſicut geſturus eſt duo officia, ita & accepturus duo ſalaria. Ita Paul. Caſtren. in l. ſi eod. de aſſeſſor. Angel. in §. illud autem in Auth. ut jud. ſine quoquo ſuffr. collat. 3. Felin. in cap. tranſl. ſacerd. de conſtit. n. 6. & Bald. in l. binos C. de advoc. diverſ. jud. Ratio deſumitur ex jure, l. ſi quis mihi, & tibi in princ. ff. de legat. 1. & l. Titius §. qui Marco ff. de ann. legat. juxta quos textus, quotieſcunque jura duorum concurrunt in perſonam unius, ſervandum eſt in perſona unius, quod ſervatur in duobus. Hinc eſt, teſte Leſſio de juſt. lib. 2. cap. 24. dub. 5. quòd conductus ab uno decem aureis ad deferēdam epiſtolam Conimbricam, poſſit alijs decem aureis deferre epiſtolam alterius, niſi ex pacto ſe obligaverit priori nullius epiſtolam deferre. Secunda concluſio. Officialis qui plus aliquid laboris impendit, quàm teneatur ex officio, poteſt pro tali exceſſu aliquid amplius accipere. Ita Avilez Prætor. c. 54. v. ſalario n. 3. Pariſ. de Put. in tract. ſyndic. part. Iudex in officio fol. 18. n. 5. Gloſ. & Dyn. in eos ff. de falſ. Vnde qui debebat expedire negotium decem diebus habens pro ſingulis deſignatum ſtipendium, ſi expediat quinque diebus, poteſt pro unoquoque duplicatum ſtipendium accipere. Obſervabis tamen cum Avilez cit. n. 13. quando præſides, ſeu Correctores mittuntur ad Regem, non poſſe lucrari duplex ſalarium, népe præturæ & legationis, niſi fungantur legatione de licentia ipſius Regis, vel mittantur eo tempore, quo juxta legem Regni abeſſe poſſunt.

Salarii multiplicatio quādo fiat.

QUÆSTIO IV.

Quænam ſint obligationes officialium Academiæ?

1131 CVm jam de officialiū idoneitate, conſtitutione, & ſalario eis debito, ea qua valemus, perſpicuitate diſſeruerimus, ſequitur paucis attingere illorum obligationes, ſive genericè, ſive ſpecificè acceptas. Imprimis certum eſt, loquendo de officialibus publicis in tota ſua latitudine, cujuſcunque Reipublicæ ſint, teneri ex juſtitia ad ſuum munus implendum juxta leges, vel præſcriptos mores ſuæ Reipublicæ, & profeſſionis. Nam ad hoc recipiunt ſtipēdium, & ex rigoroſo pacto obligantur. Si autem loquamur ſpecificè de officialibus Academicis, etiam pro cóperto habemus eos, ſaltē in noſtris & ſimilibus Academijs ad ſuū mun⁹, ſecūdùm ſtatuta, fideliter ac diligēter exequēdū, teneri ex juſtitia, & religione. Nam obligatio juſtitiæ oritur ex contractu inter ipſos & Academiam inito, cum illi promittant ſuas operas, Academia repromittat ſalarium. Deinde obligatio religionis oritur ex juramēto, quod præſtant exequendi fideliter ſuum munus.

Officiali obligationes.

Vt deſcēdamus ad ſingulos, eos præſertim, in quibus peculiaris obligatio difficultatē continet, obviam veniunt ædiles, de quorum origine videndus eſt Livius 6. ab Vrbe condita: ſic dicuntur ab ædibus, ſeu ædificijs reficiendis: quanvis ad miniſteria alia attendant. Nam olim (quantum ex Platone lib. 54. de legib. Dialog. 6. & Ariſtotele lib. 6. Polit. cap. 8. colligitur) ædilitas fuit magiſtratus inſtitutus ad curandum de publicis ac privatis rebus, ut de conſervandis ædificijs ruinam minitantibus, de ornatu decenti, de munditia viarum, de finibus regendis, & alijs hujuſcemodi. Hodie jure Luſitano lib. 1. Ord. tit. 68. ſpectat ad ædiles dare operam, ut civitas abundet, ita ut non deſint neceſſaria ad victum: deinde curare, ut decreta decuriodum circa taxam, ac pondera diligenter ſerventur, omniaque in pondere, & menſura vendantur. Eodem loco §. 12. ædilibus jubetur, ut in diebus, quibus piſcatus vendendus eſt, adſint foro piſcario, ut pretia imponant piſcibus vendendis, curentque ut provideatur populo: item §. 4. illis injungitur, ut adſint macello, ut caro vendenda per pauperes & divites rectè diſtribuatur: itē diligēter invigilēt ne in civitate diſtrahantur inutilia pro utilib⁹, fucata pro veris,

Ædilium officium.

Digitized by Google

v.g. ne infundatur aqua vino, arena frumento, reſina ceræ. Denique eadem tràtata Ordin. §. 18. præcipiuntur ædiles providere, ut effluxiones ædificijs non noceant, viæ mundentur, ſtercora, & morticina deferantur, & humentur extra oppida. Vide plura quæ de officio ædilium affert Fragoſus 1. p. lib. 7. diſp. 21. ex Martino Laudenſ. de officialibus Domini §. 11. Petro Gregor. lib. 1. ſyntag. cap. 2. Bartholomæo Cæpola de ſervit. tit. 78. & Borrello de edict. lib. 3.

Ædiliũ Academicorũ obligatio.

1132 Quod attinet ad ædiles Academicos, præcipua Conimbricenſium obligatio in ſuo implendo munere, continetur lib. 2. Statut. tit. 30. num. 2. ¶ A ſeu officio pertencerà almotaçar, & pattir toda a carne, & peſcado, que ſe vender nos açougues da Vniverſidade, & acerca diſſo guardaràm a maneira, que pelas minhas Ordenaçoẽs he mandado que guardem, & tenhaõ os Almotaceis deſtes Reynos no que ſe puder aplitar, &c. E ſeràm bem aviſados, que não dem dos ditos açougues carne, nem peſcado a peſſoa algũa, atè não ter provido ao Reitor, Lentes, Conſervador, Deputados, & Conſelheiros, Doutores, Fidalgos, Sindico, Secretario, & Meſtre das ceremonias, Eſtudantes, Officiais, & mais peſſoas da Vniverſidade: reſpeitando a qualidade, antiguidade, & preferencias de cada hum, & gaſto de ſua caſa. Proſequitur eodem titulo reliquas obligationes, quibus tranſcribendis ſuperſedeo. Eadem fere ſunt paucis mutatis apud Eborenſes lib. 1. Statut. cap. 19.

Vnum tantum breviter inquiro generale omnibus ædilibus, etiam non Academicis, & poteſt extendi ad taxatores ædium, ſcilicet quomodò peccent imponendo rebus pretium, quod ſit iniquum, ſive per exceſſum, ſive per defectum? Exiſtimo peccare contra juſtitiam non ſolum legalem, ſed etiam commutativam: contra legalem, quatenus in tali pretio imponendo non obſervant leges taxativas & alias, quas tenentur obſervare, & curare ut ab alijs obſerventur: contra commutativam, quia violant contractum, quod tacitè inierunt cum Republica (à qua ex vi illius accipiunt ſtipendium) de obeundo fideliter ſuum munus; tum quia influunt directè & poſitivè in damnum injuſtum quod infertur defraudatis in pretio, ſcilicet ementibus, ſi detur iniquitas per exceſſum, aut vendentibus, ſi detur iniquitas per defectum. Quare tenentur reſtituere integrum damnum quibuſcunq; defraudatis: ſiquidem fuerunt cauſa injuſta illius.

Advocati obligatio.

1133 Quod attinet ad advocatum, qui cauſas Academiæ tuetur, & pro illa in judicijs procuratorem agit, parum aut nihil habet ſpeciale quoad ſuas implendas obligationes circa cauſas Academiæ, & privatorum. Vt autem intelligas quomodo peccet, & quo onere reſtituendi, qui defendit negligenter cauſam juſtam, vel ſcienter injuſtam, paucis accipe. Quando cliens cauſa juſta excidit propter negligentiam, vel imperitiam advocati, advocatus peccat contra juſtitiam, & tenetur de damno inde proveniente. Ita Leſſius cap. 31. num. 47. Ratio eſt, quia fregit juſtitiam commutativam, ex qua tenebatur eſſe convenienter eruditus, & adhibere diligentiã, ac laborem pro conditione cauſæ. Quid quando advocatus tuetur cauſam, quam probè novit eſſe injuſtam, & non monuit clientem procedentem bona fide? Reſpondet teneri de omni damno, quod ex tali lite obvenit tum clienti, tum parti contrariæ. Ita S. Thomas 2. 2. q. 73. a. 3. Ratio eſt, quia totius illius damni cauſa injuſta fuit. Dixi (non monuit clientem bona fide procedentem) quia ſi monuit, & cliens mala fide proceſſit, tunc advocatus ſolum tenebitur de damno illato parti contrariæ, & non de illato clienti, qui illud ſibi tunc imputare debet. An teneatur reſtituere fiſco pœnam, quæ ipſi deberet applicari, niſi reum iniquè defendiſſet? Benè negat Leſſius num. 31. Videatur Lugo de juſt. diſp. 37. ſect. 9. Qualis debeat eſſe culpa, ut ei imputetur in advertentia, vel ignorantia pro reſtituendis damnis, conſtat ex traditis in meo Promptuar. tract. 13. ſect. 8. Cõſule Dianam tom. 1. tract. 1. Miſcel. reſol. 59. & Fragoſum par. 1. lib. 3. diſp. 13. §. 10. ubi plenè de advocatis, & eorum obligationibus.

Notariorum ſeu ſcribarum obligationes.

1134 De notarijs, ſeu ſcribis Academicis pauca dicam, eaque cõmunia omnibus alijs notarijs, & ſcribis. Præcipua difficultas eſt, quomodo peccet notarius in traditione, & non extẽſione ſcripturæ? Suponendum eſt cum Toleto lib. 5. Summæ c. 41. & Navarro cap. 23. num. 52. notarium teneri ad ſuum munus juſtè ac fideliter obeundum non ſolum ex officio, ſed etiam ex juramento, quo ſolet multa in particulari promittere, v. g. quòd nullo odio, amore, ſpe, vel timore deerit ſuo muneri: quòd rogatus conficiet verè ac fideliter inſtrumenta, quòd inſtrumentum uſurarium ſcienter non conficiet: quòd ſecretum ſibi commiſſum ſervabit: quòd retinebit apud ſe originale omnium inſtrumentorum. Dubiũ eſt 1. quomodo peccet, ſi tradat partibus ſcripturas originales? Benè reſpondet Lugo de juſt. d. 41. num. 14. peccare graviter cum onere reſtituendi, ſi detur periculum, quòd inſtrumentũ perdetur, vel aliqua ex parte mutabitur, aut falſificabitur: ſecùs ſi abſit tale periculum, & tradatur ad breve tempus. Dubium eſt 2. quomodo peccet notarius, qui cum jam habeat apud ſe protocollum, ſeu ſummarium, ubi continetur rei ſubſtantia, differt illud extendere, & interim dat partibus exemplaria extenſa? Reſpõdet Toletus lib. 5. Summæ cap. 41. peccare mortaliter ratione periculi, cui ſe exponit. Nam ſi ſi moriatur, notis illis non extenſis, poſtea non de-

deſerviunt ad fidem faciendam in judicio. Quæ doctrina (inquit Lugo num. 15.) vera eſt de protocollo, utpote non faciente fidem, ſi differatur per longum tempus illius extenſio. Quando igitur ſcriptura ſine extenſione, & ſolemnitatibus accidentalibus facit ſufficienter fidem, utpote continens ſubſtantiam, & neceſſariam ſubſcriptionem, non ita facile damnandus eſt notarius ad lethale, ſi differat extenſionem.

Scribere & tranſcribere diebus feſtis.

1135 Multus alijs, circa notariorum obligationes, prætermiſſis, quæ videri poſſunt apud Baptiſtam Fragoſum p. 1. lib. 5. diſp. 13. §. 11. & noſtrum Promptuar. tract. 22. ſect. 6. ſolum breviter inquirimus, an diebus feſtis teneantur abſtinere à ſcribendo, quaſi ſcribere ſit prohibitum primo præcepto quinqualogi? Reſpondetur negativè ex doctrina Toleti in Summa lib. 4. cap. 24. num. 3. Soti lib. 2. de juſt. q. 4. a. 4. Sylveſtri v. Dominica q. 4. n. 6. Sayri in clavi lib. 7. cap. 2. & Suarij tom. 1. de Relig. lib. 2. cap. 22. num. 3. aſſerentium opus ſcribendi, ſicut & ſtudendi, legendi, & diſputandi, etiam factum mercede, pecunia, & ſtipẽdio non prohiberi diebus feſtis. Quia eſt opus liberale, utpote ordinatum ad illuſtrandam mentem. Quod procedit etiam ſi ſcribens ignoret ſignificationem verborum, quæ dictans profert. Hæc enim ignoratio per accidens eſt, & illa ſcriptio natura ſua ordinata ad mentis illuſtrationem.

1136 Maior eſt difficultas de tranſcriptione, an ſcilicet tranſcribere ſit opus ſervile, & ideo prohibitum? Navarrus in Man. cap. 13. num. 14. Philiatch. de offic. ſacerd. p. 2. lib. 3. cap. 23. & Azor tom. 2. lib. 1. cap. 27. quæſt. 4. dicunt actionem tranſcribendi eſſe ſervilem & prohibitam, ſi fiat ob lucrum. Caietanus verò 2. 2. q. 122. a. 2. ad 2. exiſtimat talem actionem eſſe de ſe illicitam, & prohibitam, licèt fiat gratis. Poteſt fundari, quia non aliter ſe habet tranſcribere, quàm imprimere, præſertim quando neque tranſcriptor, neque typographus ſcripturã intelligit: modus enim impreſſionis nihil eſt aliud quàm modus tranſcriptionis: atqui libros imprimere opus ſervile eſt, utpote ab arte imprimendi mechanica profectum; ergo ſimiliter tranſcribere.

Typographus imprimens in feſto.

Dicendum nihilominus eſt cum Medina Inſtruct. per confeſſ. lib. 1. cap. 14. §. 8. Ludovico Lopez 1. p. Inſtr. conſcient. cap. 52. & Suario cit. de diebus feſtis cap. 25. num. 4. tranſcribere non eſſe opus ſervile, etiam ſi fiat principaliter ob lucrum, ſeu quærendi victus cauſa. Probatur, nam actio tranſcribendi eſt liberalis, utpote de ſe mentalis, & ſpiritualis reſpectu finis, quem natura ſua reſpicit: per accidens enim eſt, quòd ab operante referatur ad lucrum: ſiquidem opus liberale non redditur illicitum diebus feſtis ex pretio, cum non attendatur ex fine operantis, ſed ex fine operis. Hinc apud Suar. citatum cap. 25. num. 8. & Fagundez 1. præcep. quincal. lib. 1. cap. 11. num. 7. patet diſparitas ad fundamentum partis contrariæ, quia licèt demus tranſcriptorem & impreſſorem eſſe interdum pares in ignorantia ſignificationis, at tranſcriptio eſt actio de ſe ordinata ad illuſtrandam mentem: tranſcriptor enim non imitatur exemplar materialiter quoad figurã characterum, ſed formaliter quoad ſignificationẽ: impreſſio verò, ſive accipiatur quoad actionem componendi, & ordinandi characteres, ſive quoad actionem illos atramento imbuendi, & papyro infigendi, eſt opus totum corporale, cum impreſſor directè ac per ſe intendat materialem figurationem, & ſolum per accidens ſe habeat ad ſignificationem, non ſecus ac ille, qui hiſtoriam vel pingit in tabella, vel in aulæo figurat.

Munerum acceptio ab officialibus.

1137 Circa prædictos officiales, & reliquos, præſertim circuitorem, vulgo Meitinho, & maſtigophorum, vulgo guarda, reſtant duo breviter expedienda. Primũ eſt utrum, & quomodo peccent hujuſmodi officiales, recipiendo munera? De hac munerũ acceptione per miniſtros publicos latè Molina de juſt. tom. 1. diſp. 88. Lugo de juſt. diſp. 37. ſect. 11. & Sanch. lib. 3. Conſil. cap. unico dub. 1. Dicẽdũ 1. cũ Matienzo, & multis, quos cit. Dialogo relator. 3. p. c. 32. ſi officialib⁹, aut judici dẽtur munera alia ratione, quàm officij, ut ſi ab amico mittantur ob remunerationem, quia nempe præceſſerunt merita extra officium, poſſe accipere. Quia tunc ceſſat omnino ratio legis etiam in communi. Dicẽdum 2. cum Navarra lib. 3. de reſtit. cap. 3. a num. 19. quando officiales habẽt juſtum ſtipendium, ex eo quòd ſuo officio mediocriter fungantur, poſſe recipere aliquid amplius, pro eo quod adhibuerũt extraordinariam diligentiam meliori & utiliori modo gerentes rem partium, v. g. eundo aliquò, monendo aliqua, inſtando, rogando, breviori tempore, & diligentiùs, quàm ex officio tenerentur, expediendo. Ratio eſt, quia tunc non vendunt actiones debitas, ſed indebitas, ac pretio æſtimabiles. Dicendum 3. cum Sanchez citato num. 23. non prohiberi officialem, poſtquam miniſterium ſuum implevit, & pro illo juſtum accepit ſtipendium, munus accipere, ſi illud mittat ratione gratitudinis & benevolentiæ perſona illa, cujus negotium expedivit, præſertim ſi dicta perſona nullum habeat negotium pendens in futurum. Quia leges nõ intendunt impedire officia urbanitatis, & amicitiæ, ſed ſolum obſtare ne officiales recipiant ſtipendium exceſſivum, & muneribus ita corrumpantur, ut ſuo deſint officio violando juſtitiam, & æquitatem. Monet tamen Sanchez num. 24. cum Soto lib. 5. de juſt. q. 8. a. 4. Sandoval. lib. de pauperum vinctorum cura cap. 15. & Mercado de contract. cap. 16. rarò præſumi do-

nationem, quæ fit judicibus, ſcribis, aut alijs juſtitiæ miniſtris: quia voluntas litigantium cẽ͂ſetur coacta illis munera conferre, & ſolum ad redimendum vexationem, cum litigantes ſciant aliter dictos miniſtros negligenter ac rẽ miſſè negotia expedituros, ſiquidem varijs ſignis ſe oſtendunt in expediendo difficiles, niſi muneribus alliciantur.

Circuitores & maſtigophori vulgati.

1138 Secundum expediendum eſt, Vtrum peccet, & quomodo: & an teneatur ad aliquid reſtituendum circuitor Academiæ, ſi ex conventione aliquid accipiat ab ſcholaſtico pro eo non denunciando, item maſtigophorus ſi aliquid accipiat ab ſcholaſtico pro eo non verberando? Conſtat imprimis, eos peccare, niſi ex cauſa rationabili excuſentur, tum quia deſunt ſuo muneri, ad quod ex contractu, & juramento obligantur, tum quia impediunt juſtitiam punitivam, ne ſcilicet pœnæ delinquentibus infligantur. Maior eſt difficultas, an teneantur ad aliquid reſtituendum? Pendet deciſio hujus difficultatis ex deciſione illius celebris, an apparitores civitatis, & cuſtodes nemorum, qui non denunciando delinquentes ſunt cauſa ut illi damnificent, & non ſoluant pœnas: maneant obnoxij reſtitutioni? De hac re Vega v. reſtitutio, Angles quæſt. de reſtit. in judicio diff. 1. Medina quæſt. 12. de reſtit. Leſſius de juſt. cap. 13. num. 72. Conrad. q. 216. Diana tom. 2. tract. 6. reſol. 35. & Lugo de juſt. diſp. 37. ſect. 9. Ex quarum doctrina, ut breviter difficultas propoſita decidatur.

Cuſtodes ſylvarum & vinearum.

1139 Dicendum eſt 1. prædictos diſſimulantes nec peccare, nec ad aliquid reſtituendum teneri, quando cæſio lignorum, venatio, ad quælibet alia actio fuit injuſtè prohibita, aut ſi fuit juſtè prohibita, tamen illam exercentes, à tali prohibitione excuſantur. Ratio eſt, quia illi ex ſuo officio ſolum tenentur deferre delinquentes, ut puniantur: ceſſante autem delicto ceſſat omnis ratio punitionis, & conſequenter delationis. Dicẽdum eſt 2. prædictos cuſtodes, ſi extra hos caſus diſſimulent, peccare imprimis contra juramentum præſtitum fidelitatis, quod intelligit cit. num. 101. quando ex eorum diſſimulatione ſequitur notabile detrimentum domini: juramentum enim hujuſmodi non ſe extendit ad levia: peccare deinde contra juſtitiam non ſolum punitivam, ſed etiam commutativam, & teneri ad reſtituendum omne damnum, quod ex ipſorum injuſta diſſimulatione dominis ſylvarum, aut vinearum illatum eſt. Nam fuere cauſa injuſta illius. Dicendum eſt 3. prædictos miniſtros injuſtè diſſimulantes non teneri ad reſtituendum pœnas, quas habuiſſet dominus, aut quivis alius ex factis denunciationibus. Ratio eſt, quia hujuſmodi cuſtodes non inſtituuntur, nec ordinantur directè ad locupletendum dominum, vel quemvis alium ex pœnarum lucro: ſed ſolum ad cuſtodiendam rem ſibi commiſſam. Hoc procedit etiam de illis, quibus incumbit cura exigendi gabellas, & vigilandi ut ſolvantur. Quia ex ipſorum negligentia, & diſſimulatione ſolum tenebuntur reſtituere domino, quantum minùs habuit gabellæ, non verò quantum minùs lucratus eſt propter pœnas non inflictas.

1140 Dicendum eſt 4. prædictos cuſtodes, & quoſcunque apparitores, quanvis diſſimulent pro accepto pretio, non teneri ad reſtituendum hujuſmodi pretiũ ſive illis, à quibus illud acceperunt, ſive dominis nemorum, aut vinearum. Ita citatus Lugo num. 103. Ratio eſt, quia acceptio pretij pro actione indebita, quanvis illicita, non inducit obligationem reſtituendi tale pretium, ut conſtat in pretio, quod quis pro homicidio patrando accepit; ergo quanvis illa diſſimulatio denuntiandi fuerit illicita in prædictis miniſtris, nullam peperit obligationem reſtituendi pretium acceptum. Ex quibus patet ſuperioris difficultatis ultimata reſolutio de Academico circuitore, & maſtigophoro. Quanvis enim illi facientes conventionem cum ſcholaſticis pro ſupplicio impediendo, quod tranſgreſſoribus infligendum erat, deliquerint non ſolum contra juramentum, ſed etiam contra ſuum officium, & ſi quod damnum intulerint, illud teneantur reparare, tamen pretium quod pro diſſimulatione acceperunt, non tenentur reſtituere.

QVÆSTIO V.

Quinam ſint, & qualiter ſe gerere debeant magiſtratus Academici extraordinarij?

Syndicatoris neceſſitas.

1141 ORdinarios Academiæ magiſtratus & officiales ea, qua potuimus, brevitate, & perſpicuitate expoſuimus: ſupereſt ut pauca de juriſdictionibus, & obligationibus magiſtratuum extraordinariorum diſſeramus. Ac primum, cum verſentur in quadruplici differentia, & appellatione: dicitur enim Syndicator, Reformator, Viſitator, & Subconſervator, exordium capiẽtes à Syndicatore, cum eſſe per quàm utilem, imò neceſſarium ad rectam cujuſcunque Reipublicæ adminiſtrationem, ſatis conſtat ex §. ſcriptum exemplar, in Authen. ut judices ſine quo. ſuffrag. ubi Imperatores & Reges tenẽtur reddere rationem pro juſtitia ſubditorum, atque adeo non ſolum providere de Syndicatu, ſed etiam illi, ſalvo decore ſupremæ dignitatis, ſubja-

ſubjacere. Eſt enim ſyndicatus de jure divino, ut ex Lucæ 18. deſumunt Avilez ſyndic. cap. 22. num. 4. Azeved. l. 3. tit. 7. lib. 2. novæ recopil. n. 3. & Cavalcante de brachio Regio par. 5. nu. 18. ubi addit ſtatutum quòd officiales non poſſint ſubeſſe ſyndicatui, nihil valere, cum ſit contra bonos mores.

Syndicatorũ conſtituendi poteſtas.

1142 Hinc eſt quòd poteſtas conſtituendi Syndicatores, ſicut & Viſitatores ac Reformatores, ſolum penes ſupremos Principes reſideat in rebus ſæcularibus, ut benè tradit Iulius Clarus §. fin. nu. 21. In rebus autem Eccleſiaſticis ſyndicator eſt Epiſcopus, vel ab eo deputatus, ut tradunt Garcia de magiſtr. lib. 6. cap. 1. n. 15. Belluga in ſpeculo rubr. 44. n. 2. Paris de Puteo de ſyndic. fol. 129. n. 1. & Cabed. 2. par. deciſ. 68. n. 1. ubi probat ex Ordinat. Regia lib. 1. tit. 60. princ. ſyndicare officiales etiam dominorum terrarum, & donatariorum pertinere ad ſolum Regem, niſi ſpecialiter id donatarijs impendatur. Quare omnes magiſtratus, & officiales, non ſolum temporales, ſed etiam perpetui, non ſolum ſtipendiarij, ſed etiam qui gratis ſerviunt, ſyndicatui debẽt ſubjacere, ut ex Platone lib. 6. de legib. & Ariſtot. 6. polit. cap. 4. defendunt Simancas de cathol. inſtitut. tit. 41. num. 27. & Amadeus de Caſtell. de ſyndic. col. 8. Vnde non ſolum Senatores ſuperioris ordinis, ſed etiam Apoſtolici Inquiſitores (ut tenet Azeved. citat. num. 6.) debent interdum per miniſtrum deputatum à Principe, vel Pontifice viſitari. Et quidem hujuſmodi ſyndicator, ſeu Viſitator eſſe debet vir morum integritate, & ſcientiarum doctrina abundè præditus, qui ætatem quinquaginta annorum ſaltem attingat: & mandati fines, dum viſitat, accuratè ac diligenter exequatur.

Officiales ſyndicãdi.

1143 Dubium eſt 1. quænam ſit praxis mittendi ſyndicatores juſta commune, & Luſitanum jus? Communi praxi, & conſuetudine ſecundum jus commune receptum eſſe, ut nullus officialis, qui aliquo officio functus fuit, ad aliud promoveatur, niſi prius ſyndicatus ſit, & officij, quod geſſit, rationem reddat, defendit Bapt. Fragoſ. 1. par. lib. 7. diſp. 23. num. 11. ex l. 1. Cod. ut omnes judices tam civil. & l. neminem C. de ſuſcept. præpoſ. & arcan. lib. 10. & de facto obſervari, ut nullus officialis poſſit reelegi ad aliud officium, niſi prius reddat alterius rationem, narrat Bart. in l. reſcripto §. debitores ff. de muner. & honor. Communi juri conſonat Luſitanum, quatenus lib. 1. Ord. tit. 60. in princ. ſtatuit Correctorem; ſeu præſidem provinciæ, auditorem, & judicem ſyndicandum teneri duobus ad ſummum menſibus ante ſuum triennium exactum monere Regem, ut mittat ſyndicatorem ad inquirendum, an ſui officij partes rectè, ac ritè egerint. Quòd ſi id omittant, ne ſubjaceant ſyndicatui, decernit in pœnam, ut magiſtratus hujuſmodi removeantur ab officio, neque amplius ad judicandum admittantur ullo unquam tempore.

Syndicatoris poteſtas.

1144 Dubium eſt 2. quænam ſit poteſtas ſyndicatoris? Iuriſdictionem ſyndicatoris eſſe ordinariam, ex l. 1. C. ut omn. jud. & §. neceſſitatem in Authen. ut judices ſine quoquo ſuffrag. tuentur Paris de Puteo de ſyndic. cap. 12. Belluga in ſpeculo rub. 42. num. 2. & Petrus Gregor. de judic. feud. q. 8. num. 2. Illius juriſdictionem eſſe delegatam, tenent Bart. in l. ultima in fin. Cod. ubi & apud quem. Menoch. de præſump. lib. 2. quæſt. 16. num. 36. & Maſtrill. lib. 6. de magiſtrat. cap. 2. num. 13. Fragoſus citatus num. 17. exiſtimat ſyndicatorem, quotieſcunque deſignatur à Principe judex ad univerſitatem cauſarum, pollere juriſdictione ordinaria, quæ favorabilis eſt, proindeque faciliùs admittenda, quàm delegata utpote odioſa. Mihi videtur loquendum cum diſtinctione, & media via incedendum, ut aſſeratur, ſi ſyndicator ita ſit conſtitutus à lege, ut tale munus nunquam extinguatur, ſed ſolum vacet mortuo, aut officio functo ſyndicatore, juriſdictionem eſſe ordinariam: ſi autem ſyndicator ita ſit conſtitutus à Principe, ut munus ipſum extinguatur, finita ſyndicatione, aut mortuo ſyndicatore, juriſdictionem eſſe delegatam. Patet ex principijs à nobis inculcatis diſp. 2. q. 1. & definitione utriuſque illius juriſdictionis. Quòd ſyndicatores debeant intra tempus ſtatutum proferre ſuas ſententias, ita ut poſt elapſum tempus latæ ſint nullæ, tradit Vantius de nullitat. ex defect. juris ordin. nu. 110. Elapſo enim tempore præfixo ita expirat eorum poteſtas, ut ſe nequeant ulterius intromittere, ut videre eſt apud Alex. conſ. 138. & Langellotum col. 2. lib. 2. Arg. l. 2. §. ſi judex ff. de judic. Multæ aliæ ſunt difficultates de ſyndicatoris juriſdictione, de ſtylo & forma ſervanda in ſyndicatu, de quibus delictis ſyndicator generalis, & particularis debeat inquirere, & ſimiles, quæ videri poſſunt apud Fragoſum citata diſp. 23. per quatuor paragraphos latiſſimè & eruditiſſimè. De ſyndicationibus Academicis nihil ſpeciale occurrit. Illud ſcimus in hac noſtra Eborenſi ſyndicatorem eſſe Regium miſſum ſingulis triennijs ad inquirendum de Præſide provinciæ, non ſolum quà tali, ſed etiã quà Conſervatore, & de omnibus officialibus Academiæ laicis, ad Rectorem verò Academiæ ſpectare proviſionem ſubſtitutorum tempore ſyndicatus, ut jam diximus lib. 5. diſp. 2.

Viſitationes utilitas.

1145 Quod attinet ad Viſitatorem & Reformatorem, quàm utilis & neceſſaria pro adminiſtratione, & conſervatione Reipublicæ ſit viſitatio, & reformatio, ſatis innuit antiquiſſimus mos Perſarum, qui (ut teſtatur Petrus Greg. de Repub. lib. 5. cap. 5. num. 7.) veteri inſtituto ſolebant obire omnes

uni-

univerſæ ditionis provincias, eaſque peragrare, ut viderent quid opem regiam expoſceret. Id etiam narrat Plato in lib. inſcrip. Minos, feciſſe Minoem Cretenſium regem opera Rhadamanthi, & Taloenis, qui ter ſingulis annis obibat regionem, cuſtodiæ legum intentus, & æreas legum tabulas oppidatim circunferens. Eſt igitur litterariæ Reipublicæ valde utilis, imò neceſſaria viſitatio. Cui autem incumbat cura, & inſit poteſtas mittendi Viſitatores, & Reformatores, qui viſitent, & reforment Academias, rectè ait Alfonſus de Eſcob. cap. 25. num. 19. ſolos Principes ſupremos Eccleſiaſticum, & ſæcularem eam poteſtatem habere, unumquenque in cauſis ſuæ juriſdictionis, nẽpe Pontificem in cauſis clericorum, aut alijs ſpiritualibus, Principem ſæcularem in cauſis laicis, & laicorum. Eſſe autem hujuſmodi poteſtatem ſolius Principis, & nullius alterius, facile apparet, tum ob exẽptionem Academiæ, & & ſtudioſorum, immediatamque hiſce poteſtatibus ſubjectionem, tum quia dictos magiſtratus nullus alius poteſt concedere, niſi qui merum & mixtum imperium in ipſos ſubditos exerceat. Videatur Avilez cap. 40. Prætor. gloſ. 1. & Bovadill. lib. 2. polit. cap. 21.

Reformatoris & Viſitatoris munus.

1146 Qualiter in Academia Conimbricenſi ſe gerere debeant Reformator, & Viſitator, qualis utriuſque ſit poteſtas, officium, & obligatio, & quomodo inter ſe differant, habetur ex lib. 2. Statut. titul. 2. ¶ O Reformador (inquit Rex) que eu mandar reformar à Vniverſidade, ſerà Prelado, ou peſſoa grave, & de muita confiança, experiencia, zelo, & letras, que poſſa bem cumprir com as obrigaçoẽs do cargo tam importante. Em quanto eſtiver ſervindo na Vniverſidade o dito cargo, precederà ao Reitor, & Cancellario, nas prociſſoẽs, autos, conſelhos, & quaeſquer outros ajuntamentos: & trabalharà de fazer a dita reformação o melhor, & mais breve que puder. Quæ ſequuntur à numero 1. uſque ad 6. incluſivè Reformatorem inſtruunt de ipſius poteſtate, & obligationibus. De Viſitatore ſic habetur num. 7. ¶ O Viſitador que aſſi com eſte nome for enviado, levarà ſòmente poderes pera ſe informar, & trazerme os autos, & diligencias que fizer em todos os caſos acima apontados, pera mandar o que for meu ſerviço; & não precederà ao Reitor, nem ao Cancellario: & querendo elle ſer preſente nas prociſſoẽs, ou autos publicos, o Reitor lhe darà lugar & aſſento, acima de todos os Lentes, logo junto de ſi, & lhe farà aquella honra, & gaſalhado que ſe devẽ ao cargo que leva. Ex quibus inter Reformatorem, & Viſitatorẽ patet diſcrimen quoad ſedem, & præcedentiã: item quoad poteſtatem, quia viſitator punire delinquentes non poteſt, ſed tantum deferre: at Reformator poteſtatem habet puniẽdi modo & forma tradita numero 2. Quantum verò temporis duret utriuſque officium, præſcribitur num. 8. ¶ Ao Reformador, & Viſitador mãdarei determinar o tempo em que haõ de começar & acabar a reformação, ou viſitação, & o tempo do Viſitador não paſſarà de tres meſes, & o do Reformador ficarà em meu alvidrio: & dentro nelle levarà cada hum deordenado o que por cada dia lhe mandar taixar. Denique reformatio, & viſitatio Eborenſis Academiæ eſt tota penes Generalem Societatis Ieſu ex Pontificio diplomate, ut eam opportunis temporibus per ſe ipſum, vel per deputatos à ſe ipſo reformet, & viſitet. Vide de Reformatore multa apud Pellizar. par. 2.

Subconſervatoris eſſe poſſit.

1147 Vltimus ex prædictis quatuor magiſtratibus, eſt Subconſervator, ille nempe, qui loco Conſervatoris ſubſtituitur, & cui Conſervator ſuam poteſtatem ſubdelegavit. Dubium eſt 1. quas qualitates requirat quis, ut tanquam Subconſervator ſubrogetur loco Conſervatoris? Reſpõdetur cum Felino in cap. ſi pro debilitate col. 2. de officio delegati, debere habere qualitates requiſitas in Conſervatore, atque adeo poſtulatas in cap. fin. de offic. deleg. in 6. ut videre eſt apud Petrum Monetam de Conſerv. cap. 5. à n. 119. & cap. 65. Vnde Subconſervator eſſe poteſt Epiſcopus, vel Abbas, vel conſtitutus in dignitate Eccleſiaſtica, tam in Eccleſia cathedrali, quàm in Collegiata. Addit ex citato Felino Bapt. Fragoſus p. 2. lib. 4. diſp. 12. n. 71. contra Decium in cap. ſtatutum, n. 28. de reſcript. ſi Pontifex ex certa ſcientia deputet Conſervatorem aliquem non habentem qualitates requiſitas, ut ſolet concedere aliquibus religionibus, & talis Cõſervator habeat poteſtatem ſubdelegandi, non poſſe ſubdelegare, ſeu deputare Subconſervatorem, niſi hic habeat omnes qualitates ad Cõſervatorem requiſitas in d. cap. fin. Patet, quia conceſſio illa, quam Pontifex fecit non habẽti qualitates requiſitas, eſt privilegium perſonale, quod non communicatur alteri, neq; egreditur illum, cui conceſſum eſt, cap. privilegium, de regul. juris in 6.

Subconſervatoris poteſtas.

1148 Dubium eſt 2. quænã & quanta ſit poteſtas Subconſervatoris? Imprimis poſſe Subcõſervatorem excommunicationem, & aliam quamlibet cẽſuram pronunciare, habetur ex Gloſſ. communiter recepta in Clem. unica v. permittimus, de exceſſibus prælat. & Vgolino de cenſuris tab. 1. cap. 8. n. 1. Nam idem liquet de ſubdelegato, & Subconſervator ſubdelegatus eſt. An verò Subconſervator habeat poteſtatem ſubdelegandi? Rectè negant Covar. lib. 3. var. cap. 20. n. 10. ex Abbate, Franch. & alijs in cap. cum cauſam de appellat. quod procedit, quamvis Princeps commiſerit expreſſè Conſervatori delegato ſuo facultatem ſubdelegandi: adhuc enim delegato à

Principe

Principe nó eſt integrum eam facultatem ſubdelegato committere. Ita Archid. in cap. quanvis init. de officio deleg. Marant. 4. p. diſt. 5. nu. 63. Bolognat. l. 1. n. 137. Mandoſ. regul. 4. Cácell. q. 3. n. 7. Villalobos in cómunibus litter. D, n. 55. & cum multis Sanch. de matt. dub. 5. diſp. 31. n. 9. Adde Subconſervatores non poſſe ſubdelegationes in ſe factas à Cóſervatorib⁹ etiã tacitè rejicere, neq; ſemel ſuſceptas abſq; ulla cauſa deponere. Sumitur ex cap. prudentiam §. adjicimus, de officio, & poteſt. judic. deleg. ubi venit graviter puniendus, qui non exequitur Póntificis reſcriptum, quod ſibi commiſſum eſt, de quo Tiraquel. de privil. ſcholar. privil. 81. Nihilominus ex cauſa juſta poſſunt tam Conſervatores, quàm Subconſervatores non acceptare cómiſſiones ſibi factas, & acceptatas dimittere, ex tex. in cap. Paſtoralis, de offic. & poteſtatem judicis deleg. ibi (dummodò ſe malitioſé exonerare non quærat.) Quibus verbis innuit Pontifex, ſi abſit malitia, & detur juſta cauſa, poſſe talem delegatum, & ſubdelegatum ſe exonerare, ſeu onus judicandi deponere. Conſonat huic reſolutionj Emman. Roter. quæſt. regul. to. 1. q. 65. art. 4. ubi aſſerit Conſervatores eligendos à regularibus, teneri ex præcepto Leonis X. & Innocétij VIII. obſequi acceptando ſub pœna peccati mortalis, niſi cauſam juſtæ excuſationis habeant.

Acceptatio delegationis.

Subconſervatoris ceſſatio.

1149 Dubium eſt 3. quandonam ceſſet, ſeu expiret Subconſervatoris juriſdictio, & officium? Vt paucis me expediam ab hoc dubio, quod latè tractant Sanch. lib. 8. de Matt. diſp. 28. & Fragoſ. p. 2. lib. 4. diſp. 12. a n. 74. advertendum eſt tam delegationem, quam ſubdelegationem poſſe fieri vel abſolutè nullo præſcripto termino, vel ad beneplacitum ſive perſonæ, ſive dignitatis; in quibus eventibus in ordine ad extinctionem poteſtatis oportet cóſiderari, ſitne res integra, vel non integra, ſeu incepta. Dico 1. quando Conſervator abſolutè ſubdelegavit, hujuſmodi poteſtas ſubdelegata non extinguitur, nec ſuſpenditur per mortem ſubdelegantis quoad negotia cæpta, hoc eſt re non integra: ſecus quoad negotia non cæpta, hoc eſt re integra. Ita Sanch. cit. n. 30. & Moneta de Conſerv. c. 10. a n. 259. Sumitur ex cap. licet undique verſ. ſi juriſdictione, de officio & poteſt. judic. deleg. Vbi habetur, ſi collega ſubdelegatus à ſuo collega incipiat uti, vivo adhuc ſubdelegante, juriſdictione ſibi commiſſa, poſſe adimplere vices, & partes ſuas, & alteri⁹. Confirmatur ex cap. ſi delegatus, de officio delegali in 6. ubi dicitur, ſi delegatus abſit, & alicui vices ſuas committat, poſſe ſubdelegatum poſt mortem delegati ulterius progredi, ſi vivente delegato, juriſdictionis exercitium inchoavit.

1150 Dico 2. Iuriſdictio Subcóſervatoris conceſſa à Conſervatore ad ipſius beneplacitum, expirat morte Conſervatoris, etiam quoad negotia incepta. Ita Valaſc. de jure emphy. q. 34. n. 7. Henriq. in Summa lib. 7. cap. 21. n. 5. Gonzal. de menſibus §. 1. proæm. n. 9. Gutier. pract. lib. 5. quæſt. 11. n. 19. & Sanch. cit. n. 49. Sumitur ex cap. ſi gratioſé, de reſcriptis in 6. Nam voluntas & beneplacitum in idem recidunt: conſtat autem voluntatem morte perſonæ perire, etiam re non integra. Sic ex verbis citati capitis: (Per obitum, per quem ipſius beneplacitum extinguitur omninò) id probant Franch. ibi n. 10. & Covar. lib. 3. variar. cap. 15. n. 14. verſ. 2. Et hoc procedere, ſive concedens ſit Rex, Pontifex, vel ordinarius, affirmant ſupracitati authores. Dixi (ad ipſius beneplacitum) quia ſi prædicta juriſdictio cócedatur ad beneplacitum dignitatis, non expirat morte concedentis, ſed manet perpetua, donec à ſucceſſore revocetur. Expreſſè hoc habetur cit. cap. ſi gratioſé, de reſcript. in 6. Vbi præter citatos authores, multi alij, quos cógerit, ac ſequitur Barboſa allegat. 57. n. 190. Patet ratione, quia dignitas ex ſe perpetua cum ſit, nunquam dicitur expirare, vel finiri, quanvis expirent, ac finiantur quicunque tali dignitate fulgent; ergo beneplacitum dignitatis per nullius mortem ceſſat, ſed per ſolam revocationem. Multa alia de morte naturali, ac civili Conſervatoris ſubdelegantis, deque ipſius ſuſpenſione, & amotione ab officio afferre poſsé, & erudiiè tractantur à citatis authoribus circa ceſſationem, & finitionem poteſtatis ſubdelegatæ: his tamen ſuperſedeo, ut cum tali poteſtate finita, & iam Subconſervatore, quàm Conſervatore finito finem faciam libro ſeptimo de Conſervatore.

Poteſtas conceſſa ad beneplacitum.

LIBER

LIBER VIII.

DE DOCTORIBVS, & Magiſtris.

1151 CVM hactenus ſeptem libris præcedentibus egerimus de Republica litteraria, ſeu Academia ſecundùm ſuam adminiſtrationem veluti politicam: nam partim diſſeruimus de ſtatutis ac privilegijs, ſine quibus nulla Reſpublica benè adminiſtrari, diuque conſervari poteſt, partim attulimus magiſtratus, nempe Rectorem, Cancellarium, Conſervatorem, & Officiales, qui totam Academiam ſecundùm ſtatuta & privilegia veluti politicè regunt, ac moderantur: proximum eſt, ut tractemus de Academia, quà Reſpublica litteraria eſt, ſecundùm adminiſtrationem litterariam: qui tractatus magis accedit ad motivum, ſeu formalem finem, ob quem Academia quæcunque inſtituitur, qui eſt ſcientiarum comparatio. Cum verò illa adminiſtratio litteraria perficiatur omninò per Doctores & Magiſtros in ordine ad auditores ſeu diſcipulos, noſtro inſtituto ſatisfaciemus, ſi reſervato tractatu de diſcipulis ad ſequentem librum, in hoc præſenti Doctores, ac Magiſtros ſex diſputationibus, quæ varias contineant noſtro more agitatas quæſtiones, exhibuerimus.

Prima diſputatio erit de graduatione, & dignitate Doctorali, ſeu Magiſtrali. Secunda erit de Doctorum oppoſitione, & deſignatione ad cathedras. Tertia de poteſtate, & juriſdictione Doctorum. Quarta erit de Doctorum, & Magiſtrorum privilegijs. Quinta de authoritate, & doctrina Doctorum. Sexta & ultima de Doctorum, ac Magiſtrorum obligationibus.

DISPVTATIO I.

De graduatione, & dignitate Doctorum, ac Magiſtrorum.

DIſputandum imprimis nobis eſt de idoneitate, ſeu requiſitis ad gradum Doctoralem ſuſcipiendum, qualia ſunt v.g. ætas, probitas, genus purum, ſcientia, deſcriptio in matricula, frequentia & reſidentia in Academia, ac de his omnibus prævium examen: deinde de collatione laureæ Doctoralis, iàdem dem ipſa Doctorali dignitate, & inſignibus, ut nempe appareat omnibus quantum hujuſmodi dignitas inſerviat Doctoribus pro honoribus, ac muneribus obtinendis, quantumque Doctores reliquis dignitate præſtent, qualiter inter ſe pro ratione antiquitatis, & multiplicis in diverſo ordine diſciplinæ excellant, & excellantur: ut ex his intelligatur, qualis & quanta ſit Doctorum inter ſe præcedentia in ſedibus, beneficijs, officijs, & honoribus.

QVÆSTIO I.

Quænam ſit in Doctore ratio nominis, & qualitatis?

1152 AGgreſſuro librum de Doctoribus, & Magiſtris, qui ſunt membra præcipua in Academijs, viſum eſt capere exordium à ratione nominis, & qualitatis: per nomē enim dignoſcitur quidditas & qualitas rei, explicatiſque nomine & quidditate, proclive eſt inveſtigare proprietates & reliqua. Quanvis hæc tria nomina Doctor, Magiſter, & Præceptor frequentiſſimè pro eodem uſurpentur, ita ut ſignificent docentem, ſeu documenta tradentem, ſubeunt tamen nõnullam diverſitatem. Nam Doctor ex vi nominis dicitur à docendo, & quidem non omnis *Doctor quis dicatur.*

docens

docens eſt Doctor juridicè, ſed ille tantum qui ſuſcepit Doctoratus Inſigniā, ut tradit Sylveſt. v. Doctor n.1. Magiſter dicitur à monendo, ſeu monſtrando l.quibus ff.de verb. ſignif. vel ſyllabaliter dicitur quaſi in maiori ſtatu, ſeu ſtatione exiſtens, ut ait Gloſſ. in Clem.2. v. Doctoratus, tit. de Magiſtr. Apud D.Rotericum 1. par.Decretl.ad cap.Miſerum diſtin. 61. Magiſter dicitur à magis, ſicut Miniſter à minus.

Magiſter qui & unde dicatur.

Eſt autem Magiſter (ut tradunt Maſcardus de probat.concl.999.num.1.& Petrus Greg.lib.4. de Repub.cap.5. num.2.) ille qui magis quàm cæteri diligentiam,& ſolicitudinem rebus, quibus præſunt, adhibere debét. Præceptor eſt qui tradit præcepta, ſeu præceptiones, nempe documenta,& diſciplinam l.ſi ædibus ff.de damn. infect.& l.1.ff. de var.cognit.

Magiſtratus & Magiſtri.

1153 Illud obſervat Paulus l.57. quib*, de verb. & rer.ſignif. magiſtratum per derivationē à magiſtris cognominari: Imò multi magiſtratus appellantur Magiſtri. Hinc in poſtremis libris Codicis extant multi tituli, „ ſcilicet de Magiſtro equitū, Magiſtro peditū, „ Magiſtro militū pro tēpore, Magiſtro rei privatæ,& ſinteariæ veſtis, de Magiſtro utriuſq; „ militiæ, de Magiſtro officiorū, de officio Magiſtri officiorū &c. Accipitur (inquit D. Roter.n.2.) Magiſter pro præceptore artiū mechanicarū l.5.§.3.ff. ad leg. Aquilcā. Et quidē animadverſione dignū eſt, quod Stephan. Gratianus tom.4.diſcep.forenſ.cap.692. n.77. ex Azone in Sūma de pactis col.4.ante medium n.13. ponit diſcrimen in hac tranſpoſitione, Magiſter Petrus,& Petrus Magiſter, ut primus intelligatur de ſciētia, ſecundus de carpētario, quaſi voluerint jurisprudētes (ut arbitror) in Doctore Magiſteriū præferēdū: ſecus in fabro. Magiſtri litterarij, & magiſtrationes pro docēdi poteſtate reperiuntur l.unica C. de ſtudijs liberal. urbis Romæ lib.11.& cap.12. de quibuſdam 37. diſtin. Magiſtri litterarum pro neceſſarijs artibus, liberalibuſque diſciplinis in l. Archiatros 8.C.de metatis,& epidemiticis lib.12. Magiſtri ſtudiorum Doctoreſq; l.Magiſtros C. de profeſſ. lib. 10.& cap.1.de Magiſtris.

Magiſter & Doctor differunt.

1154 Inter Doctorem & Magiſtrum Suar.de cēſuris diſp.23. ſect.4. n.41. ponit diſcrimē affirmans non intelligi idē nomine Magiſtri & Doctoris, ſed Magiſtri nomē ad officium docendi referri, Doctoris autem ad gradum. Sanch.tom.2.Decal.lib.6.cap.8.n.96. aſſerit Doctores appellari Magiſtros docentes; ex quo infert Doctores ſi docendi munere nō fungantur, quanvis Doctoris gradu inſigniti ſint, nō incurrere excōmunicationem, quæ in cap. Vt periculoſa, ne clerici, vel monachi imponitur ipſo facto Magiſtris, qui ſciēter docēt, aut in ſolitis ſuis ſcholis præſumūt retinere religioſos ſuo habitu dimiſſo audiētes leges, vel Phyſicā. Videātur Azor inſtit. moral.p.1.lib.12. cap.6. q.6. Aldret. de religioſ. diſcip. tuenda lib.2.cap.18.à num.11. Graſſis in aureis deciſ. par.1. lib. 3. cap.5. num.17. Laurent. Peirinis de religioſo ſubdito tom. 1. cap. 26. Filliucius tract. 14. num.53. verſ. 10. & Paulus Comitol. reſpon.moral. lib.6. q.8.num.6.

Magiſter quis propriè.

Notat citatus D.Rotericus num.3. Magiſtrum propriè & abſolutè eſſe Doctorem in Theologia, qui Magiſter dictus imitari debet Chriſtum dicentem, „ Vos vocatis me Magiſter & Domine, & be„ nè dicitis, ſum etenim, Ioan. 13. Conſonat Sylveſt. v. Doctor n.1. aſſerenti inter Magiſtros propriè Theologū dici Magiſtrū, alios verò ſecundùm quid. Magiſtri quoq; vocātur Doctores in medicina l. Magiſtros C. de profeſſ. lib. 10. Qui autem ſupremum gradum in Philoſophia acceperunt, Magiſtri appellantur, ſed cum addito, Magiſtri in artibus. Vocantur ſimiliter legum Doctores, legum Magiſtri in §. penult. proœmij Pandect. itē Doctores Iuris Pontificij dicuntur Magiſtri, ut tradit Hoſtienſ. in Sūma tit. de Magiſtris,& Gloſſ. in Clement. 1. de Magiſtr. Tamen Gloſſa ad Authen. Habita C. ne filius pro patre ad illa verba Domino, & Magiſtro arbitratur Doctores legum dominos dici, reliquarum verò facultatum Magiſtros, & Rebuff. ad §.1. de collat. v. Magiſtro, ait ita obſervari ex conſuetudine: & puto (addit D. Rotericus num.4.) eos recuſaſſe nomen Magiſtri, ne facerent contra dictum Chriſti Matth. „ 23. Ne vocemini Magiſtri, quia Magiſter ve„ ſter unus eſt Chriſtus.

Doctus qui dicatur.

1155 Cùm verò S. Hieronymus in Epiſt. ad Epheſios 1. dicat eum ſolum mereri dici Magiſtrum, qui, à quo, & in quo quidquid dubitatur, poſſit inveniri, ſequitur ſolum doctum poſſe fieri Magiſtrū, & Doctorem. Eſt autem doctus, qui alios docere idoneus eſt: & quem auditores ipſi qui ab eo erudiuntur, doctum affirmant. Ita ex leg. cum ſcriptum ff. de dote prælegata Rebuff. tractat. nominationum q.11.num.12. & Menoch. conſil. 585. num. 13. Addit Roland. tom. 3. conſil. 66. num. 3. illum eſſe doctum, qui non debet ab alijs doceri §. 1. in Authent. de ſanctis Epiſcop. in quo cum Afflictis convenit Boſſ. in tractat. crimin. in tit. de Principe num. 257. Hinc Menochius citatus numero 7. rectè ait Doctores indoctos privilegijs Doctorum gaudere non debere, ut in ſpecie ſcribit Abbas in cap. clericis, de judicijs, & Rebuffus citatus quæſt.21. num.42. & de privileg. ſchol. privil. 50. ubi poſt alios docet Scholarem doctum præferri Doctori indocto.

Doctoris nomine qui veniant.

1156 Difficultas eſt, quinam veniant nomine Doctoris: Imprimis venire illum, qui gradu Doctoratus fuit legitimè inſignitus, quanvis actualiter non doceat, rectè affirmat Stephanus Gratianus diſcep.

forenſ.tom.2.cap.291. a num.57. Doctor (inquit) quanvis non doceat, dicitur Doctor, prout non minus dicendus eſt mercator, licet quis actu non mercetur: nec ſcholaris minus talis dicendus eſt, quanvis non ſemper intret ſcholas: cum iſta nomina durent ſtante habitu, etiã ſi ceſſet exercitiũ ipſius nominis. Ita Felin. in proœm. Decretal. v. Gregorius col.11. poſt princip. verſ. nomen appellativum nu. 38. ubi dicit hoc multum notandum, nam quandoque ſunt legata mercatoribus, vel ſcholaribus, & ſimilibus (poterat exprimere vel Doctoribus) à quibus non excludentur, ſed legata percipient qui ſunt tales habitu, & nomine, licèt nõ exercitio. Bart. in l.1. C. de colleg. lib.11. in rubr. C. de navicul. eod. lib. poſt Gloſſ. in cap. de ſtatutum, de elect. in 6. Hæc tamen doctrina mihi videtur ſolum procedere in favorabilibus: tunc enim Magiſtri, vel Doctoris nomine veniunt omnes inſigniti Doctoratus gradu, quãvis nec habeant cathedram, nec actualiter doceant; ſecus in odioſis: tunc enim ſolum veniunt Doctores actu & exercitio, ſeu Doctores docentes, niſi ex ſtatuto, vel diſpoſitione aliud conſtet. Hinc (ut ſupra diximus cum Sanchez lib. 6. Decal. cap.8. num.96. contra Suarium) in cap.2. & ſine clerici, vel monachi in 6. ubi excõmunicãtur Doctores, ſive Magiſtri qui retinẽt religioſos in ſuis ſcholis cõtra decretũ ibi editũ, nõ cõtinentur Doctorali gradu inſigniti, qui munere docendi non funguntur. Hoc enim Sãchez ſibi perſuadet 1. quia textus eo cap. 2. ait (Doctores quoq; ſive Magiſtri) quæ dictio (ſive) poteſt declarativè intelligi, ut indicat ibi Dominicus §. Doctores n.1. Quare in dubio ſic videtur intelligenda, ut conſtitutio hæc pœnalis magis reſtringatur. 2. quia textus dicit, aut in ſcholis ſuis præſumpſerit retinere. At ſcholæ nõ dicuntur propriè inſignitorũ Doctoris gradu, ſed Magiſtri munere fungentiũ. Hinc etiam juxta Avilam de cenſ. p.5. d.1. dub.4. conc.9. ſi interdicantur Doctores civitatis, vel Academiæ, etiam comprehenduntur Doctores clerici. Quæ doctrina eſt contra Angel. v. Interdictum 1. num.9. & Sylveſt. n.17. qui aſſerunt ſolos Doctores laicos comprehendi.

Magiſtri nomine in odioſis qui veniant.

Doctor ad expediendas litteras.

1157 Circa hujuſmodi Doctoris & Magiſtri appellationem, Dubiũ eſt 1. quinam veniant Doctoris & Magiſtri appellatione quoad effectum expediendi litteras Pontificias diſpenſationis, in quibus ponitur clauſula (Vt ſit Doctor in jure canonico, vel Magiſter in Theologia). Sanch. lib. 8. Matrim. diſp. 34. a num. 6. defendit non ſufficere ad expendendas tales litteras publicè docentem Theologiam, etiam in Ordinibus, in quibus eos Magiſtros vocant, nec licentiatum in Theologia, ſed omninò requiri quòd quis gradu Doctoratus in jure Canonico, vel Theologia inſignitus ſit, nẽpe habẽs publicũ Academiæ teſtimoniũ, etiam ſi alioqui ſit indoctus. Nihiloſominus partem oppoſitam quoad utrumq; ſequitur Bapt. Fragoſ. p.1. lib.5. diſp.12. §.14. nu. 88. ubi aſſerit 1. Magiſtros non graduatos actu docentes in aliqua publica Academia ſive jus Canonicũ, ſive Theologiam, dummodò ſint approbati ab Ordinario loci ad excipiendas cõfeſſiones, poſſe aperire litteras Apoſtolicas, & diſpẽſationes in eis cõtẽtas expedire in foro conſcientiæ. Probat, quia mens delegantis in foro conſcientiæ ſimiles diſpenſationes ea eſt, ut expediantur à viris habentibus teſtimonium publicũ ſcientiæ, & doctrinæ: ſed publici profeſſores ſive Theologiæ, ſive juris Canonici actu docẽtes in aliquo ſtudio generali habẽt publicũ ſuæ peritiæ ac ſciẽtiæ teſtimoniũ; ergo mens delegantis non eſt eos excludere. Facit ad Pontificis mentem hanc deprehendendam reſponſum, quod refert Camillus Borrell. de magiſtr. lib.1. cap.8. n.98. dediſſe Pium V. cuidam aſſerenti ſe eſſe Doctoratus inſulis ornatum, nẽpe doctores ſe percupere, non doctoratos, quaſi maluerit docentes quam doctoratu inſignitos. Aſſerit 2. idem eſſe dicendum de regularibus, qui juxta ſuorũ ordinũ cõſtitutiones in Univerſitatibus alicujus ſtudij generalis, vel extra illas abſoluto curſu ſuorũ ſtudiorũ, prævio examine rigoroſo de Generalis ſui licẽtia à quovis Præpoſito, vel Rectore ſuo cum duobus, vel tribus Doctoribus ad gradum magiſterij, vel Doctoratus fuerunt promoti. Nam hoc poſſe fieri cõceſſit Iulius III. ſcholaribus regularibus. Habetur in cõpendio privil. Societatis v. gradus §.1. & 2. Item habetur in litteris Apoſtolicis Societatis v. Indulgentia fol.198. verſ. Et inſuper, juxta cõceſſionem Gregorij XIII. factam anno Domini 1578. Nonas Maij quod tales gradus Præpoſitus Generalis conferre poſſit per Præfectũ ſtudiorũ Collegij Societatis, ubi artiũ, vel Theologiæ facultates pro tẽpore legẽtur. Hujuſmodi autẽ graduatis cõceſſit Iulius III. ac Pius IV. ut poſſent gaudere omnibus privilegijs, ac prærogativis, quibus gaudet qui in Academijs publicis promoventur rigoroſo examine præcedente. Quæ doctrina mihi non diſplicet.

Gradus Doctoris inter regulares.

Licentiatus an veniat nomine Doctoris.

1158 Dubiũ eſt 2. an Doctoris appellatione veniat licentiatus? Partẽ negativã defendunt Romanus cõſ.333. an. 8. Baldus in l. Athleta init. ff. de ſucceſſ. tutor. ubi ait licentiatos non gaudere privilegijs Doctorum, cũ licentiatus habeat facultatem ut in dignitate Doctorali conſtituatur, & Doctor ſit jam in tali dignitate conſtitutus. Idem videtur ſentire ſu l. pen. n. unico ff. de teſtam. militar. ubi ait promovendum ad gradum Doctoralem ſtatim nõ eſſe actu promotum. Eandem tenent Ripa in l. centurio num.18. ff. de vulgar. Guido Papæ quæſt.390. & Menoch. de arbitr. lib. 2. centur.4. caſu 389. à num.13. Probãt. 1. quia judex qui debet habere Doctorẽ pro aſſeſſore,

non

non ſatisfacit muneri ſuo, ſi loco Doctoris aſſumat ſibi pro aſſeſſore licentiatum ſtatim promovendum ad lauream Doctoralem. Probant 2. nam ſtatutum quod concedit Doctoribus alicujus collegij poteſtatem eligendi ad cathedram, non procedit in licentiatis. Deinde ſtatutum collegij juxta quod Doctor antiquior ſubrogatur loco Doctoris numerarij defuncti nõ procedit in licentiatis: præcipuè quia nullus purè licentiatus ratione ſuæ antiquitatis præfertur Doctori.

Licentiatus in favorabilibus eſt Doctor.

1159 Nihilominus cum diſtinctione exiſtimo dubiũ ita eſſe decidẽdũ, ut appellatione Doctoris veniat licẽtiatus in favorabilib⁹; ſecus in odioſis. Ita Felin. in proœm. Decret. n.18. Tiraq. poſt leges Cõnubial. gloſ. 2. a n. 2. Garcia de nobil. gloſ. 48. § 3. num. 37. Phæbus deciſ. 182. num. 7. Et quidem licentiatos venire nomine Doctorum in favorabilibus, apertè tenent Petrus de Antibol. tractat. de munerib. p. 3. §. 1. num. 56. Rolandus conſil. 11 volum. 2. num. 20. & 21. Gutierr. de jure confirm. p. 1. cap. 6. num. 7. Avendan. in Dictionario v. Maeſtros, & Parladorius de rebus quotidianis lib. 2, cap. fin. p. 5. §. 6. num. 21. ubi munia Doctorum extendi ad candidatos, dummodo in aliqua Academia publica licentiati ſint, tradit ex Petro Lenauderio tractat. de Doctor. 4. part. quæſt. 3. & Avilez in cap. Prætor. in proœm. gloſſ. 1. num. 27. Probatur 1. ex doctrina Baldi ad leg. penult. ff. de teſtam. milit. ubi ait paria eſſe aliquid geſtum eſſe, vel eſſe in proximo ut geratur: & ſic propinquam potentiam actui reputari pro acto. Accedunt Bart. in leg. divortio, & ibi Iaſon §. interdum col. fin. ff. ſolut. matrim. ubi docent fructus in proximo colligendos, ut jam collectos judicari: cum verò licentiati jam in proximo ſint ut pro ſtudiorum, & laborum ſuorum fructu lauream Doctoralem aſſequantur, in favorabilibus eam cenſentur obtinere. Confirmatur exemplo, nam licentiati in ordine ad Doctoratum ſunt inſtar novitiorum in ordine ad profeſſionem: ſed novitij in favorabilibus veniunt nomine profeſſorum, ſecus in odioſis, ut docet Sanch. lib. 6. Decal. c. 10. n. 10. ergo ſic licentiati venient nomine Doctorum.

Proximè facientem habetur pro facto.

1160 Ad fundamenta in oppoſitũ facilis eſt evaſio. Ad 1. exiſtimo ex natura rei, judicẽ debentẽ pro aſſeſſore habere Doctorẽ, ſatisfacere, ſi aſſumat licentiatũ: tum quia licẽtiatus in favorib⁹ habet privilegia Doctoris, tum quia cẽſetur æquè ſufficiẽter doctrina inſtructus atq; Doctor pro tali munere gerẽdo: ſẽper tamẽ obſervãda eſt praxis, & ſtãdũ ſtatuto aliud apertè decernẽte. Ad 2. totũ fateor libẽter, quia Collegij ſtatutum ſic interpretata eſt cõſuetudo legitimè introducta, & quidẽ rationabiliter, quia tam in electione ad cathedram, quàm in habenda ſede honorabiliori attenditur ratio dignitatis, & verſatur præjudicium tertij, proindeq; Doctorat⁹ in re præferẽd⁹ eſt Doctoratui in ſpe. Si autẽ præſcindatur tũ à præjudicio tertij, tũ à ſtatuto, vel diſpoſitione manifeſta, licẽtiatus in favorabilibus Doctor reputabitur, nõ ſic in odioſis. Vnde legatum relictum Doctori lucrabitur, & nõ incurret excõmunicationem latam contra Doctores.

Doctoratus quid ſit.

1161 Circa alterã quæſtionis partẽ de qualitate, & quidditate Doctorat⁹, certum imprimis eſt Doctoratum eſſe qualitatem moralem, quæ contingenter advenit ſtudioſo, eumque denominat qualem in genere, ſeu ordine litterario. Quænam autem ſit hujuſmodi qualitatis quidditas, & eſſentia, facile innoteſcet ex dictis, tum præcipuè ex deſcriptione, qua poſſumus Doctoratum explicare in hunc modum: Doctoratus eſt publicum legitimæ Academiæ teſtimonium de doctrina ſtudioſi, per quod ille cõſtituitur in ſupremo gradu alicuj⁹ honeſtæ facultatis, cum poteſtate ad talem facultatem profitendam. Quærenti an Doctoratus imprimat characterem? Affirmativè reſpondet Durandus in 4. diſtinct. 4. q. 1. quatenus aſſerit characterem ſacramentalem eſſe quid morale, ſeu rationis, non ſecus atq; illum, qui in Doctoratu imprimitur. Cum verò debuiſſet ſentire tria ſacramenta, nempe Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem imprimere verum characterem, idem ſentit de Doctoratu. Oppoſitum tamen omninò tenendum eſt cum Cardinali de Lugo tom. de Sacram. diſp. 6. n. 22. ex eo quia definitio characteris ſacramentalis, quam ex Concilio Florentino & Tridentino tradit Bellarm. lib. 2. de effectu Sacram. cap. 19. non poteſt aptari enti morali. Dicitur enim character ſignum ſpirituale, & indelebile in anima impreſſum. Vox enim impreſſum ſolum poteſt convenire enti phyſico, & non morali, quale eſt Doctoratus. Hinc conſtat (inquit Lugo citatus) cur Doctoratus non imprimat propriè characterem: nam licèt relinquat aliquid morale permanẽs, illud tamen non eſt propriè character: ſicut nec ſacerdotium antiquum, vel circũciſio, aut etiã prima tonſura nunc, vel conſecratio Eccleſiæ, vel calicis imprimunt propriè characterẽ, ſed impropriè.

Character Doctoris.

Laureola Doctoris.

1162 Quid de laureola, ſeu aureola, quam Doctores in cælo habent, illi nempe Doctores qui doctrina, & exemplo multos traxerunt ad æternam ſalutem, de quib⁹ dixit Chriſtus, (Qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum.) Matth. 4. Nam præter beatitudinem eſſentialem, quæ verſatur omnino circa Deum ſummum bonum, dari beatitudinem accidentalẽ, quæ habetur circa alia objecta, & comprehendit non ſolum actus intellectus & voluntatis,

ſed etiam extrinſecum decus, & præeminen-
tiam, certum eſt apud Suarium t. 2. de beatit.
diſp. 11. ſect. 7. Inter alia accidentalia præmia
beatis conferri ſolita, ſunt quæ appellantur au-
reolæ, juxta illud Apoſtoli 1. Cor. 9. (Illi quidē
ut corruptibilem coronam accipiant, nos au-
tem incorruptam.) Conveniunt Theologi tres
eſſe aureolas, ſcilicet Martyrũ, Virginũ, & Do-
ctorũ. Prob. aut. quia corona reſpõdet victoriæ:
cum autē tres ſint præcipuæ victoriæ, quas cõ-
parant Martyres de mundo & tyrannis, Virgi-
nes de carne, Doctores de dæmone gregem
Chriſti ab illo ſuo exemplo & doctrina defen-
dentes, ſequitur ut tres eſſe debeant aureolæ,
quibus in pa tria condecorentur. Difficultas eſt
in quo conſiſtat peculiariter ratio aureolæ? Id
latè diſputant Suarius dicta diſp. 11. ſect. 3. &
Ægidius Luſitanus de beatit. to. 3. lib. 5. q. 9. a. 1.
& diſſident inter ſe. Nam Suar. n. 3. reſolvit cõ-
ſiſtere in ſpeciali gaudio & honore, quem beati
habent propter victorias reportatas. Ægidius
n. 6. exiſtimat aureolas illas eſſe ſigna quædam,
vel inſignia ſpiritualia, quæ animæ imprimun-
tur, illamque à reliquis diſtinguunt inſtar cha-
racterum ſacramentalium.

QUÆSTIO II.

An Magiſtri artium ſint in toto rigore, Doctores?

Magiſter artiũ an ſit verè Doctor.

1163 CVm jam Doctoris no-
men, & quidditatē ex-
poſuerimus quæſtione
ſuperiori, ibiq; dixerim⁹
qui lato nomine, & in favorabilibus veniant
Doctoris appellatione, ex dictis multā lucem
capiet celebris controverſia hoc loco à nobis
diſcutienda, ſitne Magiſterium artium verè Do-
ctoratus, ita ut qui inter nos in Academijs ap-
probatis creantur Magiſtri artiũ in toto rigore
verè ſint, & appellari poſſint Doctores, quoad
omnes immunitates, prærogativas, & effectus
Doctoratus? Pro parte negativa facit 1. quia
hæc nomina Doctor & Magiſter valde diſcri-
minantur non ſolum materialiter quoad ſo-
num, & diverſitatem ſyllabicam, ſed etiam for-
maliter quoad ſignificationem, ut patet ex
dictis num. 1154. ergo unum non affirmatur
de alio. Facit 2. quia Ordinationes Luſitanæ
in totis, in quibus privilegia & honores con-
cedunt Doctoribus, præcipuè lib. 1. titulo 90.
§. 24. lib. 4. titulo 33. §. 2. lib. 4. titulo 104. §. 5.
lib. 3. tit. 29. & tit. 59. §. 15. lib. 5. tit. 134. §. 3. nul-
lam mentionem faciunt de Magiſtris artium,
cum de varijs in ſpecie Doctoribus memine-
rint; ergo ſignum eſt Magiſtros artium non
computari inter Doctores. Facit 3. commu-

nis ſenſus & exiſtimatio Academiarum, in
quibus non ob aliud fit diſtinctio inter Ma-
giſtros & Doctores, niſi quia ſtatutorum con-
ditores voluerunt eos ita manere ſeparatos,
ut Magiſtri non omninò obtineant omnia
privilegia & prærogativas Doctorum, forte
quia profitentur facultatem & ſi præclaram,
non tamen æquè utilem Reipublicæ, atque eſt
S. Theologia, Medicina, & Iuris utriuſque pru-
dentia.

1164 His non obſtantibus, omninò te-
nenda eſt pars affirmativa, ſcilicet af-
firmantiũ Magiſtros artium eſſe in toto rigore
Doctores quoad omnes effectus, & immunita-
tes, tam in favorabilibus, quàm in odioſis, pro-
indeq; Doctores poſſe impunè ac liberè nuncu-
pari. Ita Ferr. in ſua pract. tit. forma juramenti,
quod præſtatur à parte parti Gloſ. fin. fol. 66.

Doctoris appellatione comprehendi Magiſtros.

,, ubi ait, quod Principes qui delectantur te-
,, nere generalia ſtudia in territorijs ſuis debēt
,, præcipuè oculos dirigere in Doctores mo-
,, ralis Philoſophiæ. Briton. lib. 11. de verb. ſig-
,, nif. v. Magiſtros, ibi: Magiſtros nõ ſolũ Do-
,, ctores artiũ. Alexã. de Imola 1. p. cõl. 94. Sed
,, ita eſt (inquit) quia dictus teſtator erat Doc-
,, tor artiũ, & medicinæ, & cõſequēter in dig-
,, nitate conſtitutus. Bertachin. 1. p. v. Doctor.
,, Doctor (inquit) medicinæ vel artium dicitur
,, habere dignitatē. Vbi vides eodem Doctoris
nomine appellari medicos, & philoſophos gra
du eodem inſignitos. Dictis conſonat Caſſan.
Catal. gloriæ mundi part. 10. conſid. 33. his ver-
,, bis: Doctor artium & medicinæ præce-
,, dit Doctorem artium tantum. Corſet. in
,, ſuo repertorio, v. Doctoratus, Doctor legũ
,, (inquit) debet præcedere Doctorē medici-
,, næ, & artiũ. In eandē ſententiam Menoch.
conſil. 885. n. 9. ubi intendit probare Doctum
in philoſophia idem valere atque Doctorem
,, in philoſophia. Nam ſic habet: Accedit quòd
,, teſtator poſt Legiſtam vocavit Philoſophũ:
,, qui de Doctore philoſophiæ intelligitur, ex
,, ſubſequentibus verbis alioqui ſuperfluis, &
,, doctus in philoſophia. Hæc ſanè poſtrema
,, verba eſſent ſuperflua, ſi illa prima, quod ſit
,, Philoſophus, intelligētur de erudito in phi-
,, loſophia. Emman. Barb. in remiſſ. ad Ordin.
Luſit. lib. 4. tit. 33. ad tex. ibi (ou Doutores) Pro-
,, cedit (inquit) in Magiſtris artiũ, quia appel-
,, latione Doctorũ cõtinētur, & illorũ privile-
,, gijs gaudēt. Sic loquitur Mãtica de cõjectu-
ris lib. 1. tit. 9. §. 7. verſ. Vnde Doctores. Et Ioan.
Martins à Coſta in addit. ad tractatum libello-
rum Caminhæ anno 1. 54. a n. 7. ubi reliquis ac-
curatiùs hanc quæſtionē diſcutit, & probat Ma-
giſtrum artium eſſe verũ Doctorē in omnib⁹.

1165 Sumitur hæc noſtra reſolutio tũ
ex authoritate, tũ ex ratione. Nam
authoritas ad hoc ſuadendum multiplex eſt. 1.
in Pontificio diplomate: nã Iulius III. in Bulla
quæ

quæ fuit expedita anno Domini 1553. favore medicorum Collegij Romani, & affertur to.1. Bullarij, Magiſtros artium appellat Doctores, quatenus Magiſterium artiũ vocat Doctoratũ. ,, Pro parte veſtrum (ait Pontifex) aſſerentium ,, vos à Sede Apoſtolica indultũ ad Doctora- ,, tus hujuſmodi gradũ tã in philoſophia, quã ,, in medicina. Et paulo inferiùs ſubjungit. Ad ,, philoſophiæ, medicinæ, ſeu earum alterum ,, Doctoratus gradum. 2. in Concilio Tridẽtino ſeſſ.22. cap.2. ubi nullum eſt diſcrimen inter Magiſterium & Doctoratum S. Theologiæ, & Iuris canonici pro ijs qui ad Eccleſias cathe- ,, drales aſſumi debẽt: Ideoq; antea in Vniver- ,, ſitate ſtudiorũ Magiſter, ſive Doctor, aut Li- ,, cẽtiatus in S. Theologia, vel jure canonico ,, merito ſit promotus. 3. in jure canonico: nã §. ſanè in proœm. lib.6. Doctores utriuſq; juris poſſũt appellari Magiſtri, quaſi eadẽ ſit Doctoris & Magiſtri nomenclatura. Quãvis Gloſſa v. Doctoratus in Clem.2. de Magiſtris attẽdẽs ad ,, antiquũ loquẽdi uſũ, Doctores (inquit) dicũ- ,, tur in jure civili & canonico: Magiſtri verò ,, dicũtur in Theologia, vel artib⁹, & qui docẽt ,, ſeptem liberales artes. Sic refert Stephanus Daoyz v. Doctor n.3. ſicut igitur ex hoc nemo negabit Magiſtros in Theologia eſſe verè Doctores, ita negare non debet Magiſtros artium veros Doctores eſſe. 4. in jure civili: nã in l. redd datur C. de profeſſ. & medicis lib.10. ubi manifeſtè ſupponitur Doctorẽ eſſe, qui in philoſophia ſupremo gradu inſigniatur. Sic enim ha- ,, bet lex: Reddatur unuſquiſq; patriæ ſuæ, qui ,, habitu philoſophiæ indebitè & inſolẽter u- ,, ſurpare cognoſcitur, exceptis ijs qui à pro- ,, batiſſimis approbari, ab hac debẽt colluſio- ,, ne ſecerni. Senſum legis, quam tulerant Imperatores Valent. & Valenſ. ſic reddit Bartolus. ,, ibidem: Qui ſe gerit pro Doctore, cum non ,, fuerit examinatus, & approbatus, non ex- ,, cuſatur à muneribus: ſecus ſi fuerit approbatus. Cũ igitur lex palam loquatur de geſtante habitum, ſeu inſignia Philoſophiæ, planè ſequitur juxta Bartolum loqui de Doctore Philoſopho, qualis eſt Magiſter artium.

Magiſterium, & Doctoratus coincidunt.

1166 5. in jure ſpeciali Academiæ Conimbricenſis. Nam ejuſdem ſtatuta Doctoratum & Magiſterium, Doctorem & Magiſtrum ita paſſim conjungunt, & commiſcent, ut pro eodem habeantur. lib.2. tit.22. §.4. (E ſerà Eccleſiaſtico, Doutor, ou Meſtre dos mais antigos. lib.3. tit.24. n.1. loquens de inſignibus Doctoralibus ſub hoc titulo, ¶ Das inſignias dos Doutores, ita habet: Os Meſtres em Theologia, q̃ forẽ Meſtres em artes, terão capellos de veludo branco, forrados de ſetim azul, ou tafetà azul, & a borla ſerà toda brãca, poſto q̃ ſeja Meſtre em Artes, por reverẽcia da ſciencia ſacroſancta. Vbi vides vocari Magiſtros utrumq; Doctorem, ſcilicet Theologum, & Philoſophũ. Eodẽ lib.3. tit.24. n.6. ¶ Os graos de Doutores & Meſtres, ſe não daraõ a algũa peſſoa, q̃ primeiro não moſtrar q̃ tẽ as inſignias. lib.3. tit.59. n.2. ¶ E depois arguiraõ os Doutores, & Meſtres em Artes, q̃ quiſerẽ ſer preſẽtes. Sed ad noſtrũ inſtitutũ cõfiriendũ multũ faciũt quæ dicuntur de Patrino Magiſtrũ inſignibus condecorãte lib.3. tit.67. n.3. ¶ E feita a romiſſaõ ordinaria pelo dito Cancellario, porà as inſignias ao novo Meſtre: & farà tudo o mais q̃ ſe ſegue pela ordem dos Doutoramentos. Vbi manifeſtè ſupponit Magiſteriũ eſſe Doctoratũ. Accedit praxis, & quòd pro Magiſtris Artium in tribunali Curiæ Olyſipponenſis non ſemel fuerit judicatum, ut in cauſis Emmanuelis Hẽriquez Pereyra contradicente Ioſepho de Almeida, & Emmanuelis Pouſadas contradicẽte judice forenſi Eborenſis civitatis, refert ſupradictus Coſta n.20.

Magiſterij ratio & eſſentia.

Magiſterio & Doctoratus in Academia Conimbricenſi.

1167 Ratio ad probandum reſolutionẽ ſupra poſitam etiam multiplex eſt: 1. deſumitur ex natura & eſſentia Doctoratus; qui nobis definitur, ſeu deſcribitur num. 1161. in hunc modum, Eſt publicum legitimæ, ſeu approbatæ Academiæ teſtimonium de doctrina ſtudioſi, per quod ille conſtituitur in ſupremo gradu alicujus honeſtæ facultatis, cum poteſtate ad talem facultatem profitẽdam: ſic enim ſe habet Doctoratus in Theologia in Iure Canonico, ac civili, & in Medicina: ſed Magiſter artiũ accipit publicũ teſtimoniũ Academiæ approbatæ de ſua doctrina, & per illud cõſtituitur in ſupremo gradu honeſtæ facultatis, qualis eſt Philoſophia: ſupponitur enim aſcẽdiſſe per alios gradus inferiores & ſubordinatos, quales ſunt Baccalaureat⁹, & Licẽtiatura: deinde cum tali gradu accipit poteſtatẽ ad dictã facultatem profitẽdam, ſeu publicè docendã; ergo creatur verè Doctor in Philoſophia. Confirmatur, nam omnia quæ prærequiruntur ad Doctoratum, præcedere debent Magiſterium, ſcilicet prævia examina: ſubeunt enim periculum quater, nempe bis quando publicè examinantur ſedentes in lapide ad Baccalaureatum, & Licentiaturam, & bis quando tuentur concluſiones in menſis, quas vocant magnas, & parvas: item probatio curſuum, approbatio, & juramentum de fide Catholica, & reliqua; ergo Magiſterium eſt Doctoratus.

Doctoris & Magiſtri confuſa nomina.

1168 2. deſumitur ex nomine, quia Magiſter & Doctor idẽ valet, ſimiliter Magiſteriũ & Doctoratus; idcirco ſtatuta Academiæ Conimbricenſis hæc nomina ſæpe confundũt: nã vocãt Magiſtros in Theologia, Doctores in eadẽ facultate lib.1. tit.14. §.1. ¶ E os Meſtres em Theologia, & mais Doutores, Lẽtes & não Lẽtes levaraõ ſuas inſignias. Eodẽ fere modo §.2. & 7. loquũtur de Magiſtris artiũ, & alijs Doctorib⁹. & §.8. Magiſter artiũ præcedit tã quã Doctor Licẽtiatos aliarũ facultatum. lib.3.

tit.51.§.4. ſic habet (Magiſterio em Theologia, ou Doutoramento.) De quo jam diximus nu. 1166. Illa enim nomina Magiſter & Doctor eandem habent vim, & derivationem formalem, ſeu æquipollentem:ſi enim Doctor dicitur à docendo, Magiſter dicitur à monendo, ſeu monſtrando.l.cui præcipua 52. verſ. Vnde etiam ff.de Verbor.ſignif. Docere autem, & monere,ſeu monſtrare in idem recidunt. Imò nomen Magiſtri plus aliquid importat quam nomen Doctoris: hoc enim ſignificat approbatum ad docendum, illud ſignificat jam docentem,ut rectè notat Coſta cit. n.20. & nos diximus n.1154.

Magiſtri cum philoſophis locum & inſignia.

1169 Tertium deſumitur ex loco,& inſignibus Doctoralibus, quibus præfulgent: nam quòd Magiſtri artium in Academia habeant ſedem æqualem cum alijs Doctoribus, ſervato tantum ordine præcedentiæ, conſtat ex praxi Academiæ Eborenſis, & ſtatuto expreſſo Conimbricenſis lib.3. titul.25. init. ¶ A mão direita do Reitor ſe aſſeutaràm os Doutores em Theologia: & logo os Doutores em Canones: depois os Doutores Legiſtas: apos elles os Doutores Medicos: & logo os Meſtres em Artes, precedendo ſempre os Lentes aos não Lentes em a faculdade que alli lem. Et eodem lib.& tit.§.5. ubi ſermo eſt de præcedentia inter ipſos Magiſtros, quando conveniunt ſoli profeſſores facultatis philoſophicæ, ita habet: ¶ Quando ſe ajuntar a Faculdade das Artes sò ſem as outras faculdades,ſempre precederàm os Doutores em Theologia, que forem Meſtres. E logo o Meſtre que for mais antigo em grao, precederà ao q for menos antigo na meſma Faculdade, ainda que ſeja Doutor em qualquer das outras Faculdades, & Meſtre. Deinde quòd Magiſtri Artium habeant inſignia Doctoralia,quæ ſolo colore cæruleo differunt ab alijs, manifeſtum eſt,& conſtat ex ſtatutis,& forma, qua confertur Magiſterium artium, ubi inſignia collata Magiſtris vocantur Doctoralia. Nam lib.3.tit. 67.ubi agitur de Magiſterio artium ſic habetur §.2. ¶ O grao ſe darà com a forma eſcrita no titulo do Magiſterio em Theologia, acrecentando: Creo te Magiſtrum authoritate Regia in præclara Artium Facultate. Vt autem intelligatur qualis ſit forma conferendi Magiſterium Theologicum,ea in iiſdem ſtatutis lib. 3. tit.41. §.11. præſcribitur in hunc modum, ut à Cancellario proferatur: ¶ Ego N. Prior Monaſterij S. Crucis, Conimbricenſis Academiæ Cancellarius,authoritate Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ, & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ mihi commiſſa, concedo tibi N.gradum Magiſterij in ſacroſancta Theologia, in nomine Patris,Filij,& Spiritus ſancti:& committo doctiſſimo domino Doctori patrono tuo, ut te ipſum inſignijs Doctoralibus decores.

Habemus igitur in forma, qua confertur Magiſterium philoſophicum fieri expreſſam mentionem de inſignijs Doctoralibus, ſiquide m ſolum variatur in alijs prædictis verbis. Imò in reliquis obſervari quidquid in Doctoralibus, patet ex ultimis verbis citati ſtatuti lib.3.tit.67. §.3. ¶ E feita a commiſſaõ ordinaria pelo dito Cancellario,porà as inſignias ao novo Meſtre:& farà tudo o mais que ſe ſegue pela ordem dos Doutoramentos. Vt nempe obſervet in hoc Doctoratu quidquid obſervatur in alijs.

1170 Supereſt ſatisfacere ijs, quæ pro parte negativa objiciebantur ſupra num. 1163. Ad primum fatemur inter hæc nomina Doctor & Magiſter dari nonnullam diverſitatem,non ſolum materialiter quoad litteras & ſyllabas, ſed etiam formaliter quoad ſignificationem: cum tamen hæc diverſitas ſit per diſtinctionem includentis ab incluſo (ut vocant) potiùs juvat,quàm infirmat noſtram ſententiam. Magiſter enim, & habet quidquid Doctor,nempe poteſtatem ad docendum,& includit aliquid amplius,nempe ipſum actum, ſeu exercitium docendi, proindeque omnis Magiſter dici poteſt Doctor, ſicut omnis homo dicitur animal, quanvis diſtinguatur ab animali,tanquam includens ab incluſo.

Ad ſecundum oppoſitum ex jure Luſitano, dicimus Ordinationes loqui exemplificativè, atque adeo appoſuiſſe pro exemplis Doctores magis ordinarios, nec proinde excluſiſſe alios ſimilis qualitatis,arg.tex.in cap.ſi Papa de privileg. Verba enim legis, quæ fuere in lege addita frequentioris uſus gratia, non immutant diſpoſitionem juris, nec arguunt in alio caſu ſimili contrarium eſſe diſponendum, ut cum Gloſſa in Clem.1. verbo præſidêtes,de reſcriptis,& multis tradunt Cabedus 1. p. deciſ.43.n.5. Tiraquel. 1.retract. §.10. gloſ.unica à num.2. Gama deciſ.377.num.2. & Vallaſc.tom.1.conſult. 8. num. 2. Accedit quòd in nonnullis ex citatis locis non meminere de Doctoribus Theologis, & tamen propter hoc nemo dicet fuiſſe ibi à privilegijs excluſos.

Ad tertium negamus communem ſenſum, & exiſtimationem Academiarum ita ſe habere,ut minoris faciat Magiſtros philoſophos, quàm profeſſores alios, & ideo velint illos excludere à rigoroſo Doctoratu, vocando Magiſtros,& illorum gradum, Magiſterium: quia ſi illa nominis impoſitio contra nos aliquid cõficeret, etiam probaret ſacræ Theologiæ profeſſores non eſſe verè Doctores, quia appellantur Magiſtri, & eorum ſupremum gradum non eſſe Doctoratum, quia appellatur Magiſterium tum in Pontificijs diplomatibus, tum in ſtatutis Academicis: quod nemo audebit aſſerere. Credimus igitur Theologos, & Philoſophos ſupremo gradu inſignitos appellari

Magiſter eſt nomen ſplendidū.

Magi-

Magiſtros ſpecialis honoris gratia: quia (ut ſupra notavimus) Magiſterium aliquid amplius importat, quàm Doctoratus: ſunt autem facultas Theologica, & facultas Philoſophica, illa in divinis, hæc in humanis tanquam fontes, à quibus promanant omnes facultates, quæ ſcientiæ nomine gloriantur. Verum quidem eſt, quòd Magiſtri nomen apud antiquos fuit ſplẽdidius quàm apud modernos, & ideo Apoſtoli Chriſtum vocabant Magiſtrum, Ioann.19. & non Doctorem: in noſtra autem ætate nomen Doctoris ſonat grandius aliquid, & fulget ſplẽdidius quàm nomen Magiſtri: & hæc fortaſſis ratio eſt, ob quam profeſſores Theologi exuto paulatim Magiſtri nomine, ſibi nomen Doctoris aſciverint, Scholaſtico grege applaudẽte, ſeu approbante nomenclaturam, quam profeſſores philoſophi, quanvis multùm appetierint, adhuc conſequi nequiverunt ſaltem inter vulgares.

QUÆSTIO III.

Quæ nam ſint requiſita ad Doctoratum: ſeu graduationem Doctoris?

1171 EXpoſuimus duabus præcedentibus quæſtionib' Doctoris & Magiſtri nomen, atque quidditatem, item continentiam Doctoratus in Magiſterio: in hac tertia, ut exploremus idoneitatem illius, qui Doctor creandus eſt, imò requiſita ad Doctoratum in tota ſua latitudine, tum ex parte recipientis, tum ex parte conferentis, ſupponimus cauſas Doctoratus, hujus nempe qualitatis moralis, eſſe inſtar phyſicarum, in quadruplici differentia: ſcilicet efficientem, finalem, materialem, formalem. Cauſa efficiens principalis eſt ſupremus Princeps, ſive Eccleſiaſticus, ſive laicus, minùs principalis, ſeu potiùs inſtrumentalis eſt Cancellarius, vel quicunque alius, cui Princeps ſuas vices commitit. Cauſa finalis, ſi ſit intrinſeca, eſt ille finis, ad quem Doctoratus natura ſua dirigitur, qualis v.g. ſplendor Academiæ, authoritas doctrinæ, & augmentum ſcientiarum ex æmulatione præmij: ſi ſit extrinſeca, eſt ille finis, qui à Doctorante intenditur. Cauſa formalis eſt illa forma externa, & ſolemnitas, juxta quam ex præſcripto Academico Doctoratus impenditur. De cauſa efficienti, finali, & formali ſatis à nobis diſputatum eſt lib.6. ubi Cancellarij dignitatem, poteſtatem, & obligationes perfecimus: ibique multa ad Doctoratum requiſita

Doctoratus cauſa quatuor ſunt.

tum ex parte recipientis, tum ex parte conferentis tradidimus.

1172 Modò quædam prædicto loco omiſſa, vel præſtricta leviter, præſertim circa cauſam materialem, & idoneitatem illius, qui ad Doctoratum candidatus, ſeu petitor eſt, expediemus. Prima difficultas eſt, quinam ſint capaces ut poſſint ad Doctoratum aſpirare? Benè reſpondet Sylveſter v. Doctor. num. 7. quòd quilibet fidelis laicus, vel clericus, imò & religioſus debet admitti ad Magiſterium, ſeu Doctoratum, dummodo religioſus ſe non ingerat, ſed mittatur à prælato cap. ſic vive 29.q.1. Dixit (quilibet fidelis) quia nullus infidelis ſive Iudæus, ſive hæreticus, ſive gentilis capax eſt Doctoratus, ſeu Magiſterij in Academijs Catholicis: imò quicunque volunt quemlibet gradum litterarum accipere, tenẽtur priuſquam graduentur, facere profeſſionẽ fidei orthodoxæ, ut à nobis latè explicatum eſt à num.887. Cum enim gradus conferatur in publicum teſtimonium, & maiorem authoritatem doctrinæ, in magnam Chriſtianæ Reipublicæ perniciem Doctorali gradu ornarentur illi qui in doctrina Chriſtiana errant, & fontes veneno infecti publicè proponerentur omnibus potare volentibus. Maius dubium eſt, an baptizati, qui pro Chriſtianis catholicis ſe gerunt, ad Doctoratum admitti poſſint, ac debeant, ſi careant puritate ſanguinis, nempe deſcendentes à Iudæis, vel hæreticis? Benè reſpõdet affirmativè Alphonſus de Eſcobar cap. 25. Quia jure communi canonico, & civili, item Caſtellano deſcendentes à Iudæis omnium dignitatum, & officiorum capaces ſunt. Imò & noviter converſi, ut tradunt Montalvus lib. 2. tit.4.lib.4. for. verbo Tornadizo. Otalor. de nobil.2.par.3.p.c.7. Bobadill.lib.3. polit.cap. 8. num.8. Roman.ſing.672. Oſſuald.lib.18. com. cap.7.lit.N.& doctè Covar.Clem.7.ſi furioſus 1.p.§.2.num.8. Sumitur ex jure civili l. 3. ff.de decurion. quod intelligitur de Iudæis etiam infidelibus ut probat l.Spadonem §.jam autem ff.de excuſat. hi circuncidere ff. de ſicarijs, ut explicant Cujac.7.obſer. c.30. & Oſſuald.lib. 18. com. cap. 7. lit.N. & quanvis poſtea id jus correctum fuerit per l.fin. C.de Iudæis, & cap. nulla 54. diſt. ubi Iudæi redduntur inhabiles, id tantum procedit niſi convertantur.

Doctores qui poſſint ſint.

Iudæorum deſcendentes ad Doctoratum.

1173 Sumitur deinde prædicta reſolutio ex jure canonico, cap. quod autem, & cap. quemadmodum 23. q. 7. cap. recurrat 32. q. 4. cap. Neophytus, & cap. cam te, de reſcriptis. Tandem ex jure Caſtellano l.6.tit.24.p.7.l.2.tit.3.lib.8.& l.9.tit.1.lib. 1. Ord. Quod attinet ad deſcendentes ex hæreticis, quanvis à Doctoratu, & aliquis dignitatibus videantur excludi per cap. ſtatutum el 2.de hæretic.in 6. id Gloſ. & Anchar. ibi Gemin. l. 19.tit.6.p.1. Garcia de benef.2.10.par.11.cap.10.

Hæreticorum deſcendentes,

 num.

num. 7. & Salzed. ad Bernard. Dias in pract. crim. cap. 113. lit. A. rectè intelligunt, ut procedat, ſi ab eis deſcendant, qui hæretici rebelles, non ſi reverſi ſunt, & pænitentiam egerunt: deinde in hæreticorum rebellium deſcendentibus non excedit pœna ſecundam generationem. Adde hæreticos ipſos, ſi convertantur, capaces eſſe dignitatum jure antiquo, ut probat textus in cap. quod autem 23. q. 7. Ex ſtatuto Academiæ Conimbricenſis lib. 3. tit. 38. init. nemo poteſt ad Licentiaturam, & conſequenter ad Doctoratum in Theologia admitti qui non ſit ex legitimo matrimonio, & parentib' catholicis, habens ordines ſacros, & ætatem triginta annorum. Nota ex Maſcar. concl. 882. num. 11. candidatum illum non eſſe gravandũ, ut juret de natalibus, ſi de illegitimitate non ſit infamatus.

Doctorando qua debeat habere.

1174 Secunda difficultas eſt, quænã requiratur in Doctorando, ſeu in oppoſitore, ut poſſit ad Doctoratum promoveri? Reſpondet Sylveſter v. Doctor num. 6. in hunc modum ſex requiruntur in promovendo ad dignitatem magiſterij. Primo docendi peritia, id eſt ſcientia. Secundò, docendi facundia. Tertio ſubtilitas interpretandi. Quarto docendi copia. Et hæc habentur l. unica C. de profeſſ. qui in urbe Conſtant. lib. 12. Quinto excellentia morum, ut in l. Magiſtros C. de profeſſ. & medic. lib. 10. Sexto, motus fortitudinis, ut ſciat adverſus vim fortitudine reſiſtere. l. reddatur C. de profeſſ. & medic. lib. 10. Subjũgit idem autor hæc ita poſtulari tempore approbationis, & poſtea, ut ſi contingat poſtea fieri inutilem, degradandus ſit à Doctoratu, ut in l. Grammaticos C. de profeſſ. & medic. lib. 10. Cum verò Sylveſter tot dixerit requiri ad ſufficientiam, & idoneitatem ſuſcepturi Doctoratum, nihil dixit de ætate poſtulata ad tantam dignitatem obtinendam. Menochius de arbitr. caſu 427. num. 18. affirmat adoleſcentes decem & ſeptem annorum eſſe poſſe valdè eruditos in optimis diſciplinis, ita ut & poſtulare poſſint l. 1. §. præteritam ff. de poſtuland. & conſequi lauream Doctoralem, ex ſententia Cardin. in proœmio Clem. v. Ioannes, & in Clem. 2. num. 2. de Magiſtris. Ita etiam Bart. in l. 1. §. initium 20. notab. ff. de popul. Felin. in cap. cum vigeſimum, de offic. delegat. & Ioan. da Selva tract. de benef. par. 3. q. 3. nu. 3. Habet enim (inquiunt) hæc ætas cum aliquali prudentia ſcientiam, ita ut talem ætatem attingens poſſit in Eccleſiæ negotijs conſilium præbere. Vnde illam habenti conceditur vox in Capitulo ſuæ Eccleſiæ. Cap. ut ij, qui de ætat. & qualit. Hæc procedunt, attẽto jure communi: nam de jure ſpeciali Academiæ Conimbricenſis Iuriſtæ lib. 3. Statut. tit. 48. §. 1. habere debent ætatis annos viginti quinque, ut poſſint recipere Doctoratum: ad Magiſterium artium ſufficiunt viginti anni perfecti. eod. lib. tit. 67. §. 1. Ad Magiſterium in Theologia requiruntur triginta. lib. 3. tit. 38. init. ſed de ætate Doctorandorum jam alibi diximus. Vnum addimus notatu dignum ex Avilez Prætor. cap. 4. num. 7. quòd ſi eſt ſtatutum, ne minor viginti quinque annis habeat lecturam ordinariam, receditur, ſi eſt præſtantis ſcientiæ, propter excellentiam. Ita Alexan. n. 4. ad l. 1. C. de annon. civili lib. 11. & addit n. 7. hujuſmodi maiorem excellentiam debere probari per quindecim teſtes.

Ætas ad Doctoratum requiſita.

Scientia probatio in Doctorando.

1175 Tertia difficultas eſt, qualiter exhiberi, & probari debeat ſufficientia ſcientiæ in Doctorando? Vnum ex requiſitis ad Doctoratum eſſe ſcientiam, diximus numero præcedenti: qualis autem ſcientia in Doctorando poſtuletur, expoſuimus nu. 871. Inquirimus modò, qualiter hujuſmodi ſcientia fidem facere debeat, ut intelligatur ſufficiens ad Doctoratum? Supponimus cum Maſcardo de probat. tota concl. 989. Bellet. diſquiſ. cleric. p. 1. tit. de diſcipl. cleric. §. 4. n. 39. & Menochio de præſump. lib. 6. præſ. 91. n. 18. litteraturam non præſumi, niſi probetur: eſt enim qualitas homini adventitia, & non ingenita. Patet à ſimili, quia ob eandem rationẽ nobilitas non præſumitur, niſi probetur, ut latè tradunt Cabed. deciſ. 73. nu. 10. p. 2. Vallaſc. conſult. 191. num. 21. Gama deciſ. 311. nu. 3. Maſcard. concl. 1090. & Tiraquel. de nobil. cap. 10. num. 13. Solet autem ſcientia, ſeu litteratura de ſtylo regulariter probari per examen perſonæ, ut benè docent Flamin. de reſign. benef. tom. 2. lib. 10. q. 3. num. 66. & Barboſa tom. 4. in collect. num. 3. ex cap. ſi forte, de elect. in 6. & faciunt quæ attulit de poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 60. n. 91. verſ. Vtrum autem.

Nobilitatis probatio.

Examen requiſitũ ad Doctoratum.

1176 Quale verò poſtuletur examẽ ad Doctoratum facile ſtatuitur, id requiri per quod innoteſcat ſufficientia litteraturæ, quæ ad talem gradum neceſſaria eſt. De jure communi qualiter triplex examen, & qua forma requiratur ex l. nemini C. de advoc. diverſ. judic. & ex l. Magiſtros, & l. ſi quis C. de profeſſ. & Med. lib. 10. dilucidè exponit Petrus Gregor. lib. 18. de Repub. cap. 9. num. 4. Examen (inquit) ſeu inquiſitio promovendi ad gradum Magiſterij, ſeu Doctoris, triplex ſolet fieri. Primum fit à præceptoribus proprijs, qui promovent, aut præſentant inſigniendum Vniverſitati. Secundum fit publicè, expoſito promovendo certamini litterario in ſcholis, ut intelligatur quæ ejus facundia, quantave ei inſit doctrina. Tertium fit ab ordine profeſſorum Collegij, vel ſtudij generalis. Formam videtur deſcripſiſſe Conſtantinus ſcholis litterarijs, ex forma promovendorum in ſchola officiorum. Deinde num. 5. ſubjungit morem promovendi per examen in Gallia obſervari ſolitum: Academiæ Galliæ (inquit) tres gradus conſtituunt, quibus

Digitized by Google

quibus perveniatur ad apicem eximiæ, & præſtantis doctrinæ, ad munus Doctoratus eoidē certaminibus probantes athletas ſcholaſticos, ante quàm dignitatem Doctoris & privilegia conſequantur. Quod autem prævium examen rigoroſum poſtuletur ad Doctoratum, illum nempe, quo Epiſcopi, antequàm Epiſcopale munus aſſumant, & exerceant, inſigniri debēt, graviter edisſerit Menochius de arbitrarijs lib. 2. centur. 5. caſu 425. num. 37. Non in Epiſcopo (ait) requiro ſcientiam, atque peritiam illam, quæ cæteris excellit, vel ſaltem æquat: ſed quæ tanta ſit ut ſuo muneri ſatisfacere valeat, cap. niſi cum pridem, §. prohibet, de renuntiation. Quocirca (addit) crederem eum fore indignū, qui aſſumeretur ad tantum apicem, cujus doctrina tenuis admodum eſſet, quanquam Doctor creatus ſine rigoroſo (quod aiunt) examine eſſet, quales præſertim ſunt ij qui apud Comites Palatinos ſolent creari.

Epiſcopi ſcientia qualis.

1177 Conſonat prædictis jus Luſitanū Ordin. lib. 3. tit. 59. num. 15. ubi ad Doctorem, cui publica fides in ſuis apochis adhibenda eſt, requiritur prævium examen. Ad quam Ordinationem Thomas Vallaſcus tom. 1. alleg. 72. nu. 78. infert quòd Doctores, ut fruantur dicto privilegio, debent eſſe creati in aliquo ſtudio univerſali per examen: atque adeo in dicta Ordinatione non continētur creati per Comitem Palatinum, vel alios, qui ad Doctorandum habent facultatem: cum deficiat illa qualitas, quòd non ſint facti in ſtudio Vniverſali per examen: & ubi deficit qualitas diſpoſitionis, ceſſat & ipſa diſpoſitio. Gloſ. ad l. mancipia v. avocandum C. de ſervis fugit. Bart. l. 1. §. 1. ff. ne quid in flum. publ. Camill. Gallin. lib. 4. de ſignif. verb. cap. 9. n. 9. Parian. de probat. lib. 2. cap. 14. num. 8. & Maſcard. lib. 3. de eod. concl. 1149. num. 9. Illud ſcito in noſtris Academijs Luſitanis præcipuè in hac Eborenſi, examine multiplici, eoque nimis rigoroſo explorari ſcientiam illius, qui ad Doctoratum Theologicum adſpirat: nam quater ante Baccalaureatum, ſcilicet faciendo Tentativam, & tria principia: quater ante Licentiaturam, nempe faciendo actus Magnæ ordinariæ, Henriquianæ, Quodliberorum, & Examinis privati, diſputando, & reſpondendo arguentibus vehementiſſimè urgetur, & bis per dies ſolidos. Qualiter prædictæ Academiæ ſe gerant erga exteros incorporandos, & illos qui volunt graduari, vel incorporari per reſcriptum, vide Statuta Conimb. lib. 3. tit. 68. & Statuta Eborenſ. lib. 4. cap. 4. An verò ſine ullo examine poſſit Doctorari notoriè ſapiens, etiam quando examen requiritur tanquam forma? Diximus num. 888.

Academia Luſitania in examinando Doctorandos, & ſe gerendo erga exteros.

1178 Quarta difficultas eſt, qualiſnam ſolemnitas, & forma obſervari ſoleat, ac debeat in ipſa Doctoris graduatione? Multa jam expoſuimus ſpectantia ad propoſitam difficultatem lib. 6. diſp. 2. q. 2. & alibi. Modò ut paucis attingamus quæ ſecundùm jus commune & ſpeciale in conferendo Doctoratu obſervari ſolet, & nos locis citatis prætermiſimus; Sylveſter v. Doctor num. 7. & ex Panormitano in cap. cum ſecūdùm de præbend. & cap. Propoſuiſti, de probat. dicit quòd Doctorandus ter debet approbari, primo à præſentantibus. Secundo à Doctoribus Collegij. Tertio in publico quādo Doctoratur. Quia ut pro aliquo rectè præſumatur, ter debet in exercitio alicujus actus approbari, ut in ſimili dicitur de athletis l. unica C. de athletis lib. 10. requiritur primo, quòd Doctorandus per Doctorem præſentetur facultati, ita ut ille præſentans eum tueatur, ac diligat. Requiritur ſecundo, quòd ille præſentans referat alijs iſtum ſcholaſticum candidatum eſſe idoneum ad examen ſubeundum. Requiritur tertio, quòd examen fiat in loco in quo ex conſuetudine, vel privilegio jura legi poſſint. Ita Interpretes in l. Magiſtros C. de profeſſ. & med. Requiritur quarto, quòd in promovendo adſint ſeptem Doctores, ſicut in approbando aliquem juxta d. l. Magiſtros, & ibi Bart. C. de profeſſ. & med. & l. ſi quis in eod. tit. In eo autem numero poſſunt computari Doctores præſentantes, cap. ſi 12. q. 1. Cum enim ipſi aſſumantur tanquam Magiſtri ipſius Scholaris Doctorandi, melius poſſunt teſtari de peritia ſuorum auditorum, quàm alius Doctor exterus.

Solemnitas Doctoratus.

1179 Illud circa prædicta obſervat, & addit r. Menochius de arbitr. lib. 2. centur. 4. caſu 371. num. 18. & 19. quòd ſi ſcholaſticus præſentatus fuit ab uno Doctore, non poteſt ab altero laurea inſigniri: quod procedit (inquit) hic, Patavij, & Piſis, ubi hæc extat conſuetudo, ut is qui præſentat, inſignia etiam conferat. Papiæ verò, & Turini aliter obſervatur: nam unus præſentat, & alter inſignia confert. Addit eſ de arbitr. lib. 2. cent. 3. caſu 228 num. 10. quando unius Collegij Doctores ibi non extant, qui Doctorem creare poſſint, alios è civitate, & loco vicino convocandos eſſe. Exponit ſtatim num. 14. quis locus ad hunc effectum vicinus dicatur, & quis remotus. Qualis autem in Academijs Luſitanis ſit ſolemnitas in collatione Doctoratus? Videantur Statuta Conimbricenſis lib. 3. tit. 41. & Eborenſis lib. 3. cap. 15.

Doctor a quo inſignia det.

1180 Superſunt tria breviſſimè exponenda. Primum eſt, utrum approbato ad Licentiaturæ gradum poſſit ab examinatoribus imponi pœnitentia ut nunquam Doctoris, ſeu Magiſtri gradum accipiat? Reſpondeo negativè. Quia talis pœnitentia repugnat cum illo gradu, ad quem approbatus eſt. Gradus enim Licentiaturæ nihil aliud eſt quàm proxima habilitas, ſeu facultas & licentia ad

Licentiatus non poteſt impediri a recipiendo Doctoratu.

rcci-

recipiendum Doctoratum, ſeu Magiſterium: repugnat autem habilitas cum inhabilitate ad eandem rem. Secundum eſt, an Doctores approbantes, qui jurant eſſe habilem, qui talis non eſt, poſſint de perjurio puniri? Videtur affirmandum. Quia illi jurantes contra veritatem committunt perjurium, atque adeo ſubjacere debent pœnis perjurorum. l. ſi dolo §. fin. ff. de jurejur. Negandum tamen eſt cum Rebuffo priv. 67. Romano conſ. 466. & Rocho de Curte in repet. cap. fin. col. x. de conſuet. Sumitur ex cap. denique 4. diſt. ubi conſuetudo excuſat à pœna temporali, non à pœna Gehennali: at Doctores illi (ut ait Rebuffus) habent conſuetudinem, quamvis irrationabilem, ut jurent tam de perito, quàm de imperito. Tertium eſt, an Doctoratus poſſit conferri mortuo? Videtur affirmandum. Quia juxta Panorm. in cap. 2 nobis el 2. de ſenten. excomm. quis poſt mortem poteſt nobilitari, & recipere militiæ gladium à Principe; ergo ab eodem poterit Doctorari, & recipere inſignia Doctoris. Negandum tamen eſt cum Sylveſtro v. Doctor num. 7. Quia Doctoratus (inquit) eſt dignitas potius animæ quàm corporis, cum talis approbetur tanquam idoneus docere alios: nobilitas autem eſt corporis principaliter: & idem voluit Bart. in l. 1. C. de dignit. lib. 12.

Perjurii Doctoris approbantis.

Mortuus an Doctorari poſſit.

QVÆSTIO IV.

An Doctoratus ſit dignitas: & qualis dignitas ſit quoad præcedentiam?

Doctores Eccleſiæ qui.

1181 DOctorum ordinem eſſe præcipuum in Eccleſia, tradit Gloſ. v. Doctorum ad cap. 2. de ſumma Trinit. in 6. ubi v. Latinorum ait Doctores Eccleſiæ Latinæ eſſe Auguſtinum, Ambroſium, Hieronymum, & Gregorium: v. Græcorum, aſſerit Doctores Eccleſiæ Græcæ eſſe Chryſoſtomum, Cyrillum, Athanaſium, Baſilium, & Didymum. Quod verò Doctoralis ordo in Eccleſia ſit præcipuus, ordo nempe eorum, quos Eccleſia Doctores ſibi declarat, & adſciſcit, mihi indubitatum eſt, tum ex primo Doctore, & capite omnium Chriſto, de quo Ioelis 2. (Lætamini in domino Deo veſtro, quia dedit vobis Doctorem juſtitiæ.) tum ex fine præcipuo, ſalute nempe animarum, ad quam Doctores ordinantur. An verò Doctorat⁹, quem conferunt ſuis alumnis Academiæ tanquam ſupremum in unaquaque facultate gradum, ſit in rigore dignitas? Negabunt omnes qui dicunt non ſufficere præciſè Doctoratum, ut quis poſſit eligi in Conſervatorem, ad cujus electionem poſtulatur dignitas in eligendo, juxta cap. 1. & fin. de deleg. in 6. de quo multa diximus ſupra lib. 7. diſp. 1. q. 2. & 3. Nihilominus Doctoratum eſſe dignitatem ſimpliciter & abſolutè, ita ut Doctor dicatur in dignitate conſtitutus, affirmant unanimi conſenſu antiquiores, & recentiores Iuriſtæ; Bart. in l. ex eo ff. de milit. teſtam. Panorm. in cap. quanto, de Magiſtris, Ceph. conſ. 117. num. 22. vol. 1. Iaſon conſ. 68. col. 3. vol. 3. Rim. conſ. 41. num. 8. Patis conſ. 9. num. 47. vol. 2. Rolan. tom. 3. conſ. 67. num. 9. Sylveſter. v. Doctor. num. 2. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſ. 78. num. 25. Garcia de nobil. gloſ. 48. § 3. num. 71. Azeved. l. unic. num. 61. tit. 21. lib. 4. novæ Recopil. Cardoſ. in praxi judic. v. Dignitas num. 6. Bobadil. in polit. lib. 1. c. 10. num. 41. Emman. Roder. qq. regul. q. 130. art. 1. Cenedus ad decret. collect. 143. n. 3. Perez l. 1. gloſ. 2. ad fin. v. Los Dotores. Iacob. Benni de privil. juriſconſ. par. 3. privil. 61. Caballin. milleloq. 540. Caſſan. in Catal. gloriæ par. 8. conſid. 12. Dueñas regul. 190. Ampliat. 3. Tiraquell. de nobil. cap. 28. num. 2. Marquard. de Iudæis par. 2. cap. 7. Avilez Prætor. proœm. num. 10. Barboſa in collect. tom. 2. ad cap. Quanto, de Magiſtris, nu. 2. & Coſta in Caminham Annot. 54. n. 9.

Doctoratus an ſit dignitas.

1182 Sumitur hæc ſententia ex jure canonico, nam in cap. Quanto, de Magiſtris, ſic habet Pontifex: Dignos „ eſſe animadverſione cenſemus, qui nomen „ Magiſtrii Scholarum, & dignitatem aſſumunt. Quibus verbis manifeſtè innuit, & ſupponit Magiſterium, ſeu Doctoratum dignitatem eſſe. Sumitur etiam ex jure civili l. fin. C. de Iudæis, ubi Bart. dixit Iudæum non poſſe fieri Doctorem, ex eo quòd Doctoratus ſit dignitas, & l. una C. de athletis lib. 10. ubi qui continuat docendo acquirit dignitatem, id eſt comitatum. Sumitur tandem ex jure ſpeciali ſtatutorum Conimbricenſium lib. 1. tit. 22. §. 4. ibi: (Doutor ou Meſtre, peſſoa conſtituida em dignidade.) Probatur ratione, quia Doctor habet præeminentiam, & juriſdictionem in ſcholares, ut habetur ex Authen. Habita C. ne filius pro patre, & ita Bart. in l. conſtit. digeſt. § fin. num. 11. hoc autem ſufficit ad veram & rigoroſam dignitatem, quæ nihil amplius deſiderat quàm præeminentiam & juriſdictionem; ergo Doctoratus eſt dignitas.

Doctoris etiam non docentis eſt dignitas.

An verò Doctoratus ſit dignitas in ſolis actu legentibus, an etiam in aliis? Bart. ad l. Medicos C. de profeſſ. & medicis lib. 10. & in l. 2. C. de mulierib. apertè affirmat Doctoratum eſſe dignitatem in ſolis iis, qui actu docent & legunt, & non in aliis. Nihilominus Guido Papa in deciſione 88. quem ſequitur Avilez citatus num. 21. exiſtimat Doctorem etiam ſi actu non legat, eſſe in dignitate conſtitutum.

Ratio

Digitized by Google

Ratio eſt; quia jura in locis in quibus dicunt aut ſupponunt Doctoratum eſſe dignitatem, loquuntur indiſtinctè de omnibus Doctoribus: unde utterque proximè citatus author valdè culpat & ſugillat Bartolum; eo quòd diſtinxerit, & reſtrinxerit ſine ullo adducto textu ad Doctores actu legentes, quaſi non erubuerit ſine lege loqui, cùm etiam ſummi juriſtæ, imò & legiſlatores dicant, Erubeſcimus, cum ſine lege loquimur. l. illam C. de collat. Non enim ſufficit dicere, niſi ratio aſſignatur. cap. 1. 24. q. 3. Addit lepidè Avilez citatus Bartolum forte affectu commotum abſque fundamento id dixiſſe in laudem ſui, & aliorum actu legentium: quia ipſe actu legebat. Poſſumus addere, non obſtare dignitati Doctorali carentiam uſus, ſeu exercitij docendi ex defectu cathedræ, & diſcipulorum: ſicut non obſtat dignitati ſacerdotali carentia ſubditorum ad exercendam poteſtatem abſolvendi, quandiu tales ſubditi non deſignantur. Quia (ut tradunt Navarrus in Summa cap. 4. num. 3. Vaſq. de pænit. q. 93. a. 1. dub. 3. Turrian. diſp. 23. lib. 2. & Hurt. diff. 3.) ſacerdos ex vi ordinis accipit activam juriſdictionem ad abſolvendum à peccatis, Eccleſia verò poſtea nihil ei confert ex parte cauſæ efficientis, ſed tantum ſubjicit perſonas, in quas acceptam juriſdictionem exercere poſſit. Et quanvis Molina tom. 6. de juſt. tract. 5. diſp. 2. num. 3. Bellarm. lib. 3. de pæn. cap. 14. §. 4. Suar. de pænit. diſp. 16. ſect. 3. num. 3. hoc negent, ut melius diſtinguant poteſtatem ordinis, & juriſdictionis; ſemper in hoc etiam dicendi modo affirmandum eſt ſacerdotes conſtitui judices, & accipere quidem poteſtatem abſolvendi, quando ordinantur: eo tamen modo, quo Doctor accipit poteſtatem publicè interpretandi & docendi; quam tamē ut exequatur, neceſſe eſt ulteriùs quod à Principe aut Academia in profeſſorem deſignetur, & ſic obtineat actu cathedram, & diſcipulos.

Textus afferri debet.

Sacerdotis poteſtate.

Ad rationem dubitandi pro parte contraria dicimus non ſufficere præciſè Doctoratum ad Conſervatoris munus, non quia deficiat à ratione dignitatis, ſed quia in Conſervatore poſtulatur talis dignitas; ſcilicet Eccleſiaſtica, quæ habeat exercitium juriſdictionis actualis, cum adminiſtratione bonorum Eccleſiaſticorum.

1183 Pars altera quæſtionis difficilior eſt circa dignitatem Doctoralem, quoad præcedentiam Doctorum. Hujuſmodi autem præcedentia, ut nobis innoteſcat, & conſtet, adducendæ ſunt leges, vel ſtatuta, quibus decernatur. Quod ſi non appareāt leges, vel ſtatuta, conſuetudine ſtandum erit. Nam in juribus præcedentiarum multum attenditur, & valet conſuetudo, ut ex Baldo in cap. cum olim, de conſuetud. Rot. deciſ. 4. in fin. de electione in nov. & Menochio conſ. 126. num. 3. lib. 2. tradit Stephan. Gratian. diſcep. foren. cap. 492. num. 9. Præſertim quando conſuetudo juvaretur ſpatio 40. annorum: & ſic eſt ſervanda quoad illa, quæ fiunt in Eccleſijs, & conſequenter in Academijs Eccleſiaſticis. Ita Andr. Siculus conſ. 5. lib. 3. & Purpur. in l. 1. num. 201. ff. de officio ejus. Et in ſedendo ita ut prævaleat contra jus alterius, ut tenent Felin. in cap. auditis 15. col. 14. ver. Cui adde omninò num. 22. de præſcrip. Aret. conſ. 23. num. 11. ad medium, & Rolan. lib. 1. conſ. 5. num. 71. Sed antequàm peculiares aggrediamur difficultates, notandum eſt Doctoralem præcedentiam multipliciter accipi reſpectivè: nam hujuſmodi præcedentia accipitur 1. ſi Doctores comparentur cum alijs non Doctoribus. 2. ſi Doctores unius facultatis comparentur cum Doctoribus diverſæ facultatis. 3. ſi Doctores unius, & ejuſdem facultatis comparentur inter ſe. 4. ſi Doctores comparentur inter ſe abſtrahendo à facultatibus, ſive ejuſdem, ſive diverſæ rationis, quas profitentur. Sub hac quadruplici comparatione, quæ erit quadruplex difficultas, multa ſunt dubia, quæ pro noſtro captu, & curta ſupellectili reſolvemus.

Præcedentia unde probetur.

1184 Prima difficultas eſt, an Doctores præcedant alijs non Doctoribus? Affirmativa reſolutio indubitata eſt, ſi comparentur Doctores cum non Doctoribus ſive ſcholaribus, ſive officialibus intra eandem Rempublicam litterariam, ſeu Academiam, dummodò excipiamus illos magiſtratus, qui in Academia Doctoribus ſuperiores ſunt, qualis Protector, Rector, Viſitator, Reformator: Patet; nam poſt primum ordinem magiſtratuum ſuperiorum in Academia, ſequitur ordo Doctoralis, qui ratione poteſtatis, & doctrinæ reliquis antecellit. Maius eſt dubium, ſi comparentur Doctores cum alijs extra Academiā. Et quidem exceptis dignitatibus Regis, Ducis, Marchionis, Comitis, in Republica politica; item Pontificis, Cardinalis, Epiſcopi, & alijs hujuſmodi in Republica Eccleſiaſtica, & ſuperioribus in utraque, Doctores videntur reliquis præcedere. Imprimis quòd Doctor ſit præferendus quoad officia, & beneficia nobili ex genere, qui aliunde litteratus non eſt, facilè patebit ex traditis lib. 1. diſp. 4. q. 2. ubi litterariam Rempublicam alijs prætulimus. Quod verò Doctor militi præferatur, communis ſententia eſt, quam defendunt Boer. de ord. grad. utriuſque fori p. 1. col. penult. Conrad. in templ. omn. jud. fol. 8. num. 31. Petr. Gerand. de doct. num. 3. q. 6. Gloſſ. & Bald. in l. quod conſiſtoriū ff. de milit. teſtam. Aret. in prooem. inſtitut. in princ. num. 5. Alex. in l. centurio num. 10. & ibi Galiaul. num. 22. ff. de vulg. & pupill. Abbas in cap. Quanto tamen. 2. & ibi Io. de Anan. num. 3. de Magiſt. & Felin. in rubr. de maior. & obed. Debet tamen hæc communis reſolutio intelligi, ut in actibus Doctorali-

Præcedentia Doctorum, & non Doctorum.

Doctor præfertur militi.

bus,

Digitized by Google

bus, item in promiſcuis, & indifferentibus, Doctor præferatur militi: in actibus vero militaribus, præferatur miles Doctori. Sic intelligũt Afflictis in cap. 1. num. 14. quis dicatur dux, vel marchio, Boer. cinp. 1. col. penul. Laudens de dignit. q. 17. Signorol. de Homode, & Io. de Plat. in §. penul. num. 18. Inſtit. de teſtam. milit. Alexand. in dict. leg. Centurio numero 14. & alij.

1185 Secunda difficultas eſt, quomodo præcedãt Doctores unius facultatis Doctoribus facultatis diverſæ? Adverte facultates, in quibus ſtudioſi ſupremo gradu, qui eſt Doctoralis, inſigniuntur, eſſe S. Theologiam, Iuriſprudentiam tam Canonicam, quàm civilem, Medicinã, & Philoſophiã. *Præcedentia Doctorum diverſarum facultatum.* Ex ijs quæ tradidimus lib. 1. diſp. 4. q. 3. ubi egimus de Academiarum nobilitate, & contulimus facultates ipſas inter ſe, aliaſque alijs prætulimus, valde innoteſcet Doctorum, qui facultates profitentur, & ab ipſis nobilitantur, præcedentia. Hic tamen dicta citato loco elucidabimus, & multa de novo afferemus conclusionibus ſequentibus. Sit prima concluſio. Doctor Theologus reliquis omnibus cujuſcũque facultatis Doctoribus præferendus eſt. Ita expreſſè Caſſanæus in Catalogo gloriæ mundi parte 10. conſider. 10. Innuitur à S. Thoma 1. p. q. 1. a. 7. Richardo q. 6. Raymundo Lullio introductorio artis generalis, init. Anton. Florino in ſua Summa in 4. part. t. 1. 11. § 7. Vivaldo in ſuo opere regali tractat. de perfecut. Eccleſ. perfec. 10. Bernard. de Buſtes, & alijs. Probatur, quia dignitas cujuſque Doctoris comparati cum alijs Doctoribus diverſarum facultatum accreſcit, & decreſcit pro ratione majoris, vel minoris nobilitatis, illius facultatis, quam profitetur, cum a ſola eadem facultate, ut ſic nobilitatem accipiat: atqui S. Theologia eſt nobiliſſima omnium facultatum; ergo illius profeſſores, ſeu Doctores ſunt inter omnes alios nobiliſſimi. Minor patet ex tribus. 1. ex nobiliſſimo objecto, circa quod verſatur, quod eſt Deus. 2. ex nobiliſſima certitudine, quam habet, nam omnes aliæ ſcientiæ habent certitudinem ex naturali lumine rationis creatæ, illa habet certitudinem ex lumine ſapientiæ increatæ, quæ eſt totius veritatis creatæ regula infallibilis. 3. ex nobiliſſimo fine, ad quem ordinatur: nam S. Theologia habet pro fine æternam beatitudinem tam formalem, quàm objectivam, ad quem finem ſubordinantur fines aliarum omnium ſcientiarum. Ex his Conimbricenſis Academia, quam ſequitur Eborenſis, merito atque optimo jure, in omnibus ſemper prætulit Magiſtrum, ſeu Doctorem Theologũ reliquis aliarum facultatum. Sic enim habet lib. 1. Statut. tit. 14. § 8. ¶ O primeiro lugar neſtas prociſſoẽs, & em todo o mais, ſerà dos Meſtres em Theologia. Et lib. 3. tit. 25. init. loquens de ſedibus. ¶ A mão direita do Reitor ſe aſſentaràm os Doutores em Theologia, & logo os Doutores &c. Et hæc præcedẽtia obſervatur proculdubio in omnibus Academijs.

1186 Secunda concluſio. Poſt Doctorem Theologum Doctor Canoniſta reliquis omnibus Doctoribus præcedit. Ita Caſſanæus par. 10. conſider. 17. ex S. Gregorio in cap. ſicut 15. diſtinct. Turrecremata in *Doctoris Canoniſtæ præcedentia.* proœmio Decretal. verſic. ad tertium, & Hoſtienſi in proœm. Gregoriano, verſic. Cur parti
„ philoſophiæ ſupponatur, ubi ſic: Non eſt
„ (inquit) quærendum, cui parti Philoſophiæ
„ ſupponatur, ſed cui ſcientiæ tota Philoſo-
„ phia ſupponatur, & poteſt reſponderi pro
„ Canonica, quæ omnia comprehendit. Suadetur, nam Doctor Canoniſta ſumit nobilitatẽ & præcedentiam à facultate, quam profitetur: ſed facultas Canonica poſt Theologicam eſt reliquis omnibus dignior; ergo Doctor Canoniſta reliquis præcedit. Minor ſumitur 1. ex ſanctitate hujuſmodi facultatis; nam ſicut Theologia dicitur ſacra, ita dicuntur ſacri Canones: ſicut enim ſacra Theologia à Deo per Scripturas divinas emanat, ita ſacri Canones à Summis Pontificibus Spiritu divino inflatis proveniunt. Vnde B. Gregorius d. cap. ſicut 15. diſtin. dicebat ſe quatuor æcumenica Concilia tanquam quatuor libros Evangeliorum venerari, quaſi referta ſacris Canonibus, ad diſſipãdas & exterminandas præſertim in ſacerdotibus errorum tenebras: & concludit: (Sciant ergo ſacerdotes ſcripturas ſanctas, & canones.) Sumitur 2. ex neceſſitate: nam facultas *Canonicæ facultatis neceſſitas.* canonica eſt imprimis neceſſaria ad ſuſtentãdam fidem, quæ quidem poſt ſacram Scripturam pendet à Concilijs, in quibus per ſacros Canones proponuntur, & declarantur multæ veritates catholicæ: deinde eſt neceſſaria ad morum integritatem, & reformationem. Tradit enim optima documenta & præcepta ſpectantia ad religionem, pietatem, & ſanctimoniam: nam juris præcepta ſunt honeſtè vivere, alterum non lædere, jus ſuum unicuique tribuere. l. juſtitia §. juris ff. de juſtit. & jure, in proœm. Gregoriano. Tandem eſt neceſſaria ad diſcretionem graduum, determinationem Eccleſiaſticorum ordinum, litium, & jurgiorum, ad ſolutionem multarum quæſtionum, quæ verſantur circa fidem, & cauſas graviſſimas cap. quoties, & cap. eſt fides 24. q. 1. Sumitur 3. ex ratione finis, qui juxta Hoſtienſ. citatum eſt ædificare, vel clarius, ex ratione ſubjecti attributionis, quod juxta Turrecrem. citat. eſt bo- *Canonicæ facultatis objectum.* num civilitatis Chriſtianæ, ſecundùm ordinem juſti, & recti, & ſecundùm leges ſeu conſtitutiones Canonicas per os ſanctorum patrum divinitùs promulgatas. Patet, nam ſubjectum attributionis in qualibet ſciẽntia eſt illud circa

quod

quod talis ſciẽtia præcipuè verſatur, & cujꝰ gratia reliqua omnia à tali ſcientia conſiderantur: & civilitas Chriſtiana ita ſe habet reſpectu facultatis canonicæ;eſt ergo ſubjectum illius.

Doctoris præferentia circa Epiſcopatum obtinendum.

1187 Circa duas præcedẽtes concluſiones pulchra, & valde uſualis incidit quæſtio, quinã Doctor ſit præferẽdus in aſſecutione Epiſcopatus, Theologus, an Canoniſta? Hãc quæſtionẽ, à qua paucis me expediã, diſputat Illuſtriſſimus Hiſpaniarũ Primas D. D. Rodericus à Cunha ad 1. partẽ Decreti in Súma diſt. 86. & cũ diſtinctione illã decidit affirmãs, in ijs locis, ubi hæreſes pullulãt, Doctoré Theologũ eſſe præferendum Doctori Canoniſtæ: ubi autẽ tale periculum abeſt, in ſpectantibus ad forum judiciale, Canoniſtam Theologo præferendum eſſe. Pro prima parte ſtant Cenedus ad Decretũ collect. 51. num. 5. Azor inſtit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 28 quæſt. 10. Henriq. in Summa lib. 10. cap. 31. §. 2. lit. E. Bobadill. in polit. lib. 2. cap. 6. num. 14. & Emman. Roter. tom. 1. regular. quæſt. 11. a. 4. Poterat aſſignari ratio, quia Theologus Doctor profitetur ſcientiã, quæ magis propriè & directè, quàm facultas canonica tẽdit ad cognoſcendas veritates fide divina propoſitas, ac proinde aptior eſt ad profligẽdas, & extirpãdas hæreſes. Pro 2. p. ſtant Menoch. de præſum. lib. 2. præſum. 7. num. 49. Emman. cit. ar. 4. & Azor p. 1. lib. 2. cap. 17. quæſt. 3. & part. 2. lib. 2. cap. 3. quæſt. 4. & quidem in materia de uſuris, Canoniſtis ſtandum eſſe, tradunt Mantica de tacitis & ambig. convent. lib. 2. tit. 4. num. 58. Morder. de juriſdict. par. 2. cap. 7. num. 13. Geinin. de uſuris comment. 4. §. 4. num. 67. & Gaſpar Rodrig. de annuis redditib. lib. 5. q. 4. a n. 64. Poteſt probari, quia aptior eſt facultas Canonica quã Theologica ad decidendas controverſias Eccleſiaſticas in foro externo.

Hanc reſolutionem quoad priorem partem libenter admitto abſque ulla modificatione. Quoad poſteriorem ſolùm admitto præcedentiam Doctoris Canoniſtæ reſpectu Theologi triobolaris, ſeu mediocri ſcientia prædit.: Si autem Theologus ſit cõſúmatus & inſignis, ſemper Canoniſtæ præferendus eſt. Exiſtimo enim non poſſe Theologum conſummatũ eſſe, præſertim circa partem Theologiæ, quæ moralis dicitur, niſi ſit juris utriuſque prudentia apprimè inſtructus. Et quidem ſi Theologus & Iuriſta æquè incombant ſtudio legum ac ſacrorum Canonum, procul dubio Theologus brevioris pario maiorem juris intelligẽtiam aſſequetur: quia maiori lumine, naturali Philoſophiæ, & ſupernaturali Theologiæ illuſtratus eſt.

Doctoris Legiſtæ & medici præſerentia.

1188 Tertia concluſio. Doctor Legiſta præfertur Doctori medico, & Doctor medicus Doctori philoſopho, ſeu Magiſtro artiũ. Non multũ immorabor in utraq; concluſionis parte ſtabilienda. Quia ſatis fuſé à nobis probata manet lib. 1. diſp. 3. a n. 144. ubi diſputatum eſt de excellentia nobilitatis inter facultates Academicas. Prior pars ſumitur 1. ex ſacra Pagina (Per me (inquit Deus) legum conditores juxta decernunt.) Proverb. 8. Item Doctor Legiſtá appellatur honorabilis: (Surgens quidam in concilio Phariſæus, nomine Gamaliel, legis Doctor honorabilis.) Act. 5. Sumitur 2. ex Ariſtot. lib. 3. Polit. c. ult. ubi verbis diſertis teſtatur civilem diſciplinam eſſe honorabiliorem, præſtantioremque medicina. Sumitur 3. ex ratione, quia anima præferenda eſt corpori, ut habetur Cap. cum infirmitas, de pœnit. & remiſſ. & l. Sancimus C. de ſacroſ. Eccleſ. Deinde bonum cõmune anteponendũ eſt bono particulari: ſed legalis ſciẽtia verſatur circa animã, illi proponẽs juſtitiã, & honeſtatẽ, & circa bonũ cõmune, quod ſine juſtitia, & honeſtate diu ſtare nequit: facultas medica tendit immediatè ad corpus ſanãdũ, & occupatur circa privatum bonũ perſonæ ſingularis: nõ enim curat hominem in cõmuni, ſed in individuo: ergo Doctor Legiſta præcedit Doctori medico.

Doctoris Medici præferentia.

1189 Poſterior pars ſatis conſtat ex ijs quæ pro medicis acriter pugnantes cõgeſſimus a n. 144. ubi quàm utilis, neceſſaria, & nobilis ſit medicorum profeſſio, ex multiplici authoritate, & ratione palã fecimus, ita ut deduci facile poſſit Doctorẽ medicũ eſſe anteponendum Magiſtro artiũ. Modò ſatis erit apponere quid circa hanc, & hactenus dictas præferencias obſervet, & ſtatuat Academia Conimbricenſis. Nam lib. 1. Statut. tit. 14. §. 8. loquens de ordine obſervando in ſupplicationibus. ¶ O lugar neſtas prociſſoẽs, & em todo o mais ſerá dos Meſtres ẽ Theologia, dos quais o mais antigo irá à mão direita do Reitor, o ſegũdo à eſquerda, & os outros ſeſeguirã n logo ſegũdo ſua antiguidade, & por eſta ordẽ correrão os Doutores Canoniſtas, Legiſtas, Medicos, & Meſtres em Artes. Itẽ lib. 3. tit. 25. init. loquẽs de ſedilibus: ¶ A mão direita do Reitor ſe aſſẽtarão os Doutores em Theologia: & logo os Doutores em Canones: depois os Doutores Legiſtas: apos elles os Doutores medicos: & logo os Meſtres ẽ artes. Patet igitur quidquid hacten⁹ reſolvimus de præcedẽtia Doctorũ inter ſe, & proxima reſolutio de medicis in ordine ad Philoſophos. Verùm quia olim huic noſtra reſolutioni nõ acquieſcebãt Magiſtri artium, Petrus Rebuffus in illos vehementiſſ.mè excãduit in interpret. Authen. Habita ad illa verba (Quibus hanc juriſdictionem dedimus) fol. 565. Nota (inquit) ex Gloſ. quòd Magiſtri artium & præceptores in Grãmmatica ſunt de minoribus, & ideò obtemperare debent maioribus, videlicet Theologis, Doctoribus canonum, legum, & medicinæ, cum illi ſint de maioribus, & minor honorem & reverentiam debet maiori. Gloſſ. in leg. 1. ff. de aqua pluvial. arcenda. Licèt

Magiſtri artium carpuntur.

Mm aliqui

aliqui (addit) Magiſtri artium eo veſaniæ & ſuperbiæ progreſſi fuerunt, ut adeo magnos Doctores putent ſe eſſe, quales ſunt Doctores alterius facultatis: quod non eſt verum; ut hic patet l. & aliàs cum quidam artium Magiſter prædicaret ſe ita magnum Doctorem, ſicut poſſet eſſe alius alterius facultatis, reſponſum fuit: verum eſſe in ſtultitia & ſuperbia, & tacuit. Hæc Rebuffus, & quidem nimis acriter quàm par erat. Quanti enim ſit præclara inter alias diſciplinas Philoſophia, quàmque digni Philoſophi ut ab omnibus honorentur, & ornamentis Doctoralibus inſignantur, ſatis à nobis clamatum eſt varijs in locis.

SECTIO QUÆSTIONIS.

De præcedentia Doctorum ejuſdem facultatis inter ſe, & quorumlibet Doctorum abſtrahendo a quacunque facultate.

Præcedentia inter Doctores ejuſdem facultatis.

1190 TErtia difficultas eſt, qualiter Doctores ejuſdem facultatis habeant præcedentiam inter ſe? Poſtquam comparavimus Doctores cum non Doctoribus, & Doctores diverſarum facultatum inter ſe, ſupereſt ut fiat comparatio inter Doctores ejuſdem facultatis, ſive attendendo ad maiorem ſcientiam, & probitatem, ſive ad actuale exercitium docendi, ſive ad maiorem antiquitatem, ut per varias concluſiones eorum præcedentia decidatur. Sit prima concluſio. In eadem facultate Doctor ſapientior præfertur non æquè ſapienti etiam antiquiori, & Doctor benè moratus præfertur malè morato etiam ſapientiori, & antiquiori. Prior pars traditur à Caſſanæo par. 10. conſider. 30. & Aviſez ſ. Prætor. cap. 4. ver. Prematica num. 6. ex Gloſſa v. tempus in 6. Ordinatione Authent. de monachis collat. 1. ubi Angel. Iaſone in l. cum quid ff. ſi certum petat. nu. 12. qui dicunt ſcholarem, ſi ſit excellentis doctrinæ, debere præcedere Doctorem, quod ſumunt ex l. ſed reprobari §. valde diſciplinatos ff. de excuſat. tutel. & ex textu in l. providendum in princip. ubi Salicet. Cod. de poſtulan. & Gloſſa in l. Cod. de annonis civil. lib. 11. & Rota Romana apud Farinac. deciſ. 677. in noviſſ.

Excellens in arte nõ punitur capite.

Patet, quia etiam jura relaxantur propter excellentiam hominis, ita ut qui commiſit capitale delictum non plectatur capite, ſi multum excellat in ſua arte l. ad beſtias ff. de pœnis, & Iaſon in l. 1. col. 2. ff. de legibus. ergo excellens ſapientia debet præcedere antiquiorem. Accedit, quia ſi malitia ſupplet ætatem, ut notat Gloſſ. in cap. monachus, ubi citat l. 3. C. ſi minor maior. ſe dix. & cap. de illis extra de diſpenſat. impub. cur ſcientia ætatem non ſupplebit l. 1. C. qui & adverſus quos, & cap. fin. de diſpenſ. impuber.

Præcedentia ſanctioris.

1191 Poſterior pars de præferentia illius, qui moribus integer & probatus eſt, ut nempe prætermiſſo ſapientiore, & antiquiore beneficium aſſequatur, defenditur à Reginaldo in praxi lib. 30. tract. 3. num. 100. & Barboſa de poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 60. nu. 101. citante Rotam Roman. apud Farinac. deciſ. 628. Hinc idoneus minùs doctus, cujus mores probati ſunt, præfertur doctiori, cujus vita ignoratur. Sic memorant deciſum Maſſobr. in praxi requiſ. 5. dub. 2. num. 19. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. Gloſſ. 4. num. 112. Piaſeg. in praxi nova Epiſcop. cap. 5. num. 39. Nicol. Gracia par. 9. cap. 2. num. 11. & Aloyſ. Ricc. in praxi fori Eccleſ. deciſ. 455. in prima editione, & reſolut. 362. num. 1. in 2. editione. Ratio eſt, quia Epiſcopus, parochus, & quicunque pro regendis ovibus conſtitutus eſt, plus docet exemplo, quàm ſcientia, & eloquentia? In paſtore enim vitæ probitas fortiùs movet oves ad ſalutem, quàm doctrinæ excellentia: ſunt igitur in paſtorali munere probiores anteponendi doctioribus.

Legentes ſeu regentes alijs præcedunt.

1192 Secunda concluſio. Doctores actu legentes præcedunt Doctoribus actu non legentibus etiam antiquioribus, & inter Doctores actu legentes præcedunt qui maiora ſtipendia habent. Prima pars eſt Andreæ de Barulo, & Nicolai de Neapoli in l. 2. C. de conſulib. lib. 12. Ioannis de Plato Cod. ut dignitatis ordo ſervetur lib. 12. Alexandri in l. cum quid ff. ſi certum petat. & in leg. 2. §. ſi prius ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. & Iaſonis in d. l. cum quid in prima lectura col. 4. Qui omnes authores loquuntur de jure communi, & deſumũt ex citatis legibus, quas interpretãtur. Reſolutio etiam eſt de jure ſpeciali Academiæ Conimbr. lib. 3. Statut. tit. 25. init. ibi. ¶ Precedendo ſempre os Lentes aos nãoLẽtes em a faculdade q̃ aſſi lem. Hinc Cabedus to. 1. deci. 4. Ex ſtatutis (ait) obſervetur, quod Doctor cathedraticus modernior præcedat Doctorem antiquiorem non cathedraticum: at ſi antiquior poſtea cathedram conſecutus fuerit præcedet juniorem. Item de jure ſpeciali Academiæ Eborenſis lib. 4. cap. 3. ¶ E os actu regentes precederàm aos que o não forem, & os que o forão aos que não forão. Vbi habetur etiam ratio de illis qui jam legerunt, quanvis actu non legant, ut nempe præcedant omnibus qui nec actu legunt, nec legerunt. Deinde Conimbricenſis loco citato §. 1. exponit præcedentiam Doctorum antiquiorũ, qui non legunt actu, ſed habent privilegiũ legẽtiũ

¶ Avendo

¶ Avendo alguns Doutores mais antigos em grao, que não ſejaõ Lentes, ainda q̃ tenhaõ privilegio de Lẽtes, ſe actualmẽte não lerem cadeiras ordinarias cõ ſalario, não precederãõ aos Lẽtes actuaes: & sò lhe aproveitaraõ os taes privilegios de Lẽtes pera preceder aos q̃ não forem Lentes, ainda q̃ ſejaõ mais antigos; ſalvo os que ja forem jubilados. Exponit tandem quid dicendum de Doctore, qui actu regit cathedram, quæ non eſt de quatuor maioribus facultatibus. §. 2. ¶ Acontecendo que algum Doutor lea cadeira algũa, q̃ não ſeja das quatro faculdades maiores, não precederà por Lẽte aos Doutores mais antigos de ſua faculdade, em que aſſi he graduado.

Stipendia pro ſalario maiora dant praecedentiam.

1193 Poſterior pars de præcedẽtia Doctorũ actu legentiũ, qui maiora capiunt ſtipẽdia, traditur ab Iaſone in l. cũ quid ff. ſi cert. petat. Panormit. in cap. clerici, de judic. & Bapt. Cepola in tract. de Imperat. eligen. v. virtutis 2. col. Sumitur ex l. 2. verſ. ordine ſtipendiorum C. de agentibus in rebus lib. & l. 1. ibi: pro merito laborum, ſtipendiorumque. C. de Caſtrenſ. & l. fin. ibi, ſtipendiorũ prolixitas ſuffragatur C. de tyronib. eod. lib. Facit multum text. in l. 1. & 2. C. de offic. magiſtr. officior. ubi dicitur: Is gradus cæteros antecedat, quem ſtipendia meliora, vel labor prolixior fecerit anteire. Iuri civili conſonat Canonicum cap. miramur §. penult. & fin. 61. diſt. & notat Gloſ. fin. cap. Vulterranæ quæſt. 2. Denique ad hujuſmodi præcedentiam confirmandam veluti exemplo, apponam quid affert Caſſanæus par. 10. conſider. 27. de ſuo magiſtro Iaſone, ut diſcant diſcipuli magnificè loqui de ſuis præceptoribus. Tempore meo (inquit) inter omnes Doctores totius Italiæ, & Galliæ præferendus erat dominus & præceptor meus D. Iaſon Maynus, cùm propter ejus eminentem ſcientiam, & eo, quia Comes, & legerat per viginti annos, & ultra, maiora ſtipendia habebat, quàm unquam habuerit Doctor legens: eo, quia ſcio ipſum fuiſſe ſtipendiatum à Chriſtianiſſimo Rege noſtro Ludovico XII. de mille ducatis aureis; & me exiſtente Mediolani fuerunt augmentata ejus ſtipendia de ducentis alijs ducatis; ita quod habebat duodecies centum ducatos aureos, ſeu ſcuta aurea, quod nunquam habuerunt neq; Bartolus, nec Baldus, nec Alexander, neq; Barbatius, nec quicunq; alius Doctor quantuscunq; fuerit, & pro certo nõ ſolũ prædicta, ſed multo maiora merebatur: & ſcio, quòd recuſavit, & Cardinalatũ, & multa beneficia, ſed nũquã voluit uxorari, vel promoveri ad ſacerdotium. Hæc Caſſanæus. Et quidem meritò præcedẽtia Doctoris attẽditur ex ſalario, ſicut dignitas militis ex ſtipendio.

Antiquitas præfertur.

1194 Tertia concluſio. Cæteris, quæ hactenus diximus, paribus, Doctor antiquior præcedit Doctori juniori. Ita Iaſon cõſ. 193. n. 2. lib. 2. Caſſan. d. p. 10. conſid. 29. Dueñas regul. 108. Menoch. conſ. 52. n. 39. & conſ. 126. n. 22. Guill. in cap. Raynuncius v. in extremis n. 6. de teſtam. Reſtaurus de Imperatore q. 73. n. 11. Paleotus de ſeneſt. Gratian. diſc. forenſ. c. 328. a n. 1. Riccius collect. 2623. Decius in cap. clerici n. 3. de judicijs, Cynus in l. Cum quid in princ. ff. ſi cert. perat. D. Roder. de Acunha in 1. p. Decret. ad cap. ſtatutum 8. n. 3. diſt. 61. Barb. 10. 1. in collect. ad c. Quãto 2. de trãſlat. Epiſc. n. 3. & Aviles in proœm. ad c. Prætor. n. 18. ubi ait plus valere umbrã ſenis, quam enſem juvenis. Sumitur 1. ex jure Canonico c. 1. de obed. & maio. cap. Miramur, & cap. Statum diſt. 61. Cap. duobus §. ſi vero de reſcript. & cap. ult. 17. diſt. cap. qui prior de regul. juris in 6. Sumitur 2. ex jure Civili l. 1. ff. de albo ſcribend. §. audient. v. judice in Authen. de defenſion. civit. collat. 3. & tex. in l. 1. C. de conſil. lib. 12. l. fin. C. de decurion. eod. lib. l. quoties ff. de reg. juris, & facit tex. in l. ſemper in civitate noſtra ff. de jure immun. & l. fin. ff. de fide inſtru.

Præcedentia antiquitatis.

1195 Sumitur 3. ex jure ſpeciali Academiæ Conimbric. lib. 1. Stat. tit. 14. §. 8. ¶ E porq̃ as precedencias dos Doutores, Lentes, & não Lentes, neſta Vniverſidade ſaõ ordenadas pellas faculdades, & elles entre ſi ſe precedẽ por ſuas antiguidades, o primeiro lugar &c. Lib. 2. tit. 22. §. 2. præcipitur Cancellarius habere rationẽ antiquitatis: ¶ Mãdarà começar, & acabar os taes actos, arguir, & calar os argumentantes, guardando a cada hũ ſuas precedencias, & antiguidades. Et quidem tanta eſt ratio antiquitatis inter graduatos, ut inter actu legentes Doctor antiquior præcedat Doctori juniori, etiam primario in cathedra lib. 1. tit. 25. init. ¶ E entre os Lentes da meſma faculdade precederà ſempre o Lente q̃ for mais antigo em grao; ainda que o outro menos antigo ſeja Lente de Prima. Secus obſervatur tamen apud Conimbricenſes, quam Eborenſes in Magiſtris Philoſophiæ, qui actu legũt; illis enim ad præcedẽdũ habetur ratio cathedræ maioris, & nõ gradus antiquioris. Sumitur 4. ex ſpeciali jure Eborẽſis Academiæ, Nam lib. 4. Stat. t. 3. §. 2. ¶ O ſegundo aſſento ficarà à mão eſquerda do Reitor, no qual ſe aſſentaràm todos os Doutores, & Meſtres em artes, q̃ não forẽ da Companhia, ſegundo ſuas antiguidades: & na cabeceira deſtes aſſentos eſtarà o Conſervador, & os agraduados q̃ ſe não aſſentarem por ordem de ſuas antiguidades nos actos publicos, perderàm a propina do tal acto. Et quamvis Statutũ §. 1. ad dexteram Rectoris deſignans ſedes Doctoribus & Magiſtris Societatis, ſolum inter æquales graduatos ſtet præcedentiam actu legentibus, & inſolidũ utrorumque non autem de antiquitate, tamen praxis in oppoſitum eſt, quòd antiquiores in unoquoque illo ordine præcedant junioribus.

1196 Sumitur 5. ex ratione, quia cùm mens, ratio, & conſilium in ſenibus ſit, & reverentia atque honor ætati ſenili debeatur, ut ex l. 1. ff. de albo ſcrib. l. 1. C. ut dignit. ordo ſervetur. l. honores C. de decurion. lib. 10. tradunt Riccius in prax. deciſ. 580. n. 4. Rebuff. tract. nominat. q. 14. n. 49. & Stephan. Gratian. diſcep. foren. cap. 184. planè ſequitur lumini naturali conſonum eſſe, ut ſeniores præferantur junioribus, non ſolùm in ſeſſionibus, ſed etiam in ferendis judicijs, ac electionũ ſuffragijs. Ita M. Anton. Var. lib. 1. reſol. 81. n. 1. & Tiraquel. de primog. in præfat. à n. 108. uſq; ad 114. ubi prærogativas ſenectutis latè proſequitur: & n. 168. ex Tullio, ac Livio memorat Romanos in omni vitæ inſtituendæ genere diſertiſſimos ſcripſiſſe leges annales, quibus grãdiorẽ ætatẽ cõſulatui, ac reliquis Magiſtratib⁹ deſignarũt. Nã ſenilis ætas utpote matura lõgè excellit juvenilẽ tanquã fervidã, ex quo ſenũ cõſiliũ melius eſt, quã juvenũ: cap. ex multa §. ſecũdo, de voto & voti redẽp. Cap. Eccleſia 16. q. 1. Hinc Iuriſconſultus quãdoq; ex verbis ſenũ ruſticorũ argumentari ſolet, ut in l. ſi chorus §. 1. ff. de legat. 3. Poſtulat igitur ratio ut antiqui modernis præferantur. Facit quòd Epiſcopi habent præcedentiã ſedẽdi, & ſubſcribẽdi in Cõcilijs, non attento gradu diœceſis, ſed ſolũ attẽta antiquitate cõſecrationis, ut cum multis tradit Barb. tom. 1. collect. ad cap. Epiſcopos diſt. 17. n. 1.

Senectus excellit juventutem

Epiſcoporum præcedentia.

Incorporatorũ antiquitas ad præcedentiam.

1197 Rogabis, qualis ſit, & quomodo cõputanda antiquitas, cujus ratione præcedant externi Doctores, qui in Academia incorporãtur? De jure cõmuni circa hoc pũctũ nihil deciſum invenio. Poſtulat tamen recta ratio, ut qui per incorporationẽ incipit eſſe alũnus alicujus Academiæ, & referri inter ejuſdẽ graduatos, antiquitatẽ ſuã cõputet ab ipſo pũcto incorporationis. Hoc autem ita diſpoſitum obſervari in Academia Conimbricenſi, conſtat ex lib. 3. Statut. tit. 68. §. 1. ¶ E do tempo deſta admiſſaõ, & incorporação, ſe regulará a antiguidade delles. Idẽ ſimiliter obſervari in Eborenſi, habetur ex lib. 4. cap. 4. §. 4. ¶ Os que ſe vierẽ incorporar neſta Univerſidade, ſe lhes cõtará ſua antiguidade deſdo dia em que nella ſe incorporarão, tornando a tomar o grao. Quid verò ſervandũ ſit in hac Academia circa homines Societatis Ieſu, qui in alijs gradum acceperunt, deciditur §. 5. ¶ Todos os Doutores, ou Licenciados em Theologia, ou Meſtres em artes, ou Licẽciados nellas, q forẽ da Cõpanhia, vindo a eſta Univerſidade, ſeraõ avidos por incorporados no ultimo grao q tiverẽ, ſem o tornarẽ outra vez a tomar, ſem exame, & ſem pagarẽ propinas, & ſe aſſentarão cõ os proprios graduados da Univerſidade da Cõpanhia. Cũ verò nihil ſpeciale diſponatur de antiquitate noſtrorum incorporatorum computanda, ſtandum erit generali diſpoſitione proximè allatæ: & intelligetur incepiſſe horum incorporatio à die, in quã ſe pro Academicis geſſere.

Quid ſi homo Societatis in Eborenſi Academia factus Doctor, & Societatẽ egrediatur, & ſic expulſus, vel in alium religioſum ordinem tranſlatus velit inter Academicos Eborẽſes ſedere? Certũ eſt 1. Doctorẽ nõ ſolũ Theologum, ſed etiã Philoſophũ ſolẽniter factũ, ſemper cõſervare ſuũ gradum, quẽ per egreſſum Societatis non amittit, ſicut nec ſolemniter pfeſſus profeſſionẽ. Ex quo ſit ut hodie juxta præſcriptum Patris Generalis omnis noſter inſigniatur Magiſter artiũ privatim, ut intelligatur gradum illũ ſolũ perſeverare quandiu ille in Societate perſeveret. Certũ eſt 2. Doctorẽ Eborẽſẽ è Societate egreſſum nõ habere locũ inter Doctores Societatis: ſiquidẽ Societatis nõ eſt. Quæritur, an ſedere debeat inter Doctores externos juxta antiquitatẽ ſui Doctoratus? In hac difficultate, cõſultis viris doctis, mihi viſũ eſt, illum eſſe admittendum, ut ſedeat juxta anquitatẽ ſui Doctoratus inter Doctores externos, dũmodo prius ſolvat omnes propinas, ſicut reliqui Doctores externi ſolverunt. Prima pars cõſtat, quia ille eſt verus alũn⁹ Eborẽſis Academiæ, & talis incepit eſſe, à pũcto, quo in illa Doctoratũ recepit: nõ enim incipit eſſe alũnus per incorporationẽ: ſiquidẽ incorporatio ſolũ datur, quãdo admittitur alũnus alterius Academiæ. Secunda pars de ſoluẽdis propinis, oſtẽditur, quia juxta ſtatutum & praxim Academicã eſt cõditio (ſine qua nõ) ad ſedẽdũ inter Doctores externos, ſolvere propinas. Æquũ enim eſt 1. ut ſicut illi ſolverũt, ita omnes qui inter illos admittẽdi ſunt, ſolvãt. 2. Quòd ſicut recepti inter Doctores externos, poſtea accepturi ſunt propinas à novis Doctoribus externis, ita ipſi ſolvãt. Aliud eſt de Doctoribus Societatis: quia ſicut ipſi nũquam accepturi ſunt propinas à Doctoribus recenter creatis, ita ipſi recẽter creati nõ ſolvũt. Explicatur, nam ſi caſu eveniat, ut Doctor externus poſtquam creatus fuit, nõ ſolvat propinas, quia v. g. tunc pecunia diſparuit, proculdubio nõ admittetur ad ſedẽdũ, donec ſolvat: ſẽper autẽ illi ſervabitur locus juxta ſui gradus antiquitatem; ergo ſimiliter in noſtro caſu Doctoris egreſſi à Societate, in quo propinæ non fuere ſolutæ.

Dices, ſe velle ſedere inter Doctores externos de cõditione, ut nũquã accipiet propinas à Doctorib⁹ noviter creatis, eo modo, quo nõ accipiebat quãdo erat inter Doctores Societatis, ac proinde nolle ſolvere propinas. Reſpõdeo huic pacto & cõditioni acquieſcẽdũ nõ eſſe: quia nec ille, nec etiã Academiæ Rector poſſunt immutare Academicam cõſuetudinẽ, & praxim, quæ eſt ut omnes occupaturi locum, inter Doctores externos ſolvant propinas prioribus, & poſtea accipiant à poſterioribus.

1198 Quarta difficultas eſt, qualẽ præcedentiam habere debeant Doctores, quin attendamus ad facultates ſive ejuſdẽ, ſive

Doctor precedens ſi creetur a Principe.

ſive diverſæ rationis, quas profitentur? Sunt quædam alia in quibus præcedunt Doctores ſive hujus, ſive illius facultatis in ordine ad varios effectus; nempe ut obtineant dignitates, conſequantur beneficia, his vel illis honoribus condecorentur. Horum præcedentiam ſequentibus concluſionibus exponamus. Sit prima concluſio. Doctor creatus à ſupremo Principe v.g. à Sũmo Pontifice, vel Imperatore præferendus eſt Doctori, qui ab alio inferiore creatus fuit, etiamſi hic fuerit antiquior. Ita Roman. in l. ſi verò §. de viro col. 49. ff. ſolut. matr. Alexan. in l. 2. §. ſi porius ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. Panorm. in cap. poſtulaſti col. 2. de conceſſ. præb. Franciſc. Tigrinus in l. 2. ff. de albo ſcrib. Barbat. in cap. quod clericis col. pen. de foro compet. Gloſſa in l. reſtituendæ C. de advoc. diverſ. judi. Menoch. conſ. 51. n. 30. & conſ. 257. n. 11. Caſſan. par. 10. conſid. 31. Barboſa to. 1. collect. in 1. par. Decreti cap. Epiſcopos diſt. 17. n. 4. & expreſſè quòd Doctor creatus à Papa, vel Principe præcedat alios in quibuſcũq; collegijs graduatos, defendunt Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 5. proœm. n. 115. Rebuff. in tract. nomin. q. 21. n. 19. & Stephan. Gratian. diſcep. foren. cap. 186. n. 75. Nam ſemper præfertur qui à maiori receptus eſt, tanquam ob id aliquid amplius dignitatis illi accreſcens, ut latè probat Tiraquel. de nobil. cap. num. 8. Item author in præfat. de primog. num. 151. notat quòd in omnibus caſibus, in quibus reperimus ſeniores cæteris præferri, ſemper intelligitur, niſi authoritate, aut dignitate minores excellant, ut ſcilicet dignitas antiquitati præferatur. Facit prò prærogativa Doctoris creati à ſupremo Principe Gloſ. in l. reſtituendæ C. de advocat. diverſ. jud. & in cap. Dominus noſter v. elegit 93. diſtinct. Ex dictis infert Caſſanæus citatus conſider. 32. ſicut Doctor ratione maioris dignitatis creantis præcedit, ita creatum in Academia celebriori & digniori præferendum eſſe. Et ideo (ſubjungit) Doctores in Theologia & jure Canonico, aut medicina in Vniverſitate Pariſiẽſi, præferri debent omnibus alijs Doctoribus in illis ſcientijs, creatis in alijs Vniverſitatibus, cæteris paribus.

Examen præcedens cõſert prærogativã.

1199 Secunda concluſio. Doctor creatus præcedente rigoroſo examine præferendus eſt alijs, qui ſine examine ad Doctoratum promoventur. Ita Menoch. conſ. 126. num. 18. Sebaſtian. Nævi ad l. 1. Cod. de decreti. ab ordine facien. num. 2. & in l. adminiſtrantes 42. num. 3. ff. de excuſat. tutor. & Barb. proximè citat. num. 2. Opponnes, concluſione præcedente ſtatutum eſt Doctorem creatum immediatè à ſupremo Principe excellere, & præcedere reliquis: ſed Princeps ſolet creare ſolo verbo, & nullo prævio examine, ut notant Philip. Decius in cap. clerici, de judic. col. 3. & Aug. in l. cum ſalutatus Cod. de ſenten. paſſiſ. ergo rigoroſum examen præcedens non confert præcedentiam. Huic objectioni occurrit Iaſon in leg. 2. §. prius ff. de vulg. & pupill. dicens præcedentiam Doctoris creati à Principe eſſe intelligendam, quando Princeps creavit cum rigore examinis; ſecus ſi creavit ſimplici verbo, purà, Eſto Doctor. Nam tales (inquit Bart. in l. Magiſtros Cod. de profeſſ. & medic. lib. 10.) præſumuntur parvæ doctrinæ. Et quidem cũ examen rigoroſum magnam habeat vim ad prodendam, ac manifeſtandam ſcientiam, vel ignorantiam examinati, & præcipua, imò tota Doctoris prærogativa in ſcientia conſiſtat, magis augebit Doctoratus excellentiam prævium examen rigoroſum, quàm ſimplex & facile Principis verbum.

Doctor duplex præfertur ſimplici.

1200 Tertia cõcluſio. Doctor habẽs plures grad⁹, v.g. Doctor in utroq; jure, præcedit Doctori ſimplici. Ita Caſſan. p. 10. cõſid. 33. Menoch. cõſ. 126. n. 12. Iaſ. cõſ. 192. n. 2. Alex. in l. centurio col. 5. ff. de vulg. & pup. & cõmuniter, Interpret. ad l. cũ quid ff. ſi cert. petat. Decius in 2. lect. n. 14. Felin. in rub. de maior. & obed. n. 2. Ratio eſt, quia ſicut duplex vinculum fortiùs cõſtringit, c. 1. de treuga & pace Authẽt. itaq; C. com. de ſucceſſ. §. ſi vero Inſt. de adopt. ita duplex dignitas auget honorem, & duplicat prærogativã. Quod ita intelligit Caſſan. cit. ut ſẽper Doctor duplicat⁹ antecedat ſimplicẽ etiã tẽpore priorẽ. Quiã inquit, ubi eſt maior dignitas, prioritas tẽporis nõ attẽditur, ut per Gloſ. v. proponitur in c. placuit 16. diſt. & c. ſtatuim⁹, de maio. & ob. Aliter intelligit Ioã. de Anan. rub. de Magiſtris exiſtimãs illã præcedẽtiã duplicationis aſſerendã eſſe, data paritate antiquitatis. Cui cõſonat Stat. Academiæ Conimb. lib. 3. tit. 25. §. 4. ¶ Os q̃ forẽ gradudos in utroq; poderão eſcolher aſsẽto ẽ qualq̃r das faculdades, & ẽ elle eſtarão ſegũdo a antiguidade q̃ tiverẽ na faculdade. Sic etiã obſervatur in Academia Eboreñſi, ut Doctor Theolog⁹ antiquior præcedat juniorem, etiam ſi hic ſit Doctor ſimul in Theologia, & Philoſophia. [illegible]

Cardinalium & Epiſcoporum præcedentia.

1201 Explicatur poſita cõcluſio [illegible] juxta [illegible]; Marchio ſimul Comes præcedit Marchionẽ tãtũ; Comes ſimul Baro præcedit Comitẽ tãtũ, ut dixit Bald. in l. ſed milites ff. de excuſ. tut. Deinde ut omittã præcedẽtiã inter meros Cardinales & Epiſcopos, de qua Illuſt. Cæſar in ſua Hierar. d. 2. §. 3. Cardinalis Epiſcopus antefertur Cardinali nõ Epiſcopo, & Epiſcop⁹ habẽs officiũ in Curia Romana præfertur cæteris Epiſcopis. Ergo ſimiliter Doctor Canonũ & Theologiæ ſimplici Theologo præfertur, ut tenẽt Hoſtien. & Abb. in c. 1. de cõſãg. & affin. Item Doctor artium & medicinæ præcedit Doctorem artium tantũ, vel medicinæ tantum; ut notat Dominicus in d. cap. placuit 16. diſt. Dicta procedunt quando habens duplicatũ Doctoratũ cõparatur cũ Doctore ſimplici

Digitized by Google

in altera ex duabus facultatibus, in quibus ille eſt Doctor. Nam ſi ſimplex ſit Doctor in facultate diverſa ſuperiori, præcedet duplicem. Vt ſi dicamus (inquit Caſſan. citatus) quòd quis ſit Doctor in jure Canonico tantum, alius verò ſit Doctor in jure civili, & medicina, aut artium. Nam hoc caſu ſemper præfertur Doctor in jure Canonico (à fortiori diceret in Theologia.) Quoniam de nulla aliarum poteſt fieri comparatio ad illam: & ille gradus ſolus videtur eſſe potentior & efficacior, ideo præfertur. Sic tenet & concludit Roman. conſ. 333. & Philip. Dec. in cap. clerici col. 5. de judicijs. Et ideo Rex præcedit illum qui ſimul Dux & Comes eſt: itẽ Dux præcedit illum qui ſimul Marchio, & Comes eſt.

Gradus maioris facultatis

1202 Quarta cõcluſio. Doctor ſcriptor, ille nempe qui libros compoſuit, & in lucem edidit, reliquis Doctoribus non ſcriptoribus præferẽdus eſt. Ita Caſſanæus par. 10. conſid. 28. ex Luca de Penna in l. mulieres in col. penult. C. de dignit. lib. 12. Probari poteſt hac unica ratione: nam præcipua, imò tota Doctoris laus, & prærogativa ſumi debet à docendo, ita ut Doctoris magnitudo & præſtantia à magnitudine doctrinæ, labore, quem impendit, & utilitate, quam contulit in docendo, peti poſſit, juxta illud Salvatoris Matth. 5. (Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur.) Sed Doctores qui ſcripſerunt, & ſuam doctrinam typis mandarunt, longè alijs excellunt in docendo; ergo illis omnibus præferri debent. Maior & conſequentia patent. Minor ſuadetur, nam ille modus docẽdi omnium excellentiſſimus eſt, qui ex ſua natura importat quandam veluti immenſitatem, & æternitatem, ita ut doctrina tali modo inculcata maneat ubique, & duret ſemper: quod verò hujuſmodi docendi modum ſoli habeant ſcriptores, patet, nam Doctor non ſcriptor ſolum docet ubi eſt, & quandiu lingam movet ad loquendum: at ſcriptor per ſua multiplicata volumina ubique terrarum docet, & ſuam doctrinam typis mandans, & poſteritati commẽdans, ſemper docet, ac in poſterum docebit, ita ut per hunc admirabilem docendi modum poſſit rectè nuncupari Doctor omnium gentium, & omnium temporum: cum ubique, & ſemper doceat. De illis dicitur Danielis 12. (Qui ad juſtitiam erudiunt multos fulgebunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.) Nam ſtellæ perenniter ubique fulgent, & ſemper fulgent, clarũ, continuum, & attemperatum oculis emittentes ſplendorem: in quo exprimitur ad vivum doctrina ſcriptorum. Secùs doctrina eorum quæ ore profertur: hæc enim potius aſſimilatur fulguri, & fulgetris ſubitò emicantibus, & diſparentibus. Notat tamen ex Abbate & Felino cap. Scribam num. 2. de præſumpt. Maſcardus de probat. quæſt. 6. num. 18. non eſſe dignum laude illum, qui illuſtres Doctorum ſententias tantum ponit nihil de ſuo addens. Et meritò quidem hic alios præcedere non debet: quia non eſt ſcriptor, ſed tranſcriptor.

Doctor ſcriptor præferendus.

Tranſcriptor.

1203 Tandem pro complemento ſuperioris difficultatis, & diminutione, vel augmentatione dignitatis Doctoralis, Rogabis 1. quiſnam dicatur Doctor maior de collegio? Gloſſa in cap. ſedes, & ibi Barba. num. 65. de reſcript. dixerunt arbitrio judicis relinqui, quis abſolutè maior, vel minor dicatur. Nihilominus (ut aiunt Gaſpar Vallaſ. in l. imperium num. 11. de juriſd. omn. judic. & Roman. l. ſi verò §. de viro num. 85. ff. ſolut. matr. quibus ſubſcribit Menoch. de arbitr. lib. 2. cẽt. 2. caſu 124. num. 6.) is maior cenſetur, qui priùs dignitatem eſt cõſequutus. Videatur Tiraquel. de nobil. cap. 10. num. 11. Rogabis 2. an minuatur dignitas Doctoris, ex eo quòd omiſerit feſtivitatem convivij ea die, qua ſuſcepit Doctoratum? Negativè reſpondet Stephan. Gratian. tom. 2. diſcept. forenſ. cap. 254. num. 17. ex ſententia Baldi ad l. ſi donationum 22. C. de nupt. ubi notat illud de Doctore, qui non facit feſtivitates convivij juxta formam ſtatuti mandantis, quòd non per hoc detrahitur dignitati ſui Doctoratus.

Doctor in quo ...

Convivij omiſſio dig. Doctoratus.

1204 Rogabis 3. an minuatur dignitas Doctoratus ex graduatione per reſcriptum? Affirmativa reſolutio videtur tenenda ex traditis per Alex. l. centurio 16. n. 20. ff. de vulg. Socinum in cap. qualiter el 2. accuſat. 5. notab. Rebuff. de nominat. q. 10. & Gratianum diſcep. foren. cap. 186. à num. 68. Patet ex l. Caſtellæ 5. tit. 7. lib. 1. Recop. qua prohibẽtur, & annullantur gradus quicunque in qualibet arte ſcientiave per reſcripta Apoſtolica conceſſi, aut alio quovis modo, niſi in ſtudijs generalibus accipiantur, quæ in ipſis Hiſpaniæ Regis provincijs exiſtunt: expreſſèque conſtitutio ad Eccleſiaſticos porrigitur, eoſque in temporalibus (ut vocant) condemnans, ſi aliter faciant: laïcis verò pœnam falſitatis, aliaſque graviſſimas infligit, quas non ſolum graduatis, ſed executoribus, mandatoribus, notarijſque imponit. Quomodo autem hæc lex juſta eſſe poſſit, tradit Alphonſus de Eſcobar cap. 30. à n. 29. Quantum verò utraque Academia Luſitana reſiſtat graduatis per reſcriptum, cõſtat ex Statutis Conimbricenſis lib. 3. tit. 68. §. 7. ubi ſic:

Reſcriptũ ad gradu doctorandi.

¶ E ſe forem Licenciados & Doutores das quatro faculdades, ou Licenciados & Meſtres em artes por reſcritto, não ſerão avidos por mais, que Bachareis, provando os curſos neceſſarios, & que eſtudarão em Vniverſidade geral, & approvada. Vbi habet pro nullis tales gradus. Deinde ex Statutis Eborenſis lib. 4. c. 4. §. 1. ſic habetur. ¶ Nenhum Bacharel, Licenciado, ou Meſtre em artes, ou Doutor por reſcritto ſe poderà incorporar neſta Vniverſidade:

&

& trazendo algũa peſſoa diſpẽſação do Summo Pontifice pera ſe agraduar, où incorporar neſta Vniverſidade, contra a ordem que ordenão eſtes eſtatutos, ſe ſuplicarà a ſua Santidade enformandoo do que paſſa, & depois ſe cumprirà o que ſua Santidade mandar. Ex quibus ſatis liquet quantum in reputatione Academicarum minuatur Doctoratus per reſcriptum: & infra magis patebit diſp. 4.

QVÆSTIO V.

An graduatus gradu non ſupremo facultatis ſuperioris, præcedat omnem graduatum in facultate inferiori?

1205 Egimus hactenus de præcedentia inter Doctores, ſeu Magiſtros, illos comparando ſive in eadem facultate, ſive in diverſis tam ſuperiorib⁹, quàm inferioribus, item ab his abſtrahendo, & non attendendo ad aliquam determinatam facultatem, quam profiteantur. Modò comparamus gradum non ſupremum facultatis ſuperioris, vel ſupremæ, v.g. Bacchalaureatum S. Theologiæ cum gradibus ſupremis facultatis ſuperioris, v.g. Iuriſprudentiæ, vel Philoſophiæ, ut exploremus quænam inter hujuſmodi graduatos detur præcedentia, ſcilicet an Bacchalaurus in Theologia præcedat Doctorem Iuriſtam, Medicum, & Philoſophum? Hanc quæſtionem, quæ practica eſt, & paucis abhinc diebus in hac noſtra Academia uſuvenit, in nullo authore excitatam, imò nec leviter perſtrictam inveni. Vt tamen pro mea tenuitate profligem, ſupponendum eſt 1. in Academijs Europæis, & præcipuè noſtris Luſitanis, facultates alias dici abſolutè ſuperiores, alias vocari, & vulgari acceptione Academicorum reputari inferiores. Superiores ſunt quatuor, nempe S. Theologia, Ius canonicum, Ius civile, & Medicina: inferiores ſunt reliquæ, ſcilicet Philoſophia, Mathematica, Rhetorica, & Grammatica. Supponendum 2. omnes facultates, excepta ſuprema & infima, hoc eſt Theologia, & Grammatica, poſſe dici ſuperiores, & inferiores reſpectivè: v.g. jus Canonicum eſt facultas Inferior reſpectu S. Theologiæ, & ſuperior reſpectu iuris civilis, ac reliquarum: Philoſophia eſt inferior reſpectu Medicinæ, ſuperior reſpectu Mathematicæ, & ſic de alijs.

Bacchalaurus quos præcedat.

1206 Certum eſt 1. ſi comparemus gradum non ſupremum facultatis ſupremæ, v.g. Bacchalaurum, vel Licentiatum S. Theologiæ cum gradibus non ſupremis facultatum abſolutè inferiorum, v.g. cum Bacchalauro, vel Licentiato philoſopho, Bacchalaurum, vel Licentiatum Theologum præferri Philoſopho, imò Bacchalaurum Theologum præferri Licentiato Philoſopho. Patet, quia licèt gradus non ſit ſupremus, cum ſit gradus in ſuprema facultate ſemper reputatur excellentior quocunque gradu non ſupremo facultatis inferioris. Certum eſt 2. æquales gradus non ſupremos facultatum ſuperiorum abſolutè ſẽper præcedere ſimiles facultatum reſpectivè inferiorum, v. g. Bacchalaurum cum Bacchalauro, Licencentiatum cum Licentiato, gradus facultatis ſuperioris eſſe præferendos gradibus facultatis abſolutè, vel reſpectivè inferioris. Patet, quia data æqualitate graduũ ſemper attendenda eſt inæqualitas facultatum, ut ſuperior præcedat. Confirmatur à ſimili, nam quãdo omnes gradus ſunt ſupremi, v.g. omnes Doctoratus, prævalet Doctoratus facultatis ſuperioris omnibus Doctoratibus facultatum inferiorum, ut latè oſtendimus a num. 1185. ergo ſimiliter, quando gradus ſunt non ſupremi, v.g. omnes Bacchalaureatus, prævalebunt juxta facultatum, in quibus dantur, præcedentiam. Certum eſt 3. gradum non ſupremum facultatis ſupremæ, non eſſe præferendum gradibus ſupremis facultatum ſuperiorum, & ſolum reſpectivè inferiorum, v. g. Bacchalaureatum Theologiæ, non eſſe præferendum Doctorib⁹ Iuris Canonici, Civilis, & Medicinæ. Semper enim ſupremus gradus facultatis cujuſlibet ſuperioris debet præcedere gradum non ſupremum cujuſcunque facultatis.

1207 Tota dubitatio eſt circa gradũ non ſupremum facultatis ſupremæ, comparatum cum gradu ſupremo facultatis infimæ, v.g. an Bacchalaurus S. Theologiæ præcedat Doctorem Philoſophum, ſeu Magiſtrum artium? Pro parte affirmativa poteſt quis argumentari 1. Supremum infimi attingit infimum ſupremi, quod in Philoſophia receptum axioma eſt, & idem valet atque, id quod in aliquo ordine infimo ſupremũ eſt, ita ſe habet ad infimum ordinis ſupremi, ut tale infimum attingens illi ſubjaceat: atqui Magiſterium artium Doctoratus Philoſophiæ eſt ſupremum infimi, nempe ſupremus gradus in ordine philoſophico, qui ordo infimus eſt illorum ordinum facultatum, in quibus gradus recipiuntur: deinde Bacchalaureatus Theologiæ eſt gradus infimus in ſupremo ordine, nempe Theologico; ergo Magiſterium philoſophicum ita debet Bacchalaureatum Theologicum attingere, ut illi ſubjaceat.

Bacchalauro Theologiæ an præcedat Magiſtrum artium.

1208 Secundo. Quidquid eſt etiam minimum in ordine ſimpliciter & abſolutè ſuperiori excellit omne illud quod eſt in ordine ſimpliciter inferiori, etiam ſi in

Ordines ſuperioris excellit a

tali ordine ſit maximum: v.g. in ordine ſubſtá-tiali omnis ſubſtantia etiam minima, & abjectiſſima excellit quidquid eſt in ordine accidentali, etiam ſi ſit maximum in tali ordine, v. g. accidens ſupernaturale: deinde in ordine angelico quicunque angelus etiam minimus excellit quidquid eſt in ordine humano, etiam ſi ſit homo perfectiſſimus: deinde omnis ſubſtantia in ordine humano excellit omne id quod datur in ordine brutali, & ſic de reliquis: & hæc philoſophia ita vera eſt, ut quavis Deus in ordine accidentali crearet in infinitum accidétia perfectiora, nunquam crearet accidens ita perfectum, quod æquaret ſubſtantiam minimam: & ſic de alijs ordinibus: atqui in genere litterario, & Academico ordo Theologicus eſt ſuperior ordine philoſophico, imò (ut diximus) ſupremus omnium ordinum: ergo quidquid eſt in illo, etiam gradus infimus Bacchalaureatus excellit quidquid eſt in ordine philoſophico, etiam ſi ſit gradus maximus, ſcilicet Magiſterium.

Doctior præferendus.

1209 Tertio, nam qui ſimpliciter doctior eſt, etiam non graduatus præferri debet minus docto, etiam graduato, ut latè oſtendimus ſupra num. 1190. & inde facilè ſuaderi poteſt, quia doctrina & ſcientia non tá nobilitatur à gradu, quàm gradum ipſum nobilitat: finis enim præcipuus Academiæ eſt abundare viris litteratis & ſapientibus, quos proinde ad ſtudendum & ſciendum honoribus invitat, & Reſpublica plus juvatur, Academiaque plus honoratur doctis non graduatis, quàm graduatis indoctis: atqui Bacchalaurus in Theologia præſumitur doctior quocunque Magiſtro artium: nam quicunque in Theologia gradum recepit, ſupponitur omni philoſophica diſciplina inſtructus, & ſaltem in illa Licentiatus, cui proinde ſcientiæ addit litteraturam Theologicam, è contra Magiſter artium nulla ſcientia Theologica ſupponitur inſtructus. Accedit, quòd licèt daremus Theologum nulla eſſe doctrina philoſophica imbutum, adhuc ſimpliciter dici poſſet doctior, & ſapientior quocunque philoſopho: nam maior doctrina, & maior ſapientia conſtituunt magis doctum, & magis ſapientem: doctrina autem & ſapientia Theologica eſt longè maior & ſublimior quacunq; Philoſophica; ergo ſemper Theologus præcedet Philoſophum.

Gradus maior præcedit.

1210 Quarto ſuadetur, nam gradus maior ſemper debet gradui minori anteponi, & ſic debent præferri qui habét præcedentiam ratione graduum, ſi gradum maiorem habeant: atqui Bacchalaureatus in Theologia eſt maior gradus, quàm Magiſterium artium; ergo ille præferendus eſt tali Magiſterio. Quòd dictus Bacchalaureatus ſit maior gradus, quàm Magiſterium, proindeque Bacchalaurus Theologus ſit præferendus Magiſtro Philoſopho in ſedibus, quando omnes convenimus, expreſſé habetur in ſtatutis Regalis Collegij à Purificatione hujus Academiæ Eborenſis: nam parte 3. cap. 2. ¶ Pera que não aja differença entre os Collegiais acerca dos aſſentos & lugares, ordeno que no Refeitorio, & mais ajuntamentos do Collegio &c. os agraduados precederám ſempre aos não agraduados: entre os agraduados precederám ſempre os que tiverem maior grao: aſſi como Bacharel formado em Theologia precederá ao Meſtre em artes. Dicent adverſarij hanc præcedentiam in Collegio concedi Bacchalauro Theologo, quia hic ſupponitur Magiſterio philoſophico inſignitus, & tunc ratione gradus duplicati præcedit, ut diximus ſupra num. 1100. ſemper præcedere Doctorem in utroque, ſeu Doctorem duplicem Doctori ſimplici. Quòd verò talis Bacchalaurus Collega ſupponatur Magiſter, patet, quia faciens actus ad Doctoratum Theologicum ſupponitur habere collegiaturam, quam vocant (de paſſante) & hic ſecundùm ſtatuta Collegij Magiſter artium creari debet, antequam talem collegiaturam aſſequatur. Hæc tamen ſententiæ propoſitæ nó obſtant, tum quia nixa falſo fundamento: non enim ſemper ſupponitur Magiſter, qui Bacchalaureatum Theologicum obtinet: ſiquidem hunc gradum poteſt obtinere quin habeat collegiaturam (de Paſſante): tum quia licèt hoc daremus, adhuc ex citatis verbis Statuti maniſeſtè probaretur maioritas prædicti gradus: ná ad illam oſtendendam & exemplificandam affert Bacchalaureatum Theologicum, qué confert, & præfert Magiſterio philoſophico, ſeclusis quibuſcunque alijs. Hæc pro hac parte.

Magiſter Philoſophus præfertur cuicunque graduato non Doctori.

1211 Nihilominus pars negativa, quam judico probabiliorem, exiſtimans Bacchalaurum Theologum non eſſe præferendum Magiſtro Philoſopho, cæteris paribus, ſed è contra Magiſtrum artium Bacchalauro Theologiæ, nititur 1. authoritate utriuſque Academiæ Luſitanæ, quæ ſemper quoad præcedentiam ſedium anteponit Magiſtrum artium cuicunque graduato non Doctori, ſive ſit Licentiatus, ſive Bacchalaurus in quacunq; facultate, etiam ſi habeat geminatum gradum non ſupremum. Nam Academia Eborenſis, cū in aula publica generali, pro univerſo conventu Academico habeat ſubſellia altiora, in quibus deſignat loca Doctoribus Theologiæ, & Magiſtris artium, nullam tamen ſpecialem habet ſedem pro Licentiatis, & Bacchalauris, atque adeo nullus ex his inter Doctores & Magiſtros locum habet. Academia Conimbricenſis quanvis ſuis Licentiatis & Bacchalauris cujuſcunque facultatis deſignet locum in proceſſionibus, & aula publica, locus ille deſignatus eſt infra omnes Doctores, & Magiſtros artium.

Nam

Digitized by Google

Nam lib. 1. tit. 14. ſtatut. §. 8. loquens de præcedentia in ſupplicationibus: ¶ Os Doutores ſe ſeguirām logo ſegundo ſua antiguidade, & por eſta ordem correrām os Doutores Canoniſtas, Legiſtas, Medicos, Meſtres em Artes, Licenciados, & Bachareis Lentes: Loquens de præcedentia ſedium in aula publica lib. 3. tit. 25. poſtquam in ſublimiori ſede ſedilium, Magiſtris artium deſignavit locum ultimum inter Doctores omnium facultatum, §. 9. extra crates, & ſubſellia Doctorum & Magiſtrorum locum alium honorabilem deſignat Bacchalauris omnium facultatum hoc modo. ¶ No degrāo mais alto de fora das grades, que corre por diante do Reitor, & Doutores à mão direita, ſe aſſentarām os Bachareis Theologos, que não forem Meſtres, & os Legiſtas: & da outra parte eſquerda, alem da cadeira, ſe aſſentarām os Bachareis Canoniſtas, & Medicos que não forem Meſtres: & de hũa banda, & de outra abaixo dos ſobreditos, ſe aſſentarām os Bachareis Artiſtas. Vbi manifeſtè patet Academiam Magiſtros artium utpote locatos inter Doctores prætuliſſe omnibus Bacchalauris, quos in ſede inferiori locavit.

Simpliciter tale ſemper præcedit quod eſt tale ſecundum quid,

1212 Nititur 2. ratione: & (ut argumentemur à phyſicis ad moralia, ſicut pro parte contraria factum eſt) ſemper id quod in aliquo genere eſt ſimpliciter tale, præcedit ei, quod in eodem genere eſt tale ſecundùm quid, etiam ſi pertineat ad diverſum ordinem: explicatur in ſubſtantia & accidēte: nam ex eo quòd in eodem genere artis ſubſtantia ſit ens ſimpliciter, & accidens ſit ens ſecundùm quid, ſemper ſubſtantia excellit accidenti, etiā quando ſpectant ad diverſos ordines, & ſubſtantia eſt in ordine inferiori, v. g. ſubſtantia ordinis naturalis excellit accidenti ordinis ſupernaturalis; item ſubſtantia ordinis humani excellit accidenti ordinis Angelici; atqui in moralibus, ſeu litterarijs gradus ſupremus, quale Magiſterium, eſt gradus talis ſimpliciter; gradus non ſupremus, qualis Bacchalaureatus, eſt gradus ſecundùm quid: nam gradus ſupremus qualis Doctoratus, eſt finis, & terminus, gradus non ſupremus, qualis Bacchalaureatus, eſt via, vel diſpoſitio ad terminum, & inde eſt, quòd quidem Doctoratus eſt dignitas pariens omnes illos præclariſſimos effectus, quos ſequenti quæſtione exponemus, non ita Bacchalaureatus etiam ſupremi ordinis, & facultatis, ergo ſemper gradus ſupremus, quale Magiſterium excellit non ſupremo cujuſcunque ordinis.

Explicatur jactum fundamentum varijs exēplis moralibus. 1. in beatificatione & canonizatione Divorum: nam ex eo quòd beatificatio ſit diſpoſitio quædam ad canonizationem, & veluti quidam gradus non ſupremus ad ſupremum, Divus canonizatus præcedit beatificatum, etiam pertinentem ad ordinem ſuperiorem, v. g. Martyrum, Pōtificum, Doctorum. 2. ex eo quòd ſacerdotium ſit ordo ſupremus, & reliqui inferiores ſint viæ ad illum, ſequitur quòd ſacerdos quicunque præcedat omnes nō ſacerdotes quibuſcunque ordinibus initiatos, etiam Religioſos. 3. ex eo quòd Regalis dignitas ſit in politicis ſuprema, ſequitur quòd Rex quicunque præcedat omnes Principes non ſupremos, Duces, Marchiones, Comites etiam ordinis Imperialis; ergo in Academicis idem eſt dicendum de gradu ſupremo, nempe Doctoratu, vel Magiſterio reſpectu graduum non ſupremorum cujuſcunque ordinis, & facultatis.

Supremū infimi attingit infimum ſupremi.

1213 Supereſt ut ſatisfaciamus fundamentis partis contrariæ allatis ſupra à num. 1207. Ad primum reſpondemus axioma, quod eſt S. Dionyſij de divin. nomin. cap. 7. refertur à S. Thoma q. 16. de verit. art. 1. & affertur à Conimbric. in Logicam cap. 1. de præcog. q. 2. a. 3. ad probandum noſtram notitiam primorum principiorum non eſſe diſcurſivam inſtar cognitionis Angelicæ, quæ diſcurſiva non eſt, ut ſic ſuprema cognitio ordinis infimi, id eſt humani attingat infimam cognitionem ordinis ſupremi, id eſt Angelici. Reſpondemus agitur 1. hoc axioma militare in phyſicis, & nō in moralibus, qualia ſunt noſtræ quæſtionis materia. Ratio diſparitatis eſt, quia phyſica ab intrinſeco habent naturalem, & neceſſariam perfectionem, ſeu nobilitatem, quæ proinde ad libitum hominis mutari nequit: at moralia omnem perfectionem & æſtimationem habēt ex libertate hominis, à cujus libito pendent. Sicut enim omnia ſigna ex inſtituto pendent ex hominum placito ut ſignificent, & ſignificare deſinant, ita in moralibus multa alia v. g. monetæ, dignitates, & gradus, ut habeant valorem, æſtimationem, & præcedentiam: unde ex placito hominum factum fuit, ut omnis Doctoratus, & Magiſterium præcederet gradum non ſupremum. Reſpondemus 2. poſitum axioma, ut verum habeat etiam in phyſicis, debere intelligi, ut illud infimum ſupremi ſit tale ſimpliciter in ordine ſupremo: ſecus, ſi ſit tale ſecundùm quid. Quia (ut dicebamus) quamvis minima ſubſtantia realis in ordine Angelico ſuperet quidquid eſt in ordine humano, at nō ita accidens in ordine Angelico ſuperat ſubſtantiam ordinis humani: cum ſubſtantia ſit ens ſimpliciter, accidens ſecundùm quid: & ſic in litterarijs ſe habet gradus ſupremus reſpectu non ſupremorum.

Doctor quamvis ... præferendus.

1214 Secundo fundamento hæc eadem ſolutio aptanda eſt. fatemur enim quidquid eſt minimum in ordine ſupremo excedere etiam maximum in ordine infimo, dummodo illud minimum ſit tale ſimpliciter in ſuo ordine: ſecus, ſi ſit tale ſecundùm quid. Ad tertium de magis docto comparato

cum

Digitized by Google

cum minùs docto, locum habet in multis, ac præſertim in proviſione officiorum, & beneficiorum, quæ gradum Academicum non deſiderant: at non militat in præcedentijs Academicis: nam Academiæ ut ſuos alumnos honorarent, ſimulque tollerent controverſias de maiori ſapientia, & præcedentia, maturo conſilio decreverunt gradus litterarios præcedente tali, vel tali examine obtinendos, ut qui ad illos a cenderent, reliquos ſine ullo litigio anteirent. Ad quartum admittimus præcedentiá Bacchalauri Theologi reſpectu Magiſtri artiú in triclinio, & alijs conventibus collegij Purificationis, & ſic nobis non ſupperit ſubterfugium, niſi recurramus ad ſpeciale ſtatutum expreſſum, quo fundator potuit & voluit derogare juri communi litterario, ſeu Academico, ſecundùm quod Doctor philoſophus debebat præcedere, ratione gradus ſupremi, omnibus non Doctoribus. In moralibus enim (ut nuper diximus) omnis dignitas & præcedentia pendet in fieri & conſervari ex placito humano. Voluit igitur Sereniſſimus Henricus Collegij fundator dare præcedentiá Bacchalaureo Theologo, ut ſic oſtenderet, quanti faceret ſuum Collegium Theologicum, ob præciſam reverentiam facultatis Theologicæ, cui ſuos omnes præclaros alumnos voluit ſe vehementer impendere, ac devovere.

QVÆSTIO VI.

Quænam ſint effectus, ac veluti proprietates conſequentes Doctoratum?

1215 Quæſtionibus præcedẽtibus ſatis à nobis actum eſt de cauſis Doctoratus, ſive ipſius eſſentiam intrinſecè conſtituentibus, ſive ab extrinſeco cauſantibus: Diſputavimus enim ſatis fuſè, quid ſit, & qualiſnam ſit hujuſmodi dignitas: à quibus, & in quibus producatur, & quomodò in eis excellat. Ratio doctrinæ poſtulat, ut eſſentia ſic conſtituta & expoſita, videamus, quos pariat effectus, & quaſnam in proprietates morales erumpat. Septem veniũt in conſiderationem, ſcilicet nobilitas, honor, ornatus, locus, immunitas ab examine, capacitas ad Epiſcopatum, & beneficia, exigentia ſalarij. Hæc omnia expediemus per ſequentes difficultates.

Nobilitas Doctoris. Prima difficultas eſt, an Doctoratus pariat nobilitatem? Affirmativa reſolutio, eorum nẽpe qui affirmant homines per Doctoratum fieri nobiles, ita ut Doctoratus in illis nobilitatẽ pariat, indubitata eſt, tum ex ijs, quæ tradidimus num. 110. tum ex traditis per Alex. conſ. 113. Menoch. de præſump. lib. 4. præſ. 189. n. 86. Ruſtic. ad l. cum avus lib. 2. tan. 15. num. 108. ff. de condit. & demonſt. Mantic. de conject. ultim. volum. lib. 11. tit. 9. num. 7. Phœbum tom. 1. deciſ. 162. num. 2. & Stephan. Gratianum diſcep. forenſ. tom. 3. cap. 590. num. 20. Sumitur 1. ex authoritate tex. in l. providendum Cod. de poſtulan. & cap. de multa 28. de præben. in quibus utrunque jus civile & canonicum Doctoribus adſtruit nobilitatem. Sumitur 2. ex ratione, quia nobilitas nihil aliud eſt quàm claritudo, & quædam veluti noſcibilitas, qua quis multis innoteſcit laudabilis, & opponitur obſcuritati: cum verò Doctor in dignitate conſtitutus ſit, cap. quando, de Magiſtris, & vir litteratus dicatur fulgere cap. 1. & ibi addit marg. de Magiſtris, ſol enim irradians latere nequit, planè ſequitur Doctorem nobilem eſſe.

1216 Addo 1. Doctorem non eſſe utcunque nobilem, ſed nobilem quadam nobilitate altioris ordinis, qua excellit reliquis nobilibus, nempe ex genere, fortitudine, vel divitijs. Ita Caſſanæus par. 8. conſ. 28. ex Luca de Pen. in l. mulieres 4. col. in prin. Cod. de dign. lib. 12. Nam ſicut anima præfertur corpori l. Sancimus Cod. de ſacroſ. Eccleſ. & ſol præcedit lunæ cap. ſolitæ, de maior. & obed. & aurum ſpecioſius eſt plumbo cap. duo ſunt 46. diſt. ſic nobilitas parta per vires ſpirituales animæ excellit omnem nobilitatem viribus corporeis partam. Addo 2. Doctores, qui per ſpatium viginti annorum docuerunt, & manſerunt emeriti, vulgo Iubilati, tantum nobilitari, ut appellentur perſonæ illuſtres, & Comites. Ita ex Bart. & Bald. in proœm. Pandect. Petrus Gregor. de Repub. lib. 18. cap. 3. n. 10. & ex Garcia Faltonio de hoc latè agente reg. 145. Phœbus d. deciſ. 192. num. 6. Addo 3. Doctoratum non ſolum parere nobilitatem in ipſo Doctore, ſed etiam in eorum filijs, & fratribus. Quod enim Doctorum filij ſint nobiles, imò nobiliſſimi, tradunt Anton. Gom. l. 83. Tauri num. 16. Guido Papa deciſ. 388. latè Garcia de nobil. gloſ. 48. §. 4. num. 72. Dueñas reg. 55. limit. 7. & probat Phœbus tit. deciſ. 162. num. 4. ex Ordin. Luſit. lib. 3. tit. 24. & tit. 59. §. 15. & lib. 5. tit. 135. §. 1. dicitque ſic ſæpius audiviſſe judicatum in Senatu; & noviſſimè tradit Fontanella de pactis nuptial. clauſula 5. gloſ. 1. p. 2. num. 98. Quod fratres Doctorum ſint etiam nobiles, ita ut Doctoris nobilitas ad eos extendatur, Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. to. 3. cap. 590. a num. 17. probat 1. dignitas Epiſcopalis, & nobilitas inde proveniens juvat etiam collaterales & fratres, juxta ſententiam Angel. in Authen. Vt liceat matr. & aviæ §. 1. Tiraquel. de nobil. cap. 14. num. 41. & Afflict. ſuper conſtit. regn. rub. 31. nu. 31. lib. 1. Probat 2. quia

Doctores ſunt illuſtres, & comites.

Filij Doctorum nobiles.

Fratres Doctorum ſunt nobiles.

quia nobilitas filiorum refunditur in parentes, ſicut diſcipulorum in magiſtros, & ſubditorum in præſides, de quo Sebaſt. Medic. de definit. cap.41.num.17. tom.18. Io. Ray. de nobil. q.13. q.5. Alber. in l. Imperatores num.3. C. de decurion. & Tiraq. d. tract. q.16. num.3. ergo etiam nobilitas Doctoris refundetur in fratres. Probat 3. quia Romæ, quæ eſt caput totius orbis Chriſtiani, multum attenditur nobilitas, quæ ex fratribus, putà Cardinalibus, & ſimilibus provenit; ergo ſic in Academia, præſertim Eccleſiaſtica.

Honor debetur Doctoribus.

1217 Secunda difficultas eſt, Vtrum & qualẽ Doctoratus pariat honorem? Indubitatum eſt honorem deberi Doctoribus, utpote publico Academiarum teſtimonio ſapientibus. Sumitur ex authoritate juris Canonici. Clem.2. de Magiſtris, ubi dicitur ad honorem peritiæ litterarum, quòd quis aſcendat cum vanitate & imperitia, eſſe nimis abſurdum, quaſi ſolis peritis debeatur talis honor. Can. viliſſimus 1.q.1. ubi dicitur quòd honore præſtantior debeat præcellere alios ſciẽtia. Cap. presbyterorũ diſt.50. ubi dicitur quòd ſit honor dignitatem habere: & cap. cum olim, de conſuetud. ubi Gloſſa ait quòd quis honorandus eſt ſecundùm dignitatem ſuam in ſeſſionibus, in ſubſcriptionibus, & in ſententijs ac ſufragijs ferendis. Quæ omnia rectè procedũt de Doctoribus, utpote dignitatem præclaram habentibus. Sumitur 2. ex ratione, quia honor (ut definit S. Thom. 2.2. q.103. a.1.) nihil eſt aliud, quàm teſtificatio quædam excellentiæ alterius, mediatè tamen, ut exponit Leſſius lib.2. cap.11.num.2. Nam immediatè eſt teſtificatio noſtræ opinionis de excellentia alterius, cum quadam noſtri ſubmiſſione: mediatè ipſius excellentiæ, cum ſigna externa immediatè ſignificent noſtros conceptus, mediatè res ipſas: atqui in Doctoribus datur excellentia ſapientiæ & doctrinæ; ergo illis debetur honor, & prædicta teſtificatio.

Statuarũ erectio pro Doctoribus.

1218 Quantum verò honoris Doctoribus impendi debeat, ſatis patet ex dictis de nobilitate, & prærogativis ſapientum, patebitque inſuper ex dicendis. Interim monemus, in tanto olim honore fuiſſe Magiſtros, & peritos Doctores, ut condecorarẽtur publicè erectis ſtatuis. Nam honor cum præſtari ſoleat varijs externis ſignis, v.g. capitis detectione & ſubmiſſione, genuflexione, manuum ac pedum deoſculatione, & ſimilibus, exhibetur præcipuè ſtatuarum erectione, cum hæc ſit præclara, & æterna alicujus excellentiæ teſtificatio; & in tantum (inquit Caſſan. p.1. conſid.35.) conſiſtit honor in ſtatua alicujus, quòd ſi ipſa ſtatua rumpatur, detur actio injuriarum l. ſi ſtatua, & ibi DD. ff. de injurijs. Quod verò olim Doctoribus & ſapientibus erectæ fuerint, decreto, & plauſu publico ſtatuæ, latè inferunt Textor Nivernenſis in ſua officina, & Gregorius Tholoſ. de Republ. lib. 18. cap.3. num.6. Orbilio, qui olim Romæ docuerat in ſchola publica, maiori fama, quàm emolumento ſtatua dicata oſtenditur (inquit Sueton. de illuſtr. grammat. num.12.) in Capitolio ad ſiniſtrum latus marmoreo habitu ſedentis & palliati. Similiter Verrio Flacco, qui docendi genere maximè eminuit, ultra quod ex ſchola ad palatium ab Auguſto tranſlatus Doctor nepotum, ſtatua Præneſte in inferiore parte fori contra Hemicyclum erecta eſt. Mitto innumeros.

Inſignia Doctorũ.

1219 Tertia difficultas eſt, quemnã ornatum pariat Doctoratus, ut nempe varijs Doctores inſignibus decorẽtur? Ornandum eſſe Doctorem inſignijs, quando in Academia aſſumitur ad gradum illum ſupremum, apertè ſupponitur a Pontifice in Extravag. in Sacroſancta Pij IV. & manifeſtè docent Lucas de Penna in l. unica C. de athletis lib.10. & Caſſan. p.10. conſid.36. Quænam autem ſint hujuſmodi inſignia? ibidẽ numerat ſeptẽ. 1. librum, & hujus traditionem exiſtimat eſſe de eſſentia Doctoratus, ſumitque 1. ex tex. in cap. lector 23. diſt. 2. ex forma coronandi Regem 2. Paralip. c.23. „Eduxerunt filium Regis, & „impoſuerunt ei diadema, dederunt in manu „ejus tenendam legem, & conſtituerunt eum „Regem. Quæ fortiùs militant in Doctore, cujus officium eſt docere quæ in libro continentur: quidquid in oppoſitum afferatur de libro in conſecratione Epiſcopi, ex cap. Epiſcopus 23. diſt. & cap.1. 75. diſt. 2. birretum, quod dicitur quaſi bis rectum: quia bis rectum decet eſſe Doctorem, ſcilicet in docendo & operando, ut ſe & alios regens virtutibus ornet, ac ſordibus mundet Cap. duo ſunt 23. q.4. & cap. ſi quis uxorem 30. q.1. Hinc birretum debet eſſe rotundum; cum enim detur in ſignum ſanctitatis & veritatis, neceſſe eſt habeat figuram perfectam, qualis eſt ſphærica, utpote carens angulo: quia ubi angulus ibi ſordes eſſe dicuntur, Gloſſ. in Clem. 2. de vita & honeſt. cleric. verb. & tonſuram. Hodie cum defectu rectitudinis & puritatis inolevit conſuetudo pileorũ quadrangularium.

Birretum rotundum ſeu pileus rotundus.

Annulus Doctoris.

1220 Tertium, annulum, ad denotãdum (inquit Lucas de Penn. in l. unica C. de profeſſ. & medic. lib.12.) quòd per eum factus eſt Doctor verus ſponſus ſcientiæ, quam profitetur, docendamque ſuſcepit. Hinc teſte Salazar in Cant. cap.1. verſ.3. Epiſtol.1. Cancellarius cum annulum recenti tradit Magiſtro, utitur hac forma: (Accipe annulum ſub arrhationis.) Nam ſicut per eum (inquit) contrahitur matrimonium inter virum & uxorem, ita inter ſcientiam & Doctorem. Annulus verò conjugatis datus in ſignum maturæ dilectionis inſeri conſuevit quarto digito ſiniſtræ manus, ubi

Digitized by Google

ubi ſecundùm medicos, eſt quædam vena ſanguinis, quæ ad cor hominis uſque pertingit, ut habetur cap. fœminæ in fin. 30. q. 5. Itaque annulus (inquit citatus Salazar) clavis erat Rabinorum inſigne inter Hebræos, &, ni fallor, de hoc annulo exponendus eſt S. Ioan. Evangel. cap. 6. ubi Chriſtum ſic ſe auditoribus ſuis cō-
„ mendantem inducit: Operamini non cibum
„ qui perit, ſed qui permanet in vitam æter-
„ nam, quem filius hominis dabit vobis: hunc
„ enim Pater ſignavit Deus. Senſus eſt, doctrinam vobis à filio hominis traditam non ſolum auribus excipere, ſed etiam moribus exprimere debetis; quia hunc Pater annulo decoravit, hoc eſt Doctorem & Magiſtrum præfecit, id eſt per ipſam divinitatem, quam à Patre accepit, Doctor eſt initiatus. Vnde fallit pronuntiatum Ioan. And. ad cap. Vt Apoſtolicæ, de privil. in 6. ubi dixit Clericum annulatũ eſſe fatuum, vel Epiſcopum. Nam Doctor eſſe potuit, quin fatuus, vel Epiſcopus eſſet.

Difficultas eſt an Doctor poſſit geſtare annulum quando Miſſam celebrat. Gavant. in rubr. Miſſalis p. 2. tit. 1. pag. 82. poſtquam dixit Epiſcopum celebrantem geſtare annulum in digito annulari dexteræ manus, ſic adjungit: Alij caveant, ne unquam annulum geſtent in Miſſa: Quia expreſſè prohibit⁹ fuit Protonotarijs non participantibus, & quibuſcunque Doctoribus à S. rituum Congreg. die 11. Febr. 1623. Et item Canonicis cathedralium Eccleſiarum, qui ſe maiores æſtimabāt Protonotarijs, die 20. Novemb. 1628. Canonicorum nomine hac in re intelligūtur etiam dignitates. Huic reſolutioni conſonat conſtitutio Archiepiſc. Olyſſip. lib. 3. tit. 4. decret. 1. §. 1.

Cathedra Doctoris.

1221 Quartū, Cathedram. Nam Magiſter debet ex loco ſublimi docere cap. pleruinque veri altiora 2. q. 7. & cathedrā Doctoris glorioſa eſſe debet, ut habetur 3. Eſdræ cap. ult. (Stetit Eſdras ſacerdos, & lector legis ſuper ligneum tribunal.) Quòd verò cathedra ſit propriè Doctorum, & competat præ cæteris Summo Pontifici, qui ſicut præeminet cæteris dignitate, ita cæteros præcellit ſanctitate, & doctrina, tradit Gloſſ. v. Cathedram ad Clem. dudum, de ſepulchris. Illud præ oculis habeant Academici, ut ad Doctoratum & cathedram non adſpirent niſi per magnum ſudorem, & ſtudium tam virtutum, quàm ſciētiarũ. Qui enim alia via cathedram aſcendunt, in loco gloriæ fiunt alijs authores ruinæ. Cap. quoniam multa 48. diſt. Imò qui malè ſederit, injuriam irrogabit cathedræ cap. fin. 40. diſt. Cum locus non ſanctificet hominem, ſed homo locum; & cathedra non faciat Doctorem, ſed Doctor cathedram Gloſſ. ſedem in Extravag. ad onus Ioan. 22. Quintum, Zonam, quæ confertur hac forma: Accipe zonam auream, & lumbos tuos cingulo fidei præcinge, ut corpus tuum ſit ornatum exterius, & apud Deum & homines ſe oſtendat perfectius. Illud obſervat Caſſanæus citatus deponi non debere zonam, niſi completo Doctoratus officio. Nam indecens omnino probatur, prius ſolvere militiæ cingulum, quàm cedat victori adverſitas præliorum. Cap. 1. de renunt. juncta l. 2. C. de his, qui non impletis ſtipendijs lib. 10. Sextum, oſculum pacis, de quo fit mentio in cap. pacē, de conſecrat. diſt. 2. & habetur per Ioan. Andr. v. inſignia ad Clem. 2. de Magiſtris, ubi Zabarella q. 1. princip. & confertur hac forma: Accipe pacis oſculum, ut fœdus pacis in facultatibus jurium ſerves perpetuum. Septimum, benedictionem: quanvis Zabarella citatus dicat neque oſculum, neque benedictionem ſpectare ad inſignia, ſed ſolum adhiberi pro quadā maiori extrinſeca ſolemnitate.

Zona Doctoris.

Oſculum Doctoris.

Colores in inſignibus Doctorum.

1222 Hæc ſunt inſignia quæ in Academijs Europæis, præſertim Galliæ, Italiæ, & Germaniæ recipiunt, qui ad Doctoratum ſeu Magiſterium promoventur. At inter illa non invenio duo, quibus maximè ornantur noſtri Doctores in Luſitania, ſcilicet cucullum inſtar epheſtridis, vel epitogij circa humeros, & diadema fimbriatum in pileo, quæ inſignia diverſitate colorum teſtantur diverſas profeſſorum facultates, ut videre eſt apud Conimb. lib. 3. Stat. tit. 24. & Eboreuſ. lib. 4. cap. 5. Nam color albus inſignit Doctorem Theologum, color viridis Canoniſtam, color purpure⁹ Legiſtam, color luteus, ſeu flavus Medicum, color cæruleus Philoſophum.

Locus Doctorũ honoratus.

1223 Quarta difficultas eſt, Vtrum, & quomodò Doctoratus pariat locum honorabilem? Eſſe Doctoratus effectũ, ſeu proprietatem locum honorabilem, ut ſæpe locus decens, honeſtus, & ſplendidus debeatur Doctoribus, conveniunt omnes, & ex ſupra dictis ſatis manifeſtum eſt. Caſſanæus p. 4. cōſid. 76. ex Baldo in cap. cum olim, de conſuet. definit antiquiores clericos & Doctores habere primum locum, deinde cæteros per ordinē. Magiſtros & Doctores debere ab Epiſcopis conſtitui locis congruis & honoratis, tradunt Valer. Reginal. in praxi fori pœnit. lib. 10. cap. 13. Sebaſtian. Medic. in Summa peccator. par. 2. cap. 2. q. 74. Navar. in manuali cap. 21. num. 107. Sylveſter v. Doctor q. 9. Greg. Lop. l. 7. gloſ. 2. prope medium tit. 6. par. 1. Idque probat, & deducit ex cap. De quibuſdam diſt. 37. Barb. ad eundem locum in collect. tom. 5. Maior eſt cōtroverſia quis ſit locus honorabilis, ſeu potiùs honorabilior? Primum locum eſſe honorabilem, conſtat ex cap. Epiſcopos diſt. 7. ubi ſtatuitur ordinatum primò debere inter æquales ſui ordinis in primo loco conſtitui. Locum ſublimem excellere loco humili & infero, habetur cap. ſolitæ §. hæc autem de maiorit. & obed. Dicunt aliqui apud Petrum Gregor. de

Repub,

Digitized by Google

Republ. lib.4.cap.10.num.12. honorabiliorem locum eſſe medium inter plures, ſiquidem Chriſtus ſtetit in medio diſcipulorum, & Deus dicitur eſſe in medio eorum, qui ipſius nomine congregantur. Dicunt alij honorabiliorem eſſe locum eorum, qui præcedunt, ſic enim dominus ambulans præcedit famulos & patronus clientes. Dicunt alij nobiliùs, & honorabiliùs eſſe ſubſequi, quàm præcedere. Ná in ſupplicationibus magnates, & honoratiores ſubſequuntur.

Locus ſiniſter videtur nobilior.

1224 Maius eſt dubium, & in hâc rem, pulchra & erudita quæſtio, ſitne locus dexter honorabilior quàm ſiniſter, an è cótra? Pro parte aſſerente locum ſiniſtrum eſſe digniorem & honorabiliorem, ſtat 1. authoritas ſacra & prophana. Nam ex ſacra Scriptura cap.3. Iudic. conſtat Aodum ſibi feciſſe gladium ancipitem, & eo accinctum ſubter ſagum in dextro femore, necaſſe Eglon Regem, ſiniſtra manu, qua voluit uti tanquam honoratiori. Deinde in Bullis Pontificis caput Pauli ponitur à dextris Crucis, & caput Petri à ſiniſtris, ſic in ſigillo plumbeo Papæ Paulus à dextris, Petrus à ſiniſtris eſt, de quo laiè Franciſcus Mucantius, & Antonin. Georg. in ſpeciali, tractat. ut nempe locus præſtantior, qualis eſt ſiniſter, deferretur Petro Chriſti Vicario. Præterea ſedere ad dexteram non ſemper maiorem dignitatem arguere, eleganter notat Cardin. Baron. annal. Eccleſ. tom.3. anno Chriſti 325. fol. 273. & tom. 6. anno 451. fol. 141. & tom. 2. anno 213. fol. 301. & ex Nicæna, & Calcedonenſi Synodo Act. 1. notat ibi Legatos Pontificis ad ſiniſtram ſediſſe, ſtante in media conciliorum aula, Evangeliorum codice Chriſtum præſidem figurante. Addit Barb. de poteſt. Epiſcop. par.1.tit.3.cap.8. num.63. in ſacrificio Miſſæ id paſſim inſpici poſſe, cum Epiſtola ad dexteram, & Evangelium dignius ad ſiniſtram canantur.

1225 Facit authoritas prophana. Nam olim ex parte ſiniſtra ſuborta tonitrua credebantur proſpera. Vnde Æn.2. de ,, Anchiſe loquente, Vix ea factus erat ſe- ,, nior, ſubitoque fragore, Intonuit lævum. quaſi à parte ſiniſtra fœlix omen portenderetur. Locus item ſiniſter ab eodem Poeta Æn. 7. canitur ut dignior & præſtantior, utpote quem Æneas Pallanti gratia honoris contulerit, tanquam hoſpiti, auxiliatori, & regio nato. (Pallaſque ſiniſtro Affixus lateri. Conſonat Suetonius de Tiridate ſic ſcribens in Nerone: ,, Tiridatem perductum in theatrum, ac rur- ,, ſus ſupplicantem, juxta ſe latere dextro col- ,, locavit. Hoc (inquit Lipſius Elect. lib. 2. c.2.) contumeliæ fuit, nó honoris, depretiando Tiridati, non attollendo. Refert inſuper Giſlenius Busbequius in itinerar. Conſtantin. Turcas dicere honorabiliorem partem hominis ſiniſtrá, quòd eam gladius delatus cohoneſtet.

Stat 2. ratio pro aſſerentibus partem ſiniſtram eſſe digniorem: quia natura, ſeu potiùs naturæ conditor, & rerum omnium optimus diſpoſitor Deus, cum in reliquis animantibus cor medium eſſe voluerit ſine flexu ad dextrum vel ſiniſtrum, nempe ut ſcaturigo illa ſanguinis, ſpirituum vitæ, à parte media pertineret, & ſe diffunderet ad fovendas, & irrigandas æqualiter omnes partes, in homine tamen præcipuo, ac nobiliſſimo animali ſtatuit ut cor ad ſiniſtram partem vergeret, & inclinaret, ut nempe nobilius mēbrum deflecteret ad partem nobiliorem. Quando igitur Rex, aut Imperator aliquem ad ſuum latus ſiniſtrū collocat, magis eum honorat, ſuo cordi faciens propinquiorem, quàm ſi ad dextrum conſtitueret. Ex quibus mirum non eſt (ut tenent Stephan. Gratian. diſcep. forenſ. cap.166. num.43. & Burari. deciſ.488. num. 7.) quòd antiquitus in pluribus locis dignius fuerit ſedere ad ſiniſtram, quàm ad dextram.

Locus dexter nobilior.

1226 Nihilominus pro parte affirmante locum dextrum honeſtiorem, & nobiliorem eſſe, quàm ſiniſtrum, ita ut quis nobiliùs à dextris, quàm à ſiniſtris ſedeat, multis adductis, ſtant Caſſanæus in Catal. parte 3. conſider. 2. Alvarus Pelagius de planctu Eccleſ. lib. 1. cap. 59. Petrus Gregor. de Republ. lib. 4. cap. 10. num.12. Auguſtin. Barb. de poteſt. Epiſcop. par. 1. tit. 3. cap. 8. num.63. & Iuſtus Lipſius lib.2. elector. cap.2. Et hæc ſententia, quæ verior & cōmunior eſt, ſumitur 1. ex S. Pagina: nam Chriſt⁹ Dñs ſedem gloriæ ſuæ à dextris habet juxta Apoſt. ad ,, Heb.1. Qui cum ſit ſplendor gloriæ, & figu- ,, gura ſubſtantiæ ejus, portans omnia verbo ,, virtutis ſuæ, ſedet ad dextrá majeſtatis in ex- ,, celſis. Ipſe Dñs dixerat Matt.26. Amodò vi- ,, debitis filiū hominis ſedentē à dextris virtu- ,, tis Dei: & ſic ſedentē vidit Stephanus Act.7. ,, Ecce video cælos apertos, & Ieſum ſtantē à ,, dextris virtutis Dei. Quin idē Dñs venturus in extremū judiciū, ut habeat honorem electis, eos collocabit in dextris, reprobos autem in ſi- ,, niſtris. Matth. 25. Et ſtatuet oves quidem à ,, dextris ſuis, hædos autem à ſiniſtris.

1227 Sumitur 2. ex jure Canonico, cap. ſolitæ §. hæc autem, de maior. & obed. ubi juxta expoſitionem Stephani Daoiz v. ſedere habetur quòd ſedere à dextra, eſt honorabiliùs quàm ad ſiniſtram: ibi enim Pontifex multum culpat Imperatorem, quòd Patriarcham Conſtantinopolitanum, membrum Eccleſiæ præcipuum à ſiniſtris collocaverit. Ex quo loco rectè arguunt partis dextræ nobilitatem Iuriſtæ, Caſtaldus de Imper. quæſt.88. nu. 9. Ioan. Garcia de nobil. gloſ.48. nu.24. Fulvius Pacian. de probat. lib. 2. cap.23. num. 90.

Digitized by Google

Azeved. in Curiam Piſanam lib.2. cap.2. num. 9. & Tiraquel.de jure primog. in præfat. nu.13. Sumitur 3. ex litteris humanioribus: nam apud Romanos olim rerum dominos dexter tanquam præſtantior honoris cauſa deferebatur. Hinc Suetonius in Claudio: In amicos (ait) tam civilis, ut etiam Plautium virũ nobilem, qui in expeditione Britannica multa egregiè fecerat, triũphantem ipſe proſequeretur, & Capitolium conſcẽdenti lævus incederet. nempe honoris gratia concedẽs dexterá triũphatori. Valerius de Tiberio honores omnes Druſo fratri exhibẽte: Præcepit (inquit) etiam dextra in parte Prætoriũ ei ſtatui, & Cõſulare & Imperatoriũ nomen obtinere voluit: eodẽq; tempore, & fraternæ majeſtati ceſſit. Sueton. de Tiber. c.6. Dehinc pubeſcens, Actiaco triũpho, currũ Auguſti comitatus eſt ſiniſteriore equo, cum Marcellus Octaviæ filius dexteriore veheretur. Procul dubio in hac ſeſſione Marcellus prælatus fuit, utpote qui & ætate Tiberio maior, & ad imperij ſpẽ ab avunculo jã admotus. Sumitur 4. ex ratione naturali, quia in naturalib⁹ ea cẽſẽtur præſtãtiora & nobiliora, quæ reliquis præſtãt fortitudine, & activitate: certũ enim eſt fortia debilib⁹, & activa paſſivis lõgè excellere: atqui fortitudo & activitas dextris adhæret, nõ ſiniſtris! unde Plinius nõ vanè ſcripſit (vires dextra parte eſſe maiores:) & apud Ariſtotelem lib. 3. de partibus animal. cap. 9. in corpore humano, hepar ſplene melius: & è renibus, teſticulis, manibus, pedibus, potiora omnia dextra. Cauſa, quia calidiora. Hinc apud eundem, movere atque agere dextri eſt, moveri & pati, ſiniſtri. Ergo pars dextra ſicut in phyſicis, ita in moralibus præſtantior eſt, quàm ſiniſtra.

Petrus ad ſiniſtris & Paulus adextris.

1228 Ex ijs quæ pro parte contraria objecta ſunt, cum plura ſoluta exiſtimẽ, ex eo quòd in moralibus omnia pendeant ex hominũ arbitrio, habeatque humana lex & conſuetudo vim, ut quæ apud varias nationes in honore & gloria ſunt, reliquis vertat probro, ac ludibrio, unum vel alterum fortius ex authoritate & ratione fundamentum diſſolvam. Ad illud quod afferebatur de imaginibus Pauli à dextris, & Petri à ſiniſtris, Auguſt. Barb. citat. in collect. num. 8. non credit factum, quaſi locus ſiniſter ſit honoratior dextro, ſed 1. quia Paulus (inquit) onus Evangelicæ prædicationis ad gentes præcipuè, Petrus verò ad circũciſos ſuſcepit, Eccleſia autem tranſlata ad gentes dexteram apud Dominum meruit, ſynagoga poſthabita. 2. Quia veteres & ſi plerũque Paulum à dextris, plerunque etiam à ſiniſtris effigiarunt, quaſi ignorantes uter ex duobus Apoſtolis alteri præſtaret: nam & ſi Petrus maior eſt poteſtate, Paulus maior eſt ſapientia. Mihi tamen (ſi meum liceat interponere judicium) perſuaſum eſt, Eccleſiam, dextro illo loco aſſignato, nunquã intendiſſe Paulum anteponere Petro, ovẽ paſtori, ſubditũ prælato capitiq; ſuo, ſed tantum ſignificaſſe honorẽ, quem Petrus fidelium omnium Imperator & caput deferebat Paulo utpote gentium Doctori & Evangelij propagatori maximo: neq; enim dicitur Vaſſallus habere locũ magis honoratũ quàm Princeps, quando Princeps v.g. Imperator illũ ad ſuã dextrã collocat. Quantũ verò Apoſtolorũ Princeps detulerit Paulo ob ſapientiam, conſtat ex Epiſtola ipſius Petri, ubi de Paulo magnificè, & honorificè loquitur.

Ad alterum pro contraria parte oppoſitũ ex ratione, fatemur Deũ optimum rerum opificẽ, & diſpoſitorem collocaſſe in homine cor, mẽbrũ nobiliſſimũ vergens ad partẽ ſiniſtram, nõ quidẽ ut loco præſtãtiori cor honoraret, ſed (teſte Lipſio ex Ariſtot. cit.) arcano ſuo providẽtiæ, quæ benigno quodam & & miſeranti reſpectu cor propiùs Siniſtræ admovit, ut vitalis ille calor ſubſidiũ è propinquo ferre poſſet, & vegetare malam, rigentẽq; partem. Vnde non fuit datus locus ad honorem cordis, ſed potiùs in tali loco collocatum cor in favorem & auxiliũ partis deterioris.

SECTIO QUÆSTIONIS.

De reliquis effectibus, ſeu proprietatibus Doctoratus.

Examinis immunitas.

1229 QVinta difficultas eſt, utrum, & quomodo Doctoratus pariat immunitatem examinis? Cum Doctores (ut ſupra reſolvimus q. 3.) ad ſummum illum gradum nõ aſcendant, niſi prævio triplici ſaltem rigoroſo examine, & per talem gradum aſſequantur publicum teſtimonium Academiæ, de ſcientia, quam profitentur, ex ipſa natura rei, & eſſentia Doctoratus videtur neceſſariò tanquam proprietas emanare immunitas cujuſcunque examinis, ſive id fiat per privilegium dignitati Doctorali annexum, ſive per quandam moralem conſequutionem, ut nempe Doctoratum conſequatur talis immunitas, ſicut de facto Doctoratum eundem, ſimiliter & nobilitatem conſequuntur variæ immunitates. Nam eo ipſo quo quis eſt Doctor, vel nobilis, manet immunis à vili ſupplicio, & immunis à ſordidis muneribus. Pro deciſione propoſitæ difficultatis 1. examen multiplex in ordine ad finem multiplicem cõſiderari poteſt: nempe examen ad recipiendum eundẽ gradũ per incorporationem in alia Academia, imò ad fruendũ privilegijs Doctoralib⁹ in priori, examẽ ad recipiẽdũ ſacros ordines, ad audien-

Digitized by Google

audiendũ confeſſiones, ad concionandũ, denique examen ad obtinenda beneficia Eccleſiaſtica. 2. conſiderãda eſt proportio, ſeu habitudo inter ſciẽtiã, in qua quis graduatus eſt, & finẽ, ad quẽ examẽ poſtulatur. Nã parũ refert ad recipiendũ gradũ in una facultate, quòd quis ſit Doctor in alia v.g. ad Doctoratũ in Medicina, quòd quis ſit Doctor in jure, aut è contra; item parum refert ad audiẽdas confeſſiones, ad cõcinandũ, vel curatũ beneficiũ obtinendũ, quòd quis ſit Doctor in jure civili, vel Medicina. Quare ad hos fines ſemper Doctores in ſciẽtia improportionata examinari debent.

1230 Sola eſt dubitatio, quando quis eſt Doctor in ſciẽtia proportionata ad finẽ, & fuit graduatus in Academia approbata prævio examine rigoroſo. Non enim habere poſſunt immunitatem ullam examinis Doctores ex reſcripto, ſeu Bullati, vulgo dicti de camera; contra quos graviter invehitur Stephanus Gratianus tom. 1. cap. 186. num. 71. illos vocans aſinos, eo quòd non potuerint ratione ignorantiæ gradum recipere in Academijs, ſed receperint à Comitibus Palatinis, & ſint tam ignari litterarum, ut ſæpe neſciant ſcribere, aut legere. Vt procedamus clarè, ſub hac difficultate eſt multiplex dubium expediendum. Primum dubium eſt, an qui ſemel prævio examine Doctoratũ obtinuit, poſſit illum amittere iterũ examinatus, & reprobatus? Negativè reſpondent Mantica deciſ. 174. num. 2. Sanch. lib. 9. Matr. d. 6. num. 9. & Rota deciſ. 456. n. 4. p. 2. & cum alijs Barb. axiom. 31. n. 3. qui intelliguntur, nulla superveniente cauſa. Reſpondeo igitur affirmativè, ſi detur cauſa rationabilis, negativè, ſi cauſa nulla ſuperveniat. Ita Bald. in l. ſed reprobari 7. in princ. de excuſat. tutor. Boer. deciſion. 149. num. 16. Rabuff. de nominat. q. 21. n. 12. Gratianus diſcep. forenſ. tom. 1. cap. 186. num. 31. & Petrus Gregor. de Repub. lib. 18. cap. 9. num. 10. ubi ſic habet: nec inficias imus, quin & æquum & ſalutare Reipublicæ putamus, approbatum ſemel in Doctorem, poſſe iterum reprobari, ſi poſtea inveniatur per reformatores, vel Magiſtros, qui antea approbarunt, inſufficiens: imò & inſignibus poſſe privari, ſaltem privilegijs. Niſi (addit) caſu, vel morbo, vel ſenectute fuerit ſcientia amiſſa. Sumitur 1. ex l. Grãmaticos C. de prof. & medic. lib. 10. ubi Gordianus Imper. ſtatuit Grammaticos, ſeu oratores decreto ordinis approbatos, ſi non ſe utiles ſtudentibus præbeant, denuo ab eodem ordine poſſe reprobari.

Doctor approbatus an poſſit reprobari.

1231 Quare (ſubjungit ex Panormit. ad cap. de illis, de ſponſal.) examinatus & probatus in gradu licẽtiæ, poteſt in examine Doctorũ reprobari, cũ ex nova cauſa potuerit ſe inutilẽ reddere, veluti ſi ſit magna temporis diſtãtia inter licentiatũ vel prolytatum & Doctoratum petitum. Sumitur 2. poſita reſolutio ab exemplo. Nam Archiepiſcopus Capuanus (ut refert Nicol. de Neapol. in d. l. ſed & reprobari) Doctores in patriam redeuntes faciebat examinari, & repertos inhabiles reprobabat; prout etiam notant Mar. Mut. ſuper cõſuet. Panormit. cap. 68. n. 22. & Petrus Lenaudetius de privil. Doct. p. 1. q. 9. num. 31. tom. 8. fol. 5. Sumitur 3. ex ratione, quia licèt per examen prius, & graduationem jus illis quæſitum fuerit, tamen bono illi privato anteponenda eſt utilitas publica, quæ in his multum verſatur. Nam Doctores ob præſumptionem doctrinæ admittuntur ad multa officia & beneficia Eccleſiaſtica, quæ imperiti perperam gerent, non ſine læſione multorum. Notat verò Gratianus citatus num. 33. Doctores hujuſmodi ratione inſufficientiæ reprobatos, poſſe iterum approbari ceſſante ignorantia, quidquid ſit in privatis Doctoratu ex delicto. Felin. in cap. ex litteris num. 19. de conſtit. Iaſ. in l. Barbarius nu. 60. de offic. prætor. & Decius in cap. ut noſtrum n. 4. de appellat. Ex quibus colliges quanto jure Academia poſſit cogere incorporandos ad examen, quando illi receperunt gradum non præcedente examine, vel in Academijs non habẽtibus conjunctionem fraternitatis cum illa, à qua petitur incorporatio.

Licentiatus an reprobari poſſit.

Privatus Doctoratus.

1232 Secundum dubiũ eſt, an qui prævio rigoroſo examine factus eſt legitimè Doctor in S. Theologia, vel jure Canonico, cenſeatur eo ipſo approbatus ad audiẽdas confeſſiones, juxta decretum Trident. ſeſſ. 23. de reform. cap. 15. Partem affirmativam tenent nonnulli, ut inſinuat Barb. de poteſ. Epiſc. p. 2. alleg. 25. n. 14. & clarè ex Sà v. confeſſor refert Hermannus in ſua Medulla lib. 6. tract. 4. dub. 2. §. 2. ubi videtur ſentire eſſe probabilem, quatenus dicit oppoſitam eſſe probabiliorem. Suaderi poteſt, quia approbatio non eſt collatio juriſdictionis, ſed tantum publicum judicium de aptitudine perſonæ ad audiendas confeſſiones, eſſentialiter prærequiſitũ, ſuppoſito jure Tridẽtini, ad juriſdictionẽ recipiẽdam, ut ex Sãchez lib. 6. Matr. d. 28. tradit citatus Hermannus: atqui Doctores per gradum accipiunt publicũ & ampliſſimũ teſtimoniũ Academiæ de litteratura ſufficiẽti ad docẽdũ, & à fortiori ad audiẽdũ cõfeſſiones; ergo cẽſentur approbati. Quod ſi opponas, Tridentinum poſtulare in ſacerdote approbationem Ordinarij, Academia verò, & ipſius Cancellarius Doctorẽ creans Ordinarius non eſt: reſpondebunt adverſarij, id ſolũ ſe admittere in Academijs laicis, in Eccleſiaſticis verò authoritate Apoſtolica approbantibus, Doctores cenſeri approbatos à Summo Pontifice, qui ſupremus Ordinarius eſt.

Doctoratus cenſeatur approbatus ad audiendas confeſſiones.

1233 Nihilominus pars oppoſita aſſerẽtiũ nõ obſtãte Doctoratu, & evidẽtia doctrinæ, omnes ſacerdotes tam ſeculares, quàm regulares, ut evadãt idonei ad audiendas

Digitized by Google

confeſſiones, juxta Tridentinum teneri ad petẽdam approbationẽ ab Epiſcopis, omninò tenẽda eſt, cum Suario de pæn. diſp. 28. ſect. 4. n. 3. Henriq. lib. 3. de pæn. cap. 6. §. 2. Gutier. Canon. lib. 1. cap. 6. num. 9. Ægidio Bellano diſp. 8. dub 7. num. 49. Menochio de arbitr. caſu 465. Emmãu. Roter. in explicat. Bullæ Cruciatæ §. 9. n. 4. fine, & Fagundez præc. quincal. lib. 7. cap. 2. a num. 68. Ratio eſt, quia Tridentinum omninò voluit quòd illa approbatio obtineretur ab ordinario, cujus nomine (inquit Suar. diſp. 28. ſec. 5.) venit Epiſcopus modò cõfirmatus ſit, & Epiſcopatũ habeat, item Vicarius, & Sede vacãte Capitulum, Item Abbates exempti qui juriſdictionem Epiſcopalem exercent: non ita Generales, & Provinciales religionũ, neq; prælati tũ inferiores ſubjecti Epiſcopis, tũ ſuperiores, v. g. Cardinales qui non habent Epiſcopatũ. Accedit quòd Academia conferẽs gradum ſolum teſtificatur de ſufficiẽtia doctrinæ, at Ordinarius approbãs ad audiẽdas confeſſiones teſtificatur de omnimoda idoneitate, quæ non in ſola doctrina conſiſtit. Et per hoc ſatisfactum manet fundamento partis contrariæ. An verò ſi aliquis Doctor, vel in S. Theologia profeſſor notoriè inſignis approbationem petierit, & injuſtè ei negetur, approbatus cenſeatur? Id de regularibus affirmant Navar. in man. cap. 27. num. 264. Cochier de juriſd. Ord. in exempt. p. 4. q. 77. Cened. canon. q. 2. l. 1. q. 38. num. 20. Diana tom. 2. tract. 2. reſol. 24. Henriq. & alij quos refert, & ſequitur Fagundez citat. præc. 2. lib. 7. cap. 2. num. 15. & cum Laymano Hermannus citatus in Medulla §. 7. probabile judicat de Mendicantibus, ſi ab Epiſcopo repellantur, cũ manifeſtè idonei ſint, & à prælatis ſuis præſententur, ut habetur Clem. dudum §. ſtatuimus. Id tamẽ negãdũ eſt, tam de ſecularibus, quàm de regularibus, cum cõmuni ſententia, quã defendunt Suar. cit. d. 28. ſect. 5. a n. 5. Valet. Reginal. lib. 1. n. 192. Fernandez in examine Theologiæ moralis p. 3. cap. 9. §. 8. n. 2. Ægid. Bellanus diſp. 8. n. 58. & Card. de Lugo de pæn. diſp. 21. n. 29. & 31. ubi notat per Trident. & Vrbenum VIII. anno 1628. citatæ Clementinæ & privilegijs regularium derogatum fuiſſe.

Examen Doctorũ ad ordines vel confeſſiones.

1234 Tertiũ dubiũ eſt, an factus Doctor prævio rigoroſo examine in Academia approbata poſſit ac debeat examinari ad ordines ſuſcipiendos, cõfeſſiones audiẽdas, vel concionandũ? Nõ eſſe examinandũ, ex eo quòd ejus ſufficiẽtia conſtet notoriè per publicum teſtimonium Academiæ, docent Abbas in cap. conſtitutis 2. n. 4. ubi Decius n. 7. de appellat. Cened. collect. 15. ad Decretum n. 3. Gloſ. v. ignota in cap. de Petro 47. diſt. Rochius de jure patron. v. honorificũ n. 16. Petr. Leſmand. trac. de doctor. p. 4. q. 28. Hẽriq. in Sũma lib. 10. c. 18. & alij quos citat Zeval. in ſuis cõmẽ. q. 302. n. 14, & ſequitur Lezana to. 5. in Minor. n. 19. In eadẽ ſentẽtia eſt Per. Greg. de Rep. lib. 18. c. 9. n. 9. ubi graviter invehitur cõtra eos qui taliter graduatos tentãt examinare, quaſi ſe per arrogãtiam anteponãt examinatoribus Academicis. Cõtinere (inquit) aliquãdo bilim nõ potui adverſus ſuperbiã phariſaicã aliquorũ, qui tãtũ ſibi arrogare voluerũt, ut tẽtaverint apud prælatos ſibi cõcedi facultatẽ examinãdi nominatos & graduatos ab Vniverſitatibus Gallicis: ſibi inquã qui niſi præſũptionẽ ſciẽtiæ, & inflatos turgidoſq; utres cõtinẽt, innovatione quæ potius deſtruit Rẽpublicã, quàm ædificet. Citatis authoribus ita acquieſco, ut judicem, quanvis Prælati in toto juris rigore poſſint Doctores cogere ad examẽ ſubeundum, id tamen non decere, ſed offendere æquitatem, & decorũ ſervandũ Academijs. Non decet (ait Hermãnus in Medula lib. 6. tr. 4. dub. 2. §. 2.) ut Doctores, & Licẽtiati, vel Lectores in Theologia examinẽtur. Addo velle examinare Doctorẽ in Theologia, qui per multos annos eã docuit, nõ carere culpa gravi, ſaltẽ ratione gravis ſcãdali, in quo certè verificaretur illud, Sũmũ jus, ſũma injuria. Vide quæ de hac re copioſẽ diſſeruit Steph. Fagun. præc. 2. Eccl. lib. 7. cap. 2. a n. 64.

Examen Doctoris ad beneficium.

1235 Quartum dubium eſt, an prædicti Doctores ſint examinandi pro obtinẽdo beneficio? Negãt, præter authores proximè citat. Coſm. in pragm. ſanct. tit. de collat. §. item. Aviles ad cap. 4. Prætor. in gloſ. que les diete n. 4. Emman. Sà in aphoriſm. v. examen. D. Rotericus in 1. par. Decreti cap. 4. diſt. 47. n. 6. & Barb. tom. 2. collect. in 1. par. Decreti cap. de Petro diſt. 47. Petrus Gregorius citatus in eadem ſententia eſt, & in Gloſ. antiqua ad §. item, quod univerſitates, ad verbum gradus, de collation. in pragmat. Rebuffo & Felino ſic habet: Extat regula Cancellariæ quòd Doctores in jure Canonico, vel civili ac in Theologia, ac Medicina, & qui per aliquot annos legerint in artibus Magiſtri, nec non in altero jurium, vel Theologia bacchalaurei, non examinentur à prælatis conferentibus beneficia. Videtur (addit) prælatus injuriam facere Vniverſitati volendo ejus graduatum examinare: imò injuria fit Principibus, quòd indignos exiſtiment, quos ipſi idoneos præpoſuerunt examinationi. Ideo (cõcludit) Papa qui mandat inquiri de idoneitate imperãtium, nõ vult graduatum examinari, cum ſit jam probatus: ſecus de alijs. Hæc tamen ut procedãt de ſolo beneficio non curato, ita ut Doctor in Theologia, vel jure Canonico nõ excuſetur ab examine, quãdo petit provideri in beneficio parochiali, rectè limitant, ut deciſum à S. Congregatione Gõzal. ad regul. Cancel. 8. gloſ. 4. n. 90. Zerola in praxi Epiſc. par. 2. v. Doctor §. 1. Garcia de benef. par. 9. cap. 2. num. 103. Piaſeg. par. 2. cap. 5. nu. 17. Rebuff. de privil. Schol. priv. 86. n. 4. Lamberti. de jure patron. par. 1. lib. 2. quæſt. 11. a. 3. num. 5.

Leſſius

Google

Leſſius de juſt. lib.2. cap. 34. num. 82. Flamin. de reſign. lib.8. quæſt.9. num.83. qui addit nu. 87. quanvis eſſet Vicarius ipſius Epiſcopi. Addit etiam Fuſch. de Viſitat. lib. 2. cap.5. num. 10. quanvis eſſet ſanctiſſimus Doctor, qui cum maximo applauſu per annos plurimos legerit. Rationem ſubdit Barb. citatus nu.2. quia juxta Trident. ſeſſ.24. de reform. cap.18. & Bullam Pij V. ad beneficium parochiale requiritur examen tanquam forma, & res ſine forma nequit ſubſiſtere. Semel examinatus & approbatus ad unum beneficiũ, ſi ſit promovẽdus ad aliud, an examinari iterum debeat? Videatur Barb. de poteſt. Epiſ. p.3. alleg.60. a n.89.

Advocatorum Doctorum examen.

1236 Quintum dubium eſt, an juriſperitus Doctor examinari debeat antequam exerceat munus advocandi? De examine advocatorum agitur l. Nemini C. de advocat. diverſ. jud. & ſecundùm jus Caſtellanum l. 1. tit.16. lib. 2. novæ recopil. ſecundùm Luſitanum Ordin. regia lib. 1. titul. 48. & Cabedus par. 1. deciſion. 114. ibi enim num. 2. affirmat advocatos antequam ſuum munus exerceant, eſſe examinandos, & datis oppoſitionibus debere examinari, juxta formam, quam præſcribit Extravag. 1. p. tit.21. l. 3. An vero advocati graduati in aliqua Academia debeant ſubire examen? Cabedus citatus num. 4. de ſuo tempore ſic teſtatur. In Senatu (inquit) civilium cauſarum, quando Olyſippone erat, graduati in aliqua Univerſitate examinabantur, priuſquam in illo Senatu munus exercerent, Ordin. lib.1. tit.59. §.1. in antiq. Quod ſi erant graduati in Academia Olyſipponenſi, ſeu nunc in Conimbricenſi, id neceſſarium nõ erat, dict. §. ad finem. Sed de ſtylo ſemper vidi in illo Senatu omnes etiam graduatos in Academia Conimbricenſi, examinari: & nunc id etiam fiet in Senatu civitatis Portucalenſis. Hæc Cabedus; qui loquitur de ſuo tempore, & ſecundùm antiquas Ordinationes. Quid autem hodie obſervetur circa quadraginta advocatos, ſeu procuratores in Senatu Supplicationis, quã do recipiuntur per oppoſitionẽ, circa advocatos Senatus Portucalẽſis, & alios in toto Regno, latè & perſpicue deciditur in novis Ordin. lib.1. toto fere tit. 48.

Doctoratus requiſitus ad Epiſcopatum.

1237 Sexta difficultas eſt, an Doctoratus habeat pro effectu, ſeu proprietate capacitatem ad Epiſcopatum, & nonnulla alia beneficia? Ut quis evehatur ad Epiſcopatum, debere eſſe Doctorem, aut Licẽtiatum in ſacra Theologia, vel jure Canonico, aut ſaltem publico alicujus Academiæ teſtimonio idoneum repertum ad alios edocendos, ex Tridentino ſeſſ.22. de reform. cap.2. tradunt D. Roterieus ad 1. p. Decreti ad init. Diſt.86. n.2. & relati à Cenedo ad Decretam collect.51. n. 4. quibus Barb. de jure Eccleſ. lib.1. cap.8. nu. 110. addit Gonzales ad reg. 8. Cancel. gloſ. 4. num.67. Azorium par.2. lib.3. cap. 28. q.9. Leſſium lib.2. cap.34. dub.24. Reginal. in praxi lib. 30. tract.3. num.171. Camp. rub.3. cap.4. num.1. Belert. diſquiſ. cleric. par.1. tit. de clericis diſc. §.4. a num.33. & Homobon. de exam. Eccl. par. 1. tract. 1. cap.9. q.52. & ſtatim idem Barb. loco citato ex Gregorio XIV. & Clemente VIII. tradit Doctoratum non impedire examen ad Epiſcopatũ, & narrat formã examinis præſcriptã, & ſervari cõſuetã cũ promovendis. Deinde prærequiri Doctoratũ ad Scholaſteriam, ita ut hæc debeat conferri Doctori, vel Magiſtro, vel Licentiato in Theologia, vel jure Canonico, & proviſio aliàs ſit nulla, rectè tradit idem Barb. de jure Eccleſ. lib.1. cap.29. num.3. & de poteſt. Epiſcop. p.3. alleg.60. num.61. cum Bennio de privil. juriſconſ. privil.18. num.6. & Molfeſio in Summa Theologiæ moral. tract.6. cap.7. n. 61 ex Trid. ſeſſ.23. de refor. cap.18. ubi id expreſſè decernit. Præterea eſſe in Hiſpania Canonicatus Doctorales, & Magiſtrales, qui per cõcurſum debẽt cõferri uni Doctori, ſeu Licẽtiato in Theologia, vel jure, refert idem Barb. de poteſt. Epiſc. p.3. alleg.57. n.178.

Doctoratus ad quæ beneficia requiratur.

Decanus & Archidiaconus an Doctores eſſe debeant.

1278 Ut dignitas alias, & beneficia percurramus, Decanus non eſt neceſſe quòd ſit Doctor, vel Magiſter, aut licentiatus in prædictis facultatibus: ſic reſpondit S. Congreg. teſtibus Nicol. Garcia de benef. p.9. cap. 7. num.43. & Aloyſ. Riccio in praxi aurea reſol. 238. Ideo loci conſuetudo obſervanda eſt. Archidiaconi, qui cap. ad hæc, de offic. Archidiacon. vocantur oculi Epiſcopi, debent in omnibus Eccleſijs, ubi fieri poteſt, eſſe Rectores, Magiſtri, aut Licentiati in Theologia, vel jure Canonico, ut decernitur in Trident. ſeſſ. 24. de reform. cap.12. ex quo id referunt Gonzal. ad regul.8. Cancel. gloſ. 4. num. 68. Galgan. de jure publ. lib.3. tit.21. num.21. & Homobon. de exam. Eccleſ. tractat.1. cap.9. quæſt.55. Eum tamen locum, teſte Anaſtaſ. Germonio tract. de indult. Cardin. §. quibuſvis q.4. Sacra Congregatio Cardin. interpretata eſt procedere tantum de ijs Archidiaconis, qui habent curã animarum, vel juriſdictionem juxta tit. de officio Archid. non autem de ijs, qui ſolo nomine ſunt Archidiaconi. Addit Garcia cit. cap. 7. num.40. & 41. declaraſſe S. Congregationem prioribus non ſuffragari gradum, niſi promoti fuerint in gymnaſio publico. Quod Canonicus Penitentiarius Eccleſiæ cathedralis, eſſe debeat Doctor, ſeu Magiſter, aut Licentiatus in Theologia, vel jure Canonico, habetur in Trid. ſeſſ.24. de reform. cap.4. tradit Barb. cit. n.68. & latè alleg. 53.

Dignitas principalis an requirat Doctoratum.

1239 Principalis dignitas (inquit idẽ alleg. 60. num.63.) in collegiata Eccleſia exempta, cui ordinaria juriſdictio cum aliquibus juribus quaſi Epiſcopalibus cõpetit, prout eſt Prior collegiatæ Vimarenſis

Digitized by Google

conferri debet Doctori, vel Licentiato, ut principalis dignitas in cathedrali, non tamen neceſſario: quia Concilium quando loquitur de dignitatibus ſeſſ.24.de reform.cap.12. hortatur ut conferantur Doctoribus, & non præcipit. Ita deciſum referunt Garcia dict. cap. 7. num. 33. & Sigeſm. a Bononia de elect.dub.63.nu.1. Vicarius Epiſcopi (ut tenet Rebuff.ad titul. de Vicario num. 28.) non ſoluto moribus & ætate idoneus eſſe debet, ſed etiam ſcientia. At Vicarius Capitularis Sede vacante Doctor, vel Licentiatus in Theologia, aut jure Canonico eligi debet, aut aliàs, quantum fieri poterit, idoneus, ita ut electio aliàs facta ſit nulla, nec debeat confirmari Epiſcopi demortui Vicarius, niſi ſit Doctor, prout decidit S.Congregatio, & ſic deciſum referunt Sbroz l.2. quæſt. 36. & quæſt.55. in addition.num.2. Halierus in margarita v. Vicarius 4. Navarr.conſ.2.de offic.Vicarij, Sayrus deciſ.2. eod.tit. Riccius in praxi fori Eccleſ. reſol.477.num.2. Henriq.conſ.90. Raguſa de voce canon. in Eccleſ.quæſt.37. nu. 6. Limitatur tamen in Vicario Capituli Eccleſiæ collegiatæ Sede vacante. Quanvis autem Doctor, vel Licentiatus Canoniſta debeat præferri Doctori, vel Licentiato Theologo, electio tamen Theologi facta, relicto Canoniſta, valida eſt, ut tenent Riccius in deciſionibus Curiæ Archiepiſ. Neapol. p.4. deciſ.305. num.16.& Barboſ. cit. alleg. 54. num.168. An Doctoratus requiratur ad munus Conſervatoris? Iam diximus n.943.

Vicarius Doctor eſſe debet.

1240 Septima difficultas proponenda erat, an Doctoratus habeat pro effectu ſalarium ipſi Doctori ſolvendum? Item an Doctoratus cum cathedra ſufficiat pro patrimonio ad ordines? Sed has difficultates opportuniùs expediemus diſput. ſequent. ubi de oppoſitione ad cathedras, & ipſis cathedris nobis agendum eſt. Modò pro coronide hujus quæſtionis inquirimus. Quomodò probetur Doctoratus? Supponimus aſſerenti ſe eſſe doctum, vel Doctorem incumbere onus probandi. Ita Menochius de præſumpt. lib.6. præſ.91. num. 18. & Maſcard. de probat. concluſ. 1253. num.23. Ratio eſt 1. quia ſcientia, & Doctoratus, cum acquirantur multo labore, non præſumuntur in homine. Gloſſ. in cap.Si forte v. ſcientiæ, de election. & Bald. in l. ex perſona col. 1. Cod.de probat. 2. quia ſcientia, & Doctoratus ſunt quid facti: facta autem non præſumuntur. leg. in bello §. facta ff. de capt. & poſtli.reverſ. cap.cum Ioannes §. Verum, de fide instrum. Corn. conſil. 181. col. 9. 3. quia ſcientia & Doctoratus ſunt qualitates extrinſecæ, quæ proinde requirunt probationem, ut docet Felin. in cap. ult. de probat. & obſeruat Hercul.de probat. negat. num.12. 4. quia ſcientia (& idem de Doctoratu) eſt quid contingens, quod non poteſt recurrere cum primævo ſtatu naturæ: ergo juxta Aretinum conſil. 83. col. penult. & Gravetam tractat. de 5. particula primæ partis num.39. probatione indiget.

Doctoratus quomodo probetur.

1241 Maior eſt dubitatio, quomodo probari poſſit? Reſpondeo 1. Doctoratum rectè probari per inſtrumenta publica exhibendo privilegium. Ita ex text. in l.ſi ſolemnibus Cod.de fide inſtrument. Bald. in princ. Paulum Caſtren. num. 5. Salycet. & alij. Iaſon. conſil.149. num.2. vol.4. Alex. conſil. 107. & Barb. tom. 2. in Codic. ad l. ſolemnibus num.4. Reſpondeo 2. Doctoratum, ſi amittatur inſtrumentum, vel nunquam à notario redemptum fuerit, poſſe probari per teſtes, qui Doctoratui interfuerunt. Ita Bald. & Caſtr. loco citato & Marſil. in Rub. Cod. de probat. num.39. Has reſolutiones Maſcardus concluſ.528. num. 2. ampliat 1. ut ſufficiat probare per longum tempus, ſaltem decennij fuiſſe habitum & exiſtimatum Doctorē, quidquid in oppoſitum Petrus ſenſerit. Ampliat 2. num.13. ut ſufficiat quòd teſtes deponant de publico examine, dummodò deponant de loco, & tempore in quo Doctoratus eſt. Idem Maſcard. num.18. Reſolutiones limitat faciendo diſtinctionem inter Doctorem factum in Academia præcedente publico examine, & Doctorem erectum ſolo verbo ab Imperatore, vel Summo Pontifice, aut alio Principe habente poteſtatem Doctorandi: & ſic aſſerendo priorem poſſe etiam per teſtes probari, poſteriorem verò non niſi per ſcripturam.

Probari Doctoratus qualis.

Digitized by Google

DISPVTATIO II.

De oppoſitione ad cathedram, ejuſque adeptione, & uſu.

1242 POſſumus conſiderare Doctorem in ordine ad docendum inſtar ſacerdotis in ordine ad abſolvendum, ita ut ſicut ſacerdos, cum primùm initiatus eſt, accipit eam poteſtatẽ veluti incompletam, quæ poſtea completur per deſignationem ſubditorum, ita Doctor cum primùm creatur, accipiat poteſtatem ad docendum veluti incompletè, & in actu ſignato (ut dicunt) quæ poſtea per deſignationem diſcipulorum, data cathedra, maneat completa, & in actu exercito. Exhibuimus diſputatione præcedenti Doctorem conſtitutum in ſua dignitate, ornamentis Doctoralibus inſignitum, & ſolum ad docendum poteſtate incompleta pollentem: modò ut exhibeamus ſuam jam poteſtatem completam in cathedra exercentem, agendum nobis eſt de proviſione cathedrarum, ſive per oppoſitionem, ſive per meram Principis electionem: proindeque de oppoſitoribus, & ſuffragantibus, deque ipſis Magiſtris adeptionem, & uſum ſuæ cathedræ habentibus.

QUÆSTIO I.

Qualiſnam Doctor in cathedra provideri debeat: & qualiter fieri proviſio?

Cathedra quid ſit.

VT prius innoteſcat quid ſit cathedra, in qua Doctor exercere debet ſuam poteſtatem ad docendum, ſupponendum eſt, cathedram poſſe dupliciter accipi, ſcilicet formaliter & materialiter. Cathedra formaliter accepta (ut exponit Molina de juſt. tom. 1. tract. 2. diſp. 2. §. ſecũdum eſt, fine) nihil aliud eſt, quàm jus ad docẽdum, accipiendumque ſtipendium ei muneri præſcriptum. Cathedra accepta materialiter eſt excelſa ſedes præſidentis. Ita Gloſſ. v. cathedrá, in Extrav. ſuper cathedram, de ſepulturis, inter communes, & Gloſ. v. Cathedram in Clem. Dudum. de ſepulturis, Vbi aſſerit Cathedram eſſe propriè Doctorum, quæ competit præ cæteris Summo Pontifici, qui ſicut præeminet cæteris dignitate, ita cæteros præcellit ſanctitate. Deinde ut innoteſcat qualenam ſit poteſtatis Doctoralis exercitium in cathedra, ſupponendum iterum eſt, uſum docendi valde honeſtum, laudabilem, & utilem eſſe, ut ſumitur ex S. Auguſt. ſerm. 27. de Verbo Domini: (Vacent verbo, inhient doctrinæ dulcedini.) & ex Suario tom. 4. de Relig. tract 9. lib. 1. cap. 5. num. 16. quatenus cum S. Thoma Opuſc. 19. cap. 2. docet poſſe inſtitui in Eccleſia Dei religionem, quæ habeat pro fine docere, ita ut talis religio docens ſecundùm tale munus exerceat, & profiteatur etiam vitam contemplativam. Quia licèt (inquit) tale docendi inſtitutũ ex parte activum ſit, quatenus actus docendi exterior eſt, & ad alios ordinatur: nihilominus intrinſecè ac neceſſario includit contemplationem, quando doctrina eſt de veritate per ſe intenta: tum quia hæc doctrina potiſſimum eſt ſacra includens meditationem veritatis divinæ, quæ ex ſe multum juvat ad contemplationem rerum divinarum, & inflammandum affectum. Tum etiam quia licèt interdum hæc ſtudia verſentur circa creaturas, tamen ordinãtur ad Dei cognitionem & amorem, ut ad principalem ſcopum.

Docendi uſus laudabilis.

Magiſtros deſignandi munus ad quem ſpectet.

1243 Igitur circa cathedram, & exercitium docendi, tria ſunt à nobis in hac quæſtione expedienda: ſcilicet, ad quemnam pertineat Doctores providere in cathedris: qualeſnam Doctores ſint providendi, & qualiter proviſio fieri debeat. Quod attinet ad primum, de cauſa efficiente magiſtrorum, ſeu deferente illis cathedras ad docendum, certum eſt hoc munus ſpectare immediatè ad ſupremos Principes in ſuis diſtrictis & territorijs, ita ut in ſtudijs, ſeu Academijs verè laicis Principes laici, in Eccleſiaſticis Summus Pontifex deſignet præceptores: nam magni intereſt ad bonum regimen, & conſervationem Reipublicæ, attendere, quibus ſubditi doctrinis, & per quos Magiſtros imbuantur. Hæc tamen cura deſignandi Magiſtros, ſolet interdum a ſupremo Principe demandari alicui Magiſtratui Academico, ſaltem ut fiat proviſio ad tempus per ſubſtitutum: item alicui prælato, ut in aliquibus cathedris fiat proviſio annualis, & in alijs perpetua: ſic in Academia Eborenſi Rector Collegij Spiritus Sancti providet in ſubſtitutionibus, Provincialis Socie-

tatis IESV Provinciæ Tranſtaganæ providet Magiſtros proprietarios, nempe profeſſores humanioris literaturæ annuatim, præceptores philoſophiæ ſingulis quadriennijs, profeſſores S. Theologiæ ſive moralis, ſive ſpeculatricis abſque ulla temporis præfinitione. Cum verò providet profeſſores Theologiæ ſpeculatricis, monet Generalem, ut ab eo confirmentur. Ad quem ſpectet providere in cathedris Academiæ Conimbricenſis ſive ſubſtitutos, ſive proprietarios magiſtros, agitur lib. 3. Statut. tit. 6. Obſervat Petrus Gregorius lib. 18. de Republ. cap. 2. num. 18. poſtulare æquitatem, ut magiſtri deſignentur in Academijs per earum fundatores, vel ſaltem ijs præſentantibus. Poſſunt (inquit) & requiri perſonæ Eccleſiaſticæ, ut Summus Pontifex, vel ejus Vicarij, vel Patriarchæ, & alij in eligendis Magiſtris ſcholarum, quæ ſunt ex illorum fundatione, & eorum aluntur ſtipendijs, ne ſit in poteſtate aliorum, contra illorum intentionem, alios quàm ipſi ſtatuerint, præponere. Non minùs (addit) quàm in Eccleſia patronata nullus admitti, vel inſtitui debet ſine præſentatione patroni, vel in ejus negligentia per Epiſcopum.

Magiſtri eligendi quales eſſe debeant.

1244 Quod attinet ad ſecundum, qualemnam Doctores ſint providendi, ſeu Magiſtri deſignandi ad cathedras, facile eſt in genere definire, nempe Doctorem providendum, ſeu eligendum talem eſſe debere, qui ſuum munus, ſeu magiſterium accuratè expleat, in ordine ad finem, quem intendit Academia, ut nempe ipſa floreat Sapientibus omnium facultatum, & univerſus orbis illorum doctrinæ radijs illuſtretur. Et quidem ad munus docendi quòd ſolum debeat admitti ille qui idoneus eſt, expreſſè traditur cap. 1. & ibi Gloſ. pen. de Magiſtris. In ſpecie ille procul dubio maturè ac prudenter eligetur, qui & morum probitate, & uberis doctrinæ ſanitate excellat, pronuſque & impiger ſit ad eam ſuis auditoribus inculcandam: hac enim ratione æquè efficaciter docebit verbo & exemplo. Quod verò Magiſter eſſe debeat vitæ probatæ, & à peccato immunis, conſtat ex Can. cum exaudieto diſt. 50. ubi dicitur docere nõ poſſe alios, dum quis eſt in peccato. Quòd debeat inſtructus eſſe ea ſcientia, ut parere valeat uberem doctrinam, firmatur ex Can. certum diſt. 10. ubi dicitur quòd docere non debet quis eum, à quo ipſe doceri debet. Imò ſcientiarum omnium genere inſtructum non fore idoneum Magiſtrum, niſi ſe gerat temperatè, & ſervet modum in docendo, ita ut totius doctrinæ ubertatem non effundat, ſed moderatè inſtillet, planè habetur ex Can. ſi quis diſt. 34. ubi docere non debet quis omnia quæ addidicit, ſed tantú illa quæ ſunt utilia audientibus.

1245 Quantum igitur ex jure Canonico potui deprehendere, ut quis Magiſterij curas ſuſcipere, & optimi Magiſtri partes agere poſſit, debuit priùs diſcipulus optimus eſſe ſub diſciplina optimi Magiſtri. Hinc cap. Miſerum, diſt. 61. in Magiſtrum eligi non debet, qui nunquam fuit bonus diſcipulus. Faciunt tex. in cap. ſi clericatus 16. q. 1. cap. officij, cap. cum in Magiſtrum, de elect. cap. Ordinatos 59. diſt. Quibus, & alijs multis id probant Panuinus de Viſitat. 1. par. q. 9. nu. 73. in vol. 14. tract. Guilielmus Durandus de modo generalis Concilij celebrandi, rub. 28. n. 5. in vol. 2. & D. Roter. Acunha in 1. par. Decreti ad d. cap. Miſerum num. 5. Nam Doctor rectè dicitur à docendo, ille, qui poteſt docere, quæ antea benè didicit. Cap. ſi Rector 43. diſt. Multo enim tempore diſcendum eſt, quæ poſtea doceamus. Cap. ſic vive 16. q. 1. Et qui remum tenere non didicit, ſecundum locum præſumere non debet in tabernaculo. Cap. ante omnia in fine diſt. 40. Poſſumus addere in Magiſtro eligendo præſertim ad maiores & ſuperiores cathedras, magnam eſſe habendam rationem de matura ætate: ætatis enim maturitas valde confert ad maturitatem doctrinæ, quæ maxtú poſtulatur in Doctore. (Senectus enim (ut ex S. Hieronymo tradit Melchior Phæbus deciſ. 66. num. 6. & 7.) ætate ſit doctior uſu tritior, proceſſu temporis ſapientior.) Vide quæ de ſenectutis præſtantia afferunt Pineda in vita S. Ioannis Baptiſtæ lib. 2. art. 1. cap. 6. §. 139. Aviles in procem. ad cap. Prætor. num. 18 pag. 17. Tiraq. in præfat. primogen. num. 148. Mendoça to. 2. in lib. 1. Reg. cap. 4. num. 15. ubi latè oſtendit quàm ſint utiles ſenes Reipublicæ moderãdæ. Item Maſcard. de probat. Cõc. 1295 & 1275. n. 4. Menoch. lib. 6. præſ. 47. num. 3. & Maurica deciſ. 317. num. 6. ubi aſſerunt ſenioribus teſtibus magis credi quàm junioribus. Denique quales præceptores eſſe debeant ſcholaſticorum noſtræ Societatis, præſcribitur in Ratione ſtud. Provin. reg. 4. & Conſtit. par. 4. cap. 6. num. 6. his verbis: Profeſſores ſive de Societate illi ſint, ſive externi, optandum eſt, ut docti, diligentes, & aſſidui, & profectus ſtudentium tam in lectionibus, quàm in alijs literarijs exercitationibus ſtudioſi ſint.

Diſcipulus bonus qui fuit, Magiſter eſſe poteſt.

Senex Magiſtri.

Doctores Magiſtri religioſi ...

1246 Eſt tamen in hanc rem gravis difficultas, an religioſi cenſeantur idonei ad Magiſterium, ita ut abſque detrimento regularis diſciplinæ, & humilitatis Doctorari, & in cathedris provideri poſſint? Negativa pars videbitur alicui eſſe defendenda: quia agere Magiſtrum in aliqua publica Academia, ibique exercere Magiſterium ſtare nequit cum receſſu, & abſtractione à rebus humanis, quem poſtulat religioſa quies, devotio, & aſſidua in Deum, reſque ſuperiores mentis affixio: quid enim plus diſtrahit mentem, animum magis turbat, & exagitat, quàm ſæpius Academici, ſive quando in publico & frequenti admo.

admodum conventu turbidi ac fervidi adoleſcentes vocum, manuum, pedumque ſonitu horribilem plauſum edunt, ſive etiam quando contentionibus litterarijs exercentur? 2. Quia Doctoratus & Magiſterium videntur nimis offendere religioſam humilitatem & ſubmiſſionem, item præbere anſam ambitioni, quæ religionum teterrima peſtis eſt. 3. Quia videtur non poſſe ſtare cum religioſa paupertate regere cathedram, præſertim in opulenta Academia recipiendo ſalarium annuum, quod ſæpe pinguiſſimum eſt. Et ſic Rebuff. cit. diſpenſ. cũ irregul. num. 27. affirmavit titulum Doctoralem in Theologia, vel jure Canonico non debere tribui religioſis.

Oppoſitum nihilominus tenendum eſt cum S. Bonavent. in opuſculo ad Magiſtrum, Guilliel. Bened. ad cap. Raynuntius num. 213. Tabiena v. Magiſter q. 2. num. 3. Armilla v. eod. nu. 4. Emman. Rorer. tom. 2. qq. regul. q. 74. a. 1. Sãch. tom. 2. Decal. lib. 6. cap. 14. Tamborino de jure Abbat. tom. 3. diſp. 3. q. 6. num. 39. Lezana tom. 2. cap. 13. num. 42. & Suario tom. 4. de Religion. tract. 10. lib. 5. cap. 4. num. 10. aſſerentibus religioſos poſſe licitè & honeſtè abſque ullo humilitatis, & obſervantiæ regularis detrimento creari Doctores, & deſignati in Magiſtros pro regendis cathedris Theologiæ, & Iuris Canonici. Sumitur ex communi praxi Eccleſiæ ac religionum, & ex eo, quia (ut notat Barboſ. de jure Eccleſ. lib. 1. cap. 43. num. 61.) regularibus nullibi interdicitur hujuſmodi gradus aſſumptio, vel harum facultatum ſtudium. Sumitur deinde ex privilegijs, & decretis Summ. Pontificum, Bonifacij IX. Innocentij VIII. Clemẽtis VIII. & Vrbani VIII. quorum meminit Lezana citatus num. 42. Sumitur tandem ex ratione, quia aſſumere gradum Doctoris, & exercere Magiſterium honeſtarum facultatum in ſuo conceptu formali nullum malum morale includit: imò ſi Doctoratus & Magiſterium aſſumatur eo fine intento, ad quem ex ſua inſtitutione dirigitur, quid eſt valde laudabile, & cõſonum profeſſioni religioſæ: ſiquidem docere alios, eoſque à tenebris ignorantiæ eripere, in ordine ad conſequendam æternam ſalutem, opus eſt miſericordiæ a charitate virtutum regina profectum.

Religioſi qualiter Doctores fieri poſſint.

1247 Debent tamen regulares tum ad Doctoratum aſcendere, tum Magiſterium ſubire juxta ſuorum ordinum ſtatuta & conſuetudines. Hinc Fr. Emman. Rot. d. q. 74. a. 2. aſſerit Fratres Franciſcanos poſſe ad gradus Doctoris promoveri, dummodo curſus per conſtitutiones Apoſtolicas, & ſui ordinis ſtatuta decretos perfecerint, & idonei exiſtant, & in Vniverſitatibus ab ipſo ordine per generalia capitula ſpecialiter electis. ead. q. 74. art. 3. addit religioſos ordinis Prædicatorum reformatorum, ſeu de obſervantia, provinciæ aut Congregationis Hiſpaniæ, ſi præſumant aſſumere quencunque gradum in S. Theologia, niſi ad illum per capitulum dictæ Congregationis expoſiti fuerint, invalidè promoveri, eſſeque irritum quidquid fecerint. Notat tamẽ hanc pænam non comprehẽdere reliquos Fratres non reformatos, imò nec extendi ad reformatos, qui non ex præſumptione, ſed ex ignorantia, vel oblivione ad eos gradus promoti ſunt. Illud obſervat Barb. citat. num. 64. ex Felino in cap. cum dilecta num. 18. de reſcript. Navarro Commenta. 2. de regular. num. 5. & Surdo de alimen. tit. 8. privil. q. 7. num. 4. religioſum miſſum à ſuperiore ad litteras addiſcendas cenſeri quoque licentiam habere ut promoveatur ad Doctoratus gradum, ac proinde teneri monaſterium ſolvere expenſas factas in aſſumptione gradus. Hæc eadem ex Calder. conſ. 2. de Magiſt. & Anchar. conſ. 441. docet Stephan. Gratian. tom. 1. cap. 166. num. 7. ſubdens rationem, quia Abbas dando licentiam videtur omnia concedere, ſine quibus non poſſet monachus abeſſe l. ſed Iulianus §. quod dicitur ff. ad Macedon. Item quia Doctoratus & peritia in ſtudio comparata cedunt in emolumentum monaſterij.

Graduari regularis in jure civili & medicina.

1248 Dubium eſt, an religioſi poſſint Doctorari in jure civili, & Medicinæ? Negat Tamborinus de jure Abbatũ tom. 3. diſp. 3. q. 6. num. 38. cui favet Rorer. in cõpen. reſol. 70. num. 1. Probat, quia regularibus ſtudere juri civili, aut Medicinæ, interdicitur cap. non magnopere, & cap. ſuper ſpecula, ne clerici, vel monach. 1. ergo conſequenter interdicitur in dictis facultatibus gradum aſſumere. Nihilominus dicendum eſt cum Barb. tom. 1. de jure Eccleſ. lib. 1. cap. 43. num. 61. Lezana tom. 2. cap. 13. num. 42. Caſtro Palao p. 3. tract. 16. diſp. 4. pun. 13. §. 6. Calderino, Felino, Navarro, Salzedo, & alijs quos refert ac ſequitur Sanch. lib. 6. Decal. cap. 14. num. 45. & 46. religioſum qui his facultatibus operam dedit, ſive licitè exiſtens in ſæculo, ſive illicitè exiſtẽs in religione, poſſe ſuſcipere illarum gradus. Ratio eſt, quia prohibitio non debet extendi extra caſum prohibitum, quamvis igitur auditio juris civilis, & medicinæ prohibeatur regularibus, tamen non prohibetur ad gradus harum facultatum promotio.

Societas Ieſu quomodo admittat cathedras, & Doctoratus.

1249 Qualiter homines Societatis Ieſu poſſint in Academijs provideri in cathedris, & promoveri ad Doctoratus, latè docet Suar. cit. tract. 10. lib. 5. cap. 4. a num. 9. Nam quòd poſſint admitti ad cathedras ſervata paupertate, & ablatis ſecularis negotiationis, atque ambitionis occaſionibus, ſumitur ex declaratione Congregationis 1. can. 15. „ ubi ſic: Cathedræ publicæ in univerſitati„ aut alibi cum ea diſceptione ſuffragiorum, „ ſuppoſitione, quæ ſolet fieri, non ſunt admitten-

„ mittenda: ſi tamen ſponte offerantur ab V-
„ niverſitatibus, aut Rectoribus earum, & gra-
„ tis prælegantur, nec quiſquam ſe opponat,
„ cum quo ſit diſceptandum, admitti poſſent
„ conſulto Generali. Addit eadem ratione Statuto Societatis eſſe conſentaneum, ut promoveantur illius religioſi ad gradum Doctoratus, vel Magiſterij, ſicut exprimitur in 4. part. Conſtit. cap. 6. §. 17. modò ſerventur illæſæ paupertas, & humilitas. Vnde pro obſervatione humilitatis innuitur finis incédédus his verbis:
„ Ad quos ſine humilitatis detrimento non
„ ob aliud, quam ut poſſint proximis ad Dei
„ gloriam eſſe utiliores, promoveri debent.
Præcipitur etiam ut ſedeant extra numerum nullo ſervato antiquitatis ordine. Deinde pro obſervatione paupertatis, cavetur 1. ne in ſuſceptione graduum faciant ſumptus, qui non deceant pauperes. 2. ne ex ſuo magiſterio, vel gradu capiant ſtipendium, aut temporale emolumentum, quod ex aliorum actibus vel gradibus provenire ſolet. Notant benè Emman. Roter. & Barboſ. locis citatis non poſſe religioſos Societatis Ieſu promoveri ad gradus S. Theologiæ, vel Philoſophiæ abſque facultate Generalis.

His ita conſtitutis, facilè eſt reſpondere fundamentis ſententiæ Rebuffi, quæ excogitavimus, & propoſuimus ſupra num. 1246. Ad primum dicimus cum receſſu, devotione, & contemplatione regularium ſtare poſſe Magiſterium, etiam exercendum in aulis frequentiſſimis Academiarum, modò ſuſcipiatur ex obediencia & charitate, eo modo quo ſuſcipitur munus concionandi in populis magnæ frequẽtiæ, & tumultus. Ad ſecundum, licèt fateamur honores, & dignitates anſam præbere, ut quis inaniter tumeat cum detrimento humilitatis, dicimus tamen hoc eſſe per accidens: cum religioſus in omni dignitate, etiam ſuprema poſſit ac debeat ſe temperatè & ſubmiſſè gerere. Ad tertium, negamus religioſæ paupertati repugnare accipere ſalarium & ſtipendium pro cathedra, vel pro quovis alio munere honeſtè exercendo, dummodo accipiatur de conſenſu ſuperioris.

Cathedras providẽdi duplex modus.

1250 Quod attinet ad tertium, ſcilicet qualiter fieri debeat proviſio in cathedris, ex dictis ſatis manifeſtum relinquitur: cum modus providendi in genere acceptus duplex tantum appareat, alter quando ſupremus Princeps ex varijs ab Academia propoſitis unum eligit, ſicut ſolet evenire in magiſtratibus politicis, quando Senatus regius duos, vel plures Regi proponit, & Rex unum ex propoſitis deſignat. Hic modus ſervatur in Academia Conimbricenſi circa cathedras majores, ſeu primarias. Hic etiam modus ſervatur in Eborenſi circa omnes cathedras, ita ut Senatus Academicus, nempe Rector cum ſuis conſiliarijs proponat varios Tranſtagano Provinciali, ipſe verò deſignet quem maluerit. Alter modus eſt providendi per oppoſitionem, ita ut vacante cathedra alumni Academici, in quibus concurrunt omnes conditiones, ut legitimi petitores, ſeu candidati eſſe poſſint, dent nomina, deinde legant pro oſtentatione (ut aiunt) die præfixo, ac tandem per ſuffragia ſtudioſorum ferant cathedram. Hic modus circa cathedras minores obſervatur in Academia Conimbricenſi, & alijs. Qualiter autem debeat executioni mandari, ut validè & licitè fiat oppoſitio, patebit ex ſequentibus quæſtionibus.

QUÆSTIO II.

Quinam ſint legitimi oppoſitores, & ſuffragantes ad cathedram: & quomodo facienda oppoſitio?

Suffragia ſtudioſorum.

1251 SErmo nobis erit in hac & ſequentibus quæſtionibus de proviſione cathedrarũ per oppoſitionem: & quia in hac præcipuum locum vendicant tum oppoſitores, qui nempe petunt, & intendunt ferre cathedram, tum ſuffragatores, qui ferendo ſuffragia cathedram ipſam dare intendunt, de utriſque nobis agendum eſt. Imprimis, de ſuffragijs ſtudioſorum circa proviſionem cathedrarum tractant Sotus de juſtitia lib. 4. q. 6. art. 3. col. penul. & lib. 1. q. 6. art. 6. col. 1. verſ. quanto ad finem. Villalobos 2. par. Summæ tra. 7. diff. 8. num. 13. & diff. 9. per totam, Rebuff. in privil. ſcholaſt. privil. 68. Emman. Roter. in Sũma cap. 284. num. 2. & 3. ad fin. Garcia de benef. 7. part. cap. 16. num. 45. Navarra de reſtit. lib. 2. cap. 2. à num. 173. 193. 195. Narbona l. 33. tit. 7. lib. 1. Recop. gloſſ. 3. & 4. ubi de ſubornationibus, & gloſ. 10. ubi de ſponſionibus.

Oppoſitio ad cathedras an expediat.

Sed antequàm aggrediamur quæſtionem propoſitam quoad ſuas tres partes dilucidè expediendas, breviter diſquirendum eſt 1. an expediat in ſtudijs generalibus fieri proviſionem cathedrarum per oppoſitionem, & ſtudioſorũ ſuffragia? Nonnullis ex citatis authoribus, ut teſtatur Alfonſus de Eſcobar cap. 7. defendunt negativam partem, contendentes ſuffragia deciſiva pro ferendis ſeu providendis cathedris eſſe ſtudioſis deneganda, ita ut nulla ratione expediat fieri illarum proviſionem per ſuffragia. Fundari poſſunt 1. quia non poteſt fieri recta proviſio per ſcholaſticos ut plurimùm adoleſcentes, & in ætate fervida ſuis paſſionibus & voluptatibus præcipites, quibus neque judicij maturitas ſuppetit ad deliberandum, neque probi-

Digitized by Google

probitas & rectitudo ad eligendum. 2. à ſimili, quia in Republica politica non fiunt proviſiones officiorum & magiſtratuum per ſuffragia turbæ popularis, forte obſervatione illius axiomatis, Argumentum peſſimi turba eſt; ergo idem erit in Republica litteraria. 3. ab inconvenienti, quia experientia compertum eſt in oppoſitionibus turbari vehementer Academias, & agitari tumultibus, ita ut tempus quod erat impendendum ſtudio, conſumatur graſſationibus, comeſſationibus, & rixis, non ſine ingenti detrimento honoris, vitæ, & conſciẽtiæ multorum. Ita ſentit Villalobos p. 2. tract. 8. diff. 9. num. 6. fine. Nihilominus damnare nõ audeo praxim receptam diuturno uſu, & firmatam ſtatutis Academiarum præſertim Salmantinæ, & Conimbricenſis, in quibus per oppoſitionem, & ſuffragia ſtudioſorum cathedræ providentur. Eſſet enim temerarium aſſerere has præclariſſimas Academias errare in re tam gravi: cum incommoda & commoda pro utraque parte viri experti, prudentes, ſapientes, & litterariæ Reipublicæ ſatis amantes expendeſint, & ſic rectè fieri judicaverint: & hæc authoritas mihi pro fundamento abunde eſt, præſertim quia à multis didici hujuſmodi proviſionem cedere in magnum bonum Academiæ, cum oppoſitores ſola ſpe obtinendi ſuffragia, ſcholaſticos noviores perenniter inviſant, ac ſtatis temporibus difficilia edoceant non ſine magno litteraturæ utrorumque proventu.

Scholaſtici teſtes ſcientiæ Doctoris.

1252 Accedit quòd ſcholaſtici auditores habent probe cognitam oppoſitorum ſcientiam, ut poſſint rectè ferre ſuffragium: quia ut ex Ioann. de Platea in l. ex agentibus C. de princi. agen. in rebus lib. 12. tradit Rebuff. privil. 68. ſcholaribus de ſcientia Doctoris creditur: imò ille Doctor dicitur doctus, quem ſtudioſi referunt doctum l. quæſitũ in princ. ibi auditores referunt ff. de fund. inſtru. l. cum ſcriptum de dote præleg. l. ſi ædibus, de damno infecto. Triplici fundamento adverſariorum ſatisfit unica ſolutione, nempe multitudine illa ſuffragiorum cathedram regulariter benè provideri, utpote ſuperãte maiori parte, quæ ſemper ſanior eſt: illa autem relata incommoda, quæ per accidens eveniunt, ſufficienter compenſari emolumento allato, quod non apparet in Republica politica.

Diſquirendum eſt 2. an Princeps laicus in Academia Salmantina, & alijs ſimilibus, poſſit auferre ſcholaribus jus ſuffragandi, ita ut provideantur cathedræ abſque oppoſitione? Videbitur alicui negandum 1. quia in Academia Salmantina ſuffragia conceſſa fuerunt ſtudioſis ad proviſionem cathedrarum ex conſtitutione Martini V. Pontificis quæ eſt 26. in Salmantinis, quæ à nullo Principe laico revocari poſsũt. 2. Quia certum eſt inter ſtudioſos verſari quàm plurimos clericos, quorum unicuique jus ſuffragandi ex dicta Conſtitutione quæſitum videtur non poſſe revocari à Principe, qui in clericos nullam vendicat juriſdictionẽ. 3. Quia ſaltem in cathedris, quæ deſtinatæ ſunt ad docendum S. Theologiam, & Ius canonicum manifeſtius videtur nihil poſſe laicum Principem, cum hujuſmodi facultates ad ſolum Pontificẽ ſpectent.

Proviſio cathedrarum per ſuffragia

1253 Oppoſitum nihilominus tenẽdam eſt cum Alfonſo de Eſcob. cap. 22. ex hoc præciſo fundamento, quia temporalis adminiſtratio Salmantinæ, Conimbricenſis, ac ſimilium Academiarum ſpectat ad temporalem, & ſecularem Principem, ut ſæpe monuimus: cum verò cathedrarum proviſio inter temporalem gubernationem referatur, ad ſolum Principem ſpectat proviſioni novam formam, novoſque electores deſignare, & immutare providendi modum, quoties bono Academiæ id expedire viſum fuerit. Ad primũ in oppoſitum reſpondemus Conſtitutionem Martini V. ob id principaliter obſervatam eſſe, quia obtinuit approbationem, & conſenſum regium, ſine quo ſervanda non foret, ut in ſimili reſolvit Zevallos de las fuerças 2. p. q. 157. à num. 8. Accedente autem conſenſu regio lex potius regia quàm Pontificia appellanda eſt, proindeque à Rege tolli, & immutari poteſt. Ad ſecundum poſita diſtinctione jam alibi inculcata inter cauſas clericorum ut ſingulorum, & cauſas profeſſionis, & totius Univerſitatis rectam gubernationem reſpicientes, dicimus licèt Princeps nequeat in cauſis ſingularibus clericorum quid decernere, poſſe tamen in ſua Academia legem univerſalem condere, qua ſtudioſus clericus teneatur. Si igitur Princeps ex cauſa poteſt cathedris privare clericum & religioſum, cur non poterit ex cauſa eoſdem privare jure eligendi ad cathedram, de quo Bobadil. lib. 2. cap. 18. num. 181. Accedit quòd quãdo Princeps per legem generaliter latam diſponit de modo providendi cathedram, non adimit jus aliquod clericis: ſiquidem nec ipſis potuit quæri, ſicut nec laicis, & multo minus irrevocabile. Ad tertium fatemur quod alibi latè expoſuimus, ſolius Pontificis eſſe S. Theologiæ articulos & veritates definire, ſicut juris Canonici decreta edere, ac promulgare, poteſtatem autem erigendi cathedras, & ſtudia, in quibus regantur, communem eſſe cuicunque Principi Chriſtiano.

Oppoſitores qui ſint.

1254 Prima difficultas principalis quæſtionis eſt, quinam ſint legitimi oppoſitores ad cathedram? Nota, ſi loquamur in rigore juris Canonici, dari diſcrimen inter oppoſitorem & competitorem, juxta Clemen. Conſtitutionem & ibi addit. marg. De electione, ut nempe competitor dicatur ejuſdẽ dignitatis, vel beneficij: oppoſitor autem, quãdo eſt electus unicus. Nos loquimur de oppo-

ſitore

Digitized by Google

ſitore accepto latè, prout coincidit cum candidato, ſeu petitore quocunque alicujus cathedræ in Academia. Igitur oppoſitores legitimi ad cathedram illi cenſentur, qui ſecundùm jus Academicum habent omnia requiſita, ut ſe poſſint opponere, & cathedram ferre, & aliundè non prohibentur talem oppoſitionem facere: ſicut prohibentur religioſi Societatis Ieſu ſe opponere, quamvis de licentia Generalis poſſint cathedras ſponte oblatas acceptare in alienis Academijs, ut ex præſcripto primæ Cōgreg. Gener. can. 15. tradit & exponit Suar. to. 4. de Relig. tract. 10. lib. 5. cap. 4. nu. 9. Quænam autem requirant ſtatuta Academica, ut quis legitimus & idoneus oppoſitor eſſe poſſit, conſulantur ſingularum Academiarum ſtatuta, nobis ſunt obvia Conimbricenſia lib. 3. tit. 6. ubi latè de vacatura cathedrarum, & modo providendi, oppoſitione, ac oppoſitoribus. Quod nullus ſtudioſus ædilis poſſit ſe opponere alicui cathedræ, cavetur lib. 2. tit. 40. init. Quòd maneat inhabilis ad oppoſitionem omnis oppoſitor, qui vacante cathedra dederit aurum, argentum, aut quid æquipollens alicui, qui poſſit ei favere, habetur expreſſè lib. 3. Statut. tit. 6. num. 57. Item num. 60. cadit oppoſitione, qui pro illa non legit, niſi morbo excuſetur.

Suffragātes in oppoſitione qui ſint.

1255 Secunda difficultas eſt, quinam poſſint eſſe ſuffragatores in oppoſitione? Sicut difficultate ſuperiori reſolvimus eos eſſe legitimos oppoſitores, qui ſecundùm ſtatuta Academica habent omnia requiſita ut ſe opponant & ferant cathedram, ita modò dicimus eos eſſe legitimos ac idoneos ſuffragatores, qui habent omnia requiſita ut ſuffragium pro oppoſitore ferant. Quænam autē requirantur ut quis in Academia Salmantina ſuffragari poſſit, exponit Sanch. lib. 2. conſil. cap. 1. dub. 52. num. 2. In hunc modum. Primo (inquit) requiritur quòd quis habeat curſum. Secundo, quòd ſit adſcriptus matriculæ ſcholaſticorum. Tertio, quòd ſit examinatus à deſignato Magiſtro in Grammatica; & habeat ab illo ſchedulam. Quarto in facultate legum, quòd primo anno audierit Inſtitutam, in qua docentur termini, & principia legum. Quinto exigitur, ne fregerit aliquod ex ſtatutis, quæ imponunt pœnam inhabilitatis: qualia ſunt ingredi domum oppoſitoris, vel acclamare, vel applaudere pedibus in illius gratiam: item ſubornatum eſſe directè, vel indirectè, ita quòd receperit pretium, vel munus aliquod eo animo, ut pro tali oppoſitore ſuffragetur. Quinam ſtudioſi habeant jus ſuffragij in Academia Conimbricenſi, traditur lib. 3. Statut. tit. 6. a nu. 14. quinam repellantur à ſuffragando, latè exponitur à num. 31. ubi excluduntur 1. Rector & Cōſiliarij, utpote oppoſitionis judices. 2. ſcholaſtici impuberes, qui ſcilicet non habent quatuordecim ætatis annos completos. 3. ſcholaſtici non matriculati. 4. quicunque tempore cathedræ vacantis collegium, aut domum oppoſitoris fuerit ingreſſus, exceptis famulis, portioniſtis, & capellanis talis Collegij. 5. qui tempore vacaturæ aliquod donum, aut beneficium accepit ab oppoſitore, vel ejus conſanguineis aut amicis. 6. qui adfuit conventiculo facto in oppoſitoris favorem, & ſuum ſuffragium declaravit. 7. qui oppoſitorem allocutus fuit, vel domi ipſius, vel extra, niſi talis ſermo publicè fiat, & de rebus nec directè, nec indirectè ad cathedram attinentibus. 8. excluduntur omnes habentes officium procurandi, advocandi, judicandi, item notarius, medicus, chirurgus, pharmacopola, & quicunque habētes Conimbricæ officium ex quo vivant, quin in ſcholis ſint profeſſores, vel auditores. 9. quicunque in favorem oppoſitoris plauſum ediderit, aut perturbationem fecerit. 10. qui diu aut noctu oppoſitorem acclamaverit, vel convocaverit ſcholares in illius favorem. 11. qui ſchedulam, in qua eſt ſuffragium, aliquo ſigno notaverit: tunc enim ſchedula illa rejicietur tāquam inutilis.

1256 Tertia difficultas eſt, quomodo oppoſitio fieri debeat? Difficultatis hujus deciſio abſolutè & in genere prolata facilis eſt, nempe oppoſitionem debere fieri ea ratione & forma, quam præſcribunt Statuta Academica. Qualis autem forma præſcribatur in Conimbricenſibus, latè habetur lib. 3. tit. 6. Nam à num. 1. decernitur modus, quo vacans cathedra eſt proponenda & publicanda, ut oppoſitores poſſint dare nomina, intra præfinitum terminum. A num. 8. elapſo termino edicti ſtatuitur forma, quæ ſervanda eſt habendis lectionibus oſtentationis, quas vocāt de ponto. num. 10. determinatur tempus, quo lectiones durare debent, & haberi ſive ſit matutinum, ſive veſpertinum. num. 11. præcipitur ſub pœna pecuniaria oppoſitoribus, ut contra legentem argumententur: deinde permittitur oppoſitori legenti, ut ſua lectione finita informet ſuffragantes de ſua juſtitia, ita ut nihil proferat quod redundet in dedecus aliorum oppoſitorum. num. 12. præſcribitur ſecretario Academiæ forma ſervanda in ſchedulis, in quibus ex altera parte inſcribuntur nomina oppoſitorum, & ex altera nomina ſuffragatorum cum ſuis qualitatibus. Videantur reliqua uſque ad finem tituli, in quo modus, & forma oppoſitionis exactiſſimè continetur.

(3.)

QVÆS.

Digitized by Google

QVÆSTIO III.

Ad quid, & qualiter teneantur oppoſitores?

Horarum canonicarum excuſatio in oppoſitore.

1257 Prima difficultas eſt, an oppoſitor in ſacris conſtitutus excuſetur à recitandis horis canonicis, quando habiturus eſt lectionem oppoſitionis? Certum eſt 1. talem oppoſitorem non excuſari, quando commodè poteſt utrunque facere, nempe recitare horas canonicas, & lectionem habere, illam faciendo, & memoriæ mandando. Certum eſt 2. debuiſſe talem oppoſitorem recitare quidquid potuit, præveniendo tempus antequam puncta lectionis habendæ acciperet: ſi hoc antea advertit. Sola eſt dubitatio, quādo nihil potuit prævenire, & occupatione faciendi, & mandandi memoriæ lectionem ita eſt impeditus, ut moraliter non poſſit utrunq; præſtare, ſcilicet legere & recitare. Reſpondeo in tali eventu excuſari à recitandis horis Canonicis: & idem eſſe de quolibet alio præcepto merè Eccleſiaſtico incompatibili. Ita Maior in 4. diſt. 12. q. 3. Navarr. in Summa Hiſp. & Latina cap. 25. num. 101. Quanvis hoc non facile conſulendum dicat. Item tenet cap. quando Lat. cap. 51. num. 7. Palanos 4. diſt. 15. diſput. 9. fol. 148. & Sanch. lib. 7. Conſil. cap. 2. dub. 52. Ratio eſt deſumpta ex generali regula. Quando ſubitò aliqua occupatio ſupervenit, quæ nec potuit præveniri, nec poteſt omitti abſque gravi proprio vel aliorum detrimento, & non compatitur cum recitatione officij divini, talis occupatio excuſat à recitatione illius: Et in hac regula conveniunt citati authores cum Turrecremata cap. Eleutherius diſtinct. 91. num. 7. Armilla verbo Hora num. 16. Tabien. num. 21. & Sylveſtro quæſt. 13. Aſſignant traditæ regulæ eam rationem, quia quod pro charitate inſtitutum eſt, non debet contra charitatem militare.

Officij divini occupationes quæ excuſant recitantem.

1258 Ex quibus, quæ poſſunt inſervire pro confirmatione noſtræ reſolutionis, inferunt 1. excuſari à recitatione Horarum eum qui eſſet per totum diem occupatus in audienda confeſſione moribundi, vel in vitando ſcandalo magno, v. g. componendis gravibus inimicitijs, & ſeditionibus ad arma currentium, ita ut ſolum tempus ad eſum & ſomnum neceſſarium ſupereſſet. Inferunt 2. ſufficienter excuſari à recitandis horis eum qui eſſet occupatus circa aſſiſtentiam & curam neceſſariam ægrotorum, ita ut tempus ad commodè recitandum non ſuppeteret. Ita Sanchez citat. num. 2. ubi pro hac ſententia refert Sotum lib. 10. de juſtit. q. 5. art. 3. Inferunt 3. excuſari bonum confeſſarium à recitandis horis, quando eſt magna pænitentium copia, inſtante ultima die Iubilæi, vel præcepti Eccleſiæ, ſi non ſuperſit tempus ad recitandum, niſi omiſſis confeſſionibus quorundam, qui Iubilæum non conſequentur, vel præceptum Eccleſiæ non implebunt. Ex quibus ſatis patet eſſe juſtam cauſam omittendi recitationem; ſicut & auditionem ſacri, non omittere emolumentum temporale vel ſpirituale tam proprium, quàm alienum.

Subornatio quid ſit.

1259 Secunda difficultas eſt, quomodo peccent oppoſitores ſubornando ſuffragantes? Adverte juxta Auth. de teſtib. §. quia verò. Subornare dici, quaſi ſubtus in auteſ aliquod malum ornare, & ſub colore ponere. Eſt autem ſubornare (ut ex Paulo l. alij propter, de accuſat. tradit Spiegel v. eod.) falſum inſtruere aliquem, ſemotis arbitris. Subornatio (ut ex Gal. in Clemen. de teſtib. tradit Sylveſt. v. eod.) eſt de aliquo falſo exprimendo, & vero tacendo teſtimonio teſtis per aliquem facta informatio. Solet fieri ſubornatio (ut notat Rebellus de juſt. 1. par. lib. 3. q. 7. num. 2.) per munera, pollicitationes, colloquia familiaria, & alios modos habentes vim alliciendi, & habet locum tum in teſtibus, qui ſubornantur, ne verum dicant, tum in ſuffragatoribus ad beneficium, vel cathedram, qui ſubornantur, ne rectè eligant. Quanvis ſuffragatores, & electores, ſi Latini ſermonis caſtitas attēdatur, potius dicuntur prehenſari, quàm ſubornari. Nā prehenſo juxta Livium lib. 5. ab Vrbe condita, & Tullium Attic. lib. 11. dicitur propriè de candidatis, quum magiſtratum aliquem ambientes, ſuffragatorum manus prehendunt.

Subornatio eſt gravis culpa.

1260 His notatis, reſolutio difficultatis eſt: oppoſitor qui ſcholaſticos ſuffragatores ſubornat, vel prehenſat, lethaliter peccat. Ita Rebell. cit. n. 1. & 2. Villalob. 2. p. tra. 8. diff. 9. n. 5. Addit Rebellus oppoſitorē multo magis peccare cū obligatione reſtituendi dānū ſequutū, ſi eo animo faciat, ut elector ſuo ſuffragio privetur. Patet 1. quia oppoſitor ſubornans dat cauſā electori, ut jure eligēdi privari poſſit, vel ſaltē ut malè eligat, & ante electionē perjuriū cōmittat: ſolet enim ſuffragator ſub juramēto interrogari, an ab oppoſitorib⁹ promiſſū, vel donum aliquod acceperit. Patet 2. quia ex gravi pœna per j⁹ inflicta rectè colligitur gravitas culpæ: ſed oppoſitores ſubornātes afficiūtur pœna graviſſima inhabilitatis ad cathedras, ut de Salmātinis teſtatur Villalob. cit. & de Conimbricenſibus habetur expreſſé lib. 3. Stat. tit. 6. n. 57. ¶ Qualquer oppoſitor, que em cadeira algũa, depois de eſtar vaga, det dinheiro, ouro, prata,

ou outra couſa que o valha, ou empreſtar a voto, ou peſſoas que o podem favorecer, &c. ſerá inhabil pera aquella oppoſição, & pera todas as que dalli reſultarem. Quantum verò Academia deteſtetur, ac puniat ſubornationem, velitque omninò exterminare, conſtat ex num. 47. ejuſdem tituli, ubi ſic:

¶ No tempo das oppoſiçoens mandará o Reitor tirar ſummario de teſtimunhas ſobre os eſtudantes, & peſſoas que ſubornaõ: & contra os culpados procederá á priſaõ, & degredo, & mais penas acima ditas. Facit Lex Luſitana lib. 5. Ordinat. titul. 54. §. 1. ubi quicunque ſubornans teſtes ut falſum teſtimonium ferant, ſive In cauſis civilibus, ſive in criminalibus, punitur graviter pœna verberum, & exilij. Addunt citati authores oppoſitorem, qui ſe putat digniorem, perperam dicere ſe redimere ſuam vexationem ſubornando, cum ipſe nullam patiatur vexationem, ſed potius ſubornando contra juſtam legem reliquos oppoſitores vexet.

1261 Tertia difficultas eſt, an oppoſitor committat peccatum ſimoniæ, ſi ſubornando ſuffragatores, aut electores pretio emat ſuffragia ad cathedram ſacræ Theologiæ, ſeu emat ipſam cathedram? Pars affirmativa ſuaderi poteſt 1. quia tunc datur ſimonia, quando intervenit ſtudioſa voluntas emendi, aut vendendi pretio temporali aliquid ſpirituale, vel ſpirituali annexum: ſic enim DD. ſimoniam definiunt: ſed Theologia eſt ſcientia ſpiritualis & ſacra, utpote continens multas veritates ſupernaturales: deinde cathedra quanvis ſit quid temporale, eſt tamen quid annexum tali ſcientiæ ſpirituali ſacræ; ergo non poteſt emi & vendi abſque labe ſimoniæ. Confirmatur, nã beneficiũ Eccleſiaſticũ, quãvis acceptũ materialiter pro jure percipiẽdi fructus, ſit quid tẽporale, tamẽ ſine ſimonia vẽdi nequit ex eo præciſé quòd ſit annexũ officio ſpirituali; ergo ſimiliter cõmitteretur ſimonia in emptione cathedræ propter cõnexionẽ cum officio ſpirituali, quale eſt docere S. Theologiam. Suaderi poteſt 2. à ſimili, quia ſimoniacum eſt emere officiũ concionatoris, quòd à Rege, vel dynaſta, vel aliqua Republicá habet ſtatutũ ſalarium; & à fortiori emere officiũ Confeſſarij Regis, quanvis quis dicat illud ſolum emere propter utilitatem & honorem temporalem: nam hæc temporalitas eſt annexa muneri ſpirituali; ergo ſimiliter erit ſimoniacum emere utilitatem & honorem cathedræ Theologicæ, quia illa temporalitas eſt annexa muneri ſpirituali.

Simonia an ſit emere cathedram Theologiæ

1262 Nihilominus pars negativa, quã in nullo authore inveni, ſicut nec affirmativam, mihi videtur longè probabilior. Probatur 1. quia ſolum committitur ſimonia quando emitur aliquid ſpirituale, vel ſpirituali annexum, ita ut nomine ſpiritualis intelligatur non quidquid incorporeum eſt, ſed quidquid aliquo modo ſupernaturale eſt, ſive ſit aliquid reale, ſive morale, ſive per modum actus, ſive per modum habitus, qualia ſunt (inquit Leſſius lib. 2. cap. 35. num. 5.) virtutes ſupernaturales, gratiæ prævenientes, gratiæ gratis datæ, Sacramenta, conſecrationes, benedictiones Eccleſiæ, & omnis uſus poteſtatis. Ratio verò cur ſola ſupernaturalia ſunt materia ſimoniæ, eſt, quia cum natura ſua ſint talia, ut humana induſtria non poſſint comparari, ſed ſolum divino munere gratis concedi, magna irreverentia eſſet æſtimari pretio, ſicut aliæ res humanæ. Cum igitur officium docendi Theologiam non ſit ſupernaturale, ſicut nec ipſa Theologia quoad ſuas concluſiones naturali lumine deductas, imò nec ſit ſupernaturalis ex parte finis: eſt enim quid indifferens ut tradatur in ordine ad bonam gubernationem Reipublicæ, & in ordine ad ſalutem æternam, ſequitur non eſſe ſimoniam emere tale officium.

Simonia quando committitur.

1263 Probatur 2. quia non eſt ſimonia (ut ex Soto lib. 9. quæſt. 5. a. 1. tradit Leſſius citatus num. 7.) vendere doctrinam vel notitiam cujuſvis veritatis naturali induſtria comparabilis. Imò in ſpecie (docet Suar. lib. 4. de Simon. cap. 18. num. 4.) non eſſe ſimoniam vendere exercitium docendi Theologiam ad inſtruendas mentes, ſine ordine ad probitatem morum, item vendere conſilium, quod ſiſtat in pura inſtructione intellectus: hinc eſt quòd poſſit magiſter ex eo quòd doctior ſit, ferre maius ſtipendium, quanvia doceat minori labore. Ergo ſine ſimonia poteſt quis emere tam jus, quàm exercitium docendi Theologiam. Probatur 3. quia juxta Suarium citatum num. 10. ſine ſimonia poteſt quis emere Doctoratum, ſeu gradum Magiſterij Theologici: eſt enim hujuſmodi gradus quædam temporalis dignitas, & honor pretio æſtimabilis: ſed per Doctoratum illum confertur habilitas, ſeu poteſtas ad docendum Theologiam; ergo etiam cathedra, quæ eſt jus proximum ad docendum emi & vendi poteſt. Probatur 4. quia ſi cathedra Theologica foret materia ſimoniæ ex eo quòd eſſet annexa officio ſpirituali inſtar Eccleſiaſtici, ſequeretur illius proviſionem ita ſpectare ſemper ad Sũmum Pontificem, ut eo invitò Princeps laicus nunquam providere poſſet, ſicut de facto nihil poteſt quoad collationem in beneficijs: conſequens eſt falſum, & contra id quod reſolvimus q. 1. ergo & antecedens.

Magiſterium Theologicum non eſt materia ſimoniæ.

1264 Fundamenta partis affirmativæ facilè diluuntur. Ad 1. dicimus non eſſe ſimoniã omnẽ emptionẽ rei ſpiritualis, ſed ſolũ illius, quæ ita ſupernaturalis eſt, ut humana induſtria cõparari nequeat. Unde ſicut diximus poſſe vẽdi exercitiũ docendi Theologiã ad inſtruen-

inſtruendas mentes, ita aſſerimus poſſe emi cathedram, ſeu jus ad tale exercitium. Ex quo patet diſparitas ad confirmationem, quia jus ad lucrum temporale in beneficio eſt annexum officio ſupernaturali, non ita jus cathedræ, ut expoſuimus. Ad ſecundum fatemur officium concionatoris, & à fortiori, officium confeſſarij eſſe materiam ſimoniæ: quia juxta Suarium dict. lib. 4. cap. 18. num. 23. actus concionandi ſine labe ſimoniæ vendi nequeunt: nam verbum Dei eſt maximè ſpirituale, & concionator eſt veluti legatus à Deo miſſus ad tale munus. Idem cap. 19. tradit de actibus confeſſarij, utpote provenientibus à potentia ſupernaturali in ordine ad ſalutem animæ: cum igitur exercitium, & actus utriuſque prædicti officij ſint materia ſimoniæ, ſequitur idem dicendum de ijſdem officijs: quod ſecus accidit in cathedra Theologica.

Concionatoris & Confeſſarij Regis officiũ eſt materia ſimoniæ.

Deſiſtẽtia ab oppoſitione.

1265 Quarta difficultas eſt, utrum liceat oppoſitori paciſci cum alio, ſuo nẽpe competitore, ut ab oppoſitione deſiſtat? Deciſio hujus difficultatis, quæ pro parte negativa vera eſt, traditur à Rebello de juſtitia par. 1. lib. 3. q. 7. num. 1. his verbis. Illicitum mortaliter ex ſuo genere eſt, non tantũ minus digno oppoſitori, ſed etiã digniori, ſive per ſe, ſive per internuntiũ, paciſci cum alio, ut ab oppoſitione in præjudicium Vniverſitatis, vel Eccleſiæ recedat. Vnde per ſtatuta Vniverſitatũ inhabilis reddi ſolet ad cathedram is oppoſitor, qui cum altero paciſcitur de deſiſtendo, quomodocunq; id conſtet, quanvis alioquin licitũ ſit ſine eo pacto cuicunque cedere juri ſuo. Hæc reſolutio ſatis firmatur ſtatuto Academiæ Conimbricenſis lib. 3. tit. 6. n. 56. ubi ſic habetur. ¶ Nenhũ oppoſitor ſe cõcertarà cõ o outro, peraque deſiſta: nẽ o ajudarà directè, nẽ indirectè, por ſi, ou por outrem: & concertandoſe por algũa via, ou ajudando, & favorecendo, ſeja inhabil pera aquella oppoſição, & pera todas as q̃ daquella proviſaõ reſultarem. Ex qua inhabilitatis pœna per ſtatutum impoſita, quæ quidem gràvis eſt, rectè ſequitur ſtatuti transgreſſorem peccare graviter ex ſuo genere.

Oppoſitor injuſtè promotus ad quid teneatur.

1266 Quinta difficultas eſt, utrum & qualiter teneatur ad reſtitutionem oppoſitor qui tulit cathedram, alijs dignis, vel dignioribus per injuriam excluſis? Reſolutio difficultatis propoſitæ capienda eſt ex ijs quæ tradunt authores de electo ad beneficium illicitè obtentum, & nos collegimus in noſtro Promptuario à num. 1548. Nam eadem fere eſt doctrina In oppoſitione ad beneficium, & ad cathedram. Imprimis conſtat indignum nec poſſe petere, nec acceptare cathedram, & ſi accepter, teneri ad dimittendum, & ſatisfaciendum Academiæ pro omnibus damnis, quæ illi ex ſua electione obtigerunt: item ad reſtituendum digno habenti jus commutativæ, quem injuſtè impedivit, pro omni damno injuſtè illato. Dubitatio eſt de digno, utrum, & quando teneatur reſtituere digniori excluſo? Reſpondeo tunc obligari ad reſtitutionem, quando injuſtè fecit quod dignior non fuiſſet electus: ſecus qoando proceſſit abſque injuſtitia. Eſt de mente Sanches lib. 2. Conſil. cap. 1. dub. 48. Turriani diſput. 22. dub. 3. Tanneri diſp. 4. quæſt. 8. dub. 2. & Cardin. de Lugo de juſtit. diſput. 55. Ratio eſt, quia in priori eventu fuit cauſa injuſta influens in damnum: in poſteriori non tenetur ex injuſta acceptione, ut patet: non ex re accepta, cum hæc alterius non ſit: & in ea retinenda dignus ſe habeat ad digniorem, ſicut ſecundus emptor ad priorem. Ex quo fit (inquit Lugo numero 95.) ut quoties dignus non petijt, ſed ipſo non petens, nec procurans electus fuit, ad nihil teneatur. Idem eſt quando petijt, ſed juſtè, & modo debito. Quid quando per vim, aut fraudem effecit, ne alter eligeretur? Conſtat non teneri ad reſtituendum indigno, ſi fecit per vim & fraudem, ut electo digno indignus excluderetur, niſi forte impoſuit illi falſa crimina. Tunc enim tenebitur reſtituere ei famam injuſtè ablatam. Quod ſi vi aut fraude impedivit dignum, ut eligeretur dignior, tunc diſtinctione utitur Sanch. citat. num. 13. & 14. nam ſi impedivit in caſibus, in quibus ex juſtitia commutativa debebatur beneficium digniori, certum eſt illum pro tali beneficio nihil debere digno excluſo: quando verò debebatur ex ſola diſtributiva, dicit adhunc non teneri. Quia tunc dignus nullum omnino habebat jus. Primam partem amplectitur Lugo n. 97. Secundæ non acquieſcit n. 98. Quia ille tũc ſaltẽ habuit jus ne per fraudẽ ab electione impediretur: ſicut pauper habet jus, ne impediatur ab eleemoſyna.

1267 Sexta difficultas eſt, an tempore oppoſitionis liceant ſpõſiones, vulgo apoſtas, quod hic & non ille cathedram feret: aut quòd plura obtinebit ſuffragia? Conſtat omnibus alumnis Conimbricenſis Academiæ eſſe illicitum ſic ſpondere, utpote prohibitum in Statutis lib. 3. titulo 6. numero 43. his verbis:

Sponſiones ſuper cathedris illicitæ.

¶ Nam averà apoſtas ſobre quem levarà a cadeira, ou mais votos nella, nem ſobre outra couſa tocante à dita cadeira: ſob pena, que o que ganhar eſtas apoſtas, torne o que ganhar com outro tanto: ametade pera quem o acuſar, & ametade pera a Confraria. E ſe as taes apoſtas ſe fizerem entre votos, ficaràm alem diſſo inhabiles pera votarem na dita cadeira: & mais eſtaràm os que aſſi apoſtarem tres dias na cadea; não ſendo peſſoas de qualidade, a que ſe deva ſua caſa por priſaõ. E ſe fizerem as taes apoſtas, deſpois de terem votado, eſtaràm preſos oito dias: & neſtes

caſos não averá remiſſaõ de pena. Ex quibus ſatis patet quantum Academia tales ſponſiones averſetur ad obviandum plurimis incommodis, & quantum oppoſitores, ac reliqui ſtudioſi teneantur ab illis abſtinere. De ſcholaſticis Salmantinis idem fere tradit Sanch. lib. 1. Con. cap. 8. dub. 32. num. 4. aſſerens eos peccare mortaliter, ſi faciant ſpõſiones circa cathedras, at non teneri reſtituere lucrum inde quæſitum. Quia non committunt injuſtitiam, ſed ſolum gravem inobedientiam contra præceptum impoſitum ſub pœna latæ excommunicationis.

Præciſo tamen ſtatuto Academico, & quacunque lege poſitiva prohibente, plauſibilis, ac venuſta quæſtio eſt, an ſpondenti obſtet certitudo de lucro per ſingulares ſponſiones circa eandem rem? Caſus eſt, quando ad cathedram ſunt tres tantum oppoſitores, ita ut procul dubio unus obtenturus ſit, duobus excluſis: an poſſis cum unoquoque ſeorſim ſpondere viginti aureos, quòd ipſe non eligetur: atque adeo perdendo cum uno lucrari cum duobus? Negant Petrus Ledeſma in Summa tractat. 32. poſt. concluſ. 7. diffic. 1. Villalob. in Summa tom. 2. tractat. 28. diffic. 6. num. 3. & Trullench. tom. 1. Decal. lib. 7. cap. 17. dub. 6. num. 1. Quia datur inæqualitas, cum ille ſpondens pro parte negativa, nulli periculo ſe exponat. Affirmandum tamen eſt cum Sanch. lib. 1. Conſil. cap. 8. dub. 16. & Cardin. de Lugo de juſtit. diſp. 31. num. 87. Probatur, nam triplex illa ſponſio triplex contractus eſt cum ſingulis juſtus, utpote cum ſingulis expoſitus lucro & damno; juſtitiæ autem & æquitati non poteſt obſtare, quòd ex circunſtantijs extrinſecis contrahens reddatur tutus à jactura. Nam ſi ſpondens viginti aureos cum uno, inveniret alium, qui ejus partem aſſecuraret pro decem, ſine alicujus injuria maneret certus de lucrandis decem.

Doctoratus an ſit patrimonium ſufficiens pro ordinibus

1268 Septima difficultas eſt, utrum oppoſitor, qui Doctor eſt, & habet probabilem ſpem ferendi cathedram, poſſit abſque alio patrimonio, vel beneficio ſacris ordinibus initiari? Pro parte affirmativa tenentur ſtare Gonzales ad reg. 8. Cancellar. gloſ. 4. n. 36. & Stephan. Gratian. diſcep. forenſ. tom. 1. cap. 57. n. 30. quatenus aſſerunt perſonam graduatã, quamvis ſit pauper, & non habeat patrimoniũ, aut beneficium, poſſe legitimè ordinari, nõ obſtante Concil. Triden. ſeſſ. 21. cap. 2. de reform. Ratio eſt, quia veriſimile eſt talem graduatum poſſe commodè ſuſtentari ob doctrinam: quia ſcientia de paupere facit divitem, ut ex auth. de hæred. & falcid. §. fin. colla. 1. & ex proœm. ff. §. nos verò, probat Rebuff. privil. 43. Accedunt pro hac parte Corduba in Summa quæſt. 36. Henriq. lib. 13. de excommun. cap. 37. num. 2. & lib. 10. de ordine cap. 17. fine, & Emman. Roter. tom. 2. Sum. cap. 15. n. 35. affirmantes collegialem in aliquo collegio maiori Salmanticenſi, aut Complutenſi, qui defendit cum ſatisfactione ſuos actus in ordine ad recipiẽdum Doctoratum, poſſe ad illorum titulum ordinari abſq; patrimonio, vel beneficio. Idem affirmat citat. Emman. de bono ſcholaſtico Theologiæ, vel ſactorum Canonũ, qui jam recepit Bacchalaureatum, & optat gradum licentiaturæ recipere: quia eſt probabilis ſpes (inquit ille) quòd ſe opponẽs ad aliquod beneficium, illud aſſequetur. Ratio omnium eſt, quia in prædictis ſatisfit intentioni Concilij volentis pro decentia ſtatus clericalis, quòd clerici habeant congruam ſuſtentationem. Avila de cenſ. p. 3. d. 5. dub. 6. dicit quod in caſu raro poteſt Epiſcopus diſpenſare ut aliquis à principio ordinetur ſacris ſine patrimonio, ſi ſit vir doctus collegio, & gradu inſignis.

Patrimonium ad ordines rite habendum.

1269 Nihilominus partem negativã contra citatos authores, quaſi ſine fundamento loquentes acriter defendit Sanchez lib. 7. Conſil. cap. 1. dub. 35. num. 10. Probat, quia prædicti graduati ſolum habent ſpem deveniendi ad pinguem fortunam, quæ ſpes multis modis intercipi, & omninò abrũpi poteſt: at Tridentinum loco citato expreſſè poſtulat pacificam beneficij poſſeſſionem, & patrimonium ab eis verè obtentum. Confirmat 1. quia certius habet beneficium ille qui beneficij habet canonicam inſtitutionem, & tamen nequit ordinari, donec pacificè poſſideat, ut docent Navarr. tit. de tempor. ordin. conſ. 25. Salzedo in praxi crimin. cap. 18. num. 6. & Laſarte de decima Viſitat. cap. 19. nu. 23. & citatus Emman. num. 10. Confirmat 2. quia juxta Navarr. cap. accepta, de reſtitut. ſpoliat. oppoſit. 5. n. 22. ille qui metu renunciavit beneficium non poteſt ad ejus titulum initiari, quia valet renunciatio, cum tamen habeat manifeſtum jus, ut ſibi plenè reſtituatur. Et expreſſè (concludit) hanc ſententiam tenet Petrus de Ledeſma 1. tom. Summ. tract. de Sacram. ordin. cap. 7. Quibus ego acquieſco motus hac ratione, ſcilicet verbis, ac menti Concilij ſatisfieri per poſſeſſionem, & non per ſolam ſpem congruæ ſuſtentationis: quia ante poſſeſſionem clericus poteſt ab ſpe dejici per morbum, aut aliter factus inutilis, & ſic cogeretur indecenter vivere. Addo tamen juxta poſita fundamenta Magiſtrum, qui jam eſt in poſſeſſione cathedræ perpetuæ, cui ſalarium congruum annexum eſt, poſſe abſque alio patrimonio ordinari.

Vide infra dicenda de collegiatis num. 1719. & 1720.

(:.)

QVÆS-

QUÆSTIO IV.

Ad quid, & qualiter teneantur ſuffragatores in cathedra?

Juramentū ſuffragatoris. 1270 EGimus quæſtione præcedente de obligationibus oppoſitorum, ſequitur ut in præſenti expediamus difficultates circa obligationes ſuffragatorum. Prima difficultas eſt, ad quid teneatur ſuffragator, quando à Rectore ad calculationem ſuffragiorum aſſiſtēte interrogatur ſub juramento an aliquem ex oppoſitoribus fuiſſet allocutus, vel ejus domum ingreſſus? Reſpondetur ſemper teneri ad vitandum perjurium abſtinendo à mendacio, quod juramento confirmetur. Vnde quaovis teneatur jurare ad mentem judicis legitimè interrogantis, illi conformando ſuam mentem & verba, non ita quando judex non interrogat legitimè, vel ſolum interrogat aliquid ex falſa præſumptione illius quod lex prohibet. Quare in caſu propoſito conveniunt authores, Sanchez lib. 3. Deral. cap. 6. num. 34. Navarr. in Summa cap. 12. num. 19. Suar. tom. 2. de Relig. lib. 3. cap. 9. num. 7. Sayrus in clavi clavi lib. 5. cap. 4. num. 14. Azor par. 1. lib. 11. cap. 4. regula 1. & Fagund. in præcep. 2. Quincal. lib. 8. cap. 7. num. 7. poſſe ſcholaſticos interrogatos ſub juramento, an cùm aliquo ex candidatis fuerint collocuti? negare, ſi de ſolis alijs rebus egere, quæ ad ſubornationem non ſpectabant, intelligendo intra ſe de hujuſmodi rebus ſcilicet reſpondendo amphibologicè per reſtrictionem mentis. Similiter interrogati, an domum alicujus ex dictis cādidatis ingreſſi fuerint, jurare poterunt ſe non ingreſſus, quando non ſunt ingreſſi ut ſubornaturi. Ita præter citatos Eminan. Rorer. in Sũma to. 1. in 2. editione cap. 191. n. 4. & Villalob. tom. 2. tractat. 36. diffic. 6. num. 7. verſ. 7. Ratio omnium eſt, quia ſic jurantes reſpondent verè ad mentem Rectoris interrogantis. Mente enim intelligunt ſe non fuiſſe locutos de ijs rebus, quæ ſtatuta prohibent, & quæ judici ac Rectori jus tribuunt ad hujuſmodi juramentum exigendum. Nulla enim committitur culpa, vel trangreſſio ſtatuti in collocutione, vel ingreſſu, quando hæc non fiunt ex cauſa inhoneſta ſubornationis.

Addit Alphonſus de Eſcobar cap. 6. ex S. Thoma 2. 2. quæſt. 62. art. 2. ad 4. & Didaco Perez l. 2. tit. 10. lib. 1. Ordinat. ſi ſtudioſo conſtet de juſtitia oppoſitorum, poſſe eam cæteris ſuadere, & omnibus modis licitis eam cauſam fovere: quod urgentius procedit, ſi cæteri oppoſitores minùs idonei ſint. Et quidem generaliter (concludit) omnia illa, quæ ſtudioſis prohibentur, & de quibus interrogantur prædicto oppoſitionis tempore, quæ per ſe non ſunt mala & illicita, ſi bona fide fiāt, poterunt negari, & reſtrictione mentis licita erunt in foro animæ, ut ait Sāch. d. cap. 6. ſecus in foro externo ob prohibitionem, de qua Statutum Salmantinum tit. 33. à fol. 130. Videatur Aceved. l. 1. n. 2. tit. 7. lib. 1. & Narbona l. 31. gloſ. 5. tit. 7. lib. 1.

1271 Secunda difficultas eſt, qualenam ſit ſuffragium ſcholaſtici, cui deſunt requiſita ad ſuffragandum; & quale peccatū ſic ſuffragari? Quoad primā difficultatis partem de valore ſuffragij, conveniūt Sanch. lib. 2. conſil. cap. 1. dub. 51. & Lugo de juſt. tom. 1. diſp. 19. nu. 55. 56. invalidum eſſe ſuffragium illius ſcholaſtici, cui deſunt ſubſtantialia ad ſuffragandum, validum verò, ſi illi tantum deſint accidentalia. Patet, quia eſſentia rei ſtare nequit ſine ſubſtantialibus, utpote intrinſecis, at ſtare poteſt ſine accidentalibus utpote extrinſecis. Sola eſt difficultas in exponendis ſubſtantialibus, & accidentalibus. Inter ſubſtantialia (inquiunt) recenſentur 1. quòd ſuffragator fuerit auditor per annum illius facultatis, ad quam cathedra conferenda ſpectat. Vnde invalidè ſuffragabitur in cathedra juris canonici, vel civilis, qui ſolum fuit auditor Theologiæ. 2. quòd ſemel ſuffragetur, nam ſi dato ſemel ſuffragio, ſe ingerat ad iterum dandum, hoc ſecundum erit invalidum, cū ſcholaris non habeat jus niſi ad ſemel ſuffragandū. 3. quòd non fingat plures curſus, vel qualitates, quàm re vera habeat: nā ſi fingat, cēſebitur habere ſuffragium qualificatū, quod præponderabit nō qualificatis, utpote deficiētibus in qualitate ſubſtātialiter poſtulata ad tale genus ſuffragij. Inter accidētalia recenſent 1. eſſe deſcriptum in Catalogo. 2. habere ſchedulam approbationis, quæ prius ſolet exigi à publico Grāmaticæ præceptore ad audiēdum facultatē ſuperiorē. 3. non cōmittere aliqua, ob quæ in pœnam juxta ſtatuta Academica privetur ſuffragio: nam poſtquam commiſit, dedit jus ut ſuffragio privetur. *Suffragiū invalidū quando.*

1272 Quoad ſecundam partem de peccato ſuffragantis cum defectibus, reſolutio deſumpta ex citatis authoribus eſt, cum qui ſuffragator habens defectum ſubſtantialē, peccare cōtra juſtitiam, & teneri reſtituere ei, cui ſuo ſuffragio damnum intulit: ſi autem habeat defectum accidentalem, non peccare cōtra juſtitiam, ſi aliàs ſuffragetur juxta merita. Ratio utriuſq; partis eſt, quia in priori tulit ſuffragium invalidum ex defectu juris ad illud: ſec⁹ in poſteriori. Dubitatio eſt 1. an quoties ſcholaris eſt reus criminis ob quod venit privandus *Suffragator ſi habeat defectum.*

 jure

jure ſuffragij, teneatur illud fateri interrogatus ſub juramento? Affirmativa reſolutio vera eſt, ſi judex juridicè interroget: at ſi non interroget præcedente infamia, vel indicijs probatis, nec habens contra illum ſemiplenam probationem, ſcholaſticus poteſt occultare veritatem utens verbis æquivocis juramento, & ſic licitè ſuffragari poterit. Ita Sanches lib.2. Conſil.cap.1.dub.53. num.5. ex Soto lib.4.de juſt. q. 6.a.3.ad ſin.& Ledeſma 2.4. q.18.a.1. Probatur, nam dicta poſtulantur ut reus teneatur ad mentem judicis reſpondere: quia aliter non habet verum jus interrogandi. Et quanvis hæc interrogatio non ſit directè ad pœnam infligendam, eſt tamen ad ſpoliandum jure ſuffragij, quod habet reus antequam legitimè condemnetur; ut videre eſt apud Molinam tom.1. fol. 591. 6. & Fagund. Decal.l.8.cap.29. fol.381.nu.5. & 6. Addo, quanvis inhabilitas nota ſit, ſed nōdum lata ſententia, probabile eſſe adhuc poſſe jurare nullam incurriſſe inhabilitatem: idque licèt in ſtatuto apponeretur clauſula (ipſo facto:) ſecus ſi poſita ſit clauſula (ipſo facto, abſque ulla declaratione.) Ita Malder.

Inhabilitas ipſo iure. Quanvis enim Suar. de legib. lib. 5.cap.26. dicat quando in ſtatuto ponitur privatio vocis activæ ipſo facto, incurri ante ſententiam, idque videatur probari ex cap. cum ſingula, de præben. in 6. Cap.1. & cap. ſuper eo, & cap. ſignificaſti, de eo qui duxit in matrim. item ex Clemen. Vt is qui, de ſtatu & qualitate, & motu Pij V. contra Simoniacos. Hæc omnia non procedunt in Academijs de privatione vocis activæ ante ſententiam, & ſic conſuetudine introductum fuit, ne propter multitudinem redderentur electiones valde incertæ, & annullationibus obnoxiæ.

1273 *Tenetur illata ex injuſta negatione veritatis.* Dubitatio eſt 2. an ſi ſcholaſticus legitimè interrogatus veritatem negavit, & ideo abſolutus ſuffragium tulit, quo dignus qui exceptionem oppoſuerat, cathedram amiſit, teneatur ad reſtitutionem cathedræ? Affirmat Sanch. citatus num.14. & Soto, & Ledeſma. Quia licèt reus juridicè rogatus negans veritatem, non teneatur ad pœnam ante condemnationem, tenetur tamen ad damnū inde ſubſecutum, ut idem Sanch. docet lib.10. Matr. diſp.8. num.14. amiſſio autem cathedræ fuit damnum ſecutum ex negatione veritatis. Huic reſolutioni non acquieſcit Lugo de juſt. diſp.19.num.59. Quia licèt reus (inquit) injuſtè negans, & ideo evadens pœnam teneatur ad damnum, quod pars diverſa legitimè ac juſtè litigans cogitur ea de cauſa ſubire, ut ſi cogitur expendere in lite, & ſimilia, non tamen videtur teneri ad reſtituenda illa damna, quæ pars diverſa incurrit præciſè ex eo quòd pœna non ſit impoſita: hæc enim cum ipſa pœnæ carentia computantur. Hoc exiſtimo dictum probabiliter, quia ille ſuffragator non condemnatus retinuit jus ſuffragij, quod validè tulit, & (ut ſuppono) juſtè ex parte ferentis cathedram, qua dignus erat.

1274 *Suffragij renunciatio quādo injuſta.* Tertia difficultas eſt, ad quid teneatur ſcholaris, qui noluit ferre ſuffragium, cum poſſet, ex cujus omiſſione oppoſitor injuſtè cathedram obtinuit? Videtur teneri ad reſtitutionem, juxta doctrinam, quam tradunt Molina diſp. 732. Molfeſius in Summa tom.1. tract.6. cap.7. num.73. Garcia de benef. tom.1. par.3. cap.2. num.525. Paleottus de ſacro conſiſt. par.2. q.6. Maderiaga de Senatu cap.28. §.1. Azevedus in addit. ad Curiam Piſanam lib.2.cap.8. & Petrus de Ala tract. de decurion. q.43. aſſerentes eos qui ſua ſuffragia renunciant in Capitulo, vel quovis alio Senatu, quando ea de cauſa aliquid injuſtè decernitur, prævalentibus ſuffragijs pro parte injuſta, peccare graviter, & teneri ad reſtitutionem damnorum, quæ ex omiſſione ſuffragij ſequuta ſunt. Nam ex officio tenebantur impedire ea damna, tanquam partes illius communitatis, cui jus ſuffragandi competit. Quæ omnia procedunt in noſtro caſu ſcholaſtici nolentis ſuffragium ferre.

Nihilominus Cardinalis de Lugo citatus num.61. excogitavit pulchram diſtinctionem, qua poſſumus retenta communi doctrina liberare noſtrum ſcholaſticum ab onere reſtitutionis. Aliquando (inquit) jus ſuffragij datur in merum favorem & gratiam ejus cui confertur, ut in quibuſdam religionibus ſolet concedi ijs qui per multos annos Theologiam docuerūt, in præmium, & ut alij ad eum laborem excitētur. Aliquando jus ſuffragij competit ratione officij, non in puram gratiam habentis illud, ſed præcipuè in ordine ad commune bonum, cui per ſuffragium illud conſulendum eſt. Igitur quando ſuffragium competit hoc poſteriori modo, nempe ex officio in utilitatem publicam, quanvis regulariter non liceat abſtinere à ſuffragio ferendo, vel illud omittere per abſentiam, tamen quando competit priori modo, ſcilicet in puram gratiam ſuffragantis, licitum eſt non ferre ſuffragium, ſive quis abſit ad non ferendum, ſive præſens ſit, & ferre nolit. Ita Armilla v. Electio num.20. Peregrin. in comment. ad conſtit. clericor. regul. par.3. cap. 9. lit. T. §.13. num.6. & Gutierr. in quæſt. canon. lib.2.cap.11. num.187. Prior pars conſtat ex eo, quia exercitium illud ſuffragandi computatur in partem officij, ad quod exercendum illi tenentur. Dixi (regulariter) quia à ſuffragando poſſunt excuſari 1. ex legitimo impedimento, ſive juſtæ abſentiæ, ſive infirmitatis. 2. ſi ex defectu ſuffragij non timeatur notabile inconveniens, vel ex dato ſuffragio non ſperetur remedium injuſtitiæ futuræ, & poſſit illud magis concitare odia & rixas. Poſterior pars ſuadetur, quia unuſquiſque poteſt renunciare *Suffragij jus quomodo ſcholaſticis competat.*

ſuo

Digitized by Google

ſuo juri, quod in merum ipſius favorem conceſſum eſt. Cum verò jus ſuffragij competat ſcholaſticis non ex officio, ſe in meram ipſorum gratiam, ut nempe idoneos, ac ſibi placẽtes Magiſtros eligere poſſint, ſequitur non peccare contra juſtitiam, ſi nolint ſuffragari. Poteſt tamen evenire, ut peccent contra charitatem, ſi paruo ſuo incommodo poſſint, ac nolint impedire grave damnum alterius.

Suffragiū vendere.

1275 Quarta difficultas eſt, quomodo peccent, ac teneantur qui pro accepto pretio ſuffragium tulerunt? Certum eſt 1. ſuffragatores ad cathedram peccare graviter, ſi pro ferendo ſuffragium, accipiant pretium. Nam id ſub gravibus pœnis prohibitum eſt ſtatutis Conimbricenſibus, & Salmantinis, ut ſupra diximus numero 1260. Certum eſt 2. peccare contra juſtitiam, & teneri ad reſtitutionem pretij accepti, ſi acceperunt ab illo oppoſitore, pro quo ex juſtitia ſuffragari tenebantur. Ita in ſimili Authores cum Molina tom. 1. diſp. 83. aſſerentes non poſſe judices aliquid accipere pro eo ad quod ex juſtitia & officio obligantur, v. g. pro audiendis litigantibus, & pro juſta ſententia ferenda. An verò poſſit judex aliquid accipere pro actu injuſto & indebito: ſimiliter ſcholaſticis ſuffragator pro ſuffragio injuſto & indebito? Videatur Leſſius lib. 2. cap. 14. Lugo de juſtit. diſp. 18. ſect. 3. & noſtrum Promptuar. à num. 606. Interim dicimus, quanvis culpabilis ſit acceptio pretij ob turpem cauſam, v. g. injuſtam ſententiam, homicidium, fornicationem, tamen opere ſequuto, quod indebitum, & aliunde pretio æſtimabile eſt, nullam manere obligationem reſtituẽdi tale pretium.

Maior eſt dubitatio, Vtrum quando oppoſitores ſunt æquales, ita ut ſcholaſticus pro quovis poſſit licitè ferre ſuffragium, accipere poſſit aliquid pretij pro determinatione, qua ſe potius determinat ad unum, quàm ad alium? Procedit difficultas ſpectato jure naturali. Nam jure poſitivo Academico, jam diximus prohiberi.

Pretium ferre pro ſuffragio.

Partem affirmativam tenent nonnulli, inter quos poteſt recenſeri Leſſius lib. 2. cap. 14. dub. 9. num. 64. quatenus probabile eſſe ait poſſe judicem abſque violatione juſtitiæ, & onere reſtituendi, aliquid accipere ab eo, in cujus favorem judicavit ſecundùm opinionem probabilem, quando illi liberum erat utramlibet partem ſequi. Ratio eſt, quia in tali caſu pretium non accipit pro juſtitia ſententiæ, ſed pro eo quod præfert unam opinionem alteri, ad quod non tenetur. Sic igitur de ſuffragante, quando accipiat pretium non pro ſuffragio juſto, ſed pro illius determinatione, ad quam non tenetur; cum poſſit vendere rem indebitam, pretio æſtimabilem.

1276 Nihilominus partem negativam judico probabiliorem cum Tannero 2. 2. diſp. 4. q. 6. dub. 10. num. 190. & Diana par. 3. tract. 5. reſol. 55. quatenus ſentiunt contra Leſſium, etiam præciſo jure poſitivo, & ſolo naturali ſpectato, non poſſe judicem ferre pretium pro illa opinionis præferentia. Suadetur 1. quia ſcholaſticus quando ſuſcipit officium eligendi, nihil aliud præſtat oppoſitori, quem eligit, niſi ipſum nudum miniſterium eligendi: ſed ex officio tenetur hujuſmodi miniſterium præſtare gratis: ſiquidem pro eo gratis præſtando jus ſuffragandi habet; ergo peccat contra juſtitiam, ſi pretium accipiat. Suadetur 2. à ſimili varijs exemplis, 1. quia eligens unum ex duobus æqualibus ad maioratum, tenetur eligere gratis per text. in l. unum ex familia ff. de legat. 2. 2. quia arbiter conſtitutus ad eligendum ex duobus, quem ipſe maluerit, tenetur eligere gratis, juxta Bart. in l. ita demum ff. de arbitr. 3. in judice inveniente opiniones æquè probabiles pro jure utriuſque litigantis; ut enim diximus non poteſt ferre pretium pro ſententia, quàm liberè pronunciat pro uno determinatè; ergo idem eſt de ſcholaſtico ſuffragante pro oppoſitore digno, relictis alijs æquè dignis.

1277 Dices, ille ſcholaſticus in acceptione & retentione pretij pro ſuo ſuffragio determinato, nulli irrogat injuriam: non oppoſitoribus excluſis, quia non tenebatur pro illis ſuffragari, nec ab illis pretium accepit: non oppoſitori, pro quo ſuffragium tulit, quia ille ſponte pretium dedit; ergo neque peccavit contra juſtitiam, neque tenetur ad reſtitutionem. Reſpondeo negando antecedens: irrogat enim injuriam illi oppoſitori, à quo accipit pretium pro actu nudi miniſterij, quod tenebatur præſtare gratis: oppoſitor enim pretium illi non ſponte, ſed coactus dedit metu amittendi cathedram. Eſt optimum exemplum in uſurario, qui irrogat injuriam offerenti, & danti pretium pro mutuo, ex eo quod tale mutuum gratis tenebatur præſtare. Sunt enim aliqua, quæ ex natura ſua poſtulant gratis fieri, quale eſt mutuum, & quale illud miniſterium judicandi & ſuffragandi.

Pretium ferre pro mutuo.

Pro difficultatis expediendæ complemento obſervabis 1. licitum eſſe ſcholaſtico ferre pretium aliquod proportionatum pro longo itenere ſuſcepto ad ſuffragandum, ut quando vocaretur ex patria ad Academiam ab oppoſitore. Quia ſuum illum extraordinarium laborem, qui pretio æſtimabilis eſt, non tenetur gratis ſuſtinere. Obſervabis 2. quid dicendum ſit de illis ſcholaſticis, qui in Academia Conimbricenſi, pallio ad mentum obvoluto, tempore oppoſitionis intrant domum oppoſitoris, & accipiunt parata & expoſita bellaria,

Prandium in oppoſitione.

laria, caſeum, pulmentum, & alia hujuſcemodi, Bodium vocant, ab oppoſitore, contra quē habent animum ſuffragandi. Exiſtimo, conſultis viris doctis, eos non peccare contra juſtitiā commutativam, nec proinde teneri ad ullam reſtitutionem. Ratio eſt, quia attenta conſuetudine Academica, oppoſitor pro ſua munificentia, & liberalitate oſtentanda illa omnia exponit ferenda pro ſe, & contra ſe ſuffragaturis.

Suffragium injuſtum quā obligationem afferat.

1278 Quinta difficultas eſt, quomodo ſuffragatores peccent, ac teneantur ad reſtitutionem ex ſuffragio iniquè dato? Poteſt tripliciter fieri comparatio oppoſitorum, vel digni cum indigno, vel digni cum æquè digno, vel digni cum digniore. Certum eſt 1. eligentem indignum ad officium, beneficium, vel cathedram peccare contra juſtitiam commutativam, & ex ea teneri ad reparanda omnia damna, quæ ex mala electi adminiſtratione orta ſunt. Certum eſt 2. quando oppoſitores ſunt æqualiter digni, licitum ac liberum eſſe ſuffragatoribus, vel electoribus dare beneficium, vel cathedram, cui maluerint. Quia unus tantum eſt providendus, & non datur major ratio de hoc, quàm de illo. Tota difficultas eſt, quomodo peccet ac teneatur ad reſtitutionem qui eligit dignum, omiſſo digniore? Quādo electio ad officium, vel beneficium fit ſine concurſu, & nulla præcedente oppoſitione, adhuc ſententia probabilis eſt multorum, quos refert Sanchez lib. 2. Conſil. cap. 2. dub. 45. n. 12. eligentem minus dignum teneri reſtituere digniori, quem omiſit. Oppoſita tamen, quam meritò judicat probabiliorem Sanch. cit. n. 15. eſt prædictum eligentem nulli reſtitutioni manere obnoxium.

Reſtitutionis obligatio ex injuſto ſuffragio.

1279 Maior eſt dubitatio, quando collatio fit per concurſum, & præcedente rigoroſa oppoſitione ad beneficium, vel cathedram, qualiter fit in noſtro caſu. Conveniunt omnes (ut teſtatur Sanch. cit. dub. 46. num. 4.) tunc peccare mortaliter qui eligit dignum omiſſo digniore. Quia violat graviter juſtitiam ſive diſtributivam, ſive commutativā, & ſi interveniat juramentum, religionem. An teneatur reſtituere digniori, quem omiſit? Negant Sotus lib. 4. de juſt. q. 6. a. 3. Ledeſma 2. 4. q. 18. a. 2. dub. ult. Navarr. in Sum. cap. 17. n. 74. quidam juniores docti, inter quos Henriq. in ſuis manuſcriptis, & hæc ſententia dicitur probabilis à Sanch. cit. num. 1. Affirmandum nihilominus eſt cum eodem num. 2. Navarra lib. 2. de reſtit. cap. 2. à num. 560. Medina lib. 1. Summæ cap. 14. §. 32. fol. 165. p. 2. Molina lib. 2. de primog. cap. 5. num. 57. Salonio 2. 2. q. 63. art. 4. Ludov. Lopes 1. par. Inſtruct. novi cap. 127. Sylveſtro v. reſtitutio 3. q. 22. Rebello de juſt. 2. par. lib. 3. q. 5. num. 5. Toleto in Sum. lib. 2. cap. 2. nu. 144. Leſſio in cap. 34. dub. 14. Filliucio in appēd. tract. 41. cap. 4. num. 177. Palao tract. 13. diſp. 2. puncto 11. à num. 5. Villalobos in Summ. 2. par. tract. 8. diff. 8. num. 13. & Aragonio 2. 2. q. 62. a. 2. circa concluſionem D. Thomæ ad 4. ibi dicit eſſe certiſſimum. Probatur, quia ex violatione juſtitiæ commutativæ ſequitur obligatio reparandi damnum inde proveniens, ut apud omnes in confeſſo eſt: ſed in noſtro caſu omittens digniorem violat juſtitiam commutativam; ergo tenetur reſtituere. Minor ſuadetur, quia quando datur concurſus vel oppoſitio, intervenit pactum expreſſum, vel ſaltem tacitum inductum à lege, vel conſuetudine, inter eligentem & oppoſitores, ut præferatur dignior, & hic per ſuos actus, vel examen acquirit rigoroſum jus ad rem. Quando igitur, omiſſo digniore, violatur pactum, & tale jus, violatur juſtitia commutativa. Confirmatur à ſimili, nam eodem modo ſe habet dignior in oppoſitione ad cathedram, atque ſe habet victor in ludis publicis ad præmium: ſed victori præmium negari nequit abſque injuſtitia, & obligatione reſtituendi; ergo ſimiliter digniori ſuffragium negari nequit.

Electio indigni quando licita.

1280 Dubium eſt 1. an ſuffragator poſſit aliquando concurrere ad electionem indigni, omiſſo digno? Negant Turrian. dub. 2. num. 8. item Caietan. Sotus, & & alij apud Sanch. cit. cap. 1. dub. 4. nu. 1. quaſi tunc electio indigni ſit injuſta, & intrinſecè mala. Oppoſitum benè defendit Lugo diſp. 35. num. 29. Nam poteſt aliquando etiam dato digno, utilis eſſe Eccleſiæ, vel Academiæ electio non digni, pro vitanda electione indigniſſimi: ſi enim concurrent tres, quorum unus ſolus dignus, ſecundus non dignus, tertius indigniſſimus ob turpiſſima ſcelera, & aptus forte ad introducendam hæreſim, tunc elector videns dignum ab alijs electoribus rejectum, faciet rectè ſuffragans non digno pro vitanda electione indigniſſimi: dignus enim tunc ita ſe haberet, ac ſi non eſſet, cui proinde talis ſuffragator nec damnum, nec injuriam inferret. Ex quo infertur potuiſſe denegare ſuffragiū digniſſimo, & dare illud minus digno, ut impediret electionem infimi digni.

Suffragium inutile an afferat obligationem reſtituendi.

1281 Dubium eſt 2. an peccet, & teneatur ad reſtitutionem ſuffragans inutiliter pro minùs digno, vel non digno? Verſatur dubium in duplici caſu: prior eſt de ſcholaſtico qui ſuffragium dedit, non pro eo cui ex juſtitia debebatur, ſed pro alio, qui tamen non obtinuit cathedram, ſed alius tertius. Hūc caſum affert Lugo diſp. 19. n. 69. ſed nō reſolvit. Mihi videtur talē peccaſſe cōtra juſtitiā, ſed nō teneri ad reſtitutionē, niſi ſuū illud ſuffragium influxit in damnum injuſtè datū. Cenſebitur autem non influxiſſe, ſi fuit latum ultimo loco, quando jam non potuit impedire electionem perperam factam. Ratio eſt, quia ille

ex

ex juſtitia tenebatur ſuffragari pro digniſſimo: at violatio juſtitiæ non affert obligationem reſtituendi, niſi quando infert damnum. Poſterior caſus eſt, quando ſcholaſticus videt quòd ſuum ſuffragium nihil proderit digniſſimo: deinde quòd non impediet electionem minus digni: quia v. g. jam alij ſuis ſuffragijs ſuperant: an licitè poſſit adhærere minus digno? Et procedit in electione ad prælaturam, vel cathedram. Alij negant, alij affirmant apud Sanch. citatum dub. 4. num. 5. Ipſe autem benè diſtinguens ait, ſi electio fiat ſine concurſu, & prævio examine, licitum eſſe tunc adhærere minùs digno, pro maiori concordia, & pace electionis, & tollendo ſemine diſcordiarum inter eligentes & electum: ſi verò fiat electio per concurſum, & prævio examine, adhuc eſſe ſuffragandum pro digniſſimo. Quia licèt ſuffragium non proſit ad obtinendum beneficium, vel cathedram, tamẽ proderit ad honorem, & ut alia occaſione poſſit obtinere.

Confeſſionis notitia non ordinatur ad ſuffragandum.

1282 Dubium eſt 3. Vtrum poſſit cõfeſſarius cognito per confeſſionem indigno ad cathedram negare ſuffragium? Affirmant communiter authores, qui aſſerunt ſecluſo omni periculo etiam ſuſpicionis prælatum uti poſſe notitia ſacramentali ad externum regimen, & ſunt pluſquam triginta apud Sanch. lib. 3. Matrim. diſp. 16. à num. 2. quibus ſubſcribit Vaſq. de pœn. dub. 80. num. 8. & in ſpecie Sylveſter v. Confeſſor 3. quæſt. 14. & Navarr. ad cap. Sacerdos num. 146. Addunt aliqui negari debere tale ſuffragium. Oppoſitum tamen defendendum eſt cum authoribus negantibus uſum notitiæ ſacramentalis ad externum regimen, cum quibus ſentiunt Valentia diſp. 1. quæſt. 13. puncto 5. Sanches citatus num. 4. & Lugo de pæn. diſp. 23 num. 93. Probatur 1. authoritate Clementis VIII. qui decreto ſuo edito anno 1594. die 26. Maij prohibuit uſum notitiæ confeſſionis omnibus regularibus prælatis. Probatur 2. ratione, quia ſi ex natura rei foret licitus uſus notitiæ ſacramentalis tum prælato ad gubernandum, tum electori ad ſuffragandum, confeſſio redderetur valde difficilis, & odioſa, & homines ab ea averterentur, quia ſcirent ſibi ob confeſſionem poſſe negari aliquos honores, officia, & dignitates, quæ omnia vehementiſſimè appetunt: atqui non eſt licitum id quod reddit ſacramentum odioſum, utpote contra illius reverẽtiam; ergo non eſt licitus prædictus uſus. Confirmatur, quia notitia fori interni ſacramentalis adeo eſt ſacra & occulta, ut ex natura rei videatur repugnare cum omni uſu extra tale forum, circa ea quæ pariunt gravamen pœnitenti, abſque ejus facultate: nam per talem uſum quanvis confeſſio non reveletur, ſatis eſt quòd difficilis reddatur. Secus quando uſus pænitenti gratus cenſetur, qualis eſt eum proſequi beneficijs, pro eo orare, vel pro eo ſuffragari.

Notitia ſacramentalis uſus ad externum regimen.

1283 Reſolutio data in præſenti caſu ſuffragantis procedit quando ſuffragia ſunt occulta, & à fortiori quando ſunt publica ob periculum ſuſpicionis, quod non ceſſat in caſu ſpeciali, v. g. quando peritores ſunt æquales. Nobiſcum ſentit Suar. de pæn. diſp. 33. ſect. 7. num. 12. quoad ſuffragia publica: quoad occulta verò ſolum dicit eligentem indignum taliter cognitum ex confeſſione non incurrere pœnas contra malè eligentes: quia procedunt ſpectata ſcientia, ſeu notitia ordinaria: imò probabilius nec culpam: quia non tenetur uti notitia, quæ talis actionis regula non eſt.

Suffragator utens notitia ſacramentali.

Dices, eligere indignum eſt intrinſecè malum; ergo nunquam licet pro indigno ſuffragium ferre. Reſpondeo diſtinguendo antecedens, eligere indignum taliter cognitum notitia communi, eſt intrinſecè malum, concedo antecedens: eligere indignum taliter cognitum, notitia ſacramentali eſt intrinſecè malum, nego antecedens. Tunc enim ille (ut ſuppono) apparet dignus juxta vulgarem & communem notitiam, quæ ad uſum electionis inſervit. Vnde ſicut non eſt intrinſecè malum condemnare innocentem taliter cognitum ſcientia privata, ſi probetur nocens, & talis appareat ſecundùm allegata & probata, ſic non erit intrinſecè malum eligere indignum taliter cognitum ſcientia ſacramentali, cum dignus appareat juxta communem ſcientiam.

An ſuffragator poſſit emendare ſuffragium ſemel emiſſum? ſi loquamur de Doctoribus qui in concilio ſuffragium emiſere, Videatur Cap. publicato 53. de election. Abbas in cap. Abſens 23. num. 3. de præbend. & cap. ex conqueſtione, de reſtitut. ſpoliat. num. 12. Tuſch. lit. E. concluſ. 58. quibus Eſcobar cap. 23. fine addit textum in cap. nullii 8. de elect. in 6. ubi Gloſſ. ſi loquamur de ſcholaſticis eligentibus, & ſuffragantibus ad cathedram: non video, quomodò illis aperiri poſſit locus ad emendandum ſuffragium ſemel datum. Illud tamen ſuffragatores quoſcunque generaliter moneo, omnem qui injuſtè tulit ſuffragium nocivum, teneri omni via poſſibili procurare illius emendationem, & impedire ne noceat. Hoc enim onus injunctum eſt omni cauſæ morali, quæ injuſtè influxit in damnum.

Suffragii ſemel emiſſi emendatio.

QVÆS-

Digitized by Google

QVÆSTIO V.

Quænàm ſalaria ſeu ſtipendia Doctoribus, & Magiſtris ſolvenda?

Salarium unde dicatur.

1284 CVm jam Academicum alumnum Doctoratus gradu inſignitum viderimus diſpotatione prima, & eundem candidatum, ſeu peritorem cathedræ jam voti compotem, imò è cathedra docentem ſuſpiciamus, ratio doctrinæ poſtulat, ut diſputemus de illius ſalario, ſeu ſtipendio, quod alio nomine honorarium dicitur: an pro munere & exercitio docendi ſolvendum ſit? quodnam & qualiter ſolvi debeat? Quanvis autem non invenerimus authores qui in ſpecie ex profeſſo tractent de ſalarijs Doctorum, ſeu Magiſtrorum, tamen quæ dixerimus, petemus partim ex ijs quæ de ſalarijs officialium Reipublicæ tradunt Rebuff. ad l. unicam C. de præben. ſalarijs lib. 10. Maſtrill. lib. 1. de Magiſtrat. cap. 21. Lucas de Penna in l. annonas C. de erogat. milit. annon. col. 1. & Baptiſta Fragoſus par. 1. lib. 4. diſp. 9. §. 4. partim ex ijs quæ de ſalarijs advocatorum ediſſeruot Iaſ. in §. Tripli num. 42. 43. & 50. cum ſeqq. Inſtit. de action. Tiraquell. de Nobil. cap. 29. num. 36. Sebaſtian. Nævi ad l. 1. num. 22. ff. de varijs & extraordin. cognit. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 257. & Camillus Borrell. in Summa deciſ. tit. 65. de Advocatis à num. 103. Multa denique ex ijſdem, & alijs authoribus, quæ de ſalario Magiſtrorum dixerũt, ſed nimis tenuiter, ac paſſim: cum eorum ſcopus fuerit tractare de alijs.

1285 Salarium igitur, quod à ſale dictum eſt, juxta Plinium lib. 31. „ cap. 7. Sal (inquit) honoribus etiam, militiæ- „ que interponitur: ſalarijs inde dictis, magna „ apud antiquos authoritate. Dictum quòd ita neceſſarium ſit, ut homini ſal: quanvis in rigore, & proprietate ſermonis accipiatur pro victu unius diei, tamen lato modo, & ex conſuetudine tam in Doctoribus, quàm in Magiſtratibus, & officialibus publicis uſurpatur pro ſtipendio, quod annuatim ſolvitur. Prima difficultas eſt, an liceat, & expediat ſolvere Doctoribus, ſeu Magiſtris ſalarium? Pars negativa forte nonnullis arridebit 1. ex authoritate cap. quoniam, de Magiſtris, ad vocem gratis, ex quo colligitur Magiſtros debere gratis docere diſcipulos ſaltem pauperes, ut notat Tiraquellus de Nobil. cap. 29. à num. 42. & Auguſt. Barboſ. tom. 3. Collect. ad citatum caput num. 3. Accedit quòd illius Pater Emman. Barb. in remiſſ. ad lib. 3. Ordinat. Regiarum tit. 91. num. 2. dicat advocatos peccare, ſi petant ſalarium à pauperibus, & pro hac ſententia jubet videri Tiraq. cap. 29. num. 39. Covarruv. pract. cap. 6. num. 4. Azeved. l. 56. per tex. ibi tit. 16. lib. 2. novæ Recop. Mencb. Illuſtr. 1. cap. 41. num. 3. Perez l. 1. tit. 19. lib. 2. Ordin. pag. 400. Cornel. Beuincaſ. de privil. paup. in primo ſpeciali judic. num. 10. Sayrum in clavi lib. 12. cap. 23. Caldas Pereyra in Commen. ad l. unica C. ex delictis defunct. p. 4. num. 28. & Camil. Borrel. d. tit. 65. num. 38. Adde ex Dueñas regul. 63. ampliat. 1. medicum non debere habere ſalarium ab infirmo, niſi cum ſanus fuerit; ergo ſimiliter Doctor videtur ſaltem non habiturus ſalarium à diſcipulo, niſi cum hic ſapiens factus fuerit. 2. ex ratione, quia accipi pretium, & ſtipendium pro munere docendi, videtur dedecere tum Doctorem, tum doctrinam ipſam, & eſſe illicitum: nam redolet in Doctore avaritiam, quæ cum illius dignitate ſtare nequit; doctrinam inſuper fædat, ac mercenariam denominat. Tandem non caret ſuſpicione ſimoniæ; cum doctrina ſpiritualis vendatur temporali pretio.

Salarium Doctoribus an debeatur.

Advocati pro pauperibus gratis.

Salarium Doctoribus debitum.

1286 Nihilominus ſalarium Doctoribus actu docentibus eſſe debitum, proindeque abſque ulla indecentia ſolvẽdum, vera omninò ſententia eſt, quam tenent Sylveſter v. Doctor num. 4. Petrus Gregor. de Repub. lib. 18. cap. 4. Abb. in cap. quia nonnullis num. 13. de Magiſtris, Alciat. lib. 9. parerg. cap. 9. Tiraq. de Nobil. cap. 29. num. 42. Caſſan. Catalogo Gloriæ par. 7. conſid. 29. Stephanus Gratianus diſcep. foren. tom. 2. cap. 257. Auguſt. Barb. in Collect. tom. 3. ad cap. quoniam 1. de Magiſtris nu. 3. ubi ex Suario tom. 1. Relig. lib. 4. de ſimonia cap. 18. num. 7. notat Theologiæ Lectoribus, & aliarum facultatum Doctoribus ſalaria aſſignari debere, & interdum beneficiũ conferri propter docendam Theologiam. Sumitur 1. ex authoritate, imprimis litteratum humaniorum: nam Philoſtratus defendit vituperari non debere, nec poſſe in Protagora, quòd primus mercede docuerit: quæ enim (inquit) nobis impendio conſtant, gratiora veniunt. Mos erat Iudæorum (narrat Sueton. de illuſtr. Grammat.) ut meliores de ſubſtantia ſua præceptoribus miniſtrarent neceſſaria vitæ. Veſpaſianus (ut refert Alciat. lib. 6. parerg. juris cap. 27.) primus è fiſco Latinis Græciſque rhetoribus annua centena ſeſtertia conſtituit: erat autem ſeſtertium conſtans. 25. aureis noſtratibus. Memorat Lucian. in Eunucho M. Antonium Imperatorem ſingulis philoſophorum cujuſque ſectæ primoribus, decreviſſe pro ſalario decem denariorum millia, quæ conficiũt noſtræ monetæ mille aureos.

1287 Deinde juris Canonici: nam apud Gloſſ. 3. in cap. s. de Magiſt, Doctor debet habere beneficium ſui laboris ſecundùm doctrinam, & dignitatem ſuam. Itẽ

apud

apud Gloſ.v.debitam in Can.vendentes 1. q.4. docentes Theologiam & Canones poſſunt aliquid accipere. Eſt etiam authoritas juris civilis, l. qui filium hæredem ff.ubi pupillus educari debeat. & l.cum plures §. cum tutor ff. de adminiſt. tutor. in quibus locis (inquit Petrus Gregor.citatus) leges civiles tradunt ſalaria, & mercedes præceptoribus eſſe ſolvendas, non quidem minimas, ſed pro facultate patrimonij, & dignitate diſcentium, ac docentiũ. Quòd Doctoribus cathedram regentibus ſtipendium conſtitui debeat, ſumit Fragoſus par.1.diſp.9. §.4. ex eo quòd leges non patiantur laborantes in paupertate vivere, neque mori in anxietate, Auth.de hæredit. & falcid.in fin. Didacus Perez l.1.tit.10.lib.1. Ordin.in Gloſ.ult. Sumitur 2.ex ratione, nam poſtulat æquitas juxta doctrinam Apoſtoli 1.ad Corint.9. Vt qui altari ſervit, de altari vivat, ſicut qui vineam colit & plantat; de ejus fructu comedat, & qui ad onus eligitur, non repellatur à mercede: dignus eſt enim operarius mercede ſua; ergo qui ſervit cathedræ, de cathedra vivat, neceſſe eſt. Accedit ratio boni communis: nam è Republica eſt (inquit Petrus Greg.lib.18.cap. 4.init.) ut publicis profeſſoribus, ex publico quoque ſtipendia præbeantur, eaque talia ſint quæ nõ tantum ſufficere profitẽtibus, ſed & quæ etiam ad honorem magis pertinere videantur, pro magnitudine Principis, qui ea conſtituit, & ut facilius ad id præclariſſimum & utiliſſimũ munus viri doctiores, ac probatiores alliciantur. Æquum igitur, & expediens eſt Doctores habere ſalarium.

Mercedes debitæ docentibus.

1288 Ad primum fundamentũ partis contrariæ ex authoritate, fatemur non eſſe petendum ſalarium, ſeu ſtipendium à diſcipulis pauperibus, quando Doctor poteſt illud ſatis congruum habere à divitibus, vel de publico: aliter à quibuſvis pro rata exigendum eſt, ſive ſint pauperes, ſive divites, ut ex varijs docet D.Rotericus citatus nu.5. Idem videtur procedere de advocatis. Vt verò occurrant publico bono, & utilitati, ac pietati optimè faciunt Neapolitani, qui ſumptu regio advocatum pauperum creant, ut teſtantur Borrell. d.tit.65.num.40. & Actius tract.de infirmit.p. 2.v.advocati num.8. Idem apud Gallos fuiſſe conſuetudinè introductum, affirmat Boer. deciſ.324. num. 6. Obſervari ſimiliter in camera Imperiali, tradit Gail.lib.1.obſervat.43.num.15. & conſtitutum apud Germanos, refert Math. ad Guidon.Papæ deciſ.561. Quod apud nos (addit Emman.Barb.cit.num.3.) deſiderant publica Reipublicæ utilitas, & deſertæ pauperum lites. Ad ſecundum ex ratione negamus ſalariũ convenienti modo aſſignatum dedecere Magiſtrum, cum ex oppoſito magis dedeceret, ipſiuſque dignitatem minueret, ſi preſſus inopia mendicus fieret, & hoc cederet in magnum dedecus auditorum, ac Reipublicæ. Imò ſupra diſp.1.q.4. ex Caſſanæo par.10.conſid.27.tradidimus, inter Doctores legentes, eos præferri qui maiora ſtipendia habent: quaſi magis honorentur à maiori honorario: ſalarium enim ideo honorarium dicitur, quia Magiſtros honorat. Doctrina inſuper nec mercenaria, nec ſimoniaca appellari poteſt, quãvis pro ea tradenda pretium accipiatur, ut ex dictis q.3.manifeſtum eſt.

Advocatus pauperum.

1289 Secunda difficultas eſt, quodnam, & quale eſſe debeat ſalariũ Doctoribus ſolvendum? Salarium Doctoribus taxatum eſſe debere, tradunt Gregor.Bened.in ſua repet. cap. Raynuncius verbo & uxorem nomine Adelaſiam in 5. declar. num. 589. per Specul.in tit.de Salario, & Bart.in l.1.ff.de varijs & extraor. cognit. Et quanvis hoc munus taxandi publica ſalaria, ſpecialiter ſpectet ad Principem, vel Rempublicam, tamen juxta Menochium de arbitr.lib.1.q.46. num.4. decuriones, quibus arbitrium adminiſtrandæ civitatis datum eſt, poſſunt ſalaria medicis, arteſque liberales exercentibus conſtituere. De quantitate ſalarij deſignandi certá aliqua regula proferri nequit: illud abſolutè aſſerimus, attentis circumſtantijs, præſtantia facultatis inculcãdæ, nobilitate Academiæ, labore, & eruditione præceptoris, ſalarium tale eſſe debere, quod Magiſter abundè ſuppeditet ad victum, & honorem. Ratio eſt, quia (ut notat Surdus tom.1. conſil.42. num.2.) hic agitur de ſalario, quod præſtatur non ſolum ratione laboris, ſed etiam ſcientiæ & probitatis. Nam, ut dicit Bart.in l. 1.§.divus num.5.ff.de var. & extraor. cognit. officium advocationis, aſſeſſoris, legati, & Doctoris, reſpicit non ſolum laborem, ſed etiam probitatem, ſcientiam, & intellectum. Sic habent interpretes ad l. diem functo ff.de officio aſſeſſor. ubi præcipuè Curt.Iun. num.54. Iac. Nig.num.56.& Layn. num.90. Ripa de privil. contra cau.peſt.num.117. ubi vult quòd verius appelletur honorarium, quàm ſalarium. Cum igitur non ſoli labori, ſed etiam probitati, ſciẽtiæ, & alijs dotibus proportionari debeat, pingue, & amplum ſolui neceſſe eſt.

Salarium quale dã dum Magiſtris.

Honorarium Doctoris.

1290 Quid de Doctore utriuſque juris, qui dat vocem in utroque? Hunc duo habere ſalaria docet Bald. in l. ſi ad ſcribatum C. de appellat. num. 2. Idem tenet Paris de Puteo in tract.ſyndicatus, in parte, ſalarium num.2.fol.226. & Aviles l.Prætor.cap. 1.num.10.ubi teſtatur ſe ita vidiſſe practicatum Salmanticæ in perſona Doctoris Tapia, qui erat Doctor utriuſque juris in eadem Academia. Et de hac materia latè Felin.in rub.de maior.& obed.col.2. Abbas in cap. cum olim, de re judic. Sed latius Anto. Curſe.tract.de verbis geminatis num.26.tom.1. Sumitur ex doctrina communi, quam tradit Ioann.de Platea in l. quod

Salarium duplex Doctoris in utroque.

quod maior C.de dignit.lib.12.num.3. ubi ait, quòd cum quis utitur duplici officio, ex lege, vel ſtatuto, vel ſuperioris permiſſione, habebit duplex ſalarium, per Gloſ.in §.illud v.officium, & eſt caſus in l.his ſcholaribus Cod.de erogat. milit.annon.lib.12. Nam quoties jura duorum concurrunt in perſonam unius, idem ſervatur in perſona unius, quod in duobus. l.ſi quis mihi & tibi, in princ.ff.de leg.2. & l.Titius §. qui Marco ff. de annuis legat. Quantum ſalarium Conimbricenſis Academia ſingulis annis præſcriptum impēdat ſuis Doctoribus & Magiſtris cathedras regentibus, videri poteſt lib.3.Statut. tit.5.6.& alijs.

1291 Tertia difficultas eſt, qualiter ſolvi debeat ſalarium? Diximus ſolvendum eſſe Doctoribus ſalarium; expoſuimus quantum, ſeu in qua quantitate ſolvendum. Vt expendamus qualiter ſolvi debeat, nempe attendendo ad qualitates rei ſolvendæ, ſive ſint fructus, ſive numerata pecunia, item ad modum & tempus quibus ſolvatur, ea generalis regula obſervāda eſt, ſalarium cenſeri debitum, & ea ratione, & modo ſolvendum eſſe, quem contractus, ſtatutum, aut legitima conſuetudo præſcripſit. In ſalarijs enim ſolvendis (inquit Steph.Gratian.diſcept.forenſ. cap.257. num.36.) multum defertur conſuetudini, prout dicitur eam debere attendi, quanvis non probaretur aliqua conventio, ſi in loco, in quo quis præſtitit operas, eſſet ſolitum ſolvi ſalarium etiam non conventum. Socin. conſ.196. circa præſentem conſult.in fine, Hippolit.in addit. ad Iac.Rim.conſ.349.lib.2. Hinc fit juxta Bald. in cap.cum M. Ferrarienſis num.11.de conſtit. quòd quando officio alicui ſalarium ordinatū, ſeu annexum eſt, conceſſo tali officio, veniat etiam illud ſalarium, quanvis de eo non ſit facta mentio: nam (addit ex eodem Surdus conſ. 460. num.29.) conceſſo officio, videtur concedi præbenda, & omnis proviſio illi correſpondens de conſuetudine, vel de jure: & ſubdit, quòd ubi certæ lecturæ ordinatum eſt certum ſalarium, tunc Doctori ad eam lecturam electo videtur promiſſum illud ſalarium. Ita Sanſevet. in l.diem functo num.42. ff.de officio aſſeſſor. Nam ſicut electio ſimpliciter facta intelligitur ſecundùm conſuetudinem reſpectu ſalarij, ac ſimilem l.licet C.locat. ita conductus ſimpliciter cenſetur conduci ſub ſolito ſalario, Bart.in in l. nemo eſt qui neſciat ff.de duobus reis, ubi ait Doctorem ſimpliciter conductum, videri aſſumptum ſecundùm conſuetudinem ſtudij. Ita Menoch.lib.3.de præſumpt. præſ.38. nu.10. Et quòd ſufficiat conductio tacita, ut Magiſtro debeatur ſalarium, ſatis conſtat ex traditis per Bald.in l.s.C.de cond. ob cauſ. quem refert ac ſequitur Surdus conſ.371.num.31. ubi ait, propoſito edicto, quòd ſi quis legerit Medicinam per annū, habeat centū florenos, quēlibet Doctorem, qui legit, conſequi ſalarium illud abſq; aliqua conductione.

Salarium qualiter ſolvendum.

Doctor electus.

1292 Quarta difficultas eſt, qualiter privilegiatum ſit Doctoris ſalarium? Quantum ex authoribus juris interpretibus potui deprehendere, invenio ſalarium Doctoris habere duplex privilegiū. Alterum eſt jus hypothecæ, ſeu hypothecam, tacitam in bonis debitoris, & jus anterioritatis ut ſalarium Doctori debitum præfeſtatur debitis aliorum creditorum, ita ut ſalarium prius ſolvendum ſit Doctori creditori, quàm alia debita alijs creditoribus: quaſi ſalaria Doctorum, ſicut & judicum, & advocatorum æquiparentur doti & fiſco. Quanvis enim de hoc privilegio multum dubitet Flores pract.quæſt.lib.1.q.8.§.1.nu.79. & illud omninò neget Bologn. in l.1.num.35. & ibi Pariſ.num.218.ff. ſolut.matrim. Quia non exprimitur in jure. Nihilominus tale privilegium receptum eſt communi ſententia, quam defendunt Bart. in l.1.in fine verſ. & ſic ex dicta num.31.ff. ſolut.matrim. expreſſius Ang.in d.l.1.num.12. Iaſ.col.pen. poſt med. verſ. ultimo, Ripa col.fin.ad med. verſ. ultimo nota n. 139.Alc.col.3.ad med.num.8. Socin.col.ult. in fine num.178. Rebuff.in privil. ſcholaſt.privil. 158.num.2. Steph.Gratian.diſcept.forenſ. cap. 257. a num.16. Amat.Rodet. de privil.creditor. p.1.art.3.num.18 Emman.Barb.in remiſſ. ad l. 5.Ordin.tit.48.§.27.num.5.& cod.lib.4.ad tit.91. num.7. Vnde (ſicut infert Gratian.citatus num. 20.) pro hujuſmodi ſalarijs dabitur Salvianum, ut per Statil.Pacific.de Salvian. interd. cap.4. inſpect. 3. num. 233. uſque ad num.236. Ratio hujus privilegij eſt cauſa ſtudij, quæ nimium favorabilis, utpote nimium cedens in bonum publicum, valde dependet à ſalario. Nam profeſſor cui ſalaria exhibentur, meliùs ac diligētiùs præſumitur docere l.medicos in fin. C. de profeſſ. & med.lib.10. & in ſpecie obſervat Alciat.præſumpt.43.reg. 3.num.6. Quare in judicando & conſulendo non eſſe recedendum ab hac opinione tanquam communi, & ad bonum commune multum conducente tradunt Flores pract.quæſt.cap.8. num.70.ad ſin. Ioſ.Boſch. de nupt.legitim.lib.6.num.42.tom.6.fol.95.& Petr.Barb.in l.1.par.7.num.25.ver.niſi inferrur ſecundo ff.ſolut.matrim.

Salarium Doctoris privilegiatum.

Hypotheca privilegium in ſalario.

1293 Alterum privilegium eſt tranſmiſſionis, ut nempe Doctor legens, ſi moriatur anno pendente, ſive incepto, ſive dimidiato, tranſmittat integrum ſalarium illius anni in hæredes, qui proinde tale ſalarium integrum poſſunt petere. Ita poſt Bart.in d.l.diem functo, Surdus conſ.42. num.2. Vivi tom.1.commun.opin.lib.2. tit.6. num.22. pag. 318. Auguſt.Barb. tom.1.Cod.ad l.poſt duos n. 4.de advocatis diverſ. judicior. Qui omnes expreſſè loquuntur de ſalario Doctoris, quanvis etiam loquantur de ſalario advocati à quo ad

Advocati ſalarium tranſmittitur.

Docto-

Doctorem ſit optimum argumentum. Et quidem quòd ſalarium advocati debeat dictum privilegiũ tranſmiſſionis, præter citatos, affirmát Donell. cõment. juris civilis lib. 18. c.9. col. ult. Azeved. l.20. n.4. tit.16. lib. 2. novæ recopil. Emmanuel Soar. in Theſau. recept. ſentent. verbo Advocatus n.102. Franc. Milanen. Siciliæ deciſ. 5. n. 26. lib. 1. Calvolos in praxi d. Advocatus cõcl.7. ex Bal. ad l. petitorũ n.3. & ibi Aug. & Salyc. n.1. C. de advoc. diverſ. judic. Sumitur ex l. poſt duos C. de advoc. diver. judic. ubi Barb. n. 3. & ex l. Caſtellæ 9. tit. 8. par. 5. ubi Greg. Lopez verbo e los otros, & ratione, quia ſalarium advocato nõ debetur intuitu laboris tantùm; ſed principaliter ob probitatẽ intellectus, Bart. in l. 1. §. div. n.3. ff. de var. & extraor. cognit. Et quãvis dicta procedãt de advocato fiſci, tamen ea extendunt ad alios advocatos Cephal. conſ. 70. ſub n.4. vol.1. Sebaſt. Medic. in tract. Mors omnia ſolvit p.3 n.26. Pari. de Puteo de Syndicatu v. ſi officialis n.1. Petr. Lenaud. de privil. Doct. q.4. n.13. Ioan. à Capiſtr. in ſpeculo conſcien. n. 56. Hiero. Treutlhei. diſp. ſelect. p.1. diſp. 8. theſ. 3. & Camill. Borrel. in Sũma omniũ deciſ. to.1. tit. 65. n.125. Notat tamẽ Barb. cit. ex Flores de Mena var. lib.1. q.8. n.53. dicta non habere locũ in advocato ſalariato ab aliquo particulari, ſeu ad aliquam particularem cauſam: quia tunc nõ lucrabitur ſalarium, niſi pro rata laboris: cum clientes laborem & operam advocati conſiderent, non verò ejus merita. Tandem quòd ſalarium medici de publico conducti habeat dictũ privilegiũ, tradit Gabr. Alvarez de privil. paup. q. 28. n.5. & 16. *Medici ſalarium.*

QVÆSTIO VI.

Quiſnam ſit, qualiter fiat, et ſe habeat Doctor emeritus, ſeu jubilatus?

1294 POſtquam Doctor cathedram adeptus eſt, eamque per longum tempus regẽdo debita ſingulis annis ſalaria accepit, cum jam fractus labore, debilitatus ſtudio, ac ſenio pene confectus videatur, æquum eſt, ut depoſitis laboribus, & exercitijs, referatur inter emeritos, atque potiatur optata requie: & nos qui hactenus de illius ſtudio, labore, & cathedra diſſeruimus, tandem veluti in portu ſecurum, & tranquillum, jubilatum, ſeu præ gaudio jubilantem, & exultantem gratulatione ſimul ac diſputatione proſequamur. Vnde dicatur Doctor emeritus, vulgo dicimus jubilatum, & quid ſit Doctoris jubilatio, ſeu ratio emeriti, nõ aliũde meliùs innoteſcit, quàm explicata ratione, & ethymologia militis emeriti: intercedit enim magna affinitas inter Doctorem, & militem, ſicut inter Rempublicam litterariam, & militarem. Milites emeriti ſunt Veterani, & vocantur emeriti, quaſi extra militiam propter ſua merita poſiti. C. de Veteran. in rub. Emeriti alio nomine exautorati, ſunt militiæ ſacramento ſoluti, quibus jam donativum eſt perſolutum: dicti quòd mereri, hoc eſt ſtipendium facere deſierint. Modeſtinus l. deſertorẽ ff. de re milit. Emerita ſtipendia appellãtur quæ peracta ſunt, ut cum jam milites miſſionẽ tanquam veterani impetraverunt. Emerita etiam dicuntur præmia veteranorum; in quo ſenſu procedit l.3. §. ſed ſi ff. de re milit. ut adnotavit Budæus. *Emeritus Doctor, ſeu jubilatus.* *Milites emeriti.* *Emerita ſtipendia.*

1295 Igitur Doctor emeritus per ſimilitudinem deſumptam à milite emerito, eſt ille qui propter ſua merita poſitus eſt extra militiam litterariam, ita ut de præſenti nihil laborans, ſolum propter labores præteritos capiat tantũ emolumentũ, & amplius, ac ſi actualiter doceret. Iubilatus vulgo dicitur (ni fallor) quaſi jubilet, ſeu præ lætitia geſtiat ad metã laborũ feliciter perveniẽs donatus præmio. Iubilatio eſt hujuſmodi præmij aſſecutio, nempe immunitas à labore docendi in poſterũ, retento lucro, ac ſi labor permaneret, & acceptis varijs privilegijs, quæ infra exponemus. Cõtonqũ enim fuit, & bono publico valde expediens, ut ſicut militibus emeritis, & militari labore jam pene exhauſtis ſolvitur militare ſacramentum, & illi ſenes fovẽtur degẽtes in quiete, & aucti honoribus, ita Doctores emeriti, qui diu militiã difficiliorẽ, laboreſq; litterarios ſuſtinuerũt, prædictã immunitatẽ, ſeu jubilationẽ cõſequantur. Hac enim ratione multũ augebitur in Academijs ſtudiũ litterarũ, & copia litteratorũ: nã juvenes in tanti præmij ſpẽ erecti omnes coorẽdẽt induſtriæ ac ingenij nervos ut docti, & Doctores facti cathedras aſcẽdant, eaſq; non ſine magno auditorũ profectu per longum tempus, jubilationi ſcilicet deſtinatum regant, poſſintque dicere cum Horat. in Arte Poet. (Hac mẽte laborem Se ſe ferre, ſenes, ut in otia tuta recedant. *Iubilatus Doctor.* *Iubilatio quid ſit.*

1296 Prima difficultas eſt, quænam ſint cõditiones requiſitæ ut detur jubilatio, ſeu ut quis obtineat jubilationẽ? Cum jubilatio cõcedi ſoleat tũ per Academias ſuis Magiſtris, qui maiores facultates certo aliquo tempore publicè profitẽtur, tũ per Religiones ſuis Lectoribus, qui determinatis annis inter privatos parietes docuerunt, jubilatio tunc dabitur, quando Magiſter juxta ſtatuta Academica, vel regularia tempus præfixum docendo impleverit. Appono requiſita ſecũdùm ſtatuta Conimbric. ut ab his ad alia per exẽplũ fiat cõjectura. Sic habent lib.3. tit.22. init. ¶ Os Lentes, q depois que forem Doutores, ou Meſtres, lerẽ por *Iubilationis conditiones.*

Digitized by Google

vinte annos continuos, o tempo de cada hum anno, que por eſtes Eſtatutos ſe ha de ler na faculdade em que aſſi forem Doutores, ou Meſtres, alguma das cadeiras maiores com ſalario, jubilarám naquella per que os acabarem, tendo nella lido cinco annos inteiros. E quando não tiverem os ditos cinco annos, jubilarám na cadeira em que mais tempo lerão. Ex quibus requiſitis ad jubilationem petuntur multa: 1. quòd quis ſit Doctor, ſeu gradu Doctorali legitimè inſignitus. 2. quòd ſit profeſſor, ſeu regens propriam cathedram. 3. quòd eandem cathedram legat per ſpatium viginti annorum, ſeu per vicennium. 4. quòd tale ſpatium viginti annorum ſit continuum. 5. quòd ſingulis annis impleat tempus lecturæ quod per ſtatuta exigitur, ut fiat curſus, de quo jam alibi lib. 6. ubi ſermo fuit de Cancellario ex Rectoris commiſſione approbante curſus litterarios. 6. quòd in eadem facultate, qua fuerit Doctor, debeat cum ſalario regere aliquam ex cathedris maioribus. 7. quòd ut jubilet, ſeu emeritus fiat in ultima cathedra, debeat eam regere ſaltem quinque annis integris. 8. quòd ſi in ultima cathedra non implevit quinque annos, poſſit jubilatus fieri in illa cathedra, quam rexit diuturniori tempore.

Tẽporis continuitas ad jubilationẽ,

1297 Secunda difficultas eſt, quomodò intelligatur cõtinuitas tẽporis requiſita ad jubilationẽ? Cõtinuitatẽ tẽporis in exercitio docendi eſſe omninò poſtulatã, ut quis in Academia Conimbricẽſi aſſequatur jubilationẽ, cõſtat ex proximè dictis. Idem de religioſis Franciſcanis ad eundem effectum jubilationis in ſuo ordine aſſequẽdæ per Lecturã quindecim annorũ cõtinuam, ſtatuit Generale Capitulum anno 1593. Valliſoleti, & iterum anno 1612. Romæ. Ibi: ¶ Si quis autem tempus legendi fuerit interpolatus, jus ad jubilandum amittat. Et Toleti anno 1633. Qui ſemel ad Philoſophiæ lectoratum admiſſi fuerint, nunquam niſi ex gravi vitæ, vel doctrinæ defectu à lectoratus exercitio dimoveantur: imò ſemper ſine ulla penitùs interruptione conſerventur in ipſo, uſque quo jubilationis honorem obtinuerint. Qualiter autem, & quo rigore hujuſmodi lecturæ continuitas intelligi, & obſervari debeat ad talem effectum, perſpicuè exponit ſtatutum Conimbric. cit. num. 1. ¶ Annos continuos ſe entenderám, não faltando hũ anno inteiro, nem ſe indo da Vniverſidade com tenção de deixar ſua cadeira. E o tempo da doença não ſerá diſcontinuação, ou interpolação: & ſe contará aos Lentes pera effeito de jubilarem, não paſſando de hum anno em todos os vinte. E poderám pera eſſe meſmo effeito, ſupprir dous meſes de falta, em cada hum ãno, lendo outra lição em outros dous meſes alem da ſua. Strictiorem continuitatem videtur poſtulare Franciſcanus ordo in ſuis jubilaris, ſtatuit enim General. Congregat. Neapoli anno 1590. eam debere fieri (ſine interpolatione adventus, & quadrageſimæ:) quaſi Magiſtri interrumpant lectoratum ſi propter conciones adventus, aut quadrageſimæ, eodem tempore lectiones deſerant.

Interruptio lectionis per injuriam,

1298 Dubitatio gravis eſt, an ſi Lector injuſtè cogatur per tempus notabile ceſſare à ſua cathedra, ſuſpenſus, vel privatus docendi munere, faciat lecturæ interruptionem, & jacturam totius illius temporis? Affirmativa pars videbitur alicui abſolutè tenenda, & eam de facto circa Minores jubilandos tenet Melſi in ſuis Comment. ad ſtatuta Ordin. Minor. cap. 5. ſtatut. 12. quæſt. 5. Probat 1. nam quacunque ratione deficiat fundamentum, corruit ædificium, & ſi deficiat meritum, quod eſt fundamentum præmij, nullum debetur præmium: ſed jubilatio eſt præmium lecturæ actualis; ergo quacunque ratione deficiat lectura actualis, dabitur interruptio tollens continuitatem ad jubilationem. Probat 2. quia in ordine Franciſcano juxta ſtatuta, & declarationes Capituli Generalis, ita poſtulatur lectura actualis continua, & integra, ut in illa non computetur tempus, quo quis defuit lectionibus dùm actus alicuo ordinis officio, vel concionibus adventus, & quadrageſimæ, imò quo fuit impeditus morbo aliquo. Probat 3. quia ſi ſemel admittamus non dari interpolationem in præſenti caſu, & ſimilibus, ſed computari tempus illud quo quis lectionib⁹ defuit, aperietur oſtiũ magnis incõmodis, & frequentiſſimè Lectores quærẽt anſã non legendi, cum magno auditorum, & totius litterariæ Reipublicæ detrimento.

Tempus lecturæ actualis quomodo computatur.

1299 Nihilominus pars negativa omninò placet nobis aſſerentibus Magiſtrum illum injuſtè ſuſpẽſum, vel privatũ cathedra, nullã facere interpolationem, imò nec jacturam tẽporis, quod proinde in lectura actuali cõputandũ eſt. Fundatur 1. quia continuitas actualis tẽporis requiſita in ſcholis, quando ſtatutum aliud non exprimit, intelligitur de morali, & non de phyſica, ut probat Archidiac. in cap. fin. de verb. ſignif. in 6. exemplo civis, qui cenſetur continuare in civitate, licèt metu prætoris interim ſe abſentaverit l. ſi quis ita ff. de condit. & demonſt. & poteſt ſuaderi alijs exemplis. 1. in Magiſtris, qui tempore feriato quando omninò vacant ſcholæ, reputantur Lectores actuales, ut ſumit Peyrin. in Conſtitut. 2. Iulij 11. num. 22. ibi, (Dicentur actu legere tempore vacationum,) & docent Guido Papæ q. 86. & 388. Nicolaus Pignola. Addit ad Roman. ſingul. 453. & Lezana cap. 8. num. 25. 2. in militibus, quia etiam ſtipendium eſt præmium actualis aſſiſtẽtiæ, & tamẽ milites, quãdo abſunt ex juſta cauſa reputãtur præſẽtes ad lu-

Abſens quãdo reputetur præſens.

cran-

crandum ſtipendium, ut probat tex. in l.ex teſtamento Cod.de teſtam.militis, l.teſtamenta eorum l.quod conſtitutum ff.eod.tit. 3. in civibus Romanis, quia horum privilegia ſolum erãt conceſſa actualiter aſſiſtentibus Romæ, & tamen captivi qui habebant animũ revertendi præſentes reputabantur. l.nihil ff.de captivis, & poſtlim.reverſ. 4. in ſcholaſticis, de quibus latè diximus lib. 6. reputari præſentes in Academia, quando ex cauſa juſta ad tempus abſunt pro ſuis neceſſarijs negotijs.

Tempus non currit impedito.

1300 Fundatur 2. quia legitimè impedito non currit tempus, ut eſt receptiſſimum juris axioma, quod ex l. 1. §. fin. Cod.de annali exceptione, cap. quia diverſitatem, de conceſſ. præbend. & cap. fin. de elect. probant Barb. Axiom.116.num.1. & Tiraquel.de retract. lig. §. 3. gloſ.4. num,6. Idque ſive impedimentum fuerit juris, ſive facti, ut ex ijſdem textibus deſumunt Sanches lib. 4. Conſil. cap.1. dub.51. num.10. & Barb. de poteſtat. Epiſcop. alleg. 126. num.37. & alleg. 72. num. 138. & alleg. 82. num. 22. At quòd injuſtè ſuſpenſus, vel privatus cathedra, ſicut injuſtè incarceratus, ſit legitimè impeditus, latè oſtendit idem Barb. dict. alleg. 72.num.138. & alleg.82. num.22. Idque etiam in quinquennio poſt profeſſionem probat Sãches l.7. Matr.d.37. nu.22. ubi aſſerit legitimè impedito de jure non currere dictum quinquẽnium. Dictis ſubſcribunt Steph.Gratia. diſcep. foren. Miranda in Manuali præben.to.1. q.22. art.3. concl.2. & Leſſ.lib.2.juſt. cap. 41.dub.7. n.66.

Leges favere nequeunt injuſtitiæ.

1301 Fundatur 3. quia decreta quæcunque ſive Academica, ſive regularia, quæ poſtulant ad jubilationem lecturæ continuitatem, abſque ulla interpolatione, nullo modo intelligi poſſunt de interpolatione injuſta, quam nempe quis injuſtè detentus faciat: quia hoc tali injuſtitiæ effectum præſtaret: & leges nequeunt favere nequitiæ, eique præſtare effectum, ut habetur ex text. in leg. adigere §. quanvis ff. de jure patron. ubi refertur lex prohibens: (Ne patroni juramento adſtringant libertos, ne nubant.) & dicitur quòd talis lex non intelligitur in ordine ad libertum, qui ex eo quòd ſit caſtratus, habet impedimentum in potentia: quia prohibere patrono ne impediat hujuſmodi libertum, eſſet favere nefarijs illius nuptijs, illiſque præſtare effectum: quod ſi leges facerent, injuſtæ eſſent. l.filius qui ff. de condit.inſtitut. Confirmatur ex varijs textibus: ex tex. in l. 1. & ſequent. ff. ad ſenatus conſ. Macedon. ubi dicitur legem, quæ concedit obligationem ex mutuo, non extendi ad filios familias, ne hi vexati à creditoribus inducantur ad necem parentum, quia aliter lex faveret parricidio. Ex tex. in leg. ultim. §. ſin autem Cod. de jure delib. & Authent. de hæred. & Falcid. §. ſi vero collat.1. ubi dicitur quòd lex deobligans hæredem ultra vires hæreditatis non extenditur ad illum, qui ex dolo, ut ſubnegaret partem hæreditatis, non fecit inventarium: quia aliter faveret dolo. Ex tex. in cap. 2. de elect. ubi dicitur quòd lex dans valorem electioni, non extenditur ad electum per clamorem populi, ne videatur favere illi, qui ſubornare poteſt. Ex tex. in l.fin. Cod. de pactis, ubi dicitur, quòd lex dans valorem pactis, non extenditur ad pacta ſuper vivi hæreditate, ne faveat occaſioni machinandæ mortis: & ob eandem rationem cap.2. de conceſſ. præb. dicitur quòd lex dans valorem promiſſioni, nõ extenditur ad promiſſionem beneficij hominis vivi, ne faveat ſucceſſori deſideranti mortem beneficiarij. Cum igitur in noſtro caſu ſupponamus Doctorem eſſe remotum à cathedra injuſtè, ſtatutum prohibens omnem interpolationem jubilando, tali injuſtitiæ faveret, ſi talẽ interpolationem comprehenderet.

1302 Reſtat ſatisfacere fundamentis oppoſitæ partis. Ad primũ fatemur jubilationem eſſe præmium lecturæ actualis, dicimus tamẽ prædictũ Doctorẽ injuſtè remotum à cathedra, cenſeri toto illo tempore injuſtæ remotionis actualiter docentem, fictione juris, ut conſtat ex dictis. Ad ſecundũ dicimus, quidquid ſit de rigore ſtatutorum ordinis Frãciſcani, non poſſe intelligi in noſtro caſu, propter ſpecialem rationem malitiæ, ſeu injuſtitiæ, cui faverent, ſi ad illum ſe extenderent: quia aliter evaderent leges injuſtæ, ac nullius vigoris. Ad tertium negamus ex noſtra interpretatione ſtatutorum aperiri oſtium magnis incommodis, cum illa ſecundùm ſe æqua & honeſta ſit, utpote fundata multiplici textu & ratione, quibus oſtendimus Lectorem ex juſta cauſa abſentem haberi pro præſenti: aliter retardarentur homines à munere docendi: quod eſſet ſummum incommodum. Ea verò quæ ex noſtra reſolutione & interpretatione dicuntur naſci, oriuntur per accidens, ex malitia lectoris, ſine cauſa anſam non legendi quærentis.

Jubilati Doctoris privilegia.

1303 Tertia difficultas eſt, quænam privilegia conſequantur jubilationem, ſeu dentur in Doctore jubilato? Cum privilegia collata Doctoribus jubilatis deriventur partim à jure communi, partim à jure municipali Academico, & Statuta Academiæ Conimbricenſis impendant ſuis jubilatis omnia privilegia juris communis, & aliquid amplius, antequam expendamus privilegia juris communis, neceſſe eſt apponere privilegia juris particularis Conimbricenſis. Habentur lib.3. Statut.titul.22. num. 2. in hunc modum. ¶ Averàm os jubilados os privilegios, & prerogativas, que por direito

commum, & eſtatutos da Vniverſidade lhes ſaõ concedidos: & levaràm dous terços de ſalario da cadeira em que aſſi jubilarem: & os ſubſtitutos hum terço: os quaes ſeràõ providos por oppoſiçaõ, conforme aos Eſtatutos. E os jubilados ſeràm avidos em tudo, & por tudo como ſe actualmẽte leſſem as cadeiras em que jubilàraõ, & precederaõ aos Lentes actuais das tais cadeiras, ainda que ſeja cadeira de Prima: & ainda que leaõ per proviſaõ minha, & que lhes faça merce da tal cadeira de Prima de propriedade: & guardarſeha nelles o que os Eſtaturos diſpoem nos Lentes de Prima.

Hæc de privilegijs, & prærogativis Conimbricenſium Doctorum, qui aſſequuntur jubilationem. Qualis autem ſit forma & ſtylus illam aſſequendi, decernitur nu.3. ſicut num.ult.agitur alia forma jubilationis imperfectæ, quam aſſequitur Doctor legens ſalariatus cathedrâ proprietatis decem annis continuis: ſed fruitur privilegijs minùs amplis.

1304 Sed quia diximus Statuto Conimbricenſi ſuos jubilatos Doctores frui privilegijs etiam, quæ jure communi Doctoribus emeritis, ſeu jubilatis conceduntur, juvat ea inveſtigare, & exponere. Imprimis quòd Doctor jubilatus, qui nempe per vicennium docuit, & juxta Eugenianam Conſtitutionem pag.73. ut tradit Alphonſus de Eſcobar cap.4. poteſt per ſubſtitutum ſervire, debeat appellari Comes, fruaturque Comitativæ privilegijs, ex l.unica C.de profeſſor. qui in Vrbe Conſtan.lib.12. defendunt unanimiter Decius num.17. Lucas de Penna col.2. Bart.in proœm. C.Purpur.l.cum quid num.71. ff. ſi certum petatur. Cardin.cap. quis dicatur Dux, Marchio, Comes in uſibus feud. Caſſanæus in Catalogo gloriæ par.10. conſid.26. Rebuff. de privileg. ſchol.priv.176. Merner.lib.12. Garcia Falconius regul.145. Melchior Phæbus deciſ.162.num.6. & Petrus Gregor.da Republ.lib.18.cap.2.num. 52. ubi addit, ut illuſtrentur Comitativa Doctores, Theodoſium, & Valentinianum Imperatores requirere ſeptẽ qualitates. 1. vitam cum probis moribus. 2. docendi peritiam. 3. dicendi facundiam. 4. interpretandi facilitatem. 5. diſſerendi copiam. 6. quòd digni cætu ampliſſimo judicati fuerint. 7. quòd docendi laborem ſedulo ducant obſervatione jugi: intellige per juge vicennium.

Iubilatus docẽs per ſubſtitutum.

Comitativa Doctoris jubilati.

1305 Deinde ex ſententia, quam receptiſſimam fatetur Menochius de arbitr.lib.2.cent.1. caſu 68.num.43. Illuſtres vocantur Doctores qui per viginti annos publicè docuerunt. Ita Bart. in rub. proœm. Digeſtorum num.5. & in l. pen. Cod.de teſtam. milit. & in l. 1. Cod. de profeſſ. qui in Vrbe Conſtan. lib.12. Iaſon in l.1.num.12. de officio ejus. Niger ibi num. 18. Sepia num. 3. Curt. Iun.num.12. & Phæbus citat.deciſ.162.num.6. Facit 1. quia juxta Decium citatum Doctores qui per vicennium profeſſi ſunt, Comitibus, ac Ducibus æquiparantur Gloſ. 1. Cod. de profeſſ. qui in Vrbe Conſtan. at Comites, & Duces illuſtres ſunt l. provincialium Cod. de eroga. milita. anno. & licèt (addunt) ſine Comitatu ſint, atque ita abuſivè Comites, & Duces, attamen dignitate potiuntur. Facit 2. nam juxta Purpuratum in dict. leg.1. num.135. Doctor qui per annos viginti docuit, æquiparatur illis qui dignitatem Vicariatus obtinẽt. l.unica Cod. de profeſſo. qui in Vrbe Conſtan. ſed Vicarij præferuntur Comitibus militaribus l. 1. Cod. de offic. Vicar. Comites autem militum illuſtres ſunt l. Prouincialium C. de eroga. milita. anno. lib.12. ergo à fortiori Doctores illuſtres erunt. Ex quo rurſus infero tales Doctores appellandos eſſe Spectabiles, ea ratione qua Vicarij Spectabiles ſunt, ut docet Cujacius in l.4. Cod. de anno. & tribut. lib.10.

Illuſtres Doctores jubilati.

Ducibus æquiparãtur Doctores.

Spectabiles Doctores.

1306 Præterea quòd Doctores jubilati æquentur Proconſulibus, videtur deſumi ex Menochio citat.num.51. nam ſicut Doctores illi ſpectabiles ſunt, ita Proconſules dicuntur ſpectabiles l. unica C. ut omnes judic. & l. penult. Cod.de procura. Denique quòd hujuſmodi Doctores recenſeri debeant inter illuſtres, proindeque æquiparandos Vicarijs Principum, Comitibus, & etiam Conſulibus, probat Iacobus Niger in l.1. num.18. de officio ejus, hac argumentatione: Doctor (inquit) qui per annos 20. docuit, Vicario æquiparatur l.1.C.de profeſſo. Vicarius verò æquiparatur Comitibus primarum diſpoſitionum l. unica C.de Comit. & Archiat.lib.12. & Comites primatum diſpoſitionum illuſtres ſunt. l. jubemus C.de praxi.ſacro.ſcrin.lib.12. juxta præcedentiam, in qua dicitur Conſularem dignitatem conſequi, & Conſul illuſtris eſt; ergo & Vicarij, & per conſequens Doctores. Addo vocari poſſe Clariſſimos: quia titulus Clariſſimatus dignitati Conſulari, & nonnullis etiam inferioribus competebat, ut videre eſt apud Menoch. cit. num.51. Ex dictis non miror dixiſſe Baldum in proœm. Gregoriano col.5. Doctorem apud ſuos ſcholares eſſe quendam regulum. Illud ex Purpurato, & alijs obſervat Rebuff. citat. privil.576. ſi utriuſvis juris ſcholaſticus partim legat ante adeptum gradum Doctoratus, & partim poſtea, illud tempus, quo legit ante gradum Doctoratus, computari illi, ut Comes efficiatur.

Doctores æquantur Conſulibus & Proconſulibus.

Clariſſimi Doctores.

QVÆS.

Digitized by Google

QVÆSTIO VII.

Utrum Doctor per crimen ſuſpenſus ad tempus ab exercitio ſui gradus, & cathedra retineat interim expeditum jus ſedendi inter alios Doctores?

1307 Pro complemento dignitatis, & muneris doctoralis, quæſtio hæc, quæ practica eſt, & fortaſſis à nemine hactenus diſcuſſa, ut à nobis agitetur, ſupponimus perſpicuam eſſe reſolutionem negativam; ſi ſermo ſit de loco inter Doctores in eadem Academia, in qua Doctor ille à ſuo gradu & munere ſuſpenſus eſt. Nam ſicut ſedere nequit in cathedra, ita neque in loco, quem ratione illius habet in aula inter alios Doctores. Sola dubitatio eſt, an ſi forte hujuſmodi Doctor proficiſcatur in alienam Academiam, in qua ſunt loca deſignata pro Doctoribus exteris, inter illos ſedere poſſit, ac debeat? Pars negativa ſuaderi poteſt primo, quia locus ille ſolum deberi videtur Doctori in quantum ille valet exercere Doctoris munus, ſiquidem propter exercitium gradus & muneris aſſignatus fuit; ergo quandiu ille ſuſpenſus eſt ab exercitio muneris, manet ſuſpenſus à loco. Confirmatur ex juris axiomate: Acceſſorium corruit, ſublato principali. l. qui liberis ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. l. cum principalis ff. de regul. jur. §. fidejuſſores Inſtitut. de fidejuſſor. & §. ſi quis ancillas Inſtit. de legat. Surdus conſ. 318. n. 5. Cardin. Tuſch. lit. A. conc. 77. n. 16. & Auguſt. Barb. in axiom. juris 4. n. 12. Cùergo principale, quod eſt officiũ, corruerit ad tẽpus per ſuſpẽſionẽ, eodẽ modo corruit loc⁹, qui erat officio, ſeu muneri acceſſori⁹.

Suſpenſus Doctor quẽ locũ habeat.

1308 Secundo, quia ſuſpenſio ab officio adeo ſimilis eſt privationi, ſeu depoſitioni, ut ſuſpẽſio habeat vim privationis juxta Gloſſ. Suſpenſi in Clem. fin. de pœnis: at qui ſi Doctor ille fuiſſet depoſitus, & omninò privatus gradu ac munere docẽdi, proculdubio maneret privatus omni loco, ac jure ad illũ; ergo ſimiliter carebit jure ad locũ, ſaltẽ quãdiu à munere Doctorali ſuſpẽſus eſt. Tertio, quãdo quis ſuſpẽſus eſt ab officio, vel dignitate, nequit frui inſignijs, honore, & præeminẽtia, quæ ſunt annexa tali officio & dignitati, ut patet duob⁹ exẽplis. 1. quãdo Epiſcopus eſt ſuſpẽſus à Põtificalibus, nequit celebrare Miſſã cũ mitra, & baculo, ut habetur Gloſſ. à Põtificalib⁹ in Extravag. Suſcepit Ioan. 22. cũ mitra & baculus ſint inſignia, honor, & præeminẽtia. 2. Suſpẽſi ab executione ſuorũ officiorũ, ſunt inhabiles ad eligendũ, ſeu privati voce activa. Cap. cum dilectus, de conſuet. & cap. cum inter D. ſeniorem, de election. De quo Panorm. in cap. cum dilectus num. 20. & Tamborinus to. 1. diſp. 5. q. 8. num. 15. Ergo etiam ſuſpẽſus à dignitate Doctorali nequit habere locum, qui eſt honor annexus tali dignitati.

Inſignia & præeminentia in privatis à dignitate.

Quarto, Canonicus ſuſpenſus à ſuo canonicatu, ſeu officio canonicali, nec habet locum in capitulo, nec in choro, ex eo quòd talia loca ſint annexa dignitati canonicali, à qua ille ſuſpenſus eſt; ergo etiam Doctor ſuſpenſus à Doctoratu non habebit loca annexa dignitati Doctorali. Quinto, Prælatus regularis quandiu eſt à ſua prælatione ſuſpenſus, non poteſt ſedere in locis, quæ ſunt deſignata ſimili prælato non ſuſpenſo, & hæc eſt communis praxis religioſorum ordinum; ergo ſimiliter idem in noſtro caſu de Doctore aſſerendum eſt.

1309 His impulſus fundamentis hãc partem negativam probabilem exiſtimabit aliquis. Nihilominus judico longè probabiliorem, & abſolutè tenendam partem affirmativam, ſcilicet Doctori ſuſpenſo deberi in aliena Academia locum deſignatum hoſpitibus. Nitor fundamento quadruplici. Primum fundamentum eſt, quia cum prædicta ſuſpenſio (ut ſuppono) infligatur tanquam pœna, pœnæ non debent extendi ultra proprietatem verborum, imò debent reſtringi intra eandem proprietatem, juxta axiomata juris. Pœnæ ad alios caſus non ſunt extendendæ, ſed reſtringendæ. l. factum cuique §. in pœnalibus, ubi Decius ff. de regulis juris. & cap. in pœnis de regulis juris in 6. Addit Ioann. Andr. ad reg. Odia, de regul. juris in 6. etiam ſi extenſio fiat ex ſimilitudine rationis: & aliud, In pœnis benignior ſit interpretatio, l. penult. ff. de pœnis, & cap. in litteris, de conſtit. de quo cum multis Barb. axiomate 81. numero 12. Extenderemus igitur dictam ſuſpenſionem ultra proprietatem verborum, ſi vellemus talem Doctorem ſuſpenſum non poſſe ſedere dicto loco. Probatur, nam dicta ſuſpenſio ſolum habet vim privandi uſu & exercitio Doctoratus, & non privandi honore ac præeminentia, annexis præciſæ dignitati Doctoris, ut in ſimili de religioſo ſuſpenſo affirmat Lezana tom. 3. v. ſuſpenſio nu. 6. his verbis: „Religioſus ſuſpenſus non „ab officio ſimpliciter, ſed ſolũ ab officio ali„quo ſuæ religionis, v. g. Prioratu, Provincialatu, &c. ſolũ privat uſu & exercitio talis officij „pro tẽpore in lege deſtinato. Idẽ tenet Portel. in dubijs reg. v. ſuſpẽſio n. 2. Suſpẽſio (in„quit) ab officio nõ eſt privatio officij, ſed ſolũ privat

Suſpenſo Doctori hoſpitum locus debetur.

Pœna reſtringẽda.

„ privat uſu illius per certum tempus in ſen„ tentia deſignatum. Adverterat idem author in caſu ſimili ſuſpenſionis, (verbis judicis ſtandum eſſe cum reſtrictione, quia eſt lex pænalis.) Imò Suar. de cenſur. diſp. 26. ſect. 1. nu. 1. loquens de rigoroſa ſuſpenſione, quæ eſt cen„ ſura, ita ait: Suſpenſio hæc non privat ho„ minem ipſomet officio, à quo illum ſuſpen„ dit, neque tollit poteſtatem quaſi radicalẽ, „ ſed impedit tentum uſum ejus. Cum igitur ſedere Doctorem in illo loco honorato non ſit exercere ſuum gradum, vel officium, extenderemus procul dubio ſuſpenſionem ultra ſuam proprietatem, ſi vellemus illum removere à tali loco.

Suſpenſus quibus privetur.

1310 Secundum fundamentum eſt deſumptum ex varijs exemplis. 1. quia juxta Sayrum de cenſur. lib. 4. cap. 5. n. 16. Henriq. lib. 13. de excom. & ſuſpenſ. cap. 32. §. 3. & Suarium de cenſ. d. 26. ſect. 3. num. 4. ſuſpenſio ab officio non ſuſpendit à beneficio. Item ſuſpenſus à beneficio in una eccleſia, non manet ſuſpenſus in alia. Cap. cupientes §. cæterũ, de elect. in 6. ubi Gloſſ. 2. quia ſuſpenſus ab ordine ſacerdotali adhuc habet locum in choro debitum ſacerdotibus ad canendum, & locum ut adſit electionibus. Ita tenet Gloſſ. 2. ad cap. Presbyterum diſt. 28. 3. quia clericus depoſitus (& à fortiori ſuſpenſus) adhuc fruitur privilegio clericali tum canonis, tum fori, ut docet Suar. de cenſ. diſp. 30. ſect. 2. num. 7, & 8. Item ſuſpenſus, & interdictus ab ingreſſu eccleſiæ, gaudet immunitate Eccleſiaſtica, ut tradit idem Suar. de Relig. tom. 1. lib. 3. cap. 10. n. 4. Farinac. cap. 2. num. 44. & alij apud Dianam p. 6. tract. 1. reſol. 26. 4. quia Epiſcopus ſuſpenſus ab officio Epiſcopali, adhuc retinet inſignia, præeminentias, & honores debitos tali muneri: nec aliquis dicet teneri ipſum abſtinere ab annulo, cruce, & podere, vulgo roxete. His igitur ponderatis exemplis, denegandus non eſt ille locus honorarius Doctori ſuſpenſo.

Proprietas verborum duplex.

1311 Tertium fundamentum eſt, quia lex favorabilis debet interpretari, ita ut extendatur ad omnem proprietatem verborum, nõ ſolum naturalem, ſed etiam civilem, ut latè probat Suar. lib. 6. de legib. cap. 2. num. 5. Ex quo ſi lex (inquit ille) loquitur de filijs, extenditur ad adoptivos, juxta proprietatem civilem. Addit Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 6. proœm. num. 37. quòd in dubio potiùs eſt conſiderandus favor, quam odium. Atqui lex quæ in Academia Doctoribus hoſpitibus deſignat locum, favorabilis eſt: & Doctor ſuſpenſus, de quo loquimur eſt verè Doctor, etiam ſecundùm proprietatem naturalem; ergo ſine gravi injuria à tali loco repelli nequit. Quartum fundamentum ſumitur ex praxi in caſu propè ſimili, & (ut credo) in eodem. Nam praxis eſt optima legum interpres, ut habetur jure canonico, cap. cum dilectus, de conſuet. & jure civili ex tex. in l. minimè l. ſi de interpretatione ff. de legib. Et eſt tantæ authoritatis hujuſmodi interpretatio, ut habeat vim legis, ſicut in l. Nã Imperator ff. de legibus, exprimitur his verbis. „ In ambiguitatibus, quæ ex legibus proficiſ„ cuntur, conſuetudinem, aut rerum perpetuò „ ſimiliter judicatarum authoritatem, vim le„ gis obtinere debere. Eſt autem in ſimili caſu praxis, nempe in varijs religioſis ordinibus conſuetudine receptum eſt, ut prælatus v. g. Guardianus, Prior, aut Rector qui à tali prælatura eſt ſuſpenſus, ſi conferat ſe in aliud monaſterium, ibi habeat locum deſignatum prælatis hoſpitibus: & hæc videtur in Academijs obſervata praxis erga Doctores hoſpites; ergo pro illa ſtandum eſt.

Praxis legum interpres.

Locus Doctoris ſuſpenſi.

1312 Supereſt reſpondere fundamẽtis partis contrariæ negativæ. Ad primum dicimus locum purè honorarium non deberi Doctori quatenus exercet ſuum munus, ſed deberi dignitati Doctorali, quæ adhuc perſeverat, ut oſtendimus. Ex quo patet ad confirmationem, qua poſſumus noſtram reſolutionẽ confirmare: nam acceſſorium corruit deſtructo principali: cum autem oſtenderimus locum honorarium eſſe acceſſorium dignitatis Doctoralis, quæ adhuc perſiſtit, & non Doctoralis officij, ſequitur permanere adhuc talem locum. Ad ſecundum dicimus Gloſſam citatam, quæ dicit æquipollentes eſſe ſuſpenſionem & privationem officij, eſſe intelligendam de ſuſpenſione perpetua: nam loquitur juxta axioma philoſophicum: (Fruſtra eſt potentia quæ nunquam poteſt reduci ad actum.) Si enim ſuſpenſio eſt perpetua, affert moralem impotentiam ad exercitium actus, & moraliter æquipollet privationi: in noſtro autem caſu ſuſpenſio eſt ad tempus. Addimus ex ſuperabundanti poſſe negari cum probabilitate ſuſpenſionem perpetuam habere vim privationis, juxta id quod affert Sayrus de cenſur. l. 4. cap. 5. num. 17. his „ verbis. Alterum eſt, limitationem illam Na„ varri, & Iacobi de Graſſijs, ubi ſupra, nõ mi„ hi uſque adeo probabile eſſe: nam quantũ„ cunque diuturna ſit ſuſpenſio, ſemper tamẽ „ eſt ſuſpenſio, & non privatio, nec vim priva„ tionis, ſed ſuſpenſionis tantum habet.

Suſpenſio an æquipolleat privationi.

Suſpenſ. Epiſcopis

1313 Ad tertium negamus ſuſpenſum ab officio, vel dignitate non poſſe uti inſignibus, præeminentijs, & honoribus annexis tali dignitati: dummodò non ſint requiſita ad exercitium & uſum talis dignitatis: ut cernitur in exemplo Epiſcopi ſuſpenſi à Pontificalibus. Nam hic eſt etiam ſuſpenſus ab uſu mitræ & baculi, ex eo quòd uſus hujuſmodi inſignium eſt omninò ordinatus & requiſitus ad exercitium Pontificale, cum quo habet maiorem connexionem, quàm alia inſignia, v. g. annulus, poderis: & ideo Epiſcopus ab his

non

Digitized by Google

non manet ſuſpenſus, quando ſuſpenditur à Pontificalibus. Addimus ex abundanti, quod non ſine probabilitate in hoc caſu tradit Sayrùs de cenſur. lib.4. cap.5. num. 5. his verbis.
„ Valde probabile eſt (inquit) Epiſcopum ab
„ officio ſuſpenſum, incedere poſſe in appa-
„ ratu Pontificali, quando nullum actum Pō-
„ tificalem exercet: exempli cauſa, ſi Romæ in
„ ſolemniori pompa incedat in Pontificalibus.
„ Dixi (Romæ) ut excludam Epiſcopum, ne in
„ propria diœceſi poſſit ſic incedere: quia ibi
„ incedere ſic nequit, quin benedicat popu-
„ lo, vel aliquod officium exerceat: quanvis
„ ſi ibi nullum officium exercere vellet, poſſit
„ etiam uti hujuſmodi apparatu.

Canonicus ſuſpenſus

1314 Ad quartum concedimus antecedens, ſcilicet canonicum ſuſpenſum ab officio Canonicali nec in choro, nec in Capitulo habere locum, & negamus cōſequentiam in noſtro caſu: diſparitas eſt, quia duo illa loca ſunt annexa non præciſæ dignitati canonici radicali, ſed actuali officio, in ordine ad exercitium canendi in choro, & ſuffragandi in capitulo. At locus, de quo agimus, aſſignatus Doctoribus hoſpitibus, non eſt annexus actuali uſui, & exercitio Doctoratus. Accedit Canonicum ſuſpenſum ab officio & beneficio, ideo manere ſuſpenſum à dictis locis: quia (ut benè notavit Stephanus Daoyz v. ſtallus ex cap. 2. de renunc. ſtallus in choro, & locus in capitulo cenſentur partes beneficij canonicalis; qui igitur ſuſpenſus eſt à beneficio, etiam à ſuis partibus ſuſpenſus eſt. Ad quintum fatemur eandem eſſe rationem in prælatis regularibus, atque in Doctoribus cathedram regentibus, ſi loquamur proportione habita, & facta diſtinctione inter locos debitos ſoli exercitio muneris, & locos merè honorarios, qui dignitati veluti radicali aſſignantur. Vtrique enim, quando ſunt ſuſpenſi ab exercitio muneris, debēt abſtinere à prioribus, & poſſunt ſedere in poſterioribus.

Prælatus ſuſpenſus

DISPVTATIO III.

De poteſtate Doctoris.

1315 Poſtquam dignitatem, & officium Doctoris ſatis fusè expoſuimus duabus præcedentibus diſputationibus, antequam Doctoris privilegia, doctrinam, & multiplicem obligationem aggrediamur exponendam, quod præſtabimus tribus ultimis diſputationibus, in hac tertia Doctoris poteſtas expendenda nobis eſt, ſcilicet comparata quadrupliciter. 1. in ordine ad diſcipulos, ſeu auditores. 2. in ordine ad concionandum, interpretandum Sacram Paginam, & jura ſive canonica, ſive civilia. 3. in ordine ad impendendam authoritatem, & probabilitatem opinionibus. 4. in ordine ad faciendam fidem, ut nempe ſibi affirmanti aliquid credatur.

QVÆSTIO I.

Quam poteſtatem habeat Doctor, ſeu Magiſter in ſuos diſcipulos, ſeu auditores?

Qvanvis exigua, & prope nulla ſit diſtinctio inter Doctorem, & Magiſtrum, ſimiliter inter diſcipulum & auditorem, tamen maioris perſpicuitatis gratia volumus pro Magiſtro intelligi Doctorem qui actu cathedram regit, & pro diſcipulo illum, qui eſt ſub rigoroſa diſciplina & obedientia Magiſtri, quanvis auditores, qui ſponte veniunt ad præceptorem audiendum, etiam diſcipuli lato modo appellari poſſint.

Prima difficultas eſt, an Doctor, ſeu Magiſter veram juriſdictionem habeat in ſuos diſcipulos? Si loquamur attento jure communi, affirmativa ſententia indubitata eſt, quam tradunt Menoch. conſil. 808. num. 62. Bart. ad l. 1. num. 8. ff. ſolut. matr. Panorm. ad cap. 1. num. 37. ad fin. de mutuis petit. Rebuff. de privil. ſchol. privil. 158. & Petrus Barb. ad l. 1. art. 1. num. 118. ff. de judic. Habetur expreſſè in Authen. Habita C. ne filius pro patre, ubi Magiſter per Imperatorem conſtituitur judex in cauſis ſcholarium. Vnde apud Menochium loco citato, Quærit Baldus, an minor promoveri poſſit ad Doctoratum? Et dicendum videbatur promoveri non poſſe, quia Doctor habet juriſdictionem inter ſcholares, Auth. Habita C. ne filius pro patre, ſed minor judex eſſe non poteſt; ergo minor non poteſt ad Doctoratum promoveri. Verùm Baldus decidit contrarium ea ratione, quia munus judicandi eſt quid, ſeparatū

Magiſtri juriſdictio.

à dignitate Doctorali, & ob id non impeditur unum propter aliud. Ratio eſt manifeſta, quia Magiſter per d. Authen. conſtituitur judex, ut nempe à ſuis auditoribus eligi poſſit: omnis autem judex pollere debet vera juriſdictione in eos, quibus jus dicit; ergo & Doctor in ſcholares. Obſervat benè Rebuff. privil. 69. licèt pater recuſari poſſit judex in cauſa filiorum l. qui juriſdictioni ff. de juriſd. omn. judic. Doctorem tamen in cauſis ſuorum ſcholarium poſſe eſſe judicem, ita ut ob id non liceat eum tanquam ſuſpectum rejici, per cap. ſuſpicionis de offic. delegat. & cap. 2. de appellat. in 6. Cum habeat juriſdictionem ordinariam inter ſuos auditores. An verò, & quibus ex cauſis recuſari poſſit? alibi diximus. Dicta procedere etiam de Magiſtris artium, quòd ſint judices inter ſuos diſcipulos, affirmat dictus Rebuff. privil. 159. ex Albert. in l. 1. col. 5. ff. de judic. & Bolog.

Doctorem recuſari poſſit.

1316 Si autem loquamur attento jure ſpeciali Academico, quod omninò ſervandum eſt, in noſtris Academijs Luſitaniæ, illa juriſdictio Magiſtrorum in diſcipulos jamdiu abrogata manet per conſtitutos ſcholarium judices conſervatores cum juriſdictione privativa, ut reſolvimus lib. 7. diſp. 2. q. 1. & idem dicendum erit de quacunque Academia ſimiles Conſervatores habente. Secus de Academia habente Conſervatores cum juriſdictione cumulativa, quales videtur habere Academia Pariſienſis, ut teſtatur Rebuff. privil. 158. his verbis: Hodie (inquit) ſunt conſtituti Conſervatores, qui juriſdictionem in ſcholaſticos habent, & exercent: & ſunt duo dati, unus à Rege, alter à Papa. Si tamen ſcholares irent ad Doctores, poſſent ipſi inter ſcholares cognoſcere etiam hodie: & ego hac juriſdictione uſus ſum in multis Vniverſitatibus: & in hac Pariſienſi, adhuc quælibet facultas, & natio habet juriſdictionem in concernentibus factum facultatis, ſeu nationis: & à facultatis, ſeu nationis ſententia, licet gravato ad Vniverſitatem appellare: ſed ab Vniverſitate non licet appellare: & pro monſtro olim habebat Vniverſitas, quòd appellaretur etiam ad ſenatum, cum perjuri ſint appellantes. Inſuper ſtatutum ejuſdem Vniverſitatis cautum eſt, ne ab ejus ſententia inter ſuos ſubditos lata appelletur. Sed eo nunc per hominum malitiam ventum eſt, ut ab ipſa ſacroſancta Vniverſitate ad ſenatum appelletur, non tamen ſine perjurij reatu. Cap. brevi, de jurejur.

Iuriſdictio Conſervatoris Pariſienſis.

Appellatio à ſententia Magiſtri.

1317 Secunda difficultas eſt, qualiſnam ſit poteſtas Doctoris, ſeu Magiſtri ad præcipiendum ſuis diſcipulis? Non loquimur de Magiſtro conſtituto judice, & ferente ſententiam inter ſuos diſcipulos, per juriſdictionem, quam habeat ratione juris communis, vel juris alicujus ſpecialis. Quia tunc certum eſt poſſe præcipere in ordine ad audiendas partes, & ferendam ſententiam, item poſſe corrigere puniendo delicta per ſententiam. Sola eſt dubitatio de Magiſtro non conſtituto judice per jus commune, aut ſpeciale: an habeat, & quam habeat poteſtatem in diſcipulos præcipiendi, & corrigendi? Reſpondemus Magiſtrum quemcunque etiam Grammaticum ex præciſa ratione ſui magiſterij, habere poteſtatem œconomicam in ſuos diſcipulos, ea ratione, qua illam habet paterfamilias in ſuos filios. Nam Magiſter eſt inſtar patris, imò pater modo nobiliſſimo inter modos octo numeratos à Rebuffo privil. 67. quibus quis dicitur pater. Eſt enim (inquit) Doctor ſeu Magiſter, formalis, ſeu doctrinæ pater, dum informat diſcipulum probis moribus, ſcientia, & eruditione: de quo ſolitus erat dicere Ariſtoteles honorabiliorem eſſe qui inſtruit, quàm qui ſolum generat, cum hic det vivere, ille benè vivere. Sic in hanc rem Iacobus Rebuffus Petri Rebuffi patruus in l. 1. C. de excuſat. artif. lib. 10. & tex. in §. ſed & quod ſancitum in Authen. de nupt. col. 4. Facit l. liberto ff. de obſequijs à liber. Gloſſ. & reg. Cancel. in proœm. fol. 3. Cum igitur paterfamilias habeat in ſuos filios poteſtatem œconomicam, ut illos dirigat, & corrigat, ſequitur eandem habere Magiſtrum in ſuos diſcipulos. Addit D. Rotericus ex text. in cap. Quis autem. n. 2. diſt. 10. patrem ſuper domum, & familiam ſuam leges ſtatuere, & admonitiones facere. Quod etiam tradit Bart. in l. omnes populi num. 12. ff. de juſt. & jure, ex quo infert etiam Magiſtros Grammaticæ poſſe facere ſtatuta circa bonos mores, & pœnalia alicujus coercionis, non tamen pœnalia pecuniaria, pro qua reſolutione allegat tex. in Authen. habita C. ne filius pro patre, & in l. ſed & ſi quæcunq; §. fin. ff. ad l. Aquil. l. item quæritur §. item Iulianus ff. de locato & conducto.

Magiſtri poteſtas ad præcipiendum, & corrigendum.

Magiſter eſt Pater.

Magiſter poteſt præcipere.

1318 Maior eſt difficultas, quantum ſua illa poteſtate œconomica Magiſter præcipiens obligare poſſit in conſcientia diſcipulos? Non eſt dubium omnem legē etiam civilem, & omne legitimum præceptum obligare in conſcientia: eſt enim vinculum morale. Dubitatur de præcepto Magiſtri, quā tum obliget, leviter, an graviter? Reſpondeo poteſtatem illam eſſe ſufficientem, ut Magiſter ſuo præcepto diſcipulum poſſit obligare graviter, ſcilicet in materia capaci. Vnde obligatio gravis, aut levis, quam Magiſter præcipiens inducit, petenda eſt tum ex intentione Magiſtri præcipientis, tum ex capacitate materiæ præceptæ. Quia ſicut prælatus in materia levi nequit obligare graviter, ita in materia gravi poteſt velle ſolum obligare leviter: proindeque ad inducendam obligationem gravem ſemper debent concurrere illa duo, nempe intentio ex parte ſuperioris, & capacitas ex parte materiæ. Quod verò Magiſter habeat tantam illam poteſta-

Præceptū Magiſtri grave.

poteſtatem ad obligandum in conſcientia, ex eo ſuadetur, quia Magiſter erga diſcipulorum directionem & correctionem, non poller minori poteſtate quàm parens erga filios, ut omnes fatentur: ſed parens præcipiens in re gravi valet obligare graviter filios, ita ut filij peccent lethaliter, ſi abſolutè nolint parere, ut ex Vict. relect. de poteſtat. Ecleſ. q. 2. num. 4. & Mart. a Ledeſma 2. par. 4. q. 20. a. 4. docet Sanchez lib. 6. Decal. cap. 1. num. 18. ergo ſimiliter Magiſter in materia gravi poteſt diſcipulos obligare ſub lethali.

Pater præcipiens.

1319 Confirmatur, quia Magiſter in ſuo gymnaſio habet poteſtatem œconomicam erga diſcipulos non minorem, quam habet Abbatiſſa in ſuo monaſterio erga moniales: ſed quanvis Abbatiſſa nequeat imponere præcepta ſpiritualia, nec præcipere in virtute Spiritus S. & S. obedientiæ, ut tenent Ludov. Lopez 2. p. inſtruct. c. 1. Azor p. 1. lib. 3. inſtit. moral. cap. 10. q. 7. tamen poteſt obligare juxta capacitatem materiæ præcipiendo in ijs quæ conducunt ad pacem, & domeſticam gubernationem; ergo ſimiliter Magiſter in ſuo gymnaſio. Rogabis an poſſit Magiſter obligare diſcipulum ad præſtandum juramentum de re aliqua facienda, vel omittẽda in materia ſcholaſtica, circa quam verſatur poteſtas illius œconomica ad præcipiendum? V. g. an poſſit exigere juramentum à diſcipulo de ſtudendo, vel non ludendo? Placet affirmativa reſolutio. Quia ad exigendum juramentum non requiritur ſemper poteſtas juriſdictionis. Siquidem videmus nonnullos officiales regios, qui vera juriſdictione carent exigere plerunque juramentum à partibus. Deinde in caſu magis ſimili, Paterfamilias poteſt juramento cogere famulos, ut ſibi denuntient eum, qui bona aliqua furatus eſt. Ita ſupponit Sanch. lib. 6. Conſil. cap. 3. dub. 27. num. 5. ubi exponit quando famulus per patremfamilias tali juramento coactus teneatur ad denunciandum. Cum igitur Magiſter in diſcipulos habeat poteſtatem ſaltem parem poteſtati patrisfamilias in famulos, poterit etiam juramentum à diſcipulis exigere.

Abbatiſſa præcipiens.

1320 Tertia difficultas eſt, qualiſnam ſit poteſtas Magiſtri ad puniendum, & corrigendum diſcipulos? Ex prædictis ſatis infertur dari in Magiſtro poteſtatem ad puniendum & corrigendum diſcipulos, eo modo quo datur in patre erga filios: ſiquidem Doctores patres ſcholaſticorum dicuntur, & diſcipuli filij. l. 1. C. de excuſat. artificum. Et in eo quòd tam pater in filios, quàm Magiſter in diſcipulos habeat poteſtatem corrigendi, conveniunt Sanches lib. 6. Conſil. cap. 2. dub. 4. nu. 5. Molin. de juſtit. commutat. tract. 3. diſp. 2. n. 19. Stephan. Gratian. diſcep. foren. tom. 4. cap. 738. num. 70. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 4. caſu 364. num. 10. Maſcard. de probat. concluſ. 999. num. 11. & Rebuff. privil. 71. Qualis autem debeat eſſe hujuſmodi correctio, ſeu punitio, illam declarat Sanch. cit. num. 5. loquens de patremfamilias in hunc modum: Nota (inquit) patremfamilias non poſſe corrigere uxorem, nec filios, nec familiam correctione judiciali, & coerciva: non enim poteſt pœnas legis infligere. Vnde non tenetur arcere ſervum à concubina expellendo eum domo, niſi forte propter ſcandalum, nec tenetur compellere familiam ad jejunia Eccleſiæ: ſed tantum tenetur fraternaliter corrigere, maiori tamen vinculo, quàm extraneos. Ita Sotus mem. 2. q. 3. concl. 4. Aragon 2. 2. q. 33. a. 3. Notat tamen Corduba teneri corripere filios, & familiam, nõ tantum charitativè monendo, ſed puniendo punitione domeſtica. Hæc doctrina, quam tradit Sanchez de patre erga filios, facile applicari poteſt Magiſtro erga diſcipulos.

Magiſter puniens.

Pater puniens.

1321 Et quidem Magiſtris levis caſtigatio eſt permiſſa: ſed excedẽs fines diſciplinæ eſt in culpa. Cap. presbyterũ, & ibi Gloſ. 1. de homicid. Huic doctrinæ cohærent quæ tradit Gratian. cit. num. 70. de punitione uxoris, dicens eam debere eſſe competentem, & diſcretam, prout permittitur Magiſtro erga diſcipulum, & domino erga ſervũ, qui poteſt leviter eum caſtigare. l. 1. Cod. de emendat. ſervor. l. 1. C. de emend. propinq. §. ſi quis autem, Auth. ut ſic de matr. & avi. §. fin. Inſtit. qui ſunt ſui, vel alieni juris. l. reſpiciendum ff. de pœn. Et quando ſit licitum artifici docenti caſtigare ſuum diſcipulum, vide in l. item quæritur §. Item Iulia ff. locati. Socin. in repet. cap. ad audientiam col. 2. de homicid. cap. debet homo 23. q. 4. cap. non putes 23. q. 5. Illud ſcimus commendari valde correctionem puerorum in S. Pagina: (Noli ſubtrahere à puero diſciplinam: ſi enim percuſſeris eum virga, non morietur.) Proverb. 23. Qualis autem & quàm moderata eſſe debeat caſtigatio in patribus, Magiſtris, ac dominis punientibus, optimè tradit Molina tract. 3. diſp. 2. num. 19. his verbis: Qui præficiuntur (inquit) ad artes liberales, aut mechanicas docendas, ad regendos aliquos in familia, & ad ſimiles alios, conſtat eos procedere ſolum poſſe ad objurgationes, verbera, & percuſſiones non atroces. Neq; eos poſſe in illos animadvertere, in quos, vel propter ætatẽ, vel propter alias circũſtãtias, cõſuetũ nõ ſit animadvertere. Neq; poſſe excedere limites conſuetos, facultatemve ſeu beneplacitum, hac in parte, eorum, à quibus habent præſumptam, tacitam, aut expreſſam puniendi facultatem. Simili modo (concludit) dicerem de heris comparatione hominum liberorum, qui eis ſerviunt, nefas ſcilicet illis eſſe percutere ejuſmodi domeſticos, quos ratio ipſa efflagitat, ut propter ætatem, conditionem, & qualitatem

Punitio diſcipulorum, & ſervorum.

Correctio moderata a quibus præſtanda.

eorum,

eorum, non ita tractentur. Quænam ſint pœnæ atroces, quas nec pater, nec Magiſter poſſunt infligere, optime declarat à num. 14. Ego ex doctrina Suarij diſp. 22. de cenſ. ſect. 1. num. 48. & à me tradendis num. 1325. exiſtimo non poſſe Magiſtrum per ſe, vel per alium verberare in natibus inſtar pueri diſcipulum, qui pubertatem excedat. Eſt enim hujuſmodi verberatio valde indecens, & honeſtati, pudicitiæque repugnans. Sic innuitur per Sereniſſimum Henricum in ſtatutis Academiæ Eborenſis lib. 2. cap. 3. §. 1. & exprimitur edictis Viſitatorum, ut pueri ſcholares, ſi digni fuerint ſupplicio, vapulent infra decimum quartum annum, quem ſi excedant, detrudantur in carcerem. Idem tenêt ſtatuta vetera Conimbr. cap. de honeſt. fol. 8. lit. I.

Magiſter Pater, & dominus ſi excedāt in puniendo,

1322 Quarta difficultas eſt, quomodò delinquat, & ex delicto teneatur Magiſter excedens in punitione? Dupliciter poteſt Magiſter excedere puniendo. 1. ſi infligat pœnam immoderatam, nempe excedens limites illius, quæ infligenda eſſet. 2. ſi puniens moderata pœna, eam infligat ex odio perſonæ. In hac materia mihi videtur omninò aſſerendū de Magiſtro puniente diſcipulum, quod Molina citatus num. 15. affirmat de patre ac domino filium & ſervum punientibus. Affirmat 1. peccatum eſſe, poſſeque aliquando pertingere ad lethale, ſi pater aut dominus, filium, vel ſervum puniat aliqua ex pœnis, ad quas non extenditur ipſorum poteſtas: quando filius, vel ſervus non eſſet dignus pœna, aut non tanta pœna, quanta illi infligitur. Nam pœna ſemper culpæ proportionari debet. Affirmat 2. peccare patrem, aut dominum, qui filium, vel ſervum puniret ex odio, hoc eſt intuitu, ut illi malum inferret, quaſi in eo fine ſiſtendo. Vnde eſſet peccatum lethale, ſi malum, quod ita illi vellet, aut infligeret, notabile foret. Obſervat tamen benè non dici punire ex odio, qui vult filio, aut ſervo malum pœnæ, eo quòd dignus illo ſit ob delictum, eſto ira in illum commotus propter delictum, eum puniat. Neque ira moderata (addit) in puniendo eſt peccatum: immoderata verò, exceſſuſque aliquantulus in puniendo filio, vel ſervo regulariter non excedit peccatum veniale. Hæc omnia procedunt in Magiſtro puniente.

Magiſter excedens vel negligēs in puniendo.

1323 Quod attinet ad aliam partem difficultatis, qualiter puniens teneatur ex delicto exceſſus, Maſcard. de probat. concl. 990. num. 16. rectè aſſerit Magiſtrū, qui immoderatè percuſſit diſcipulum, teneri de nimia ſævitia, ut habetur l. præceptoris, ad l. Aquil. & l. item quæritur §. Iulianus ff. locuti. Sicut enim Magiſter negligens in puniendo poteſt lethaliter peccare, & ex hoc peccato adſtringi, ut ex Calder. Floren. & Alex. docet idē Maſcar. num. 12. ita excedens ſupplicium ex tali delicto tenebitur. Addit num. 13. ex Bart. punientem, ſi accuſetur in judicio, debere probare ſe quando punivit, Magiſtrum eſſe, & puniſſe animo monendi, docendi, & corrigendi. Quia Magiſtri qualitas, cum ſit ab extrinſeco, non præſumitur. Illud monuerim nimietatem illam eſſe juſtiſſimam cauſam ut diſcipulus à Magiſtro recedat. Nam ſævitiam eſſe cauſam, ut à regulis juris recedatur per multas ſeparationes, probat Menoch. de arbitrat. lib. 2. cent. 2. caſu 139. De hujuſmodi ſeparationibus exemplum eſt 1. Nam dominus ſæviens in ſervos duriùs quàm par eſt, cogitur illos vendere l. 2. ff. de ijs qui ſunt ſui, vel alien. jur. & §. ſed & maior aſperitas Inſtitut. eod. Sic apud Bald. d. l. 2. Vaſſallus eſt privandus feudo, ſi in ſubditos ſæviat. 2. Pater cogitur emancipare filium, ſi eum contra pietatem paternam malè afficiat. l. ult. ff. ſi à paren. man. Gloſ. in §. ult. Inſtit. quibus mod. jus patr. poteſt. ſolu. 3. Vir nimis moroſus ac ſævus ab uxore ſeparatur Cap. litteras, de reſtitut. ſpoliat. Vnde non reſtituitur viro petenti uxor, oppoſita exceptione ſævitiæ. Ripa in l. naturaliter §. nihil num. 84. de acquiren. poſſeſ. 4. à ſocietate ante tempus licet recedere ob immoditam ſocij ſævitiam. l. ſi convenerit ff. pro ſocio. Sic ergo de ſeparatione diſcipuli à Magiſtro.

Sævitia eſt cauſa multiplicis ſeparationis.

Irregularitas Magiſter ex punitione

1324 Dubium eſt 1. an incurrat irregularitatem Magiſter clericus, qui corrigendo ita percuſſit puerum, ut ex percuſſione ſequeretur pueri mors? Affirmantem partem abſolutè tenent Paul. Borgaſ. de irreg. part. 6. tit. de homic. num. 7. & Maſcar. de probat. concl. 999. num. 17. Quod probant ex cap. Presbyterum, de homicid. Diſtinguendum tamen eſt inter Magiſtrum corrigentem moderatè ac prudenter, ſcilicet intra limites correctionis, quam licitè potuit adhibere, & Magiſtrum corrigentem immoderatè, ita ut imprudenter excedat. Dico 1. Magiſter corrigens priori modo, non incurrit irregularitatem, etiam ſi inde mors ſequatur. Ita Farinac. fragmen. crimin. par. 2. lit. L. num. 508. Covar. in Clem. ſi furioſus p. 2. §. 4. ſub mem. 5. Navar. in Man. cap. 27. num. 135. ver. 22. Avila de cenſur. p. 7. rub. de homic. caſuali diſp. 4. ſect. 1. dub. 3. Suar. de cenſur. diſp. 45. ſect. 5. num. 2. & Barb. in tom. 4. Collect. ad cap. ſi quis non iratus 15. q. 2. ex quo textu videtur deſumi poſita reſolutio. Dico 2. Clericus qui intuitu correctionis immoderatè percuſſit diſcipulum, qui ex tali percuſſione obijt, irregularitatem incurrit. Ita Graffis in aureis deciſion. par. 1. lib. 2. cap. 66. num. 16. Suar. proximè citatus. Sayrus de cenſ. lib. 7. c. 6. num. x. Bellet. diſquiſit. cleric. p. 1. tit. de diſcipl. cleric. §. 5. num. 32. Henriq. in Summa p. 2. lib. 14. de irregul. cap. 15. num. 4. Molina de juſt. tom. 4. tract. 2. diſp. 77. num. 6. Reginal. in praxi fori pœnit. lib. 30. num. 115. Bonacina de cenſur. diſp.

Digitized by Google

diſp.7.q.4. punct.7. num.14. Idem affirmat,& probat cum multis Barb. ex cap. Presbyterum, de homicidio in Collect. tom.5. ad idem cap. num.1.dicens presbyterum, qui intuitu diſciplinæ nimis modum excedens percutit puerũ, v.g. in capite, ita ut poſt paucos dies moriatur, ſi mortuus eſt ex ipſa percuſſione, vel in infirmitatem incidit, ex qua deinde moritur, deponi ab officio ſacerdotali,& perpetuo removeri à miniſterio altaris.

Pater percutiens filiũ clericum.

1325 Dubium eſt 2.an peccet,& incurrat excommunicationẽ Magiſter intuitu correctionis percutiens diſcipulum clericum? Quanvis Navarrus in Man. cap. 37.num.84.& Sylveſt v.communicatio 6.nu.6. cap. 8. exiſtiment licitum eſſe patri filium maioribus ordinibus initiatum correctionis & diſciplinæ gratia percutere, id tamen negat Molina tom.1,diſp.228. circa ſextum effectum patriæ poteſtatis, & ſolum concedit circa filiũ conſtitutum in minoribus. Addit tom.4.tract. 3.diſp.46. §.cõtrariam, ſi pater percutiat filium in ſacris ordinibus conſtitutum, incurrere excommunicationem canonis. De Magiſtro percutiente aliter ſeutit eadem diſp.num.7. aſſerit enim cum Felino condemnandum eſſe Magiſtrum, ſi inferior in gradu, ut laicus percutiat conſtitutum in ordinibus ſacris, aut ſubdiaconus diaconum, vel ſacerdotem; non verò ſi ſuperior in ordinis gradu inferiorem percutiat. Quid autem circa hoc punctum fusè tradit Suar.de cenſ.diſp.22.ſect.1.num.48. paucis accipe, & imprimis obſerva illum non facere diſtinctionem inter diſcipulum minoribus, vel maioribus ordinibus initiatum. Cap.1.de ſent. excom.habetur, quod præceptor, pater, vel herus cauſa diſciplinæ poſſit clericum verberare. Cap.cum voluntate eod.tit.fit extenſio ad omnes qui ratione officij, prælationis, ſenioris ætatis, vel propinquitatis alios caſtigant. Eſt tamen diſcrimen, nam qui ratione officij, vel ſeniores clerici, quibus conceditur exercere correctionem in turbantes officia divina, eam ſolum poſſint exercere in pueros, vel juvenes in minoribus conſtitutos: at præceptor etiam initiatos ſacris ordinibus, dummodò intuitu diſciplinæ id faciat: & percuſſio ſit levis & moderata in ordine ad intentũ. Nam Prælatus & Magiſter in hoc æquiparantur. Hæc doctrina de clerico etiam in ſacris percutiendo, defenditur à Maſcardo d.concluſ.999.n.22. ubi pro ea varios citat.

Magister percutiens cler. com.

Magister plures puniens clericum.

1326 Quærit Molina d.diſp.56. n.8. an ijs quibus fas eſt percutere clericos correctionis gratia, fas etiam ſit eoſdem percutere per tertiam perſonam? Affirmativam partem benè ac latè tuetur diſcurrẽdo per varios. Atque imprimis (inquit) dicendum eſt, Magiſtros noſtræ Societatis in ſcholis, quarum curam habemus ad docendam juventutem in Eccleſiæ, rerumque publicarum ſæcularium bonum, poſſe licitè, ſecluſo quocunque Sedis Apoſtolicæ privilegio, punire clericos in minoribus conſtitutos per correctorem laicum, ut mos eſt fieri in noſtris ſcholis. Patet, nam indecens eſt religioſos per ſe ipſos flagellare, aut aliter percutere pueros, & adoleſcentes in minoribus ordinibus conſtitutos, quos zelo charitatis litteris, ac bonis moribus imbuunt: nulla verò in eo indecentia cernitur, quòd ipſorum juſſu per correctorem ad id deputatum puniantur, ac flagellentur: præſertim (addit) cum, ſi ij ipſi laici correctores, præceptores illorum eſſent, id eis propria authoritate liceret. De reliquis qui per tertiam perſonam puniunt, videatur idem Molina loco citato.

Probatio criminis scholastici.

Denique pro complemento Magiſtralis poteſtatis ad corrigendum, inquires, quomodo Magiſtro debeat conſtare de crimine diſcipuli, ut eum œconomicè puniat? Reſpondeo eodem modo rem habere in patre, atque in Magiſtro punituro, ita ut neuter indigeat probatione aliqua juridica, ſed poſſit uti notitia etiã privata, & non juridica. Addit Leſſius de juſt. lib.2.cap.30.num.31.ad levem aliquam caſtigationem, quæ ſit abſque infamia, irrogandam, poſſe interdum unum teſtem, qui ſimul ſit accuſator, ſufficere: ut ſolet fieri (inquit) in ſcholis inter ſtudioſos.

Magister expellens discipulũ.

1327 Tertia difficultas eſt, an Magiſter habeat poteſtatem expellendi diſcipulum à ſuo gymnaſio? Affirmativa reſolutio forte placebit alicui, qui nitatur authoritate Gloſſæ v.retinere in cap.2. Ne clerici, vel monachi, ubi ſic habet: (Doctor poteſt ſcholarem ex cauſa de ſcholis expellere.) Nihilominus ut expediatur difficultas, & explicetur Gloſſa, notandum eſt 1. Magiſtrum vel ſalariatum de publico agere Magiſterium in gymnaſio publico, vel in privato accipientem mercedem a ſingulis ſcholaſticis. Notandum 2.in Academia vel ſervari jus commune Authen.Habita, ita ut Doctor habeat veram juriſdictionem in ſuos auditores, vel non ſervari tale jus, ſed dari ſpeciales Magiſtratus Academicos. Notandum 3. expulſionem diſcipuli à gymnaſio vel fore perpetuam, vel faciendam ad tempus. Dico 1, Doctor in Academia ubi ſervatur jus commune, poteſt ex cauſa ſcholarem expellere. Ita videtur procedere Gloſſa citata. Patet, nam Doctor ille eſt legitimus judex ſuorum ſcholarium habens in illos veram juriſdictionem; ergo data ſufficienti culpa, & prolata legitimè ſententia, poteſt ſcholarem puniendo expellere. Dico 2. Magiſter regens privatum gymnaſium accipiendo mercedem à ſingulis ſcholaſticis, poteſt exacto tempore cõductionis quemlibet expellere. Patet, quia ille, cum ſit conductus mercede, poteſt ſuas

operas

operas locare quibus maluerit. Dico 3. ſecluſo jure communi Authent. Habita, Magiſter ſalariatus de publico non poteſt expellere ſcholarem in perpetuum, ſed ſolum ad modicum tempus. Patet 1. pars, quia ſcholaris habet jus audiendi talem præceptorem in gymnaſio publico, & tali jure nequit privari niſi per juſtam ſententiam judicis legitimi, qualis Magiſter ille non eſt. Secunda pars ſuadetur, quia expulſio a gymnaſio ad modicum tempus videtur computari inter moderatas caſtigationes, ad quas infligendas habet Magiſter ſufficientem poteſtatem, ſicut paterfamilias qui ſolet ad tempus filium ex domo expellere, ut ſic meliùs corrigat.

Votorum irritatio per Magiſtrum.

1328 Sexta difficultas eſt, an Magiſter poſſit irritare vota ſuorum diſcipulorum, item & juramenta Deo præſtita. Eſt diſcrimen inter irritationem, & diſpenſationem, quod licèt per utranque tollatur omnino obligatio, tamen illa ſpectat ad poteſtatẽ dominativam, hæc ad ſpiritualem juriſdictionem. Procedit difficultas de ſolo diſcipulo impubere, nempe ante decimum quartum ætatis annum, qui parentibus aſcendentibus, & tutore caret, & ſolum verſatur ſub diſciplina Magiſtri. Eandem difficultatem, notant authores citandi, eſſe de ſervo ſub dominio heri, & puero expoſito ſub cura nutricij. Negativam partem ut probabiliorem defendunt Sylveſter v. votum 4. q. 2. Paludanus in 4. diſt. 34. q. 3. a. 3. num. 9. D. Antoninus, & Margarita confeſſorum, quos citat & ſequitur Sanch. lib. 4. Decal. cap. 33. num. 84. & Fagundez in 2. præc. Decal. lib. 2. cap. 10. num. 12. qui licèt concedant poſſe Magiſtrum & herum vota diſcipuli & ſervi, quatenus ei præjudicant, ſuſpendere, negant tamen irritare poſſe. Probant quia pars oppoſita ſoli pietati innititur, & ſola pietas non inducit poteſtatem dominativam, quæ requiritur ad vota & juramenta irritanda. Nihilominus mihi arridet affirmativa pars, quæ priùs arriſit Leſſio lib. 2. de juſt. cap. 40. dub. 10. nu. 78. Sayro in clavi regia lib. 6. cap. 10. num. 18. fine, & Suario tom. 2. de Relig. tract. de voto lib. 6. cap. 6. num. 23. aſſerentibus poſſe dominum univerſa vota ſervi impuberis parentibus orbati irritare: & ſic de Magiſtro reſpectu diſcipuli. Ratio eſt, quia ſicut dominus totam curam illius ſervi in tali ætate ſuſcipit, ita & Magiſter curam diſcipuli, ita ut ſuccedant loco parentum, naturali ratione, & æquitate id exigente, ut talem defectum ſuppleant, & habeant ſufficientem poteſtatem dominativam in bonum illorum. Et per hoc fundamento partis contrariæ ſatisfa- ctum eſt.

QVÆSTIO II.

Quam poteſtatem habeat Doctor interpretandi S. Paginam, ſacros Canones, ac leges?

Doctoris poteſtas in collegio.

1329 EXplicata poteſtate Doctoris ſeu Magiſtri cujuſcunque erga ſuos diſcipulos, cui poſſemus adjicere poteſtatem, quam Doctor habet in Collegio: nam juxta cap. ex litteris, de conſtit. Doctores poſſunt ex cauſa aliquem de collegio privare. Item Doctores legentes faciunt collegium licitum, & approbatum: unde poſſunt facere ſtatuta, & ea quæ ſunt univerſitatis, ut ex citato cap. tradit Stephanus Daoyz, v. Doctor num. 1. ſupereſt ut exponamus quid poſſint ex vi ſui gradus, præſertim in interpretanda S. Pagina, & legibus tã canonicis, quàm civilibus. Cum igitur ſatis pateat Doctorem Theologum in ſua graduatione accepiſſe poteſtatem interpretandi ſacram Scripturam, & Doctorem Iuriſtam accepiſſe poteſtatem interpretandi leges, ut conſtat ex verbis formæ in Doctoratione illam exprimentis: quæ poteſtas (ut ſupra notavimus) eſt veluti incompleta, & poſtea per adeptionem cathedræ, deſignationemque auditorum completur, ac conſummatur, modò eandem poteſtatem lentiùs explicabimus in utriſque Doctoribus, & ſimul qualem interpretationem, & quantam facere poſſint, ac debeant.

Interpretatio quid & quotuplex.

1330 Prima difficultas eſt, quid ſit interpretatio, & quotuplex? Apud Salas de legib. diſp. 21. ſect. 1. num. 1. interpretatio abſolutè, & in genere accepta ſic definitur: (Eſt unius verbi per aliud, vel unius ſẽtentiæ per aliam declaratio.) Dividitur in triplex membrum: nam alia interpretatio eſt uſualis, alia authentica, alia doctrinalis. Vſualis eſt illa, quæ uſu & conſuetudine introducitur: nam conſuetudo legitimè præſcripta habet tantum vim, ut poſſit antiquam legem abolere, & novam excitare, & à fortiori utcunque non ſolum doctrinaliter, ſed etiam authenticè interpretari. Authentica fit ab habente poteſtatem condendæ legis, & ideo talis principatur, quia legis authoritatem vendicat: unde neceſſaria dicitur, quia neceſſitatem, ſeu obligationem inducit, ſicut lex ipſa. Non enim poteſt hujuſmodi interpretatio fieri, niſi à legiſlatore, ut rectè docent Azor tom. 1. lib. 5. cap. 16. q. 16. Suar. de legib. lib. 6. cap. 1. num. 2. & Salas de legib. diſp. 21. ſect. 2. Sumitur tamen ex jure

Interpretatio quotuplex.

canonico

vanico Cap. ſicut 11. quæſt. 1. & Cap. inter alia, de ſentent. excommunic. tum ex jure civili l. fin. Cod. de legib. & l. in prætorijs ff. de prætor. ſtipulat. Nomine legiſlatoris venit etiam ſucceſſor illius, qui legem condidit, & à fortiori quicunq; habẽs ſuperiorem poteſtatẽ. Doctrinalis interpretatio illa eſt, quæ fit à viris doctis ſecundùm regulas prudentiæ & juris. Hæc de ſe non parit obligationem, quia non à poteſtate juriſdictionis, ſed à ſola ſcientia & prudentia egreditur. Verùm quia in omni arte habet multum ponderis, & authoritatis judicium peritorũ, interpretatio doctrinalis multũ valet: adeo ut ſi omnes interpretes conſentiãt, inducant regulariter obligationẽ obſervãdi legẽ juxta talẽ interpretationẽ. Talis enim conſenſus facit moralem certitudinẽ de lege ſic intelligenda, & indicat communem legis acceptionem in tali ſenſu.

Interpretatio S. Scripturæ penes quem.

1331 Secunda difficultas eſt, qualiter Doctor Theologus poſſit, & debeat interpretari S. Scripturã? Neceſſariã eſſe quãdoq; interpretationem S. Paginæ, ex eo rectè ſuadet Azor to. 1. lib. 8. cap. 2. q. 1. quia illius loca (ut varijs probat exemplis) aliquando ſunt obſcura, aliquando ambigua, aliquando videntur ſibi contraria, proindeque indiget, qui explicet. Penes quem ſit authoritas interpretandi illam, juxta verum, & genuinum ſenſum? quæſtio eſt, de qua Medina lib. 5. de recta in Deum fide cap. 11. & Canus lib. 2. de locis Theolog. cap. 7. Certum eſt talem authoritatem eſſe penes Eccleſiam, ut
" expreſſè docet Trident. ſeſſ. 4. Decernit, ut
" nemo, ſuæ prudentiæ innixus, in rebus fidei,
" & morum, ad ædificationem doctrinæ per-
" tinentium, ſacram Scripturam ad ſuos ſenſus
" contorquens, contra eum ſenſum, quem te-
" nuit, & tenet S. Mater Eccleſia, cujus eſt ju-
" dicare de vero ſẽſu, & interpretatione ſcrip-
" turarũ, aut etiam contra unanimẽ cõſenſum
" Patrum ipſam Scripturã ſacram interpretari
" audeat. Ex quibus duo colligo, alterũ penes quem ſit authoritas interpretandi S. Scripturã ſcilicet penes Eccleſiam: alterum quomodo facienda eſt talis interpretatio. Utrunque juvat explicare.

Interpretatio quæ & intra quos facienda.

1332 Primum ita intelligo ad ſolam Eccleſiam ſpectare interpretationem S. Scripturæ, ut intra ſolam Eccleſiam ſit poteſtas illam interpretandi authenticè, & doctrinaliter. Tunc enim fiet authentica interpretatio attingens infallibiliter verum, ac germanum ſenſum, quando Eccleſia in aliquo generali Concilio legitimè congregata cum ſuo ſupremo Paſtore Summo Pontifice, aliquẽ locum S. Scripturæ declaraverit ſic vel ſic eſſe intelligendum, vel ſi ſolus Summus Pontifex, qui eſt totius Eccleſiæ Doctor, id definierit. Cum enim ad proponendam doctrinam ſalutis fidelibus, habeat aſſiſtentiam Spiritus ſancti, eſt infallibilis regula veritatis. Tũc fiet doctrinalis interpretatio, quando intra Eccleſiam Doctores catholici in ſacris litteris verſati locũ aliquẽ S. Paginæ dubiũ & obſcurũ prudenter, ac eruditè interpretati fuerint. Talis autẽ interpretatio ex præciſa Doctorũ authoritate, probabilitatẽ, ſed non infallibilitatẽ habere poteſt. Et hac ratione pertinet ad Doctores Theologos S. Scripturã interpretari. Eſt enim ad hoc munus Doctorum ordo in Eccleſia Dei quaſi præcipuus, ut ſumitur ex cap. ſicut in uno, de hæreticis.

Secundum de modo ac ratione interpretandi; ſatis oſtendit Tridentinum loco citato, interpretationem non poſſe fieri contra unanimem Patrum conſenſum. Addit Azor cit. quæſt. 2. conſtare ex Concil. generali 6. Act. 17. & ex Concil. Vienenſ. & habetur in Clemen. 1. de ſum. Trinit. & fide Cathol. communem ſanctorum Patrum ſententiam, vel ſcripturarũ interpretationẽ, ſeu intelligentiã in docendo aliquid ad rectã fidẽ ſpectãs, pro catholica authoritate habendam eſſe, & contrariam ſententiam ut hæreticam damnãdam. Reſolvit idem author. q. 3. ex Banhes 1. p. q. 1. a. 10. dub. 6. poſſe à Doctoribus ſacram Scripturam interpretari præter unanimem Patrum conſenſum, ita ut ſenſus redditus maneat ab illo conſenſu diverſus, ſed non illi contrarius. Quia S. Scriptura fœcundiſſima eſt, & multis ac diverſis patet interpretationibus. Quotuplicẽ autem ſenſum locus unus Scripturæ ſuſtineat: & duplex ille genericus ſcilicet litteralis & myſticus quot ſub ſe ſenſus contineat? exponit latè à quæſt. 5.

1333 Tertia difficultas eſt, qualiter Doctor juriſta in utroq; vel utrolibet jure, poſſit, ac debeat interpretari leges ſive canonicas, ſive civiles? Poſſe hujuſmodi Doctorem interpretari legem dubiam; & illius interpretationem ſervandam eſſe, ſi apertè non convincatur de errore, benè deſumit Stephan. Daoyz v. Doctor num. 1. ex cap. 1. verſ. at verò; de decimis. Procedit tamen reſolutio non de interpretatione authentica, cum hæc ad ſolum legiſlatorem pertineat, ſed de interpretatione doctrinali. Nam in jure Canonico Capit. 1. de privileg. in 6. & prœm. decret. 6. & in jure civili leg. unica Cod. de profeſſor. & l. ſi negotium ff. de privileg. credit. ideo dicta poteſtas conceditur Doctoribus, quia lex ſæpe continet ambiguitatẽ in ſua ſignificatione, & legiſlator neque facilè; neque de facilioribus conſuli debet. Maior eſt dubitatio, an liceat Doctoribus interpretari leges, quando in ipſis prohibetur interpretatio? Salas de legib. diſput. 21. ſect. 2. fine, Sà de interpretatione num. 5. & Palaus de legibus diſputat. 5. punct. 3.

Interpretatio legũ per Doctorem Iuriſtam.

§. 2. num. 6. exiſtimant ibi ſolum prohiberi interpretationem frivolam, & quæ legis menti adverſatur, proindeque licitum eſſe interpretari ſecundùm mentem legis. Nam rectæ rationi diſſonat prohiberi interpretationem factam cum fundamento ſecundùm regulas juris in rebus dubijs. Hæc doctrina ita accipienda eſt, ut intelligatur regulariter. Nam aliquando prohibetur interpretatio etiam facta ſecundùm mentem legis, & regulas juris, ſi fiat ex profeſſo, & typis mandetur, qualem ſub graviſſimis pœnis interdixit Pius Quartus in Bulla confirmatoria Concilij Tridentini. Et quanvis dictus Pontifex nulla facta mentione typorum prohibeat commentarios, gloſſas, ſcholia, annotationes, & quodcũque interpretationis gen⁹ edere quomodocũque ſuper Concilij decretis, tamẽ conſuetudo, quæ (ut docent Hẽriq. r. p. Suio. lib. 7. de indulg. cap. 19. num. 4. & Emman. Roter. tom. 1. regul. quæſt. 11. a. 3.) verborum proprietati prævalere debet, jam obtinuit, ut de ſola interpretatione typis mandata intelligeretur. Imò (ut docent Suar. de cenſur. diſput. 27. ſect. 7. num. 12. & Salas de legib. diſput. 21. ſect. 11. §. ad ſecundum) non quæcunque interpretatio excuſa typis prohibetur, ſed tantum facta ex profeſſo. Vnde nõ contradicit decreto, qui unum, vel alterum Tridentini decretum incidẽter exponit.

Interpretatio Tridẽtini prohibita.

1334 Quarta difficultas eſt, quomodò à Doctore facienda ſit interpretatio doctrinalis in lege, quando de mente legiſlatoris non conſtat? Si mens & intentio legiſlatoris ex materia, vel circunſtantijs perſpicua ſit, obſervari omninò debet, quanvis verba contrarium ſignificent, ut latè probat Tiraquel. ad l. ſi unquam God. de revocand. donat. verbo Libertas n. 45. & ex l. non dubium C. de „ legib, ubi dicitur, In legem cõmittit, qui ver„ ba legis amplectẽs, cõtra legis nititur volũ„ tatem. Vnde ad legiſlatoris intentionẽ accõmodãda eſt verborum ſignificatio. Cap. de intelligẽtia, de verb. ſignif. Quia nõ ſermoni res, ſed rei eſt ſermo ſubditus: nec debet intentio verbis deſervire, ſed verba intentioni. Quare ſi non conſtet dè mente, & intentione legiſlatoris, ut recta per Doctorem fiat interpretatio, obſerventur regulæ ſequentes.

Interpretatio legis quomodo facienda.

Prima regula. Interpretari debet lex ſecundùm proprietatem verborum. Ita Azor 1. p. lib. 5. cap. 16. q. 9. Suar. de leg. lib. 6. cap. 1. n. 7. & Bonacina eod. tit. diſp. 1. q. 1. pun. 8. n. 19. Quia præſumitur legiſlatorẽ, ut legem claram faceret, uſurpaſſe verba in ſua propria ſignificatione. Hoc tamen ita limitari debet, ne ex verbis ſic acceptis aliqua abſurditas, vel legis inutilitas ſequatur. Cum vero duplex ſit mors; altera naturalis; juxta quam ſeparatio animæ à corpore v. g. dicitur mors; altera civilis, juxta quam profeſſio religioſa, v. g. dicitur mors, in lege pœnali naturalis, in favorabili utraque attendi debet. Secunda regula. Intentio legiſlatoris ex nullo alio poteſt melius deprehendi, quàm ex proœmio, & initio legis, ubi ipſius finis apponi ſolet. Tertia regula. Interpretatio juxta materiæ capacitatẽ ita faciẽda eſt, ut in dubio res potius valeat, quàm pereat: favores amplientur, & pœnæ reſtringãtur. Quarta regula. Quando agitur de derogatione legis prioris per poſteriorem, ita fieri debet interpretatio, ut poſterior nõ deroget priori, niſi ſit illi omninò contraria. Quinta regula. Quãdo agitur de obligatione, ſtricta interpretatio faciẽda eſt. Sexta regula. Semper lex nova interpretari debet ſecundùm antiquam. Rationes, & jura, quibus regulæ poſitæ exornantur, videri poterunt apud citatos authores, & Sanch. lib. 6. Matrim. d. 23. Molinam lib. 5. de primog. cap. 5. Rebell. de oblig. juſt. lib. 1. q. 6. ſect. 5. Burgos de Paz l. 1. Tauri n. 570. Matienz. lib. 5. tit. 4. lib. 2. gloſ. 9.

1335 Quinta difficultas eſt, an Doctor habeat aliquam aliam poteſtatem prædictis concernentem? Poterit aliquis dubitare, an Doctor, præſertim Theologus habeat jus prædicandi Verbum Dei? Et ratio dubitandi pro parte affirmativa eſt, quia talis Doctor in ſua graduatione accipit poteſtatem interpretandi ſacram Scripturam: concionator autem, quando habet ſermonem ad populum, id facit adductis & explicatis ſacræ Paginæ locis. Nihilominus oppoſitũ tenẽdum eſt: quia munus interpretandi ſacram Paginam, & docendi Theologiam longè diverſum eſt à munere concionandi. Nam hoc eſt ex ſe mun⁹ ſpirituale, cũ cõcionator ſua doctrina ex ſacris litteris deprompta hortetur fideles ad ſalutẽ æternam: munus autem illud interpretandi, & theologizãdi poteſt ex ſe ſiſtere in mera tẽporalitate. Accedit quòd ex Iſidoro Maſcard. de majeſtate militiæ Eccleſ. 2. par. lib. 1. cap. 19, & alijs tradit D. Roterieus ad cap. Diaconi ſunt, diſt. 93. num. 6. ſcilicet munus prædicandi incumbere ſolis Epiſcopis, & alijs prælatis, quibus cura animarum commiſſa eſt. De licentia neceſſaria Doctori ad concionandũ, & examine prævio, diximus ſupra diſp. 3. q. 6. Deinde poterit alter dubitare, an Doctor habeat poteſtatem legẽdi libros prohibitos, ſaltem in ea facultate, quam profitetur? Negativa reſolutio indubitata eſt ex ijs, quæ tradidimus lib. 4. diſp. 4. q. 4. Cũ verò dicat Barb. de pot. Epiſ. p. 3. alleg. 90. n. 6. ſacri Palatij Magiſtrũ in curia Romana ſolere eã facultatẽ dare viris doctrina, & morum honeſtate pollẽtibus, ſpes erit Doctori benè morato obtinendi facilè dictã licentiam, præſertim interveniente cauſa doctrinæ. Quid de poteſtate Doctoris medici, ad declarandum nõ dari obligationẽ conſciẽtiæ? Medic⁹, quãdo cauſa

Prædicãdi poteſtas.

Medici poteſtas.

cauſa eſt dubia, poteſt ſecũdùm regulas ſuæ artis declarare aliquem ratione morbi excuſari à jejunio, vel poſſe carnes comedere. Ita Sanch. lib.5.Conſil.cap.1.dub.5.n.28.Probat, quia quãdo cauſa eſt manifeſta, ita eſt opus medici conſilio, ut docent Angles floribus 1. par. de jejunio fol.396. D.Antonin.2.p.tit.6. cap.2,§.6. & Sylveſt. v. jejunium q.7. fine.

QVÆSTIO III.

Quanta ſit Doctoris poteſtas ad faciendum opinionem?

1336 CVm præcipuus hujus quæſtionis ſcopus ſit expendere, quantam habeant Doctores authoritatẽ, ut impẽdãt opinionibus probabilitatẽ, nõ erit abs re priùs declarare, quid ſit authoritas, quid opinio, quid opinio probabilis, & communis. Authoritas licèt apud Canoniſtas quandoq; nõ differat à juriſdictione cap. in literis, de offic. deleg. & interdum ſit authorizabilis conſenſus, qui cõpetit ex officio publico, v.g. in judice, vel ex legitima adminiſtratione, v.g. in tutoribus & curatoribus. Gloſſ. v. tractatus cap.1. de rebus Eccleſ. non alien. in 6. & fa-

Authoritas quid ſit.

„ ret Livius Dec.1. Decreverunt (inquit) ut „ cum populus regem juſſiſſet, id ſic ratum eſ- „ ſet, ſi Patres authores fierent. Ideſt ſi authoritatem ſuam, & decretum interponerent, quo id ratum haberent, & comprobarent: tamẽ fuſo ſignificatu extenditur ad innuendam venerationem, eminentiam, ſeu dignitatem, quã ſequimur, & cui cedere ſolemus. Vnde (teſte Sypontino col. 602. num.20.) author eſt, qui per ſe ipſe facit, nec ab alio accipit: & authores alicujus ſententiæ, vel conſilij appellantur illi, quorum ſententiam, vel conſilium ſequimur.

Author quis,

1337 Opinio apud Iuriſtas, ut definit Speculator, eſt dubia particularis arbitratio, quæ à Doctoribus alicujus ſcientiæ authoritatem habet. Iuxta Goff. eſt probabilis arbitratio Doctorum non niſi ob inſtructionẽ ſtudentiũ in ſcriptis redigenda. Apud Logicos (ut docet Conimb. in c.26. de ſcientia q.1.a.1.) eſt habitus inclinãs ad aſſerendum alicui rei, vel ex terminis, vel ob rationẽ probabilẽ cũ formidine partis oppoſitæ. Apud Theologos opinio (ut Sylveſt. v. eod. colligit ex S.Thoma 1.2.q.11. a.4.) eſt quæ neq; evidentiã, neq; certitudinem habet, ſed credulitatẽ fundatam in humana ratione, inſufficiente tamen, & non concludente neceſſariò. Probabile juridicè prout dividitur ab occulto, eſt quod per teſtes probari poteſt:

Opinio quid ſit.

Probabilis opinio,

philoſophicè ex mente Ariſtotelis 1. Topic. dicitur, quòd videtur omnibus, aut pluribus, aut ſapiẽtibus, & ex his aut omnibus, aut pluribus maximè famigeratis. Vnde Opinio probabilis theologicè juxta Sanch. lib.1. Decal. cap.9. eſt illa quæ nititur authoritate fidedigna, vel ratione alicujus momẽti, adeo ut ſola authoritas, vel ſola ratio ſufficiat. Quod procedit, niſi repugnet alicui decretò, vel manifeſtæ rationi. Quæ ſola nititur authoritate, vocatur probabilis ab extrinſeco: quæ nititur ſola ratione, dicitur ab intrinſeco probabilis.

1338 Communis opinio apud Iuriſtas eſt aliud, quàm fama: nam cõmunis opinio facit jus l.1.C. de re judic. fama nõ facit jus. Item cõmunis opinio probat, fama nõ probat. Differt etiam cõmunis opinio à notorio, quia illa eſt de lõgè præteritis, quæ probari nõ poſſunt de facili, ſcilicet per teſtimoniũ viſus: at notoriũ eſt de præſẽtibus, vel proximè præteritis, quæ de facilè probari poſſunt per teſtes diviſim. Si verò loquamur de opinione authorũ, illa cõmunis dicitur, quã plures, gravioreſq; amplectũtur. Ita Panorm. in cap. prudentiã, de offic. deleg. Cui non diſſentit Azor par.1. lib.2. cap.13. affirmans opinionem communem eſſe accipiendam pro ſubjecta rei cujuſq; materia, atque adeo in S.Theologia cõmunẽ cenſeri illam, quæ cõmuni Theologorũ cõſenſu recipitur: in jure cõmunẽ dici, quã cõmunis juris interpretũ cõſenſus approbat. Sanch. lib.1. Decal. cap.9.n.19. exiſtimat opinionem cõmunem nõ dici ex authorum numero, qui eam tradunt nulla diſcuſſione præmiſſa: ſed quæ licèt habeat paucos authores, ab ijs tamen pro utraque parte diligenter examinata eſt. Vide Gutier. pract. lib.3. quæſt.13. nũm.34. Amar. Roder. in pract. cap.10. num.34. Aloyſ. Ricci in collect. deciſ. par.4. collect.802. & Corr. in memorab. fol.625.

Opinio communis.

1339 Prima difficultas eſt, quãta ſit authoritas ſanctorum Doctorũ, & Patrũ Eccleſiæ ad faciendã opinionẽ, vel doctrinã certã? Quales ſint Doctores, quorum doctrina eſt approbata, docuit Papa Gelaſius in cap. Sancta diſtinct.15. alij recenſentur in cap. Glorioſus, de religion. & venerant ſancta in 6. ubi afferuntur Gregorius, Auguſtinus, Ambroſius, & Hieronymus. Alios refert S.Thoma lib.4. contra gent. cap.24. & nos ſupra diſput.1. nominavimus Doctores Eccleſiæ Græcæ & Latinæ. Vt inveſtigemus quanta ſit horum Doctorum, & Patrum authoritas prænotandum eſt eos quandoque loqui proferendo meras authoritates ſacræ Scripturæ, quandoque proferendo ex ſuo ſententias concernentes ad ſalutem animarum, aut merè philoſophicas. Eſt igitur citra dubium authoritates ſacræ Scripturæ non ſolum continere infallibilem veritatem, ſed poſſe allegari in

Doctorũ Eccleſiæ & Patrũ authoritas,

 cauſis

cauſis tanquã leges. Cap. 1. de re jud. in 6. Gloſ. v. eloquia §. cognitio in Auth. ut judices ſine quoquo ſuffr. ſequitur Zerola in praxi Epiſcop. p. 1. & Bal. in Auth. ad hæc C. de uſuris. Hinc eſt quòd ſacræ Paginæ authoritates, quas congerit Gratianus in Decreto, amplectendæ ſint in rebus animam tangentibus, ut tradunt Innocent. in cap. cum venerabilis n. 6. de except. Felin. in c. 1. n. 44. verſ. intelligerem, de reſcrip. & Greg. Lopez p. 1. tit. 1. lib. 6. gloſ. 2.

Patrum dicta in Decreto Gratiani.

1340 Maior dubitatio eſt, quantã ſanctorũ Doctorũ, & Patrũ ſententiæ, quas proferunt de ſuo, authoritatem vendicent? Dicta ſanctorum, quæ Gratianus Decreto inſervit, haberi pro lege, & deciſionibus cauſarum, deſeruire Emma. Rot. to. 1. regul. q. 6. a. 2. verſ. quoad primam, & Gregor. Lopez p. 1. tit. 1. l. 6. gloſ. 1. Oppoſitũ docet Iſernia in præludijs feudor. n. 46. & expreſſè Sanch. tom. 3. Matr. lib. 9. diſp. 12. n. 5. ubi ait dicta Sanctorum inſerta in Decreto non habere firmam authoritatem. Dico 1. Concilia ſacroſancta, Summorum Pôtificum Conſtitutiones, & Epiſtolæ decretales, quæ continentur in corpore juris Canonici habent maiorem authoritatem, & ſi ſufficiêtem ad derogandum dictis ſanctorum Patrum. Ita Petrus Gregor. de Repub. lib. 12. cap. 10. n. 2. Sumitur ex Leone Papa IV. ſcribente ad Epiſcopos Britaniæ, prout refertur cap. 1. 20. diſt. & cap. ſi Romanorum, ot cap. in Canonicis 19. diſt. Deinde ex ratione, quia licèt ſancti Patres, & Doctores Spiritu S. afflati multa optimè ſcripſerint, tamen in judicijs & cauſis determinandis cedũt authoritati præſulũ, qui in Eccleſia habẽt poteſtatem decidẽdi. In negotijs enim definiẽdis, non ſolum ſcientia, ſed etiam poteſtas exigitur. Ideoque nõ licet aliorũ ſequi cõmẽtaria, & ſacrorum Conciliorum deſerere Canones. Cap. 1. & 2. 20. diſt. cap. ſi ille 50. diſt. Hinc S. Thom. 1. part. quæſt. 1. art. 8. ad 1. D. Auguſtinus ad Hierony num dicebat: Ego ſolis libris, qui canonici appellantur, eum honorẽ deferre didici, ut nullũ ſcriptorum eorũ errâſſe firmiſſimè credã, cæteris autẽ quantumlibet doctrina, & ſanctitate polleãt, nõ ideo verũ eſſe credo, quia illi ſic cenſuerunt.

Opiniones ſanctorũ Patrum.

1341 Dico 2. Quando ſancti Doctores, & Patres in diverſas abeunt ſententias, unicuique integrum eſt, quam maluerit, amplecti. Ita Ioan. Andr. in cap. ne innitaris, de conſtitution. Felin. ibid. n. 5. Innocent. num. 1. verſ. ſi vero, & D. Rotaricus in proœm. Decreti num. 27. Ponunt exemplũ in Salomone damnato, in quo puncto ſancti Patres variant. Ratio aſſerti poſiti eſt manifeſta, quia tunc nemo poteſt ſententias, inter ſe pugnãtes ſimul ſequi, v. g. Salomonem fuiſſe, & nõ fuiſſe dãnatũ; ergo licitũ eſt utrãlibet amplecti. Dico 3. Sãctorũ Doctorũ, & Patrũ, ſive plurium, ſive paucorũ authoritas, cũ aſſentur ad eas veritates, quæ cõtinẽtur naturali lumine, nõ ſuppeditat infallibile argumẽtũ, ſed tãtũ pollet, quantum ratio cõſentanea perſuaſerit. Ita ex Cano de locis Theolog. lib. 7. c. 3. D. Roter. cit. in proœm. n. 28. Quia ſãcti ſcriptores nõ fuere vehemẽter ſoliciti in libris philoſophicis evoluẽdis, & arcanis naturæ perſcrutãdis: quin philoſophorũ libros, ut ſe totos divinæ ſapiẽtiæ devoverent, aut omninò valere juſſerint, aut ſolum à limine ſalutaverint. Dico 4. Cõcors ſanctorũ omnium interpretatio alicujus loci S. Paginæ, vel intelligẽtia in docẽdo aliquid ſpectãte ad rectã fidẽ, accipi debet pro catholica veritate. Ita Canus de locis Theolog. n. 32. c. 6. §. Quarta præceptio. Penha ad director. 2. p. c. 27. verſ. ſit quarta. Sumitur ex Cõcil. Lateran. ſub Leone X. Act. 10. habetur in 6. Synodo can. 19. Trullano, ex Auguſt. 18. de civit. cap. 45. & Concil. Trident. ſeſſ. 4. quatenus pro regola intelligendi ſcripturam tradit unanimem conſenſum Patrum. Obſervabis tamen dictum conſenſum nõ eſſe regulam fidei ex eo quòd Patres habeãt authoritatẽ definiendi res fidei, ſed propter authoritatem, quam habent judicandi, ac teſtificandi quod aliunde de fide eſt. Addit Suar. de fide diſp. 4. ſect. 3. nu. 13. ſi Patres tradant ſenſum illum, ut certum, vel traditum ab Apoſtolis, vel ut ſufficientẽ ad cõfirmandũ dogma fidei, tunc facere certam fidem, quia ſunt ſufficientes teſtes de cõmuni ſenſu, & traditione Eccleſiæ. Si autem ſolum tradant hunc ſenſum tanquam proprio ingenio invẽtũ, nõ faciunt (inquit) certam fidẽ, valde ramẽ temerariũ eſſet illis cõtradicere. Illud notat D. Rotericus citat. n. 29. Origenianos ob id fuiſſe in 6. generali Synodo damnatos, quòd novas ſcripturarum expoſitiones, contra maiorum traditionem invenerint.

Patrũ cõſenſus in rebus fidei.

Opinio probabilis a quo fieri poſſit.

1342 Secunda difficultas eſt, quanta ſit authoritas Doctorum qui graduantur in Academijs, ad faciendam opinionem? Non arbitror quencũq; Doctorem, ex præciſa ratione graduationis, habere authoritatẽ ad faciendam opinionẽ ſimpliciter & abſolutè probabilem; id enim ſolum cõcederẽ Doctori maximè famigerato, quales fũt v. g. Franc. Suarez, Ludovicus Molina, & Thomas Sanches: alij enim mediocriter famigerati plures eſſe debẽt, ut ex illorum modicis authoritatibus coaleſcat una ſufficiẽs ad faciẽdã probabilẽ opinionem. Nam probabile ex præciſa authoritate eſt illud quod tale videtur ſapiẽtib⁹ aut plurib⁹, aut maximè famigeratis. Dixi (ſimpliciter & abſolutè probabilẽ) quia reſpectivè, ſcilicet in ordine ad imperitos, probabilitatẽ habere poteſt. Vnde ſi vir imperitus cõſulat Doctorẽ timoratũ, ſicut ſi ruſticus ſuũ parochũ, poſſunt ſequi tãquã probabile, quidquid ab illis dictũ fuerit, modò nõ appareat error. Si enim ſufficit ut prudenter credamus aliquid Romæ eveniſſe, quòd vir pius id aſſerat, cur non ſufficiet in re morali dubia

quod vir pius & doctus id judicet. Quò igitur Doctorum authoritas plus multiplicatur, eò magis probabilem reddit opinionem. Vnde opinio illa præſumitur verior, quæ à maiori parte Doctorum crebriùs recepta, & approbata exiſtit. Ita Bartol. in leg. ult. Cod. de pæn. judic. qui malè judic. Bald. in l. 1. ff. de Senat. Alexand. conſ.7.num.10.lib.4. Roman.conſ.61.num.2. Corn. conſil.186.num.7. lib.3. Menoch. lib.2.præſump.71.num.2. & Emman.Barb. in remiſſ. ad Ordinat. Luſitan. lib.3. tit.64.§.1.num.4. Sumitur ex text. in l. Athletas ff. de his, qui notantur infamia. l. ita vulneratus ff. ad l. Aquil. l. Vn. ff. de officio quæſtoris. l. divi fratres ff. de jure patron. & in princ. Inſtit. de hæred.

1343 Quantam vim habeat multiplicata authoritas, conſtat ex traditis per Suar. de leg. lib.6.cap.1.n.6. ubi ait ſi in alicujus legis intelligētia omnes interpretes cōveniāt, facere humanā certitudinem, & regulariter loquendo, inducere obligationē ſervādi legē in tali ſenſu. Dicta tamē nō ſuadēt illā ſēper opinionē eſſe veriorē, & ſequēdā, quā maior Doctorū multitudo amplectitur. Quia cōmunis opinio (ut ait Em. Bar. cit. n.5.) nō eſt præferēda illi opinioni, quæ validioribꝰ, & melioribꝰ rationibꝰ fundata eſt. Et ſic intelligo quod dicitur can. qui contēpta diſt.8. nēpe Doctoris dicentis authoritati nō eſſe ſtādum, ſed potiùs rationi per allegantem aſſignatæ, & in cap. Ego ſolis diſt. 9. ubi aſſeritur Doctorū ſcriptis in tantū credēdū eſſe, in quantū veritati cōſonāt: & ſic in approbādis opinionibus nō eſſe habēdū reſpectū ad authoritates Doctorū, ſed ad rationes urgētes. Quæ loca nō ſic accipere debes, ut Doctorū authoritas nihili fiat, ſed quòd authoritas præciſé accepta non prævaleat rationi, ſed è cōtra. In hoc ſenſu videntur loqui Surdus to. n. 1. cōſ. 9. num.50. & Maſcard. de prob concl.16. num. 5. ubi affirmant Doctores intelligi debere ſecundùm jura: tum quia eorū dicta ſemper præſumantur fundari in lege, & ratione, tum quia in tantum habent vim probādi, in quantū momentis legum, ac rationum fundantur. Doctor enim volēs probare ſuā cōcluſionē debet allegare legem, & quotam ipſius, ut fecit Papa allegans Innocentiū can. ſi Romanorum diſt.19.

Authoritas nō prævalet rationi.

1344 Tertia difficultas eſt, quænā authoritas præferenda, & habēda ratio in opinionibꝰ eligēdis? Reſolutio hujus difficultatis magna ex parte ex dictis conſtat, innoteſcet tamē magis ex dicēdis. Eſt igitur perſpicuū præferēdā eſſe maiorē authoritatē minori, fortè ratione debili, & cōſequēter eligēdā opinionem, quæ validioribus authoritatis, & rationis præſidijs fulcitur. Vnde hujuſmodi opinio prævalere debet contra communem, & docent Nevizan. lib.5. ſylvæ n.67. Barbat. in Clem. Ne Romani, de elect. Decius conſ. 481. in fine, Boteus in cap.1. 269. de conſtitut. Roland. lib.2. conſ. ult. Curtius junior conſ.160. in fin. & Stephanus de Federicis tract. de interp. juris ult. parte num. 107. ubi declarat, quæ dicatur melior, & efficacior ratio. Nec eſt novum opinionem non communem poſſe, & interdum debere præferri opinioni communi. Id enim confirmat varijs exemplis Menochius lib.2. præſump. 71. Et quidem 1. Opinio alicujus Sancti munita authoritatē novi, aut veteris teſtamēti præfertur communi, ut aſſerunt Navar. cap.27. Manual. num. 286. & Nevizan. d. lib.5. num.66. 2. Opinio æqua & benigna præferenda eſt communi admodum rigoroſæ. Ita Nevizan. in l. 5. ſylvæ nupt. num.68. Franc. Marcius quæſt. 692. 1. par. Socin. junior conſ.89. num.7. Patiſ. conſ. 9. num. 24. Petrus Caballi. de omni gen. homicid. num.374. & Navarr. dict. cap.27. num. 287. 3. Communis opinio poſtponenda eſt, quando qui eam conſtituerunt, nō erāt periti in ea ſcientia, vel arte. Ita ex Neviz. d. lib. 5. num.69. Menoch. cit. num.26. Cum credendum ſit in arte peritis, non autem imperitis. 4. Quando cauſa eſt valde favorabilis, & privilegiata, ut ſunt cauſæ matrimoniales, viduarum, pupillorum, & teſtamētorū, à cōmuni opinione licitū eſt recedere. Ita ex Felin. in cap.1. ut lite non conteſt. Cōtra in Memorab. verbo Nuptiorum pag. 618. Emman. Barb. citatus num. 8. & Menoch. num.30. Notant vero Decius in cap.1. de conſtit. & Neviza. d. lib.5. n.73. hoc procedere, quando opinio communis eſſet dubia: ſecus, ſi clara. Quia tunc ita favendum non eſt cauſæ favorabili, ut alijs fiat injuſtitia. 5. Cum multis allegatis tradunt Menoch. d. lib.2. præſ. 71. num.51. & Emman. Barb. n.9. excuſari judicem, ſi omiſſa recepta communi Doctorum opinione, ſequutus eſt illam, quā aliquando ejus præceptor veram eſſe affirmavit.

Opinio præferenda quæ.

1345 Præterea ut Doctorū authoritatē magis ſeruremur, quātū authoritati Gloſſæ deferendū ſit, paucis exponit Rolandus vol.1. conſ.94. n.25. Tanto fortiùs (inquit) huic opinioni adhærere debemus, cū habeamus authoritatem Gloſſæ in d. cap.1. à qua in dubio in judicando non eſt recedendū, & maximè quādo non reperitur reprobata, ſecūdùm Alex. in conſ.139. in fine vol.6. & quæ omnes alias authoritates antecellit, quando Doctores communiter non concludūt contra eam, ut in caſu de quo agitur, prout dicit Afflict. in deciſ.384. col.1. & deciſ.20. Quod verò Doctoribus plurimùm deferēdū ſit, ſatis innuit Pōtifex can. neq; quorūlibet diſt.9. ibi ait eorū dicta poſſe reprobari, cū vim canonū nō habeant, at reprobantē ſemper debere reddere honorē dicendo, ſalvo honore. Dubium eſt 1. Quibus ne in opinionū conflictu magis deferēdum, Doctoribus Theologis, an Canoniſtis? Hoc dubium movit, ſed non ſolvit Auguſt. Barb. tom.3. Collect. in cap.

Gloſſæ authoritas quāta ſit.

Theologorū opinio an Canoniſtarū præferenda.

 cum

cum in diœceſi, de uſuris, num. 6. remittit tamen ad Emman. Roter. qq. regul. tom. 1. q. 11. a. 4. Gaſpar. Roter. de annuis andit. lib. 3. q. 4. a num. 64. Mantic. de tacitis & ambig. convent. lib. 2. tit. 1. num. 58. & Surdum de alimen. tit. 8. privil. 29. num. 8. Nihilominus Menochius d. l. 2. præſum. 71. num. 49. cum alijs ibi citatis reſolvit, in dubitatione, quæ ab interpretatione pendet, putà in contractibus matrimonij, vel uſurarum, deferendum eſſe magis Canoniſtis. Emman. Barb. in remiſſ. ad Ord. lib. 3. tit. 64. nu. 15. abſolutè affirmat in dubio ſequendam eſſe opinionem Canoniſtarum, in his, quæ animæ favorem reſpiciunt. Cum verò citatus author nullam fecerit mentionem Theologorum, exiſtimo locutum fuiſſe de Canoniſtis comparativè ad Legiſtas: quia Canoniſtæ multum tractant de anima, Legiſtæ fere nihil. Dubitationem igitur inter Canoniſtas & Theologos cũ diſtinctione reſolvendam arbitror, ut ſi controverſia fuerit de rebus animæ in ordine ad forum externum, plus Canoniſtis, quàm Theologis; ſi in ordine ad forum internum, plus Theologis, quàm Canoniſtis deferatur. Nam & ſi Theologi Canoniſtis cedant in foro externo, tamen longè excellunt in interno.

Opinio ferenda quæ.

1346 Dubium eſt 2. quænam opinio magis probanda ſit, illa quã Doctor tradidit conſulendo, an quam tradidit docendo ex cathedra? Pro priori ſtant Gomez in §. quædam num. 26. in Inſtitut. de action. Socin. junior con. 23. num. 10. lib. 1. Boer. in q. 155. n. 24. Alciat. in reſponſ. 263. fine, Emman. Barb. cit. ad tit. 64. §. 1. num. 6. ubi remittit lectorem ad Fichard. tit. 17, num. 429. pag. 251. & Flamin. de reſig. tom. 2. lib. 11. q. 10. num. 31. Nihilominus pro poſteriori, quam Doctor tradidit docendo, rectiùs judicant Pariſius in conſ. 110. num. 20. lib. 1. Rubeus conſ. 127. num. 8. Gravet. tract. de antiquit. temp. 3. partic. 1. par. num. 48. Zaſius lib. 1. ſingul. cap. 7. num. 8. & alij quos citat, ac ſequitur Menoch. d. lib. 2. præſ. 71. num. 48. ſolis adductis authoribus, & nulla adducta ratione. Ratio tamen quæ me movet ad hanc partem ſequendam eſt, quia Doctor ex cathedra docẽs omnes ingenij ac ſtudij vires contendit ad aſſequendam, & inculcandam omnibus veritatem, abſque ullo affectu placendi his magis, quàm illis: at quando conſulit, non videtur tãtum ſtudij impendere, & periculum eſt, ne moveatur affectu favẽdi his, & impugnandi illos. Dubium eſt 3. quænam opinio præferenda eſt, quando Doctores in aliquo articulo ſunt varij? Dico 1. tunc præferri debet opinio humaniorum, id eſt rationabilior, & æquior. Ita ex Corſet. in ſing. opinion. Barb. tom. 2. Collect. ad cap. ſi vir num. 2. de cognat. ſpirit. Dico 2. Quando opiniones ſunt dubiæ, illa ſequenda eſt, quæ alias conciliat, & ad concordiam reducit. Ita ex Neviz, Curtio, Gomez, & Pariſio, Menochius cit. num. 47. Obſerva 1. ex eodem num. 14. Rotæ Romanæ deciſionibus tantum deferendum eſſe, quantum ratio ipſa urget. Obſerva 2. ex eod. num. 41. Doctores graviores ſequendos eſſe, & tunc præcipuè, quando eorum ſententiæ in fonte videri poſſunt. Obſerva 3. ex eodem num. 43. & 44. opinionem ejus, qui duobus locis eam ſecutus eſt, præferri ei, qui uno in loco tantum: item præferendam eſſe eam pro qua plus ſcripſit, vel quam ultimo loco affirmavit.

Rotæ deciſionum authoritas.

QUÆSTIO IV.

Quanta ſit Doctoris poteſtas ad faciẽdam fidem, ut ſibi credatur?

1347 CVm alia ſit authoritas ad faciendam opinionem in re litteraria, alia ad faciẽdam fidem in rebus humanis, illa provenit ex ſapiẽtia per ingenium, & ſtudium parta, hæc provenit ex veracitate, quæ præſumitur in perſona gravi, honeſta, & docta. Vtranque authoritatem illã dari in Doctore, perſpicuum eſt. Egimus de priori quæſtione præcedenti. Agendum nobis modò eſt de poſteriori, ea nempe authoritate, quæ fidem facit, ut credatur res aſſerta: proindeque examinandum in varijs materijs, quanta fides ſit adhibenda Doctori ſuum teſtimonium proferenti.

Prima difficultas eſt, an integra fides ſit adhibenda excellenti Doctori de conſuetudine atteſtanti? Partem negativam defendunt Alex. in l. poſt dotem ff. ſolut. matr. Corn. in conſ. 83. circa 1. lib. 4. Aret. in conſ. 132. in cauſa quæ vertitur col. 2. Franc. Curt. conſ. 78. incipit Domina Franciſca col. fin. Neviz. conſ. 25. num. 7. Pariſ. conſ. 31. num. 14. Vldaric. Zaſ. in repetit. l. de quib. num. 23. ff. de legib. Berous cap. potuit n. 80. de locato, & Navarr. cap. Placuit, de pænit. d. 6. a num. 186. Fundantur 1. quia tota ratio faciendi fidem eſt authoritas affirmantis, & authoritas Doctoris excellentis non eſt maior quàm authoritas alterius præcellentis viri in magna dignitate conſtituti: atqui dicto viri præcellentis dignitatis non creditur l. jurisjurandi in fin. C. de teſti. ergo Doctori affirmanti non eſt integrè fides adhibenda. Fundantur 2. quia teſti cujuſcunque qualitatis non creditur abſque juramento, ut ſumitur ex cap. tuis, de teſti. & id circa Epiſcopum decretum eſt in cap. fin. de jur. cal. quin imò nec S. R. E. Cardinali creditur, ſi deponat abſque juramento, ut docuit Gloſſ. in cap. cum olim 1. & ibi Abbas, de privil. Ergo idem dicendum eſt de Doctore

Fides Doctori adhibenda.

non

non jurato. Fundantur 3. nam conſuetudo conſtitit in facto cap. 1. de conſtitut. in 6. ſed Doctori atteſtanti quæ in facto conſiſtunt, non eſt credendum plus quàm alijs: facta enim per ſenſum, & non per diſcurſum intellectus, aut per doctrinas cognoſcuntur, ut notat Bart. in l. ſolam C. de teſtib. Cum igitur profeſſio Doctoris non ſit ſcire conſuetudines, utpote non conſiſtentes in libris, & doctrinis, ſed in conſenſu populi, hine eſt non eſſe adhibendam maiorem fidem Doctori illas affirmanti, quàm viris quibuſcunque indoctis.

Conſuetudinis pro batio per aſſertum Doctoris.

1348 Partem nihilominus affirmativam tenent Bart. in repet. l. de quibus poſt num. 21. ff. de legib. Paul. Caſtr. cõſ. 164. incipit in præſenti vol. 2. ubi ait credendũ eſſe Baldo atteſtanti de conſuetudine in l. cum antiquioribus C. de jure delib. propter ejus authoritatem. Citatis ſubſcribunt Cravet. conſ. 116. col. 3. Iaſon l. filius a patre num. 17. ff. de liber. & poſthumis, Ant. Gomez l. 41. Tauri n. 4. & alij multi, quos refert Maſcard. de probat. concl. 416. Videntur fundari, quia conſuetudo ſufficiẽter probatur per famam, ut aſſerit Dueñas reg. 299. limit. 21. ergò à fortiori per aſſertionem Doctoris famigerati. Accedit Thomas Sanch. lib. 7. Matr. diſ. 17. num. 8. ubi tertia concluſione reſolvit invaluiſſe conſuetudinem, ut affectus aliquo ex impedimentis ſupra relatis, minimè petita diſpenſatione ineat matrimonium: & conſtare de prædicta conſuetudine ex eo probat, quòd doctores antiqui, & neoterici, & ſanè inſignes, qui in diverſis orbis partibus ſcripſerunt, ac verſati ſunt, eam conſuetudinem legitimè præſcriptam eſſe referant. Et quidem poſitam ſententiam cum quadam moderatione, ut nempe Doctori aſſerenti cõſuetudinem vigere in loco, in quo ipſe verſatur, credendum eſſe, recipiunt Rochus in cap. fin. hoc tit. ſect. 8. num. 9. Galiaula in l. Gallus §. idem credendum num. 34. ff. de liber. & poſthumis, Palat. in repert. rub. §. 21. Rota Bononien. deciſ. 65. num. 12. Strach. de mercat. tit. de decoct. Anton. Mar. tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 17. de legib. num. 334. Menoch. de arbitr. caſu 360. num. 94. & alij quos referunt Barboſa patens in remiſſ. ad Ordin. lib. 3. tit. 64. n. 12. & Barb. filius in Collect. ad cap. cum dilectus, n. 17. de conſuet.

Doctoris aſſertum de conſuetudine facit præſumptionem.

1349 Vtraque propoſita ſententia ſuam habet probabilitatem, redditur verò magis probabilis, ſi à nobis, quantum fieri poſſit, in concordiam mittatur, per concluſiones ſequentes. Sit prima concluſio. Aſſertio unius Doctoris non facit plenam probationem, ſed facit præſumptionem, ita ut excellenti Doctori atteſtanti de conſuetudine adhibeatur fides præſumptivè, donec probetur contrarium. Ita expreſſè Maſcard. de probat. concl. 426. num. 13. pro qua reſolutione allegat Aym. Gravet. in conſ. 325. num. 2. & Decium conſ. 420. fine. Prior concluſionis pars habet manifeſtè patronos authores prioris ſententiæ, cuius fundamentis ſatis probatur. Poſterior pars habet à fortiori pro ſe authores poſterioris ſententiæ, & facilè ſuadetur à ſimili, nam dictum honeſti viri facit hujuſmodi credulitatem, ſeu præſumptionem, & obſervat Accurſius in l. Titio fundus ff. de condit. & demonſtr. Item pro judice atteſtante præſumitur, ut habetur cap. in noſtra, de procurat. quin etiam præſumitur pro notario atteſtante. Cap. ad audientiam, de præſcript. Ergò Doctori aſſerenti credẽdum eſt præſumptivè: atque adeo hujuſmodi præſumptio transferet onus probandi in adverſarium. l. generaliter §. ſi peritũ verſ. ſed cum ex præſumpt. ff. de fidei commiſ. lib. Secunda concluſio. Si Doctores communiter atteſtentur de conſuetudine, ita ut nullus contradicat, faciunt plenam probationem, ut nempe eis adhibeatur integra fides: ſecus, qui alij affirment, alij negent. Ita Sanch. lib. 7. Matr. diſp. 17. num. 8. Ioan. de Imo. in l. 1. §. nunciatio ff. de novi operis nunciat. & Maſcard. cit. num. 17. Poteſt ſuaderi, nam quo maior eſt authoritas eo facit maiorem fidem, & auget credulitatem, in ordine ad complendam probationem, quando tota probatio ex fide pendet: cum igitur maxima ſit authoritas Doctorum communiter atteſtantium de conſuetudine, quandò nullus contradicit, ſequitur eã facere ſufficientem probationem. Notat benè Emman. Barb. cit. num. 12. ex Mart. de juriſd. p. 4. caſu 95. num. 24. nullum Doctorem poſſe atteſtari de conſuetudine totius orbis. Quia nullus (addere poſſumus) moraliter reperietur, qui totum orbem peragraverit, & ſufficienter in ſingulis regnis moratus fuerit ad cognoſcendum omnium regnorum conſuetudines.

1350 Secunda difficultas eſt, utrum Doctor poſſit atteſtari de ſcientia diſcipuli: & quanta ei fides ſit adhibenda? Pars negativa, ſcilicet Doctorem non eſſe idoneum teſtem, ut nempe atteſtari poſſit de ſciẽtia ſui diſcipuli, ſuadetur 1. quia litteratura & ſcientia alicujus non per teſtes, ſed per examinationem perſonæ probari debet, ut conſtat ex „ cap. ſi forte, de elect. in 6. ibi: Si evidentem „ ſcientiæ defectum opponi contingat, illum „ ſtatuimus ordinem incommutabiliter ob- „ ſervandum, ut promovendus ante omnia „ ſubjiciatur examini. Quibus verbis Pontifex ſtatuens ordinem incommutabilem, nempe ut ſcientia exploretur examine, ſatis oſtendit, quando agitur de probatione litteraturæ, eam non per teſtimonium, ſed per examen habendam eſſe; ergo ſic nullus alius, nec etiam Magiſter de ſcientia diſcipuli atteſtari poteſt. Suadetur 2. nam Magiſter eſt inſtar patris, imò

Teſtis an poſſit eſſe Doctor de ſciẽtia diſcipuli.

Digitized by Google

Pater teſtis in cauſa filij.

pater modo nobiliſſimo, ut à nobis ſupra ſatis probatum manet num.1317. at qui pater pro filio teſtis idone' nõ eſt, ut exprimitur in utroq; jure l.teſtis idoneus ff.de teſti. & c.ſi teſtis verſ. Itẽ teſtis idoneus 4.q.2.& 3. imò nec admittitur ad teſtificandum leg. parentes juncta Gloſ. ibi verbo, adverſus ſe. Bart.num.2. Saly.in l.Summario Cod.eot. & hanc doctrinam pro regula affert Farinacius de teſtibus, q.54.n.145. ex Hoſtien. Ant.de Butr. Cardin. & alijs; ergo ſimiliter Doctor nequit eſſe teſtis circa litteraturã diſcipuli.

Doctor teſtis.

1351 Nihilominus pars affirmativa, ſcilicet Doctorem eſſe teſtem idoneum ſuper peritia ſui diſcipuli, tenenda eſt. Eam defendunt Nel.tract. de teſtibus n.31. Bal.in l.nemini C.de advocat.diverſ.jud. & expreſſiùs Gloſ. ſingularis in cap. omnis ætas 12. q.2. quam adducit, & ſequitur Maſcard.de probat.concl.877.num.10.concluſ.999.num.7. & cum multis Farinac. de teſtib. q.65. num.119. Habetur ex l.nemini licere C. de advocat. di- „ verſ. judic. ibi, Iuriſperitos, etiam eorum „ Doctores jubemus juratos ſub geſtorum te- „ ſtificatione depromere, etiam eum qui poſt- „ hac ſubrogari voluerit, peritia juris inſtru- „ ctum. Quibus verbis, illis præſertim (etiã Doctores eorum) ſcilicet advocatorum ſubeũtium examen, Imperator Leo non ſolum admittit, ſed præcipit admittendos magiſtros advocatorum ad ferendum teſtimonium ſuper eorum peritia. Confirmatur, nam ſi aliquid obſtaret, eſſet ſuſpectio, quòd nempe magiſter in rebus diſcipuli ſuſpectus foret: atqui magiſter in cauſa diſcipuli ſuſpectus teſtis non eſt, ut cum Gloſ.ad cap.Primum 12. q.1. tradunt citati authores; ergo poteſt reddere teſtimonium de peritia diſcipuli.

Scientia probatio an per teſtes haberi poſſit.

1352 Adducta in contrarium num. 1350. nihil conficiunt. Non primum, quia textus in d. cap.ſi forte, de elect. in 6. licèt ponat unum modum probandi ſcientiã per examinationem perſonæ, non tamen excludit alium modum per teſtimonium peritorum in illa ſcientia. Addit Maſcard.cit. concl. 877.num.11. poſſe nobis conciliari ſententiam oppoſitam, ſi dicamus eam eſſe veram, quando perſona, quæ cum alio concurrit nullos habet dignitatis gradus, ſicque non Doctor, & alter concurrens in aliquo dignitatis gradu eſt conſtitutus, & Doctor eſt: quia tunc (inquit) poterit probari per teſtes, vel inſtrumenta illius hominis habilitas, etiamſi agetur in contradictorio: quia ex quo producitur privilegium de gradu, ille præferendus eſt: ſecus, ubi ambo eſſent in aliquo dignitatis gradu collocati: quia tunc ad probandum qui ſit magis idoneus, & habilis, requiritur examinatio perſonæ. Sic (concludit) diremit Rota deciſ. 8. aliàs 270. in noviſ. de probat. & docent Bella. in deciſ.113. ac Mil. in repert. Verbo, probari non poteſt litteratura ex Hoſtienſi in Summa §. injuſtam eſſe, de inſtitut. & Philip.Franc. ad cap.ſi forte, de elect. in 6. Non obſtat 2. quia Magiſter ſolum dicitur pater diſcipuli lato modo, cognatione & conjunctione quadam doctrinali, proindeque ſolum in favorabilibus, & non in odioſis ipſi Magiſtro & diſcipulo. Vnde ſicut Magiſter poteſt eſſe judex in cauſa diſcipuli, quin reputetur ſuſpectus Authent. Habita C. ne filius pro patre, ita poteſt eſſe teſtis. Accedit poſſe in aliquo caſu admitti teſtimonium patris in cauſa filij, ut videre eſt in cap.præſens 20. q.3.

Peritorũ teſtimonio ſtandum.

1353 Quanta vero fides (quæ erat altera pars difficultatis propoſitæ) adhibenda ſit Doctori atteſtanti de peritia diſcipuli, non facile definiri poteſt. Mihi perſpicuum eſt, Magiſtro de peritia diſcipuli atteſtanti maiorem fidem adhibendam eſſe, quàm reliquis. 1. Quia Magiſter eſt peritus in ea facultate de qua teſtimonium reddit, & receptiſſimum axioma eſt inter Iuriſtas, Peritis in unaquaque arte ſtandum eſſe. l.1.in princip.ff.de ventre inſpic. l.bonorum, de bon.poſ. l.inteſtato, de ſuis, & legit. l. ſeptimo, de ſtatu homin.l. ſemel C.de re mili.lib.12. §.quod autem à nobis, Auth.de non alien. cap.ſignificaſti 2.de homicid. cap.propoſuiſti, de probat.cap.fraternitatis, de ſtig. & malef. & ita cum multis Socin.junior conſ.ult.num.6.vol.1. Corn. conſ. 148.num.31.vol.2. Farinac.in praxi crim.p.5.q. 127.num.102. Azeved.conſ.30.num.65.Seraphi. deciſ.665.num.2.& Aret.conſ.83.num.11. Quæ doctrina ampliatur ut procedat, peritis magis credendum eſſe, quàm omnibus cæteris teſtibus, quanvis numero ſuperioribus. Ita ampliát Specul.in tit.de probat. §.fin. col.pen. Abbas conſ.20.num.15. Roman. conſ.255. num.4. & Mar.Mant. ſing.257. in princ. 2. Quia teſti oculato & experto magis credendum eſt, quàm alijs: Magiſter autem circa peritiam ſui diſcipuli, quam illi longo tempore per ſummum laborem inſtillavit, & inſtillatam exploravit, teſtis eſt magis oculatus & expertus, quàm reliqui. 3. Quia loquendo generaliter, magis credendum eſt teſti Doctori, quàm non Doctori, ut latè probant ex Bald. in l.nemini C.de advoc.diver. judic. & ex Alex.in l.de mora ff. de jure fiſci, Natta conſ.537. in fin.lib.3. Monticel. in repert. teſt. rubr. Doctor in cauſa ſcholaris fol.26.col.2. & Farinac.de teſtib.q.65.num.119. ergo à fortiori magis credendum eſt Doctori, quàm reliquis in cauſa litteraria diſcipuli.

Teſtimonium Doctoris.

1354 Maior difficultas eſt, an Doctori ſic atteſtanti integra fides adhiberi debeat, ita ut nihil amplius requiratur ad probandam litteraturam diſcipuli? Pro parte negativa facit regula generalis, teſtimonium ſcilicet unius quanvis dignitate præditi fidem integram minimè facere, ut ex l. jurisjurandi,

in

Digitized by Google

in fine C. da teſtibus,& cap.licèt univerſis, da teſtibus probat Sanch.lib.7.Mat.diſp.113.n.17. & facit alia regula, In ore duorum, vel trium ſtare omne verum,cap.in omni negotio,de teſtib. ergo non ſufficit unius Doctoris teſtimonium de peritia diſcipuli. Accadit communis opinio,quam defendunt Alex. l.1.§.fid.n.4.ff. de verb.oblig.item Dec.Abb.& Felin. ad cap. propoſuiſti,de probat. nempe duos ſaltem peritos requiri ad teſtificandum in cauſis peritiã teſtium requirantibus. Nihilominus pars affirmativa videtur placuiſſe Maſcardo de probat.
„ concl.999.num.9. ubi ſic ait: Licet ex laude
„ diſcipuli Magiſtro laus quæratur, & ex de-
„ decore,dedecus: receptum tamen eſt, quòd
„ Magiſtri aſſertioni ſtatur cum juramento de
„ ſcientia, & peritia diſcipuli ſui. Quod probat ex l.nemini C.da advoc.diverſ. judic.& ex Authen.Habita C.ne filius pro parte. Confirmatur 1.quia peritus adhibitus ad teſtimonium illud non tam habet vicem teſtis,quàm judicis. Vnde Ioan.Garcia de expenſis cap.24.num.18. quem ſequitur Sanch.cit.num.7. ait hos peritos obtinere vicem teſtium, quatenus deponunt:& vicem judicum, quatenus ex forma ſententiæ judicis,cujus vi & poteſtate creantur, judicant: ad judicandum autem ſufficit unus judex; ergo & unus Doctor ad ſentiendum de peritia diſcipuli. Confirmatur 2.quia licèt regulariter non ſufficiat teſtimonium unius periti,hoc tamen fallit, quando unus ſolus reperiretur in civitate illa fidedignus,ut ex Authẽt. de non alien.quod autem collat.2. cum multis docent Anton.Gomez tom.2. var. cap.9.nu.5. & Maſcar.cit.concl.1174.n.21.quia tunc ſufficit unus peritus; ergo à fortiori ſufficiet unus Magiſter circa peritiam diſcipuli: quia regulariter eſt unicus illa fidedignus. Confirmatur 3.quia quando unus peritus datur publicè deputatus, & ſalariatus ad aliquam artem, vel ſcientiam exercendam,& profitendam, tunc ei ſoli creditur,ut docent Bart.ad l.1. C.de auric.& ponder.lib.11. Lancell.ad l.1.§.fin.nu.12. ff.de verb. oblig.& Iac.Novel.reg.148.num.1. ergo idem dicendum eſt de Doctore qui publicè ſalariatus,vel deputatus diſcipulum docuit. Ex dictis patet ſolutio fundamenti partis oppoſitæ, dũmodo advertas noſtram non procedere, quando in jure certus numerus peritorum definitur, ſicut juxta Gloſ.in l.Magiſtros C.de profeſſor. & medic.lib.10.ſeptem Doctores ad minus requiruntur in approbatione alicujus ſcholaris: tunc enim talis numerus omninò adhibendus eſt.

Medicus quis ſit.

1355 Tertia difficultas eſt, quid & quantum poſſint Doctores medici ad faciendam fidem? Adverte 1. medicum in tota ſua latitudine,juxta Bart.ex l.1.in prin. ff.de variis & extraor. cognit. dici illum, qui alicui parti corporis medicinam adhibet. Vnde appellatione medici ſic latè accepti veniũt non ſolum chirurgi, ſed etiam obſtetrices, & qui dolores dentium, vel auricularum curant, niſi id faciant per incantationem, ut rectè obſervant Bal.ad l. 1. C.mandati, & Boer. q.323. num.20. Adverte 2. medicos alios eſſe ſupremo Doctoratus gradu inſignitos,alios non ita: nobis autem de omnibus ſermonem eſſe, ſed præcipuè de Doctoratis. Sit igitur generalis & vera reſolutio. Medici fidem faciunt,ita ut fides eis adhiberi debeat in omnibus,quæ ad artem medicam ſpectant. Ita Iodoc. Damohuder.in Enchir. par.aut ſimili verb.medicus, & Specul.in §.Videndum reſtat num. 26. ver.hoc quoque, de probat. Nam vulgare axioma eſt, (Artifici credendum eſſe in arte ſua) item (Peritis in unaquaque arte ſtandum eſſe) ut ex jure ſatis oſtendimus ſupra num.1353. Et quidem recta ratio poſtulat, idque voluit Imper. Iuſtinian.in §. quod autem Authen. de non alien. eos qui illius rei, de qua controvertitur, naturam apprimè callent,conſulendos eſſe.

Medicis quãta fides adhibenda.

Medicis in quibus rebus credatur.

1356 Vt hæc doctrina pleniùs innoteſcat,nonnulla in particulari ex illa elicienda,& decidanda ſunt. 1.quando agitur ſuper corruptione aeris, & ſuper bona vel mala citati valetudine, medicorum judicio acquieſcendum eſt. Ita Fran.Mar.deciſ. Delph. 519.num.12. par. 2. 2. cujuſcunque ægritudo probatur teſtimonio medicorum. Ita Bart. in l.1.ff.de vent.inſpic.& in l.contumacia §.pœnã ff. de judic. Conſtat ex reſcripto Gordiani Imperatoris in l.ſemel C. de re milit. lib. 12. ubi conſultus Imperator reſpondit, (militem à militia ægritudinis ergo non debere mitti,niſi medicis hoc denunciantibus. 3. de vulnere,ſitne lethale, an non? medicorum teſtimonio credendum eſt, ut poſt Bart.in procemio ff. de orum in princ.col. 4.verſ.item nota, tradidere Decius conſ.415.in princ.Boer.q.324.num.21.& communiter interpretes ad cap. ſignificaſti 2. de homicid. 4. Fides medicis adhibenda eſt, quãdo quæritur, ut cũ ſauciatus ex vulnere, an cuſtodientium culpa,& negligentia deceſſerit. Ita Alb.in d.proœm. Horum num.14. & ſic in praxi obſervari dixit Boſſ.tit.de homic. nu.112. Quanvis hoc relinquendum eſſe judicis arbitrio,tanquam quid turſus affirmet Clar.in praxi crimin. §. homicidium num. 45. idque teneant multi, quos citat Menoch. de arbitr. caſu 275. numero 1. lib. 2. cent.3. 5. Medicis creditur, quando dubium eſt,venenone, an alia de cauſa quis mortuus fuerit. Ita ex Alex. conſ.126. lib. 3. Boſſ.in tit.de delictis num. 7. ubi ex eodem addit confeſſioni ipſius inquiſiti præferendum eſſe medicorum judicium. 6.Fides medicis adhibenda eſt, quando agitur de vulnere, an ex eo ſit remanſura cicatrix in facie ſauciati. Ita ex Bart.ad l. ſemel C.de re milit.lib.12.Angel.in trac. maleſic. verbo cicatrix.

Addit

Addit Maſcard.concl. 1038.num.9. ex Marſilio ſing.66.& Menochio de arbitr. lib.1. q.34.n.9. hoc adeo verum eſſe, ut recipiatur teſtimonium medicorum,etiam didicitis, ac publicatis teſtificatis, hoc eſt teſtium jam productorum teſtimonijs. 7. Medicis credendum eſt,tuetitne teſtator furioſus,an ſanæ mentis, quando teſtamentum condidit, ut tenet Bart.in l.2. ff.de teſtam. & in l.1.ff.de ventre inſpic. 8.Medicorum dicto ſtandum eſt, quando animal venditum non intra triduum, ſed poſt plures dies mortuum fuit, & cum habeat cor putridum, dubitatur an tempore venditionis infirmum fuerit. Ita ex Rimin. conſil. 360. num. 13. & Alexand.conſ.148. vol. 2. Maſcard. conſil. 94. num.4.

Medicis non graduatis an credatur.

1357 Obſervabis 1.cum Bart.in l.ſciendum §.illud ff. de ædilit.edict. Ioan.de Ana.in rub.de Magiſtris,Felin.ad cap. propoſuiſti; & alijs prædicta omnia locum habere in medicis etiam non doctoratis, modò illi ex communi loquendi conſuetudine medici dicantur. Notat tamen Fran. Nar.Conci. Delphi. q.34. par.1. medicos non doctoratos ejus eſſe conditionis,ut ſi geſſent deaurata monilia,incidant in pœnam falſi,item ſi equorum vel mulorum phaleris inauratis incedant, licet ſint licentiati:eo quòd ea ſibi inſignia ſumere præſumant. Obſervabis 2.medicos,ut fidem faciant,debere jurare.Ita Bar.in proœm.Horum, & Didac.lib.2.variar.reſol.cap.13. poſt num.4. Addit idem Bar. ad l.Theopompus num.10.de dote præle. juramentum debere fieri in præſentia partis. Intellige hoc de juramento credulitatis, quo non juratur de veritate rei, ſed de judicio intellectus,cum res ipſa oculata fide percipi nequeat. Vnde formam juramenti præſtandi à medicis tradit Abb. in cap.propoſuiſti num.11, nempe jurent ſe non moveri privato odio, neque amicitia, & percepiſſe juxta peritiam ſuæ artis quidquid deponunt, ſeque credere ita eſſe quod deponunt.

Teſtimonium medicorum.

1358 Dubium eſt 1. an ſufficiat unius tantum medici teſtimonium ad faciendam integram fidem ; ſeu ut illi fides integra habeatur? Sententia negativa regulariter vera eſt apud Angel. in l. qui luminibus ff.de ſervit.urb.præd.Boet.q.323.num.23.Ruin.conſ. 53.num.12.Caſon in praxi fol.10.num.6.Aviles ad l.Prætor cap.1.fol.50.num.28. Chaldas Pereira ad l. ſi curatorem verbo minoribus n.18. Barb.in Collect.tom.3. ad cap.ſignificaſti 2. de homic.num.4. & Menoch.de arbit. caſ.114. n. 27.lib.2. cent.2. qui dicunt non ſufficere unum medicum,ſed ad minimum duos eſſe adhibendos. Fundantur in tex. cap.ſignificaſti 2.de homicidio, qui loquitur in numero multitudinis. Dictum eſt veram eſſe ſententiam regulariter. 1. quia non procedit (ut ait Bar. in d.proœm. Horum) quando partes unicum elegiſſent, & unico eſſent contentæ. Quia tunc unicus ſufficeret. 2. quia non procedit juxta Corn. conſ. 194.in fine vol.2. & Alex. conſ.35. col.3. lib.3. quando in civitate unus tantum peritus exiſteret. Tunc enim (ut notant Abb. d.cap.propoſuiſti num.5.& Felin.ibid. num.7.) non eſſent vocandi è locis vicinioribus alij medici, niſi in cauſa ardua, qualis eſſet,ſi ageretur de hominis morte: vel niſi lege municipali cautum eſſet,ut certus medicorum numerus adhiberetur. 3. quia non procedit, quando nonnullæ conjecturæ medici unius dictum juvarent, veluti ſi vulneratus ſupervixerit aliquibus diebus, & vulnus illatum non eſſet in loco admodum periculoſo. Tunc enim (ut docent Bal.conſil. 109. incipit Proponitur quod Titius vol.1. & Decius in d.cap.propoſuiſti num.11.) fides integra uni adhibenda eſt. 4.quia non procedit, quando inter multos unus peritiſſimus, ac publicè electus adeſſet. Tunc enim illi ſoli eſſe credendum aſſerunt Boet.q.323.num.4. & Bart. in l.1.C.de pondet.& auro illat. lib.10. ex eodem textu. Nam cum prædictus ſit ad hoc deſignatus officialis, credi illi debere in pertinentibus ad officium,reſolvunt Gramma.in conſ. civil.24. col.2. & Ruin. conſil.56.col.3.vol.1. 5. quia non procedit, quando medicus probaret innocentiam,v.g. vulnus illatum non fuiſſe lethale. Tunc enim ſufficere unicum,docuete Gabr.de teſte concl.1.n.35. & Corn.cóſ.194. in fin. vol. 2. quibus ſubſcribit Maſcar.concl. 1038.n.33.

Senioris dicto præferendum.

1359 Dubium eſt 2. quibus ne credendum, quando plures medici inter ſe diſcordant? In propoſito eventu ſtandum eſſe dicto ſenioris, ex Tiraq. de jure primog.in præfat.num.155. Caſſan.de conſuetud. Burgund.fol.70.num.4. & Greg.l.16. verbo e conocieren tit.8. p.5. tradit Barb.in Collect. tom.3.ad cap.ſignificaſti 2.de homicid.num.5. Vberiùs tamen & dilucidiùs reſolvit hoc dubium Maſcard. de probat. concl.1038.num.46. & concluſ.1174. a num. 40. ex cujus doctrina. Dico 1. quando dignitas & peritia medicorum contraria aſſerentium eſſet æqualis; credendũ eſt maiori parti. Ita Afflict.deciſ.1. ſumiturque ex l.1.§.1. & §. ſi omnes vel plures ff.de ventre inſpic. Dico 2. quando duo periti diſcordant, ſtandum eſt peritiori. Ita Bald.in proœm.Horum,& Cæpol.conſ.28.num.23. Vnde quando quæritur,an vulnus ſit lethale, magis chirurgo quàm medico ſtandum eſſe, tradit Maſcar.cit. ex Gloſ.ad cap. Vt veterum 9.diſt. Chirurgus enim circa vulnus cenſetur peritior medico. Dico 3. quando plures medici imperiti diſcordant cum paucioribus peritis, his omninò credendũ eſt. Ita Specul.in tit.de homic.poſt prin. ver.de facto quæritur. Quia tũc præponderare debet authoritas paucorum peritiorum multitudini imperitorum.

Medicis diſcordantib. æqualitas.

1360 Dico

Digitized by Google

Medicorũ diſcordantiũ æqualitas. 1360 Dico 4. quando omnes eſſent æqualiter periti, & æqualis numerus pro parte contraria ſentientium, ſtãdum eſt ijs, qui magis veriſimile dicunt. Ita Bald. cap.1.in princ.col.5.quibus modis feud.amit.in uſib.feud.ubi dicit quando quis eſt in loco periculoſo, vel vulnere, ex quo ſolet evenire mors, & aliqui medici negant fuiſſe mortuum ex tali vulnere,aliqui verò affirmant,credendũ eſſe illis qui dicunt ex vulnere obijſſe; quia dicunt id quod magis veriſimile eſt. Ita etiam Cæpol.conſ.61. ubi habetur non credi de vulnere lethali duobus medicis, qui viderunt vulneratum vivum,pluſibus, qui inſpexerũt mortuum,referentibus contrarium. Dico 5.Quando datur omnimoda æqualitas, nempe, in peritia, dignitate, & numero diſcordantium, & veriſimilia pro utraque parte ſentientium, credendum eſt magis pro reo abſolvẽdo.Ita Gloſ. in cap.t lerici 81. diſt. Cæpol.conſ.28. num.23. Feli.in cap.propoſuiſti num.10.verſ.4. Hercul. tract.de proban.negat.num.213. Alexan. conſ. 112.colum.fin. lib.3. & Campeg. de teſti. reg. 302.ver.3. fallit. Sumitur ex l.abſentem ff. de pœn. & ex illo vulgatiſſimo axiomate, In dubio favẽdum eſt reo: de quo latè Auguſt.Barb. tract.de axiom. axiom.204.

DISPVTATIO IV.

De privilegijs Doctorum.

1361 Triplici diſputatione præcedenti Doctores dedimus graduatione promotos, Dignitate conſpicuos, oppoſitione ad cathedram, eiuſque adeptione & uſu exercentes magiſterium; ac tandem vigentes Doctorali poteſtate ſive ergà diſcipulos, ſive ad opinionem & fidẽ faciendam. Supereſt agendum de illorum privilegijs: ſcilicet an expediat privilegijs frui omnes Doctores? Ad quaſnam perſonas extendantur Doctorum privilegia? Quænam ſint requiſita, ut Doctor privilegijs fruatur? Quænam ſint in particulari collata Doctoribus privilegia? Quæ omnia hac præſenti diſputatione præſtabimus.

QUÆSTIO I.

An expediat frui privilegijs omnes Doctores?

Doctor privilegiis debet honorari. Lvce meridiana clarius eſt expedire quòd privilegijs fruatur Doctor verè talis, qui nempe ad Doctoratum legitimè aſcendit, & in eo abſque ulla dedecoris nota fulget vitæ & doctrinæ radijs.Nam apud omnes in confeſſo eſt optimam cauſam & rationem conferendi privilegia eſſe bonum commune, propter quod & leges conduntur, & ab ipſarum obligatione nonnulli homines benemeriti, & inter alios præſtantes eximuntur, honoris & præmij cauſa. Æquum enim eſt,ut ſicut ſcelerati ratione boni communis ſupplicijs afficiuntur, ita optimè meriti præmijs honorentur. Quis igitur negabit Doctores eſſe bono cõmuni perquàm utiles & neceſſarios,proindeque privilegijs,& multis alijs beneficijs cumulandos? Eſt enim Doctor in cathedra inſtar ſolis in cœlo,qui ſuæ doctrinæ ſplendorem circũquaq; diffundit,& ignorãtiæ tenebras diſſolvit.Nam ſicut deficiẽte ſole,orbis terrarum cæca caligine obruitur, ita deficientibus Doctoribus ignorantia omnes homines excæcaret,deduceretque à via veritatis.

Principi obligatio ad privilegiandũ Doctores. 1362 Hinc eſt quòd Bolognetus per tex. in Authẽt.Habita, & ibidem Rebuffus C.ne filius pro patre, affirment teneri Principem jure naturali ad remunerandum & privilegiandum Doctores, qui (ut notat Neviz.in ſylva nupriali num.11. & Gloſſ.verbo patum obſervaſſe,ad l.unicuique C.de proximis ſactor. ſcrin.lib.12.) in acquirendo ſcientiam diu noctuque inſudarunt facientes paſſim menſam de libris. Deinde cum Doctores alijs benefaciant, & omnibus proſint cap.1. de privilegijs in 6. & in cœlo ædificent, ut aſſerũt Hoſtienſ.in procem.Summæ §. fin. num.19. & Archidiãn cap.Nonne num.2. 36. diſt. & benefacienti benefacere jure naturæ quicunque teneatur l. ſed & ſi lege §. conſuluit ff. de petit. hæred. l. ſi non fortem §. Libertus ff. de condict.indeb. ſequitur Principes, ad quos præcipua boni communis pertinet cura, teneri ad favendum, remunerandum, & privilegiandum Doctores. Accedit, quòd ſi milites meritò cenſentur digni privilegijs, ex eo quòd ſuis armis Rempublicam tuentur, Doctores potiori

tiori jure ijſdem & maioribus privilegijs ornari debeant, & quòd ſuis libris & doctrinis univerſum orbem ab erroribus defendant, ut omnes recto veritatis tramite ad ſalutem venire poſſint.

Privilegijs ornati Doctores.

1363 Suo igitur muneri & obligationi ut ſatisfacerent Pontifices, Imperatores, ac Reges in omni ætate pro litteratum augmento Doctores privilegijs, ſicut & multis alijs beneficijs, & honoribus condecorarunt: quod manifeſtiùs conſtabit ex ultima quæſtione, in qua privilegia de facto collata Doctoribus proponentur. Interim liceat ſcire 1. ordinem Doctorum in Eccleſia quaſi præcipuum ac privilegiatum vocari Cap. cum ex injuſto verſ. ſicut, & ibi Gloſ. præcipuus, de hæreticis. 2. Doctores à Summis Pontificibus appellari filios quaſi omni immunitate & favore proſequendos. Ita in procem. Decretal. in procem. Sexti, & in procem. Clementinar. §. Theodoſium & Valentin. CC. (ut teſtatur Petrus Gregor. de Rep. lib. 18. cap. 7. n. 2.) multa privilegia togatis reverentia ſtudiorum à Principibus fuiſſe collata referre, quæ ſervari decreverunt l. quidquid C. de advocat. diverſ. judicior. Nam Summus Pontifex Bonifacius VIII. ſui Pontificatus anno 9. inter alia quæ conceſſit Doctoribus Romæ in generali ſtudio verſatis, ſtatuit ut haberent omnia privilegia conceſſa Doctoribus exiſtentibus in alijs ſtudijs generalibus privilegiatis. Carolus V. (inquit Tholoſanus de Rep. lib. 18. cap. 7. num. 12.) Doctores in Academia Pariſienſi docentes à cunctis præſtationibus pro recuperatione ſui regni indictis exẽptos & immunes eſſe voluit. Deinde ejus filius Carolus VI. eoſdem Doctores à decimis, & alijs quibuſcunque ſubſidijs exemptos fore declaravit. Longum, imò infinitum eſſet recenſere omnes Principes Eccleſiaſticos & ſeculares, qui privilegia cõtulere Doctoribus. Relata ſufficiunt, ut perſpicuè intelligatur quàm expediens, & rationi conſonum ſit Doctores frui privilegijs.

Doctor ſolo nomine non fruitur privilegijs.

1364 Maior imò tota difficultas eſt inquirere, an omnes & quicunque Doctores privilegijs frui debeant, & de facto fruantur? Negativa reſolutio vera eſt ſaltem in ijs Doctoribus, qui ſolo nomine Doctores ſunt. In materia enim tanti momenti nõ tam debemus attendere ad nomenclaturam, quàm ad realitatem, ne videatur de re ſeria quæſtio ridicula, & non tam de re, quàm de vocabulo. Ita Ripa lib. 2. reſponſ. cap. 20. Guido Papæ q. 88. Rolandus à Valle conſ. 66. num. 40. 41. lib. 1. quos refert ac ſequitur Menochius de arbitr. lib. 2. cent. 4. caſu 379. num. 12. ubi limitat hoc non procedere in illis locis, in quibus prædicti Doctores in numerum aliorum per matriculam referuntur, ut Veronæ ex illius ſtatuto cap. 113. ſatis enim erit quòd Doctor prædictus ſit matriculatus, ſeu ea matricula approbatus, ut privilegijs frui poſſit. Sic Brixiæ ex ſtatuto 210. ſufficiet medicum, etiam nomine tenus medicum, eſſe approbatum, & receptum à collegio.

Doctores malè promoti an gaudeant privilegijs.

1365 Primum dubium eſt, an malè promotus ad Doctoratum gaudeat privilegijs Doctorum? Sylveſter v. Doctor num. 4. cõceptis verbis hæc habet. Tertio quæritur, Utrum Doctoratus privilegium habeat promotus à Doctoribus corruptis? Et dicit Archid. in cap. de quibuſdam locis 37. diſt. quòd non: & allegat text. in ſimili in l. unica ff. de athlet. & facit tex. juncta Gloſ. in l. 1. Cod. de anno civil. lib. 10. ubi dicitur quod ſtipendia tradenda ſunt, non pro titulis dignitatum, vel numero ſcholarium, ſed ſecundùm merita. Unde Gloſ. ibi dicit præferri debere peritos ſcholares Doctoribus imperitis. Et intelligit Panorm. in d. cap. clerici in caſu in quo non requiritur titulus Doctoratus, & quoad honores deferendos, non jam delatos: non autem quantum ad lectionem ad quam non Doctoratus non admittitur. Vide ibi, & adde quod intelligitur quantum ad anteceſſionem, & omnia, quando inſufficientia Doctoris eſt clara & patens, ſic quòd pateat eum contra merita eſſe promotum: quia tunc non cenſetur eſſe Doctor quoad privilegia Doctoratus. Hactenus Sylveſter loco citato. Quibus adde verba Stephani Gratiani tom. 1. diſcep. forenſ. cap. 186. num. 87. Omiſſis (inquit) alijs quibus dicta privilegia non competunt, prout eſt in illis, qui corruptis Doctoribus ad gradum Doctoratus promoventur. Abb. in cap. proſuiſti, de probat. Rebuff. de nominat. q. 5. num. 5. Exemplo ementis officium, qui ejus privilegio non gaudet l. univerſis C. de legat. lib. 10. Ioann. de Plat. in l. eam Cod. de excuſat. numer. civil. lib. 10.

Privilegia Doctoris malè promoti.

1366 Hanc tamen Doctrinam abſolutè veram, nimis tamen generaliter & obſcurè traditam ut elucidem, ſuppono 1. in promotione ad Doctoratum, ſive corruptis, ſive incorruptis promoventibus, poſſe evenire defectum vel eſſentialem, qui inducit nullitatem Doctoratus, qualis v. g. defectus prævij examinis rigoroſi, quando poſtulatur tanquam forma, vel accidentalem, cum quo ſtare poteſt valor Doctoratus, ut ſi conferatur die non feſto, aut loco non deſignato. Suppono 2. in quibuſdam Academijs dari ſtatuta, quibus cavetur ut non gaudeant privilegijs, qui hoc vel illud omiſerint, v. g. ſi ſingulis annis non dederint nomen matriculæ, qui certis ſcholaſticis conceſſibus non adfuerint, & ſic de alijs. Dico 1. Præciſo ſpeciali ſtatuto, qui fuerit malè promotus ad Doctoratum, ſive corruptis, ſive incorruptis promoventibus, ſi in promotione evenerit defectus eſſentialis, non conſequetur

pile-

Digitized by Google

privilegia, quibus fruatur: ſecus, ſi evenerit defectus ſolum accidentalis. Sic intelligo citatos authores. Prima pars reſolutionis conſtat, quia interveniente defectu eſſentiali ex omiſſione alicujus eſſentialiter requiſiti ad valorem Doctoratus, hic gradus eſt nullus, ut patet: atqui nullum quod eſt, nullum producit effectum l. 4. §. condemnatum ff. de re judic. l. non putavit §. non quævis ff. de bonor. poſſeſ. contra tabul. l. 2. ff. de author. tutor. l. ſi aut nullum C. de legit. hæred. & l. non dubium C. de legib. Illuſtrant Mendez in praxi Luſit. lib. 3. cap. 21. n. 43. Flamin. de reſign. benef. lib. 7. q. 1. n. 26. & Surdus deciſ. 40. n. 8. cum vero privilegia ſint effectus Doctoratus, ipſum nullum conſequi nequeunt.

Pœna non datur niſi expreſſa.

1367 Secunda pars ſuadetur, nam præciſa lege vel ſtatuto aliud decernẽte, cum defectus accidentalis in promotione, ſive culpabilis, ſive inculpabilis non inducat nullitatem actus, ſed ipſo admiſſo promotus adhuc maneat verus Doctor, non apparet per quid impediatur à conſequẽdis privilegijs Doctorum. Non enim poteſt impediri privatione, ſeu ſpoliatione data in pœnam: quia ſuppono ſtatuta circa talem defectum nihil decreviſſe, & pœna non irrogatur, niſi expreſſẽ jure caveatur, Authent. de non eligend. ſecund. nub. §. ſin autem. Exornant Menoch. conſil. 1032. num. 19. Gironda de privileg. num. 563. & Mari. Antonin. variar. reſol. lib. 3. reſol. 39. num. 11.

Dico 2. Poteſt Doctor per ſolum defectum accidentalem admiſſum in promotione non conſequi privilegia, ſi id per legem vel ſtatutum Academicum caveatur. Ratio eſt manifeſta, nam Princeps, & quicunque legiſlator ob bonum commune poteſt ſtatuere pœnas delictis proportionatas, & apponere conditiones pro obtinendis privilegijs, & quibuſcunque alijs beneficijs; ergo ſi detur ſtatutum vel puniens defectum accidentalem privatione privilegiorum, vel apponens aliquid pro conditione ad comparanda privilegia, illud obſervandum eſt. Vnde ex ſolo ſtatuto pœnam infligente, vel conditionẽ apponente Doctor ille malè promotus à privilegijs conſequendis impedietur. Nec obſtat exemplum allatum à Rebuffo citato ſupra num. 1365. de emente officium, qui ejus privilegijs non gaudet propter malam promotionem. Quia pœnæ ad alios caſus non ſunt extendendæ, ſed reſtringendæ l. factum cuique §. in pœnalibus, ubi Dec. ff. de regul. juris, & cap. in pœnis eod. tit. in 6. Burg. de Pace conſil. 8. num. 2. & Surd. de aliment. tit. 1. q. 52. nu. 12. Quod axioma procedit, etiamſi extenſio fiat ex ſimilitudine rationis, de quo latius Garc. Gironda de privil. explicatione n. 540. Dueñas regul. 287. & Io. Andr. in reg. Odia de reg. jur. in 6.

Pœnæ non ſunt extẽdendæ.

Reſcripto Principis factus Doctor:

1368 2. Dubium eſt, an Doctor creatus reſcripto gaudeat privilegijs? Partem affirmativam tuetur Mandoſ. reg. 16. q. 20. num. 5. ad medium, ubi concludit etiam Doctores ex reſcripto imperitos gaudere privilegijs Doctoribus conceſſis. Facit 1. pro hac parte, nam Doctor creatus per reſcriptum Principis numeratur inter veros Doctores, ita ut veram dignitatem Doctoralem habeat: privilegia autem Doctoralia concedduntur dignitati, ut tenent Dec. in cap. clerici num. 13. de judic. Cagn. in l. ſi quis maior num. 169. Cod. de tranſact. Bald. in l. qui ſub prætextu Cod. de ſacroſ. Eccleſ. & Petrus Leneuder. de privil. Doctor. p. 1. q. 13. num. 51. Facit 2. quia eodem modo ſe habet Doctor creatus per reſcriptum Principis, atque creatus immediatè à Principe: nam facere per ſe videtur qui per alium facit l. 1. §. dejeciſſe ff. de vi, & vi arm. l. ita §. quod ſi quis ff. de admin. tutor. Atqui Doctores qui immediatè recipiũt gradum à Principe gaudẽt privilegijs Doctorũ, imò prǽcedũt alios in quibuſcunque collegijs graduatos, ut tradũt Anton. Gomez ad l. fin. Tauri num. 17. Mur. ſuper conſuet. Panormitan. cap. 68. num. 26. Boer. de actor. magn. conſ. num. 88. Socin. in cap. qualiter & quando not. 5. de accuſat. & Martin. Laudenſ. de dignit. §. 20. Ad Principem enim æquè pertinet conferre dignitates ac erigere & reprimere. Bartol. ad l. Magiſtros Cod. de profeſſ. & medicis lib. 10. Fab. in §. reſponſa num. 2. Iuſtit. de jure natur. gent. & civil. & Dec. conſil. 563. in caſu num. 1. Et quidem maior honor debetur prædictis ratione electionis utpote factæ à maiore, cum ſit maius donum, & efficacius à maiore datum. Gloſ. in leg. reſtituendæ 6. in verbo judicati Cod. de advocatis diverſ. judic. in l. 2. verbo conſecuti. & ibi Franc. Tigrin. & Alexand. de alb. ſcrib. Facit 3. quia eodem modo ſe habent Doctores per reſcriptum ad alios Doctores, atque cives per reſcriptum ad alios cives, cum non appareat diſcrimen: atqui cives per reſcriptum æquiparantur originarijs, & gaudent prærogativis eorum qui nati ſunt in civitate, quaſi propriè dicantur cives, ut docedt Bartol. in leg. ſi maritus §. 1. de adulter. Pariſ. conſil. 71. num. 9. lib. 1. Cephal. conſil. 4. 1. lib. 4. Dec. conſil. 251. viſo puncto num. 3. Boer. deciſ. 135 num. 20. & Mur. ſuper conſuet. Panorm. cap. 30. num. 10. ergo ſimiliter Doctor per reſcriptum gaudebit prærogativis aliorum Doctorum.

Creatus Doctor à Principe

Cives per reſcriptũ facti.

1369 Nihilominus partem negativam defendunt Ioan. Fab. in §. reſponſa Inſtitut. de jure nat. gent. & civili, Guido Papæ deciſ. 88. ſed quæro an domini, in fin. num. 3. & deciſ. 188. quo vero num. 10. Aviles in proœ n. l. Prætor num. 11. & Stephan. Gratian. diſcept. foren. tom. 1. cap. 186. num. 70.

Doctor per reſcriptum non gaudet privilegijs.

Digitized by Google

Sumitur ex ijs quæ caventur ad l. Si ita quis §. 2. ff. de legat. 2. & ex jure regio Caſtellæ (ut inquit Aviles citat.) in quadam Pragmatica ſanctione. Favet Rebuff. de nominat. quæſt. 10. num. 4. affirmans prædictos in Hiſpania non haberi pro graduatis, prout neque in regno Franciæ. Addit aſinos, qui non poſſunt ſumere gradum ratione ignorantiæ in Vniverſitatibus famoſis, illum recipere à Comitibus Palatinis, & ideo tales bullatos nõ eſſe maioris mométi quàm ſit bulla, nec haberi pro Doctoribus, & tanquam cæcos à cæcis duci: cum ſint ignari litteratum, & ſæpe neſciant legere aut ſcribere: prout (inquit Gratian. citat. n. 72.) ſunt milites multi S. Petri & Pauli, qui habent etiam hujuſmodi facultatem per privilegia, quæ continentur in officijs per eos emptis, ut notant Dec. in cap. clerici, de judic. Thomas Parpal. in repet. l. placet col. 20. C. de ſacroſ. Eccleſ. & Iacob. Benint. de privil. Iuriſcõſ. §. 2. in princ. num. 6. ubi affert Conſtitutionem Pij V. ſuper promovendis ad Doctor. per quam tales nulla gradus prærogativa frui poſſunt, aut debent quoad dignitates, cæteraq; beneficia Eccleſiaſtica, quaſi dicantur per abrupta aſcenſum petere cap. ſicut 48. diſt. cap. legimus 92. diſtin. Confirmat Gratian. citat. num. 71. quia Doctor debet gradatim, & non ſatyricè ideſt per ſaltus promoveri: alias non gaudet privilegio. Gloſ. in l. nemo 8. verbo monſtrantur C. de advoc. diverſ. judic. & Rebuff. d. q. 10. num. 4.

Reſcriptum Principis ex ſe non impedit privilegia Doctoris.

1370 Vtraque propoſita opinio, quanvis videatur oppoſitionem inter ſe habere, ſuam continet veritatem, ſi à nobis exponatur & concilietur. Nam prior affirmans prædictos Doctores gaudere privilegijs, poteſt ac debet intelligi quando non obſtat aliquod expreſſum jus: & quãdo in promotione nõ defuit aliquod ex eſſentialiter requiſitis ad valoré Doctoratus. In quo ſenſu vera eſt prior ſententia: quia reſcriptum Principis ſupremi habẽtis poteſtatem Doctorandi non punit ex ſe inhabilitaté, ſeu impedimentum ad privilegia. Imò Princeps concedens reſcriptum ſemper procedit, præſuppoſitis terminis habilib⁹, & nõ cẽſetur noluiſſe cõcedere admiſſiones per vias inſolitas & abuſivas, ſed ſecũdùm cõſuetudinem quæ ſervatur in hujuſmodi gradibus. Ita Caſſa. in Catal. gloriæ p. 10. cõſ. 37. Barbat. in proœm. Clem. col. 14. & Iaſ. in l. ſi quis maior num. 31. C. de tranſact. Poſterior opinio negans prædictos gaudere privilegijs, verum habet, ſi intelligatur vel quando fortius aliquod jus obſtat reſcripto, vel quando in promotione intervenit defectus eſſentialis, proindeque impediens valorem Doctoratus. Et quidem ex fundamentis dictæ opinionis hanc expoſitionem elicimus. Nam vel afferunt jus Pontificium, quod impedit prædictos Doctores à conſequendis privilegijs, vel afferunt inhabilitatem notabilis inſufficientiæ, ſeu imperitiæ, quæ ex natura rei impedit valorem Doctorat⁹, & tollit radicem privilegiorum. Vnde fundaméta hujus poſterioris opinionis non indigẽt maiori explicatione.

Dignitati conceſſa privilegia.

1371 Supereſt explicare fundamenta prioris, quia continent multam doctrinam. Ad primum dicimus Doctorem creatum per reſcriptum numerari inter veros Doctores, ſi non obſtent proximè dicta; ſcilicet vel jus aliquod fortius; vel defectus eſſentialis in promotione ad gradum. Ad confirmationem, fatemur privilegia Doctoralia concedi dignitati; ſed non ſolum dignitati: cum ſoleant concedi principaliter propter ſcientiam, ut docent Bald. in leg. 1. in prin. fin. ff. de juſt. & jure, Natta conſil. 537. Felin. in cap. clerici, de judic. quibus ſubſcribit Gratian. tom. 1. cap. 186. num. 83. Quidquid aliud ſit de privilegijs reſpicientibus ſolum ordinem & dignitatem; quæ competunt etiam imperitis, ut videre eſt apud Ripam in l. Centurio num. 17. ff. de vulg. & pupill. Felinum in rubr. de maior. & obed. num. 4. & Bartol. in l. maximarum in fin. Cod. de excuſat. mun. lib. 10.

Principis verbo creatus Doctor.

1372 Ad ſecũdum admittimus aliqualé paritaté, vel potiùs ſimilitudiné inter Doctorem creatũ per reſcriptũ, & Doctoré creatũ ſolo verbo Principis: addimus tamen Doctorem creatum ſolo verbo Principis non præferri alijs Doctoribus, nisi ſit creatus præcedente rigoroſo examine. Arg. tex. in l. 2. ff. de albo ſcribendo, & in l. nemo C. de advoc. diverſ. judic. Et ita expreſſé Roma. in l. ſi vero §. de viro ff. ſoluto matr. 19. fa. Iaſ. in l. 1. §. ſi prius ff. de vulg. & pupil. 3. col. n. 17. Marian. Senen. in cap. qualiter & quando, de accuſat. not. 3. Andr. Siculus in proœm. Clem. & multi alij quos referunt ac ſequuntur Anton. Gom. ad legem fin. Tauri n. 17. Caſſan. in Catal. glor. p. 10. conſid. 37. Socin. in cap. qualiter el 2. not. 3. de accuſat. & Gratian. citatus num. 77. Vnde quando relinquitur alicui legatum, cum doctorabitur, non debetur ei, qui ſolo Principis verbo Doctor creatur, niſi præcedente cõgruo examine, ut docet Iaſ. in l. ſi quis maior num. 30. Cod. de tranſact. Vide Benium de privileg. Iuriſconſ. p. 3. in prin. num. 17. ad 20. Rebuff. de nomin. quæſt. 21. num. 17. verſ. duodecimo. Ad tertium dicimus apparere latum diſcrimen, & diſparitatem inter Doctores per reſcriptum, & cives per privilegium: quia ad hoc ut verus civis fiat ex privilegio, non requiritur ſcientia, quæ exploretur per examen: ſecùs, ut verus Doctor fiat ex reſcripto. Accedit illos propriè appellari cives, accepto ſtrictè vocabulo, qui origine ſunt cives & ex nativitate, non auté ex privilegio, ut tradũt Surd. cõſ. 317. lib. 3.

Cives ex privilegio.

Mut.

Mut.ſuper.conſuetud. Panorm.cap.86. no.32. Bald.in l.cives Cod.de appel. & Aret.conſ.77. Quaſi naturalis cauſa (inquit Gratian. d.c.186. num.86.) ſit magis propria, quæ in materia ſtricta ſolum venit.

QUÆSTIO. II.

Ad quaſnam perſonas extendātur privilegia Doctorum?

1373 SErmo hactenus nobis fuit de illis Doctoribus, qui per aſcenſum ad Doctoratum conſequuntur privilegia: modò ut in eadem privilegiorum cauſa materiali, ſeu ſubjectiva perſiſtamus, videndum eſt, an aliqui non Doctores per quandam benignam extenſionē privilegia Doctorū participent. In conſiderationem veniunt licentiati, advocati, Doctorum fratres, filij, & uxores. Quod attinet ad licentiatos, levis difficultas non eſt, an fruantur privilegijs Doctorum? Partem affirmativam videntur ſequi Angl. Aret.§.quædam num.10. Inſtit.de action. Decius l.cum quid prima lect.num.11. ſecunda lect. n. 18. ſi cert.petat. Socin.ibi num.2. & conſil. 70. num. 4. & Molinæus in addition. de judicijs. Poſſunt fundari, quia favores ſunt extendendi, & licentiati quanvis revera non ſint Doctores per lauream, ſunt tamen Doctores per licentiam, præcedente (ut ſupponimus) multiplici examine, & omnibus requiſitis, ut poſſint lauream aſſumere. Partem negativam ex oppoſito videntur tenere Guido Papa quæſt. 190. Iaſ. l. cum quid 1. lect. num.16. ff.ſi certum petat. Felin. in proœm. Decretal. Iacob. Rebuff. in l.1. Cod. de conſil. lib.12. Alciat. tract.præſumpt.reg.1. præſ.45. num.2. Ruinus conſ.19.num.15.lib.1. & Gratus conſ.116. lib.2. Fundantur 1. quia privilegia conferuntur Doctoribus ob dignitatem: ſed licentiati non cenſentur habere dignitatem Doctoralem, juxta Clem.2.de Magiſtris, & Bart.l.1.Cod.de novo Cod.compon. Fundantur 2. quia licentiatus nō venit appellatione Doctoris, ſeu nō poteſt verè Doctor appellari, quod eleganter proſequitur Signorolus conſil. 51. ſtatuto Medicorum, ubi multis demonſtrat ſtatutum collegij & profeſſorū artis medicæ, quo Doctores habēt privatā & publicā examinationē eligendi Doctorē ad lecturā, locū nō habere in licētiato. Fundantur 3. quia licentiatus licèt appelletur Doctor per licentiam, & ſit antiquior, non præfertur Doctori laureato: unde non præfertur in caſu ſtatuti collegij, quo antiquior Doctor in locū Doctoris numerarij defuncti vocatur atque ſubrogatur, ut docet Alciat.Reſpōſ.722. ex ea præciſa ratione, quia licentiatus non poteſt dici Doctor ante illum qui verè Doctoris inſignib⁹ ornatus eſt.

Licentiati an habeāt privilegia Doctorum.

1374 Vtranque propoſitam ac diſſidentem ſententiam nititur conciliare Menochius de arbitrar. lib.2. cent.4. caſu 389. num.18. præſupponens ex Signorolo conſil. 51. & Alciato Reſponſ. 722. duas eſſe ſpecies licentiatorum: nam alij (inquit) ſimpliciter licentiātur, ut poſſint deinde aſſumere nomē & inſignia Doctoris, alij verò conſecuti ſunt etiā nomē Doctoris, & ſi inſignia collata nō ſint, cū interim doceāt, proindeq; exerceant veri Doctoris officiū. Conſentit igitur cum authoribus poſterioris ſententiæ aſſerens licētiatos primæ ſpeciei non gaudere privilegijs Doctorum, cū nec verè Doctores, nec docentes ſint: & ſubſcribit authoribus prioris ſententiæ affirmans licentiatos ſecundæ ſpeciei gaudere dictis privilegijs. Quia tales licentiati ſunt re ipſa Doctores, & ſi deſint inſignia, quæ qualitatem extrinſecam potiùs quàm rei eſſentiam præ ſe ferunt. Accedit, quòd Conſtantinus (ut ait) nō tā dignitatem, quàm ipſam peritiam, & docendi laborem cōſideravit, ut inſcriptio tituli oſtēdit, & verba d. l. Medicos ibi & profeſſores alios litterarum, quæ ſanè verba procedunt in non laureato, ſed qui ſua peritia & doctrina alios vel inſtruat, vel inſtruere poſſit.

Licentiatorum duo genera.

Quanvis judicem, hæc omnia, ſi ſanō modo intelligantur, probabiliter ab authoribus dicta eſſe, & mihi non diſpliceat conciliatio facta per Menochium, tamen in materia dubia ac difficili nemo poteſt ſecuriùs incedere, ac maturiùs decidere, quàm monens circa licētiatos, utriuſq; ſpeciei attendenda eſſe ſpecialia ſtatuta Academiarum, & ipſorum viridem obſervātiam, cui poteſt obſtare conſuetudo in oppoſitum: nam ſicut conſuetudo legitimè præſcripta legem condit & abrogat, ita privilegia, ipſorumq; uſum poteſt conferre & auferre. Et quidem in ſubjecta materia, de cōſuetudine aliqua privilegia Doctoribus conceſſa non admitti, tradit Steph.Gratia. diſcep.foren.to.1.cap.186. n.1. ex Gaſp.Beat.de inopia debit.cap.16.num. 152. Dico igitur licentiatos non debere frui privilegijs Doctorum niſi in quantum per leges municipales regni, vel Academiarum, aut per conſuetudinem legitimè præſcriptam illis permiſſum fuerit.

Conſuetudinis vis in privilegijs.

1375 Quod attinet ad advocatos, ſeu cauſarū patronos, eos gaudere privilegijs Doctorū etiā actu docētiū, quos profeſſores vocāt, ſaltē quoad immunitates cōceſſas in l. Medicos C. de prof. & med.lib.10. defendūt Natta cōſ.1. & cōſ.65.lib.1. Rolan. à Valle cōſ.66 n.36.lib.1. Nicol. de Neap. in l.profeſſio C. de muner.patr.lib.10. Anch. in Clem.2. de Magiſt.

Advocati an gaudeant privilegijs Doctorū.

 Guido

Guido Papæ q.88.&388. Felin. & Io.de Ana. in rub.extra de Magiſtris Cagnolus in procœm. Pandect.§.nos vero n.255.Aret.cõſ.94. Menoch.de arbit.loco cit.n.3. Aviles in procœm.ad l. Prætor.n.21.& Graiian.cit.n.6. Sumitur ex l.2. §.juris civilis ff.de orig. juris, ubi conſulentes appellantur profeſſores:privilegia autẽ Doctorum ex jure conferuntur profeſſoribus. Facit Bald.in l.1.in princ.col. fin. de juſt.& jure, ubi quẽlibet juriſconſultum appellat præceptorẽ, & conſentit Natta conſ.1. n. 1. Cum enim (ut inquit M.Tullius 1.de orat.) domus uniuſcujuſque juriſconſulti Oraculum ſit civitatis, quia cives de rebus incerti per eos certi dimittũtur, rectè advocati poſſunt dici docere jura, cliẽtulos inſtituẽdo, & de jure ad quæſita reſpõdẽdo. Hæc ſententia verum habet, ſi loquatur de advocatis,qui aliunde veri Doctores ſunt,laurea nempe Doctorali legitimè inſigniti. Et in hoc ſenſu videntur loqui authores citati,præſertim Graiian. num.3. ubi ſic: Quanvis Bart. d. l. Medicos concludat privilegia Doctoribus cõceſſa ſolum cõprehendere actu legentes,tamẽ verior eſt opinio etiam quoad non legẽtes,dũmodo exerceant officium advocationis. Aviles cit.ita habet: Conſuetudo obſervat,ut ſimplex Doctor, maximè ſi ſit advocatus, etiam ſi actu non legat,non poſſit capi. Quibus locis uterq; author clarè ſupponit advocatos illos, qui privilegijs fruuntur,eſſe Doctores.

Fratres Doctorum privilegiati.

1376 Quod attinet ad fratres,ſi loquamur de immunitatibus cõceſſis per d.l.medicos,conveniunt juris interpretes Marſilus ſing.18. Natta conſ.1.n.10.11. & conſil.65. in fine lib.1. Barbat.conſ.44.n.12.lib.2. Tiraq. de retract. conſang. §.26. gloſ.1.n.31. Iaſon in l.1.Cod.de tranſact. Aviles in procœm.l.Prætor num.21. & Menochius de arbitr.lib.2. cent.4. caſu 379. num.8. immunitates illas & privilegia extendi ad fratres Doctorum & medicorum,ita ut illi immunes maneant, nec ratione munerum vexari aliquo modo debeant. Sumitur ex authoritate Gloſſæ in l. ultima Cod. de muner.& honor.non contin.lib.10.quæ aſſerit ſocium unũ ob alterius ſocij perſonam immunitatem cõſequi. Hic nixus authoritate Marſil.cit. ſing.18. dixit fratrẽ immunẽ ob numerũ duodecim liberorũ, ob bonorum cõmunionẽ, quã cum altero fratre habet,efficere eũ immunẽ. Hãc doctrinam obſervat Menochius cit.n. 10.&ait valde inſervire pro declaratione ſtatuti Papienſis in civilibus n.145.ſub rubric. De immunitatibus conceſſis propter numerũ duodecim liberorum. Quod ſtatutum extat Veronæ lib.2.cap.182.ſub rubr. De immunitate habentium duodecim filios.

Filij Doctorũ privilegiati.

1377 Quod attinet ad filios Doctoris, eos gaudere immunitate patris, ipſo vivente,& gaudẽre, tanquam indubitatum defendunt Aviles in procœm.n.21. Azeved.l.2. tit.10. lib.8.n.124.Menoch.cit. de arbit.n.3.Pet. Lenaud.de privil.Doct.2.p.§.11.& 12.& Antonius Gomez l.fin.Tauri n.17.ubi aſſerit Doctoris filios, & deſcendentes gaudere omni illo cõmodo,privilegio, dignitate, & prærogativa, qua utuntur, & gaudent nobiles & claro ſanguine decorati: quia ſcientia(inquit)nobilitat hominem ſicut antiqua progenies. Ita probat tex.in l.prima §. eſt quædam C.de varijs & extraor.congnit.in l.proximos C.de proxi.ſacro. ſcri.lib.12. tex. juncta Gloſ.in l.ſocietas ff.pro ſocio,tex.in l.provipendum C.de poſtulat. tex. in l.medicos;& in l.magiſtros C. de profeſſ. & medic.lib.10. Vbi Accurſ.& Platea n.2.

Nobilitatis privilegia trãſeunt ad poſteros.

Maior eſt difficultas,an privilegia Doctoris, eo mortuo tranſeant ad filios? Affirmativã ſententiam tuentur Lenaud.tract.de Doctor. 2.p. §.13. Guido deciſ.389. & latiſſimè Perez tit. 1. lib.4.Ordinat.pag.77. verſ.Eſt tamen dubium. Nituntur eo præcipuè fundamento,quia Doctor cenſetur nobilis, juxta Bart.l.judices C. de dignitatibus lib.12. privilegia autem nobilitatis tranſeunt ad poſteros l.1. C.de dignit.lib.12. De quo Tiraquel.tract.de nobil. cap.15.num.1. Contrariam ſententiam negativam defendunt Gloſ.pen.l.2. C.de Epiſc.& clericis. Hippolyt. l.unica num.41.C.de raptu virgin.Iaſon l.filius a patre §.1. n.3.ff.de liber.&poſthum.Tiraquel. tract.primogenio.q.32.n.3. Platea l.in filijs n.5. C.de decurion.lib.10. Ægid.Thomat. tract.de collect. §.medici n.11. pag.383.& Petrus Barb. ad l.quia tale 14 num.33. ff. ſolut.matrim. Deſumunt fundamentum ex illa regula; quòd privilegia competentia patri ratione officij, cui dignitas ſit annexa,ad filios non pertinẽt mortuo patre:at privilegia cõferuntur Doctori ratione officij. Confirmãt,quia in Doctore principaliter conſideratur officium: dignitas autem ſeu nobilitas venit per modum annexionis, & eſt quid acceſſorium l. honor ff.de muner. & honor.Bart.l.1.n.44. C.de dignit.lib.12. Vnde extincto officio per mortem,conſequenter extinguitur nobilitas illi annexa: arg.l.3.§.fin. ff. de ſervit.ruſtic.præd. Exemplificant in ordinario: nam hic habet juriſdictionem jure proprio l.more,vbi Bart.n.4. ff.de juriſd.omn. judic. & tamen quia juriſdictio venit in conſequẽtiam officij,prout officiũ nõ trãſmittitur, l. antep.ff.de tutelis,& c.fin.§.fi.cũ Gloſ.de teſt. in 6. ita neq; juriſdictio illi cohærẽs. Bald. c.cũ veniſſent n.5.de jud. ergo quod extinctũ eſt in patre mortuo ad filios tranſire nequit.

Privilegia Doctoris extenſa ad filios.

1378 Authores utriuſque opinionis ſic diſſidẽtes Alciat.l.1.n.5. C.de in jus vocan.amãs pacis & cõcordiæ nititur cõciliare, & pri⁹ ſupponit Doctori quædã privilegia cõpetere ratione dignitatis,quædã ratione officij docẽdi,vel advocãdi: v.g. ratione dignitatis cõpetit privilegium ne torqueatur, arg. l.milites C.de quæſtion. item ne pro debito in carcerem mitta-

Digitized by Google

mittatur l. medicos juncta Gloſſ. verbo exhiberi Cod. de profeſſ. & medicis lib. 10. Ratione autem officij competunt privilegia ſcilicet ne hoſpites recipiat d. l. medicos, ne per hoc ab ſtudio avocetur. Item ut prædicti Doctores ſint liberi à munerib⁹ publicis, & ſimilia, quæ cauſa ſtudij conceduntur. Affirmat igitur cum authoribus prioris ſententiæ privilegia prioris generis, ſeu cōpetentia ratione dignitatis, mortuo Doctore trāſire ad filios: & negat cū authoribus poſterioris ſententiæ privilegia poſterioris generis, ſeu cōpetentia ratione officij, mortuo patre Doctore ad filios trāſire. Hæc opinionum concordia mihi non diſplicet, modò admoneam non poſſe tranſire ad filios, niſi ea privilegia, quorum ipſi capaces ſunt, & in omnibus obſervandā eſſe conſuetudinē receptam, & ſtādum verbis diſpoſitionis, aut ſtatuti in ſua propl[illegible] acceptis.

Liberorū appellatione qui veniant. 1379 Rogabis 1. quomodo ſit intelligēdū, ſtatutū cōcedēs privilegium alicui & liberis: Quanvis Gloſſ. l. liberos ff. de ſenator. & Bart. l. divo. C. de quæſtion. dicat privilegium cōceſſum alicui & liberis, nō intelligi de omnibus liberis, ſed de liberis uſq; ad trinepotes, tamē verius eſt quod tradit Pet. Barb. ad l. quia tale 14. ff. ſolut. matr. n. 37. ſcilicet tale privilegiū eſſe intelligēdū de omnibus deſcēdentibus, juxta l. liberorum ff. de verb. ſignif. idque in ſpecie probat tex. l. 1. §. fin. ff. de jure immun. Neque contrarium ſuadet l. divo. quia nititur Bart. quia ibi ſermo eſt de privilegio ob dignitatē accidentalē cōceſſo per legē, quod reſtringitur ad ſuū tēporē, ut docet Gloſſ. l. 1. C. de dignit. lib. 12. At quādo in diſpoſitione facta eſt expreſſa mētio liberorū, à proprietate verborum recedendū non eſt. Quod autē liberorū appellatione veniant nepotes ex filijs, ac omnes deſcēdentes tā maſculi, quàm fœminæ, ex l. liberorum ff. de verb. ſign. & l. officiales C. de Epiſ. & cleric. tradit Decius conſ. 148. n. 2. Menoch. de præſum. lib. 4. præſ. 48. à n. 12. Surd. deciſ. 66. n. 3. & Pinel. in l. 3. n. 35. C. de bonis mater.

Poſterorū appellatione qui veniant. 1380 Rogabis 2. quomodo intelligēdū ſit, ſtatutum concedēs privilegium alicui & poſteris: Reſpondebit aliquis hoc privilegiū, quanvis procedat de deſcēdētibus per maſculos, non eſſe intelligendū de deſcēdentibus per fœminas, ut habetur expreſſè l. 1. §. fin. ff. de jure immun. Dicendū tamē eſt in hoc ſtatuto & privilegio abſolutè cōprehendēdos eſſe, etiam deſcendentes per fœminas. Patet, nam in quacunq; materia etiam reſtringibili, admittēda eſt interpretatio, quā verborū proprietas admittit l. eum lege; & ibi Areti. ff. de teſtam. At ſub appellatione poſteriorū cōtinētur propriè, etiā deſcēdentes per fœminas, & ipſæ fœminæ, l. cū acutiſſimi C. de fideicom. l. 1. C. de impon. lucrat. deſcrip. l. 10. l. Iuriſcōſultus §. parētes ff. de gradib. l. quod his verbis l. cognoſcere §. t. ff. verb. ſign. & c. 1. de ſchiſmaticis in 6. & latè Tiraq. lib. 1. retract. §. 1. gloſ. 9. n. 139. Mant. de cōject. ultim. volunt. lib. 8. tit. 12. n. 41. Peregrin. de fideicom. art. 22. num. 37. Bero. conſ. 120. nu. 11. lib. 2. Cephal. conſ. 372. num. 12. lib. 3. & Surd. conſ. 140. n. 27. Ergo ſtatutum illud debet intelligi de deſcendentibus etiam per fœminas. Superè[illegible] ſatisfacere dict. l. 1. §. fin. quæ lex varios habet ſenſus, quos latè proſequitur Decius l. 1. à num. 65. ff. de reg. juris. Eſt inter alios valde communis, & à nobis amplectendus, textum illū procedere ſpecialiter in privilegio immunitatis, quod cū eximat à muneribus publicis, & ſic bono communi valde repugnet, omninò reſtringi debet, proindeq; ut ſolum intelligatur de deſcēdentibus per maſculos. Ita poſt Gloſ. l. ſi ita ſcriptum verb. Verbulo ff. de legat. 2. Marica de conject. ultim. volunt. lib. 8. cap. 18. n. 37. Tiraq. de retract. lib. 1. §. 1. gloſ. 9. n. 140. Silvan. conſ. 4. n. 15. & alij quos refert, ac ſequitur Petr. Barb. cit. n. 37. addēs n. 38. deciſionē d. l. 1. §. fin. non habere locum in alio privilegio, quod reipublicæ non eſt nocivum: ſed in hoc ſtādū eſſe verborum proprietati juxta l. 1. Cod. de impon. lucrat. deſcript. lib. 10.

1381 Rogabis 3. Verū perdat originē filius Doctoris natus in loco, in quo legit pater, an obtineat privilegia originariæ civitatis patris, ſicut pater retinet: Reſpōdeo nō perdere originē, ſed obtinere privilegia originariæ civitatis patris, quāvis natus ſit in loco, quo pater legit, vel alibi: v. g. ſi ponamus civitatē originariam Doctoris legentis Conimbricæ eſſe Eboram, filius natus Conimbricæ obtinet privilegia civium Eborenſium, ſicut ea retinet pater. Ita ex l. aſſumptio §. filius ff. ad municipales, & l. cives C. de incolis lib. 10. Rebuff. de privil. ſchol. privil. 65. ubi addit eas leges multum facere ad ſtatuta civitatum, quibus cavetur, ut nullus poſſit admitti in regentem, vel in conſulem, niſi ſit originarius civis, ut filius Doctoris alibi natus à dictis muneribus & honoribus non arceatur. Nam prædicta ſtatuta, cum nulli officiant, benignè interpretari debent, juxta leg. 2. §. item verus ff. de aqua pluviali arcen. Bart. in l. filios C. de municip. & originar. lib. 10. Iaſ. in l. hujuſmodi §. legatum notab. 4. ff. de legat. 1. qui aſſerunt in ijs, in quibus ſtatuta neminem lædunt, benignorem viam ſequendam eſſe. Addit Felinus in cap. Rodolphus de reſcript. fuiſſe hanc deciſionem ſecum obſervatā Ferrariæ. Videalia apud Rebuff. citatum.

Origini privilegia in filio Doctoris.

Vxor Doctoris privilegiata. 1382 Quod attinet ad uxorē Doctoris, eam gaudere omnibus immunitatibus, quibus gaudet maritus Doctor, aut profeſſor, ex l. medicos C. de profeſſo. lib. 10. tradunt unanimiter Petrus Rebuff. de privil. Doct. lib. 1. §. 13. num. 1. Aviles in proœmio num. 11. & 14. & Anton. Gom. ad l. fin. Tauri n. 17. Sed gaudere

foro

foro, & conveniendum coram quo vir conveniendus eſt, latè probat Didacus Perez l. 1. tit. 3. libr. Ord. gloſ. 1. col. 7. ver. uxor, & ſumitur ex regula generali, quæ procedit in quocunque marito, ſcilicet uxorem ejus forum ſequi. l. fin. Cod. de incolis lib. 10. repetita in l. mulieres C. de dignit. lib. 12. de quo Tiraq. l. 15. connubial. gloſ. 2. num. 53. Oſual. lib. 17. cap. 12. Petr. Barb. l. quia tale 14, à nu. 23. ff. ſolut. matrim. Montalegre lib. 1. prax. cap. 9. num. 291. Maior eſt difficultas, an mortuo Doctore marito, ejus privilegia retineantur, & maneant in uxore vidua? Partem affirmativam quoad fori privilegium defendit Didacus Perez l. 1. tit. 3. lib. 1. Ord. gloſſ. col. 7. verſ. uxor, ubi ait prædictam foro mariti gaudere donec viduitatem ſervaverit, adjungitque ſe ità Salmanticæ in praxi obſervatum audiviſſe. Sumitur ex l. fin. C. de incolis, ver. ſi autem, ex Authen. de nupr. §. non tamen collat. 4. & ex l. quoties C. de privileg. ſchol. lib. 12. Et generaliter quòd vidua Doctoris gaudeat privilegijs marito conceſſis, durante viduitate, tradunt Mieres de maiorat. 1. p. q. 51. num. 221. Menoch. in arbit. lib. 2. cent. 4. caſu 379. num. 5. Guido Papæ q. 589. & Anton. Gom. ad l. fin. Taur. n. 17. Sed de his jam abunde egimus lib. 3. diſt. 3. q. 3. à n. 357.

Vidua Doctoris.

QUÆSTIO III.

Quænam requirantur in Doctore ad privilegia obtinenda, & retinenda?

1383 Egimus de cauſa materiali & ſubjectiva privilegiorum, quæ Doctoribus conferri ſolent, an denum in omnibus Doctorib⁹, & utrum ad aliquos non Doctores extendantur. Agendum nobis modò eſt de cauſa veluti formali, ſeu potius conditionali, nempe de conditionibus requiſitis ut Doctor privilegia ſemel obtineat, ſeu comparet, ac deinde retineat, ſeu conſervet. Cum autem ex dictis ſatis perſpicuum maneat neminem Doctoris nomine & titulo poſſe aſſequi, & habere privilegia Doctoris; niſi ad faſtigium Doctoratus legitimè promoveatur, ſive in Academijs modo & tempore apto per Cancellarium, ſive extra Academias per ſuos principes & ſummos Pontifices, ſuperest in quæſtionem vocare, & expedire quæ requirantur ad retinendis privilegijs, aliquas conditiones requiſitas ex parte Doctoris privilegiati, ſcilicet ſcientiam, honeſtatem, exercitium docendi, & ſimiles.

Prima difficultas eſt, Utrum & quomodo requiratur ſcientia in Doctore ad gaudendum privilegijs? Conveniunt juris interpretes ſciẽtiam eſſe adeo neceſſariam in Doctore, ut ob ipſius defectum privilegijs gaudere nō debeat. Ita in ſpecie Abb. in l. clerici de judic. Alciat. de verb. ſignif. lib. 1. fol. 6. Rebuff. tract. nomin. q. 21. num. 12. Rolan. conſil. 66. num. 40. lib. 2. Anchar. in cap. 1. de paroch. Felin. in rub. de Magiſtris in fine, Iacob. Bexint. de privileg. juriſconſ. par. 2. num. 2. Menoch. conſ. 885. num. 7. Steph. Gratian. diſcep. foren. cap. 186. num. 29. Alex. in l. Centurio 5. num. 10. 20. & 21. ff. de vulg. & pupill. ſubſt. & Coler. de proceſſib. executiv. par. 2. cap. 3. num. 135. Addit Natta conſil. 65. ad med. Doctores ſcientia debita carentes neque gaudere privilegio nobilium. Ratio eſt 1. quia privilegia conferuntur Doctoribus ob ſcientiam, ut docent Bald. in l. 1. in princ. col. fin. ff. de juſt. & jure, Netta conſ. 537. & Felin. in cap. clerici, de judic. ergo deficiente ſcientia deficit cauſa finalis ſine qua privilegia dari nequeunt. 2. Quia privilegia non conferuntur niſi verè Doctoribus, quales ſunt qui docent, vel ſaltem docere poſſunt, atque adeo omnis Doctor doctus eſſe debet: doctus enim dicitur qui alios docere idoneus eſt, & quem auditores ab illo edocti doctum affirmāt l. cum ſcriptum, ibi auditores retulere ff. de dote prælegata, & tradit Rebuff. de nomin. q. 21. num. 12. ille autem qui ſciẽtia inſtructus non eſt, cum alios docere nequeat, nec Doctor, nec doctus dici poteſt; ergo nec gaudere privilegijs Doctorum.

Scientia requiſita in Doctore.

1384 Hæc ita prolata ſuam continent veritatem, ſed indigent explicatione, quam ut adhibeam, ſuppono illum dici ſcientia deſtitutum, ſeu indoctum, & imperitum in ordine ad Doctoratum v. g. legiſtarum, & privilegia, qui leges non didicit, & in eis verſatus non eſt. Ita Menoch. conſ. 100. n. 244. verſ. ſecundo admiſſo. & probat tex. in Authen. de judicib. in prin. verſ. non enim, & ibi gloſ. verbo, qui ex ſe, ubi proportione habita ampliat ad medicum, chirurgum, advocatum, & ſimiles l. 1. de poſtul. l. illicitas §. ſicuti de officio prætor. §. 1. Authen. de ſanctiſſ. Epiſc. l. ſi quis ex argentarijs §. prætor ff. de eden. Nam ad explicandam imperitiam ſolum attendi debet defectus illius ſcientiæ in qua graduatur Doctor. Hoc ſuppoſito, mihi imprimis clarum eſt, non eſſe judicandum imperitum, qui in ea facultate, in qua ſupremum gradum comparavit, mediocriter verſatus eſt. Addo in dubio, an ille ſit ſcientia neceſſaria ſufficiẽter inſtructus, judicandum eſſe inſtructum, ita ut fruatur privilegijs. Quanvis enim ſcientia, cum ſit qualitas extrinſeca, non præſumatur, at in noſtro caſu præſumitur: nam ille graduatus legitimè gradum accepit, proindeq; publicum teſtimonium ſuæ ſcientiæ.

Indoctus & imperitus qui dicatur.

1385 Dic

Ignorantia Doctoris.

1385 Dico ulterius, quanvis graduatus ille reperiatur ſcientia omninò deſtitutus, adhuc gaudere privilegijs, donec per judicis ſententiam illis privetur. Illud verò obſervandum eſt imperitiam ſeu ignorantiam Doctoris eſſe cauſam ſufficientem, ut ille per ſententiam judicis ſpolietur privilegijs. Nam id ſuadet ratio publicæ utilitatis, ne Doctor ille ſua imperitia docendo, vel judicando noceat alijs. Facit 1. nam carens peritia debita, quæ nempe in eo exigitur, eſt in culpa. l. 2. ff. quod quiſque jur. Facit 2. quòd inſufficientia præbeat juſtam cauſam removendi officialem ab exercitio ſui muneris. Cap. quanvis triſte 7. q. 1. de quo plura Menoch. præſ. 86. lib. 2. & de arbitr. in addit. q. 55. lib. 1. num. 29. Facit 3. quod profertur de Epiſcopis, & ſimilibus, qui poſſunt compelli renunciare ob defectum ſcientiæ. Ita Felin. in cap. ſi quando num. 15. de reſcript. Abb. in cap. ult. in princ. de ætat. & qualit. Hoſt. Innoc. & Butr. in cap. niſi, de renunc. & latè Paris de reſign. benef. lib. 5. cap. 3. num. 85. Imperitia enim dicitur maior cunctorum malorum cap. ignorantia diſt. 38. & ideo eſt vitanda. Bald. in cap. congregato, col. ult. de elect. & Decius in cap. cum in cunctis num. 11. eod. tit. Imperiti enim ſeu illiterati æquiparantur cæcis, brutis animalibus, & mortuis: reputantur opprobrium in Eccleſia Dei; ſunt incapaces beneficiorum, & non tolerandi, ut latè proſequitur Gonzal. ad reg. 8. cancell. gloſ. 4. n. 37. uſque ad n. 60.

Doctor approbatus & creatus ſemel an poſſit reprobari.

1386 Difficultas eſt, an Doctor, quẽ Academia, vel Princeps approbatum promovit, ob imperitiam poſſit reprobari, ut nec habeat gradum, nec fruatur privilegijs? Sermo nobis eſſe poteſt vel de imperitia antecedente receptionem gradus, vel de imperitia gradum receptum ſubſequente. De priori non loquimur, quia ſupra abundè oſtendimus manifeſtam imperitiam, ſeu ignorantiam afferre ex natura rei inhabilitatem, ne quis validè Doctoratum recipiat; ac proinde non dicetur propriè reprobari, vel Doctoratu & privilegijs privari qui nunquam legitimè approbatus, vel Doctor fuit. Eſt igitur tantum quæſtio de imperitia, vel quacunque alia inſufficientia ſuperveniente, an ſit ſufficiens cauſa, ut Doctor ſemel approbatus, & creatus reprobetur? Partem affirmativam defendunt Boer. deciſ. 147. num. 16. Bald. in l. ſed & ſi reprobari 17. in prin. de excuſat. tutor. Rebuff. de nominat. q. 21. num. 12. & Gratian. diſcep. foren. cap. 186. num. 31. qui affirmant Doctorem, quanvis ſit approbatus, ex ſuperveniente cauſa repertum indoctum poſſe reprobari. Sumitur ex l. ut gradatim 11. §. 1. ff. de muner. & honor. ubi dicitur gubernacula Reipublicæ ſolum perſonis idoneis eſſe credenda. Deinde ex ratione, quia licèt Doctori ſemel approbato jus quæſitum ſit, ut retineat Doctoratum, utpote de ſe perpetuum, tamen bonum commune, quod ſemper privato debet prævalere, ſuadet etiam cum damno privatorum, & privatione fortunarum, honoris, & vitæ per idoneos miniſtros, quales non ſunt Doctores indocti, ſuccurrendum eſſe Reipublicæ.

Reprobatio ſemel approbatorum.

1387 Facit 1. exemplum Collateralis Poteſtatis, qui inventus imperitus poterit reprobari in favorem utilitatis publicæ. Bald. in l. ſed & reprobari 7. in princ. ff. de excuſat. tutor. Facit 2. exemplum medici, cujus reprobatio admittitur propter ſanitatem, & utilitatem hominum, quidquid aliquid alias fuerit approbatus. d. l. ſed & reprobari. Oldrad. conſ. 18. circa primum articulum in prin. verſ. contrarium. Quæ doctrina rectè extenditur ad medicum ſpiritualem, in quo imperito maius periculum vertitur utpote circa animas, quàm in medico temporali imperito, utpote circa corpora. Cap. cum ſit ars artium 5. de ætat. & qualit. l. 2. C. de profeſſ. & medic. lib. 10. & l. ut gradatim ff. de muner. & honor. Ubi Io. de Plat. id extendit ad Doctores, qui (ut ait) poſſunt reprobari, quanvis inſignia Doctoratus receperint: cum expediat habere Doctores utiles, non rudes. Cap. ſedulo 38. diſt. Facit 3. exemplum Archiepiſcopi Capuani, qui (ut refert Nicol. de Neap. in d. l. ſed & reprobari) Doctores redeuntes ad patriam faciebat iterum examinari, & inhabiles cõpertos reprobabat. Vide circa hanc materiam Mar. Mur. ſuper conſuet. Panorm. cap. 68. n. 21. & Lenaud. de priv. Doct. p. 1. q. 9. n. 35.

Reprobari neque approbatus a Principe.

1388 Obſervabis tamen 1. cum Decio ad cap. ut noſtrum num. 4. de appellat. Felino in cap. ex litteris num. 19. de conſtit. Iaſ. in l. Barbarius num. 60. de offic. prætor. & Iacobo Benio de privil. juriſconſ. p. 2. in prin. num. 4. poſſe Doctores illos ob inſufficientiam reprobatos iterum approbari ceſſante ignorantia, quidquid aliud ſit in privatis ex delicto. Obſervabis 2. electionem factam immediatè per Principem de indigno & imperito non poſſe ab aliquo inferiore reprobari. Nam Principes ſua judicia improbari nolunt: imò ſacrilegij inſtar exiſtimant in dubium vocari, an is dignus ſit, quem Imperator elegerit. l. ſacrilegij inſtar C. de diverſ. reſcrip. & l. ult. C. de crimin. ſacrileg. Unde quicunque electi à Principe ad munus judicandi, vel quodvis aliud, idonei ſunt reputandi. l. quidam conſulebat ff. de re judic. Gloſſ. in Auth. de judicib. in princ. verbo habere. l. univerſis C. de precib. Imper. offer. l. imperialis C. de nupt. De quibus Menoch. conſ. 100. num. 24. Tiraq. de nobil. cap. 6. num. 24. & Cephal. conſ. 103. num. 65. Et hæc obſervatio habet præcipuè locum, quando Reſpublica hominum idoneorum penuria laborat: ſi neceſſitas enim ... hominis ... quia

Addit Maſcard.concl. 1038.num.9. ex Marſilio ſing.66.& Menochio de arbitr. lib.2. q.34.n.9. hoc adeo verum eſſe, ut recipiatur teſtimonium medicorum,etiam didicitis, ac publicatis teſtificatis, hoc eſt teſtium jam productorum teſtimonijs. 7. Medicis credendum eſt,fueritne teſtator furioſus,an ſanæ mentis, quando teſtamentum condidit, ut tenet Bart.in l.2. ff.de teſtam.& in l.1.ff.de ventre inſpic. 8.Medicorum dicto ſtandum eſt, quando animal venditum non intra triduum, ſed poſt plures dies mortuum fuit, & cum habeat cor putridum, dubitatur an tempore venditionis infirmum fuerit. Ita ex Rimin. conſil. 360. num. 13. & Alexand.conſ.148. vol. 2. Maſcard. conſil. 94. num.4.

Medicis non graduatis an credatur.

1357 Obſervabis 1.cum Bart.in l.ſciendum §.illud ff. de ædilit.edict. Ioan.de Anan.in rub.de Magiſtris,Felin.ad cap. propoſuiſti; & alijs prædicta omnia locum habere in medicis etiam non doctoratis, modò illi ex communi loquendi conſuetudine medici dicantur. Notat tamen Fran. Nat.Conci. Delphi. q.34. par.1. medicos non doctoratos ejus eſſe conditionis,ut ſi geſtent deaurata monilia,incidant in pœnam falſi,item ſi equorum vel mulorum phaleris inauratis incedant, licet ſint licentiati:eo quòd ea ſibi inſignia ſumere præſumant. Obſervabis 2.medicos,ut fidem faciant,debere jurare.Ita Bar.in proœm.Horum, & Didac.lib.2.variar.reſol.cap.13. poſt num.4. Addit idem Bar. ad l.Theopompus num.10.de dote præle. juramentum debere fieri in præſentia partis. Intellige hoc de juramento credulitatis, quo non juratur de veritate rei, ſed de judicio intellectus,cum res ipſa oculata fide percipi nequeat.Vnde formam juramenti præſtandi à medicis tradit Abb. in cap.propoſuiſti num.11. nempe jurent ſe non moveri privato odio, neque amicitia, & percepiſſe juxta peritiam ſuæ artis quidquid deponunt, ſeque credere ita eſſe quod deponunt.

Teſtimonium medicorum.

1358 Dubium eſt 1. an ſufficiat unius tantum medici teſtimonium ad faciendam integram fidem? ſeu ut illi fides integra habeatur? Sententia negativa regulariter vera eſt apud Angel. in l. qui luminibus ff.de ſervit.urb.præd.Boer.q.323.num.23.Ruin.conſ. 53.num.11.Caſon in praxi fol.10.num.6.Aviles ad l.Prætor cap.1.fol.50.num.28. Chaldas Pereira ad l. ſi curatorem verbo minoribus n.18. Barb.in Collect.tom.3. ad cap.ſignificaſti 2. de homic.num.4. & Menoch.de arbit. caſ.114. n. 27.lib.2. cent.2. qui dicunt non ſufficere unum medicum, ſed ad minimum duos eſſe adhibendos. Fundantur in tex. cap.ſignificaſti 2.de homicidio, qui loquitur in numero multitudinis. Dictum eſt veram eſſe ſententiam regulariter.

Medici unius electus.

3. quia non procedit (ut ait Bar. in d.proœm. Horum) quando partes unicum elegiſſent, & unico eſſent contentæ. Quia tunc unicus ſufficeret. 2. quia non procedit juxta Corn. conſ. 194.in fine vol.2. & Alex. conſ.35. col.3. lib.3. quando in civitate unus tantum peritus exiſteret.Tunc enim (ut notant Abb. d.cap.propoſuiſti num.3.& Felin.ibid. num.7.) non eſſent vocandi è locis vicinioribus alij medici, niſi in cauſa ardua,qualis eſſet,ſi ageretur de hominis morte:vel niſi lege municipali cautum eſſet,ut certus medicorum numerus adhiberetur. 3. quia non procedit, quando nonnullæ conjecturæ medici unius dictum juvarent, veluti ſi vulneratus ſupervixerit aliquibus diebus, & vulnus illatum non eſſet in loco admodum periculoſo. Tunc enim (ut docent Bal.conſil. 109. incipit Propoſitum quod Titius vol.2. & Decius in d.cap.propoſuiſti num.11.) fides integra uni adhibenda eſt. 4.quia non procedit, quando inter multos unus peritiſſimus, ac publicè electus adeſſet. Tunc enim illi ſoli eſſe credendum aſſerunt Boer.q.323.num.4.& Bart. in l.1.C.de ponder.& auro illat. lib.10. ex eodem textu. Nam cum prædictus ſit ad hoc deſignatus officialis, credi illi debere in pertinentibus ad officium,reſolvunt Gramma.in conſ. civil.24. col.2. & Ruin. conſil.56.col.3.vol.2. 5. quia non procedit, quando medicus probaret innocentiam,v.g. vulnus illatum non fuiſſe lethale.Tunc enim ſufficere unicum,docuere Gabr.de teſte concl.1.n.35. & Corn.cõſ.194. in fin. vol. 2. quibus ſubſcribit Maſcar.concl. 1038.n.33.

Senioris dicto præferendum.

1359 Dubium eſt 2. quibus ſit credendum, quando plures medici inter ſe diſcordant? In propoſito eventu ſtandum eſſe dicto ſenioris, ex Tiraq. de jure primog.in præfat.num.155. Caſſan.de conſuetud. Burgund.fol.70.num.4. & Greg.l.16. verbo e conocieren tit.8. p.5. tradit Barb. in Collect. tom.3.ad cap.ſignificaſti 2.de homicid.num.5. Vberiùs tamen & dilucidiùs reſolvit hoc dubium Maſcard. de probat. concl.1038.num.46. & conclus.3174. a num. 40. ex cujus doctrina. Dico 1. quando dignitas & peritia medicorum contraria aſſerentium eſſet æqualis; credendũ eſt maiori parti. Ita Afflict.deciſ.1. ſumiturque ex l.1.§.1. & §. ſi omnes vel plures ff.de ventre inſpic. Dico 2. quando duo periti diſcordant, ſtandum eſt peritiori. Ita Bald.in proœm.Horum,& Cæpol.conſ.28.num.23. Vnde quando quæritur,an vulnus ſit lethale, magis chirurgo quàm medico ſtandum eſſe, tradit Maſcar.cit. ex Gloſ.ad cap. Vt veterum 9.diſt. Chirurgus enim circa vulnus cenſetur peritior medico.

Medicis diſcordantibus æqualibus.

Dico 3. quando plures medici imperiti diſcordant cum paucioribus peritis, his omninò credendũ eſt.Ita Specul.in tit.de homic.poſt prin. ver.de facto quæritur. Quia tũc præponderare debet authoritas paucorum peritorum multitudini imperitorum.

1360 Dico

Digitized by Google

Medicorū diſcordantiū æqualitas.

1360 Dico 4. quando omnes eſſent æqualiter periti, & æqualis numerus pro parte contraria ſentientium, ſtādum eſt ijs, qui magis veriſimile dicunt. Ita Bald. cap.1.in princ.col.5.quibus modis feud.ami.in uſib.feud. ubi dicit quando quis eſt in loco periculoſo, vel vulnere, ex quo ſolet evenire mors, & aliqui medici negant fuiſſe mortuum ex tali vulnere, aliqui verò affirmant, credendū eſſe illis qui dicunt ex vulnere obijſſe: quia dicunt id quod magis veriſimile eſt. Ita etiam Cæpol.conſ.61. ubi habetur non credi de vulnere lethali duobus medicis, qui viderunt vulneratum vivum, pluribus, qui inſpexerūt mortuum, referentibus contrarium. Dico 5. Quando datur omnimoda æqualitas, nempe, in peritia, dignitate, & numero diſcordantium, & veriſimilia pro utraque parte ſententium, credendum eſt magis pro reo abſolvēdo. Ita Gloſ. in cap.clerici 81. diſt. Cæpol.conſ.28.num.23. Feli.in cap.propoſuiſti num.10.verſ.4. Hercul. tract.de proban.negat.num.213. Alexan. conſ. 112.colum.fin. lib.3. & Campeg. de teſti. reg. 302.ver.3. fallit. Sumitur ex l.abſentem ff. de pœn. & ex illo vulgatiſſimo axiomate, In dubio favēdum eſt reo: de quo latè Auguſt.Barb. tract.de axiom. axiom.204.

DISPVTATIO IV.

De privilegijs Doctorum.

1361 TRiplici diſputatione præcedenti Doctores dedimus graduatione promotos, Dignitate conſpicuos, oppoſitione ad cathedram, eiuſque adeptione & uſu exercentes magiſterium, ac tandem vigentes Doctorali poteſtate ſive erga diſcipulos, ſive ad opinionem & fidē faciendam. Supereſt agendum de illorum privilegijs: ſcilicet an expediat privilegijs frui omnes Doctores? Ad quaſnam perſonas extendantur Doctorum privilegia? Quænam ſint requiſita, ut Doctor privilegijs fruatur? Quænam ſint in particulari collata Doctoribus privilegia? Quæ omnia hac præſenti diſputatione præſtabimus.

QUÆSTIO I.

An expediat frui privilegijs omnes Doctores?

Doctor privilegijs debet honorari.

LVce meridiana clarius eſt expedire quòd privilegijs fruatur Doctor verè talis, qui nempe ad Doctoratum legitimè aſcendit, & in eo abſque ulla dedecoris nota fulget vitæ & doctrinæ radijs. Nam apud omnes in confeſſo eſt optimam cauſam & rationem conferendi privilegia eſſe bonum commune, propter quod & leges conduntur, & ab ipſarum obligatione nonnulli homines benemeriti, & inter alios præſtantes eximuntur, honoris & præmij cauſa. Æquum enim eſt, ut ſicut ſcelerati ratione boni communis ſupplicijs afficiuntur, ita optimè meriti præmijs honorentur. Quis igitur negabit Doctores eſſe bono cōmuni perquàm utiles & neceſſarios, proindeque privilegijs, & multis alijs beneficijs cumulandos? Eſt enim Doctor in cathedra inſtar ſolis in cœlo, qui ſuæ doctrinæ ſplendorem circū quaq; diffundit, & ignorātiæ tenebras diſſolvit. Nam ſicut deficiēte ſole, orbis terrarum cæca caligine obruitur, ita deficientibus Doctoribus ignorantia omnes homines excæcaret, deduceretque à via veritatis.

Principis obligatio ad privilegiandū Doctores.

1362 Hinc eſt quòd Bolognetus per tex. in Authēt. Habita, & ibidem Rebuffus C. ne filius pro patre, affirment teneri Principem jure naturali ad remunerandum & privilegiandum Doctores, qui (ut notat Neviz. in ſylva nuptiali num. 11. & Gloſſ. verbo parum obſervaſſe, ad l. unicuique C. de proximis ſacror. ſcrin. lib. 12.) In acquirendo ſcientiam diu noctuque inſudarunt facientes paſſim menſam de libris. Deinde cum Doctores alijs benefaciant, & omnibus proſint cap. 1. de privilegijs in 6. & in cœlo ædificent, ut aſſerūt Hoſtienſ. in procem. Summæ §. fin. num. 19. & Archid. in cap. Nonne num. 2. 36. diſt. & benefacienti benefacere jure naturæ quicunque teneatur l. ſed & ſi lege §. conſuluit ff. de petit. hæred. l. ſi non ſortem §. Libertus ff. de condict. indeb. ſequitur Principes, ad quos præcipua boni communis pertinet cura, teneri ad favendum, remunerandum, & privilegiandum Doctores. Accedit, quòd ſi milites meritò cenſentur digni privilegijs, ex eo quòd ſuis armis Rempublicam tueantur, Doctores potiori

eriori jure iiſdem & maioribus privilegijs ornati debeant, & quòd ſuis libris & doctrinis univerſum orbem ab erroribus defendant, ut omnes recto veritatis tramite ad ſalutem venire poſſint.

Privilegijs ornati Doctores.

1363 Suo igitur muneri & obligationi ut ſatisfacerent Pontifices, Imperatores, ac Reges in omni ætate pro literarum augmento Doctores privilegijs, ſicut & multis alijs beneficijs, & honoribus condecorarunt: quod manifeſtiùs conſtabit ex ultima quæſtione, in qua privilegia de facto collata Doctoribus proponentur. Interim liceat ſcire 1. ordinem Doctorum in Eccleſia quaſi præcipuum ac privilegiatum vocari Cap. cum ex injuncto verſ. ſicut, & ibi Gloſ. præcipuus, de hæreticis. 2. Doctores à Summis Pontificibus appellari filios quaſi omni immunitate & favore proſequendos. Ita in proœm. Decretal. in proœm. Sexti, & in proœm. Clementinar. 3. Theodoſium & Valentin. CC. (ut teſtatur Petrus Gregor. de Rep. lib. 18. cap. 7. n. 2.) multa privilegia rogatis reverentia ſtudiorum à Principibus fuiſſe collata referre, quæ ſervari decreverunt l. quidquid C. de advocat. diverſ. judicior. Nam Summus Pontifex Bonifacius VIII. ſui Pontificatus anno 9. inter alia quæ conceſſit Doctoribus Romæ in generali ſtudio verſatis, ſtatuit ut haberent omnia privilegia conceſſa Doctoribus exiſtentibus in alijs ſtudijs generalibus privilegiatis. Carolus V. (inquit Tholoſanus de Rep. lib. 18. cap. 7. num. 12.) Doctores in Academia Pariſienſi docentes à cunctis præſtationibus pro recuperatione ſui regni indictis exēptos & immunes eſſe voluit. Deinde ejus filius Carolus VI. eoſdem Doctores à decimis, & alijs quibuſcunque ſubſidijs exemptos fore declaravit. Longum, imò infinitum eſſet recenſere omnes Principes Eccleſiaſticos & ſeculares, qui privilegia contulere Doctoribus. Relata ſufficiunt, ut perſpicuè intelligatur quàm expediens, & rationi conſonum ſit Doctores frui privilegijs.

Doctor ſolo nomine non fruitur privilegijs.

1364 Maior imò tota difficultas eſt inquirere, an omnes & quicunque Doctores privilegijs frui debeant, & de facto fruantur? Negativa reſolutio vera eſt ſaltem in ijs Doctoribus, qui ſolo nomine Doctores ſunt. In materia enim tanti momenti nō tam debemus attendere ad nomenclaturam, quàm ad realitatem, ne videatur de re ſeria quæſtio ridicula, & non tam de re, quàm de vocabulo. Ita Ripa lib. 2. reſponſ. cap. 20. Guido Papæ q. 88. Rolando Valle conſ. 66. num. 40. 41. lib. 1. quos refert ac ſequitur Menochius de arbitr. lib. 1. cent. 4. caſu 379. num. 12. ubi limitat hoc non procedere in illis locis, in quibus prædicti Doctores in numerum aliorum per matriculam referuntur, ut Veronæ ex illius ſtatuto cap. 118. ſatis enim erit quòd Doctor prædictus ſit matriculatus, ſeu ea matricula approbatus, ut privilegijs frui poſſit. Sic Brixiæ ex ſtatuto 210. ſufficiet medicum, etiam nominetenus medicum, eſſe approbatum, & receptum à collegio.

Doctor malè promotus an gaudeat privilegijs.

1365 Primum dubium eſt, an malè promotus ad Doctoratum gaudeat privilegijs Doctorum? Sylveſter v. Doctor num. 4. cōceptis verbis hæc habet. Tertio quæritur, Utrum Doctoratus privilegium habeat promotus à Doctoribus corruptis? Et dicit Archid. in cap. de quibuſdam locis 37. diſt. quòd non: & allegat text. in ſimili in l. unica ff. de athlet. & facit tex. juncta Gloſ. in l. 1. Cod. de anno civil. lib. 10. ubi dicitur quod ſtipendia tradenda ſunt, non pro titulis dignitatum, vel numero ſcholaſticum, ſed ſecundùm merita. Unde Gloſ. ibi dicit præferri debere peritos ſcholares Doctoribus imperitis. Et intelligit Panorm. in d. cap. clerici in caſu in quo non requiritur titulus Doctoratus, & quoad honores deferendos, non jam delatos: non autem quantum ad lectionem ad quam non Doctoratus non admittitur. Vide ibi, & adde quod intelligitur quantum ad anteceſſionem, & omnia, quando inſufficientia Doctoris eſt clara & patens, ſic quòd pateat eum contra merita eſſe promotum: quia tunc non cenſetur eſſe Doctor quoad privilegia Doctoratus. Hactenus Sylveſter loco citato. Quibus adde verba Stephani Gratiani tom. 1. diſcep. forenſ. cap. 186. num. 87. Omiſſis (inquit) alijs quibus dicta privilegia non competunt, prout eſt in illis, qui corruptis Doctoribus ad gradum Doctoratus promoventur. Abb. in cap. proſuiſti, de probat. Rebuff. de nominat. q. 5. num. 5. Exemplo ementis officium, qui ejus privilegio non gaudet l. univerſis C. de legat. lib. 10. Ioann. de Plat. in l. eam Cod. de excuſat. numer. civil. lib. 10.

Privilegia Doctoris malè promoti.

1366 Hanc tamen Doctrinam abſolutè veram, nimis tamen generaliter & obſcurè traditam ut elucidem, ſuppono 1. in promotione ad Doctoratum, ſive corruptis, ſive incorruptis promoventibus, poſſe evenire defectum vel eſſentialem, qui inducit nullitatem Doctoratus, qualis v. g. defectus prævij examinis rigoroſi, quando poſtulatur tanquam forma, vel accidentalem, cum quo ſtare poteſt valor Doctoratus, ut ſi conferatur die non feſto, aut loco non deſignato. Suppono 2. in quibuſdam Academijs dari ſtatuta, quibus cavetur ut non gaudeant privilegijs, qui hoc vel illud omiſerint. v. g. ſi ſingulis annis non dederint nomen matriculæ, qui certis ſcholaſticis conceſſibus non adfuerint, & ſic de alijs. Dico 1. Præciſo ſpeciali ſtatuto, qui fuerit malè promotus ad Doctoratum, ſive corruptis, ſive incorruptis promoventibus, ſi in promotione evenerit defectus eſſentialis, non conſequetur privile-

privilegia, quibus fruatur: ſecus, ſi evenerit defectus ſolum accidentalis. Sic intelligo citatos authores. Prima pars reſolutionis conſtat, quia interveniente defectu eſſentiali ex omiſſione alicujus eſſentialiter requiſiti ad valorem Doctoratus, hic gradus eſt nullus, ut patet: atqui nullum quod eſt, nullum producit effectum l. 4. §. condemnatum ff. de re judic. l. non putavit §. non quævis ff. de bonor. poſſeſ. contra tabul. l. 2. ff. de author. tutor. l. ſi aut nullum C. de legit. hæred. & l. non dubium C. de legib. Illuſtrant Mendez in praxi Luſit. lib. 3. cap. 21. n. 43. Flamin. de reſign. benef. lib. 7. q. 1. n. 26. & Surdus deciſ. 40. n. 8. cum vero privilegia ſint effectus Doctoratus, ipſum nullum conſequi nequeunt.

Pœna non datur niſi expreſſa.

1367 Secunda pars ſuadetur, nam præciſa lege vel ſtatuto aliud decernēte, cum defectus accidentalis in promotione, ſive culpabilis, ſive inculpabilis non inducat nullitatem actus, ſed ipſo admiſſo promotus adhuc maneat verus Doctor, non apparet per quid impediatur à conſequēdis privilegijs Doctorum. Non enim poteſt impediri privatione, ſeu ſpoliatione data in pœnam: quia ſuppono ſtatuta circa talem defectum nihil decreviſſe, & pœna non irrogatur, niſi expreſſè jure caveatur, Authent. de non eligend. ſecund. nuben. §. ſin autem. Exornant Menoch. conſil. 1032. num. 19. Gironda de privileg. num. 563. & Mari. Antonin. variar. reſol. lib. 3. reſol. 39. num. 11.

Dico 2. Poteſt Doctor per ſolum defectum accidentalem admiſſum in promotione non conſequi privilegia, ſi id per legem vel ſtatutum Academicum caveatur. Ratio eſt manifeſta, nam Princeps, & quicunque legiſlator ob bonum commune poteſt ſtatuere pœnas delictis proportionatas, & apponere conditiones pro obtinendis privilegijs, & quibuſcunque alijs beneficijs; ergo ſi detur ſtatutum vel puniens defectum accidentalem privatione privilegiorum, vel apponens aliquid pro conditione ad comparanda privilegia, illud obſervandum eſt. Vnde ex ſolo ſtatuto pœnam infligente, vel conditionē apponente Doctor ille malè promotus à privilegijs conſequendis impedietur. Nec obſtat exemplum allatum à Rebuffo citato ſupra num. 1365. de emente officium, qui ejus privilegijs non gaudet propter malam promotionem. Quia pœnæ ad alios caſus non ſunt extendendæ, ſed reſtringendæ l. factum cuique §. in pœnalibus, ubi Dec. ff. de regul. juris, & cap. in pœnis eod. tit. in 6. Burg. de Pace conſil. 8. num. 2. & Surd. de aliment. tit. 1. q. 51. nu. 12. Quod axioma procedit, etiamſi extenſio fiat ex ſimilitudine rationis, de quo latius Garc. Gironda de privil. explicatione n. 540. Dueñas regul. 287. & Io. Andr. in reg. Odia de reg. jur. in 6.

Pœnæ non ſunt extēdendæ.

1368 2. Dubium eſt, an Doctor creatus reſcripto gaudeat privilegijs? Partem affirmativam tuetur Mandoſ. reg. 16. q. 20. num. 5. ad medium, ubi concludit etiam Doctores ex reſcripto imperitos gaudere privilegijs Doctoribus conceſſis. Facit 1. pro hac parte, nam Doctor creatus per reſcriptum Principis numeratur inter veros Doctores, ita ut veram dignitatem Doctoralem habeat: privilegia autem Doctoralia conceduntur dignitati, ut tenent Dec. in cap. clerici num. 13. de judic. Cagn. in l. ſi quis maior num. 169. Cod. de tranſact. Bald. in l. qui ſub prætextu Cod. de ſacroſ. Eccleſ. & Petrus Leneuder. de privil. Doctor. p. 1. q. 13. num. 51. Facit 2. quia eodem modo ſe habet Doctor creatus per reſcriptum Principis, atque creatus immediatè à Principe: nam facere per ſe videtur qui per alium facit l. 1. §. dejeciſſe ff. de vi, & vi arm. l. ita §. quod ſi quis ff. de admin. tutor. Atqui Doctores qui immediatè recipiūt gradum à Principe gaudēt privilegijs Doctorū, imò præcedūt alios in quibuſcunque collegijs graduatos, ut tradūt Anton. Gomez ad l. fin. Tauri num. 17. Mut. ſuper conſuet. Panormitan. cap. 68. num. 26. Boer. de actor. magn. conſ. num. 58. Socin. in cap. qualiter & quando not. 5. de accuſat. & Martin. Laudenſ. de dignit. §. 20. Ad Principem enim æquè pertinet conferre dignitates ac erigere & reprimere. Bartol. ad l. Magiſtros Cod. de profeſſ. & medicis lib. 10. Fab. in §. reſponſa num. 2. Iuſtit. de jure natur. gent. & civil. & Dec. conſil. 563. in caſu num. 1. Et quidem maior honor debetur prædictis ratione electionis utpote factæ à maiore, cum ſit maius donum, & efficacius à maiore datum. Gloſ. in leg. reſtituendæ 6. in verbo judicati Cod. de advocatis diverſ. judic. in l. 2. verbo conſecuti. & ibi Franc. Tigrin. & Alexand. de alb. ſcrib. Facit 3. quia eodem modo ſe habent Doctores per reſcriptum ad alios Doctores, atque cives per reſcriptum ad alios cives, cum non appareat diſcrimen: atqui cives per reſcriptum æquiparantur originarijs, & gaudent prærogativis eorum qui nati ſunt in civitate, quaſi propriè dicantur cives, ut docedt Bartol. in leg. ſi maritus §. 1. de adulter. Pariſ. conſil. 71. num. 9. lib. 1. Cephal. conſil. 4.1. lib. 4. Dec. conſil. 251. viſo puncto num. 5. Boer. deciſ. 135 num. 20. & Mut. ſuper conſuet. Panorm. cap. 30. num. 20. ergo ſimiliter Doctor per reſcriptum gaudebit prærogativis aliorum Doctorum.

Reſcripto Principis factus Doctor:

Creatus Doctor à Principe

Cives per reſcriptum facti.

1369 Nihilominus partem negativam defendunt Ioan. Fab. in §. reſponſa Inſtitut. de jure nat. gent. & civili, Guido Papæ deciſ. 88. ſed quæro an domini, in fin. num. 5. & deciſ. 388. quo vero num. 10. Aviles in proœm. l. Prætor num. 21. & Stephan. Gratian. diſcept. foren. tom. 1. cap. 186. num. 70.

Doctor per reſcriptum non gaudet privilegijs.

Sumitur ex ijs quæ caventur ad l. Si ita quis §. 2. ff. de legat. 2. & ex jure regio Caſtellæ (ut inquit Aviles citat.) in quadam Pragmatica ſanctione. Favet Rebuff. de nominat. quæſt. 10. num. 4. affirmans prædictos in Hiſpania non haberi pro graduatis, prout neque in regno Franciæ. Addit aſinos, qui non poſſunt ſumere gradum ratione ignorantiæ in Vniverſitatibus famoſis, illum recipere à Comitibus Palatinis, & ideo tales bullatos nõ eſſe maioris momẽti quàm ſit bulla, nec haberi pro Doctoribus, & tanquam cæcos à cæcis duci: cum ſint ignari litterarum, & ſæpe neſciant legere aut ſcribere: prout (inquit Gratian. citat. n. 72.) ſunt milites multi S. Petri & Pauli, qui habent etiam hujuſmodi facultatem per privilegia, quæ continentur in officijs per eos emptis, ut notant Dec. in cap. clerici, de judic. Thomas Parpal. in repet. l. placet col. 20. C. de ſacroſ. Eccleſ. & Iacob. Benint. de privil. Iuriſcõſ. §. 2. in princ. num. 6. ubi affert Conſtitutionem Pij V. ſuper promovendis ad Doctor. pequam tales nulla gradus prærogativa frui poſſunt, aut debent quoad dignitates, cæteraq; beneficia Eccleſiaſtica, quaſi dicantur per abrupta aſcenſum petere cap. ſicut 48. diſt. cap. legimus 92. diſtin. Confirmat Gratian. citat. num. 71. quia Doctor debet gradatim, & non ſaryticè id eſt per ſaltus promoveri: alias non gaudet privilegio. Gloſ. in l. nemo 8. verbo monſtrantur C. de advoc. diverſ. judic. & Rebuff. d. q. 10. num. 4.

1370 Vtraque propoſita opinio, quanvis videatur oppoſitionem inter ſe habere, ſuam continet veritatem, ſi à nobis exponatur & concilietur. Nam prior affirmans prædictos Doctores gaudere privilegijs, poteſt ac debet intelligi quando non obſtat aliquod expreſſum jus: & quãdo in promotione nõ defuit aliquod ex eſſentialiter requiſitis ad valorẽ Doctoratus. In quo ſenſu vera eſt prior ſententia: quia reſcriptum Principis ſupremi habẽtis poteſtatem Doctorandi non ponit ex ſe inhabilitatẽ, ſeu impedimentum ad privilegia. Imò Princeps concedens reſcriptum ſemper procedit, præſuppoſitis terminis habilib⁹, & nõ cẽſetur noluiſſe cõcedere admiſſiones per vias inſolitas & abuſivas, ſed ſecũdùm cõſuetudinem quæ ſervatur in hujuſmodi gradibus. Ita Caſſa. in Catal. gloriæ p. 10. cõſ. 37. Barbar. in procem. Clem. col. 14. & Iaſ. in l. ſi quis maior num. 31. C. de tranſact. Poſterior opinio negans prædictos gaudere privilegijs, verum habet, ſi intelligatur vel quando fortius aliquod jus obſtat reſcripto, vel quando in promotione intervenit defectus eſſentialis, proindeque impediens valorem Doctoratus. Et quidem ex fundamentis dictæ opinionis hanc expoſitionem elicimus. Nam vel afferunt jus Pontificium, quod impedit prædictos Doctores à

Reſcriptum Principis ex ſe non impedit privilegia Doctoris.

conſequendis privilegijs, vel afferunt inhabilitatem notabilia inſufficientiæ, ſeu imperitiæ, quæ ex natura rei impedit valorem Doctorat⁹, & tollit radicem privilegiorum. Vnde fundamẽta hujus poſterioris opinionis non indigẽt maiori explicatione.

1371 Supereſt explicare fundamenta prioris, quia continent multam doctrinam. Ad primum dicimus Doctorem creatum per reſcriptum numerari inter veros Doctores, ſi non obſtent proximè dicta; ſcilicet vel jus aliquod fortius; vel defectus eſſentialis in promotione ad gradum. Ad confirmationem; fatemur privilegia Doctoralia concedi dignitati; ſed non ſolum dignitati: cum ſoleant concedi principaliter propter ſcientiam, ut docent Bald. in leg. 1. in prin. fin. ff. de juſt. & jure, Natta conſil. 537. Felin. in cap. clerici, de judic. quibus ſubſcribit Gratian. tom. 1. cap. 186. num. 63. Quidquid aliud ſit de privilegijs reſpicientibus ſolum ordinem & dignitatem; quæ competunt etiam imperitis, ut videre eſt apud Ripam in l. Centurio num. 17. ff. de vulg. & pupill. Felinum in rubr. de maior. & obed. num. 4. & Bartol. in l. maximarum in fin. Cod. de excuſat. man. lib. 10.

Dignitati conceſſa privilegia.

1372 Ad ſecũdum admittimus aliqualẽ paritatẽ, vel potiùs ſimilitudinẽ inter Doctorem creatũ per reſcriptũ, & Doctorẽ creatũ ſolo verbo Principis: addimus tamen Doctorem creatum ſolo verbo Principis non præferri alijs Doctoribus, niſi ſit creatus præcedente rigoroſo examine. Arg. tex. in l. 2. ff. de albo ſcribendo, & in l. nemo C. de advoc. diverſ. judic. Et ita expreſſẽ Roma. in l. ſi vero §. de viro ff. ſoluto matr. 29. fa. Iaſ. in l. 2. §. ſi prius ff. de vulg. & pupil. 3. col. n. 17. Marian. Senen. in cap. qualiter & quando, de accuſat. not. 3. Andr. Siculus in procem. Clem. & multi alij quos referunt ac ſequuntur Anton. Gom. ad legem fin. Tauri n. 17. Caſſan. in Catal. glor. p. 10. conſid. 37. Socin. in cap. qualiter el 2. not. 3. de accuſat. & Gratian. citatus num. 77. Vnde quando relinquitur alicui legatum, cum doctorabitur, non debetur ei, qui ſolo Principis verbo Doctor creatur, niſi præcedente cõgruo examine, ut docet Iaſ. in l. ſi quis maior num. 30. Cod. de tranſact. Vide Benium de privileg. Iuriſconſ. p. 3. in prin. num. 17. ad 20. Rebuff. de nomin. quæſt. 11. num. 17. verſ. duodecimo. Ad tertium dicimus apparere latum diſcrimen, & diſparitatem inter Doctores per reſcriptum, & cives per privilegium: quia ad hoc ut verus civis fiat ex privilegio, non requiritur ſcientia, quæ exploretur per examen; ſecus, ut verus Doctor fiat ex reſcripto. Accedit illos propriè appellari cives, accepto ſtrictè vocabulo, qui origine ſunt cives & ex nativitate, non autẽ ex privilegio, ut tradũt Surd. cõſ. 317. lib. 3.

Principis verbo creatus Doctor.

Cives ex privilegio.

Mut.

Mut.ſuper.conſuetud. Panorm.cap.86. no.32. Bald.in l.cives Cod.de appel. & Aret.conſ.77. Quaſi naturalis cauſa(inquit Gratian. d.c.186. num.86.)ſit magis propria,quæ in materia ſtricta ſolum venit.

QUÆSTIO II.

Ad quaſnam perſonas extendātur privilegia Doctorum?

1373 SErmo hactenus nobis fuit de illis Doctoribus, qui per aſcenſum ad Doctoratum conſequuntur privilegia: modò ut in eadem privilegiorum cauſa materiali, ſeu ſubjectiva perſiſtamus, videndum eſt, an aliqui non Doctores per quandam benignam extenſionē privilegia Doctorū participent. In conſiderationem veniunt licentiati, advocati, Doctorum fratres, filij, & uxores.

Licētiati an habeāt privilegia Doctorum.

Quod attinet ad licentiatos, levis difficultas non eſt, an fruantur privilegijs Doctorum? Partem affirmativam videntur ſequi Angl. Aret.§.quædam num.10.Inſtit.de action. Decius l.eum quid prima lect.num.11. ſecunda lect. n. 18.ſi cert.petat. Socin.ibi num.2. & conſil. 70. num. 4. & Molinæus in addition. de judicijs. Poſſunt fundari, quia favores ſunt extendendi, & licentiati quanvis revera non ſint Doctores per lauream, ſunt tamen Doctores per licentiam, præcedente (ut ſupponimus) multiplici examine, & omnibus requiſitis, ut poſſint lauream aſſumere. Partem negativam ex oppoſito videntur tenerè Guido Papa quæſt. 190. Iaſ. l. cum quid 1. lect. num.16. ff.ſi certum petat. Felin. in proœm. Decretal. Iacob. Rebuff. in l.1. Cod. de conſil. lib.12. Alciat. tract.præſumpt.reg.1. præſ.45. num.2. Ruinus conſ.19.num.15.lib.1. & Gratus conſ.116. lib.2. Fundantur 1. quia privilegia conferuntur Doctoribus ob dignitatem: ſed licentiati non cenſentur habere dignitatem Doctoralem, juxta Clem.2.de Magiſtris, & Bart.l.1.Cod.de novo Cod.compon. Fundantur 2.quia licentiatus nō venit appellatione Doctoris, ſeu nō poteſt verè Doctor appellari, quod eleganter proſequitur Signorolus conſil. 51. ſtatuto Medicorum, ubi multis demonſtrat ſtatutum collegij & profeſſorū artis medicæ, quo Doctores habēt privatā & publicā examinationē eligendi Doctorē ad lecturā, locū nō habere in licētiato. Fundantur 3. quia licentiatus licèt appelletur Doctor per licentiam, & ſit antiquior, non præfertur Doctori laureato: unde non præfertur in caſu ſtatuti collegij, quo antiquior Doctor in locū Doctoris nomeratij defuncti vocatur atque ſubrogatur, ut docet Alciat.Reſpōſ.722. ex ea præciſa ratione, quia licentiatus non poteſt dici Doctor ante illum qui verè Doctoris inſignib⁹ ornatus eſt.

Licentiatorum duo genera.

1374 Vtranque propoſitam ac diſſidentem ſententiam nititur conciliare Menochius de arbitrar. lib.2. cent.4. caſu 389. num.18. præſupponens ex Signorolo conſil. 51. & Alciato Reſponſ. 722. duas eſſe ſpecies licentiatorum: nam alij (inquit) ſimpliciter licentiātur, ut poſſint deinde aſſumere nomē & inſignia Doctoris, alij verò conſecuti ſunt etiā nomē Doctoris, & ſi inſignia collata nō ſint, cū interim doceāt, proindeq; exerceant veri Doctoris officiū. Conſentit igitur cum authoribus poſterioris ſententiæ aſſerens licētiatos primæ ſpeciei non gaudere privilegijs Doctorum, cū nec verè Doctores, nec docentes ſint: & ſubſcribit authoribus prioris ſententiæ affirmans licentiatos ſecundæ ſpeciei gaudere dictis privilegijs. Quia tales licentiati ſunt re ipſa Doctores, & ſi deſint inſignia, quæ qualitatem extrinſecam potiùs quàm rei eſſentiam præ ſe ferunt. Accedit, quòd Conſtantinus (ut ait) nō tā dignitatem, quàm ipſam peritiam, & docendi laborem cōſideravit, ut inſcriptio tituli oſtēdit, & verba d. l. Medicos ibi & profeſſores alios litterarum, quæ ſanè verba procedunt in non laureato, ſed qui ſua peritia & doctrina alios vel inſtruat, vel inſtruere poſſit.

Quanvis judicem, hæc omnia, ſi ſanò modo intelligantur, probabiliter ab authoribus dicta eſſe, & mihi non diſpliceat conciliatio facta per Menochium, tamen in materia dubia ac difficili nemo poteſt ſecutiùs incedere, ac maturiùs decidere, quàm monens circa licētiatos, utriuſq; ſpeciei attendenda eſſe ſpecialia ſtatuta Academiarum, & ipſorum viridem obſervātiam, cui poteſt obſtare conſuetudo in oppoſitum: nam ſicut conſuetudo legitimè præſcripta legem condit & abrogat, ita privilegia, ipſorumq; uſum poteſt conferre & auferre. Et quidem in ſubjecta materia, de cōſuetudine aliqua privilegia Doctoribus conceſſa non admitti, tradit Steph.Gratia. diſcep.foren.to.1.cap.186. n.1.ex Gaſp.Beat.de inopia debit.cap.16.num. 152. Dico igitur licentiatos non debere frui privilegijs Doctorum niſi in quantum per leges municipales regni, vel Academiarum, aut per conſuetudinem legitimè præſcriptam illis permiſſum fuerit.

Conſuetudinis vis in privilegiis.

Advocati an gaudeant privilegijs Doctorū.

1375 Quod attinet ad advocatos, ſeu cauſarū patronos, eos gaudere privilegijs Doctorū etiā actu docētiū, quos profeſſores vocāt, ſaltē quoad immunitates cōceſſas in l. Medicos C. de prof. & med. lib.10. defendūt Natta cōſ.1.& cōſ.65. lib.1. Rolan. à Valle cōſ.66 n.36. lib.1. Nicol. de Neap. in l. profeſſio C. de muner. patr. lib.10. Archid. in Clem.2. de Magiſt.

Digitized by Google

Guido Papæ q.88.& 388. Felin. & Io.de Ana. in tub.extra de Magiſtris Cagnolus in proœm. Pandect.§.nos vero n.255.Aret.cõſ.94. Menoch.de arbit.loco cit.n.3.Aviles in proœm.ad l. Prætor.n.21.& Gratian.cit.n.6 Sumitur ex l.2. §.juris civilis ff.de orig. juris, ubi conſulentes appellantur profeſſores:privilegia antẽ Doctorum ex jure conferuntur profeſſoribus. Facit Bald.in l.1.in princ.col. fin. de juſt.& jure, ubi quẽlibet juriſconſultum appellat præceptorẽ, & conſentit Natta conſ.1. n. 1. Cum enim (ut inquit M.Tullius 1.de orat.) domus uniuſcujuſque juriſconſulti Oraculum ſit civitatis, quia cives de rebus incerti per eos certi dimittũtur, rectè advocati poſſunt dici docere jura, cliẽtulos inſtituẽdo, & de jure ad quæſita reſpõdẽdo. Hæc ſententia verum habet, ſi loquatur de advocatis, qui aliunde veri Doctores ſunt, laurea nempe Doctorali legitimè inſigniti. Et in hoc ſenſu videntur loqui authores citati, præſertim Gratian. num.3. ubi ſic: Quanvis Bart. d. l. Medicos concludat privilegia Doctoribus cõceſſa ſolum cõprehendere actu legentes, tamẽ verior eſt opinio etiam quoad non legẽtes, dũmodo exerceant officium advocationis. Aviles cit. ita habet: Conſuetudo obſervat, ut ſimplex Doctor, maximè ſi ſit advocatus, etiam ſi actu non legat, non poſſit capi. Quibus locis utrecq; author clarè ſupponit advocatos illos, qui privilegijs fruuntur, eſſe Doctores.

Fratres Doctorum privilegiati.

1376 Quod attinet ad fratres, ſi loquamur de immunitatibus cõceſſis per d.l.medicos, conveniunt juris interpretes Marſilus ſing.18. Natta conſ.1.n.10.11. & conſil.65. in fine lib.1. Barbat.conſ.44.n.12. lib. 2. Tiraq. de retract. conſang. §.26. gloſ.1.n.31. Iaſon in l.1.Cod.de tranſact. Aviles in proœm.l.Prætor num.21. & Menochius de arbitr.lib.2. cent.4. caſu 379. num.8. immunitates illas & privilegia extendi ad fratres Doctorum & medicorum, ita ut illi immunes maneant, nec ratione munerum vexari aliquo modo debeant. Sumitur ex authoritate Gloſſæ in l. ultima Cod. de munet.& honor.non contin.lib.10.quæ aſſerit ſocium unũ ob alterius ſocij perſonam immunitatem cõſequi. Hic nixus authoritate Marſil.cit. ſing.18. dixit fratrẽ immunẽ ob numerũ duodecim liberorũ, ob bonorum cõmunionẽ, quã cum altero fratre habet, efficere eũ immunẽ. Hãc doctrinam obſervat Menochius cit.n. 10.& ait valde inſervire pro declaratione ſtatuti Papienſis in civilibus n.145.ſub rubric. De immunitatibus conceſſis propter numerũ duodecim liberorum. Quod ſtatutum extat Veronæ lib.2.cap.182.ſub rubr. De immunitate habentium duodecim filios.

Filij Doctorũ privilegiati.

1377 Quod attinet ad filios Doctoris, eos gaudere immunitate patris, ipſo vivente, & gaudẽte, tanquam indubitatum defendunt Aviles in proœm.n.21. Azeved.l.2. tit.10. lib.8.n.114.Menoch.cit. de arbit.n.5.Pet. Lenaud.de privil.Doct.2.p.§.11.& 12.& Antonius Gomez l.fin.Tauri n.17.ubi aſſerit Doctoris filios, & deſcendentes gaudere omni illo cõmodo, privilegio, dignitate, & prærogativa, qua utuntur, & gaudent nobiles & claro ſanguine decorati: quia ſcientia (inquit) nobilitat hominem ſicut antiqua progenies. Ita probat tex.in l.prima §. eſt quædam C.de varijs & extraor.congnit.in l.proximos C.de proxi.ſacro. ſcri.lib.12. tex. juncta Gloſ.in l.ſocietas ff.pro ſocio, tex.in l.provipendum C.de poſtulat. tex. in l.medicos; & in l.magiſtros C. de profeſſ. & medic.lib.10. Vbi Accurſ.& Platea n.2.

Nobilitatis privilegia trãſeunt ad poſteros.

Maior eſt difficultas, an privilegia Doctoris, eo mortuo tranſeant ad filios? Affirmativã ſententiam tuentur Lenaud.tract. de Doctor. 2.p. §.13. Guido deciſ.389. & latiſſimè Perez tit. 1. lib.4.Ordinat.pag.77. verſ.Eſt tamen dubium. Nituntur eo præcipuè fundamento, quia Doctor cenſetur nobilis, juxta Bart.l.judices C. de dignitatibus lib.12. privilegia autem nobilitatis tranſeunt ad poſteros l.1. C.de dignit.lib.12. De quo Tiraquel.tract.de nobil. cap.15.num.1. Contrariam ſententiam negativam defendunt Gloſ.pen.l.2. C.de Epiſc.& clericis. Hippolyt. l.unica num. 41.C.de raptu virgin. Iaſon l.filius a patre §.1. n.3.ff.de liber.& poſthum. Tiraquel. tract.primogenio.q.32.n.3. Platea l.in filijs n.5. C.de decurion.lib.10. Ægid.Thomat. tract.de collect. §.medici n.11. pag.383.& Petrus Barb. ad l.quia tale 24 num.33. ff. ſolut. matrim. Deſumunt fundamentum ex illa regula, quòd privilegia competentia patri ratione officij, cui dignitas ſit annexa, ad filios non pertinẽt mortuo patre: at privilegia cõferuntur Doctori ratione officij. Confirmãt, quia in Doctore principaliter conſideratur officium: dignitas autem ſeu nobilitas venit per modum annexionis, & eſt quid acceſſorium l. honor ff.de munet. & honor.Bart.l.1.n.44. C.de dignit.lib.12. Vnde extincto officio per mortem, conſequenter extinguitur nobilitas illi annexa: arg.l.3.§.fin. ff. de ſervit.ruſtic.præced. Exemplificant in ordinario: nam hic habet juriſdictionem jure proprio l.more, vbi Bart.n.4. ff.de juriſd.omn. judic. & tamen quia juriſdictio venit in conſequẽtiam officij, prout officiũ nõ trãſmittitur, l. antep.ff.de tutelis, & c.fin.§.fi.cũ Gloſ.de teſt. in 6. ita neq; juriſdictio illi cohærẽs. Bald. c.cũ veniſſent n.5.de jud. ergo quod extinctũ eſt in patre mortuo ad filios tranſire nequit.

Privilegia Doctoris extenſa ad filios.

1378 Authores utriuſque opinionis ſic diſſidẽtes Alciat.l.1.n.5. C.de in jus vocan.amãs pacis & cõcordiæ nititur cõciliare, & prius ſupponit Doctori quædã privilegia cõpetere ratione dignitatis, quædã ratione officij docẽdi, vel advocãdi: v.g. ratione dignitatis cõpetit privilegium ne torqueatur, arg. l.milites C.de quæſtion. item ne pro debito in carcerem mitta-

mittatur l. medicos juncta Gloſſ. verbo exhiberi Cod. de profeſſ. & medicis lib. 10. Ratione autem officij competunt privilegia ſcilicet ne hoſpites recipiat d. l. medicos, ne per hoc ab ſtudio avocetur. Item ut prædicti Doctores ſint liberi à muneribꝰ publicis, & ſimilia, quæ cauſa ſtudij conceduntur. Affirmat igitur cum authoribus prioris ſententiæ privilegia prioris generis, ſeu cõpetentia ratione dignitatis, mortuo Doctore trãſire ad filios: & negat cũ authoribus poſterioris ſententiæ privilegia poſterioris generis, ſeu cõpetentia ratione officij, mortuo patre Doctore ad filios trãſire. Hæc opinionum concordia mihi non diſplicet, modò admoneam non poſſe tranſire ad filios, niſi ea privilegia, quorum ipſi capaces ſunt, & in omnibus obſervandã eſſe conſuetudinẽ receptam, & ſtãdum verbis diſpoſitionis, aut ſtatuti in ſua proprietate acceptis.

Liberorũ appellatione qui veniant.

1379 Rogabis 1. quomodo ſit intelligẽdũ ſtatutũ cõcedẽs privilegium alicui & liberis? Quanvis Gloſ. l. liberos ff. de ſenator. & Bart. l. divo. C. de quæſtion. dicãt privilegium cõceſſum alicui & liberis, nõ intelligi de omnibus liberis, ſed de liberis uſq; ad trinepotes, tamẽ verius eſt quod tradit Per. Barb. ad l. quia talẽ 14. ff. ſolut. matr. n. 37. ſcilicet tale privilegiũ eſſe intelligẽdũ de omnibus deſcẽdentibus, juxta l. liberorum ff. de verb. ſignif. idque in ſpecie probat tex. l. 1. §. fin. ff. de jure immun. Neque contrarium ſuadet l. divo. qua nititur Bart. quia ibi ſermo eſt de privilegio ob dignitatẽ accidentalẽ cõceſſo per legẽ, quod reſtringitur ad trinepotẽ, ut docet Gloſ. l. 1. C. de dignit. lib. 12. At quãdo in diſpoſitione facta eſt expreſſa mẽtio liberorũ, à proprietate verborum recedendũ non eſt. Quod autẽ liberorũ appellatione veniant nepotes ex filijs, ac omnes deſcendẽtes tã maſculi, quàm fœminæ, ex l. liberorum ff. de verb. ſign. & l. officiales C. de Epiſ. & cleric. tradũt Decius conſ. 248. n. 2. Menoch. de præſum. lib. 4. præſ. 48. à n. 22. Surd. deciſ. 66. n. 3. & Pinel. in l. 3. n. 3. C. de bonis mater.

Poſteriorũ appellatione qui veniant.

1380 Rogabis 2. quomodo intelligẽdũ ſit, ſtatutum concedẽs privilegium alicui & poſteris? Reſpondebit aliquis hoc privilegiũ, quanvis procedat de deſcẽdẽtibus per maſculos, non eſſe intelligendũ de deſcẽdentibus per fœminas, ut habetur expreſſe l. 1. §. fin. ff. de jure immun. Dicendũ tamẽ eſt in hoc ſtatuto & privilegio abſolutè cõprehendẽdos eſſe, etiam deſcendentes per fœminas. Patet, nam in quacunq; materia etiam reſtringibili, admittẽda eſt interpretatio, quã verborũ proprietas admittit l. cum lege, & ibi Aretin. ff. de teſtam. At ſub appellatione poſteriorũ cõtinẽtur propriè, etiã deſcẽdentes per fœminas, & ipſæ fœminæ, l. cũ acutiſſimi C. de fideicom. l. 1. C. de impon. lucrat. deſcrip. l. 10. l. Iuriſcõſultus §. parẽtes ff. de gradib. l. quod his verbis l. cognoſcere §. 1. ff. verb. ſign. & c. 1. de ſchiſmaticis in 6. & latè Tiraq. lib. 1. retract. §. 1. gloſ. 9. n. 139. Mant. de cõject. ultim. volunt. lib. 8. tit. 12. n. 41. Peregrin. de fideicom. art. 22. num. 37. Bero. conſ. 120. nu. 11. lib. 2. Cephal. conſ. 372. num. 12. lib. 3. & Surd. conſ. 140. n. 27. Ergo ſtatutum illud debet intelligi de deſcendentibus etiam per fœminas. Supereſt ſatisfacere dict. l. 1. §. fin. quæ lex varios habet ſenſus, quos latè proſequitur Decius l. 2. à num. 65. ff. de reg. juris. Eſt inter alios valde communis, & à nobis amplectendus, textum illũ procedere ſpecialiter in privilegio immunitatis, quod cũ eximat à muneribus publicis, & ſic bono communi valde repugnet, omninò reſtringi debet, proindeq; ut ſolum intelligatur de deſcẽdentibus per maſculos. Ita poſt Gloſ. l. ſi ita ſcriptum verb. Verbulo ff. de legat. 2. Mantica de conject. ultim. volunt. lib. 8. cap. 18. n. 37. Tiraq. de retract. lib. 1. §. 1. gloſ. 9. n. 140. Silvan. conſ. 4. n. 15. & alij quos refert, ac ſequitur Petr. Barb. cit. n. 37. addẽs n. 38. deciſionẽ d. l. 1. §. fin. non habere locum in alio privilegio, quod reipublicæ non eſt nocivum: ſed in hoc ſtãdũ eſſe verborum proprietati juxta l. 1. Cod. de impon. lucrat. deſcript. lib. 10.

Originis privilegia in filio Doctoris.

1381 Rogabis 3. Verũ perdat originẽ filius Doctoris natus in loco, in quo legit pater, an obtineat privilegia originariæ civitatis patris, ſicut pater retinet? Reſpõdeo nõ perdere originẽ, ſed obtinere privilegia originariæ civitatis patris, quãvis natus ſit in loco, quo pater legit, vel alibi: v. g. ſi ponamus civitatẽ originariam Doctoris legentis Conimbricæ eſſe Eboram, filius natus Conimbricæ obtinet privilegia civium Eborenſium, ſicut ea retinet pater. Ita ex l. aſſumptio §. filius ff. ad municipales, & l. cives C. de incolis lib. 10. Rebuff. de privil. ſchol. privil. 65. ubi addit eas leges multum facere ad ſtatuta civitatum, quibus cavetur, ut nullus poſſit admitti in regentem, vel in conſulem, niſi ſit originarius civis, ut filius Doctoris alibi natus à dictis muneribus & honoribus non arceatur. Nam prædicta ſtatuta, cum nulli officiant, benignè interpretari debent, juxta leg. 2. §. item verus ff. de aqua pluvial. arcen. Bart. in l. filios C. de municip. & originat. lib. 10. Iaſ. in l. hujuſmodi §. legatum notab. 4. ff. de legat. 1. qui aſſeruit in ijs, in quibus ſtatuta nemini nocent lædunt, benigniorem viam ſequendam eſſe. Addit Felinus in cap. Rodolphus de reſcript. fuiſſe hanc deciſionem ſecum obſervatã Ferrariæ. Vide alia apud Rebuff. citatum.

Uxor Doctoris privilegiata.

1382 Quod attinet ad uxorẽ Doctoris, eam gaudere omnibus immunitatibus, quibus gaudet maritus Doctor, aut profeſſor, ex l. medicos C. de profeſſ. lib. 10. tradunt unanimiter Petrus Rebuff. de privil. Doct. ... §. 13. num. 1. Aviles in proœm. num. 11. & 14. & Anton. Gom. ad l. fin. Tauri n. 17. Sed gaudere

foro, & conveniendam coram quo vir conveniendus eſt, latè probat Didacus Perez l. 1. tit. 3. lib. 1. Ord. gloſ. 1. col. 7. ver. uxor, & ſumitur ex regula generali, quæ procedit in quocunque marito, ſcilicet uxorem ejus forum ſequi. l. fin. Cod. de incolis lib. 10. repetita in l. mulieres Cod. de dignit. lib. 12. de quo Tiraq. l. 15. connubial. gloſ. 2. num. 53. Oſualt. lib. 17. cap. 12. Petr. Barb. l. quia tale 14. ſ num. 23. ff. ſolut. matrim. Montalegre lib. 1. prax. cap. 9. num. 291. Maior eſt difficultas, an mortuo Doctore marito, ejus privilegia retineantur, & manẽant in uxore vidua? Partem affirmativam quoad fori privilegium defendit Didacus Perez l. 1. tit. 3. lib. 1. Ord. gloſ. 1. col. 7. verſ. uxor, ubi ait prædictam foro mariti gaudere donec viduitatem ſervaverit, adjungitque ſe ità Salmanticæ in praxi obſervatum audiviſſe. Sumitur ex l. fin. C. de incolis, ver. ſi autem, ex Authen. de nupr. §. non tamen collat. 4. & ex l. quoties C. de privileg. ſchol. lib. 12. Et generaliter quòd vidua Doctoris gaudeat privilegijs marito conceſſis, durante viduitate, tradunt Mieres de maioratu 1. p. q. 51. num. 321. Menoch. in arbit. lib. 2. cent. 4. caſu 379. num. 5. Guido Papæ q. 589. & Anton. Gom. ad l. fin. Taur. n. 17. Sed de his jam abunde egimus lib. 3. diſt. 5. q. 3. a n. 357.

Vidua Doctoris.

QUÆSTIO III.

Quænam requirantur in Doctore ad privilegia obtinenda, & retinenda?

1383 EGimus de cauſa materiali & ſubjectiva privilegiorum, quæ Doctoribus conferri ſolent, an dentur in omnibus Doctorib⁹, & utrum ad aliquos non Doctores extendantur. Agendum nobis modò eſt de cauſa veluti formali, ſeu potiùs conditionali, nempe de conditionibus requiſitis ut Doctor privilegia ſemel obtineat, ſeu comparet, ac deinde retineat, ſeu conſervet. Cum autem ex dictis ſatis perſpicuum maneat neminem Doctoris nomine & titulo poſſe aſſequi, & habere privilegia Doctoris; niſi ad faſtigium Doctoratus legitimè promoveatur, ſive in Academijs modo & tempore apto per Cancellarium, ſive extra Academias per ſummum Pontificem, ... examine præcedente, ſupereſt in quæſtionem vocare, & expendere pro obtinendis & retinendis privilegijs, aliquas conditiones requiſitas ex parte Doctoris privilegiati, ſcilicet ſcientiam, honeſtatem, exercitium docendi, & ſimiles.

Prima difficultas eſt, Vtrum & quomodo requiratur ſcientia in Doctore ad gaudendum privilegijs? Conveniunt juris interpretes ſcientiam eſſe adeo neceſſariam in Doctore, ut ob ipſius defectum privilegijs gaudere nõ debeat. Ita in ſpecie Abb. in l. clerici de judic. Alciat. de verb. ſignif. lib. 1. fol. 6. Rebuff. tract. nomin. q. 21. num. 12. Rolan. conſil. 66. num. 40. lib. 2. Anchar. in cap. 1. de paroch. Felin. in rub. de Magiſtris in fine, Iacob. Bexint. de privileg. juriſconſ. par. 2. num. 2. Menoch. conſ. 885. num. 7. Steph. Gratian. diſcep. foren. cap. 186. num. 29. Alex. in l. Centurio 5. num. 10. 20. & 21. ff. de vulg. & pupill. ſubſt. & Coler. de proceſſib. executiv. par. 2. cap. 3. num. 135. Addit Natta conſil. 65. ad med. Doctores ſcientia debita carentes neque gaudere privilegio nobilium. Ratio eſt 1. quia privilegia conferuntur Doctoribus ob ſcientiam, ut docent Bald. in l. 1. in princ. col. fin. ff. de juſt. & jure, Netta conſ. 537. & Felin. in cap. clerici, de judic. ergo deficiente ſcientia deficit cauſa finalis ſine qua privilegia dari nequeunt. 2. Quia privilegia non conferuntur niſi verè Doctoribus, quales ſunt qui docent, vel ſaltem docere poſſunt, atque adeo omnis Doctor doctus eſſe debet: doctus enim dicitur qui alios docere idoneus eſt, & quem auditores ab illo edocti doctum affirmãt l. cum ſcriptum, ibi auditores retulere ff. de dote prælegata, & tradit Rebuff. de nomin. q. 21. num. 12. ille autem qui ſciẽtia inſtructus non eſt, cum alios docere nequeat, nec Doctor, nec doctus dici poteſt; ergo nec gaudere privilegijs Doctorum.

Scientia requiſita in Doctore.

1384 Hæc ita prolata ſuam continent veritatem, ſed indigent explicatione, quam ut adhibeam, ſuppono illum dici ſcientia deſtitutum, ſeu indoctum, & imperitum in ordine ad Doctoratum v. g. legiſtarum, & privilegia, qui leges non didicit, & in eis verſatus non eſt. Ita Menoch. conſ. 100. n. 244. verſ. ſecundo admiſſo. & probat tex. in Authen. de judicib. in prin. verſ. non enim, & ibi gloſ. verbo, qui ex ſe, ubi proportione habita ampliat ad medicum, chirurgum, advocatum, & ſimiles l. 2. de poſtul. l. illicitas §. ſicuti de officio prætor. §. 1. Authen. de ſanctiſſ. Epiſc. l. ſi quis ex argentarijs §. prætor ff. de eden. Nam ad explicandam imperitiam ſolum attendi debet defectus illius ſcientiæ in qua graduatur Doctor. Hoc ſuppoſito, mihi imprimis clarum eſt, non eſſe judicandum imperitum, qui in ea facultate, in qua ſupremum gradum comparavit, mediocriter verſatus eſt. Addo in dubio, an ille ſit ſcientia neceſſaria ſufficiẽter inſtructus, judicandum eſſe inſtructum, ita ut fruatur privilegijs. Quanvis enim ſcientia, cum ſit qualitas extrinſeca, non præſumatur, at in noſtro caſu præſumitur: nam ille graduatus legitimè gradum accepit, proindeq; publicum teſtimonium ſuæ ſcientiæ.

Indoctus & imperitus qui dicatur.

Ignorantia Doctoris.

1385 Dico ulterius, quanvis graduatus ille reperiatur ſcientia omninò deſtitutus, adhuc gaudere privilegijs, donec per judicis ſententiam illis privetur. Illud verò obſervandum eſt imperitiam ſeu ignorantiam Doctoris eſſe cauſam ſufficientem, ut ille per ſententiam judicis ſpolietur privilegijs. Nam id ſuadet ratio publicæ utilitatis, ne Doctor ille ſua imperitia docendo, vel judicando noceat alijs. Facit 1. nam carens peritia debita, quæ nempe in eo exigitur, eſt in culpa. l. 2. ff. quod quiſque jur. Facit 2. quòd inſufficientia præbeat juſtam cauſam removendi officialem ab exercitio ſui muneris. Cap. quanvis triſte 7. q. 1. de quo plura Menoch. præſ. 86. lib. 2. & de arbitr. in addit. q. 55. lib. 1. num. 29. Facit 3. quod profertur de Epiſcopis, & ſimilibus, qui poſſunt compelli renuntiare ob defectum ſcientiæ. Ita Felin. in cap. ſi quando num. 15. de reſcript. Abb. in cap. ult. in princ. de ætat. & qualit. Hoſt. Innoc. & Butr. in cap. niſi, de renunt. & latè Paris de reſign. benef. lib. 5. cap. 3. num. 85. Imperitia enim dicitur maior cunctorum malorum cap. ignorantia diſt. 38. & ideo eſt vitanda. Bald. in cap. congregato, col. ult. de elect. & Decius in cap. cum in cunctis num. 11. eod. tit. Imperiti enim ſeu illiterati æquiparantur cæcis, brutis animantibus, & mortuis; reputantur opprobrium in Eccleſia Dei; ſunt incapaces beneficiorum, & non tolerandi, ut latè proſequitur Gonzal. ad reg. 8. cancell. gloſ. 4. n. 37. uſque ad n. 60.

Doctor approbatus & creatus ſemel an poſſit reprobari.

1386 Difficultas eſt, an Doctor, quē Academia, vel Princeps approbatum promovit, ob imperitiam poſſit reprobari, ut nec habeat gradum, nec fruatur privilegijs? Sermo nobis eſſe poteſt vel de imperitia antecedente receptionem gradus, vel de imperitia gradum receptum ſubſequente. De priori non loquimur, quia ſupra abunde oſtendimus manifeſtam imperitiam, ſeu ignorantiam afferre ex natura rei inhabilitatem, ne quis validè Doctoratum recipiat; ac proinde non dicetur propriè reprobari, vel Doctoratu & privilegijs privari qui nunquam legitimè approbatus, vel Doctor fuit. Eſt igitur tantum quæſtio de imperitia, vel quacunque alia inſufficientia ſupervenienti, an ſit ſufficiens cauſa, ut Doctor ſemel approbatus, & creatus reprobetur? Partem affirmativam defendunt Boer. deciſ. 149. num. 16. Bald. in l. ſed & ſi reprobari 17. in prin. de excuſat. tutor. Rebuff. de nominat. q. 21. num. 12. & Gratian. diſcep. foren. cap. 186. num. 31. qui affirmant Doctorem, quanvis ſic approbatum, ex ſuperveniente cauſa repertum indoctum poſſe reprobari. Sumitur ex l. ut gradatim 11. § 1. ff. de muner. & honor. ubi dicitur gubernacula Reipublicæ ſolum perſonis idoneis eſſe credenda. Deinde ex ratione, quia licèt Doctori ſemel approbato jus quæſitum ſit, ut retineat Doctoratum, utpote de ſe perpetuum, tamen bonum commune, quod ſemper privato debet prævalere, ſuadet etiam cum damno privatorum, & privatione fortunarum, honoris, & vitæ per idoneos miniſtros, quales non ſunt Doctores indocti, ſuccurri eadem eſſe Reipublicæ.

Reprobatio ſemel approbatorum.

1387 Facit 1. exemplum Collateralis Poteſtatis, qui inventus imperitus poterit reprobari in favorem utilitatis publicæ. Bald. in l. ſed & reprobari 7. in princ. ff. de excuſat. tutor. Facit 2. exemplum medici, cujus reprobatio admittitur propter ſanitatem, & utilitatem hominum, quidquid aliquid alias fuerit approbatus. d. l. ſed & reprobari. Oldrad. conſ. 18. circa primum articulum in prin. verſ. contrarium. Quæ doctrina rectè extenditur ad medicum ſpiritualem, in quo imperito maius periculum vertitur utpote circa animas, quàm in medico temporali imperito, utpote circa corpora. Cap. cum ſit ars artium; de ætat. & qualit. l. 2. C. de profeſſ. & medic. lib. 10. & l. ut gradatim ff. de muner. & honor. Ubi Io. de Plat. id extendit ad Doctores, qui (ut ait) poſſunt reprobari, quanvis inſignia Doctoratus receperint: cum expediat habere Doctores utiles, non rudes. Cap. ſedulo 38. diſt. Facit 3. exemplum Archiepiſcopi Capuani, qui (ut refert Nicol. de Neap. in d. l. ſed & reprobari) Doctores redeuntes ad patriam faciebat iterum examinari, & inhabiles copertos reprobabat. Vide circa hanc materiam Mar. Mut. ſuper conſuet. Panorm. cap. 68. n. 22. & Lenaud. de priv. Doct. p. 1. q. 9. n. 55.

Reprobari nequeunt approbati à Principe.

1388 Obſervabis tamen 1. cum Decio ad cap. ut noſtrum num. 4. de appellat. Felino in cap. ex litteris num. 19. de conſtit. Iaſ. in l. Barbarius num. 60. de offic. prætor. & Iacobo Benio de privil. juriſconſ. p. 2. in prin. num. 4. poſſe Doctores illos ob inſufficientiam reprobatos iterum approbari ceſſante ignorantia, quidquid aliud ſit in privatis ex delicto. Obſervabis 2. electionem factam immediatè per Principem de indigno & imperito non poſſe ab aliquo inferiore reprobari. Nam Principes ſua judicia improbari nolunt: imò ſacrilegij inſtar exiſtimant in dubium vocari, an is dignus ſit, quem Imperator elegerit. l. ſacrilegij inſtar C. de diverſ. reſcript. l. 2. C. de crimin. ſacrileg. Unde quicunque electi à Principe ad munus judicandi, vel quodvis aliud, idonei ſunt reputandi. Quidam conſulebat ff. de re judic. Gloſſ. in Auth. de judicib. in princ. verbo habere. l. univerſis C. de precib. Imper. offer. l. imperialis C. de nupt. De quibus Menoch. conſ. 100. num. 24. Tiraq. de nobil. cap. 6. num. 24. & Cephal. conſ. 103. num. 46. Et hæc obſervatio habet præcipuè locum, quando Reſpublica hominum idoneorum penuria laborat: neceſſitas enim ... quo

alioquin crimine non vacarent. Cap.4.de reg. juris. Cum melius ſit præfici minùs idoneos, quàm omninò nullos l.3.§.ſpurios ff. de decur. Obſervabis 3. quando imperitia, vel inſufficientia ſupervenit et Doctori inculpabiliter, v. g. ex morbo, oblivione, aut ſenectute, non eſſe reprobandum, ita ut ſpolietur gradu, & privilegijs, ſed ſolum ne noceat aliquibus incautis, poſſe declarari ineptum, & privatum ijs tantù, quæ neceſſariò concernunt exercitium Doctoratus.

Honeſtas vitæ pro conſervãdis privilegijs.

1389 Secunda difficultas eſt, utrum & quomodo requiratur in Doctore ad retinendum privilegia vitæ honeſtas? In Doctoribus abſolutè poſtulari honeſtatem vitæ, ita ut debeant utiliter ac benè ſe gerere pro retinendis privilegijs, quibus alioquin locus non erit, ex Bart. in l.2.num.1.& 2. Cod. de profeſſ.& medic.lib.10. Felino in c.ſ.p.t.num.5. de maior.& obed.& Matth. Coler.de proceſſ. execut.c.3.p.2.n.136.fin. tradit Steph. Gratian. diſcep.forenſ.cap.186.num.54. Apponit rationem ex Mur.de contract. Panorm. c.68.nu.29. quia officia debent exerceri ad dilucidationem juſtitiæ, non ad ſubverſionem veritatis. Ideo prævaricatio in officio cauſa eſt, ut quis ab illo removeatur. Menoch.de arbit. lib.1. q.55. in addit.num.18. & Roman.conſ.467.in fin. Affert deinde quandam declamationem invectivam contra injuſtos, vaniloquos, & mendaces Doctores advocationis munus obeuntes, ex S. Bernardo lib. de conſiderat. in hunc modum,
„ Hi ſunt (inquit) qui linguas ſuas docuerant,
„ loqui mendacium, diſcreti adverſus juſtitiã,
„ eruditi pro falſitate, ſapientes ut faciãt ma-
„ lum, eloquentes ut impugnent verum : hi
„ ſunt qui inſtruunt à quibus fuerant inſtruc-
„ di, aſtruunt non competta, ſed ſuas ſtruunt
„ calumnias innocentiæ, deſtruunt veritatis
„ ſimplicitatem,& obſtruunt judicis vias. Facit inſuper ut prædicti Doctores inhoneſti & injuſti amittant privilegia tex. in l. nec quidquam 9.§.circa, de offic.proconſ. & quidquid de erroribus juriſconſultorum ſcribit Tiraq.de nobil.cap.31.num.532.uſque ad num.541. Quod ſi inhoneſtas & injuſtitia Doctoris conſiſtat in eo quod privilegio abutatur, illo privatur per cap.placuit. cap.plerunque. cap. privilegium. 11.q.3. ſaltem pro ea parte, circa quam contra privilegium peccati, ut tenent Felin.in cap. cũ acceſſiſſent num.29.de conſtit.per l.voluntaria 12.Cod.de excuſat. tutor. l. 1. §. Trebatius,de aqu.quotid.æſti v.& Tiraq.de nobil. cap.33. num.41. [illegible]

Privilegia quomodo auferat inhoneſtas & abuſus

1390 Hæc omnia indigent diſtinctione & luce, quam Theologi authoribus Juriſtis multa eruditè & ſubobſcurè congerentibus afferre ſolent. Imprimis dicimus non omnem vitæ inhoneſtatem privare Doctorem ſuis privilegijs, vel eorum uſu,

Cum poſſit evenire ut Doctor inhoneſtè ac turpiter vivat,& tamen ſuum munus, ratione cujus obtinet privilegia, præclarè gerat. Non enim quælibet inhoneſtas officio & privilegijs obſtat. Quod ſi patrata ſcelera ipſo facto inferant infamiam, cum qua privilegia ſtare nequeant,ſaltem poſt ſententiam declaratoriam criminis, Doctor talibus privilegijs non fruetur. Addimus inhoneſtatem vitæ poſſe eſſe adeo ſcandaloſam, præſertim ſi ex ea ſequantur errores in officio docendi, conſulendi, vel advocandi, ut talis inhoneſtus Doctor debeat omninò per judicem ſpoliari ſuis omnibus privilegijs.

Abuſus privilegij.

1391 Circa illud quod ultimo loco afferebatur de abuſu privilegiorum, quæſtio eſt à nobis breviter decidenda, Utrum privilegium deperdatur per abuſum? Supponimus committi ſolere in privilegijs duplicem abuſum, alterum per exceſſum, quando ſcilicet privilegiatus extendit facultatem ultra id quod conceditur; alterum per occaſionem, quando nempe ex privilegio capit occaſionẽ prævaricandi. Reſolvimus igitur per neutrum abuſum ex dictis privilegium extingui ipſo facto regulariter: per quemlibet verò mereri privilegiatum illud deperdere. Ita Suar. de legib.lib.8 cap.36.a num.4. Salas de leg.diſp.17. num.67.& Bonacina diſp.1.q.3.pun.ult. §.ult. num.2. Utraque pars deſumitur ex cap. Ubi diſt.74.& cap. Ut privilegia, de privil. & cap. 2. de ſentent. excommun. in quibus decernitur privilegiarum, qui conceſſione abutitur,dignũ eſſe qui conceſſam gratiam amittat. Ex quo decreto conficitur ratio:qnia ſi abuſus deſtrueret privilegium ipſo facto, vel eam vim haberet ex propria natura, vel ex diſpoſitione juris non ex propria natura, quia contrarius uſus magis repugnat privilegio, & tamen illud nõ evertit: non ex diſpoſitione juris,quia jus non inducit amiſſionem,ſed ſolum oſtendit abutẽtem eſſe dignum amiſſione: leges autem extẽdendæ non ſunt ultra id quod ſignificant;ergo abuſus non delet privilegium, ſed ponit meritum ut aboleatur. Diximus (regulariter) quia poteſt per abuſum ipſo facto deleri privilegiũ, ſi id in conceſſione exprimatur. Quo eventu (ut notat Suar.num.8.)adhuc non teneteur quis ſe privare uſu privilegij ante ſententiam declaratoriam abuſus.

Exercitiũ docẽdi pro retinẽdis privilegiis.

1392 Tertia difficultas eſt, utrum requiratur in Doctore ad gaudendum privilegijs exercitium Doctoratus, ſeu actuale miniſterium docendi. Affirmativam partem ſequuntur Bart. in l. medicos num.1. Cod. de profeſſ. & medic. lib.10. & in l. 1. Cod. de munet. Platea ad d.l. medicos,& ad l.1. Cod. de dignit.lib.12. Avendan.cap.14. Prætor num.29. & 30. Matth. Coler.de proceſſ.execut.p.1.cap. 66.num.151. Petrus Lenauder.de privil. Docto-

rum

rum p.4.q.88. & multi alij quos congerit Silvanus con.88.num.13. Probant 1. quia nulla immunitas conceditur ijs qui nomine tenus Doctores ſunt, cum beneficium ſit propter officiũ actu exercendum: ſed neceſſario requiritur ut doceant, judicent, vel advocent: quod habetur per jus Caſtellæ l.8. ad fin. tit. fin. p. 2. Vbi Gregor. Lop. verbo que muestran, & l. fin. Gloſ. ſabiduria tit.10. ead. part. Vbi impugnat diſtinctionem inter Doctorem & Licentiatum, addẽs ſolum Doctorem veteranum, vulgo jubilado, immunitatibus gaudere, & ſi non legat, aut aliter profeſſioni incumbat.

Probant 2. varijs exemplis, 1. quia ſcholares non gaudent privilegijs ordini ſcholaſtico conceſſis, niſi in gymnaſio operam actualiter navent litteris. Bart. & Salyc. in Auth. habita C. ne filius pro patre; Abb. in cap. 1. in fine, de judic. ubi Ripa num.74. Emman. Roter. quæſt. regul.101.q19.art.10. Maſcard. de probat. conc. 1290. a num.9. & Tiraq. in tract. ceſſante cauſa par.1. num.213. 2. in mercatoribus, qui ſolum privilegijs artis mercaturæ fruuntur, cum mercaturam ipſam exercent, prout ſcribunt Ripa in cap.1. col. ult. de judic. Benevent. tract. de mercat. par.1. num.10. Ang. Aret. in §. item perſonæ num.1. Inſtit. de excuſat. tutor. 3. in notarijs, quorum privilegia in ſtatuto Placentino contenta ſolum habent locum, quando notarius ſuum munus actu exercet. Ita Felin. in cap. 1. num.19. de fide inſtrum. & Bero in conſil. num.55. lib.2. Ergo idem dicendum de Doctoribus.

Scholaris non ſtudens.

1393 Nihilominus partem negativã aſſerentium non eſſe conditionẽ omninò requiſitam ad fruendum privilegijs, exercitium docendi amplectuntur Natta cõſ. 1. conſ.65. & conſ.485. Aretinus conſ.95. §. reſpondeo breviter. Abb. cap.1. num.4. de privil. Franc. Curt. in addit. ad Paul. de Caſt. in proœm. C. D. Rodericus 1. par. Decreti ad cap. de quibuſdam diſt.37. num.2. Aviles in proœm. proœm. Prætor. num.21. Azeved. l.8. tit.7. lib.1. & l.2. tit.10. lib.8. recop. Garcia de nobil. gloſ. 35. a num.4. Menoch. conſ.908. num.11. Lauſtuanus conſ.10. & Guido Papæ in deciſ. 88. ubi invehitur contra Bartolum, cui objicit contrarium ſenſiſſe ſine lege allegata; quaſi deberet erubeſcere, cum ſine lege loqueretur l. illam C. de collat. & in Authen. de trient. & ſemiſſ. §. conſideremus collat.3. quia non ſufficit dicere, niſi ratio aſſignetur cap.1. 24. q.3.

Docendi exercitiũ pro privilegijs.

Probat 1. quia privilegia ſunt collata Doctoribus ob dignitatem; ſed dignitas perſeverat, etiam depoſito omni exercitio docendi; ergo Doctores fruuntur privilegijs, etiam ſi actu non doceant. Probat 2. nam Doctores eodem modo ſuis fruuntur privilegijs, ac milites ſuis: ſed milites ut ſuis gaudeant privilegijs, neceſſe non eſt quòd actu militent, ſed ſufficit militare potentia & habitu, ita ut unuſquiſque paratus ſit ad defenſionem Regis & regni quoties neceſſitas popoſcerit, ut bene notat Salycet. in l. 1. n.9. C. de jur. & facti ignor. nec diſſentit Coler. de proceſſ. executiv. p.1. c.6. n.152. Ergo idẽ de Doctoribus.

1394 Pro deciſione propoſitæ difficultatis obſervandum eſt 1. quod affert diſcrimen Menochius citatus num.9. nempe inter officia quæ quis ſibi aſſumit, ut mercator & ſcholaſticus, & alia officia, vel dignitates, quæ conferuntur ab alio; putà à Principe, aut à populo; ut officium judicis, vel decurionis. Quãvis igitur ceſſante exercicio priorũ ceſſent illis annexa, tamẽ ceſſãte exercitio poſteriorũ, ita ut quis illa munia nec adminiſtret, nec exerceat, adhuc privilegijs annexis gaudebit, juxta Bart. in l. legatis prin. num.4. ff. de leg.3. & Felinum in cap.1. num.19. de fide inſtrum. Obſervandum eſt 2. alios eſſe Doctores; qui ita pollent dignitate ſine actuali officio docendi, ut tamen ſint parati & expediti ad docendum, ſive ex cathedra auditores, ſive abſque cathedra clientes, & conſilia petentes; alios eſſe qui negotijs ab ſtudio litterarum alienis ita ſe immiſcent, ut maneant omninò impediti ad docendum, quales qui mercaturam, & negotiationem exercent. Obſervandum eſt 3. ſicut Doctor abſque ullo docendi exercitio poteſt conſervare ſuam dignitatem illæſam, ita poſſe exerceri in muneribus ita ſordidis ac vilibus, ut dignitatem amittat.

Officiũ privilegia quando cõpetunt.

1395 His ita obſervatis, Dico 1. Doctor legitimè graduatus, qui aliqua ratione docet, ſive ſit cathedraticus, ſive advocatus, gaudere debet omnibus privilegijs, quæ doctoribus & profeſſoribus conceduntur. Pro hac reſolutione videntur ſtare authores prioris ſententiæ, cum ſolum excludant à privilegijs Doctores ſimplices; qui nullo modo docent: & à fortiori ſtant authores poſterioris ſententiæ qui ad privilegia admittunt etiam Doctores ſimplices. Patet ex ijs quæ pro adſtruendis privilegijs advocatorum ſupra attulimus num.1375. Dico 2. Doctor qui nullo modo docet, etiam habitualiter per aliquod docẽdi munus ſibi injunctum, ſed eſt tantum Doctor ſimplex, & ſi gaudeat omnibus privilegijs, quæ conceduntur Doctori ob meram dignitatem, tamen non gaudet ijs, quæ merè conceduntur propter officium docẽdi. Vtraque pars ſumitur ex traditis per Ripam lib.2. reſp. cap. 20. num.9. Aretinum in cap. clerici, de judic. Felinum in rub. de maior. & obed. & Galliaulam in l. Centurio num.50. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. Prior pars ſuadetur, quia in illo Doctore perſeverat ratio motiva, nempe Doctoralis dignitas, ob quam illa privilegia fuerẽ collata; ergo illis fruentur. Poſterior conſtat, quia Doctor ille ſimplex nunquam habuit docendi

Doctrinæ uſus ad privilegia.

cēdi munus, nec de facto illud exercet propter quod privilegia ſunt conceſſa, & tali muneri præciſè annexa; ergo illis non gaudebit.

Mercatura tollit privilegia Doctoris.

Dico 3. Doctor qui nullo modo exercet munus docendi, & exercetur in negotijs ac muneribus ita vilibus ac indignis, ut cum illis dignitatem illæſam conſervare nequeat, nullis omninò privilegijs gaudere debet. Ita ſentiunt Matth. Coler. de proceſſ. executiv. p. 1. cap. 66. num. 151. & Stephan. Gratian. cap. 186. num. 23. quatenus ponunt exemplum in Doctore exercente mercaturam, cui (inquiunt) non eſſent privilegia concedenda, quaſi dignitas hoc non compatiatur l. ne quis ex corpore C. de advocat. diverſ. judic. l. 3. C. de commerc. & merca. Sicut enim milites negotiatores ſpoliantur privilegijs militaribus l. unic. C. negotiatur. ne militent lib. 12. ſive per ſe ipſos incumbant negotiationi juxta Alber. in l. humilem C. de inceſt. nupt. ſive per alios juxta Stracc. de mercat. p. 1. num. 66. & Iacobum Benint. de privil. juriſconſ. p. 2. in princ. num. 14. ita Doctores mercaturam exercentes ſuis privilegijs gaudere nō debent. Ratio manifeſta eſt, quia in illis deficit per exercitium mercaturæ, aut aliud ſimile utraque ratio motiva privilegiorum, ſcilicet dignitas quæ obſcuratur, & exercitium docendi quod per aliud incompatibile ceſſat. Semper tamen requiritur ſententia judicis, ut quis ab uſu ſuorum privilegiorum abſtineat.

Milites mercatores.

Procuratoris munus an tollat privilegia Doctoris.

1396 Dubium ſpeciale eſt, an Doctores amittant ſua privilegia, ſi exerceant procuratoris munus? Affirmativam partem ſequitur Rolan. conſ. 66. num. 36. lib. 2. ubi abſolutè affirmat privilegia Doctorum nō conferri illis, qui procuratoris officium exercent, quaſi illud ſit vile, & juxta Iaſonem in rubrica C. de procurat. l. univerſitas C. de decurion. lib. 10. concedatur etiam infamibus. Nihilominus Gratian. cit. num. 20. & 21. mitiùs & diſtinctiùs loquitur aſſerens aliud eſſe dicēdum de Doctoribus, qui ſunt procuratores approbati & admiſſi in collegio poſtulāte certum numerum perſonarum, ut (inquit) in curia Parlamenti, in regno Caſtellæ & Luſitanæ, in Romana curia, Principis, aut Regis: tales enim propter hujuſmodi officium non amittunt nobilitatem, & cenſentur idonei moribus, ac ſcientia. Ideo (adjūgit) eorum lucrum & ſalarium dicitur peculium Caſtrenſe, quemadmodum eſt illud advocati filijfamilias: quidquid aliud ſit de cæteris procuratoribus non de collegio, ut ex Rimin. Tiraq. Calder. Bertazol, & alijs dixi ſupra cap. 56. num. 38. & 39. ubi etiam de procuratoribus & notarijs Principis & illuſtrium perſonarum, cum alijs per Veſtr. in praxi lib. 2. tit. de procurat. cauſar. ſacr. Palat. & Iacub. Benint. de privil. Iuriſc. p. 2. in prin. n. 12.

1397 Quid ſi Doctor non habeat libros, quibus juvari poſſit ad docendum: gaudebitne privilegij Doctorum? Negant Alex. ad Barr. in l. Grammaticos 2. in fin. C. de profeſſor. & medicis lib. 10. & Geminian. in cap. quæ ipſis 38. diſt. Quia Doctor multis libris indiget, ut ex illis veriora eligat, juxta Oldrad. conſ. 84. & authores communiter ad cap. clerici, de judic. Accedit id quod affert Rebuff. de privil. ſchol. privil. 57. fin. ſcholaſticum qui ſuos libros vendit, vel alienat, niſi urgente inevitabili neceſſitate, manere infamem infamia facti; ergo Doctor non habens libros amittat privilegia. Confirmatur à ſimili, nam eodem modo ſe habet Doctor ad libros, quo miles ad arma: libri enim ſunt inſtrumenta Doctoris ad docendum, ſicut arma ſunt inſtrumenta militis ad pugnandum: atqui miles qui arma alienat, capite plecti debet l. deſertorem §. miles ff. de re milit. ergo Doctor ſaltem privilegijs ſpoliari debet, ſi libros neceſſarios ad docendum & conſulendum non habeat.

Libri neceſſarij Doctoribus ut fruantur privilegijs.

In hac re, ſi mihi liceat judicium interponere, diſtinguēdum arbitror inter Doctorem qui ex quadam ſegnitie, & odio ſtudij, vel amore edacitatis libros vendidit, quibus proinde caret, & Doctorem egenū, ſtudendi magis quàm acquirendi cupidum, qui vel in graviſſima neceſſitate libros vendidit, vel ex perpetua inopia nunquam habuit. Dico igitur priorem ob talem culpam eſſe dignum privilegijs, vel ſaltem ipſorum uſu per judicem ſpoliari: poſteriorem ex quadam æquitate, & boni communis poſtulantia debere libros de publico, ſeu pecunia publica emptos accipere. Non enim magis æquum eſt quòd miles accipiat de publico arma ad pugnandum, quàm quòd Doctor accipiat de publico libros ad docendum. Cætera quæ ad fruendum privilegijs requiruntur in hac vel in illa Academia, peti debent ex legibus, vel ſtatutis peculiaribus ipſarum. Videantur ſupra tradita lib. 3. diſp. 3. q. 4. 5. & 6.

QVÆSTIO IV.

Quænam ſint in ſpecie privilegia, quibus fruuntur Doctores?

1398 TAndem profligatis quæſtionibus, & ſuperatis difficultatibus circa privilegia Doctorum in cōmuni accepta, ventum eſt ad privilegia in particulari. Nō immorabimur in ſingulis pro dignitate exponendis proponendo & diſſolvendo varias quæſtiunculas, quæ excitāri poterāt: ſed potius operam dabimus, ut pro diſputationis coronide ſubnectamus catalogum, in quo recen-

Digitized by Google

receenſeantur dilucidè ea privilegia, ita ut appareant breviter roborata ſive juris, ſive juriſperitorum authoritate.

Fabri obſtrepentes expelli poſſunt a Doctore.

1. Habet Doctor privilegium expellendi à vicinia artifices ſibi obſtrepentes, vel quoſcunque impedientes ſtudium. Ita Gloſſ.in l.1: ff.ſolut.matr: Alex. de Imola in addit. ad Bart. in l.1. C:de ſtudijs liber. Vrb:Rom.lib.11. Roland.conſ.66.num.41.tom.1.Menoch.de arbit: lib.2:Centur.3.caſu 237.num: 2. Iacobus Benin. de privil. juriſconſul.privil.69. a num.30. Petrus Lenaudet.tract.de Doctor.par.2.§.25.Horat.Lucius de privileg:ſchol:privil.46. Ioan.de Platea in l.2.Cod.qui ætate lib.10. Panorm. in cap.bonæ num.11. de poteſt. præl: Rebuff. de privil.ſchol:priv.3. Franc.Mar: deciſ.365.par.1: Marc.Mut.ſuper conſuet.Panorm.cap.70.nu: 27.Anton.Gomez ad l.fin.Tauri num:17. Auguſt.Barb:tom:2.Collect.In cap. propter ſterilitatem §. Verum; num.43. de locato, & conduct.& Stephan.Gratian.diſcep.forenſ.tom.1: cap.186. num.10. Addunt Franc. Marc: deciſ: 368.num.7.par.1.Monterent. ad ſtatuta Bononien.lib.4. tit: de conductoribus dom. & Beller.diſquiſ.cleric.par.1.tit.de favore cleric.reali §.4. num.61. quòd contra tales ſtrepitum facientes, & malleantes proceditur tempore feriarum Abb: in cap. cum inter, ult. notab. de conſuet: Alciat.Pereyr.lib.1.cap.11.& Benient. in privil:69.num.12. extenduntur hoc ad ſimilia impedimenta; ut ſi dentur ex malis odoribus, Importuno ſono campanæ, ſibilationibus, & vocibus infeſtis. Ex quibus Iaſon conſ.218.lib. 2.& Alciat:ad l.1.num.56.ſolut.matr: inferunt poſſe Doctorem expellere phrarias quas Itali vocant ſcholas battutorum, ſeu diſciplinatorum. Inferunt etiam interpretes ad d.l.1: ff. ſolut.matr: apud Ripam ibi num.135. Alex. num: 57.& Iaſ. num.47. poſſe etiam Doctorem Doctorem compellere ad ſilendum, vel ſubmiſſiùs legendum, alium de ſua profeſſione, ſi altè legendo, vel obſtrependo illum impediat.

1399 Prædictorum omnium una ratio eſt (inquit Gomez citatus) ne impediatur ingenioſa ſpeculatio litteralis, quæ tendit in favorem publicum; ut nempe ex doctrina inſtillata per Doctores, & hauſta per auditores adſint qui jura exerceant, & rempublicam adminiſtrent. Et quanvis ex adverſo ſe opponat Vaconius lib. 1. declarat: juris civil. cap. 31. acriter defendens non poſſe artifices expelli per Doctorem, quaſi juxta Ariſtotel. 2: polit. artifices ſint pars civitatis, non ſic Doctores, proindeque illorum, & non horum ſit cauſa utilior, nihilominus oppoſitum verius eſt, quod latè corroborat reſpondens fundamentis per Vaconium adductis Benint. citat: privil.69.a num.3. & Menoch. cit.num.11. Obſervandum tamen eſt 1. cum citatis Gratiano num.18.Barboſa num.43.& Menochio num.17. dicta procedere, quando Doctor prævenit eũ, quem vult expellere de vicinia, aliàs ſecus: cũ cauſa præventionis tanquam potiſſima ſit cõſideranda in jure; per tex.in l.2. §: ſi quis nemo ff.ne quid in loco publico; & in l.qui balneum & l.potior ff.qui por. in pign: hab. Et ſic practicari teſtantur Marc.Mut. ſuper conſuet. Panorm. cap.35.num.53.& Colet: de proceſſ. executiv. p.1.cap.4.num.8. Confirmatur exemplo perſonæ honeſtæ conducentis domum in loco, in quo non habitant niſi perſonæ turpes ac infames: quia perſona illa honeſta non poterit expellere infames ratione ipſarum præventionis. Obſervandum eſt 2.in caſu in quo Doctor alibi commodè habitare nequeat, expellẽdum eſſe fabrum qui ipſum Doctorem prævenerat. Quia magis habenda eſt ratio boni communis augendi per Doctorem, quàm præventionis. Ita Gratianus cap.186: num.19. ex Menoch. de arbitr.l.2.cent.3.caſu 237. n.24.

Præventio ... conſideranda.

Tributorum immunitas.

2. Per Doctoratum efficitur quis immunis & exemptus ab omnibus ſubſidijs & tributis, quæ plebeis ac popularibus perſonis imponi ſolent. Ita Anton.Gomez ad l.fin.Tauri num. 17.Petrus Lenaud: tract.de Doct. p.2.§.7. Sumitur ex tex.in l.1. C.de immun. pract.lib.10. & in l.medicos C.de profeſſ.& medic. D. Inde ex jure regio Caſtellæ l. 8. 9. & 10. tit.7. lib.1. Recopil.in quibus ſupponentibus gaudere Doctores immunitate tributorum, deciditur ne ulla tributorum exemptione gaudeant, niſi qui certis Academijs gradus acciperent. Quod (ut notat Eſcobar cap.30.num.42.) ita decitum eſt ad reprimendam graduatorum colluviem, qui ad id ſolùm grados deſiderabant, ut immunes à tributis eſſent. Eſt item immunis à collectis. Bart. in l.medicos C.de prof. Bentach. v. Doctor.& Lenaud.par.2.

Tutelæ excuſatio

1400 3. Doctor excuſatur à tutela ſuſcipienda, ita ut compelli nequeat à judice, ut ſit tutor. Sumitur ex l. ſed & reprobari ff.de excuſat.tutor.& ex jure Luſitano lib.4. Ordin.tit.104.§.5. & ex jure Caſtellano l.3. tit.17. part.6. verſ. Otro ſi el que fueſe nueſtro. Tradunt Emman.Barb. ad Ordin.Luſitan.citatam; Gutier: de tutel.1.p. cap.21. n.26. Paulus Montan.de tutel.cap.35.a num.203. Petrus Lenaud: de Doct.§.28. & Bip.Fragoſ.par. 1.lib.5.diſp.15.num.22.ubi ſic habet: Sunt immunes ab hoc onere tutelæ magiſtri grammaticæ, dialecticæ, vel phyſicæ ubicunque doceat de mandato tamen Regis: nec non Doctores legum, qui ſunt in obſequio Regis, ut judices, vel conſiliarij. Similiter excuſantur indiſtinctè Doctores graduati tam in jure Cæſareo, quàm Canonico, aut in medica facultate in aliquo generali ſtudio, prævio examine creati. Idem dicitur de Magiſtris artium, qui gaudent privilegijs aliorum Doctorum, ut decidit Martins à Coſta in addtion.ad tract. libell. annot. 53. a

num.

num.3. Quin etiam addit lex noſtra nullo modo eſſe admittendos ad ſuſcipiendam tutelam ſupradictos Doctores, etiamſi velint: non tamē propterea excludentur à ſucceſſione in bonis minorum, qui ſine culpa ſua à tutela, ſeu cura repelluntur. Molina diſput. 222. §. de jure Luſitano.

Circa prædicta Gutier. part.1.cap.21. a n.26. aſſerit duo, primum, dictos Magiſtros invitos cogi non poſſe ad tutelam ſuſcipiendam per l. 3.tit.17.part.6. ſecundum, requiri ad excuſandum à tutelis, quòd magiſtri actu doceant, aut legant, & ſuum munus agant, juxta verba tex. in d.l.3.ibi: (Moſtrando ſu ſciencia a los eſcolares, y obrando por ella.) At oppoſitum de noſtro jure Luſitano tradit Fragoſus lib.3. diſp. 8. §.5.a num.134. Illud obſervabis magiſtros cenſeri docere de mandato Principis in aliqua Vniverſitate: cum Vniverſitas non niſi authoritate regia ſoleat ædificari. Ita Gutier.d.p.1.cap. 1.num.28. & Molina d.diſp.212.ad fin. verſ.excuſari poſſunt, ubi addunt eminentes in aliqua ſcientia, & diſciplina, ubicunque doceant, excuſari à tutelis.

Immunitas a muneribus.

1401 4. Doctor eſt immunis & exemptus ab omnibus officijs, ſeu muneribus Reipublicæ perſonalibus, ad quæ proinde obeunda cogi non poteſt. Ita ex l.medicos, juncta Gloſ.C.de munerib. patrim.lib. 10.Cardin.Zabar.in Clem.2. q.2. de magiſtris, Ioann. Imola in Clem.2. Rubrica de Magiſtris num.9. Anton.Gomez ad l.fin.Tauri num.17. priv.7. Bapt.Fragoſus p.1.lib.5.diſp.2.num.87. & Roland.volum.2. conſ.11. num. 21. qui cum Petro Antib.tract.de muner. charit.19. extendit privilegium ad licentiatum. Ex eadem l. medicos, idem Roland.vol.1.conſ.66.num.36. concludit Doctores legum excuſari à munere recipiendi milites. Et quanvis Bart.Ang.Ioan. de Platea, & Alex.ibidem hoc ſolum intelligāc de Doctoribus actu legentibus, tamen idem Rolan.num.37.cum Nicolao de Neapolis in l. profeſſio C.de muner.patrim. lib.10. Anchar. in Clem.2. de Magiſtris, Aretino conſ.94. & alijs affirmat etiam locum habere in actu non legentibus. At num.40.ex Ripa reſpon.20.col. 4. limitat hanc doctrinam, ſeu privilegium, ut ſolum procedat in Doctoribus doctis, & qui legendo, vel poſtulando multos inſtituunt, nō autem in Doctorib' ſolo nomine, qui neſciūt, vel nolunt docere.

Homagium habet Doctor.

1402 5. Doctor habet homagium, vulgo homenagem, ita ut non poſſit capi, & conjici in carcerem publicum, niſi in caſibus, in quibus non ſervatur homagium. Ita Ioan.de Anania ſuper 5.Decreti rubr.de Magiſtris num.11.Tiberius Decian.tract. crimin.tom.2.lib.6.cap.29.num.14.Anton.Gomez ad l.fin.Tauri num.17.Perez lib.1. Ordin. tit.4.pag.771. Menochius conſ.126.num.7. & de arbitr. caſu ult. num.2. Rebuff.de nomin.q. 21. num.12. Barb.in remiſſ.ad Ordin. lib.5.tit. 120. ubi ſecundùm jus Luſitanum habetur dictum privilegium, & Petrus Lenaud. tract. de Doct.par.2.§.3.ubi ſic habet. Non poſſunt (inquit) aut debent capi perſonaliter, aut incarcerari. Gloſ.& Clar. in l.medicos C. de profeſſ. & medic.lib.10. Et ſi judex Doctores fecit incarcerari punitur pœna capitis ſecundùm Bald. in ſuo tract.de carce.verſ.Tertio quæro. Et iſta intelliguntur in civilibus. Quòd dicta habeant locum in Magiſtro artium, utpote gaudente privilegijs Doctorum, reſolvit Ioan. Martins à Coſta in annot.ad tract.libell.annot.53.num.7. An procedant de licentiato? Vide Gutierrez pract.quæſt.lib.1.quæſt.21.n.4. Sanch.de Matr. lib.8.diſp.34.num.8.& Parlad.lib.2.rerum quotidian.cap.fin.p.5.§.6.n.21. An de bacchalaureo? Vide Perez l.20.20. verſ. ſed eſt dubium tit. 4. lib.4.Ordin.

1403 6. Doctor invitus nec poteſt, nec debet vocari in judicium ad teſtificandum, vel ad aliquid aliud faciēdum. Bart. ſuper Gloſ. in l. ſi liber elect.1. de in jus vocan.Card.Zabar.in Clem.2.q.4.de magiſtris, Ioan.de Immola in Clem.2.num.9.de magiſt. Anton.Gom.ad l.fin.Tauri num.17. Petr. Lenaud.cit.p.1.§.1.& Menoch.de arbitr.caſu ultimo, loquens de diſcipulo a num.1.ubi ſic. Dubitatum aliquando fuit, an impune liceat diſcipulo vocare in jus præceptorem? Et cum duplex ſit vocatio in jus, realis una, quam prehēſionem appellamus: verbalis altera, quæ citatio dicitur. Illa prima vocari non poſſe, certum eſt, cum nec quovis altero adverſario poſtulante permiſſum ſit.l.medicos, & ibi Bart.num.2. C.de profeſſ. & medic.lib.10. Maius (inquit) eſt dubium de verbali illa in jus vocatione. Et ſunt, qui exiſtimant in jus vocari ſine venia, ac impune poſſe. Ita Ioann.Platea in §. pœnales Inſtit. de action. Cæterùm rectiùs ibi Angel. Aret.num.7. docuit judicis arbitrio puniri diſcipulum, qui ſine venia in jus vocavit præceptorem. *Citatio Doctoris.*

1404 7. Doctor nec poteſt, nec debet poſtulari ad torturam. Hoc probat tex.in l.milites C.de quæſt. ubi Cynus, & Alber.& tex.in l.& ſi excepta C.de male.& mathe.ubi Bald.& Saly.Terent. Gloſ.in l.omnes §.præterea C.de Epiſc.& cler. Felin.in rubr.de Magiſtris, Hippol. in pract. §.Expedita num.29. Iaſon in l.1.num.7. C.de juris & facti ignor. Anton.Gom. ad l.fin. Tauri num.17. Clar.lib.5.§.fin.q.64.num.16. Perez tit.1.lib.4. Ordin.pag.772. Leſſius de juſt. lib.2. cap.29. num.154.Lenaud.de Doct.par.2.§.5.Rolan.vol. 3.conſ.31.a num.4. ubi excipit aliquos caſus, v.g.crimen læſæ majeſtatis, crimen falſi, ſimoniæ, & alios, Dueñas regula 190.num.3. Bobadil. in ſua polit. lib.1. cap.12.num.35. qui addit *Tortura excuſatio*

hoc

procedere, quanvis Doctor non ſit ex nobili progenie.

Hoc privilegium etiam habetur jure Luſitano in lib.5. Ordinat. titul. 134. §.4. Verùm (ut notat Fragoſus lib.5. parte 1. diſput. 12. num.87. ex §. ult. citatæ Ordin.) ut excuſentur Doctores à tortura, debent eſſe graduati in aliqua Vniverſitate prævio examine. Fragoſ. cit. ex Ioanne Martino à Coſta in annotat. ad tract. libell. annot. 53. num.7. & Barboſa in remiſſ. ad Ordin. cit. num.2. dicit hoc privilegio gaudere Magiſtros artium: & cum Iacobo Benio tract. de privil. juriſconſ. privil.39. num.7. & Matthæo Brun. de ceſſione bon. in 11. q.4. extendit ad omnes Doctores, etiam actu non legentes, & indoctos. Quia hoc privilegiũ purè conceditur, ne denigretur Doctoralis dignitas. Vnde cum Carrer. in pract. tract. de indic. & tortura §. circa tertium num.25. Brun. cit. q.4. num.11. Camillo Borrello in ſum. deciſ. tom. 2. titul. 4. num. 212. & Sigonio de Regno Ital. num.212. Obſervat 1. quando Doctores in aliquo caſu ſunt torquendi, debere prius degradari, ſeu Doctorali dignitate & inſignibus exui. Obſervat 2. cum Brun. conſil. crimin. num.146. & Benio priv.40. num.2. ſi Doctores aliquãdo ſunt torquendi in caſu excepto, non ſufficere indicia, quæ in alijs ſufficiunt ad torturam, ſed requiri multo clariora, & quòd ſint diffamati de delicto. Quaſi Doctores pro ſe habeãt magnam præſumptionem, quòd non ſint patraturi delictũ tortura dignũ. An hæc immunitas extẽdatur ad licentiatos? Apud Fragoſ. cit. negant plurimi: ſed ipſe cum alijs affirmat: ſicut num. 38. de Magiſtris actu docentibus, quanvis graduati non ſint.

Pœnis vilium exceptio.

1405 8. Doctor non poteſt affici pœnis plebeiorum, v.g. non poteſt damnati ut ſuſtineat mutilationem membrorum vel habeat mortem vilem, qualem ſtrangulationis, aut ignis. Ita Ioann. de Anania ſuper 5. Decret. rubrica de Magiſtris num. 11. Probat Lenander. de Doct. par.2. §. 4. multis ad hoc adductis textibus. Probat etiam Anton. Gom. ad l. fin. Tauri num.17. ex l. deſertorem §. pœna militum ff. de re milit. & Gloſ. in l.1. §. præterea C. de Epiſcop. & clericis, ubi Bald. & alij authores communiter. Eſt de jure Luſitano Ord. lib.5. tit.139.

Arma prohibita.

9. Doctor quanvis veniat in ſuſpicionem, quòd ſecum gerat arma prohibita, non poteſt per circuitorem, vel alium apparitorem diſcuti, & explorari. Bertachin. 1. par. repert. verbo Doctor, Petrus Lenaud. p.2. §.8. & Ioan. de Anania ſuper 5. Decret. rubrica de Magiſtris n.11. Dueñas in reg.55. limit.7. Decian. tom.2. fol.156. n.55.

10. Doctor non prohibetur afferre arma in caſibus, in quibus ea plebeis ac ruſticis ſunt prohibita. Ita Bart. in l. Medicos C. de profeſſ. & multi quos citat ac ſequitur Tiraq. de nob. cap.20. n.68.

Nobilitas Doctoris.

11. Doctor non poteſt prohiberi ab ingreſſu aulæ Principis. Ita Ioan. de Immola in Clem. 2. rub. de Magiſtris n.11. & Card. Zabar. in Clem. 2. q.4. de Magiſtris.

1406 12. Doctor, quanvis de genere plebeio, habet privilegia nobilium, tanquam verè nobilis. Ita And. Tiraq. de nobil. cap.5. num.3. Petrus Lenauder. tract. de Doctor. par. 2. in quibus locis pro hoc privilegio citant multas leges & authores. Ex quo ſequitur 1. (ut ait Anton. Corſetus in cap. grandi num.27.) prædictum non poſſe compelli ad ſolvenda tributa plebeis impoſita. 2. non poſſe compelli ut eat ad cenſum militum, vulgo alardo certis diebus faciendum. 3. non poſſe damnari ad flagella, triremes, aut alias pœnas viles. Ordin. Luſitan. lib.5. tit.139. 4. maritum plebeium non poſſe impune occidere Doctorem cum ſua uxore repertum. Ordin. Luſitan. lib. 5. tit. 38. 5. non debere citari per oſtiarium, ſed per ſcribam. Quod verò extendatur ad magiſtros actu docentes, quanvis non ſint graduati, & æquiparentur nobilibus, tradunt Bartol. Platea, & Rebuff. in leg. medicos Cod. de profeſſ. & medic. Iaſon in §. pœnales Inſtit. de action. n.80. & Gutier. in pract. lib.1. q.22. n.3.

Vehiculũ Doctoris.

13. Doctor poteſt uti vehiculo inſtar Principis in civitate, in qua degit Imperator. Sumitur ex leg. 1. Cod. de honor. vehicul. lib. 11. Et ſic tradunt Bertachin. 1. parte repert. verbo Doctor, Ioann. de Immola in Clemen. 2. rub. de Magiſtris num. 9. Zabar. in Clem. 2. q.4. de Magiſtris, & Lenauder. par. 2. §. 14.

Honor & reverẽtia habenda Doctoribus.

1407 14. Doctori reverentiam exhibere tenentur judices, prætores, & ſenatores, ac invitare Doctorem ad ſedẽdũ, quãdo hic ipſorum domos ingreditur. Ex tex. in l. fin. & ibi Gloſ. verbo honoratis C. de offic. divers. jud. probat Caſſan. de gloria mundi p. 10. conſid.40. & latè Petr. Lenaud. p.2. §.20.

15. Doctor poteſt appellari conſiliarius Principis. Ita Alexand. in addit. ad Bartol. L. 1. Cod. de dignit. lib.12. pro quo allegat l. fin. Cod. de offic. diverſ. judic. ita & Caſſan. p.10. conſid.41.

16. Doctor præferri debet litteratis non Doctoribus tam in loco, quàm in loquendo. Caſſan. de gloria p.10. conſid.32.

17. Doctor ſedere debet cum ipſo judice ordinario in loco ubi judicium exercet, niſi compareat in ſua propria cauſa. Ita Felin. in rubr. de Magiſtris, & Anton. Gom. ad l. fin. Tauri num.17. Probat ex tex. in l. 1. C. de offic. civil. judic.

Filij Doctoris.

18. Doctoris filij debent præferri filijs aliorum hominum, & doctorari gratis. Bertach. p.1. verbo Doctor, & Petrus Lenaud. tract. de Doct. p.2. §.32. ex Gloſ. in l. Iubemus C. de advoc. diverſ. judic.

19 Quicunque Doctorem injurioſè è domo ſua expulerit, capite plectitur. Alex. in addit. ad Bart. in l.1. C. de dignit. & Petr. Lenaud. par.2. §.34.

Pater appellatur Doctor.

1408 20. Doctor debet appellari pater à judicibus. Cardin. Zabar. in Clemen. 2. quæſt. 4. de Magiſtris ex Cod. de officio diverſ. judic. lib. 12. Petrus Lenaud. tract. de Doct. p.2. & Ioan. de Immola in Clem. 2. nu. 9. rubr. de Magiſtris. Nec mirum eſt quòd teneantur judices honorare Doctorem nomenclatura Patris, cùm Imperator eum Patrem vocet, ut alibi oſtendimus.

21. Doctor capi non debet pro debitis, ita ut in illius perſona fiat pigneratio. Si hac ratione intelligitur illud (Non poſſunt capi pro repræſalijs) quòd latè & doctè probat Petrus Lenaud. tract. de Doct. p.2. §.35.

Doctori venia.

22. Doctor veniam delicti obtinet. Hoc privilegium affert Rebuff. de privileg. ſchol. privil. 109. & explicat in hunc modum. Si ſcholaris in aliqua ſcientia excellentiſſimus, vel Doctor occidat (quod Deus avertat) aliquẽ, & poſtea propter homicidium; vel aliud maleficiũ ad mortem damnetur, vel damnari jure poſſit; in hoc caſu Princeps conſuli debet, qui illi in litteris excellenti veniam mortis faciet. Sumitur ex textu ſingulari in l. ad beſtias ff. de pœnis, ubi ſi ob excellentiam artificij quis veniam delicti obtinet, à fortiori obtinebit Doctor, vel quicunque in aliqua ſcientia egregius. Nam ſi publica utilitas facit, ut de medio tolli poſſit qui eam lædit: l. ita vulneratus ff. ad leg. Aquil. multo magis facere debet, ut ſervetur is, qui Reipublicæ prodeſſe poteſt. Ita Oldendropius tract. de jure ſing. rub. de privil.

Expenſæ Doctoratus.

1409 23. Doctor non tenetur expẽſas, quas fecit in Doctoratu, poſt parentum mortem conferre, licèt cum fratrib⁹ ſuccedat. Probat hoc Rebuff. privil. 55. num. 5. Quia cum Doctoratus ſit dignitas, quæ nec poteſt vendi, nec ad hæredes tranſmitti, in collationem non veniet l. omnimodo §. imputari, ubi Bald. C. de inoffic. teſtam. Nam per collationem fit tranſlatio in aliquẽ, cum collatio ſit in cõmune latio. Gloſ. in rub. ff. de collat. bon. ſed illa bona quæ perſonæ cohærẽt, nõ poſſunt transferri in aliũ, ut eſt Doctoratus, Gloſ. in l. 4. ff. pro ſocio. Igitur Doctoratus expenſæ non conferuntur. Accedit 1. quia quod principaliter fit, attendi debet l. ſi quis nec cauſam ff. ſi cert. petat. At hujuſmodi dignitates non concernũt principaliter commodum pecuniarium, & ideo non attenduntur expenſa, argent. l. plene in a. §. ff. de leg. 2. Accedit 2. quòd parentes filio ſuo illam expenſam videntur, & cenſentur donaſſe.

24. Affertur ab Antonio Gomez ad l. fin. Tauri num. 17. his verbis. Excuſatur litigator à condemnatione expenſarum: item etiam excuſatur judex in ſyndicatu; ſi ille litigavit, & hic protulit ſententiam ſecũdum opinionem probabilem Doctoris; contra communem opinionem; Arg. tex. in cap. Vt debitus, de appellat. & in cap. 5. de popul. Tenet Abb. in cap. 1. de poſtul. præl. Card. in Clem. 2. de Magiſtris col. 3. n. 16. Bald. & alij in l. fin. C. de pœn. jud.

1410 25. Bona quæ acquirit Doctor filiusfamilias advocando, vel docendo habet privilegium Caſtrenſium; & ſunt bona quaſi caſtrenſia; quæ proinde non veniunt in collationem. Bart. in l. fori tui 4. de advoc. diverſ. judic. & in l. fin. C. de ſilen. lib. 12. Petrus Lenaud. par. 2. §. 36. Bald. in l. ult. ad fin. n. 3. C. de inoffic. teſtam. & Steph. Gratian. to. 1. cap. 186. n. 5. contra Gloſ. in l. cum oporter C. de bon. quæ liber.

Domina vocatur Vxor Doctoris.

26. Doctoris uxor habet privilegium; ut appelletur Domina. Conſtat ex communi uſu, & ex text. in l. 2. Cod. de dignit. lib. 12. & ex multis alijs; quibus id doctiſſimè probat Lenauder. tract. de Doct. 1. par. quæſt. 23. & addit maritum Doctorem teneri ſuæ conferre Dom, ſeu illam vocare Dominam. Vnde habuerit ortum vox hæc Dom tradunt Gardiol. tractat. de nobilit. Hiſpan. cap. 39. Guaribai lib. 9. ſui compendij hiſtor. cap. 2. pag. 393. F. Hieron. Roman. lib. 4. Reip. gentil. cap. 30. & Tiraq. l. 5. connub. gloſ. 1. n. 12.

Cauſa Doctoris.

27. Doctoris cauſa eſt privilegiata ſicut cauſa dotis. Ita Bartol. in l. 1. ff. ſolut. matrim. Panorm. in cap. fin. de judicijs in fine. Petrus Lenaud. tract. de Doct. par. 2. §. 17. ubi ſic addit. Potior videtur cauſa Doctorum: quia in eis favor publicus verſatur in communi: quia replet terram ſapientibus.

Militum privilegia in Doctore.

1411 28. Doctor habet privilegia militum. Ita Bartol. in l. medicos C. de profeſſor. Gloſ. in l. miles princ. Vbi Bart. & Ang. de re judicata per tex. in l. ſacroſanctæ C. de Epiſc. & cleric. Port. conſ. 22. Bapt. Fragoſ. p. 1. lib. 5. diſp. 12. n. 88. Rinaldi. de teſtam. rub. 41. & Steph. Grat. diſcep. foren. to. 1. c. 31. n. 14. & to. 4. cap. 706. n. 55. Imò Doctor præfertur militi, ut benè probat Anton. Gom. ad l. fin. Tauri n. 18. Et quòd debeat præferri militi nõ ſolum in actibus litterarijs, ſed etiam in quibuſvis alijs, multis allegatis probat Bertach. 1. p. repert. verbo Doctor.

Civium privilegia.

29. Doctor habet privilegia civium in quacunque civitate, ubi docuerit. Bart. in l. municipes §. fin. ff. ad municipales, & Lenaud. tract. de Doct. par. 2. §. 29.

30. Do-

30. Doctor propter crimen non poteſt damnari ad laborandum in operibus publicis. Hoc probat ex l. Decurionem C. de pœnis. Petrus Lenaud. par. 2. §. 6.

Patriæ poteſtatis liberatio. 31. Doctoratus eximit à patria poteſtate filiumfamilias. Eſt de mente Ioachimi Mynſingeri in ſcholijs ad §. Filiusfamilias Inſtitut. quibus modis jus patr. poteſt. num. 7. ubi ſic habet. Doctoratus verò dignitas, ſeu Iuriſconſulti titulus (ut Latinius loquamur) num eximat à poteſtate patria, Doctores controvertunt, ad quos tyrones juris remitto. Communis tamen opinio eſt, quòd Doctoratus dignitas liberet à patria poteſtate: quæ ſanè non caret ratione, ideoque & ego huic communiori ſententiæ ſubſcribo. Hæc citatus author, quamvis Sanch. lib. 1. conſ. cap. 1. dub. 15. n. 9. ex Suar. lib. 1. fori tit. 11. l. 9. oppoſitum ſentiat.

1412 32. Doctor per miniſtros juſtitiæ poteſt compellere quẽcunque dominum ad vendendas ſuas domos, vel alium locum opportunum ad docendum, ſeu ut convertatur in palæſtram. Ita Ioan. de Platea in l. 1. C. de ſtud. liber. Vrb. Rom. lib. 11. circa finem, Barthol. Cepola trac. de ſervit. Vrb. præd. in titul. de ſpul. 11. col. & Petrus Lenaud. de Doct. par. 2. §. 26. *Domus vẽdi tio coacta.*

36. Doctor poteſt vi juris conducere, domino invito, quaſcunque domos locari ſolitas. Ita Guil. de Cut. in l. Decernimus C. de Epiſt. & cler. Dat. & Ang. in l. 1. ff. ſolut. matr. Alex. in l. 1. C. de dignit. lib. 12. & Petrus Lenaud. de Doct. p. 2. §. 27.

34. Doctori in ſuo teſtamento habetur integra fides circa ſolutionem factam ſuis famulis. Eſt de jure Luſitano Ordin. lib. 4. tit. 35. §. 2. & comprehendit Magiſtros artium, juxta explicationem Barboſæ in remiſſ. qui ita habet. In text. ibi (ou Doutores) procedit in Magiſtris artium, quia appellatione Doctorum continentur, & illorum privilegijs gaudent. *Fides Doctoris ſeri pturis habenda.*

35. Doctor tanquam ſi eſſet vir generoſus, vulgo fidalgo, poteſt manu propria facere procurationem. Eſt de jure Luſitano Ord. lib. 3. tit. 29. & lib. 1. tit. 48. §. 15. juxta expoſitionem Barboſæ in remiſſ.

36. Doctori habetur fides in ſuis ſcripturis tanquam publicis. Ordinat. lib. 3. tit. 59. §. 5. juxta Barb. in remiſſ.

37. Doctor ſolus poteſt donare nihil perdendo. Hoc affert & exponit Rebuff. de privil. ſcbol. priv. 51. in hunc modum: Licet donare ſit perdere l. filiusfamil. ff. de donation. l. 2. C. de Conſul. lib. 12. & cap. paſtor 1. q. 2. tamẽ Doctor dando doctrinam nihil perdit, imò doctior efficitur. Quia omne artificium per exercitium *Donatio doctrinæ.* accipit incrementum l. legatis §. ornatricibus ff. de leg. 3. l. milites in 2. Cod. de re milit. lib. 12. Nam intellectualia erogantur, & erogans nihil perdit, ſecus in corporalibus. Item ſpiritualia transferuntur, & non perduntur, ſicut ſol dat lumen, juxta Bald. in procem. ff. in §. itaque.

1413 38. Vxor Doctoris gaudet privilegijs ſui mariti etiam poſt ipſius mortem, ſi perſiſtat vidua. Bart. in l. ſi poſt mortem §. fin. ff. de bon. poſ. contra tab. Hippol. de Marſ. in ſuis ſingular. ſingul. 179. Petrus Lenaud. tract. de Doct. par. 2. §. 13. & Ant. Gom. ad l. fin. Tauri n. 17.

39. Maius & excellentius (inquit Anton. Gom. cit, privilegium eſt, quòd talis Doctor, qui legerit & docuerit in proprietatis cathedra in Vniverſitate approbata per viginti annos manet jubilans, & illuſtrem Veteranorum militum titulum & dignitatem acquirit ſicut Dux, Comes ſpectabilis clariſſimus, vel ille qui eſt ad latus Principis. Habetur ex l. unica Cod. de profeſſ. qui in urbe Conſtantinop. docentes lege meruerunt comitativam lib. 12. Vbi Gloſſ. Bart. Plat. & communiter authores ad l. unicam C. de Comitibus & Archiatris eod. lib. & ad l. 1. ff. de privil. veteran. Ita Bertach. citat. Card. Zabar. in Clem. 2. q. 4. de Magiſtris. Ioan. de Imola in Clem. 2. de Magiſtr. num. 9. & Ioan. de Anan. ſuper. 5. Decret. de Magiſtris n. 6. Sed de hac comitativa per jubilationem jam diximus ſupra diſp. 2. q. 6. à n. 1294. *Comitativa Doctoris.*

40. Doctor, ſi evenit quòd amittat habitũ in ſcriptis privilegium Doctoratus, vel quòd non redemerit à notario, poteſt illud probare per teſtes, qui Doctoratui interfuerunt. Eſt ſẽtentia communis, quam tradunt Paul. Caſtr. in l. ſi ſolemnibus n. 5. C. de fide inſtrum. ubi Bald. & alij. Marſil. in rubrica C. de probat. n. 39. ubi ait hoc ſpectare ad Doctores, qui apud ſe non habent ſuum privilegium Doctoratus in ſcriptis, ideſt poſſe probare per teſtes, & addit ita ſe vidiſſe in uſu obſervari; Alex. conſ. 107. n. 2. lib. 7. Iaſ. conſ. 149. n. 2. vol. 4. Ioan. Anan. in rub. de Magiſtris, Maſcardus de probat. concl. 528. num. 11. & multis adductis Boer. deciſion. 171. num. 3. *Privilegiorum probatio.*

Superſedeo multis alijs Doctorum privilegijs recenſendis, ſive ea ſint peculiaria Doctorum, ſive communia cum ſcholaribus, quia jam de illis ſatis memini ac diſſerui in ſuperioribus, ſed præcipuè lib. 3.

(i.)

DISPVTATIO V.

De Doctorum, ſeu Magiſtrorum doctrina.

1414 DOctorem hactenus dedimus graduatum, ad regendam cathedram oppoſitorem, vigentem poteſtate, & ſatis inſtructum privilegijs: cum daturi ſimus in ſexta & ultima diſputatione obligationibus obnoxium, in hac quinta conabitur exponere præcipuum Doctoris munus, quod eſt docere alios Can. fin. diſt. 59. ſeu tradere auditoribus doctrinam. Erit igitur præſentis diſputationis ſcopus diſſerere circa qualitatem & modum doctrinæ tradendæ, atque adeo inquirere qualem doctrinam, & qualiter: ſeu quam doctrinam, & quomodò Doctor inculcare debeat: ut ſcilicet palam omnibus fiat doctrinam à Doctore inſtillandam, vel infundendam eſſe debere veram, ſanam, & opportunam, ita ut dilucidè, ſuccinctè, & appoſitè tradatur.

QVÆSTIO I.

Quænam ſit ratio doctrinæ: & quænam præcipua ejus laus?

PRo quæſtionis priori parte, ut ſcrutemur naturam, ſeu rationem doctrinæ, vox hæc (doctrina) idem ſonat quòd poſitio Clementin. 1. §. porro, de Summa Trinitat. quaſi per magiſtrum in mente diſcipuli ponatur. Derivatur enim tum à nomine (doctor) tum à verbo (doceo) & eſt id quod à Doctore docetur. Vt tamen ejus ratio magis innoteſcat, & percipiamus diſcrimen inter doctrinam & diſciplinam, quanvis jam obtinuerit uſus, ut omnis ſcientia quovis modo comparata doctrina & diſciplina vocetur, nominum derivatione minimè attenta, tamen ſi loquamur in rigore philoſophico, duce Ariſtotele lib. 1. poſter. cap. 1. de præcognit. & lib. 3. Phyſic. cap. 3. text. 19. diſcrimen eſt, quantunvis accidentale, inter doctrinam & diſciplinam: nam eademmet ſcientia prout egreditur à magiſtro per vocem, aut ſcripturam, doctrina eſt, prout recipitur in diſcipulo, diſciplina appellatur: & id ſuadent vocum derivatio, ac ethymologia. Eſt autem difficultas, an ſcientia comparata per inventionem doctrina & diſciplina vocari poſſit, ſpectata etiam nominum derivatione? Videtur affirmandum cum Sancto Thoma 3. part. quæſt. 12. art. 3. ubi ait, ita creaturas ſenſibiles nobis manifeſtare Dei ſcientiam, ut voces ſcientiam magiſtri, juxta illud Eccleſiaſtici 1. (Deus effudit ſapientiam ſuper omnia opera ſua.) Quare (ut inferunt Conimbricenſ. ad cap. 1. de præcogn. quæſt. 2. a. 2. non incongruè dicemur à Deo doceri ſcientiam propria inventione comparatam, atque adeo hanc & doctrinam & diſciplinam eſſe, tantoque digniorem, quanto excellentior magiſter eſt Deus, quàm homo.

Doctrina quid ſit.

Diſciplina quid.

1415 Eſt & aliud, pro magis enucleanda doctrinæ ratione, explicandum diſcrimen inter doctrinã, documẽtu, & dogma. Nam doctrina videtur latiùs patere, & tranſcẽdere per omnẽ omninò materiã ſive veram, ſive falſam quæ docetur. Documentum videtur eſſe pars doctrinæ, ſeu dictum aliquod doctrinale, quod profertur à Doctore. Apud Canoniſtas documenta dicuntur probationes, & inſtrumenta: quia docent, & inſtruunt, ac informãt quid facere debeat judex. Gloſ. pen. in add. in cap. quanvis 14. de electione.

Documentum.

Dogma eſt idem quòd decretum, ſcitum, vel placitum cujuſcunq; ſectæ. Dogmaticus quòd inſtruens vel inſtructus. Dogmatizo quòd inſtruo, doceo. Dogmatiſtes, docẽs, inſtruens, ſuu, qui alijs dogmata præſcribit. Eſt indiffetẽs dogma ut in malam vel bonam partẽ accipiatur, & quidem rectè appellamus dogmata catholicæ religionis. Dogma eſt (inquit Gloſ. in Summa diſt. 3.) quod conſiſtit in doctrina fidei Chriſtianæ. Hodie frequentiùs accipimus dogmatiſtas pro ijs, qui ſeminant falſam doctrinam: quorũ varios gradus numerat & exponit Suar. de fide diſp. 23. ſect. 2. n. 11. in ordine ad incurrẽdas pœnas juris.

Dogma quid.

1416 Quod attinet ad poſteriorem quæſtionis partẽ, quænam ſit præcipua doctrinæ laus? Mihi erit haud difficile reſpondere eſſe veritatem. Sicut enim præcipuum doctrinæ vituperium eſt falſitas, ita ex

Veritas eſt laus præcipua doctrinæ.

ex oppoſito præcipua laus eſt veritas. Hanc reſolutionem ut exornemus, ſupponendum eſt quid & quotuplex ſit veritas. Imprimis veritas (ut docet Sanctus Thomas ad cap. 1. de ſignis lect. 3.) eſt habitudo inter rem & intellectum. Nam authore Philoſopho Ethic. cap. 3. ita ſe habet verum ad intellectum, ut bonum ad voluntatem: cum igitur nullum ſit bonum niſi per ordinem ad voluntatem, nullum erit verum niſi per reſpectum ad intellectum. Veritas eſt duplex, altera appellatur veritas rerum, alio nomine tranſcendens, quia tranſcendit per omnes res poſitivas, & reciprocatur cum ente, cujus paſſio eſt, & ideo illius expoſitio propriè ſpectat ad Metaphyſicos. Altera appellatur veritas cognitionis, alio nomine formalis, quæ definitur conformitas inter intellectum & rem: nam tunc intellectus verè cognoſcit, cum rem percipit ſi, cuti eſt. Vnde hæc veritas non conſiſtit in cóformitate rei, ut cognita eſt, ad ſe ipſam, ſeu non eſt conformitas conceptus objectivi cum re ipſa, ut ſomniarunt Duran. in 1. diſtin. 19. quæſt. 5. & Hervæus quodlib. 3. quæſt. 1. a. 2. ſed talis veritas in intellectu eſt conformitas formalis conceptus ad rem cognitam. Patet 1. quia veritas intellectus eſt adæquatio menſurati cum ſua menſura; conceptus enim formalis eſt imago objecti, à quo regulatur; ergo in tantum dicetur verus formaliter in quantum adæquabitur ſuo objecto. Patet 2. quia veritas enunciationis vocalis conſiſtit in conformitate propoſitionis ad ſignificatum; ergo idem erit de veritate enuntiationis mentalis.

Veritas quid & quotuplex.

1417 Hoc ſuppoſito, nobis ſermo eſt de veritate formali, quam poſtulamus in doctrina tanquam ejus laudem, ita ut omnis magiſter tradens doctrinam proferat enuntiationes tam mentaliter, quam vocaliter, conformes ſuo enuntiato. Eſt igitur veritas fundamentum doctrinæ, quo ſublato, omnis doctrina corruet; cum enim doctrina dirigatur, & ordinetur à Rectore ad informandas auditorum mentes, neceſſe eſt ut vera ſit, ad conſequendum effectum: aliter deficiente veritate, magiſter non tam erit Doctor, quàm ſeductor, auditoreſque non imbuet, ſed inficiet, non informabit, ſed deformabit, non inſtituet, ſed deſtruet.

Veritas doctrinæ.

Cum autem omnis doctrina ſtabilis eſſe debeat, ac perſiſtens, ut hanc ſervet proprietatem, oportet niti veritate, qua ſola fulciri ac roborari poteſt. Eſt enim veritas adeo ſtabilis, firma, & conſtans, ut in rerum natura nihil ſit veritate fortius. Ita Gloſſ. v. Veritatem in Extravag. Sedes Apoſtolica, de officio delegati, inter communes. Idcirco coram Dario proponente quæſtionem de re omnium fortiſſima; palmam præripuit aliis Zorobabel affirmans veritatem eſſe rerum omnium fortiſſimam, utpote quæ fortiſſimè oppugnata núquam labefactatur. Hinc apud Canoniſtas veritas vincit, valet, invaleſcit, & vivit in æternú. Can. conſuetudo diſt. 8. Quáta enim ſit vis veritatis, ſatis expreſſit M. Tullius pro
„ Cælio: O magna vis veritatis, quæ contra
„ hominum ingenia, calliditatem, ſolertiam,
„ contraque fictas omnium inſidias facile ſe
„ per ſe ipſam defendit. Quanta deinde ſit falſitatis debilitas, & veritatis oppoſitæ fortitudo, ac robur, eleganter aperuit Chryſoſto-
„ mus hom. 5. de laudibus Pauli: Talis eſt (in-
„ quit) conditio falſitatis, ut etiam nullo ſibi
„ aſſiſtente conſeneſcat, ac defluat: talis autem
„ è diverſo veritatis ſtatus, ut & multis impug-
„ nantibus ſuſcitetur, ac creſcat. Vtrunque nempe & robur veritatis, & infirmitatem médacij nobis indicarunt Hebræi ſuo illo proverbio dictitantes, Veritatem ſtabiles, médacium debiles habere pedes: ideoque ſuis characteribus mendacij pedes effigiarunt acuminatos, proindeq; debiles; veritatis autem quadratos, & ideo ſolidos, ac conſtantes.

Veritatis fortitudo.

Mendacij debilitas.

QUÆSTIO II.

Quantum debeat eniti Magiſter ad tradendum doctrinam puram, ſanam, & uniformem.

1418 IN hac quæſtione tria, quæ doctrinam valde commendant, proponuntur explicanda, & ornanda, ſcilicet doctrinæ puritas, ſanitas, & uniformitas, quæ quidem ſine veritate nequeunt ſubſiſtere, ipſamque veritatatem magnopere condecorant, atq; illuſtrát. Quod attinet ad primum, doctrina imprimis eſſe debet pura, hoc eſt immunis ab omni falſitate, mendacio, & errore, qualis eſt omnis doctrina Chriſtiana, quá ſupremus Doctor, & unus Magiſter Chriſtus hominibus inculcavit. Ipſe enim qui eſt via & veritas Ioan. 14. ita ab omni mendacio, & falſitate abhorret; ut non potuerit non tradere hominibus doctrinam puram, hoc eſt ab omni mendacio & falſitate abhorrentem. Sicut enim lux tenebras neſcit, ita veritas cum errore & deceptione ſtare non poteſt. Vnde S.
„ Fulgent. Epiſt. 7. ad Venant. Sicut vera lux
„ (inquit) nullatenus obſcuratur, ita nunquam
„ veritas æterna mentitur. Tam enim impoſſibile eſt Deum mentiri, quàm deficere à propria ratione & eſſentia: ſupremus igitur Doctor Chriſtus, qui eſt veritas, quidquid docuit,

Puritas doctrinæ.

docuit, doctrina adeo pura eſt, ut nec minimã falſitatis umbram gerat: cum ipſe in hunc mũdum venerit ad teſtificandum & detegendum nobis veritatem. Ad hoc (dicebat idem) veni in mundum, ut teſtimonium perhibeam veritati.
,, Vnde Ioann. 18. Lex per Moyſem data eſt,
,, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum. Cum igitur omnis Doctor per participationem, & derivationem à Summo Doctore Chriſto, patre ac fonte luminum, ſeu totius doctrinæ talis ſit, ſuam debet conformare doctrinam illius doctrinæ, quæ ab omni labe falſitatis pura eſt.

Doctrina pura ab omni ſcelere.

1419 Doctrina item pura eſſe debet, hoc eſt immaculata, & caſta, ſeu immunis ab omni labe ſceleris & delicti, ita ut ipſa nec delictum contineat, nec delictum approbet. Doctrinam enim, quæ totius humanæ doctrinæ exemplar eſt, & à Deo Summo Doctore per legem hominibus inculcatur, ſic pura, ſic immaculata eſt, ut diximus. (Lex Domini immaculata.) Pſal. 18. Vertit Ambroſius in Pſal. 118. ſerm. 16. irreprehenſibilis. Vertit Tertull. 4. contra Marcion. cap. 1. Invituperabilis. Quaſi in lege ſeu doctrina à Deo tradita nihil ſit inhoneſtum, proindeque reprehenſione, aut vituperatione dignum. Sunt enim (Eloquia Domini, eloquia caſta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum ſeptuplum) Pſ. 11. Caſtitas hæc (ut commentatur Lorinus ibidem verſ. 7.) eſt munditia & puritas à contagione falſitatis, ſimulationis, vanitatis, ſuperfluitatis, ut nihil ſit quod in eloquijs divinis deſit, aut abundet: nihil quod poſſit reprehendi. Comprehendit (ſubjungit idem) caſtitatis vocabulum quandoque ſanctitatem omnem, & virtutem, ut cum Petrus 1. cap. 1. ſcribit caſtificari animas in obedientia Chriſti: & Paulus 2. Corinth. 11. volebat exhibere omnes Chriſto Virginem caſtam, hoc eſt puros omnes ab omni ſcelere.

Fidei Chriſtianæ puritas.

1420 Ex quibus (Cardin. de Lugo de fide diſp. 5. ſect. 4. num. 50.) optimè format & exponit ſecundum motivũ quod reddit evidenter credibilia objecta noſtræ fidei. Simile motivum (inquit) eſt puritas, & ſanctitas morum, quam Chriſtiana religio docet: cum Deo placere non poſſit doctrina à regula honeſti declinans, prout declinant omnes aliæ vel præcipiendo, vel permittendo turpiſſima vitia, adulteria, fornicationem, uſuras, votorum violationes, ingluviem, ebrietatem, & his ſimilia, ad quam potiſſimè impuritatem homines facile Mahometiſmum, vel hæreſes amplectuntur, non majoris ſanctitatis, aut perfectionis ſtudio. Quæ autem & quàm infanda ſcelera Reſpublica illa Romana, cujus leges ſanctiones alijs videri poterant, in media urbe nutriret, ac foveret, tradit Iuſtinus Apol. 2. Eſt igitur (ſubjungit) lex Domini immaculata, nullam ſcilicet maculam etiam mentalis concupiſcẽtiæ turpis non condemnando: cum tamen tota Philoſophia moralis longis, obſcuriſque diſputationibus puritatem ejuſmodi nec aſſecuta fuerit, nec ulli unquam perſuaſerit, quam Chriſti lex paucis & clariſſimis verbis & edocuit, & mentibus hominum impreſſit. Efficax planè (inquit Lorinus in Pſal. 18. verſ. 7.) pro religione Chriſtiana argumentum, veritas & ſanctitas legis, & doctrinæ, ita ut nihil penitùs reprehẽdi poſſit: cum in omni alia ſecta deprehendantur aliqua vel abſurda, vel impia, ut oſtendit Theodoret. libro de fabulis hæreticorum, & libro de legibus philoſophorum. Vide multa quæ ad hanc rem tradit Hurtad. diſp. 21. a §. 112. Enitatur igitur Doctor Chriſtianus tradere auditoribus doctrinam puram, hoc eſt ab omni labe ſceleris immunem, quæ proinde doctrinæ Evangelicæ conformetur: ut cum primum odio habuerit iniquitatem, divinam legem ac doctrinam diligat, poſſitque cum Propheta canere (Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi.) Pſal. 118.

1421 Propterea doctrina pura eſſe debet, hoc eſt immunis ab omni obſcuritate, ita ut idem valeat pura atque clara & lucida nihil tenebroſum patiens: nam obſcurum & falſum parum inter ſe diſtãt, & utrunque vero opponitur, juxta illud Poetæ (Obſcuris vera involvens.) Æn. 6. ſicut puritas & luciditas, ſeu purum & lucidum videntur coincidere. Nam illud Pſalm. 118. (Præceptum Dominum lucidum) eſt in Hebræo (Præceptũ Domini purum.) Eſt igitur doctrina & lex Domini ita clara & lucida, ut noſtros caliginoſos oculos illuminare valeat: (Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos. Sic in Pſal. 118.) *Claritas doctrinæ.*
,, Declaratio ſermonum tuorum illuminat, &
,, & intellectum dat parvulis. Caietanus ad
,, priorem locum: Non modò lex (inquit) ap-
,, petitui recta, & jucunda voluntati eſt, verũ-
,, tamen intellectui clara ſine ambage, aut
,, perplexitate diſputationis, abſque neceſſi-
,, tate interpretationis. Sermo Dei, Verbum Dei à quo omnis veritas, & doctrina pura emanat, lux eſt. Vnde S. Hieron. Epiſt. 143. de divino Verbo accepit carbonem Iſaiæ 6. & calculum candidum Apocal. 2. Sine luce nequit ſtare Verbum Dei in ordine ad tradendam doctrinam. Ille qui eſt Verbum Dei, de ſe dixit, Ego ſum lux mundi, & alibi dixerat, Ego ſum veritas. Hoc Verbum deſiderabat Propheta ſic flagitans: (Emitte lucem tuam, & veritatem tuá,) Pſal. 24.

1422 Vt doctrina ſit pura, neceſſe eſt quòd veritatem ſimul ac lucem contineat, ut omnem mendacij umbram veritas fuget, & omnem obſcuritatis noctem lux diſſipet: juxta illud quod canit Eccleſia: (Vmbram fugat veritas: noctem lux eliminat.) *Veritas lucida eſt.*

In

In omni igitur doctrina pura eſt veritas,& lux, ſeu veritas lucida,aut lux vera. Non enim veritas ſine luce,neque lux ſine veritate.(Fructus enim lucis eſt in omni bonitate, & juſtitia, & veritate.)Ioan.1.cap.Quantum lucis in ſe contineat, & in nos effundat veritas, ſatis expreſſit Pythagoras ſuo illo documento: (Contra ſolem ne loquaris.) Eraſm.Chil.1.cent.1. quaſi diceret, nunquam loquaris contra veritatem, quæ inſtar ſolis fulgentiſſimi ſuos identidem radios diffundit. Quo ſpectat illud Fabij Maximi apud Livium Dec.3.lib.2. appellantis Veritatem facem maximam,quæ nullo ventorum impetu extingui poteſt: (Laborat(inquit)ſæpe, ſed nunquam extinguitur.) Hinc eſt, authore S.Laurent.Iuſtin. lib.de vita ſolit.cap.4. quòd ſicut boni amant lucem,ſeu veritatem,ita mali illam fugiunt. Expreſſiùs Evangeliſta Ioann. cap.3. Omnis qui malè agit, odit lucem, & non venit in lucem, ut non arguantur opera ejus: qui autem facit veritatem, venit ad lucem,ut manifeſtentur opera ejus. Et quidem cum veritas ſit ſol,& lux,quanvis nonnũquam nebulis circumfuſis lateat, tamen poſt aliquod tempus patet ſplendidior. Vnde illud Senecæ lib.2.de ira cap.22. (Dandum ſemper eſt tempus:veritatem enim dies aperit.) Non dixit nox aperit,ſed dies aperit: quaſi Veritas ipſa ſua prodatur luce,quæ diem efficit.Ex quibus omnibus habes doctrinam puram eſſe nõ poſſe, quin ſit clara & ſplendida, proindeque continens lucem veritatis. Vide alia multa, quæ de claritate doctrinæ à nobis tradita ſunt num.581.

Synceritas doctrinæ.

1423 Tandem doctrina pura eſſe debet,hoc eſt immunis ab omni fictione,& fuco, ita ut idem valeat pura,atque ſimplex,nuda,ſyncera. Nam quòd veritas eſſe debeat ſyncera, exprimitur Clem.1.§.porro de ſumma Trinit. Veritas enim non accipit patrocinium à verborum lenocinijs,& rethorum pigmentis, fictiſque coloribus, ſed ipſa nuda ac ſimplex ſe tuetur. (Nuda eſt veritas(inquit Baſilius hom.20.de mart.) abſque patrocinio ipſa ſe ipſam declarans.) Ipſa ſola ſibi ſufficit ad propriam defenſionem abſque ullo præſidio advocatorum, & teſtium coram judice. Nuda eſt veritas (inquit Lactantius lib.3.de falſa ſap.)quia ſatis ornata per ſe eſt: ideoq; ornamentis extrinſecùs fucata corrumpitur. Hanc igitur nuditatem æquè appetit veritas, atque ſuam conſervationem,quaſi à ſe ipſa deficeret, ſi pro ſua defenſione & ornatu admitteret fucos,& ſimulationem. Nulli ſimulatio proficit,(ait Seneca lib.18.Epiſt.) paucis imponit,leviter extrinſecùs inducta ſpecies. Veritas in omnem partem ſui ſemper eadẽ eſt. Si mendacium ut attrideat, varios induit colores,nec unum, ſed multiplicem aſſumit perſonam, veritas ſemper uni coloris eſt, & pulcherrima ex omni ſui parte unico fulgens candore.

Brevitas doctrinæ.

1424 Hanc ſynceritatem, ſeu puritatem doctrinæ ab omni fuco & ſimulatione alienam Doctor Chriſtianus affectare debet,ut ſe conformet Chriſto Doctori, ejuſque Evangelio, in quo doctrinæ ſumma puritas,ſumma claritas,ſumma ſynceritas. Ad quæ magnopere conferet brevis docendi methodus, ita ut Magiſter amet compendium in dicendo ac dictando, longè alienus à verborum ambagibus, & mæandris, ſtudens potiùs multa paucis, quàm pauca multis dicere. Meminerit tamen ut dum brevis eſſe laborat, obſcurus non fiat. Non enim debet verborum paucitas offundere tenebras doctrinæ. Verùm hæc duo, brevitas & claritas ſociabiles ſunt; eaſque mirificè conjunxere ſummi Doctores, alter Magiſter ſententiarum, idcirco antonomaſticè Magiſter, alter Theologorum apex S. Thomas. Imò conditores legum,& ipſis Iuriſprudentes brevitatem amant. Nam brevitas deſideratur,etiam in juribus condendis. Cap. fin.de verb.ſignif.in 6.Et quidem breviter fieri dicuntur, quanvis multa dicantur, dummodò breviter. Clem.Romani §. nos, de jurejurand. Hinc modernos gaudere brevitate, habetur in Gloſ.v.brevitatis,in Extrav.Quorundam Ioan. 22. & Gloſ. in can. omnis diſt.12. Facit etiam pro doctrinæ brevitate, cui Magiſter ſtudere debet, quidquid Ratio ſtudiorum Societatis Ieſu ſuis Magiſtris præſcribit, tum Theologis in regulis hujus profeſſionis reg. 12. tum Philoſophis in ſuis regulis reg.15.ne ſcilicet longi ſint in quæſtionibus & tractatibus inſtituendis.Monet etiam ſuperiorum facultatum profeſſorem reg.8. ut in afferendis Doctorum authoritatibus non ſit nimius: ſi tamen habeat inſigniorum authorum teſtimonia ad ſententiam ſuam confirmandam, verba ipſa, quoad fieri poteſt, pauca tamen, & fideliter recitet;multò magis ſacrarum ſcripturarum, Conciliorum,Sanctorum Patrum. E dignitate autem Magiſtri eſt, nullum ferè authorem proferre,quem ipſe non legerit.

Authores citandi parcè.

Sanitas doctrinæ.

1425 Quod attinet ad ſecundam de ſanitate, præceptoris doctrina eſſe debet ſana:& hoc valde commendat Apoſtolus 1. ad Timoth. 1. Parricidis & Matricidis,homicidis, fornicarijs,&c. & ſi quid aliud ſanæ doctrinæ adverſatur, quæ eſt ſecũdùm Evangelium. Idem Epiſt.2.ad Timot.4. Erit enim tempus,cum ſanam doctrinam nõ ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coacervabunt ſibi magiſtros prurientes auribus. Idẽ ad Titum cap.2. Tu autem loquere quæ decent ſanam doctrinam.Sic gentium Doctor inſtruit Doctores, eoſque hortatur ad tradendum doctrinam ſanam. In quo autem conſiſtat ſanitas doctrinæ, exponit Cornelius ad 1. locũ

citatum verſ.9.num.21. Apoſtolus (inquit) ſanam doctrinam dicit eſſe eam, quæ eſt ſecundùm Evangelium: quia ſcilicet Evangelium non eſt aliud quàm ſanæ norma doctrinæ: adeoque doctrina Evangelica eſt ipſa ſana doctrina, ut quidquid contrarium, aut conforme eſt ſanæ doctrinæ, contrarium aut conforme ſit Evangelio. Inſanum igitur quidquid repugnat Evangelio, ſanum quod conſonat.

Sanitas doctrinæ quid. 1426 Ut verò hujuſmodi ſanitas magis innoteſcat, omnis conformis Evangelio doctrina ſana eſt, quia imprimis abhorret ab omni inſania, ſeu mentis, & voluntatis pravitate: nam inſanus dicitur qui facit cōtra præceptum juris. Can. concilia diſt.17. Illi ergo plus omnibus inſaniunt, qui jura omnia violantes tum doctrinæ falſitate, tum vitæ pravitate Evangelium impugnant. Item doctrina illa reputatur ſana, quæ eſt immunis ab omni infirmitate. Nam ſecundùm jus Canonicum, infirmus poteſt dici ille, qui licèt ſit ſanus corpore, involutus tamen eſt peccatis. Can. quid eſt diſt. 50. Et quidem nulla major infirmitas, quàm improbitas, nullus magis infirmus, quàm improbus. Eſt etiam doctrina non ſana, ſeu infirma, quæ nullo, aut infirmo nititur fundamēto, & temeraria dici poteſt apud Iuriſtas. Nam temerè dicitur aliquid fieri, quod fit ſubito, & abſque deliberata requiſitione, proindeque ſine fundamento. Can. legem diſt. 53. & temerarium judicium dicitur, cum ſine cauſæ cognitione quis judicat. Can. temerarium 11.q.3. Eſt autem doctrina, ſeu propoſitio temereria apud cenſores Theologos (inquit Lugo de fide diſp. 20.num.96.) quæ communi Patrum ſenſui opponitur, aut quæ contra Doctores Theologos ſentit ſine ſufficienti fundamento ſolidæ rationis, vel gravis authoritatis. Denique (ut arbitror) ſana doctrina idem valet, atque matura: ſic dicimus ſanum conſilium id quod maturum eſt, & progreditur à viro gravi graviter, ac maturè deliberāte. Sit igitur præceptoris doctrina ita ſana, ut non tam redoleat levem ſubtilitatem, quàm præ ſe ferat gravem maturitatem. Quanvis enim ingenij ſubtilitas & acumē multum conferat ad diſquirendum & excitandum, tamen ad benè decidendum maturitas omninò neceſſaria eſt: & quidem longè præſtat matura deciſio ſubtili diſquiſitioni.

Temeraria doctrina.

Uniformitas doctrinæ. 1427 Quod attinet ad tertium de uniformitate, ſcilicet quòd doctrina ſit uniformis, multum refert pro tradenda vera, ſana, & pura doctrina, quòd habeat uniformitatem. Nam Cardin. de Lugo diſp.5. de fide ex S. Auguſtino lib. contra Epiſtolam fundamenti cap.4. & Suario de fide diſp.4. ſect.4. num.11. inter alia motiva quæ reddunt doctrinam noſtræ fidei evidenter credibilem, aſſignat uniformitatem abſque mutatione ulla ab initio uſque ad hanc diem: quod (inquit) in alijs ſectis non invenitur, de quarum omnium initio nobis conſtat, & qua occaſione cæperint, cum antea nemo eſſet in mundo, qui eas profiteretur: nam ab ipſo orbe condito fuerunt ſine ulla interruptione, qui Deum colerent, qualem nos colimus, & quibus Chriſtus promiſſus, & ſperandus fuerit: quibus nos non cōtradicimus, ſed omninò conſentimus, cum illū eundem, quem ipſi venturum crediderunt, & ſub talibus ſignis demonſtrarunt, nos ſignis ijſdem viſis, veniſſe credimus. Ab ipſo autem Chriſto uſque ad hanc diem ſemper fides eadem, quá nos profitemur, à pluribus habita & prædicata fuit, nec oſtendi poterit quando mutationem acceperit, vel quando ceptum ſit credi quod nos nunc credimus, cum antea non crederetur, ſicut de erroribus hæreticorum oſtendi id facile poteſt.

1428 Si igitur exemplar totius veræ ac ſanæ doctrinæ eſt doctrina Chriſtiana, & hujus veritas ac ſanitas non aliunde magis innoteſcit quàm ex uniformitate, & unitate, juxta illud Apoſtoli ad Epheſ.4. (Unus Deus, una fides, unum baptiſma.) ubi ex unitate oſtendit veritatem: omnis Chriſtianus Doctor in ſua tradenda doctrina debet affectare uniformitatem & unitatem, ita ut ejus doctrina ſit ſemper una, ſemper eadem, habeatque uniformitatem tum reſolutionum, tum ſtyli. Uniformitatem reſolutionum habebit, quando fuerit ſtabilis, conſtans, ſibique ſemper in decidendo cohærens: ſecus, ſi in reſolvendo variaverit ſtatuens pugnantia inter ſe, modò affirmans quòd antea negaverat, vel è contra. Uniformitatem ſtyli habebit, quando ſervaverit eundem tractum, contextum, modumque proponendi, diſputandi, ac decidendi, ita ut ſemper difficultatem proponat dilucidè, diſputet ſubtiliter, & decidat maturè, ſemperque appareat ſui ſimilis, ſibique concors. Ab uniformitate ergo ſtyli abhorrebit qui in eadem diſputatione partim brevis, partim longus, modò clarus, modò obſcurus, jam omninò certus, jam omninò perplexus reſolverit: & quidem majorem notam, ſcilicet notam temeritatis ſubibit, ſi doctrinæ methodum, & ordinem non ſervaverit, ſed primo loco v. g. quod ponendum erat ſecundo, poſuerit. Apud Canoniſtas temerarius dicitur is, qui præpoſterat ordinem, & primo loco ponit id, quod debet poni ſecundo. Can. ſi quis præpoſtera diſt.30. *Unitas doctrinæ.*

QVÆS.

QVÆSTIO III.

Quantum Doctor abſtinere debeat à doctrina falſa tradenda.

1429 VT Magiſtros deterreamus à falſa doctrina inculcanda, ac diſſeminanda, præmittimus expoſitionem falſitatis & mendacij, ejuſque deformitatem, & malitiam. Falſitas eſt immutatio veritatis. Gloſ. confirmatio in cap. Et ſi Chriſtus §. fin. de jureju. & Glo. falſitas in Extrav. Quia quorundam Ioan. 22. Falſarius dicitur ille, qui aliquid addit, vel diminuit de inſtrumento, in præjudicium partis alterius. Cap. Cum venerabilis, de except. Apud Canoniſtas mentiri dicitur qui unum ex contrarij ponit loco alterius. Can. ſæpe diſt. 41. Item mentiri dicitur qui ſimulatis operibus, ſicut & ore. Gloſ. 2. in Can. ſicut is 1. q. 6. Mendacium juxta S. Auguſtinum lib. de mend. cap. 4. eſt falſa vocis ſignificatio cum intentione fallendi, ſeu falſum dicendi. Apud eundem in Enchir. cap. 18. mendacium eſt dicere aliquid ſcienter aliter ac ſentimus. Ex quibus cum Theologis communiter infert Lugo de fide diſp. 4. num. 2. non eſſe idem mentiri ac falſum dicere. Nam poteſt quis proferre falſum abſque mendacio, quia nempe exiſtimat id eſſe verū, atque ideo non mentitur. E contra poteſt alter proferre verum, & mentiri; quia id quod re ipſa verum eſt, ipſe putabat eſſe falſum, atque ideo locutus eſt contra id quod ſentiebat. Nam mentiri eſt contra mentem ire: & ſic tota malitia mendacij deſumitur ex oppoſitione verborum cum mente. Hinc Hurtado de fide diſp. 17, ſect. 1. §. 8. rectè diſtinguit veritatem & falſitatem phyſicam à veritate & falſitate morali: nam illa deſumitur ex conformitate, vel difformitate cum objecto; hæc autem ex conformitate, vel difformitate ad mentem.

Falſitas & falſarius quid ſit:

1430 Pro maiori explicatione hujus malitiæ inquirit Lugo citatus num. 4. an qui profert re ipſa verum, exiſtimās eſſe falſum, committat peccatum mendacij cōſummatum, ita ut incurrat cenſuram, vel reſervationem mendacio, aut perjurio annexam? Negabit aliquis aſſerens ſic mentientem, vel pejerantem ſolum committere mendacium, vel perjurium affectivè, ſicut qui furatur monetam æream, quam putabat eſſe auream, cōmittit furtum grave affectivè, non tamen cum effectu: & ideo licèt peccet lethaliter, non incurret reſervationem, aut cenſuram furto gravi impoſitam. Nihilominus Lugo num. 5. ex S. Thoma 2. 2. q. 110. a. 1. Suario de fide diſp. 3. ſect. 5. num. 1. & Hurtado diſp. 17. num. 9. affirmat omninò illud eſſe peccatum mendacij, & perjurij conſummatum, per illudque incurri reſervationem, & alias pœnas mendacio, vel perjurio impoſitas. Quia mendacium, vel perjurium illud exteriùs conſummatum eſt, dum aliquid profertur, aut juratur contra mentem proferentis, vel jurantis. Tota enim malitia horum criminum conſiſtit in difformitate cum mente proferentis. Et hoc etiam mihi arridet. Diſſidium etiam eſt, an ad mendacium poſtuletur animus fallendi, ſeu decipiendi? Affirmant Cano lib. 2. de locis cap. 3. Banhes in præſen. q. 5. art. 3. dub. 1. & Gratian. in cap. Beatus diſt. 22. Probant ex definitione mendacij tradita à nobis num. 1429. (Eſt falſa ſignificatio cum intentione fallendi.) Negant ex oppoſito Caietan. Richard. Alenſis, Durandus, & Almain. quos refert ac ſequitur Lorca diſp. 7. num. 2. Probant authoritate S. Auguſtini in 2. ſoliloq. ubi diſtinguit mendaces à fallacibus. Mendaces (inquit) hoc à fallacibus differunt, quòd omnis fallax appetit fallere, ſed non omnis vult fallere, qui mentitur. Hanc diſcordiolam facilè componendam arbitror, ſi dicamus ad mendacium non requiri ſemper animum decipiendi formaliter, quaſi mendax ſemper formaliter intendat fallere, requiri tamen voluntatem fallendi ſaltem materialiter: quia mendax advertenter profert aliquid ex quo deceptio ſequi poteſt.

Mendacij reſervatio conſummata,

Reſervatio nulla ſit.

Fallax & mendax quis

1431 Ex quibus perſpicuum manet quàm difforme ſit naturæ rationali mendacium, utpote intrinſecè malum in genere ſuo. Ita S. Thomas 2. 2. q. 110. a. 4. Quia mendacium eſt actus ſemper cadens ſuper indebitam materiam: cum enim voces ſint ſigna intellectus, & ex propria ratione ac hominum ſtatuto ſignificent conceptus mentis, innaturale eſt, & indebitum, proindeque ſemper diſſonum naturæ rationali, quòd quis voce ſignificet id, quod non habet in mente; igitur mendacium nunquam poteſt exuere malitiam. Ideo dixit Spiritus ſanctus Eccleſ. 7. Noli velle mentiri omne mendacium. Quaſi nullius voluntas licita ſit. Et Ariſt. 4. Ethic. Omne mendacium eſt peccatum, & per ſe pravum, & fugiendum; omne autem verum bonum eſt, laudabile, & amplectendum. Quod autem ſtare nequeat mendacium ſine pravitate, & peccato, ſumitur ex cap. Is etiam 22. q. 2. Vnde nūquam licitum eſſe mentiri neque pro vitando alterius graviſſimo damno, vel injuria, neque pro tuenda vita propria, vel aliena, imò neque pro aſſequenda ſalute æterna, habetur in cap. primum ff. non eſt igitur 22. q. 2. cap. ſuper eo de uſur. cap. ſi quis 22. q. 2. cap. mihi 22. quæſt. 11. Videatur Navarr. in Enchir. cap. 18.

Mendaciū intrinſecè malum,

18. num. 3. & Sylveſt. v. mendacium quæſtion. 2.

Mendaciũ triplex. 1432 Cum verò ſatis perſpicuũ maneat omne mendacium eſſe peccatum, difficultas eſt, an ex ſuo genere ſit peccatum lethale? Pro reſolutione, explicanda eſt diviſio mendacij in jocoſum, officioſum, & perniciosum. Iocoſum eſt quod dicitur cauſa voluptatis, & nulli nocet. Officioſum eſt quod profertur, ut alicui proſit, vel ad bonum acquirendum, vel ad malum evitandum ſine alicujus injuria. Pernicioſum eſt, quod dicitur cum alterius nocumento, ſive verſetur in materia ſpirituali, ſive corporali, tam in divinis, quàm in humanis. Sit reſolutio. Mendacium jocoſum, & officioſum ex ſuo genere veniale eſt, licèt ex circunſtantia poſſit fieri naturale: è contra mendacium pernicioſum ex ſuo genere mortale eſt, quanvis ex parvitate materiæ, vel defectu plenæ deliberationis fieri poſſit veniale. *Mendaciũ lethale quod.* Sumitur ex Can. nec artificioſo, & ibi Gloſ. 1.22.q.2. ubi dicitur quòd mẽtiens quomodolibet, ut aliquem lædat, occidit animam: ſecus, ſi jocoſè. Quòd verò mendacium pernicioſum ſit lethale ex ſuo genere, rectè deſumitur ex ſacra Pagina, Sapien.1. (Os quod mentitur occidit animam.) & Pſal.4. (Perdes omnes qui loquuntur mendacium.) Mors autem animæ & perditio non accidit niſi ob peccatum lethale. Deinde ex ratione, quia mendacium pernicioſum adverſatur charitati erga Deum & proximum, quæ virtus inter alias præcipuum locum habet.

Mendacij deformitas. 1433 Ad quæſtionis inſtitutum ut regrediamur, ſatis ex dictis intelligit Doctor quantum debeat abſtinere à doctrina falſa tradenda. Nam intrinſeca, inſeparabilisque deformitas, quam mendacij falſitas in ſe continet, rectiſque mentibus adverſatur, magnum gravi ac maturo Doctori metum incutiet: & illud imprimis, quia proferens mendacium ſtultitiæ facilè argui poteſt, juxta Gloſ. in Can. is autem qui 22.q.2. ubi mentiens nihil dicit, quia non dicit id quod vox ſignificat: nec id quod cogitat. Adde dedecere hominem liberum mentiri & fallere. Hinc Maſſilienſes (ut refert Alex.lib.3.cap.2.) lege ſtatuerunt, ut ſi ſervus, quem dominus libertate donaverat, aliquam falſitatem, ſeu dolum illi nectetet, libertate donata privaretur, ac rediret in priſtinam ſervitutem, hoc ſupplicio (inquit Plut. lib. de educ.liber.) innuẽtes mentiri & fallere eſſe officium ſervorum, proindeque longe abhorrens ab hominibus liberis. Duriùs contra mẽdaces invehebantur Lycij, qui (ut narrat Heraclides in polit.) quemlibet etiam natum claro loco in mendacio deprehenſum vendebant publicè in licitatione, & libertatis ſpoliationẽ ſequebatur bonorum omnium confiſcatio. Videat igitur ingenuus Doctor quantum ſubeat dedecus, quàmque ab homine libero alienum, qui cum teneatur eſſe Magiſter veritatis, ſit falſitatis & mendacij Doctor. Accedamus ad difficultates morales, & explicemus obligationem obſtinendi à falſis doctrinis, quam ſubeunt Doctores, concionatores, & quicunque publicè docentes.

1434 Prima difficultas eſt quomodo peccent concionatores, Doctores, & quicunque docentes falſa in materia fidei, ſacræ Scripturæ, vel morum? Conveniunt omnes cum S.Auguſtino lib.de mendacio cap. 14. S.Thoma 2.2.q.100. art.2. & Reginaldo in praxi lib.14.num.5. mentiri in materia fidei, vel ſacræ Scripturæ eſſe peccatum non ſolũ mortale, ſed etiam graviſſimum. *Concionatores mentientes.* Ratio eſt, quia hujuſmodi mendacium eſt pernicioſiſſimum, & adverſatur tum charitati Dei, tum virtutibus fidei & religionis nobiliſſimis. Dubium eſt 1. an mentiri in doctrina morum ſit lethale in ſuo genere? Angelus in Summa v.mendacium §.4. & Roſella negant eſſe lethale mentiri in ſpectantibus ad doctrinam morum, niſi adſit ſcandalum, vel contemptus doctrinæ: quibus ſublatis, aſſerunt concionatores mentientes contra doctrinam bonorum morum docendo, inſtruendo, aut perſuadendo, non peccare lethaliter. Oppoſitum tamen (quod arbitror certiſſimum) jure docent S. Thomas 2. 2. q.110.art. 4.ad ultimum, Sà v.prædicare num.4.& Sayrus in clavi lib.12.cap.2.num.15. Patet 1.nam doctrina contra bonos mores eſt graviter pernicioſa, utpote deſtructiva moralis honeſtatis. Patet 2.quia docere v.g. fornicationem, furtũ, vel perjurium non eſſe peccatum, directè adverſatur dilectioni Dei, & pugnat non ſolum cum religione, ſed etiam cum orthodoxa fide contrarium docente. Patet 3. nam delinquere contra proprium officium in gravi lethale eſt: officium autem concionatoris eſt cõſervare, & inculcare veritatem.

1435 Dubium eſt 2. an peccet lethaliter concionator prædicans falſa miracula, vel mentiens circa hiſtorias ſanctorum, & prophetias, eas fingens aliter atque ſunt? *Mendaciũ circa miracula.* Reſpondeo affirmativè cum Armilla v. Prædicator num.3. Navarro in Enchir. cap.18. num.4. Antonino p.2.tit.10. §. 3. Sylveſtro v. mendacium q.4. & Caietano 22.q.110.a.4.fine. Probatur, quia illa falſa prædicatio eſt notabiliter pernicioſa: nam quantum eſt ex ſe veritatem miraculorum Chriſti ac ſanctorum imminuit, & evacuat, facitque ut ficta, vel ſaltem ſuſpecta habeantur quæ omninò vera ſunt. *Veritatẽ quã tenetur concionator.* Addit Caietan.in ſumma v. Mendacium, ſi concionator mentiatur contra veritatem, quæ pertinet ad ejus officium (quod eſt auditores ſuos rectè monere, ſuadere, erudire, arguere) committere peccatum ex genere ſuo lethale: at ſi mentiatur non quidem circa veritatem, quæ

ad

ad ipſius munus pertinet; ſed circa res extraneas impertinenter inſertas, non peccare lethaliter præciſo ſcandalo. Et huic parti ſubſcribunt Navar. Armil. Caietan. citati, & Reginal. in praxi lib 24. cap. 1. ſect. 6. num. 17. Imò Navarrus cap. 18. ex Caietano aſſerit non peccare lethaliter qui mentitur in materia fidei, ſacræ Scripturæ, vel mortiferè per multiloquium, aut ex lapſu linguæ ſine animo, & periculo nocendi notabiliter, & ſine periculo perſuadendi alicui falſitatem aliquam.

Indulgentias, & reliquias falſas proponens.

1436 Dubium eſt 3. quomodo peccet concionator pronuncians falſas indulgentias, vel proponens populo adorandas falſas reliquias pro veris Sanctorum? Reſpondeo cum Sayro in clavi lib. 12. cap. 2. n. 15. & Reginaldo cit. num. 17. peccare lethaliter. Sumitur ex Concilio Colonienſi in expoſit. Oct. præcep. verſ. mendacium autem jocoſum, ubi aſſerit non leviter peccare concionatores, qui aniles fabulas, ac exempla impudenter conficta prædicant: eo quòd non vulgarem contumeliam inurunt doctrinæ fidei; quam profitentur exponere populo; ergo à fortiori ſi tales fabulas confingant circa indulgentias, vel reliquias ſanctorum.

Allegatio- nes falſæ.

Dubium eſt 4. quomodo peccent mentiendo in allegatione authorum? Reſpondeo cum Sayro citato num. 15. Caietano 2. 2. q. 110. a. 4. fine, Navarro cit. cap. 18. num. 4. & Sylveſtro v. mendacium q. 4. quando verſatur mendacium in nominibus authorum, v. g. quia citavit Auguſtinum pro Ambroſio, vel Hieremiam pro Iſaia: item in quotationibus, ſcilicet dicendo cap. 11. pro cap. 12. peccare quidem, ſed non lethaliter. Ratio eſt, quia ſic non mentitur contra veritatem doctrinæ, ſed præter veritatem: unde non poteſt evenire deceptio in doctrina, ſed in ejus accidentalibus. Suppono enim doctrinam eſſe veram, ſanctam, & dignam authore citato. Quid ſi præceptor ſacræ Theologiæ, vel Philoſophiæ pro opinione, quam vult roborare alleget falſo graves authores, v. g. Suarium, Molinam, vel Thomam Sancium? Certum eſt peccare, cùm advertenter proferat mendacium. An lethaliter? Reſpondeo affirmativè, ſi opinio talis eſt, ut probabilitatem nullam habeat, vel ſaltem dubiam: negativè, ſi opinio re vera probabilis eſt. Patet, quia in primo caſu falſa allegatio eſt notabiliter pernicioſa, cum graves illi authores conferant opinioni probabilitatem ab extrinſeco: ſecus in ſecundo caſu, cum opinio jam in ſe probabilis ſupponatur.

Occultatio doctrinæ.

1437 Secunda difficultas eſt, quomodo peccet quis occultans verum, vel docens opinionem minùs probabilem, improbabilem, vel falſam? Conſideranda eſt qualitas docentis, doceatne ex officio, an ex libito: deinde attendenda eſt materia, in qua doctrina verſatur, ſitne ſpeculativa, an moralis: tandem videndum eſt quod docetur, ſitne minùs probabile, an falſum. Dubium eſt 1. an peccet quis, & quomodo occultando veram doctrinam? Certum eſt peccare contra juſtitiam qui occultat verum, quod ex officio tenetur inculcare, qualis omnis præceptor ſalariatus, ſeu ſtipendio conductus. De alijs, qui non tenentur docere ex officio, benè reſolvit Sanch. lib. 1. Conſil. cap. 4. dub. 4. num. 3. teneri ex charitate, & præcepto correctionis fraternæ non occultare illam cognitionem, quæ ad ſalutem, & finem ſupernaturalem neceſſaria eſt: ſi autem cognitio ſit naturalis artis, vel ſcientiæ, nulla lege teneri ad illius manifeſtationem. Vnde non peccat qui ſuam artem, vel utilem cognitionem prudenter tacet, & ſolum manifeſtat ſuis filijs. Addit Molina C. de teſtib. q. 30. eſſe monopolium, & contra juſtitiam, ſi illi qui aliquam artem, aut medicinam norunt, inter ſe conveniant, ut eam non niſi filios, aut nepotes doceant. Talis enim conventio eſt illicita: quia (ut benè notat Sanch. num. 5.) aliud eſt nolle me vendere, niſi tali modo, & pretio, quod poteſt eſſe licitum: & aliud eſt convenire cum reliquis venditoribus, ut non niſi tali modo, & pretio vendant: quod monopolium & injuſtũ eſt: & ſic de doctrina inculcanda. Tenebitur autem quis ex charitate ſub lethali non occultare ſuam artem, vel notitiam, quando ea foret in Republica ſimpliciter neceſſaria, & communibus remedijs, vel alia via ſuccurri non poſſet. Ita Sanch. dicto n. 5.

Opinionis minùs probabilis occultatio.

1438 Dubium eſt 2. an & quomodo peccet Magiſter docens opinionem minùs probabilem, tacendo eam quam judicat probabiliorem? Salas 1. 2. diſp. unica ſect. 6. num. 69. exiſtimat nullo modo peccare, eo quòd ſæpe opinionem ſuam ſingularem cum tacere oporteat, ne cum aliorum ſcandalo ab opinione communiter recepta deviet. Quid verò quando deeſt ſcandalum, & omnis cauſa excuſans? Nihil circa hoc dicit Salas. At Sanches lib. 1. Decal. cap. 9. num. 26. optimè reſpondet non peccare mortaliter, quia tunc præceptor ille docet opinionem, quam verè probabilẽ credit: peccare tamen venialiter, quia non fideliter docet quod ſentit, & nonnullam diſcipulis infert injuriam.

Opinionis improbabilis, & falſæ inculcatio.

Dubium eſt 3. quomodo peccet Magiſter docens opinionem improbabilem, vel falſam? Conſtat peccare in rebus moralibus opinionẽ improbabilem, vel falſam. Ita Sanch. citatus num. 26. & Fragoſus par. 1. lib. 4. diſp. 10. n. 203. Patet, quia ille in re gravi decipit auditores, eiſque præbet anſam errandi in neceſſarijs. Maior controverſia eſt, an id procedat in ſpeculativis? Salas dicto diſp. unica ſect. 5. n. 44. dicit in materia Logicæ, ut Grammaticæ ſequi prædictas opiniones non præcedente debito examine, eſſe nullam, vel ſolum venialem culpam.

pam. Subſcribit Sanches citatus, quaſi hoc in nullius præjudicium cedat. Quid verò dicendum ſit de Magiſtris docentibus? Variant authores. Dicunt aliqui non eſſe mortale ſcienter docere falſum in ſpeculabilibus. Subſcribit Navarrus in ſumma cap. 13. num. 34. ubi aſſerit impugnere ſcienter veritatem ſpectantem ad fidem, vel ad ſalutem animæ, vel corporis, eſſe mortale: alias autem veritates, ſolum eſſe veniale. Dicunt alij loquentes nimis ſtrictè cum cum Armilla v. Magiſter. num. 1. Alcozer in ſumma cap. 27. & Caietano v. Magiſtrorum peccata, abſolutè eſſe peccatum mortale impugnare veritatem, & falſum docere. Quia hujuſmodi impugnatio eſt notabiliter perniciosa, cum noceat perfectioni intellectus potentiæ nobiliſſimæ. Caietanus citatus rigorem hunc temperans aſſerit eſſe peccatum mortale in omnibus ſcibilibus docere falſum: ſecus in aliquo ſingulari, quia ſingularia non ſunt ſcibilia, nec ſpectant ad intellectus perfectionem.

Veritatis impugnatio.

1439 Hæc ſecunda ſententia, prout à nobis explicabitur, tenenda eſt, & pro illa ſimpliciter videtur ſtare Sanch. lib. 2. Decal. cap. 9. num. 26. affirmans præceptorem docentem falſa in ſpeculativis peccare lethaliter, niſi parvitas materiæ excuſet. Quia ſi habet ex officio, tenetur docere vera, ſi non habet ex officio, tenetur non docere falſa, ſeu non decipere. Subſcribit Fragoſus 1. p. lib. 4. diſp. 10. num. 203. Patet ex doctrina à nobis tradita n. 1431. quia mendacium pernicioſum ex ſuo genere lethale eſt, proindeque ſemper erit lethale, niſi parvitas materiæ excuſet: ſed docere falſum eſt mendacium pernicioſum, utpote per deceptionem inferens damnum intellectuis; ergo docere falſum eſt lethale ex ſuo genere. Confirmatur, nam ex obligatione reſtitutionis propter damnum illatum, rectè arguitur præceſſiſſe peccatum contra juſtitiam: ſed qui docuit falſam doctrinam tenetur reſtituere reparando damnum illatum, ut benè aſſerunt Navarra de reſtit. lib. 2. cap. 2. in nova edition. num. 82. dub. 1. Caiet. v. reſtitutio cap. 7. & Sylv. v. reſtitutio 3. q. 11. ergo docens falſam doctrinã committit peccatum contra juſtitiam, proindeque ex genere ſuo lethale. Quomodo autem fieri debeat in hac materia reſtitutio, benè tradit Navarra cit. num. 41. dicens teneri hunc reſtituere docendo veritatem, vel ſignificando falſa eſſe, quæ docuerat: hoc diſcrimine, quod ſi ex officio tenebatur docere, non ſatisfaciat dicendo eſſe falſa, quæ docuit, ſed teneatur docere veritatem: ſi verò ex officio non habebat, ſufficiat dicere eſſe falſa, quæ docuit.

Falſa docens quomodo peccet.

1440 Maior difficultas eſt exponere, quando in hac materia detur parvitas, ut excuſetur deceptor à lethali. Exiſtimo bonam eſſe, & obſervandam regulam, quam tradit Sanch. lib. 1. conſil. cap. 3. dub. 4. à num. 10. & ita habet: Docere falſum, ſeu veritates ſpeculativas impugnare, quæ ſunt velut univerſalia principia, & fundamenta, ex quibus multæ veritates particulares pendent, eſt materia gravis, proindeque ſufficiens ad lethale: impugnare unam, vel alteram veritatem, ſeu docere unum, vel alterum falſum in ſpeculabilibus, quæ non ſunt fundamenta multarum veritatum; eſt materia levis, & ſolum capax peccati venialis. Ex quibus idem Sanches num. 12. rectè infert eos, qui communiter & frequenter docent falſam doctrinam in ſpeculabilib⁹, peccare mortaliter. Quia non eſt modicum intellectus damnum, ſicut contraria ſententia eſt magna ipſius perfectio. Quid de his qui mentiuntur ſeminando novitates, falſoſque rumores? Peccantne lethaliter cum onere ſe retractandi? Benè reſpondet negativè Sanches proximè citatus num. 6. Quia homines (inquit) de ſimilibus rumoribus parum errant. Addit tamẽ oppoſitum dicendum, ſi nunciator mentiens haberet ex officio mittere nuncia, vel pro ijs mittendis ſtipendium acciperet. Nam hic ſtrictiùs teneretur.

Mendacium leve ex parvitate materiæ.

Nuncius falſus peccat.

1441 Tertia difficultas eſt, quomodo puniantur ſeminatores falſæ doctrinæ? Ius Canonicum longè mitius eſt erga ſeminantes pravam doctrinam, quàm jus civile. Nam Can. Illud ſanè 24. q. 2. & 3. ſtatuit quod doctrinam pravam ſeminantes debent commoneri, ne id faciant: qui ſi ſe non correxerint, debent ſeparari à communione aliorũ. Monet etiam Pontifex cap. ut officium, de hæreticis in 6. quando prædicti dant ſigna converſionis, quamvis ultimo ſupplicio non afficiantur, eſſe plectendos graviſſimis pænitentijs, ut Eccleſiæ ſatisfaciant, ut criminis proprij gravitatem agnoſcant, & ut probari poſſit veritas converſionis. Vnde perpetuo ac ſtricto carceri ſunt mancipandi, ut tollatur occaſio alios iterum pervertendi. Ius legis Veteris Deuter. 13. acriùs invehebatur in hujuſmodi dogmatizãtem ſic præcipiens; ſtatim interficiatur. Ius civile pœnam ſanguinis, & carceris ſtatuit infligendam dogmatiſtis. l. quicunque C. de hæret. ibi. (Qui illicita docere tentaverit.) l. ult. C. de Iudæis, ibi, (Pœnæ ſanguinis deſtinandus, qui fidem alterius expugnavit perverſa doctrina.) & l. penult. C. de Apoſtat. ubi dicitur pœna capitis eſſe puniendum, qui alium pervertit.

Dogmatiſtarum pœnæ.

1442 Controverſia gravis eſt, Vtrum qui docent pravam doctrinam ſive publicè, ſive privatim, & ſigna pœnitentiæ exhibent, ſint admittendi ad reconciliationem Eccleſiæ, an tradendi brachio ſæculari, ſcilicet puniendi ſecundũ jus civile? De varietate opinionum circa hoc punctum latè Farinacius de hæreſi q. 192. à num. 5. Admittendos eſſe ad reconci-

Dogmatiſta tradendi brachio ſæculari.

reconciliationem, tenent Eymericus 3. par. nu. 156. Penna citans alios 2. par. comment. 64. Decian. Cantera, & alij, quos citat, ac ſequitur Castro Palao tract. 4. diſp. 6. punct. 2. num. 17. Fundantur, quia in hac materia ſtandum eſt potiùs juri Canonico, quàm civili: ſed in jure Canonico non reperitur negata prædictis reconciliatio, ſed potiùs generaliter conceſſa omnibus, qui pœnitentiam oſtenderint, cap. ad abolendam, de hæreticis, ubi ſtatuitur eſſe admittendos tam docentes, quàm ſentientes. Facit cap. Vt officium, de hæret. in 6. & facit praxis Eccleſiæ, quæ admiſit Berengarium; cap. Ego Berengarius, de conſecrat. diſtinct. 2. qui tamen fuerat hæreſiarcha. Facit Cantera in quæſtion. crimin. rubric. de hæreticis cap. 1. num. 70. ubi narrat fuiſſe impetratum ſpeciale breve à Sede Apoſtolica ut curiæ ſæculari in Hiſpania traderetur peſſimus quidam dogmatiſta nomine Gazalla, aliter non tradendus.

Nihilominus partem oppoſitam, ſcilicet tales non eſſe admittendos, ſed potiùs tradendos brachio ſæculari, acriter tuentur Simancas in inſtitut. tit. 47. a num. 54. Rojas 2. par. aſſert. 43. Repertor. Inquiſit. v. Docere. Item Lorca & Souſa apud Dianam part. 4. tract. 7. de pœnis delict. reſol. 23. & præ omnibus acerrimè Hurtado de fide diſp. 86. ſect. 2. a §. 15. Fundatur 1. quia leges civiles initio citatæ hoc ſtatuunt, & jus canonicum, quando deficit in pœnis, per civile ſuppleri ſolet. 2. quia generalis regula juris canonici de admittendis hæreticis pœnitentibus, debet intelligi de hæreticis ſimplicibus, & nō de qualificatis, & à cōmuni modo exorbitātib⁹, qui ſūt hoſtes Eccleſiæ, quales hæreſiarchæ, & dogmatiſtæ. 3. quia licèt verè pœnitēres admittantur, at prædicti nūquam admitti debent, quia nō dant ſigna veræ pœnitentiæ, nec unquam veri pœnitentes credi poſſunt, ſed ficti: proindeque univerſali regula non comprehenduntur.

Hæreſiarchæ & dogmatiſtæ qui. 1443 Hæc ſecunda ſententia placet Suario de fide diſput. 23. ſect. 2. num. 10. ſed cum quadam moderatione, quam ut explicet, ſupponit ſeminantes pravam doctrinam eſſe in triplici gradu. Primus gradus eſt eorū, qui errores invenerūt, & ſeminant, ut Arius, Lutherus, & ſimiles, qui propriè vocantur hæreſiarchæ. Secūdus eſt eorū, qui inventas ab alijs hæreſes prædicant, & propriè appellantur dogmatiſtæ: ut verò tales ſint, requiritur ut quaſi ex officio, & cōſuetudine hoc munus accipiant, & plures doceant, vel publicè, vel occultè. Tertius gradus eſt eorum, qui privatim unū vel alium decipiunt, qualiter parentes qui filios ſuos hæreſim docent, amicus & ſocius qui amico, vel ſocio hæreſim, data occaſione, ſuggerit. Et hi propriè non ſunt dogmatiſtæ quia id munus non quaſi ex officio, ſed privatim faciunt. Hoc ſuppoſito, benè reſolvit primam ſententiam, quæ mitior eſt, habere locum in ſeminatoribus tertij gradus, utpote minùs nocentibus: ſecundam ſententiam, quæ rigidior videtur, potiſſimū locum habere in ſeminatoribus primi gradus, utpote ſceleratiſſimis, & aliqualem in ſeminatoribus ſecūdi gradus, utpote valde ſceleratis. Ab his nō multū diſſidet Card. de Lugo de fide diſp. 24. n. 67. ictè tamen monet 1. dominos Inquiſitores cōmuniter debere procedere juxta uſū ſui tribunalis, qui in ijs reb⁹ multū valere ſolet. Monet 2. nō poſſe unam generalē regulā præſcribi, ſed totum id pēdere ex particularibus circūſtātijs, perſonæ, erroris, occaſionis errandi, & pœnitendi, & alijs, quas prudens judex conſiderare debet, ſicut delicti majorē, vel minorē gravitatē, illatū nocumētū, ut ſi Regem, provinciam, aut civitatē ſeminator pervertiſſet ſitem fructum, quem ejus pœnitentia diuturna afferre poteſt, & his ſimilia.

QVÆSTIO IV.

Sitne præceptori licitum, & expediens afferre novitatem doctrinæ?

1444 Hæc quæſtio de novitate nova eſt, & forſan à nemine priùs quàm à nobis excitata, & profligata. Vnde cum pro utraque contradictionis parte nullos poſſim citare authores, cū nullus, quem legerim, moverit hanc quæſtionem, tamen pro alterutra ſive affirmativa, ſive negativa ſe offerunt magni ponderis fundamenta. Imprimis pro affirmativa, ſcilicet licitum & expediens eſſe, quòd præceptor affectet novitatem doctrinæ, facit 1. anthoritas: nam primus ille Doctor, & antonomaſticè Magiſter Chriſtus, à quo fonte doctrinam quicunque alius haurire debet ad propriam, & reliquorum eruditionem, appellatus eſt novus homo, juxta „ illud Apoſtoli Epheſ. 4. Renovamini ſpiritu „ mentis veſtræ, & induite novū hominē, qui „ ſecundùm Deū creatus eſt in juſtitia, & ſan„ ctitate veritatis. Quaſi datus fuerit à Deo novus hic Doctor, creatus in juſtitia, & ſanctitate veritatis, ut per novā doctrinā homines doceret omnem juſtitiam, ſanctitatem, & veritatē. Chriſtus enim novus homo, & novus Doctor omnia innovavit, ſeu potiùs nova fecit. (Et dixit qui ſedebat in throno: ecce nova facio omnia. Apocalyſ. 21. Sedens in throno tāquam Doctor in cathedra nova fecit omnia, eo quòd per novam doctrinam mundum univerſū innovaverit. Quo ſpectat illud Apoſtoli *Chriſtus novus Doctor.*

2. ad Cor. 5. (Signa ergo in Chriſto nova creatura, vetera tranſierunt: ecce facta ſunt omnia nova.) Et quidē omnis novitas hujus novi & admirabilis Doctoris ordinata fuit ad tradēdā doctrinā, & inculcandā viam veritatis, quā appellat idē Apoſtolus viā novā, ad Heb. 10. (Habētes itaq; fratres fiduciā in introitu ſāctiorū in ſāguine Chriſti, quā initiavit nobis viam novā.

1445 Quòd verò ſummus hic & novus Doctor tradiderit nobis doctrinam novā, hoc eſt divinā, & cæleſtē, ſatis manifeſtavit Evāgeliſta Marcus, cū narraret miraculum Dñi cōpellētis dæmonē obmuteſcere, & exire ab homine: (Et mirati (inquit) ſunt omnes, ita ut cōquirerēt inter ſe dicētes: Quidnā eſt hoc? quænā doctrina hæc nova?) Miraculi novitate ſtupefacti vocāt illud novā doctrinā, nēpe cœleſtē, & divinam, quæ à ſolo Deo omnipotente tradi poſſet. (Quænā eſt (exponit noſter Corn.) hæc doctrina cæleſtis & divina, utpote quam Deus è cœlo tot tamq; potentibus miraculis confirmavit: Chriſtus enim ejus Doctor nō per preces, ſed mera poteſtate, ſoloq; juſſu dæmonibus imperat.) Egregia igitur novitatis laus, quòd apud Evangeliſtam idem valeat doctrina nova, atq; divina & cæleſtis. Hāc doctrinæ novitatem inculcavit hominibus Magiſter Chriſtus, tum in præceptis, tum in cōſilijs, dās nēpe præcepta, & cōſilia nova. Præceptum dilectionis mutuæ dedit Ioan. 13. (Mandatum novum do vobis: ut diligatis invicem: ſicut dilexi vos.) Conſilia in novis virtutibus, quas commēdavit, & appellamus Evangelicas, eo quòd novitatem ex Evangelio ſumpſerint, & à novo Doctore Chriſto eas peculiariter, ac noviter docente. Evangelicæ virtutes ſunt quæ ex Chriſti Domini hortationibus, & conſilijs deprehenduntur, & lex potiſſimum recenſentur; ſcilicet Paupertas ſpiritus, Caſtitas Virginū, Obediētia religioſa, Humilitas, Pænitētia, Simplicitas. Vide S. Thom. 2. 2. q. 66.

Doctrina nova ideſt divina.

1446 Hæ omnes virtutes, ſimul & aliæ quæ vel ad eaſdem revocantur, vel ad charitatem ſpectant, qualis dilectio inimicorum, juxta illud, (Diligite inimicos veſtros. Benefacite ijs, qui vos perſequuntur.) ideo cenſentur continere novam doctrinam, quia ante Evangelium in mundo latebant, poſt Evangelium patuere, quaſi à novo Doctore repertæ. Nemo igitur audebit condemnare doctrinam novam, ne ſe exponat periculo reprobandi Evangelicam, qua mundus innovatus fuit vetuſtate depoſita, exuens veterem hominem, & induēs novum, juxta illud Apoſtoli ad Epheſ. 4. (Deponete vos ſecundum priſtinam converſationem veterem hominē: renovamini ſpiritu mētis veſtræ, & induite novū hominē.) Idcirco ad novitatem vitæ nos hortatur idem Apoſtolus ad Roman. 6. (Vt quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus.) Similiter ad novitatem ſpiritus, c. 7. (Nunc (ait) ſoluti ſumus à lege mortis, in qua detinebamur, ita ut ſerviamus in novitate ſpiritus, & non in vetuſtate litteræ.) Denique vult nos habere novitatem ſenſus, ut reformemur. (Reformamini (inquit cap. 12.) in novitate ſenſus veſtri: ut probetis quæ ſit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta.) His Apoſtoli exhortationibus conſonat Eccleſia canens in hymn. (Recedant vetera, nova ſint omnia, corda, voces, & opera.) Et alibi: (Vetuſtatem novitas, Vmbram fugat veritas, Noctem lux eliminat.) Ex quibus omnibus, annuente ſacra Pagina, & Eccleſia, ſatis manifeſtum relinquitur, quantum præceptori liceat, & expediat afferre novitatem doctrinæ.

Evangelica virtus.

1447 Facit 2. multiplex ratio. 1. quia novitas confert rebus mirabilem quendam leporem, & gratiam, ut omnibus arrideant, & ſua pulchritudine omnes ad ſe rapiant, juxta illud, (Omnia nova placent:) è contra vetuſta pariunt faſtidium ſua inſulſitate, & fœditate. Si igitur præceptor attulerit opiniones novas, placebit diſcipulis, ſi ſolum antiquas, & inveteratas, nauſea eoſdem coget ad fugam. 2. Vna ex præcipuis laus doctrinæ eſt, quòd habeat vigorem, & firmitatem virium, quibus nitatur, ac roboretur; quæ autem nova ſunt multum pollent vigore, & firmitate: quæ vetera, jam ſunt exhauſta viribus, quaſi æquè properent ad ſenectam, & debilitatem. Hinc eſt quòd opinio inveterata pro obſoleta, futili, & inanni uſurpetur: & Societas Ieſu in Ratione ſtudior. regulis profeſſorum ſuper. facult. reg. 7. prohibeat opiniones obſoletas, ſeu inutiles: imò & lentam earum confutationem. 3. Quia multum conducit ad conſervationem rerum tam in phyſicis, quàm in moralibus, quòd renoventur, & inſtaurentur: aliter vetuſtate ipſa contabeſcent, & in interitum ruent. Idcircò videmus ſingulis annis univerſam tellurem primo vere renovatam: videmus etiam religionem Societatis bis in anno ſuam ſpiritualem facere renovationem; ergo ſimiliter ut Reſpublica litteraria conſervetur, neceſſaria erit renovatio, ſcilicet per novitatem doctrinæ. 4. ex abſurdo, quia Doctor ſi tantum deberet afferre opiniones antiquas & vetuſtas, nihil de ſuo adderet, ſed tantum dictum diceret; vel actum ageret, proindeque incaſſum laboraret: aut ſaltem non eſſet verus Doctor aut ſcriptor, ſed tantum merus Doctorum antiquorum relator; & tranſcriptor: ex quo rurſus ſequeretur occludi viam exercitio magnorum ingeniorum, quæ magnopere produntur in ſententijs excogitandis, multiſque de novo afferendis. Ne igitur ſumma ingenia deliteſcant, turpiq; ſenio, & inertia obruantur, dicendū eſt præ-

Novitas placet.

Digitized by Google

præceptori licere, multumq; ad rem litterariam expedire, quòd aliquam ſaltem novam afferat, & interſerat doctrinam.

Antiqua doctrina commendatur.

1448 Nihilominus pro parte negativa videntur ſtare nonnulli graves authores, quatenus pro antiquitate contra novitatẽ acriter pugnant, inter quos præcipuus eſt Xiſtus Pontifex in Epiſt. ad Antiochenſem Epiſcopum, quam infert Baron. tom. 5. annal. anno Chriſti 432. nu. 4. Gonzales ad reg. 8. Cancel. gloſ. 8. a num. 92. Menoch. lib. 5. præſumpt. præſump. 122. Valenzuela conſ. 24. n. 5. Capyc. deciſ. 148. num. 5. Mendoça in lib. Reg. tom. 1. annot. a. proœm. ſect. 2. Barboſ. de jure Eccleſ. cap. 39. num. 196. & Præpoſ. in cap. quis neſciat num. 8. ubi valde excandeſcit contra magiſtros docentes novitates. Fundatur 1. hæc ſententia in ſacra Pagina 1. nam Iobi 12. (In antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia.) Quaſi illa ſapientia & doctrina magis probata ſit, quæ à Doctoribus antiquis derivatur. Conſonat Daniel cap. 12. (Plurimi pertranſibũt, & multiplex erit ſciẽtia.) Non enim ſciẽtia multiplex comparatur, niſi longi temporis diuturnitate inveſtigetur. Ieremias cap. 6. (Interrogate de ſemitis antiquis quæ ſit via bona, & ambulate in ea.) Quaſi extra ſemitas antiquas nulla via bona ſit quæ poſſit arripi. Vnde illud Proverb. 22. (Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt Patres tui.) & illud Eccleſiaſtici 39. (Sapientiam omnium antiquorum exquiret ſapiens.) Antiquorum dicit (inquit Mendoça cit. n. 3.) non recentiorum: hæc enim vana eſt, illa germana. Vides plane ſapientiæ genuinam ſedem & ſcholam eſſe antiquitatem. Ad hanc Ioannes invitabat diſcipulos ſuos 1. Ioan. 2. (Chariſſimi non mandatũ novum ſcribo nobis, ſed mandatum vetus, quod habuiſtis ab initio. Mandatum vetus eſt verbum quod audiſtis.) Denique ad palæſtram antiquitatis hortatur, & à gymnaſio novitatis deterret Paulus diſcipulum Timotheũ. (O Timothee depoſitum cuſtodi: devitans profanas vocum novitates.) Hoc eſt (exponit Fragoſ. t. p. diſp. 2. n. 224.) doctrinam ſanctam cuſtodi: timebat enim depoſitum ſynceræ veritatis per abſentiam ipſius, novitatibus introductis à perfidis cõmaculari poſſe. Idem Apoſtolus ad Heb. 13. eoſdem monet, ne decipiantur novitate doctrinæ. Doctrinis (inquit) varijs, & peregrinis nolite abduci.

Novitas vitanda.

1449 Fundatur 2. jure canonico, in quo Pontifices ut plurimùm novitatem deteſtantur, præcipiuntque antiquitatem reverenter haberi. Imprimis novitates dicuntur inducere, qui faciunt contra diſpoſitionem juris, vel conſuetudinis Apoſtolicæ Sedis. Can. quis neſciat diſtinct. 3. Vnde quòd novitates vitandæ ſint, habetur in Gloſ. fin. ad capit. 3. de regular. Et quòd reprehendendi ſint, qui novitates inducunt, tenet Gloſ. fin. ad cap. cum conſuetudinis, de conſuetudin. Novitates enim plerunque pariunt diſcordiam. Extravag. inter cunctas, in princip. de privileg. inter communes. E contra quantum ſit antiquitati deferendum; patebit ex ſequentibus. Nam quòd antiqua via non ſit dimittenda propter novam, ſtatuit Pontifex cap. 1. de clericis peregrinis. Deinde quòd antiquitas ſit veneranda, habetur cap. quanto, & ibi Gloſſ. de tranſlat. Epiſcop. & Can. conqueſtus, & ibi Gloſ. 9. quæſt. 3. Quòd debeatur credulitas, & reverentia antiquitati, tenet Gloſ. in Antiquitas, cap. clerici, de immunit. Eccleſ. quòd antiquitas ſit attendẽda, dixit Pontifex Clem. Roman. & ibi Gloſ. antiqui, de jurejuran. Vnde antiquitas, ſeu antiqua cõſuetudo valet. Clem. quia contingit. §. fin. de relig. domibus, & ad antiquorũ dicta recurrendũ eſt, Gloſ. Maiores in cap. fin. de offic. Archid.

Doctrina vetus.

1450 Fundatur 3. authoritate Patrum, qui doctrinam antiquã inculcãt, & à nova deterrent. Nam apud Clementem Alex. lib. 1. ſtrom. ſenex quidam Ægyptus exclamat cõtra Græciam, eò quòd contẽpta antiquitate, novitati ſtuderet: (O Solon, Solon, Vos Græci ſemper eſtis pueri: nulla apud vos cana diſciplina: nullã penitùs in animis antiquã habẽtes opinionem.) Nazianz. Orat. 26. de moderatione in diſputationibus habenda, ſic monet: (Viſitata ne ſpernas, novitatem ne captes, ut nominis ſplendorem tibi apud vulgus concilies.) Philo Alex. lib. de ſacrif. Abel, & Cain, interpretatur myſticè illud (Comederis vetuſtiſſima veterum) Levit. 26. hoc eſt arripietis, & vorabitis antiquiſſimas opiniones. Et concludit: (Quaſi canæ propter tempus diſciplinæ recuſandæ non ſint: dum & ſcriptis ſapientum damus operam, & narrationibus priſcarum rerum, ſententiarumque libenter interſimus.) Vincentius Lirinenſis commonit. 1. cap. 6. poſtquã appellavit profanam Arrianorum novitatẽ, poſt pauca ſubjungit: (Benè fundata antiquitas ſceleſta novitate ſubruitur.) S. Auguſtin. lib. 5. contra Iulianum cap. 3. (Mira (inquit) ſunt, quæ dicitis: nova ſunt, quæ dicitis: falſa ſunt, quæ dicitis: mira ſtupemus, nova cavẽmus, falſa convincimus.) Sanctus Irenæus lib. 1. cap. 18. in hæreticos invehitur, quaſi novatores, & affectatores novitatum.) Quorum (inquit) qui recentiores agnoſcuntur, affectãt per ſingulos dies novum aliquid adinvenire, & fructificare: quod nunquam quiſquam excogitavit.) Origenes tractat. 21. in Matth. aſſignans regulam ad diſcernendum Catholicam doctrinam ab hæretica, ſtatuit opiniones illas, quæ novæ ſunt, & extra canonizatas ſcripturas, hæreticas habendas eſſe, quæ verò ſunt antiquis ſcripturis conformes, pro catholicis reputandas. Hinc rectè Tertul. lib. 1.

,, contra Marcion. cap.13. Omninò (inquit)
,, res Chriſtiana ſancta antiquitate ſtat: nec
,, ruinoſa rectiùs reparabitur, quàm ſi ad ori-
,, ginem cenſeatur. Mirum igitur non eſt,
quòd S.Bernar. Epiſt.174. novitati tam effrænē
progeniem, vanamque parentem adſcripſerit.
,, Novitas (inquit) mater temeritatis, ſoror ſu-
,, perſtitionis, filia levitatis.

Nova doctrina rejicienda.

1451 Fundatur 4. triplici ratione, quæ ex dictis facilè eruitur, &
conficitur. 1. nam damnanda, & prorſus vi-
tanda eſt illa doctrina, quæ à ſacra Pagina, &
Pontificibus, ſanctiſque Patribus improbatur:
ſed hactenus vidimus ab illis doctrinam no-
vam improbatam, antiquam laudatam; ergo
illa vitanda, hæc amplectenda. 2. quia illa
magnopere eliminanda, & abominanda do-
ctrina eſt, quæ ortum ducens à peſſimis cau-
ſis producit peſſimos effectus: ſed ita ſe ha-
bet doctrina nova: habet enim ortum ab in-
feliciſſimis parentibus, quales numerat Cre-
,, tenſis in hunc modum: Valeant (inquit)
,, novitates partim ex Inſcitia, partim ex in-
,, toleranda arrogantia natæ. Deinde habet
peſſimos effectus, cum producat hæreſes jux-
ta proximè dicta, & pariat diſcordias, ut ſu-
mitur ex cap. Nolite diſtinct.11. cap. quis neſ-
ciat ead. diſt. & cap. Hæc autem. diſtinct. 30.
De quo Alciat. de præſumpt. reg.2. præſum.30.
& Cordub. in quæſtionario lib.4. quæſt.1. er-
go abominanda prorſus eſt. 3. nam in doctri-
na amplectenda, vel rejicienda præcipua veri-
tatis, & falſitatis ratio habenda eſt: ſed doctri-
na antiqua quæ nempe olim nata fuit, & altiſ-
ſimas egit radices, nec adhuc expugnata, veri-
tatem continet inconcuſſam, è contra doctrina
nova redolet falſitatem, vel ſaltem habet illius
præſumptionem: nam optimè dixit Bald. conſ.
112. lib.2. (Raro benè loquitur, qui contra om-
nes loquitur:) ex quo capite prohibetur novi-
tas opinionum in Conſtit. Societ. p.3. c.1. lit. O.
Igitur ſervanda eſt doctrinæ antiquitas, rejecta
novitate.

Novitas & antiquitas conjungātur.

1452 Fateor adducta fundamenta pro utraq; parte quæſtionis habere mag-
nā vim, ut ſtudioſus Magiſter reddatur anceps,
præferatne antiquitatem novitati, an è contra.
Meus igitur erit labor tollere ambiguitatē cō-
ciliando utraque extrema, ita ut conjungatur
cum antiquitate novitas, & optimus Doctor
ſciat veteri doctrinæ novā addere. Sic enim e-
vadet inſtar ſcribæ illius docti apud Matth. 13.
,, Ideo omnis ſcriba doctus in regno cælorum
,, ſimilis eſt patrifamilias, qui profert de the-
,, ſauro ſuo nova, & vetera. Iuxta Cornelium
ſcriba ille idē eſt atq; Doctor, & prædicator. SS.
Auguſtinus, Hieronymus, Chryſoſt. & Hilarius
Vetera, & nova accōmodant teſtamento veteri
& novo. Optimè enim prædicatur, cum teſta-
mētū novū cōfirmatur, & illuſtratur ex veteri

Quia ut dixit Clem. Alex. lib.1. pædag. num.7.
(Novum teſtamentum veteri littera impreſſū
erat.) Habeat ante oculos quicunque Doctor
Summum Doctorē Chriſtum, qui ita cōjunxit
veteri doctrinæ novā, ut legē veterem nova le-
ge impleret. (Non veni (inquit) ſolvere legem,
ſed adimplere.) Matth. 5. Ad quem locum Iſi-
,, dorus Clarius: Vide (ait) quàm ſit metuenda
,, ſuſpicio novitatus: daturus celſiores leges,
,, quæ novæ viderētur, docet eas nō adverſari
,, legi eorum. Denique Tertull. lib.4. in Marc.
cap.21. conferens miracula nova Chriſti cū mi-
raculis veteribus Patriarcharum exclamat: (O
Chriſtum in novis veterem!

1453 Optima evadet doctrina, ſi vel antiqua per novā exornetur, vel nova *Antiquitatis & novitatis conjunctio.*
per antiquā roboretur. Nec hoc diſcrepat à ju-
re Canon. cap.1. de clericis peregri, ubi Ponti-
fex monet in determinatione quæſtionum re-
currendum eſſe ad antiquas regulas, ut poſtea
ex his fiat deſcenſus ad novas. Noſtrum dicen-
di modum Vicentius Lirinenſis tractans illud
Apoſtoli 1. ad Timot. 6. (O Timothee depoſitū
cuſtodi, devitans profanas vocum novitates,)
exornat lib. adverſus novitates cap.26. in hunc
,, modum: O Timothee, ò tractator, ò Doc-
,, tor, ſi te divinum munus idoneum fecerit,
,, pretioſas divini dogmatis gēmas exculpe, fi-
,, deliter coapta, adorna ſapiēter: adjice ſplen-
,, dorē, gratiā, venuſtatē, intelligatur te expo-
,, nete illuſtrius, quod antea obſcurius crede-
,, batur, per te poſteritas intellectū gratuletur,
,, quod antea vetuſtas nō intellectū venerāba-
,, tur: eadē tamē quæ didiciſti, ita doce, ut cum
,, dicas novè, non dicas nova. Hujus Doctoris
veſtigijs inſiſtens Suar. tom.4. de relig. tract.10.
lib.5. cap.3. num.8. ſolum reprehendit novita-
tem antiquitati contrariam: nam ſi novitas (in-
quit) ſit ad illius confirmationem, maioremq;
illuſtrationem, & amplificationem, nō ſemper
reprehendenda eſt.

1454 Hæc ſententia, quæ videtur conciliare duas oppoſitas pro novitate, *Veteris & nova doctrinæ bona conjunctio.*
& contra novitatē, ut à nobis recipiatur, & ex-
plicetur, ſupponendum eſt dupliciter poſſe do-
ctrinā veterem cōjungi cum nova. 1. quando
quis opinionem antiquam, in ſcholis trivialē,
& communiter receptam novis illuſtrat expli-
cationibus, noviſq; roborat fundamētis. 2. quā-
do in materia nova, ſeu nondū tractata novas
movet quæſtiones, excitatq; difficultates, quas
tamen reſolvit ex antiquis principijs, & hujuſ-
modi reſolutiones cōformat veteri, cōmuniq;
doctrinæ. Prior modus annectēdi novā doctri-
nā veteri, laudabilis eſt, & quidē utilis ad tollē-
dum faſtidiū, præbendumq; ſpecimen ingenij
abſq; detrimēto veritatis. Poteſt enim cōparari
ſpecialis laus ex modo ſequēdi eādē opinionē,
quā omnes ſequūtur. Quod olim accepi à quo-
dā primario huj' Academiæ Doctore explicatū

optima

optima ſimilitudine, multorum ſcilicet qui eadem gradiuntur lata & regia via: nam cum omnes (dicebat) eodem loco ad eundem tendant, eſt tamen magna diverſitas in modo tendendi: alter enim pompatico vehitur curru, alter generoſo fertur equo, quidam deſidi portatur in aſino, quidam graditur pedes, & forſan diſcalceatus: ſic poteſt evenire in multis ſequentibus, ac tuentibus eandem opinionem.

Novum quid ſit. Addo Magiſtrum, qui ad ornatum, & fulcimentum opinionis antiquæ nova adderet, non eſſe dicendum docere nova; quod eſt juxta doctrinam Iuriſtarum. Novum enim non cenſetur quod reficitur, ut ex Ioſepho Seſſe Aragoniæ deciſ.153.num.23. tradit Barb.tom.2. collect. ad cap. ſignificavit, de cenſib.num.3. Item ex Calderin. conſ.11. in tit. de feud. & Crav. in conſ. 223.n.12. docet Menoch.conſ.702.n.15. quòd res nova non dicitur, quando alterantur ſolum accidentalia, remanente forma ſubſtantiali ipſius rei, ut putà ſi Epiſcopus rem ſolitam cócedi in feudum, infeudat ſub novis pactis. Nam adhuc idem feudum antiquum, non novum appellatur.

Novitas optima quæ. 1455 Poſterior modus cónectendi nova & vetera, ſcilicet excitádo novas quæſtiones, eaſque decidendo ex antiquis principijs, & ſententijs, laudatiſſimus eſt, proindeque digniſſimus ſummis ingenijs, quibus præſtiterunt S. Thomas ſacræ Theologiæ fulgentiſſimum lumẽ, & noſter Franciſcus Suarius Granatẽſis Doctor eximius. Nam modus iſte aptiſſimus eſt ad diſcutiẽdum tenebras, & reperiendum multas veritates, quæ in caligine ignorátiæ latẽt, proindeq; ſolú poteſt cadere in ingenium, quod inſtar ſolis rutilantis effulgeat.

Novitatũ cupiditas mala, & peccamiuoſa. Tandem moneo nonnullos dari Magiſtros novitatis cupidos, qui ut ſe valde ingenioſos exhibeant, & aliquid novi afferre videantur, in quæſtionibus trivialibus opiniones abſurdas & antiquatas, quas omnes authores ſanæ mentis proculcatas abjecerunt, pro ſua ſingulari diligentia, & ſubtili ingenio defendendas, & inculcandas ſuſcipiunt, exiſtimãtes ſe tanto plus ingenij vires in earum defenſione exhibere, quanto plus illæ carẽt viribus rationis, ne ſubſiſtant. Hos ego arbitror ſolú habere ingeniũ, ut ſe oſtẽdant malos electores: nõ enim video quid novi afferant, ſed ſolam malam electionẽ: eligunt enim ex jam repertis, quod omnes reſpuunt, & improbant. Caveant igitur à peccato gravi, cui ſe exponunt, Cupiditas enim novitatum (inquit Azor tom.1.lib.4.cap.13.q.5.) cum nimia eſt, & immoderata, culpam habet, lethalem quidem quando gravi damno quenquam afficit, aut finis depravatus exquiritur: venialem verò, quando eſt de re vana, inutili, & levi.

(.t.)

QUÆSTIO V.

Qualiter ſe gerere debeat Magiſter in tradenda doctrina.

1456 QValis eſſe debeat doctrina tradenda à Magiſtro, nempe ſana, pura, vera, clara, & brevis, & quomodo Magiſter novè non nova inculcare poſſit, ſatis ex quæſtionibus hactenus diſcuſſis perſpicuum eſt. Videndum ſupereſt, qualiter in eadem tradenda doctrina Magiſter ſe gerere debeat. Quod ut præſtetur, Magiſter conſiderandus eſt prius in ſe moribus ſanis integer: deinde in ordine ad diſcipulos doctrina ſana inſtructus. Primum petitur ab utroque jure in Magiſtro: nam jure Canonico Can. convenientibus §. item Taraſius 1.quæſt.7. habetur Doctorum malorum doctrinam malam eſſe, & Can. diſpenſatio §. 1. diſt.43. Doctor dicitur vitioſus, qui docet, non ad finem, ut auditorem erudiat, ſed ut alijs appareat ipſum ſcire. Quaſi Doctor eſſe debeat in ſe integer vitæ, ſceleriſq; purus, ut ab hoc fonte in diſcipulos pura doctrina emanet. Iure civili l. Magiſtros C. de profeſſ. & medic. lib.10. in Doctore poſtulatur excellentia morum, ut nẽpe plus exẽplo doceat, quàm verbis: ſitque prior & promior ad faciendum, quàm ad dicendum, habens præ oculis exẽplar Doctorum Chriſtum, qui cæpit facere. & docere, Act.1. Imitetur etiam Chriſti typum Salomonem, qui in tradenda doctrina ſe exhibuit Doctorem ſubmiſſum, & ab omni invidia alienum: (Quam ſine fictione didici, & ſine invidia cõmunico.) Sapient.6. Multum igitur ſua doctrina proficiat, ſi in ea tradenda, ita ſe gerat, ut fiat omnibus exemplar ſubmiſſionis, largitatis, cæterarumque virtutum. *Exẽplum vitæ in Doctore.*

1457 Secundum à Doctore requiſitum, ut præclarè ſe gerat in docendo, eſt quòd ita ſit omni ſcientiarũ genere inſtructus, ut non ſtatim velit omnem effundere, ſed modũ ſervet in doctrina cõmunicáda, ſeq; auditorum capacitati attemperet. Summopere (inquit Petrus Gregorius lib.18. de Repub. cap.8.n.4.) „ præcavendum in primoribus ſtudijs, ne „ ingenia auditorum ultra captum onerentur, ut doctrina ſit proportionata capacitati audientium. Videtur hauſiſſe hoc documentum à Quintiliano dictitare ſolito, (Oportere Magiſtrum inſtillare, non effundere.) Habent ut plurimum diſcipuli os nimis exiguum & anguſtum inſtar gutturnij: ſi igitur gutturnio implendo tota ſtatim aqua effundatur, nec guttulam quidem recipiet: ut autem *Doctrina attẽperãda auditoribus.*

impleatur, neceſſe eſt quod guttarim liquor illi inſtilletur. Præcipiunt hunc docendi morem jura, ſuadent ſacræ Paginæ exempla. Nam juxta Gloſ. Doctoribus io proœm. lib. 6. Doctor debet ſe ipſum, & verba ſua ſecundùm audientiũ capacitatem & ingenium coaptare. Doctor eoim (ſubjungit) qui ea docet, quæ ab auditoribus intelligi non valent, non eorum utilitatem, ſed ſui oſtentationem farit. Non diſcrepat Clem. 2. de Magiſtris, ubi Gloſ. v. Doctoratus. Doctor (inquit) volens auditoribus proficere, debet ſe talem exhibere, ut pro ingenio addiſcentium ſemetipſum poſſit adaptare, & verbi ſui ordinem pro audientium capacitate dirigere.

Diſcipuli Dei ſunt Angeli & homines.

1458 Quantum exempla ſacræ Paginæ ſuadeant doctrinæ inculcandæ moderationem, ne ſcilicet diſcipulorum captum excedat, fiet planum ex ſequentibus. Æternus Parens ſupremi Doctoris munus rectè obivit, cum ſuam doctrinam, ſcilicet divinum Verbum à ſe productum diſcipulis Angelis, & hominibus attemperavit, ut Angeli Verbum ſpirituale ſpiritualiter intelligerent, homines Verbum idem jam factum carnem, tanquam librum ſcriptum perciperent. Quò ſpectat illud: Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi. Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis. Pſal. 44. S. Thom. Valent. conc. 1. de Concep. Virgin. ſic exponit in rem noſtram: Eructavit cor meũ Verbum bonum, ſed Angelis: & placuit ſcribere illud pro mortalibus, ut in uno eodemque libro Angelus & homo legeret. Verbũ priùs eructatum, deinde ſcriptum narrat: ut unum idemque Verbum olim de eructatione Angelis pervium, jam de ſcriptione hominibus corporaliter legendum proponatur, ut ſic Æterni Parentis & præceptoris doctrina omnibus pro captu attemperetur.

Magiſter Chriſtus ſe accommodat diſcipulis.

1459 Quid de alio ſummo Doctore Chriſto, quem Æternus Parens miſit, ut doceret mundum? Semper voluit ſuam doctrinam accommodari & proportionari diſcipulis omnibus. Vnde cum in cæna haberet ſermonem ad diſcipulos Ioan. 16. (Multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modò.) Solum inſtillavit doctrinam, cujus pro tũc erant capaces, reſervans aliam ſublimiorem, quæ illorum captum excedebat. Fixerat olim Sponſa oculos in Chriſtum ſuſpenſo obtutu, immotiſque palpebris contemplata dilectum: cui ille. (Averte oculos tuos à me: quia ipſi me avolare fecerunt.) Cant. 6. Cur præcipit oculorum declinationem, & averſionem ſponſæ, quæ in nullum aliud pulchrius objectum poterat voluptuoſiùs & utiliùs oculos conjicere? Cauſam ſubdidit S. Ambroſius: Vult avertere illam oculos, ne eam conſiderans, quòd jam ad ſuperiora ſequi poſſet, elevetur, & cæteras animas derelinquat. Quaſi diceret, averte oculos: te enim ad hauriendam doctrinam me conſpiciente, ſtylus erigitur, & quodammodo à ſublimia evolat pro exquiſita, ac ſublimi ſcientia tibi infundenda: & hoc cum detrimento cæterarum animarum, quæ tardiores ſunt, proindeque nequeunt tantam ſublimitatem aſſequi: mei autem muneris eſt doctrinam omnibus attemperare.

1460 Doctor gentium Apoſtolus, quam ſupremus Doctor Chriſtus electionis vas ad portandum nomen ſuum deſignavit, ita ſe ſuamque doctrinam accommodavit omnibus, pro omnium ſalutem obtinenda, ut dixerit 1. ad Corinth. 9. (Omnibus omnia factus ſum, ut omnes facerem ſalvos.) Suam doctrinam omnibus ſecundùm eorum capacitatem impertiebat, ſublimiorem perfectis, ſubmiſſiorem imperfectis, & adhuc lactentibus. Vnde 1. ad Corin. 2. Sapientiam inquit) loquimur inter perfectos.) Irenæus lib. 5. cap. 6. quid pro perfectis accipiat, exponit: dicens (inquit) perfectos eos qui accepetunt Spiritum ſanctum, & omnibus loquuntur linguis per Spiritum Dei, quemadmodum & ipſe loquebatur. Noſter Cornelius ad locum Apoſtoli, Sapientiam ſic interpretatur: ideſt profundiorem, & altiorem rerum fidei explicationem, uti de modo, conſilio, & fide incarnationis, paſſionis, & redemptionis Chriſti. Hanc (ſubjungit) non rudibus initio, ſed provectis perfectiſque loquor, & edisſero. Idem Apoſtolus 1. ad Corint. 3. (Tanquam parvulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam.) Alludit Paulus ad locum Iſaiæ 28. ubi habetur: Quem docebit ſcientiam, & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos à lacte, & avulſos ab uberibus. Ex Ambroſ. Theoph. S. Thoma, & Anſelmo, quid pro lacte & eſca intelligatur, declarat Cornelius nu. 95. Lac (inquit) vocat Apoſtolus faciliorem, ſuaviorem, & ſimpliciorem doctrinam de Chriſti humanitate & gratia, ac redemptione: qualis convenit cathecumenis recens converſis, & adhuc carnalibus: eſcam, id eſt ſolidum cibum, vocat perfectiorem, & de altioribus myſterijs doctrinam, uti de Deo, & de ſpiritualibus. Habemus igitur quantum Doctor Gentium in tradenda doctrina ſe omnibus accommodet.

Doctrina attemperanda.

1461 Vt prædicta magis innoteſcãt, & quomodo io particulari faciẽda ſit auditoribus doctrinæ accommodatio, conſtat ex quæſt. 2. & conſtabit ex dicendis. Imprimis Doctor eſſe debet cautus, ne proferat tacenda, vel dicenda retineat. Gloſ. Doctoribus in proœm. lib. 6. Item Doctor volens probare ſuam concluſionem, debet allegare legem, & quotam ipſius, ut fecit Papa allegando Innocentium. Can. ſi Romanorum diſt. 19. Debet tamen io allegationibus ſervare moderatio.

Methodus docendi.

Brevitas in dicendo.

rationem, & in dictando ac exponiendo abſtinere à ſuperfluitate verborum. Nam debet cōcluſivè loqui, & pauca, ſed utilia effundere, ut notat Rolandus tom.3.conſ.36.num.26. ex Romano ſing.780. Nam boni eſt advocati (ut notat Aret.conſ.120.) ſummatim loqui: & pauca idonea effundere utilius eſt, quàm multis inutilibus hominem prægravare. Bona enim allegatio juxta Abbatem in proœm. Decretal.col. 2. inficitur & obnubilatur ob nimiam allegationem, & ſiniſtra oritur ſuſpicio contra allegantem. Quantum igitur optimum Doctorē multiloquium & verboſitas dedeceat, ex eo poteſt conjectari, quòd advocatus nimis verboſus de jure cōmuni poteſt ab officio removeri. Gloſ. ſingularis in l.ex ea parte ff. de poſtul. & Paris de Puteo tract. ſynd. v. judex in tribunali n.3. Item judex advocatorum dictis poteſt finem imponere, quando ſibi viſum fuerit. l.proximè ff.de his quæ in teſtam.delen.

Allegatio moderata eſſe debet

Jurare in verba Magiſtri an expediat:

1462 Poſſumus claudere hanc quæſtionem pulchra, & minimè trivali difficultate, an expediat pro tradenda doctrina, quòd tam lectores, quàm auditores, proindeque univerſa ſchola certi alicujus Doctoris ſequantur doctrinam: ſeu (ut aiunt) jurent in verba Magiſtri? Pro parte affirmativa non inveni aliquem authorem, qui illam diſertis verbis aſſereret: habemus tamen exempla graviſſimorum, imò fere omnium Patrum Dominicanorum, & Franciſcanorum, quorum illi doctrinam Angelici S. Thomæ, hi doctrinam ſubtilis Doctoris Scoti jurati defendunt. Habimus etiam Patres Societatis Ieſu, qui licèt jurejurando non obſtringantur, tamen profeſſores ſacræ Theologiæ peculiari regula tenentur ſequi doctrinam Angelici Doctoris. Quantopere autem noſtra Societas id commendet, & præcipiat, conſtat ex Congreg.V. can. 9. Se-
„ quantur noſtri Doctores in Scholaſtica
„ Theologia doctrinam D.Thomæ, juxta pra-
„ xim in libro de ratione ſtudiorum ponen-
„ dam, & a P.Præpoſito Generali explican-
„ dam. Neque deinceps in cathedras Theolo-
„ gicas promoveantur, niſi qui D.Thomæ do-
„ ctrinæ benè affecti fuerint: ab ea verò alie-
„ ni, à docendi munere repellantur.

Juramentum in verba Magiſtri.

1463 Sumitur 1. ex Apoſtolo 2. ad Corinth.13. ubi hortatur omnes ad idem ſapiendum, ut pacem habeant: (Perfecti eſtote, exhortamini, idem ſapite, pacem habete.) Quaſi nullam eſſent pacem, & concordiam habituri, ſi diverſa ſaperent, ſeu doctrinas diverſas admitterent, & non potius unam eandemque haurirent jurantes in verba unius præceptoris Chriſti. Similiter ad Philippenſ.3. eoſdem monet ad perſiſtendum in eadem ſa-
„ pientia, & norma doctrinæ: Ad quod per-
„ venimus, ut idem ſapiamus, & in eadem
„ permaneamus regula. Non poteſt autem ſchola aliqua in eadem perſiſtere ſapientia, niſi certi alicujus Magiſtri doctrinam ſequatur. 2. ex ratione, quia prima laus, imò præcipuus finis litterariæ Reipublicæ eſt comparare, & retinere doctrinam veram, puram, & ſanam: hoc autē non meliùs aſſequi poteſt, quàm loquendo doctrinam jamdiu probatam alicujus inſignis Doctoris. 3. ex abſurdo, quia ſi non compellantur profeſſores, & auditores jurare in verba alicujus certi Doctoris, exiſtet libertas opinandi cum magno detrimento boni communis: & unuſquiſque pro ſuo libito, & effreni cupiditate dicendi nova, habendique ſectatores, nihil impenſiùs conabitur quàm deviare à reliquis. Cui tanto malo non occurretur opportuniùs, quàm fræno prædicti juramenti.

Authoritas juramentum in verba Magiſtri.

3464 Nihilominus pro parte negativa unum invenio Pellizarium tom.2.tract.8, cap.4.ſect.2.num.69. id negantē ſaltem in diſciplinis Philoſophicis. Fundari poteſt 1. quia multum imminuetur de authoritate profeſſorum, ſi jurent in verba alicujus certi Doctoris: nunquam enim poterunt facere ſua authoritate opinionem communem, quamvis mille profeſſores id aſſerant, ut rectè notant Sanch. lib.1. Decal. cap.9. num.9. Roland.tom.1.conſ.100.num.5. & Curr.jun.conſ. 63.num.3. Nam imitabuntur aves, quæ quando una volat, omnes aliæ ſequuntur. 2. quia licèt Doctor ille ſequendus, eximius ſit, evenire poteſt, ut teneat aliquam doctrinam communi aliorum judicio minùs probabilem, & minùs cohærentem: durum igitur, imò diſſonum erit cogere omnes ad illam ſequendum. 3. quia ſi omnes tenerentur inſiſtere veſtigijs alicujus certi Doctoris, compelli deberent philoſophari eodem modo, & non ſolum defendere reſolutiones, ſed etiam eadem fundamēta, quibus nituntur: hoc autem eſt moraliter impoſſibile, cum hominum ingenia ſint maximè diverſa, & omninò prona ad judicandum diverſimodè, præſertim in materia topica. 4. quia ad progreſſum Academiarum multum confert æmulatio, & fervor in concertationi-
„ bus, juxta illud M.Tullij lib.2.Tuſcul. In ipſa
„ (inquit) Græcia philoſophia tanto in hono-
„ re nunquam fuiſſet, niſi doctiſſimorum cō-
„ tentionibus, diſſentionibuſque viguiſſet. At ſi tam profeſſores, quàm auditores jurent in verba alicujus inſignis Doctoris, ceſſabunt cōtentiones, & diſſenſiones litterariæ; ergo & progreſſus Academiarum. 5. quia conſtat nōnullos, qui tenebantur inhærere doctrinæ certi authoris, forte à tali obligatione liberos, v.g. quia aſſumpti fuerant ad Epiſcopatum, ſtatim mutaviſſe ſententiam, quam antea mordicùs defenderant. Hoc autem ſatis indicat illos antea defendiſſe contra id quod ſenſerant.

In hac graviſſima materia non audeo abſolutum promere judicium pro alterutra parte,

Digitized by Google

ne exponat periculo errandi, & videat condemnare quod faciunt ex ſtatuto viri religioſiſſimi,& doctiſſimi. Illud tamen velim monere, prædictum jusjurandum eſſe remedium efficaciſſimum, frænumque aptiſſimum ad coercendum libertatem opinandi, quæ poteſt indies creſcere, gliſcente bonoris libidine, in maximum detrimentum, imò ruinam totius Reipublicæ Chriſtianæ. Quæ mala, ſi impendeant, curabunt Prælati avertere boc, vel alijs remedijs præſentlotibus.

QVÆSTIO VI.

An ſit optima ratio tradendæ doctrinæ, quæ in Societate obſervatur?

Doctrinæ tradendæ optima ratio.

1465 Pater Fráciſcus Pellixarius tom.2.tract.8. cap.4. ſect. 2.num.68.quærit quænam ratio docendi videatur utilior in ſcholis regularium: & reſpondet eam videri utiliorem, quæ ſervatur à patribus Societatis Ieſu, nec non ab alijs religioſis: nempe, ut diſcipulis tradantur materiæ, ſive Theologicæ, ſive Philoſophicæ non ſola voce, ac expoſitione textus Ariſtotelis v.g. aut S. Thomæ Aquinatis, ſed dictando ſcripta, & tradendo quæſtiones ad materiam, quæ legitur ſpectantes. Ratio eſt, quia ex una parte labilis eſt hominis memoria, ideoque eget aſylo, ad quod in caſu oblivionis confugiat (quod utique præſtant ſcripta in ſcholis recepta) ex alia parte ſola explicatio textus non ita acuit, & excitat ingenia diſcipulorum, ſicut acuit & excitat tractatio quæſtionum: cum per hanc diverſarum opinionum momenta, & rationes examinentur, ſicque magis innoteſcat veritas, ſeu (ut rectiùs loquar) probabilitas ſententiæ, quam unuſquiſque amplectitur. Sicut enim indicat Ariſtot. 1.cæli tex.101. contrariæ ſententiæ dubitare nos faciunt, & animadvertere difficultatum modos, quibus noſtra opinio obſtringitur. Hæc Pellizarius, meritò commendans, & probans rationem tradendi doctrinam, quam obſervant profeſſores Theologiæ, & Philoſophiæ in Societate.

Methodus perverſa doctrinæ.

1466 His addere poſſumus quãtam curam adhibeat Societas ne pervertatur ordo in doctrina inculcanda, ſed omnia ſuis locis opportunè & tempeſtivè tractétur. Hoc non aptiùs præſtabimus, quàm tranſcribendo ordinationem pro ſtudijs ſuperioribus, ex deputatione, quæ de illis habita eſt in Congregatione nona Generali, quam R. P. Generalis Franciſcus Piccolomineus miſit ad Provincias anno 1651. Et ita habet. Et ſi ſummæ ſemper curæ Societati fuerit ſoliditas & uniformitas doctrinæ methoduſque ordinata illam tradendi in ſcholis, eaque laude profeſſores noſtri, ut plurimùm excelluerint magno Eccleſiæ & Reipublicæ Chriſtianæ bono: nihilominus non defuerunt querelæ graves ex varijs provincijs de aliquibus Magiſtris tam Philoſophiæ, quam Theologiæ, tum in octava, tum in nona Congregatione, quòd invertèrent ordinem præſcriptum in Ratione ſtudiorum, Metaphyſica, & Animaſtica tractantes in Logica: Theologica in Philoſophia, Philoſophica in Theologia, & in hac miſcerent ſæpe quæſtiones aſſignatas uni anno, materijs alterius, permagno incommodo auditorum. &c.

1467 Hæc & his ſimilia magno ſenſu ubi Provinciarum aliquot nomine conventui generali poſtremo fuiſſent expoſita, commota eſt non leviter Congregatio: timenſque ne malum ex paucorum culpa ortum latiùs ſerperet, ſtatim omnibus viribus occurrendum cenſuit. Quare cum juſſiſſet deputari de ſuo corpore quoſdam patres ex varijs Aſſiſtentijs, in re litteraria, & docendi munere diu multumque exercitatos, qui quæ proponebantur circa ſtudia in Societate, expendèrent, injunxit ijſdem, ut radices querelarum accuratè inſpicerent, & remedia opportuna ſuggererent. &c.

Philoſophia docẽda methodus.

Cenſuerunt igitur memorati Patres, primis incommodis ex perturbato ordine docendi, & inutilibus quæſtionibus, ſatis proviſum eſſe, & iri, ſi obſerventur diligenter quæ præſcripta ſunt in Ratione ſtudiorum: & quidem quod ad Philoſophiam attinet, ſi acutentur quæ ſtatuũtur in regulis tum præfecti ſtudiorum, tum profeſſoris Philoſophiæ, ſecuturum nempe inde, ut Logicus tractet materias illas, quas tradit Porphyrius in ſua Iſagoge, & Ariſtoteles in prædicamentis, in libris de interpretatione, Priorum, & Poſteriorum, cum cautionibus in Ratione ſtudiorum expreſſis: ut Phyſicus explicet eas, quas Ariſtoteles in octo libris Phyſicorum, in libris de Cœlo, & Meteorologicis, & primo libro de Generatione: denique ut Metaphyſicus eas, quas in ſecundo libro de Generatione, in libris de Anima, & Metaphyſicorũ diſputat Ariſtoteles, cum ſimilibus cautionibus. Attendat itaque ad hæc præfectus ſtudiorum, nec ſinat iſtas quæſtiones prætermitti, vel earum locum occupari ab alijs, quas Ariſtoteles non attingit, vel neceſſariam cum ijs non habent connexionem, nec continentur ſub objecto cuilibet parti Philoſophiæ propoſito.

Logica inculcanda methodus.

1468 Atque ut expreſſiùs aliquid indicetur, & ſatisfiat poſtulato unius provinciæ, quæ hæc optabat enucleatiùs declarari: Præfectus ſtudiorum nó ſinat omitti

in

in Logica uberem de modo & regulis definiẽdi, dividendi, argumentandi tractationem: de converſione, oppoſitione propoſitionum: de argumentatione, & ſyllogiſmo: ita ut diſcipuli noſtri plenam habeant notitiam de infallibilitate conſequentiarum formalium. Curet etiam omninò, ut explicentur ea quæ de perfecta demonſtratione tradit Ariſtoteles in libris Poſteriorum, tum de ſcientia, prout eſt in Ratione ſtudiorum. E contrario non permittat profeſſores immorari in diſputatione de ente rationis, niſi pauciſſimis diebus, adeo ut tridui, vel quatridui ſpatium non excedant. Non diſputent etiam de diſtinctione virtuali in divinis, vel de præciſionibus objectivis divinarum perfectionum: ſed ſupponant ex Theologia quod de his quæſtionibus ſentiendum eſt. Tractatũ de ſignis mentalibus remittant ad libros de Anima: & poriſſimum illud: Quid ſit verbum mentis: Quæ cognitio poſſit eſſe in ſe ipſam reflexa, & ſe ipſam repræſentare vel adæquatè, vel inadæquatè. De relationibus item divinis ſine ulla diſcuſſione ſupponant ex fide, vel Theologia ſi quid neceſſe videbitur, dum agũt de prædicamento Relationis. In prædicamento verò ſubſtantiæ de ſubſtantia, vel ente ſupernaturali nihil dicant. Dum tractant de futuris contingentibus, nullo modo ingrediantur diſputationem de ſcientia media, nec de modo quo Deus cognoſcit futura, ſeu abſoluta, ſeu conditionata, ſed ſupponant quod fides, & Theologia docent. In fine denique Logicæ, dum tradunt tractatum de ſcientia, nihil ſpeciale dicant de fide divina, ſed totam illam quæſtionem remittant ad Theologos. Idemque dicendum de ſimilibus ab ſcopo Logicorũ alienis.

Phyſica tradendæ ratio.

1469 In Phyſica ſecundo anno curet idem præfectus, ut Ariſtotelicæ definitiones principiorum, cauſarum, naturæ, motus, continui, infiniti, & ſimiles accuratè explicentur: ut juxta ejuſdem Ariſtotelis ordinem de iiſdem rebus ea diſputentur, quorum ſcientia ad naturalem Philoſophiam propriè ſpectat. In libris de cœlo naturam, & qualitates, & influxum cœlorum in ſublunaria ne prætermittant. In primo de generatione, ea quæ tradit Ariſtoteles de generatione & corruptione, de alteratione & actione ſimilis in ſimile, de reactione, aliaque ejuſmodi accuratè diſcutiant. Caveat autem ne occaſione agendi de principijs, & cauſis, ingrediatur diſputationem de principijs & proceſſionibus divinis: multo verò magis abſtinendum tunc hîc, tum alibi à diſputatione de actibus liberis Dei. Nihil autem dicant de materia ſpirituali, aut de compoſito ex ea. Dum agunt de concurſu cauſæ primæ poterunt quidem diſputare de prædeterminatione phyſica, ſed per principia naturalia: non examinando, ſed ſupponẽdo principia Theologica. Ideo in materiam de auxilijs, aut gratia efficaci ne excurrant. Nihil item ex profeſſo hic agant de potentia obedientiali, aut de virtute principali creandi, num communicari poſſit alicui creaturæ: nec de æternitate Dei diſceptent ubi de duratione creata agendum. In libris de cœlo prætereant quæſtiones quæ de opere ſex dierum ad Theologum, aut ſacræ Scripturæ interpretem ſpectant. In libris de generatione ad quæſtionem de converſione Eucharistica, aut augmento intenſivo charitatis ne divertant.

1470 Tertio anno idem Præfectus diligenter det operam, ut in libro ſecundo de generatione profeſſores tractent de natura elementorum, de primis qualitatibus, earumque ſeu deſcriptionibus, ſeu definitionibus ab Ariſtotele traditis. De motu etiam & qualitatibus motricibus, de eorũ mixtione (niſi jam antea hoc egerint) & ſimilibus. In libris verò de anima diſputent de vivente & vita: de anima, ejuſque potentia, & operationibus: ſpeciebus ejuſdem, vegetativa, ſenſitiva, & accuratiſſimè de rationali. In Metaphyſica denique de ente & proprietatibus entis: de natura ſubſtantiæ & accidentis: de ſubſiſtentia, alijſque ſimilibus. De Deo quoque agere poterunt, quoad lumine naturali cognoſci valet. Curet verò, ne ad ea tractanda digrediatur quæ Theologici instituti ſunt propria. Quare in libris de anima non ad materiã de ſpecie Dei, ſive impreſſa, ſive expreſſa, aut de miraculoſa mortuorum reſuſcitatione, nec in Metaphyſica ad diſputationem de ſubſiſtentia increata, aliaſque ſimiles divertere ſinantur.

Metaphyſicæ tradendæ ratio.

1471 In Theologia porrò, ut reſecentur quæſtiones inutiles, & profuturæ ordinariùs tradantur; obſervent diligenter profeſſores quod dictum eſt de Philoſophis, ut materias percurrant ſingulorum annorum proprias, hoc eſt tractatas à D. Thoma in ea parte, quæ cuique anno aſſignatur: id enim ſi fideliter præſtiterint, non multum temporis ſupererit ad quæſtiones inutiles agitandas. Illud verò etiam enitantur omnes, ut quæſtiones, quas tractant, connectant cum quæſtionibus S. Thomæ, & auditoribus ſignificent quò quidque pertineat: ut appareat ea, quæ diſputant, eſſe velut commentarium textui S. Thomæ reſpondentem: atque hoc agere ipſos, non ut nova & incognita priùs diſcipulis proponant, ſed ut elucident vetera: ut ſit additio potius doctrinæ ad doctrinam, quàm ſucceſſio novæ in locũ veteris jam ſepultæ. Quod enim poteſt eſſe operæ pretium, aut quæ laus, ſcholaſticos habere novarum quidem propoſitionum ſcientes, ſed antiquarum imperitos? Verum ut hæc faciliùs aſſequamur, & quod præſtitum eſt in Philoſophicis, uberiùs & diſtinctiùs

Theologiæ tradendæ ratio.

tinctiùs

Digitized by Google

tinctiùs præſtetur in Theologicis, quæ ſunt multo maioris momenti, ſubjicietur hìc Index variarum quæſtionum, juxta ordinem Summæ Angelici Doctoris, quas Magiſtri, omiſſis extraordinarijs, & inſolitis, tractare cum laude poſſunt, & magna ex parte debent.

Hæc omnia habentur conceptis, & à nobis tranſcriptis verbis in præcitata Ordinatione, quæ edita fuit ex præſcripto Societatis Congregatæ; & libuit ad extenſum proferre, ut intelligant noſtri profeſſores, qualem in tradenda doctrina methodum ab illis exigat Societas; & intelligant tum noſtri, tum alieni quantum Societas averſetur, curetque protſus abolere, vel impedire præpoſteram, vel inverſam docendi rationem. Sicut enim optima methodus, quæ conſiſtit in rebus ſuo loco, ac tempore opportunè, & tempeſtivè tractandis, valdè conducit ad ſcientias comparandas, quæ eſt Academiarum & ſtudiorum finis, ita ex oppoſito doctrinam tradere ſine methodo obſtabit multum diſciplinis aſſequendis, non ſine magno ſtudioſorum, & univerſæ Reipublicæ litterariæ incommodo.

DISPVTATIO VI

De obligationibus Doctorum.

1472 QVanvis multa in ſuperioribus vel perſtricta leviter, vel tractata diffusé contineant nonnullas Doctorum obligationes, quæ concernunt ipſorum graduationem, dignitatem, oppoſitionem ad cathedram, poteſtatem, privilegia, & doctrinam, de quibus inſtituimus, & jam abſolvimus quinque præcedentes diſputationes, tamen hac ſexta conabimur ex profeſſo obligationes Doctorum exponere dilucidiùs, & uberiùs, ut planè innoteſcat qualis debeat in ſe eſſe Doctor, qualis erga diſcipulos, qualis erga omnes; ac tandem in ſpecie qualiter obſtringatur Doctor medicus.

QVÆSTIO I.

Qualis eſſe debeat Magiſter in ſe, ut poſsit rectè exercere ſuum munus?

Præceptores aptitudo & ſufficientia.

AVſpicamur obligationes Doctoris à prima & veluti radicali obligatione, quæ conſiſtit in aptitudine ad magiſterium. Nam ante quàm illud quis ſuſcipiat, tenetur eſſe, vel fieri aptus, ut exerceat. Graviter enim peccabit quis ſi magiſterio ſe ingerat indignus & ineptus, propter manifeſtum periculum, cui ſe exponit, depravandi auditores. In quo autem conſiſtat hujuſmodi aptitudo, ſeu ſufficientia, paucis exponit Petrus Gregor. de Rep. lib. 18. cap. 2. num. 3. In optimo præceptore (inquit) requiruntur tria, doctrina, mores, & diligentia. Doctrina ſit ſana, elegans, non ſcurrilis aut ruſtica. Mores ſint non ornatu priſco, ſed emendati, probi, exemplares. Diligentia in interpretandis lectionibus non perfunctoria, & in moribus diſcipulorum obſervandis. Hæc ex leg. Magiſtros Cod. de profeſſ. & medic. lib. 10. & l. unic. C. de profeſſ. qui in Vrbe Conſtantin. & l. meruerunt C. tit. 15. lib. 12. & cap. 1. & ibi Gloſ. pen. de Magiſtris.

1473 Quod attinet ad primum, certum omninò eſt debere Magiſtrum, ea facultate, quam profeſſurus eſt, ſufficienter inſtructum eſſe. Dubitatur, an deceat Magiſtrum poſtquam in magiſterio conſtitutus eſt, ab alijs diſcere? Negabit aliquis ex textu in cap. quod Eccleſiaſticis §. ecce diſt. 36. ubi ſtatuitur eum qui intendit alios docere, priùs oportere diſcere, quaſi diſciplina in præceptore debeat antecedere doctrinam. Concinit Gloſ. 1. ad cap. cum in Magiſtrum 49. de elect. & can. ſic vive 16. q. 1. Diſce, ait, multo tempore quæ poſtmudum doceas. Affirmandum tamen eſt decere Magiſtrum ſemper diſcere, etiam poſtquam ſuſcepit magiſterium. Et quidem quòd debeat à peritiori diſcere, tradit Gloſ. 1. in add. in cap. cum Magiſtrum 49. de elect. Deinde quòd diſcere à parvulis nun debeat quis ſibi ad verecundiam reputare, licet ſit ſenex & nobilis, expreſſé habetur Can. nullus. diſtinct. 38. Quòd in ſenectute diſcere, laudabile ſit, tradit Auguſtinus apud Gloſſ. 1. in Can. nullus diſt. 38. (Ego ſenex (inquit) à puero nondum anniculo ſum paratus edoceri.) Quia (ut teſtatur citata Gloſ.) nulla ad diſcendum ætas ſera eſt: dicebatque Iuriſconſultus ſe diſcere velle, etiamſi unum pedem in ſepulchro haberet, & alium *Magiſter diſcens.*

extra.

extra. Ratio prædictæ reſolutionis eſſe poteſt, nam quò quis fit doctior, eò redditur aptior ad docendum, ſeu magiſterium exercendum: ſed quò quis magis diſcit, eò fit doctior; ergo decet Magiſtrum ſemper diſcere, ut magis ac magis fiat aptus ad ſuum munus. Textus pro parte contraria oppoſitus nihil obſtat: quanvis enim dicat oportere Magiſtrum priùs diſcere quàm docere, eum per diſciplinam reddatur aptus ad docendum, quod fatemur, tamen non prohibet poſt magiſterium diſcere, ne videatur prohibere incrementum aptitudinis.

Magiſter probata vita eſſe debet.

1474 Quod attinet ad ſecundum, ut Doctor fiat aptus ad exercẽdum magiſterium, debet imprimis abhorrere ab omni vitio & nequitia: quia (ut habetur in can. convenientibus §. item Taraſius 1. q. 7.) Doctorum malorum doctrina mala eſt, quaſi arbor mala non poſſit bonos fructus facere. Deinde ornatus eſſe debet omni virtutum genere, prælucereque omnibus vitæ exemplo, quod plus ſuadet quàm eloquium. Puritas intentionis adeo in illo neceſſaria eſt, ut ſtatuat textus in Can. diſpenſatio §. 1. diſt. 45. Doctorem dici vitioſum, qui docet non ad finem, ut auditorem erudiat, ſed ut alijs appareat ipſum ſcire. Et quidem juxta Gloſ. Doctoribus in proœm. lib. 6. Doctor non debet eſſe arrogans, ſed humilis: habet (inquit) hoc proprium doctrina arrogantium, ut humiliter nequeant proferre quæ docent: & rectè quæ ſapiunt, rectè miniſtrare non poſſint. Cum enim Deus ſuperbis reſiſtat, humilibus autem det gratiam, cum etiam à ſuperbis altiſſima myſteria abſcondat, quæ parvulis revelat, ſi Doctor ſe gerat arroganter, recum manebit ignarus, proindeque docendi incapax, ſi moderatè & ſubmiſſè ſe gerat, copioſam à Deo hauriet ſapientiam, quam auditoribus largiter effundet.

Magiſter catholicus.

1475 Præterea cum fides ſit fundamentum totius honeſtatis ſupernaturalis, ita ut impoſſibile ſit placere Deo ſine fide, omnis Doctor ut poſſit vera docere, & auditoribus probatæ vitæ exemplo præire, fidelis, veruſque catholicus eſſe, & reputari debet. Utrunque ut præſtet, duplex obligatio implenda eſt, altera credendi, altera profitendi fidem. Circa priorem, inquirendum nobis eſt quæ teneantur explicitè credere Doctores fideles? Recentiores hæretici pares in hac obligatione faciunt doctos indoctis, quatenus aſſerunt ſingulos fideles etiam ſimplices & laicos teneri ad legendam & intelligẽdam ſcripturam ſacram, ut inde poſſint cognoſcere ſibi explicitè credenda. Hunc tamẽ errorem egregiè refellunt Suar. de fide diſp. 15. ſect. 6. à n. 1. & Valent. tom. 3. diſp. 1. q. 2. punct. 3. inſiſtentes veſtigijs Sanct. Patrum, Gregorij Magni lib. 2. moral. cap. 25. ubi ad verba illa Iobi cap. 1. (Boves arabant, & aſinæ paſcebantur.) per boves intelligit miniſtros Eccleſiæ, & per aſinas plebem, quæ miniſtrorum doctrina ſine proprio ſtudio paſcenda eſt: item Auguſtini Epiſt.

Recitandi obligatio in Doctore:

„ fundam. cap. 4. Turbam (ait) fidelium non „ intelligendi vivacitas, ſed credendi ſimpli„ citas tutiſſimam facit. Et Cyrilli Hieroſol. catecheſi 5. aſſerentis in ſymbolo cõtineri quæ ſatis ſunt inſipientibus & rudibus. Hæc autem diſparitas in obligatione credendi, & ſciendi credenda, ſumitur ex Apoſt. ad Rom. 12. Non „ omnia membra (inquit) eundem actum ha„ bent: nam ſi totum corpus eſſet oculus, ubi „ eſſet auditus? Aliqui ergo (infert Lugo de fide diſp. 13. n. 144.) debent videre, aliquibus ſufficit audire.

Myſteria credenda explicitè.

1476 Difficultas eſt exponere hujuſmodi inæqualitatem obligationis ad credendum. Conveniunt 1. authores cum Sancio lib. 2. Decal. cap. 3. à num. 1. uſque ad 6. teneri omnes fideles explicitè credere, & conſequenter ſcire omnes quatuordecim fidei articulos in puerorum catechiſmo contentos. Ratio eſt, quia illi omnes ſunt prima fidei rudimenta, & ab Eccleſia ſolemniter celebrantur. S. Thomas 2. 2. q. 2. a. 5. in corpore ait laicos ſimplices non debere credere explicitè omnia & ſingula, quæ continentur in Scriptura, ſed „ ſolum implicitè, vel in præparatione animi, „ in quantum paratus eſt credere quidquid „ Scriptura continet: ſed tunc ſolum tenetur „ hujuſmodi explicitè credere, quando hoc ei „ conſtiterit in divina Scriptura contineri. Hoc ultimum indiget explicatione. Durum enim eſſet fideles ſingulos etiam doctos obligare ad credendum explicitè quidquid de novo inveniunt in Scriptura, quod antea explicitè non crediderant. Quare Valentia 2. 2. d. 1. pun. 3. & Sanch. d. cap. 3. num. 2. quibus conſentit Lugo de fide diſp. 13. num. 147. id exponunt de obligatione non quoad exercitium, ſed quoad ſpecificationem, quatenus data ea notitia tenemur credere determinatè ea objecta, ſi actum circa ea in particulari velimus elicere.

Fideles explicitè in Doctoribus.

1477 Conveniunt 2. cum eodem citato Sancio num. 2. Bellarus de fide diſp. 14. num. 196. Caſtro Palaus p. 30. n. 1. Lorca diſp. 23. memb. 1. num. 6. & Granadus tract. 10. diſp. 3. num. 13. omnes, quibus incumbit ex officio alios docere & confirmare, quales ſunt Doctores, & Paſtores, non ſolos fidei articulos in ſymbolo propoſitos, ſed alias etiã veritates, plures, vel pauciores, pro cujuſcunque officio, & gradu debere explicitè credere, & illos met articulos magis diſtinctè, & explicitè quàm reliquos fideles. Hanc maiorem obligationem citati authores rectè deducunt ex debito erudiendi & inſtituẽdi, quo obſtringuntur Prælati, & Doctores. Oppones, ex dictis ſequitur non eſſe maiorem obligationem

cre-

Digitized by Google

credendi explicitè in Prælatis & Doctoribus, quàm in reliquis: patet, nam Prælati & Doctores ſolum tenentur ad ſciendum, & explicitè credendum eos fidei articulos; quos ſubditi tenentur explicitè credere, ſiquidem tota illorum quà Prælatorum & Doctorũ obligatio eſt in ordine ad exponendum neceſſaria ſubditis; ergo non plus aliquid tenentur explicitè credere, quàm ſubditi, & oves,

Reſpondeo negando ſequelam, quia adhuc in Prælatis & Doctoribus major eſt credendi explicitè obligatio tum intenſivè, tum extenſivè. Patet quoad intenſionem: nam illos eoſdẽ articulos fidei, quos alij fideles credunt craſſo modo, Parochus & Magiſter meliùs & explicatiùs ſcire debet, ut poſſit eos declarare alijs, & corrigere, quando erraverint. Addit Bellanus num.196. Parochum (& idem puto de Doctore) debere hos articulos ita explicitè ſcire, ut poſſit diſſoluere eas difficultates, quæ communiter hominibus plebeis occurrunt. Patet quoad extenſionem, nam Parochus ſcire & credere debet explicitè plura quàm ejus ſubditi: nam ex ratione ſui officij ſcire debet v.g. quando & qua ratione ſacramenta percipienda ſint, & quis fructus eorum, ut poſſit opportuno tempore docere, cum tamen ſubditi non ſemper aliqua ſacramenta teneantur intelligere: ſacramenta enim Confirmationis, extremæ Vnctionis, Ordinis, & Matrimonij non ſunt ſcienda ſub peccato gravi ab ijs, qui ea nõ ſuſcipiunt. Item Parochus ſcire debet ea omnia, quæ pertinent ad ſuum munus, v.g. ad ſacramentorum adminiſtrationem, & ſimilia, quæ notitia neceſſaria ſubditis non eſt. Hæc etiam de Doctore procedunt.

Scientia Parochi.

1478 Circa poſteriorem de profeſſione fidei, cum in Clem.1. de Magiſt. caveatur ne recipiantur ad regendas ſcholas alij quàm probatæ fidei, Pius IV. in ſua Conſtitut. quæ incipit, In ſacroſanctâ, ſub data Idibus Novembris 1564. in Bullario novo 114. ſtatuit ne lectores publici, vel privati cujuſcumque facultatis juris civilis, vel canonici, vel Theologiæ, aut aliarum artium, admittantur ad lectiones, ſeu officium legendi, niſi priùs fidem catholicam profiteantur in forma conſtitutioni inſerta, in manibus vel ordinarij, vel ejus vicarij, aut Doctorum aliorum promoventium. Quid de ludimagiſtris, ſeu docentibus pueros formare elementa? Non tenentur (inquit Sanch. lib.2. Dec. cap.5. num.4.) quia non eſt facultas, aut ars. Decrevit inſuper prædictus Pontifex, teſte Sanch. citato, omnes promoventes eos, qui dictam fidei profeſſionem non fecerint, excommunicationem latæ ſententiæ incurrere: & privationem eo ipſo beneficiorum omnium, dignitatum, officiorum, feudorum Eccleſiaſticorum, & inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda. Legentes & promoti & ſi non incurrant eas pœnas, tamen peccant, & nullitatem promotionis incurrunt. Congregatio Cardinalium explicuit comprehendi legentium pœnis docentes prima grammaticæ, arithmeticæ, muſicæ, & aliarum artium liberalium rudimenta, & ſi publicam ſcholam non faciant, ſed in proprijs domibus doceant. Intellige tamen decretum illud non obligare niſi in locis, in quibus uſu receptum eſt. Vide Petrum Gregor. de Rep. lib.18. cap.9. num.51. Emman. Roter. qq. reg. tom.2. q.72. a.1. Cappucinum ſuper privileg. Mend. v. profeſſio fidei not.4. Riccium in deciſ. cur. Archiep. Neapol. deciſ.84. p.4 & Fagun. in Decal. præc.1. lib.1. cap.4. n.9. & 41.

Profeſſio fidei in Doctore.

1479 Præterea Concil. Trident. ſeſſ. 25. de reform. cap.2. præcepit Magiſtris atque Doctoribus in Vniverſitatibus ſtudiorum, ut ea, quæ catholicæ fidei ſunt, doceant, ac interpretentur: & inſuper initio cujuſlibet anni, ſolemni ad id juramento ſe adſtringant. Vide Auguſt. Barb. de jure Eccleſ. lib. 1. cap.15. num.54. Difficultas eſt, Vtrum ſupradicta fidei profeſſio fieri poſſit per procuratorem? Partem negantem tenent Steph. Gratian. diſcep. foren. cap.166. num.22. Sigiſmundus de Bononia de elect. dub.50. num.3. Squillante de oblig. cleric. par.1. num.91. Garcia de benef. p.3. cap.3. num.75. Zerola in praxi 2.p. ver. fidei profeſſio, Gonzal. ad reg. l.8. Cancell. §.7. proœm. num.169. Vgolin. de offic. Epiſc. cap.50. §.16. num.1. & Author addit. ad conſil. Navarri l.2. tit. de jur. jur. conſil.11. qui addit ita cenſuiſſe ſacram Cõgregat. Eminent. Card. Nihilominus partem affirmantem, quæ certè probabilior eſt, defendunt Ledeſma in Summa p. 2. tract.1. cap.4. poſt 10. concl. diffic.6. Azor Inſtitut. moral. lib.7. cap.2. q.6. Navar. conſ.4. ſub num.2. de ſumma Trinit. in prima edit. & in ſecunda conſ.11. de jurejurando, Sanch. lib.2. Decal. cap.5. num.7. Campan. in diverſ. juris canon. rubri.8. cap.3. num.18. Novar. in ſingular. Canon. ſing.114. num.8. Timbur. de jure Abbat. tom.1. diſp.8. q.3. num.11. Maſſol. de ſynodo diœceſ. cap.4. dub.40. & ita judicavit Rota in Varmien. Canonicatu 15. Iunij 1607. Sumitur ex l.1. ff. de procurat. Reg. qui per alium, de regul. in 6. cap. poteſt quis, de præben. in 6. & cap. optatum, ſive diſt.100. ex quibus habetur, quidquid facere per noſmetipſos poſſumus; poſſe etiam per procuratorem, ſi lex vel Canon id non prohibeat: nullibi autem reperitur cautum ne quis per procuratorem faciat fidei profeſſionem.

Profeſſio fidei facta per procuratorem.

1480 Quod attinet ad tertium, de diligentia omninò requiſita ad exercendum magiſterium, ex qua tenentur Doctores non impediri alijs negotijs, quanvis non planè oſtendatur ex prohibitione exercẽdi artem vilem, de qua Menoch. conſil. 817. num.1.

Diligentia in Doctore.

Ars vilis in Doctore. num.1. & 2. cum hujuſmodi prohibitio, magis reſpiciat Doctoris dignitatem, quàm diligentiam, tamen manifeſtè deprehenditur ex coquòd Doctores profeſſores juxta Aviles l. Prætoc. fol.97.n.3.& Pertum Gregor. de Repub.lib.18. cap.9. num.14. arceantur à munere advocandi, ſeu procurandi, ut ſcilicèt expeditiùs ac diligentiùs magiſterio vacent. *Praeceptores munus in Docendo.* In damnum ſcholarum (inquit Petrus Gregorius loco citato) abutuntur ſuo munere interdum profeſſores, ſeu Doctores, qui ad docendi munus vocati ſunt: quando poſtulationibus, ſeu forenſibus ſubſellijs pro cauſis agendis vel defendendis ſe dedunt: tantundem enim temporis quod impendiunt foro, detrahitur lectionibus demãdaris, quæ certè (expertus loquor) totum requirunt hominem & integrum ad officium, integrumq; animum. Quare meritò Leo X. Summus Pontifex in diplomate de officio, privilegijs, & immunitatibus Doctorũ & ſtudentiũ in ſtudio almæ Vrbis Romæ, anno Domini 1513. Non. Novembris, Pontificatus ſui anno 1. ſtatuit firmatis omnibus privilegijs, & exemptionibus, ut nullus Doctorũ conductorum ad legendũ, advocationis munus, aut aliud curiæ officiũ in Vrbe exerceret, ne à lectionibus diſtraheretur: permiſſa tamen domi poſt lectiones conſultãdi poteſtate. Conſonat jus civile: nam Vlpian⁹ in l. moris eſt ff. de pœnis dixit ſolere ſine infamia ſtudioſis juris interdici, ne ſe negotijs foris accommodent.

1481 Supereſt pro coronide exponẽda alia obligatio, qua Doctor in ſe obſtringitur, ſcilicet habẽdi & gerẽdi certis tẽporibus inſignia ſuo gradui & facultati cõgruẽtia juxta præſcriptũ Academiæ. *Inſignia Doctoris, & nomẽ uſurpans.* Quãvis enim quis ſtrictiùs obligetur ad abſtinendũ inſignib⁹ Doctoralibus, antequàm Doctoratum ſuſcipiat, adeo ut ſi nõ Doctor uſurpet inſignia Doctoratus, incidat in crimen falſi, ut tenent Bart. in l. eos ff. fin. ff. de falſis, & Angel. in l. unica C. ad leg. Viſcel. Secùs ſi ſe Doctorem ſimplici verbo nominet: quia tunc extraordinariè punitur, juxta Bald. in l. qui ſub prætextu C. de ſacroſ. Eccleſ. tamen legitimè factus Doctor non tenetur ſemper uti inſignibus Doctoralibus, ſed ſolum temporibus per Academiam aſſignatis, ut rectè innuunt Rebuff. in leg. unica C. de honorat. vehic. lib. 11. Anton. Corſet. in ſingularibus ſuis v. Doctores, & Caſſan. de gloria mundi par. 10. conſid. 37. *Inſignia portandi obligatio.* Facit quod tradunt Barb. in Collect: tom.5. ad cap. Eccleſiaſtica diſt.23. D. Acunha in idem cap. num.4. & Roman. ſingul.361. utpote quando quis eſt ſimul Doctor & miles, ſi actus quos exercet ſint militares, debere uti veſtibus militaribus, ſi autem ſint Doctorales, debere uti Doctoralib⁹, ſemota conſuetudine.

1482 Quænam autem tempora deſignent Academiæ, in quib⁹ Doctores teneantur ſua gerere inſignia, poſſibile non eſt ſingulas percurrere: utranque dabimus Luſitanam. *Inſignia gerendi tempora.* Nam Conimbricenſis lib.3. ſtatut. tit.24. num.2. ſic præcipit. ¶ Os tempos em que os ſobreditos haõ de ter eſtas inſignias, ſaõ, nos Doutoramentos & Magiſterios, & na prociſſaõ, em que por eſtatuto ſe mandaõ: & no recebimento que ſe me fizer a mim, & a meus ſucceſſores, & às Rainhas, & Principes deſtes Reynos: & quando forem acompanhando o q̃ vai pera o exame privado, & no lugar em que ſe ouver de dar, & receber o tal grao. Eſtarã outroſi com as inſignias cada hum dos ſobreditos, quando repetir, ou der grao, ou preſidir nos actos, em que por eſtes Eſtatutos ſe haõ de ter. Eborenſis lib. 4. Statut. cap. 5. §. 3. ſic ſtatuit, ¶ Os tempos em que os Doutores, & Meſtres haõ de levar, & eſtar com eſtas inſignias, ſaõ os ſeguintes. Quando forem aos acompanhantos pera ſe dar algum grao de Theologia, ou Artes: & quando o Doutor, ou Meſtre em Artes preſidir em autos publicos: ou quando der algum grao de Theologia, ou Artes. E quando os Doutores forem, & eſtiverem no exame privado de Theologia. E quando os Meſtres em Artes examinarem pera Licenciados nas meſmas Artes. E ao tomar da pedra: & ao primeiro exame de Bachareis em Artes.

QVÆSTIO II.

Qualis teneatur eſſe Magiſter erga ſuos diſcipulos?

1483 Cum Doctor, ſeu Magiſter habeat nomen relativum, & exerceat officiũ cũ reſpectu ad auditores, ſeu diſcipulos, *Doctor tenetur docere.* præcipua & multiplex illius obligatio ex tali relatione petẽda eſt. Imprimis Doctorem ſalariatum, ſeu conductum teneri ex juſtitia docere, patet tum ex eo, quia Doctoris officium eſt docere alios Can. fin. diſtinct.59. & quis tenetur ex juſtitia ſuo muneri ſatisfacere: tum quia quando intervenit ratio mutui contractus, reſultat obligatio juſtitiæ, ita ut altera parte id quod promiſit, implente, teneatur pars altera ex juſtitia commutativa ſuam promiſſionem implere. Conſtat autem inter Doctorem conductum, & conducentem verum dari contractum. Ex quo rectè infertur 1. id quod docet Gloſſ. fin. in Can. ſcimus diſtinct. 43. Doctorem ſeu lectorem propter ſubſannationem, vel clamorem ſcholarium non debere ceſſare à lectura. Tenetur enim ex juſtitia ad legendum.

Infertur 2. ſi diſcipuli ex negligentia, & culpa Magiſtri non proficiant, teneri Magiſtrum ex damnis inde ſequutis ſive in honore, ſive in fortunis ſcholarium, vel parentum ipſorum. Nam ex violatione juſtitiæ commutativæ, ſequuto damno, inſurgit obligatio reſtitutionis.

Correctio diſcipulorum per Magiſtrū

1484 Dubitabis 1. qualiter teneatur Magiſter circa correctionem diſcipuli? Cum Magiſtro ſit conceſſa facultas corrigendi diſcipulos Cap. nullus 17. quæſt. 4. idque obſervent Iuriſtæ in l. aut facta §. 1. ff. de pœnis, & in l. unic. Cod. de emendat. propin. in ipſa correctione peccare poteſt, tum per defectum, tum per exceſſum. Per defectum ſcilicet correctionem ſi negligat, peccare lethaliter, affirmant Calder. Cardin. Florent. in cap. cum ex injuncto, de hæret. & Alexand. conſil. 75. lib. 1. Quod admitto intelligens de notabili negligentia redundante in notabile damnum diſcipuli. Per exceſſum etiam graviter peccare poteſt, ſi diſcipulum immoderatè percutiat, ita ut teneatur de nimia ſevitia. Habetur in leg. item quæritur §. Iulianus ff. locati. quanvis à dolo excuſetur, cum hic non præſumatur in Magiſtro, juxta Bartol. in §. ſi Magiſter ff. ad leg. Aquil. Semper autem illi incumbet probare ſe Magiſtrum eſſe, cum hæc ſit qualitas ab extrinſeco, item ſe animo corrigendi, monendi, & docendi feciſſe, ut ex Battol. docet Maſcard. conc. 999. num. 13.

Pauperē diſcipulū alere tenetur Doctor.

1485 Dubitabis 2. an Doctor teneatur alere ſuum diſcipulum pauperem? Affirmant Ioann. Baptiſt. in addit. ad dictiōn. Alberici, Hoſtienſ. in ſumma titul. de Magiſtris §. utrum, Paulus de Citadinis de jure patron. quæſt. 1. 4. par. art. 4. & alij apud Rebuf. de privileg. ſcholar. privileg. 66. Sumitur ex leg. cum tutor §. cum plures ff. de adminiſtr. tutor. Deinde ex ratione, quia Doctor eſt inſtar patris erga ſuos diſcipulos, quos proinde ut filios alimentare debet. Accedit ratio ſumpta ex oppoſito, nam ſcholaſticus inſtar filij tenetur alere ſuum Doctorem pauperem, & ita Sabinus fuit ſuſtentatus à ſuis auditoribus, ut narrat Iuriſconſultus in lag. 2. in fine ff. de origin. jur. & Gloſſ. in cap. revertimini 16. quæſt. 1. ergo è contra Doctor inſtar patris tenetur alere ſuum ſcholaſticum. Limitant hanc obligationem, quandiu Doctor eſſet pauper. Quia tunc charitas à ſe ipſo incipit leg. præſes Cod. de ſervi. & aqua. Gloſſ. in cap. quicunque 16. quæſtio. 7.

Hanc obligationem alendi ſcholaſticum pauperem, ego ſolum admitto, & intelligo procedentem ex quadam urbanitate, non vero ex neceſſitate juſtitiæ. Ita Rebuff. citat. & Abericus in leg. 1. §. jus naturale ff. de juſt. & jure, ubi addunt non poſſe obtineri in forenſi judicio ut Doctor compellatur alimenta præbere ſcholaſtico, vel è contra leg. non epiſtolis Cod. de probat. quia moraliter impoſſibile eſt unum Doctorem tot alere ſcholaſticos: teſtatur enim Rebuffus ibidem ſe habuiſſe decem millia à tempore, quo incepit jura publicè profiteri. Illud verò rectè addit, ſi ſtudioſus multis abundet divitijs, ac præſertim beneficiorum fructibus, ita ut teneatur quartam partem diſtribuere pauperibus cap. quatuor 12. q. 2. iſtam partem teneri diſcipulum impendere ſuo Doctori pauperi, ſimiliter & Doctorem teneri impartiri ſuis diſcipulis egenis. Cum viciſſim maior obligatio charitatis, & pietatis verſetur circa iſtos, quàm alienos. Arg. cap. eſt probanda, & cap. cæterum, & cap. non ſatis 88. diſt.

Pretium pro doctrina.

1486 Dubitabis 3. an præceptori licitum ſit aliquid à diſcipulis accipere pro doctrina tradenda? Videtur negandum, tum ex jure canonico cap. quoniam, & cap. Prohibeas, de Magiſtris, ubi ſicut ſtrictè prohibetur ne quis accipiat à Doctore pretium pro licentia docendi, ita Magiſtro præcipitur, ut gratis doceat. Tum ex jure civili antiquiſſimo, ubi per legem Titiam, ſeu (ut volunt aliqui) Cinciam prohibentur advocati pro cauſa orata munera accipere, ut videre eſt apud Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 1. cap. 186. num. 44. & videtur hoc etiam cadere in Magiſtro. Nihilominus certum eſt licere Magiſtris aliquid mercedis accipere pro labore docendi, ut rectè tradunt Illuſtriſſim. Acunha ad cap. de Eulogijs diſtinct. 18. num. 5. & Barboſ. ibid. tom. 5. Collect. Nam dignus eſt operarius mercede ſua, & ſicut miles non tenetur proprijs ſtipendijs militare, ita nec Magiſter gratis docere. Addit Sanchez lib. 2. Conſil. cap. 3. dub. 4. num. 3. quanvis Doctor ſit ditiſſimus, poſſe pretio docere, imò quò ſcientia eſt excellentior, & qui docet eſt peritior, poſſe maius pretium recipere pro docenda ſcientia, licèt minùs laboret: imò licèt poſſet ſuâ ſcientiam in alium ſine labore transfundere.

Collecta petenda à diſcipulis

1487 Ad hæc, quanvis habeatur in Gloſ. Minus ad cap. de Eulogijs citatum, quòd Magiſtri non petant collectam à ſcholaribus, ut libentiùs veniant ad ſcholas, tamen Magiſter poteſt exigere collectam à diſcipulis ſi pro docendi laborioſo munere publicum ac ſufficiens ſalarium non percipiat. Ita Acunha, & Barboſ. citati. Vide Barthol. Carthagenam in ſua expoſit. lib. 5. tit. 5. obſerv. 3. præpoſitum in cap. de quibuſdam num. 8. diſt. 37. & Gloſſam verbo pauperes, in cap. Quia nonnullis, de Magiſtris. In locis juris Canonici citatis, ubi præcipitur Magiſtris ut doceant

Digitized by Google

doceant gratis, ſeu nihil accipiant à diſcipulis, ſupponitur illos habere Eccleſiaſticum beneficium datum pro munere docẽdi, quod ſufficiat pro ſalario. Et ſic intelligenda eſt lex Titia prohibens advocatis acceptionem munerũ. Supponit enim eos habere ſalarium ſufficiens de publico.

1488 Dubitabis 4. an præceptor abſque labe Simoniæ poſſit, Theologiam vẽdere? Non loquimur de Theologia naturali, nempe ſcientia de Deo, ut author naturalis eſt: quia de hujuſmodi ſcientia dicẽdum eſt quod de reliquis ſcientijs naturalibus, nempe Simoniam non eſſe eas vendere. Ratio eſt, quia Simonia conſiſtit in venditione rei ſupernaturalis pro pretio temporali: eſt enim vitium oppoſitum religioni: vendere autem ſcientias naturales religioni non opponitur. Item nõ loquimur de Theologia infuſa à Deo, quæ eſt cognitio quædam divinarum ſcripturarum, & appellatur interpretatio ſermonũ. Cum enim ponatur inter dona Spiritus ſancti, clarum eſt Simoniam eſſe illius venditionem. Sola dubitatio eſt de Theologia prout eſt habitus ſciẽtificus acquiſitus naturaliter, quo ex fidei articulis concluſiones deducuntur.

Theologiam vendere an ſit Simoniacum.

Pro deciſione poſſunt diſtingui quatuor genera functionum. Primum eſt docere Theologiam ad inſtruendas mentes, ſine ordine ad probitatẽ morũ. Secundũ dare conſilia in foro conſcientiæ, ad dirigendos mores. Tertiũ concionari populo ſive fideli, ſive infideli. Quartũ docere rudimẽta fidei, ſeu catechizare. Dicam igitur breviter quidquid in hoc pũcto reſolvit Suar. lib. 4. de Simon. cap. 18. cui fere in omnibus conſentit Sanch. lib. 2. Conſil. cap. 3. dub. 4. Dico 1. recipere pretium pro exercendo primo genere functionum, Simonia non eſt. Patet, quia licet Theologia in ſe ſupernaturalis ſit, & in auditoribus generetur interdum ſupernaturalis aſſenſus, tamen actiones Magiſtri docẽtis naturales ſunt, & naturali modo cooperãtur ad hoc ut auditores diſcant, nec venditur ipſe aſſenſus, ſed labor collatus in docẽdo. Imò gradus Magiſterij Theologici, & jus, ſeu proxima habilitas ad docendũ temporalis honor eſt pretio tẽporali æſtimabilis. Quæ procedũt etiã ſi munus hoc beneficio ſit annexũ. Dico 2. recipere pretium pro ſecundo genere functionũ, nempe pro dando conſilio, quod ſiſtat in pura inſtructione intellectus, Simonia non eſt. Patet, quia illa inſtructio ut ſic non eſt minùs naturalis, quàm ſi daretur in materia ſpeculativa. Si autem ſit conſilium per modum exhortationis, dicendum erit de illo, quòd de concione. Dico 3. factus concionandi juxta omnes Theologos & Canoniſtas eſt materia Simoniæ, & ſine hujus labe vẽdi nequit. Patet, quia Verbum Dei eſt maxime ſpirituale, & cõcionator eſt veluti legatus à Deo miſſus ad tale munus, juxta illud Matth. 10. Euntes prædicate. Dico 4. Docere rudimenta fidei, & catechizare pro temporali pretio Simonia eſt, ſi vel fiat per modum exhortationis, vel catechiſm[us] tradatur per modum actus ordinis: ſecùs, ſi ſolum aſſumatur ad juvandam memoriam alterius. Utrũque patet ex dictis.

1489 Dubitabis 5. à quibuſnam libris publicè explicandis abſtinere teneantur Magiſtri? Reſpondeo, ſicut Magiſtri tenentur publicè explicare eos tantum libros, qui continent doctrinam ſanam, puram, utilẽ, & honeſtam, ita teneri abſtinere ab explicandis illis, in quibus eſt aliquid quod fidei orthodoxæ, aut bonis moribus adverſatur. Sumitur 1. ex Concilijs Lateranenſi ſub Leone X. ſeſſ. „ 9. Nihil (inquit) contra bonos mores, aut „ quod ad impietatem inducat, eos docere „ poſſint. Colonienſi ſub Adolpho 1. part. „ cap. 3. Intereſt (ait) ut tantum caſti, pij, „ & religioni orthodoxæ conſentientes au„ thores prælegantur. Conſonat Synodus Mediolanenſ. 1. ſub Carolo Borrhomæo part. 1. cap. de ludimagiſtris, Auguſtenſis cap. 26. Mogontina ſub Sebaſtiano cap. 26. & Valentina ſub Martino Ayala ſeſſ. 1. Quibus conſonant Societatis Conſtitut. 4. part. cap. 14. §. 2. ubi cavetur ut Magiſtri abſtineant ab ijs libris juventuti prælegendis, in quibus ſit aliquid quod poſſit nocere bonis moribus. Expreſſiùs „ Rat. ſtudior. Provin. reg. 34. Omni vigilan„ tia caveat, maximi momenti id eſſe ducẽdo, „ ut omnino in ſcholis noſtris abſtineatur à „ libris poetarum, aut quibuſcunque qui ho„ neſtati boniſquè moribus nocere queant.

Libri explicandi quinam.

1490 Sumitur 2. ex jure utroque, Canonico, Extrav. Turpia ludror. Innoc. IV. Extravag. Inter ſolicitudines Leonis X. Extrav. Apoſtolicæ Sedis Pauli IV. & cap. ideo prohibetur diſt. 37. Iure civili l. cætera ff. familiæ erciſcundæ, ubi Vlpianus comparat cũ malis medicamẽtis, ac venenis libros, quos vocat improbæ lectionis, & hos dicit pretiosus eſſe coercũ[..]ẽdos officio boni & innocentis judicis. Sumitur 3. ex Patribus, nam Origenes homil. 2. in Hierem. cõparat turpes & pravos libros calici aureo in quo propinatur venenum. Vnuſquiſq; „ (inquit) poetarum qui portantur apud vos „ (ſcilicet ethnicos) diſertiſſimi, calicẽ aureũ „ temperavit, in quem venenum injecit idola„ triæ, & venenum turpiloquij. S. Auguſt. lib. 1. „ confeſſ. cap. 16. loquẽs de Terẽtio. Non om„ nino (ait) per hanc turpitudinẽ verba illa cõ„ modiùs diſcuntur, ſed per hæc verba turpitu„ do iſta confidentiùs perpetratur. In eandem ſententiam Iſidorus lib. 3. de ſummo bono cap. 13. Hieronymus in Ionam cap. 3. Baſilius ad nepotes ſuos apud Caſtrum lib. 3. de juſta hæret. pun. cap. 9. & Damaſc. de fide lib. 4. capit. 18.

Turpium librorum cavenda.

Sumitur 4. ex ratione, quia nihil magis obſtat comparando fini Reipublicæ litterariæ, quod conſiſtit in vera ſapientia & honeſtate obtinenda, quàm falſitas doctrinæ, & depravatio morum: ſed nihil magis accommodum ad corrumpendam veram doctrinam, & depravãdos mores, quàm libri continentes falſa & turpia, præſertim quando diſcipuli ſunt pueri & juvenes. Inſtitutio (inquit Petrus Gregor. lib. 15. de Rep. cap. 1. n. 15.) puerorum eſt de modeſtia & puritate: pannus quippe nitidus facile maculas concipit, quæ aſpectum lædunt. Proprium pueritiæ eſt ſimplicitas, & promptus ad viſa & audita animus. Accedit quòd libri hujuſmodi (ut teſtatur Suar. tòm. 4. de Relig. tract. 10. lib. 5. cap. 6. n. 7.) ſub ſpecie eloquentiæ, & dulcedine linguæ Latinæ, & per oblectamenta fabularum pravas cogitationes immittunt, & mores inhoneſtos docent: imò excitant mentem ad libidinem; ergo Magiſtri omnino abſtinere debent à dictis libris publicè explicandis. Aliter peccabunt mortaliter, ut manifeſtè patet ex dictis, & ex doctrina, quam tradit Sanch. lib. 9. Matr. diſp. 46. n. 43.

1491 Dubitabis 6. qualiter peccare poſſit Magiſter ex immoderato appetitu habendi plures diſcipulos? Cũ evenire queat ut Magiſter velit implere ſuum illum appetitũ diſcipulos alliciendo, vel compellendo, duplex à nobis dubium expediendum eſt: alterum circa allectionem, Vtrum Magiſter peccet peccato uſuræ, ſi det mutuum pro concurſu plurium ſcholarium? Rectè affirmat Steph. Gratian. diſcep. foren. cap. 258. nu. 9. ex Abbate in cap. fin. col. pen. n. 17. de uſuris. Probatur, nam tunc cõmittitur uſura, quando pro mutuo ultra ſortem percipitur aliquid pretio æſtimabile, ut habetur tota cauſa 14. q. 3. ſed cõmodum concurſus plurium ſcholarium dicitur pecunia æſtimabile, ſiquidẽ per illud delectatur Doctor, & efficitur magis celebris; ergo ſi propter hoc detur mutuum ſcholari, cõmittetur uſura. Alterum circa compulſionẽ petit, utrum Doctor cõmittat crimen, quod appellant vim publicam, ſi ſcholares metu & cum armis per ſe, vel per alios cõpellat, ut ſcholam ſuam intrent? Rectè affirmat Tiberius Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 16. n. 35. Patet, quia vim publicam cõmittit non modò qui cætu armatorum convocato inſultum, vel injuriam facit, de qua in l. 3. init. ff. de vi publi. ſed etiam quando qui ſolus cum armis inſultũ vel injuriam facit, ut ſumitur ex l. 2. §. hoc edicto ff. vi ben. rapt. & tradit Clarus lib. 5. ſent. recepr. §. fin. quæſt. 83. Ergo prædictam vim committet Doctor ſcholares metu & armis compellens.

Vſura in Magiſtro quæ.

Vis publica in Magiſtro.

De pænis vis publicæ lege Decium citat. cap. 18.

QUÆSTIO III.

Qualiter teneatur Magiſter erga quoſcũque, etiam non diſcipulos?

1492 MAgiſtrorum obligationes, quæ ſunt ipſis peculiares in ordine ad ſolos diſcipulos ſuperiori quæſtione utcũq; expoſuimus: modò ſcrutari libet illatũ fuſius objectũ, ut nempe accipiantur in ordine ad quoſcunque. Et quidem ſi attendantur præcepta ortum habẽtia ex virtute religionis, imprimis de juramento quo obſtringuntur Magiſtri, & quicunq; graduati de parendo Rectori, & nõ contraveniẽdo Academiæ, ſatis egimus nu. 727. De præceptis Eccleſiæ unum vel alterum expediendum eſt: primum, an Magiſtri ex præciſa ratione ſui muneris laborioſi excuſentur à jejunio Eccleſiaſtico? Quantis Magiſtri diſtringantur, ac propemodum obruantur laboribus, latè proſequitur Petrus Gregor. de Repub. lib. 18. cap. 7. num. 4. idque probat ex cap. de quibuſdam, ubi Gloſſ. & Archid. 37. diſt. cap. 2. de privileg. in 6. cap. fin. de Magiſtris, & cap. Licet, de præbend. Ad quæſitum reſpondent cum limitatione Sylveſt. v. jejunium quæſt. 9. Ledeſm. 2. 4. quæſt. 17. art. 2. fol. 201. Medina Cod. de jejunio, Navarr. in Summa cap. 21. num. 16. Margarita Confeſſ. quæſtion. moral. fol. 111. & Fagundez in pract. 4. Eccleſ. lib. 1. cap. 8. num. 19. aſſerentes Magiſtrum excuſari à jejunio, modò ex officio vel obedientia habeat docendi munus, cum quo jejunium commodè ſtare nequeat: vel ſaltem quando ex munere docendi ſequatur magna utilitas, quæ per alium æquè benè præſtari nõ poſſit.

Ieiunium Magiſtrorum.

1493 Nihilominus excuſari abſolutè à jejunio exercentem munus docendi, etiam ſi omninò voluntariè exerceat, quando ſimul cum illo jejunare nequit, probabiliùs tenet Sanchez lib. 5. Conſil. cap. 1. dubit. 13. num. 2. ex Sancto Thoma in 4. diſtinct. 15. quæſt. 3. artic. 1. quæſtiunc. 2. ad 3. Gabriele in 4. diſtinct. 16. quæſt. 3. artic. 1. Viguerio lib. Inſtitut. cap. 7. §. 3. vet. 1. Armilla v. jejunium num. 5. & Tabiena quæſt. 18. Probatur, quia jejunium non debet eſſe impeditivum maioris boni, nec obligare cum magno incommodo: conſtat autem docendi exercitium, ſicut & concionandi, & audiendi confeſſiones eſſe maius bonum, utpote opus charitatis & miſericordiæ,

Docendi munus excipiat aliquando à jejunio.

Digitized by Google

cordiæ, quam abſtinentia, cujus actus eſt jejunium. Facit cap. non mediocriter de conſecr. diſtinct. 5. ubi ſic : Non mediocriter „ errãt qui bono magno præterũt mediocre „ bonum. Nonne rationabilis homo dignitaté amittit, qui vel jejuniũ charitati, aut vigilias præfert ſenſus integritati ? Addit Sanch. n. 3. non obſtare quòd opera docendi, concionãdi, & ſimilia fiant principaliter ob lucrum: quia lucrum licitum non eſt mala circunſtantia, nec per hoc deſinit actus eſſe æquè bonus, aut melior quàm jejunium.

Grãmatica Magiſtri excuſantur à jejunio, non ſic alij.

1494 Cum verò tota ratio excuſationis ſit labor docendi prout incompatibilis cum jejunio, videndum eſt, an omnis ille labor ex ſe habeat hujuſmodi incõpatibilitatem, ut palam fiat quinam Magiſtri, & an omnes ex præciſo illo labore excuſentur. Non omnem docendi laborem eſſe incompatibilem cum jejunio, proindeque ſufficienté ad excuſandum, rectè docet Sanch. citatus, ubi affirmat 1. lectores Grammaticæ in Societate, qui quatuor lectiones legunt (idem diceret de profeſſoribus philoſophiæ) quanvis fortes ac robuſtos, non teneri jejunare totam quadrageſimam: ſufficit (inquit) quòd jejunent tribus diebus in hebdomada: ſi aliquis fuerit debilior, minus, vel nihil jejunet. Superiores (addit) ad tollendum omnem ſcrupulum debent facilè cum eis diſpenſare. Affirmat 2. Magiſtros Theologiæ, utriuſque juris, & medicinæ, qui quotidie legunt unicam lectionem, ex præciſa ratione laboris non excuſari à jejunio. Quia labor ille ex ſe moderatus eſt. Affirmat 3. extraordinarium laborem actus publici, ſive patrocinantis, ſive examen laborioſũ ſubeuntis, excuſare, ſi commodè cum jejunio haberi nequeat.

Jejunium examinãdi.

Horæ prãdij anticipatio in jejunio.

Cum ſit lethale anticipare notabiliter horam prandij in jejunio ſine legitima cauſa, ut contra Angelum v. jejunium §. 2. & Richardum in 4. diſtinct. 5. art. 3. quæſt. 8. rectè docent Caietan. 2. 2. quæſt. 147. art. 7. Navarr. in Manuali cap. 21. num. 27. & Azor tom. 1. lib. 7. cap. 11. quæſt. 4. quærimus an ſit legitima cauſa faciendi talem anticipationem, cauſa docendi ? Affirmativa reſolutio, quæ vera eſt, traditur à Navarro in Manuali Latino cap. 21. num. 27. Azorio tom. 1. lib. 7. cap. 11. quæſt. 4. Sylveſtro v. jejunium quæſt. 4. & Fagundez præcep. Eccleſ. 4. lib. 1. cap. 3. num. 10. Patet, quia opus docendi cum ſit optimum, & valde utile, ac publico bono conducés præbet cauſam rationabilem, proindeque legitimã talis anticipationis.

Docere die feſto.

1495 Secundum expediendum eſt, an Magiſtro liceat diebus feſtis docere, ſcribere, tranſcribere ? Actum docendi non eſſe prohibitum diebus feſtis, tradunt authores unanimi conſenſu, ut videre eſt apud Suarium tom. 1. de Religion. lib. 2. cap. 12. & Fagundez 1. præc. Eccleſ. lib. 1. cap. 11. num. 3. Patet, nam præcepto Eccleſiæ ſolum prohibetur opus ſervile, ſeu mechanicum: ſed actus docendi opus liberale eſt, non ſervile; ergo licet diebus feſtis. Minor ſuadetur explicato diſcrimine inter opus ſervile & liberale, quod deſumitur tum ex cauſa efficiente, tum ex finali: illud enim eſt opus ſervile, ad cujus exercitium ſervos deputatos habemus, & quod immediatè cedit in utilitatem corporis: illud eſt opus liberale quod ſolet fieri per quoſcunque etiam nobiliſſimos, & cedit immediatè in commodum animæ. Hoc autem ſecundo modo ſe habet actus docendi, cum fiat etiam per valde ingenuos, & ordinetur ad mentem illuſtrandã. Vnde Suar. citat. n. 5. & 6. addit licitum eſſe toto die feſto ſtudere cuicunque diſciplinæ, imò docere facultates liberales, etiam Mathematicas, quanvis ad hoc neceſſarium ſit aliquas ducere figuras. Talis enim delineatio, utpote ad illuſtrandum intellectum, ſervilis non eſt.

Studere die feſto.

Scribere die feſto.

1496 Dubium eſt 1. an liceat die feſto actus ſcribendi ? Negant Richar. in 3. diſt. 37. a. 2. q. 4. Roſella v. feriæ n. 7. Ange. ibid. n. 31. & Tabiena ibid. n. 39. ſi talis actus fiat ob lucrum, ſecus, ſi fiat gratis. Affirmandum tamé abſolutè licere actũ ſcribẽdi die feſto, etiam ſi fiat ob lucrum. Ita Suar. citatus cap. 24. num. 3. Sanch. citat. dub. 8. num. 3. & Fagund. num. 4. Probatur, nam ſcribere eſt opus liberale; cum ordinetur ad docendum & diſcendum per manifeſtationem conceptuũ, tanquã locutio permanés, quæ fit ſcriptura, ſicut locutio ſucceſſiva, quæ fit labijs: intentio autem, vel ſpes lucri non reddit opus ſervile, ut ex dictis manifeſtum eſt. Dubium eſt 2. an liceat die feſto actus tranſcribendi ? Negant Caietan. 2. 2. quæſt. 122. num. 4. verſ. ad ſecundum dubium, Sylveſt. v. Dominica quæſt. 3. conc. 5. Margar. confeſſ. 3. præc. 3. fol. 70. & Pedraza 3. præcep. Probant, quia tranſcribere eſt opus ſervile eo modo, quo pingere, vel imprimere: ſiquidem tranſcribere nihil aliud eſt quàm formare characteres ad extra, juxta formam exemplaris, à quo tranſcribitur. Cum prædictis authoribus ſentiunt Navar. in Manual. Lat. cap. 13. num. 14. Philiar. de offic. ſacerd. p. 2. lib. 3. c. 23. Sotus de juſtit. lib. 2. q. 4. a. 4. & Azor tom. 2. lib. 1. cap. 27. quæſt. 4. modo tranſcriptio fiat ob lucrum; ſecus, ſi fiat gratis. Affirmandum tamen abſolutè eſt actum tranſcribendi eſſe licitum die feſto, etiam ſi fiat ob lucrum. Ita Suar. tom. 1. de Religion. lib. 2. cap. 25. num. 4. Sà v. feſtum num. 5. Ludovic. Lop. in inſtruct. lib. 1. cap. 52. Medina inſtit. pro confeſſ. lib. 1. cap. 14 §. 8. & Sayrus in clavi lib. 7. cap. 2. n. 14. Probatur, quia actio tranſcribendi ex ſe mentalis eſt, cũ à mẽte procedat, & ad mentem ordinetur: per accidens autem

Tranſcribere die feſto.

eſt, quòd hac vel illa intentione fiat ab operante: item quòd famulus in utilitatem domini, vel alius nihil intelligens ſolo corpore in tranſcribendo laboret. Hinc patet differentia inter ſcripturam & picturam: nam licèt utraq; procedat à mente, tamen ſcriptura procedit ad exprimendos mentis conceptus, ratiocinia, & judicia: pictura verò procedit tanquã quoddam artefactum, quod conformatur idolo mẽtis, ut domus, vel navis. Et hæc eſt ſolutio fundamenti partis contrariæ.

Clamor ſcholaſticus, & vocalitas docentis.

1497 Vt proſequamur alias Magiſtrorum obligationes, quæ poſſunt habere ortum ex juſtitia, & illorum officio, imprimis teneri Doctorem, vel Lectorem non ceſſare à lectura propter ſubſannationem, vel clamorem ſcholarium, tenet Gloſ. fin. in can. ſcimus diſt. 43. quam refert & ſequitur Steph. Daoyz v. Doctor num. 4. Videntur moveri, quia obligatio Doctoris ad legendum ex pacto & officio ita gravis & urgens eſt, ut propter levem cauſam, qualis eſt illa ſcholarium ſubſannatio, & comploſio ſuſpendi nequeat. Tenetur etiam Doctor dum vel dictat, vel exponit, vocem ita ſuis auditoribus attemperare, ut ſi præ nimia vocis contentione alios Doctores legentes impediat, cogi poſſit ad ſilendum, vel demiſſè loquendum. Ita Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 3. caſu 137. num. 17. Tota ratio eſt publica Academiæ utilitas, & rigoroſum jus, quod habent profeſſores ne à ſuo exercendo munere impediantur.

Cathedra per injuſtã ſententiã ablata retineri poſſit.

1498 Dubitabis 1. an Doctor abſque obligatione reſtitutionis poſſit retinere cathedram, ſibi à legitimo collatore datam, quam ſcit ab alio Doctore ablatam per judicis ſententiam in rei veritate injuſtam, falſis nempe teſtibus, falſove fundamento latam, tamen ſecnodùm allegata & probata juſtam? Pars affirmativa ſaltem ut probabilis defenditur ab Inoocent. in cap. quia plerique, de immunit. Eccleſ. Panorm. in cap. 1. de conceſſ. præb. & Leſſio lib. 2. cap. 31. de reo & advocato dub. 4. num. 28. Fundatur 1. nam eo ipſo quòd condemnatus acquievit ſententiæ non appellando, negotium tranſivit in rem judicatam, juxta cap. cum dilectus, de elect. & cap. quod ad conſultationem, de ſent. & re judic. ergo tunc manſit reus omnino ſpoliatus tali cathedra vel beneficio, quæ proinde alius a legitimo collatore juſtè accipit, & retinet. Fundatur 2. quia Princeps ex cauſa rationabili poteſt diſponere de bonis per privatos poſſeſſis, præſertim communibus, qualia ſunt officia, beneficia, cathedræ: eſt autem rationabilis cauſa vitare incertitudinem juriſdictionum, & curare ut judicia procedant, attendendo ad notitiam publicam, & juridicam, quæ habetur per allegata, & probata.

1499 Hæc ſententia (ut benè notat Fagund. in Decal. lib. 8. cap. 32. num. 8.) ſolùm cenſetur probabilis, quando ille Doctor retinens cathedram ſibi à legitimo collatore datam, poſita materiali injuſtitia ſẽtentiæ, nihil cooperatus fuit ad talem injuſtitiam: ſi autem cooperatus fuit exiſtens v. g. accuſator, vel author optimè ſciens alium eſſe innocentem, probabilitate omninò caret. Siquidem certiſſimum eſt cauſam influentem injuſtè in damnum, teneri ad illius reparationem. Nihilominus pars negativa, ſcilicet dictum lectorem non poſſe retinere cathedram (& idem foret de officio, aut beneficio) abſque obligatione reſtitutionis, probabilior eſt. Defenditur à Soto lib. 5. juſt. q. 4. a. 5. & Theologia communiter, ut teſtatur Fagund. citat. num. 9. Probatur, quia ſententia non habet vim obligandi niſi quatenus ex veris probationibus jus ſuum cuique tribuere, & veri juris declarativa eſt, proindeque in dubio de illius juſtitia, pro illa præſumendum eſt: ſi autem alicui conſtet illam eſſe injuſtam, penes talem, ceſſante præſumptione, nullius roboris erit, atque adeo nullum jus tribuet. Igitur nihil refert Doctori habenti cathedram, & ſcienti injuſtitiam ablationis, quòd ſententia fuerit juſta ſecundùm allegata & probata. 1. fundamentum partis oppoſitæ non obſtat, quia condemnatus non appellans non cenſetur renunciare juri ſuo, ſed ſolum invitus quieſcere ad vitandas maiores moleſtias. 2. etiam nil conficit, quia licèt ſupremus Princeps habeat poteſtatem transferendi jura & dominia ob bonum publicum, tamen in noſtro caſu non conſtat tranſtuliſſe: quia non apparet lex aliqua hoc convincens.

Officium aut beneficio per injuſtam ſententiã [illegible]

Locus collegij non recuperatur a Doctore reſtituto.

1500 Dubitabis 2. an Doctor reſtitutus ad collegium, quo ob ſui culpam fuerat privatus, recuperet locum interim alteri conceſſum? Vera eſt negativa reſolutio, quam in ſpecie tenent Bart. & Decius in l. cum quid prima lectura num. 11. ff. ſi certum petatur. Felio. conſ. 1. num. 29. Alciat. de præſum. reg. 1. præſum. 45. & Menoch. lib. 5. de præſump. præſ. 46. num. 8. & de remed. recuper. poſſeſſ. rem. 10. num. 106. Sumitur ex doctrina generali, quia reſtitutio juris, vel hominis ad alterius injuriam non trahitur l. 2. §. meritò, & §. ſi quis à Principe ne quid in flum. pub. l. nec annus C. de emancip. lib. Solet enim reſtitutio, re integra, plenum ſui effectum operari: non cum rebus diſtractis, & alienatis conceditur. l. quod ſi minor §. ſcævola ff. de minor. Confirmatur, & explicatur exemplis. 1. quia Doctor reſtitutus, non intelligitur reſtitutus ad lecturam, qua fuerat ob crimen privatus, ſi illi alter fuit præpoſitus. Ita Lucas de Penna in l. cum allegaris col. 4. Cod. de re milit. lib. 12. 2. Vaſſallus reſtitutus non reſtituitur quoad ea, quæ alteri, pendente privatione, fuerunt conceſſa.

Reſtitutus ad aliquod officium non recuperat bona diſtracta.

ceſſa. Ita Bart. in l. ult. num. 7. C. de ſent. paſſ. 3. Reſtitutus ad decurionatum, non ingreditur dignitatis locum, niſi ſuo tempore illius, qui fuit interim electus. l. 2. §. ſi alia ff. de decurion. 4. Bona fiſco delata deportato reſtituto non reſtituuntur, ſi deportatione pendente in alterum alienata fuerunt. Ita Barbat. conſ. 43. col. 4. lib. 2. Galea. conſ. 36. num. 19. & Iaſ. conſ. 21. lib. 3. Vide de hac re latè & doctè Emman. à Coſta §. & quid ſi tantum 2. p. n. 42.

Bona criminoſi alienata.

1501 Poſitam reſolutionem Menochius citat. remedio 10. à nu. 11. multis citatis limitat quadruplicitèr. 1. ut non procedat quando ex cauſa publicam reſpiciente utilitatem reſtitutio fieret, ut ex cauſa pacis civitatis, vel regionis. Tunc enim reſtitutus habebit omnia alienata. Quod intelligit Afflict. deciſ. 361. num. 26. niſi eſſent alienata in Eccleſiam: quia tunc Princeps ſecularis non poſſet ei præjudicium inferre. 2. ut non procedat quando eſt facta reſtitutio per viam juſtitiæ, non per gratiam: cum enim reſtitutio ex juſtitia ſit favorabilior cæteris, reſtitutus eo modo dicitur reſtitutus etiam ad alienata. Quidquid in contrarium ſentiat Lancelotus Galliaul. d. §. & quid num. 69. 3. ut non procedat, quando in conceſſione reſtitutionis fuiſſet à Principe poſita clauſula, non obſtante alienatione in alterum facta, vel alia clauſula per quam reſtitutio pleniſſima eſſet conceſſa. Quidquid in oppoſitum opinentur Io. Crotus d. §. & quid num. 120. & Fortunius Garzia num. 241. 4. ut non procedat quando interim alteri fuiſſet jus quæſitum ex non facto, etiamſi deinde ex gratia reſtitutio conceſſa foret. Ita Felin. conſ. 10. n. 2.

1502 Dubitabis 3. an Doctor teneatur ad ſolvendum Decimam Eccleſiaſticam de collecta ſcholarium? Benè reſpondent affirmativè Rebuff. tract. de decimis q. 12. num. 5. Monet. eod. tract. cap. 4. num. 28. & Barb. tom. 2. collect. ad cap. paſtoralis, de decim. num. 9. Sumitur ex eodem cit. cap. & ex eo quia advocatus decimam tenetur ſolvere de advocatione; ergo etiam Doctor de ſua collecta.

Decimam Doctor debet.

Dubitabis 4. an ſi Doctor promiſit legere per biennium, & intra illud aliquo tempore fuit impeditus, teneatur tantundem temporis poſtea implere, vel debeat tale tempus ſibi redintegrari? Pro parte affirmativa facit 1. quòd impedito ſervire terminus redintegrari debet, ut ſemper verba intelligantur cum effectu. l. 3. §. hæc verba ff. quod quiſque juris. Vnde electio officialis abſque ipſius culpa inanis reddi non debet. Facit 2. textus in l. ſervus qui teſtamento 14. §. ſervus cum hæredi ff. de ſtatu liberis, ubi ſervus liber eſſe juſſus eſt, cum hæredi ſeptem annis ſerviſſet: cum vero fuga per annum abfuerit, ſeptem annis elapſis, quærebatur, an liber eſſet, & reſpondit Vlpianus non fore liberum, niſi ſerviſſet totidem quot aufugiſſet. Similis eſt caſus tex. in l. Paulus reſpondit §. Caius, juncta Gloſ. ff. de liber. ergo tempus quod deeſt, redintegratur.

Tempus lecturæ an redintegrandum.

1503 Nihilominus pars negativa tenenda eſt, quæ in ſpecie defenditur à Panorm. in cap. fin. de judic. & videtur placuiſſe Bartolo in l. ſi ita ſtipulatus num. 2. ff. de verb. oblig. aſſerenti quod lapſo ſemeſtri, intra quod officialis fuit impeditus ſervire, nõ debere ſibi redintegrari aliud tantum tempus, quo fuit impeditus ſervire. Ratio eſt, quia officialis electus ad ſemeſtre, intelligitur de proximis ſex menſibus ſequentibus tantum, & ſic proviſio talis officij intelligitur de proximo ſequenti ſemeſtri, ut ſentit Bart. d. l. ſi ita ſtipulatus col. 2. num. 2. & conſentit Iaſ. num. 16. quibus ſubſcribit Alvar. Valaſc. tom. 2. conſult. 155. num. 5. ubi teſtatur ſe ita vidiſſe judicatum à Senatu ſupremo: nam electus quidam in ædilem, cum fuiſſet impeditus per objectiones oppoſitas; & elapſo tempore obtinuiſſet ſententiam pro ſe de bona electione, non potuit obtinere, ut redintegraretur ſibi tempus. Ad primum pro parte contraria fatemur verba debere intelligi cum effectu, ſed in eadem re, non in alia: cum verò illud officium exercendum ſit pro tempore ſequenti præfixo, & non pro alio; tali tempore elapſo nõ datur locus redintegrationi. Ad ſecundum ex l. ſervus qui teſtamento, apparet diſcrimen inter ſervum & officialem: quia in lege citata, adjecta eſt conditio temporis in genere: cum enim jubetur ſervus eſſe liber poſt ſeptem annorum datas operas, non limitatur ad primum ſeptennium proximum: ſecùs in caſu de officialis ſemeſtri, vel Doctoris biennio, cum (ut oſtendimus) intelligatur de proximo.

Donatio Doctoris.

1504 Dubitabis 5. an Doctor poſſit donare concubinæ ſuæ? Reſpondetur negativè, & procedit de licentiato, & advocato, ut videre eſt apud Caſſan. de conſuet. Burgun. Rub. 1. §. 5. num. 4. Vincent. de Franch. deciſ. 111. Aloyſ. Ricrium in collect. deciſ. p. 4. collect. 791. Gutier. de juram. confirm. p. 1. cap. 6. num. 6. Garci. deciſ. 29. Pereg. de jure fiſci lib. 1. tit. 9. num. 7. & Bened. Ægid. de jure & privil. honeſt. art. 8. num. 24. Ratio prohibitionis eſt, ne Doctor propter libidinem, concubinæ illecebris allectus bonis proprijs ſpolietur. Ex quo infert Manti. de tacit. & ambig. convent. lib. 11. tit. 3. num. 14. poſſe facere donationem concubinæ alterius, cum in hac ceſſet prohibitionis ratio. Notat tamen Emman. Barb. ad Ordinat. Luſit. lib. 4. tit. 66. num. 2. uxoratum, militem, clericum, & Doctorem poſſe ſuis concubinis donare pro meritis & ſervitijs in ipſos collatis, ut tenent Gutier. cit. cap. 6. num. 11. & Cabed. p. 1. deciſ. 116. ubi limitat in ſervitio turpi, quod concubina fecit in concubinatu. Merita tamen & ſervitia facta à concubinis in donatores

Concubina Doctoris ad donationem.

Digitized by Google

thuntes debent probari, & non eſt ſtandum cõfeſſioni concubinarij, ut reſolvit Barb. cit. n. 2. ex Menoch. de præſumpt. lib. 3. q. 29. num. 27. Bellacomb. tom. 1. commun. opin. lib. 5. tit. 15. & Maynar. lib. 2. deciſ. 90.

QVÆSTIO IV.

Qualiter teneatur Doctor in conſulendo?

1505 PRæter eas Doctoris obligationes, quas hactenus in ſuperioribus expoſuimus, eſt alia præcipua & multiplex, quæ videtur pullulare ex illius poteſtate & officio, poteſtque explicari ſub una quæſtione inquirente, an teneatur Doctor, & qualiter dare conſilia petentibus? Quod attinet ad primum, teneri Doctorem in facultate, quam profitetur, dare conſilia petentibus, videtur conſtare, tum ex poteſtate, quam per graduationem accepit, tum ex Doctorali munere. Nam laureatus fuit in ordine ad docendum, ad idq; in Doctoratu poteſtatẽ accepit: & quidem finis Reipublicæ litterariæ in creandis Doctoribus, eſt habere viros doctrina præſtantes, per quos reliqui erudiantur: hujuſmodi autem eruditio apparet non ſolum quando Magiſter è cathedra publicè docet, ſed etiam quando privatim conſulit. Vnde Bernardus Dias reg. 197. Doctor (inquit) poteſt compelli invitus ad conſulendum. Gloſ. in l. 2. Cod. de proxim. ſacr. ſcrin. lib. 12. ubi Bar. etiam tenet. Limitat tripliciter Felinus, quem vide ad cap. ſi pro debilitate col. 4. de offic. deleg. Addit in annot. Salzedus quod idem eſt in advocatis ſtatutum, qui compelli à judice poſſunt, ut ſuum patrocinium petentibus præſtant l. 1. §. ait prætor ff. de poſtular.

Conſilia dandi obligatio.

1506 Hæc ſic obſcurè prolata, ut innoteſcant perſpicuè, notandum eſt Doctorem & advocatum poſſe dupliciter accipi. 1. radicaliter, & veluti in actu ſignato cum ſola graduatione, & radicali poteſtate ad docendum. 2. formaliter, & veluti in actu exercito, quando ſcilicet Doctor habet cathedrã, & ſalariatus eſt ad docendum: item advocatus habet expeditum munus, & ſalariatus eſt ad patrocinandum. Si accipiantur primo modo, non video in illis obligationem juſtitiæ ad docendum, patrocinandum & conſulendũ. Quia non apparet contractus etiam tacitus, qui poterat eſſe radix talis obligationis. In graduatione enim acceperunt poteſtatem illam abſque illa obligatione. Non dubito tamen poſſe aliquando teneri ex charitate, id exigente proximi neceſſitate, quæ poſſit abſque notabili incommodo ſublevari. Non dubito etiam poſſe magiſtratum cogere Doctorem illum ad docendum, & advocatum ad patrocinandum, ſi bonum publicum id poſtulet. Si accipiantur ſecundo modo, tenentur ex juſtitia docere, patrocinari, & intra eoſdem limites doctrinæ & patrocinij cõſulere. Patet, quia ad munus præſtandum ex officio, & contractu obſtringuntur. Explicatur utraque pars exemplo ſacerdotis: hic enim ſacerdotali ordine initiatus, & ab Epiſcopo approbatus ad audiẽdas confeſſiones, adhuc non tenetur ex juſtitia illas audire: poteſtas enim non ſecum affert obligationem juſtitiæ: quando verò talis ſacerdus accipit eccleſiam curatam, & fit parochus, obligatur ex juſtitia ad miniſtranda ſacramenta ſuis parochianis.

Docẽdi et patrocinãdi obligatio.

1507 Quod attinet ad ſecundum, de modo & obligatione benè conſulendi, & patrocinandi, Doctor imprimis tenetur in conſulendo moveri potius veritatis, quàm æris ſtudio, ut monet Caſtilho de uſuf. lib. 1. cap. 41. num. 8. tenetur deinde non errare in conſilio præſtando: ſupponitur enim eſſe omni doctrina abunde inſtructus, & optimè paratus ad docendum & conſulendum. Hinc eſt quòd Doctor legum minor viginti quinque annorum non poſſit petere reſtitutionem in integrum adverſus ea quæ omiſit allegare, vel probare in cauſa ſua, licèt alteri minori reſtitutio detur. Habetur l. 1. Cod. qui & adverſus quos. Quia tali Doctori minori poteſt rectè opponi ſuum deſiderium & oppoſitionem inter ſe diſcrepare. Cum debeat eſſe peritus atq; inſtructus in arte cauſidica. Vnde ſi dicat (inquit Angel. in l. 1. §. pueritia ff. de poſtuland.) ſe deceptum in jure, allegat ſe non eſſe Doctorem, ſed potius legum dolorem. Turpe enim eſt patritio viro jus, in quo verſatur, ignorare. l. 2. §. Quintius Mutius ff. de origine juris. Ita Boer. deciſ. 350. num. 6. Iaffred. deciſ. 395. cent. Mantuan. ſing. 520. Strach. de mercat. par. 3. cap. 27. Gomez var. tom. 2. cap. 14. num. 5. Cald. Perey. in l. ſi curatorem v. læſis num. 35. & Aviles in l. prætor. cap. 33. num. 4. Verum quidem eſt quòd in dubio, àn Doctor conſulendo erraverit, cenſendus eſt non erraſſe, cum præſumptio ſtet pro illius doctrina, & probitate. Si enim Doctor non præſumitur falſum feciſſe, ut tenet Menoch. lib. 5. præſ. 2. n. 20. ſic non præſumetur falſum dixiſſe.

Conſulẽdi benè obligatio in Doctore.

Reſtitutio in integrũ denegatur Doctori minori.

Falſum feciſſe Doctor non præſumitur.

1508 Triplex adhuc ſupereſt expedienda difficultas. Prima eſt, an Doctor interrogatus à judice, ſi illi conſulat mortem, vel mutilationem juſtè ac legitimè inferendam, ex ſequuta irregularitatem incurrat? Videtur affirmandum ex communi ſententia, quam tenent Navarr. in Manu. cap. 27. nu. 212. Covar. Clem. ſi furioſus par. 2. §. 5. & Sylv. v. ho-

Irregularitas Doctoris conſulentis.

v. homicidium 3. num. 3. aſſerentes incurrere irregularitatem omnes qui cooperantur ad cauſam juſtam ſanguinis; ſive ad ſententiam & capturam damnandi, ſive ad executionem ſententiæ, morte, aut mutilatione ſubſequuta. Sumitur ex cap. ſi quis viduam, 50. diſt. & ex cap. clericis, ne cleric. vel monach. qui autem conſulit in cauſa ſanguinis pro ferenda ſententia mortis, aut mutilationis, ad illam cooperatur; ergo ſubſequuta morte, vel mutilatione irregularitatem incurrit. Negandum tamen eſt cum Molina de juſt. commut. tract. 3. diſput. 74. num. 6. Ratio eſt, quia ad incurrendam irregularitatem ſolum cenſetur cooperari ſententiæ ſanguinis ille conſiliarius, qui proximè ac directè influit exhortando & incitando judicẽ ad talem ſententiam: quando autem Doctor judici interroganti aperit jus, & quid habeat natura rei, juriſve diſpoſitio, non influit exhortando & incitando, eſto judex ſic edoctus moveatur ab ipſa rei veritate ad ſententiam ferendam. Aliter irregulares fierent qui voce aut ſcripto docendo explicant jus, & concionatores qui è ſuggeſtu idem declarant, & à fortiori qui hortantur in genere ad juſtitiæ exequutionem, quando non intendunt alicujus mortem, aut mutilationem in particulari; quod dicendũ nõ eſt. Patet, quia illi non ſunt cooperatores proximi, ſed remoti eorum, quæ judices tali conſilio, vel adhortatione permoti efficiunt, ſicut qui hortatur ad bellum juſtum non eſt cauſa proxima homicidiorum, quæ eveniunt in tali bello. Et ex hoc manet ſolutum fundamentum partis cõtrariæ, ſeu explicata communis ſententia.

Reſtitutio malè conſulentis.

1509 Secunda difficultas eſt, Vtrum, & quomodo teneatur ad reſtitutionem Doctor ex conſilio falſo pernicioſo. Supponendum eſt alium dari conſulentem ex officio, qualis eſt confeſſarius, & advocatus, alium, qui ex officio non conſulit, & utrunque poſſe dare falſum ac pernicioſum conſilium ſive mala fide culpabiliter, ſive bona fide inculpabiliter. Dico 1. qui docendo, vel conſulendo culpabiliter & mala fide falſam doctrinam tradidit, tenetur ex juſtitia reſtituere revocando proximum ab errore. Ita Ledeſma 2. 4. q. 18. a. 2. dub. 1. fol. 241. Navarra de reſtit. cap. 2. nu. 3. fol. 49. Caietan. v. reſtitutio cap. 7. Sylveſt. v. reſtitutio 3. q. 1. Aragon. 2. 2. q. 62. a. 2. fol. 177. & Sanch. lib. 1. Conſil. cap. 3. dub. 4. num. 3. Ratio manifeſta eſt, quia Doctor ſic decipiendo irrogavit injuriam, & fuit cauſa injuſta damni, quod proinde reparare tenetur. Notat Caiet. d. cap. 7. teneri prædictum reſtituere docendo veritatem, vel ſignificando falſa eſſe, quæ docuerat. Quod tamen Sanches cit. num. 4. ſic intelligit & recipit, ut ſi ille tenebatur ex officio docere, qualis Confeſſarius, & advocatus, non ſatisfaciat dicendo eſſe falſa quæ docuit, ſed teneatur ex juſtitia docere veritatem: ſi verò ex officio non tenebatur docere, ſatisfaciat affirmando eſſe falſa quæ docuit.

Retractatio doctrinæ.

1510 Dico 2. Doctor ſive medicus, ſive advocatus, qui bona fide & inculpabiliter dedit falſum conſilium, ex quo damnum ſequutũ eſt, quanvis teneatur ex charitate aperire veritatẽ cognitã, at nõ tenetur ad id ex juſtitia, nec proinde reparare damnũ. Eſt de mente authorum, quos proximè citavi, uno excepto Aragonio. Exprimitur à Sanch. citat. dub. 5. num. 2. Probatur, quia obligatio reſtituendi in tali caſu ſolum poterat oriri ex re accepta, vel ex injuſta acceptione: ſed dictus conſulens non tenetur ex re accepta, quia ex tali conſilio (ut ſuppono) nec factus eſt ditior, nec res aliqua apud ipſum extat: deinde non tenetur ex injuſta acceptione, quia in dando conſilio non peccavit; ergo non manet obnoxius reſtitutioni.

Irregularitas medici.

Ex dictis infertur 1. quid dicendum ſit in ordine ad contrahendam irregularitatem, de medico, qui inculpatè dedit conſilium alicujus medicinæ ſumendæ infirmo, quam poſtea, cum non eſt medicus ejus, videt eſſe lethalem, & nõ admonet, ac tandem infirmus moritur. Talis enim medicus non fit irregularis. Quia in non monendo ſolum peccavit contra charitatem: ut autem fiat irregularis non impediens mortem, debet teneri ex juſtitia & officio illam impedire. Ita Sanch. d. dub. 5. n. 3.

Falſæ doctrinæ quomodo retractãdæ.

1511 Infertur 2. quid tenendũ ſit de regularibus falſa docentibus, vel conſulentibus: ſic enim reſpondet Pellizar. tract. 5. cap. 12. num. 62. eos teneri ex charitate, ſi bona fide, & inculpabiliter doctrinam illam tradiderunt, retractare, dummodò ſine gravi incommodo retractare poſſint: ſi autem tradiderunt ex officio, v. g. ut lectores, caſuum conſcientiæ reſponſores, aut confeſſarij, vel ſi mala fide & culpabiliter, teneri ex juſtitia, & cum graviori incommodo retractare. Patet, nam priores ratio charitatis obligat mitiùs: poſteriores ratio commutativæ juſtitiæ vel ex officio, vel ex damno injuſtè dato graviùs obligat. Quid ſi regularis in prælectionibus publicè dictatis deprehendit eſſe aliquos errores in materia morali? Reſpondet cit. Pellizar. num. 63. ſi errores abſque morali ipſius culpa irrepſerunt, & commodè poteſt, teneri eos corrigere, curando ut de ijs moneantur diſcipuli in præſentia ipſius ſcholam frequentantes: nõ tamen teneri monere hac de re ſeorſim ſingulos diſcipulos tam præſentes, quàm præteritos; cum id fieri nequeat abſque ejus gravi incommodo, & moleſtia. Quod ſi (addit) dictos errores culpabiliter inſeruit ſuis prælectionibus, tunc ſtrictiùs obligatur eos corrigere, etiam cũ graviori ſuo incommodo, eos retractando pro viribus, ut de ijs moneantur ſui omnes diſcipuli tum præſentes, tum præteriti. Idem tenetur,

ſi vi-

Digitized by Google

ſi vires ei ſuppetant, reſarcire damna in defectum principalis huc uſque ſequuta ex illa ſua falſa doctrina culpabiliter ab eo tradita.

Conſilium culpabile.

1512 Infertur 3. quid dicendum ſit in illa quæſtione, an qui tenetur ex officio docere verum, ſi doceat falſum ex culpa lata ac mortali per neligentiam, circa rē, quæ ex juſtitia nōn obligabat ad ſolvendum, v. g. ſi conſuluit non implendum votum, vel non dandam eleemoſynam, teneatur ex juſtitia id reſtituere? Videtur affirmare Sylveſt. v. reſtitutio 3. quaſi ille ſic culpabiliter malè conſulens ſe habeat inſtar illius, qui dolo, aut vi impedit votum implendum, aut eleemoſynam faciendam, quem fatentur omnes teneri ad reſtitutionem. Negandum tamen eſt cum Sanch. lib. 1. Conſil. cap. 4. dub. 6. num. 3. & Navarra lib. 2. de reſtit. cap. 2. num. 3. Quia in tali caſu nulla eſt ratio injuſtitiæ in ordine ad damnificatum: nam malè conſulens ex ignorantia craſſa non intendit decipere, nec proinde injurioſé extorquet conſenſum ab invito. Teneretur autem ad reſtitutionem, ſi ex prædicta ignorantia malè cōſuleret ei, qui ex juſtitiā tenebatur aliquid facere. Quia tunc peccaret cooperādo ad peccatum injuſtitiæ.

Retractatio conſilij eſt laudabilis.

1513 Infertur 4. Quomodo intelligenda ſit regula illa 198. quam affert Bernardus Dias, in hunc modum: Doctor qui fecit conſilium, non poteſt regulariter illud revocare. Bald. in cap. ſi pro debilitate, de offic. deleg. & Bart. in l. tutela C. de in integ. reſtit. minor. Nam inter varias limitationes, quas hæc regula patitur, una præcipua eſt, quando Doctor malè conſuluit. Tunc enim conſilium revocandum eſſe, docet Iaſ. in l. ſi ex toto §. ſi ita legatum col. pen ff. de legat. 1. Decius in l. nemo poteſt col. 2. ff. de reg. jur. Mattheus de Afflict. in Conſtit. utriuſque Siciliæ lib. 3. Rub. 56. num. 9. Sumitur 1. ex jure, nam l. Divi fratres ff. de jure patron. & Gloſ. in l. Labeo ff. de ſervi. ruſti. præd. & Gloſ. in l. quod ſæpe §. in his ff. de contra empti, ſcribitur Bulgarum ſapientis more mutaſſe conſilium. Nam magnæ ſapientiæ eſt hominem revocare quod malè locutus eſt, ut in cap. magnæ ſapientiæ 22. q. 4. Et ſanum dicitur eſſe conſilium, ſi quis quod malè fecit, revocavit, cap. cum ceſſante, de appellat. Facit tex. in cap. qualiter & quando in 1. de accuſat. Non pudeat vos (inquit) errorem veſ-
„ trum corrigere, qui poſiti eſtis, ut aliorum
„ corrigatis errores. Et tex. in cap. non debet,
„ de conſan. & affin. Non debet (inquit) re-
„ prehenſibile videri, ſi ſecundùm varietatem
„ temporum ſtatuta varientur humana, cum
„ etiam ipſe Deus, ex his quæ in veteri ſtatue-
„ rat teſtamento nonnulla mutavit in novo.
Conſonat jus civile, & optimus textus eſt in §. 1. ver. Non erubeſcimus Authen. de nupt. col-
„ lat. 4. Non erubeſcimus (inquit Imperator)
„ ſi quid melius horum quæ ipſi prius diximus,
„ inveniamus hoc ſancire, & competentem
„ prioribus imponere correctionem. Sumitur 2. ex ratione, quam inſinuat Ariſtot. 3. de anima, aſſerens hominis intellectum peregrinum propter varias figuras, non poſſe eſſe ſemper uniformem. Cum igitur in intellectu humano variatio ſit proportionata, & non dedecoroſa, variare, facta mutatione in melius, vel de falſo in verum, & de pravo in rectum, laudabile eſt.

Opinio probabilis in conſulendo.

1514 Tertia difficultas eſt, an Doctor teneatur ſemper conſulere juxta opinionem propriam, ſeu quam ipſe judicat probabiliorem? Partem affirmativam defendit Valent. 2. 2. d. 5. q. 7. pun. 4. §. reſpondeo dupliciter, ſi ſermo ſit in materia juſtitiæ. Probat, nam judex fori externi eam habet obligationem; ergo judex fori interni, qui eſt Doctor. Nihilominus dicendum eſt, etiam in materia reſtitutionis, poſſe Doctorem, relicta propria opinione, conſulere juxta probabilem. Ita Vaſq. 1. 2. diſp. 68. cap. 1. & Sanch. lib. 1. Decal. cap. 9. num. 19. Probatur, quia talis Doctor eādem opinionem poteſt ſequi; ergo & alijs eam conſulere. Ad fundamentum Valentiæ aſſignatur diſparitas, quia judex fori externi conſtituitur à Republica judex inter partes, ut ferat ſētētiā ſecūdùm id quòd æquitati magis cōforme eſt: at judex fori interni eſt inter hominē, & Deum, exercetque ſolum judicium medicinale: deinde merè conſulēs ſolum proponit quod alter ſequi poteſt. Addit Sanch. cit. n. 20. poſſe conſulere modò juxta unam opinionem, modò juxta contrariam. Nam licet Doctori (concludit num. 23.) petentem conſilium remittere ad alium Doctorem, quem novit eſſe in contraria opinione propter invincibilē ignorantiam alicujus legis: ſecùs verò, ſi talem opinionem ſequatur non ex ignorantia, ſed ductus rationibus, quæ ſibi videntur probabiles.

Advocatus defendens juxta opinionem probabilem.

1515 Quid de advocato conſulente, & patrocinante: poteſtne licitè tueri cauſam ſui clientis, quando exiſtimat cauſam adverſarij probabiliorem eſſe? Sotus lib. 5. juſt. q. 8. a. 3. putat in cauſis criminalibus, vel civilibus magni momenti, non poſſe advocatum defendere actorem juxta opinionem minùs probabilem. Probat 1. quia in dubio melior eſt conditio poſſidentis: ſed poſſeſſor reus habens pro ſe opinionem probabiliorem poſſidet in dubio; ergo faciet contra jus, qui illum à poſſeſſione velit dejicere. Probat 2. quia judex nequit ferre ſententiam pro cauſa minùs probabili; ergo neque advocatus patrocinari. Nihilominùs poſſe advocatum licitè tueri cauſam minùs probabilem ſui clientis, ſive cliens reus, ſive actor ſit, rectè docent Vaſq. 1. 2. d. 64. cap. 1. num. 3. & Sanch. cit. num. 53. Probatur facile, nam cliens licitè poteſt ſuum jus quærere nixus tantum opinione probabili; ergo advo-

catus

catus illum poteſt adjuvare & tueri. Duo tamẽ advertenda ſunt, alterum debere opinionem eſſe probabilem quoad praxim, ita ut ſoleant aliquando judices pro illa ferre ſententiam; alterum teneri advocatum monere ſuum clientem de maiori probabilitate adverſæ opinionis, ne cliens ignarus cauſa excidat. Quod ſi hæc non ſervet, tenebitur ad reſarcienda damna ſuo clienti illata, ut notant citati authores. Fundamenta Soti facilè diluuntur. Ad primum reſpondetur dubium quod reddit meliorem poſſidentis cõditionem, debere eſſe proprium, quale eſt negativum, ita ut neutrius partis detur aſſenſus: tale autem non eſt, quando datur opinionum diverſitas. Ad ſecundum apparet diſcrimen inter judicem & advocatum: nam judex conſtituitur ad ferendum judicium inter partes, advocatus ſolum, ut jura partium proponat. Hæc ſatis perſtrinxiſſe in materia, quæ à Theologis copioſiſſimè tractatur.

QUÆSTIO V.

Quænam ſint præcipuæ Doctoris medici obligationes?

1516 EXplicatis obligationibus, quæ omnibus Doctoribus cõmunes ſunt, cum Doctor medicus aliquas peculiares habeat, non erit abs re eas hac ultima quæſtione exponere, ut ille facile intelligat quibus obligationibus communibus, & quibus peculiaribus obſtringatur. Et quidem inter omnes illa potiſſima Doctoris medici obligatio eſt, quæ ex juſtitia & illius officio pullulat. Nam medicus graduatus, & ſalariatus tenetur ex juſtitia ſecundùm artem communem diligentiam adhibere, ut corpus ægrotum ad priſtinam ſanitatem revocet. Hinc eſt quòd medici mercede conducti tempore peſtis teneantur non fugere, atque adeo, ſi fugam arripiant, poſſint reduci, ac puniri. Nam ex pacto ad perſiſtendum & curandum etiam eo tempore obligantur, ſicut & miles ſtipendiarius tenetur non fugere belli tempore, ut manifeſtum eſt: & ita exprimunt Rutilius Benzonius lib. 1. diſp. 1. q. 1. verſu Medico autem poſt 11. concluſ. & Stephan. Fagun. in 1. præc. Decal. lib. 1. cap. 9. num. 18. Omni autem tempore medicus non tenetur gratis curare infirmum, niſi ſit pauper & egenus. Gloſ. t. in cap. cum bonæ: de ætat. & qualit. & Gloſ. fin. in ſumma diſt. 83. Medicus qui ſine induſtria caſu curavit, & ſanavit, non poteſt recipere pretium, ut docet Sanch. lib. 1. Decal. cap. 38. n. 96.

Medicus tempore peſtis.

1517 Difficultas eſt exponere qualiter ſe gerere debeat, ut huic curandi obligationi ſatisfaciat. Imprimis ſupponitur, quòd medicus tenetur eſſe requiſita artis medicæ peritia inſtructus, ita ut graviſſimè peccet, ſi imperitus, ſuamque agnoſcens imperitiam curare audeat. Nam ſi medicus imperitus curet, & ex curatione ſequatur mors, reputatur occiſor. Medico enim imputatur, ſi quid per ejus imperitiam ægroto contingat. Gloſ. diligentiam in cap. tua nos §. fin. de homicidio. Quanvis enim medico non imputetur eventus mortalitatis, ſi adhibuit omnem diligentiam ſecundùm artem, niſi is ſit clericus, qui dicitur eſſe in culpa, cum uſurpet alienum officium cap. tua nos §. fin. de homicid. tamen medicus qui per imprudentiam malè medetur, tenetur propter imperitiam actione in factum, in quãtum religioni judicantis videbitur æquũ Gloſ. 1. in reg. non eſt ſine culpa 19. de reg. juris in 6. Facit pro hac parte caſus, quem affert Sanches lib. 4. Conſil. cap. 1. dub. 38. num. 14. & 15. Quando (inquit) inter virum & uxorem factum eſt pactum, ut ſupervivẽs dotem, vel donationem propter nuptias lucretur, ſi alter alterum occidat non lucrabitur, ſed ad hæredes pertinebit. l. ſi ab hoſtibus §. ſi vir ff. ſolut. matr. Notat n. 15. idem eſſe dicendum, quando alter alterum in infirmitate conſtitutum non curavit, vel eidem malum medicum adhibuit. Ita Molina lib. 1. de primog. cap. 2. num. 33. qui obſervat, quanvis talis negligentia in non curando non poſſit imputari alijs ſucceſſoribus, qui curare non tenentur, at malum medicum adhibere, omnibus imputari. Sentiunt igitur malũ medicum curantem, & occiſorem fere non diſtingui.

Medicus imper. cur. eſt occiſor.

1518 Hinc eſt, quòd licèt medicus ex ſolo artis exercitio non impediatur ad ordines ſuſcipiendos, tamen ſi negligentia, vel imperitia ægrotum occidat, manet irregularis. Cap. ad aures de ætat. & qualit. Vt verò perſpicuè innoteſcat quando medicus vel chirurgus irregularitatem contrahat, vel non contrahat, diſertis verbis reſolvit Molina de juſt. tract. 3. diſp. 75. num. 1. in hunc modum. Quando (inquit) nulla intervenit culpa theologica neque lethalis, neque venialis homicidij aut mutilationis, ejus qui ſanitatis, meliorisve valetudinis cauſa mutilavit, aut aliquid fecit, unde mutilatio, aut mors eſt ſequuta, quia videlicet ſufficienter erat peritus, ut id faceret, ſaltem quia tunc non erat copia alterius peritioris, periculumque erat in mora, & nullam negligentiæ, præcipitationis, temeritatis, vel alterius rei culpam commiſit, ex qua ea mutilatio, aut mors ſequeretur, & inſuper non dedit operam rei illicitæ, ſibive idcirco prohibitæ, ne id ſequeretur, irregularitatem non incurrit. Si verò in culpa fuit lethali aut veniali talis

Irregularitas medici.

Chirurgi irregularitas.

Google

talis mortis, aut mutilationis contra quintum præceptum decalogi, aut dando operam rei illicitæ, ſibique prohibitæ propter periculum mortis, aut mutilationis, quæ inde ſequi poterant, morsque aut mutilatio ſequuta ſunt, irregularitatem incurrit. Notat ibidem ad fin. §. ex Navar. lib. 5. Conſil. tit. de homicidio conſ. 9. & conſ. 18. clericum juvantem chirurgum ad ſcindendum membrũ, modò clericus nõ ſcindat, non incurrere irregularitatem: quoniam id non eſt jure clerico prohibitum, neque eſt ſancitum, ut in eo eventu irregularitatem incurrat: & irregularitas non incurritur niſi in caſibus expreſſis à jure. Covar. Clem. ſi furioſus par. 2. §. 4. n. 3. & Sylveſt. v. homicidium 2. a n. 8.

1519 Pro maiori prædictorum explicatione, ut intelligatur ex jure quando medico mors imputetur, vel nõ imputetur, ſic habetur cap. tua nos 19. de homic. *Medico quando imputetur mors.* Medico ut non imputetur mors infirmi, ea debent concurrere: primùm quòd illud officium ei conveniat: quòd ſit laicus, non clericus: quòd ſit peritus: quòd adhibeat omnem diligentiam ſecundùm artem: & quòd informet ægrum de his, quæ ſunt contraria ægritudini. Cum autem medico imputetur, ſi quid per ejus imperitiam ægro contingat Gloſ. diligentiam in d. cap. tua nos §. fin. ut peritus cenſeatur, debet medicinas varias tribuere ſecundùm diverſitatem morborum Can. cum conſtitueretur 25. diſt. 50. Nam medici imperiti uno collyrio omnium oculos volunt curare Can. neceſſe diſt. 29. Deinde medicamenta contraria infirmitati dans, dicitur interficere. Can. abſit 26. diſt. 50.

1520 Qualiter verò ſe gerere debeat medicus in applicatione *Medicamentorum dubiorum applicatio.* medicamentorum, quæ vel dubia, vel magis aut minùs probabilia judicat, cum ſit materia à Theologis latiſſimè tractata, ut ab illa paucis me expediam, Dico 1. medicus peccabit juxta materiæ gravitatem, ſi relicto medicamento certo, applicet probabile. Ita Azor tom. 1. lib. 2. cap. 17. q. 11. & Vaſq. t. 2. q. 19. a. 6. diſp. 64. cap. 4. n. 23. Ratio eſt, quia nec fideliter, nec prudẽter operabitur, ſi dubium omiſſo certo eligat, & ſic exponat ægrum periculo, quod vitare poterat. Dico 2, medico non licet per ſe loquẽdo applicare medicamẽtum, de quo habet dubium negativum, futurum ne ſaluiferum, an noxium. Ita Navar. in ſumma cap. 25. num. 61. & Sanch. lib. 1. Decal. cap. 9. nu. 38. Patet, nam homo quicunque tendens in malum ſub dubio negativo peccat; ergo & medicus. Unde Sayrus in clavi lib. 1. cap. 10. n. 6. & Salas 1. 2. q. 21. tract. 8. diſp. unica ſect. 14. nu. 136. rectè docent peccare medicos, ſi experiendi gratia tale medicamentum tribuant. Dico 3. Quando non apparet certum remedium, ſed datur diverſitas opinionum probabilium circa medicamenta, tenetur medicus per ſe loquendo ſequi opinionem probabiliorem. Ita Sotus 3. de juſt. q. 6. a. 5. ad 4. Sanch. d. cap. 9. num. 41. & Suar. 1. 2. diſp. 12. ſect. 6. n. 10. Probatur, nam proximi charitas poſtulat, ut certiori remedio, ſi æquè benè poſſit, ei ſuccurratur: ſed remedium magis probabile eſt magis certum; ergo medicus peccabit contra charitatem, ſi omiſſo magis probabili, minus probabile adhibeat. Oppoſitum tenent Azor tom. 1. lib. 2. cap. 17. q. 11. Arag. 2. 2. q. 63. a. 4. dub. penult. & Salas cit. ſect. 15. nu. 156. Probant, quia homo ſequens opinionem probabilem operatur rationabiliter, proindeque ſine peccato: ſed tunc medicus ſequitur opinionem probabilem; ergo non peccat. Reſpondetur non ſemper operari rationabiliter, qui ſequitur opinionem probabilem: quia in omittenda probabiliori & tutiori poteſt offendere charitatem proximi, ut cernitur in miniſtro ſacramentorum, & in caſu propoſito.

1521 Dico 4. Quando ægroti mors eſt certa ita ut de illius ſalute *Dubium medicamentum.* nulla detur ſpes, & unicum adeſt medicamentum, de quo dubitatur, futurum ne ſit ſalutiferum, ad noxium, medicus poteſt illud applicare. Ita Valent. 2. 2. diſp. 3. q. 10. punct. 2. col. pen. Addit Sanch. cit. num. 39. medicum non ſolum poſſe, ſed teneri illud applicare. Probatur, nam ad ſalutem ægroti tutius eſt tale medicamentum adhibere, quàm non adhibere: quia mors, ſi non adhibeatur, eſt certa, ſi adhibeatur, manet dubia; ergo medicus prudentius aget, ſi illud adhibeat. Oppoſitum tenent Vaſq. d. cap. 4. num. 22. Azor lib. 2. cap. 17. q. 11. & Salas d. ſect. 14. n. 136. aſſerentes non licere medico tale remedium adhibere: quia ſi remedium illud non applicetur, cauſa mortis violentiæ morbi tribuenda eſt, & ægrotus fortaſſis vivet, aut ſaltem diutius: ſi applicetur, mors fortaſſis citiùs adveniens tribuenda eſt medico. Reſpondetur, ſi ex tali remedio adveniat mors, hoc fore præter intentionem medici, qui per ſe ægroti ſanitatem intendens, illius negotium prudenter egit. Addo tamen quando judicatur mors per tempus conſiderabile differenda, & dubitatur an illam notabiliter acceleret remedium illud, quod aliunde ſperatur ſalutiferum, non eſſe applicandum abſque cõſenſu ipſius ægroti. Dico 5. Quando non datur ſpes ſanitatis, licitum eſt medico applicare remedium minus probabile, ſi nõ appareat probabilius. Ita Vaſq. citatus. Addit Suar. 1. 2. tract. 3. diſp. 12. ſect. 6. n. 50. medicum ad id teneri ex charitate, niſi aliunde detur incommodum, vel periculum. Probatio deſumenda eſt ex fundamento quartæ reſolutionis.

1522 Ex dictis colligitur 1. poſſe medicum conſulere remedium, *Remedium noxium conſulens.* quod putat noxium, ſi certo ſciat alios medicos doctiores illud putare ſalutiferum, dummodo opinionem ſuam practicè deponat. Ita

Sanch.

Sanch. lib. 1. Decal. cap. 9. num. 42. Advertit Navarrus cap. ſi quis autem, de pœnitent. diſtinct. 7. num. 74. & 75. quòd medicus tunc ægroto proponens opinionem, ſuam mentem, & aliorum medicorum exponat. Colligitur 2. teneri medicum applicare medicamentum, de quo certus eſt nõ nociturum, & dubitat, utrum ſit profuturum. Ita Valent. 2. 2. diſp. 3. q. 10. pun. 2. concluſ. penult. Si autem detur par, aut fere par mortis periculum, ſive illud applicetur, ſive non, non licebit illud applicare. Ita Salas citat. ſect. 14. num. 135. Quod intelligit Sanch. citatus ſi, non detur probabilitas fore ut proſit.

Aborſus periculum in curatione matris

1523 Eſt adhuc circa prædicta breviter decidenda quæſtio, quomodò liceat uti medicinis ad ſalutem matris cum periculo aborſus, ſi probabiliter credatur fœtum animatum eſſe? Hanc excitat Sanchez lib. 9. Matrim. diſp. 20. a num. 12. & pro deciſione advertit quaſdam medicinas tendere directè ad fœtus occiſionem, ut venenum, dilacerationem, percuſſionem: quaſdam per ſe, & directè ad morbos, pravoſque humores expellendos, ut venarum inciſionem, ventris purgationem, balnea, & ſimiles. Benè igitur ſic reſolvit: Peccatum mortale eſt uti medicinis prioris generis: licitum autem uti medicinis poſterioris, etiam cum probabili aborſus periculo, ubi omnino ad ſalutem requiruntur. Ratio eſt, quia per priores datur cooperatio directa innocentis neci: per poſteriores per ſe intenditur matris ſalus, & ſi per accidens ſequatur mors fœtus. Horum autem medicamentorum applicatio tam prægnanti, quàm medico, & obſtetrici licet. In unico tamen caſu (addit num. 17.) qui rariſſimus eſt, & moraliter impoſſibilis, peccarent mortaliter contra charitatem tam prægnans ea medicamenta aſſumens, quàm medicus applicans, ſi ſpes probabiliſſima à peritis medicis conciperetur, fore ut matre ab ijs medicamentis abſtinente, cum vitæ tamen propriæ periculo, fœtus in lucem prodiret, ut baptizari poſſet: ea autem aſſumente periret ſine baptiſmo. Si medicamentum æquè tendat ad matris ſanitatem, & ad fœtus necem, eo uti licitum eſt: cum matris vita præponderet vitæ fœtus. Quando medicamentum anceps eſt, num auxilium, an mortem ſit allaturum? quanvis regulariter peccatũ mortale ſit illud experiri: at in noſtro caſu, quando ſalus ægrotantis omnino deſperata eſt, & nullum aliud ſuppetit remedium, medicus poteſt, & tenetur illud applicare. Ita n. 19.

Medicus curãs matrem cum periculo aborſus.

Medicus curãs moniales.

1524 Rogabis 1. utrum, & quomodo liceat medico, vel chirurgo pro curãdis monialibus, earum monaſteria ingredi? Medicos & chirurgos habere juſtam cauſam ingreſſus, optimè docet Sanchez lib. 6. Decal. cap. 16. num. 43. Decrevit autem Urbanus IV. in ſecunda regula S. Claræ cap. 18. poſſe medicum cauſa multum gravis infirmitatis, quoties neceſſitas poſtulaverit, monaſterium ingredi, ita ut non intret niſi ſtipatus duobus ſocijs de familia monaſterij, & illi intra monaſterium non ſeparentur ab invicem. Circa quem caſum notat Collector privileg. v. ingredi notab. 1. verſ. quintus caſus, nunc haberi conceſſionem factam per Sixtum Quartum, ut prædictorum duorum familiarium loco ſufficiat quòd duæ vel tres moniales antiquæ medicum comitentur, advertens etiam procedere, quoties alia non ita gravis invaletudo, v. g. quartana vel ſimilis monialem vexat: & ſubdit etiam in gravi infirmitate monialis non poſſe medicum intrare ſociatum famulo, practico, vel alia perſona. Ob gravem illius ægritudinem præter medicum ſive medicos ordinarios ejuſdem monaſterij poſſe & alios medicos convocari, tradit Campanil. rub. 12. cap. 16. num. 17. & ſubſcribit Barboſ. de poteſtat. Epiſcop. par. 3. alleg. 102. num. 52. addens n. 43. non poſtulari Doctoratum, vel graduationem in medico ad dictum ingreſſum: quia medicus non à dignitate dicitur, ſed à medendo.

1525 Rogabis 2. an liceat pro curando religioſo infirmo fœminã medicam admittere in dormitorium? Reſpondet Coriolan. caſu 3. num. 32. apud Barb. de poteſtat. Epiſcop. p. 3. alleg. 102. num. 85. quando infirmitas non poteſt aliter curari, niſi ope & arte illius, nec infirmus poſſet in Eccleſiam, vel aliò extra venire, licere dictam mulierem cum perſonis honeſtis aſſociatam intromittere in monaſterium ad locum, ubi religioſus manet. Affirmat idem author idem videri dicendum, ſi quis religioſus abſconderet pro aliquo bono fine mulierem, utputa dum fugit perſequentes, qui ei ad vitam, aut honorem inſidiantur. Nam pœnæ in decretis Pontificum aſſignatæ ſolum comprehendũt eos, qui fœminas præſumptione, & temerario auſu introducunt.

Medica fœmina ingrediens monaſterium virorum.

5526 Hactenus de obligationibus medicorum in ordine ad curationem corporalem pro vita temporali conſervanda. Agendum breviter eſt de obligationibus in ordine ad curationem ſpiritualem ſive propriam, ſive alienam, pro vita æterna obtinenda. Quod attinet ad propriam, cum ſupponamus licitum eſſe medicis inſpicere arctitudinem fœminæ, quando agitur de validitate matrimonij, & deſiderantur probationes: nam rei hujus gravitas & neceſſitas præponderat naturali honeſtati, ne forte matrimonium validum diſſolvatur, aut irritum approbetur, ut docet Sanch. lib. 7. Matr. diſp. 113. num. 21. ex cap. ex litteris, & cap. fraternitatis, de frigid.

Medicus videns arctitudinẽ fœminæ.

Item eſſe licitum chirurgo curare verenda mulieris: dubium eſt an id prædictis liceat, quando datur prævisum periculum pollutionis abſque periculo conſenſus? Rectè affirmant Sancius in ſelectis diſput. 21. num. 12. & Vaſquez p. 2. tom. 1. diſp. 115. num. 9. ex illa generali doctrina, quòd nec peccet, qui dat operam rei licitæ, ex qua per accidens ſequitur pollutio: nec teneatur quis à licito opere abſtinere, quamvis prævideat ſequendam pollutionem, v. g. ex equitatione, tali modo decumbendi, auditione confeſſionum, tactibus licitis juxta patriæ conſuetudinem, dummodò abſit periculum conſenſus: ſecùs, ſi detur tale periculum. Vnde (teſte Diana in Summa v. Periculum num. 3.) dicendum eſt cum Villalobos tom. 2. tract. 40. diff. 14. num. 5. contra Palaum to. 1. tr. 2. diſp. 2. pun. 9. §. 3. n. 11. & 13. non licere chirurgo, verenda fœminæ curare cum periculo mali conſenſus, ſi expertus ſit illam concupiſcere, aut voluntariè pollui.

Pollutio ſecuta per accidens.

1527 Peccat etiam graviter medicus, ſi abſq; ſufficienti cauſa dat facultatē infirmo edendi carnem diebus vetitis, vel non jejunandi, vel non recitandi horas canonicas, quādo urget præceptū Eccleſiæ. Vnde ſi abſq; cauſa legitima concederet licentiam edendi carnes in vigilia contingente in die Veneris, juxta Sancium in ſelect. diſp. 41. num. 16. committeret duo peccata in confeſſione explicanda: ſiquidem & comeduntur carnes in die Veneris, quod eſt unum peccatum, & frangitur jejunium, quod eſt aliud. Sed Monteſinus in par. 2. tom. 2. quæſt. 75. a. 2. quæſt. 4. num. 47. exiſtimat unum eſſe peccatum, & circunſtantiam jejunij ſolum aggravare. Videatur Diana parte 1. tract. 7. reſol. 60. Denique peccat graviter medicus, ſi revelet occulta vitia, quæ ex curatione in ægroto deprehendit. Nam ex pacto tacito cum ægrotis inito ad tale ſecretum obligatur. Hinc apud Petrum Gregorium de Repub. lib. 17. cap. 4. num. 8. in juramento medicorum addit Hippocrates, ne ægrotorum ſecreta vitia detegant: proponendum in ſpiritualibus medicis ſtatutum, ut perpetuo ſilentio, niſi velint graviter puniri, confitentium peccata omninò celent. Cap. ſi ſacerdos, de offic. ordin. & cap. Omnis utriuſque ſexus, de pænit. & remiſſ.

Medicus dans facultatem edendi carnes.

Secretum a medico ſervādū.

1528 Quod attinet ad curationem ſpiritualem aliorum, loqui poſſumus attento jure divino naturali, vel attento jure Eccleſiaſtico. Si loquamur attento jure divino naturali, medicus prævidens probabile mortis periculum, tenetur ſub mortali ex ſola charitate monere infirmum vel per ſe, vel per alium, ſi credat fore ut hæc monitio illius animæ notabiliter proſit: ſecus, ſi credat eam monitionem nil profuturam. Ita Sanches lib. 3. Decal. cap. 16. num. 1. Si loquamur attento jure Eccleſiaſtico, Innocentius III. cap. cum infirmitas, de pænit. & remiſſ. diſtinctè præcipit medicis, ut ad medendum ægroto in lecto jacenti vocati eum ante omnia moneant ad confeſſionem. Hoc decretum innovans Pius V. anno 1566. proprio motu incipienti, Supra gregem Dominicum, adjecit præceptum, ne medici ultra tertium diem ægrotum viſitent, niſi per confeſſarij ſcriptum ipſis conſtet de infirmi confeſſione, vel niſi confeſſarius ex juxta cauſa confeſſionem differat. Inſuper præcepit Academijs & Collegijs, ut cum medendi facultatem alicui concedunt, vel ad Doctoratum promovent, exigant juramentum hæc ſervādi. Quare medici ad prædicta obſervanda tenentur ſub mortali, præſertim quia Innocentius jubet ut tranſgreſſores ab ingreſſu Eccleſiæ arceantur. Pius addidit perpetuam infamiā, gradus privationem, à medicorum cœtu ejectionē, & pœnam pecuniariam ordinarij arbitrio taxandam.

Medicorū juramētū de admonendis infirmis.

1529 Propoſita decreta aſſerunt & exponunt Quarantia in Summa Bullarij v. Medicus, Fuſch. de viſitat. lib. 3. cap. 30. a num. 3. Cenedus ad Decret. collect. 107. num. 6. Alloyſ. Riccius in praxi aurea reſol. 399. Suar. de pænitent. diſp. 35. ſect. 3. num. 4. & 5. Sanches lib. 3. Decal. toto cap. 16. Lugo de pænitent. diſput. 15. ſect. 3. num. 38. & Barboſ. de poteſtat. Epiſcop. par. 3. alleg. 91. Vt paucis dicam, quid illi ſentiant, præcipuè Sanches citatus, particula illa decreti (ante omnia) intelligitur poſtquam medicus morbum noſcat, antequam medicinas applicet. Procedit nec de ſolis morbis periculoſis, nec de ſolo levi: ſed de illo, qui nec ex delicijs, nec ex podagræ impedimento, ſed ex ſe lectum petit. Dictam monitionem faciet medicus per ſe, vel per alium. Infirmum non acquieſcentem monitioni tenetur medicus tertia die deſerere, niſi per deſertionem in probabilli mortis periculo conſtituatur, vel grave damnum ſubeat. Si medicus videns ægroti obſtinationem certo credat monitionem nihil profuturam, nec tenetur monere, nec deſerere. Quando morbus celerem medicinam deſiderat, ante illam confeſſio non poſtulatur, niſi mors immineat, & urgeat periculum æternæ damnationis. Prædicta decreta utpote humana conſuetudine aboleri poſſunt, non ita præceptum divinum naturale charitatis, de quo num. 1528. Quare cum juramentum ſit illa decreta ſervandi, ſolum obligabit in illis locis, in quibus ea uſu recepta viguerint. Suar. citatus num. 5. affirmat communi conſuetudine non ſervari quòd medicus exigat fidem cōfeſſoris in ſcriptis.

Confeſſionis monitio facienda per medicum.

Tandem

Tandem Barboſ. citatus num. 16. piè hortatur medicos, ut ſicut ſtudioſos ſanitatis, ne incidant in morbum, ſolent admonere ut à nimio ſolis æſtu, à vino vehementiori, ab acerbioribus pomis, & à cunctis noxijs edulijs abſtineant, ita opportunè eoſdem moneant, quò declinent vitia, & animi morbos, ex quibus frequenter corporis ægritudines contrahuntur, ut ſdmitur ex Evangelio Ioann. 5. (Ecce ſanus factus es, jam amplius noli peccare) & ſatis exprimit Innoc. in cap. cum infirmitas, de pæn. & remiſſ.

LIBER IX.

DE SCHOLASTICIS TAM DISCIPVLIS, quám Auditoribvs.

1530 CVM Magiſtri & diſcipuli, item Doctores, & auditores relatione mutua reſpiciantur, itaut intelligi nequeat Magiſter ſine diſcipulo, & è contra: exacto libro de Magiſtris & Doctoribus, conſequens eſt alium proximè inſtituere de diſcipulis; & auditoribus. In hoc igitur tribus diſputationibus abſolvendo, nobis imprimis agendum eſt de aptis ut in Academiam ad mittantur, & qualiter admiſſi obligentur ſuis præceptoribus: deinde qua animi contentione debeant gnavare operam litteris, & frequentare palæſtram: qualiter denique teneantur ex contractu, & crimine.

DISPVTATIO I.

Qualiter admittendi ſint in Academiam adoleſcentes: & admiſſi obligentur ſuis præceptoribus?

CVM omnimoda de diſcipulis tractatio concernat eorum multiplicem obligationem ex multiplici ſubjectione ortam: ſicut enim Magiſtrorum & Magiſtratuum proprium eſt præeſſe, ita diſcipulorum ſubeſſe: præcipua eorum obligatio, poſtquam in Academiam admittuntur, eſt ſuos colere præceptores, eiſque in licitis & honeſtis pro diſciplinarum adeptione obedire. Erit igitur in hac prima diſputatione noſter labor præcipuus de hujuſmodi obligatione diſſerere, explicata prius legitima eorum in Academiam admiſſione.

QVÆSTIO I.

Quinam dicantur verè ſcholaſtici ſive diſcipuli, ſive auditores?

1531 ACturus de ſcholaſticis in re ipſa, qui nempe in Academijs litteras addiſcunt, ſive diſcipuli, ſiue auditores ſint, cõſentaneũ duxi præmittere quæſtionẽ de nomine, ut explicata proprietate hujus vocabuli (ſcholaſticus) diſcrimineq; inter ſcholaſticum & ſtudioſum, inter diſcipulum & auditorem, planè innoteſcat ſubjectum attributionis, circa quod noſtra hæc libri nonĩ tractatio verſatur.

Scholaſticus unde dictus.

Inter ſcholaſticum & ſcholarem nullum invenio diſcrimen: utrunq; enim nomen derivatur ab ſchola: ſchola enim idem eſt atq: ſocietas ſcholaſticorum, ſeu ſcholarium, vel locus, in quo multi conveniunt ad diſcendum ſive ſcientiam, ſive militiam. l. 2. Cod. de privileg. ſchol. lib. 12. Nam Græcis ſchola eſt, quod Latinis vacatio. Scholaris igitur ab ſcholi, vacatione, & ares virtute, eſt perſona vacans ab humanis negotijs, dedita virtutis, & ſcientiarum diſciplinis. Ad hanc rem Laurent. Valla lib. 4. Elegan. cap. 61. Intelligit illud negotioſum otium litterarum, apud M. Tullium dicentem, ,, Nunquam minùs ſolus, ,, quàm cum ſolus, nec minùs otioſus, quàm ,, cum otioſus. Scholares etiam vocantur mi- ,, litantes in ſacro palatio Imperatoris, & in hoc ſenſu uſurpantur in C. tit. de privil. ſchol. lib. 12. Hinc etiam ſcholæ Palatinorum l. fin. C. de delator. lib. 10. Scholæ ſacrarum largitionum l. pen. C. de pal. ſacrar. larg. lib. 12. Sholares devotiſſimi militares l. 2. Cod. de can. larg. lib. 10. Scholæ militares, ubi tyrones milites exercentur l. 3. Cod. de tyron. lib. 12. Scholares qui militant in Principis ſacro palatio, & ibi aliquod gerũt officium, ut comites, præfective ſcholarium l. 1. 2. & 3. C. de privil. lib. 12. & Scholæ agentium in rebus l. 1. C. de agent. in rebus lib. 12.

Otiũ litterarum.

Scholaſticus quis ſit.

1532 Igitur omiſſis alijs à noſtro inſtituto deviantibus acceptionibus, & ſignificationibus, ſcholaſticus, ſeu ſcholaris propriè eſt ille qui admiſſus legitimè in Academiam, & dato nomine matriculæ vacat alicui honeſtæ diſciplinæ ſub certo ac deſignato Magiſtro. Ex quo vides non eſſe ſcholaſticum in ordine ad fruendum privilegijs illum, qui extra Academiam, ſeu generale ſtudium litteris vacat: vel qui in Academiam admiſſus nomen matriculæ dare noluit: vel ſi nomen dedit, palæſtram, aut aulam frequentare neglexit. Sed de his jam multa diximus lib. 3. diſp. 3. quæſt. 4. 5. & 6. Videantur Menoch. de præſumpt. lib. 2. quæſt. 78. num. 3. Maſcard. de probat. concl. 128. num. 14. & concl. 1296. à num. 6. Emman. Barb. ad Ord. lib. 3. tit. 12. num. 1. Auguſt. Barb. tom. 2. in Codic. ad Auth. Habita C. ne filius pro patre num. 3. ad quem locum Donell. num. 6. Petr. Gilchen. num. 7. & Gail. lib. 1. obſer. 21. n. 5.

Scholari legatum relictum.

1533 Illud obſervatione dignum eſt ſcholarem talem reputari, ut poſſit habere legatum relictum ſcholari, qui ſolum retinet ſcholaris nomen & habitum, etiam ſi actu litteris non vacat. Ita Felin. in Procem. Decret. v. Gregorius colum. 11. num. 38. ubi dicit multum notandum, quòd quandoq; fiunt legata mercatoribus, vel ſcholaribus, & ſimilibus a quibus non excludentur, ſed legata percipient qui ſunt tales habitu, & nomine, licèt non exercitio. Ita Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 2. cap. 291. num. 59. ex Bartol. in leg. 1. Codic. de colleg. lib. 11. & in rubric. Cod. de navicul. eodem lib. poſt. Gloſ. in cap. ſtatutum, de elect. in 6. Facit id quod tradit Maſcard. de probat. concluſ. 1196. num. 4. & 5. matriculam adeo operari, ut ſi in mandato de providendo, vel in alia impetratione quis aſſerat ſe ſcholarem, ſufficiat pro verificatione narratorum, ſi probet ſe fuiſſe in matricula deſcriptum, licèt non fuerit præſens in locis, & Vniverſitatibus privilegiatis, ut videre eſt apud Rebuff. privil. ſchol. privil. 35. num. 2. & Bellarm. deciſ. 165. ubi addit quòd impetrans beneficium aſſerens ſe eſſe ſcholarem ſufficiat ſi probet ſe ante impetrationem fuiſſe ſcholarem, licèt non tempore gratiæ. Denique reſolvit Maſcard. citatus num. 16. ſcholarem matriculatum deſinere eſſe talem, quando per quinquennium abfuerit à civitate ſtudij. Matricula enim eo caſu nihil operatur, ut docet Rebuff. priv. ſchol. 23. per tex. in l. 2. C. de primicer. ſecun. & no. lib. 12. Ratio eſt, nam ſcholaris, qui tandiu abeſt, non præſumitur habere animum redeundi.

Beneficiũ mandatũ ſcholari.

Scholaris deſinens.

Scholariũ appell.

1534 Quæſtio eſt an ſcholaris, ſeu ſcholaſtici appellatione veniat Doctor? Negat Sylveſt. v. Doctor n. 1. & ſic habetur in princ. in procem. Decret. Affirmat Lenander. de priv. Doct. q. 45. p. 4. tra. 14. fol. 85. cui aſſentitur D. Roter. ad cap. Oſius diſt. 61. n. 2. Vtroſq; poſſumus rectè conciliare, ſi dicamus ſcholarium appellatione venire Doctores in favorabilib9, non verò in odioſis. Hoc enim ipſorum dignitas, & favor poſtulat. Et quidem, ſi attendatur proprietas, & vulgaris uſurpatio hujus nominis ſcholaſticus, ſolum cadit in eos qui litteras

ſub

ſub aliquo præceptore addiſcunt, proindeque minùs latè patet quàm hæc vox ſtudioſus, quæ plus extenditur. Vt enim probat Cujac. 7. Obſerv. capit. 25. Latinè dicimus ſtudioſos ſcientiarum tam diſcipulos, quàm profeſſores. Sic M. Tullius de optimo genere oratorum: (Suſcepi (inquit) laborem utilem ſtudioſis:) & Alphonſus de Eſcobar in prologo, id deſumit ex l. 2. §. poſt hunc ff. de orig. jur. ubi de Labeone Pomponius ait; (Vt Romæ ſex menſibus cum ſtudioſis eſſet.) Iuſtinian. in proœm. Digeſtorum §. ſed quia (Sed quia (ait) ſolitum eſt anni quarti ſtudioſos.) Sumitur etiam in l. librorum §. quod tamen ff. de legat. 3. ibi: (Qui nihil aliud quàm libros habebat ſtudioſus.) item ex l. Divus ff. de jur. & extraor. cognit. & l. ad exhibendum 19. in fine ff. ad exhibendum.

Studioſus qui dicatur.

1535 Cum igitur ſcholaſticus minùs latè pateat quàm ſtudioſus, ſub quo tanquàm ſub genere continetur, eſt tamē velut genus ſub ſe comprehendens diſcipulum & auditorem: cum utroq; ſeorſim accepto latiùs pateat: nam ſcholaſticus in toto rigore ſermonis diſcipulus, & auditor appellari poteſt. Quodnam intercedat diſcrimen inter diſcipulum & auditorem, paucis accipe. Diſcipulus nomen habet à diſciplina in ſe recepta, ſicut Doctor à doctrina à ſe tradita. Vt enim lib. ſuperiori diſput. 5. quæſt. 1. ex Logicis monuimus, una eademque notitia prout egreditur à Magiſtro doctrina, prout recipitur in diſcipulo diſciplina appellatur. Eſt ergo diſcipulus ſtrictè acceptus, prout ab auditore contradiſtinguitur, ille qui in aliquo gymnaſio aliquam ex inferioribus facultatibus audit, & Magiſtro, à quo puniri poteſt, pro ea addiſcenda obedit. Auditor quanvis appelletur diſcipulus, leg. 2. §. penult. ff. de orig. jur. tamen ſtricto & vulgari modo uſurpatus eſt ille qui jam quodammodo factus ſui juris aliquam in aulam ſuperiorem facultatem audit. Nam auditor eſt qui adeſt in auditorio addiſcendi gratia. Auditorium autem licèt accipiatur pro foro, loco nempe, ubi cauſæ audiuntur leg. contra ff. de re judic. ubi dicitur: (Is qui ad majus auditorium vocatus eſt, ſi litem inchoatam deſeruerit, contumax non videtur.) tamen juxta Quintilian. lib. 2. cap. 11. eſt locus ubi Magiſtri diſputant, & accipitur pro ludo litterario leg. 8. Cod. de ſtud. liber. Ex quibus colligitur auditorium eſſe locum, ubi maiores facultates audiuntur, proindeque auditorem eſſe, qui eaſdem facultates audit. Verùm contra morem vulgatem non erit diſcipulum pro auditore, & auditorem pro diſcipulo uſurpare.

Diſcipulus quis.

Auditor quis.

Auditorium quid.

1536 Tandem pro majori hujus vocis (diſcipulus) & vocis (Scholaſticus) intelligentia, non erit abs re explicare has (docibilis, & docilis) inter quas parum diſcriminis invenio: nam licèt Priſcianus velit Docibile eſſe id quod facile diſcitur, tamen juxta Cyprianum, Docibilis eſt qui ad diſcendi patientiam lenis, & mitis eſt: Docilis verò juxta authorem ad Heren. lib. 1. qui attentè vult audire, vel qui facile docetur. Vnde unū pro alio accipitur Can. qui Epiſcopus. 23. diſtinct. Ad quem locum Gloſ. v. ſi docibilis aliter exponit: Docilis (inquit) & docibilis differunt: quia homo dicitur docilis & doctrinabilis: liber docibilis: quandoque tamen dicitur unum pro alio. In eandem ſententiam Alexander, Scot. v. eodem, ſic diſtinguit: Docibilis (inquit) propriè dicitur liber, ſe docilis eſt homo doctrinalis. Quaſi (ut clarius loquamur) docibilis ſit ipſa doctrina, ſeu doctrinæ objectum, & quidquid diſcipulo audiēri inculcatur: docilis verò ſit ipſe diſcipulus promptus & facilis ad diſcendum.

Docilis & docibilis quid.

QVÆSTIO II.

Qualesnam in Academiam debeant admitti, & qualiter in ea a parentibus ſuſtentari?

1537 Quanvis Academia idem valeat atque ſtudium generale, quod ipſo nomine omnes cujuſcunque generis, conditionis, & ætatis invitat, ac recipit, tamen ipſa boni communis ratio, & ſupremorum principum decreta poſtulant, ut nonniſi habito delectu, & matura deliberatione pueri, ac juvenes in Academiam pro addiſcendis diſciplinis admittantur. Hinc Petrus Gregor. de Repub. lib. 15. cap. 1. num. 17. Voluerunt (inquit) leges, & reſponſa quædam juriſconſultorum ſtudia legum, medicinæ, aut alterius ſcientiæ, & artificij tradi debere juvenibus, ſecundùm naturam, ingenium, ætatem, & conditionem eorum. l. Stichus, ubi Bart. ff. de legat. 1. cum longa (ut teſtatur Vlpian. in leg. artifices ff. de ſolut.) inter artifices ſit differentia ingenij, doctrinæ, & inſtitutionis. Sic Honorius III. Summus Pontifex in cap. fin. de Magiſtris decrevit prælatos & Eccleſias mittere debere in ſcholas Theologiæ aliquos de ſuis clericis, adjiciēs tales eſſe docibiles oportere, nēpe qui doceri habiles ſint, & ad ſuſcipiēdá hanc ſcientiam capaces. Multū enim ad hauriendam doctrinam, & diſciplinas facilè capeſſendas juvat non ſolū inge-

Scholaſtici quinam admittendi.

Habilitas ad ſcientiam.

ingenium, ſed etiam genium, ſeu natura, ipſaq; animi proclivitas. Quare Plato Dial. 1. de leg.
„ Conſiderabit (inquit) legum lator, atque
„ obſervabit diligenter, ad quæ ſtudia quem-
„ que raptat amor. Et rurſus 7. de Repub. Nó
„ tanquam coactos pueros in diſciplinis, ſed
„ quaſi ludentes erudias: ut magis ad quod
„ quiſque natura ſit aptus, poſſis agnoſcere.

Omnium ingenium ad ſcientias.

M. Tullius 3. de orat. diligentiſſimè monet, eis qui alios inſtituunt, atque erudiunt, videndum eſſe, quo ſua quemque natura ferat, aut rapiat. Quintil. in proœm. Inſtitut. illud imprimis teſtandum putat, nihil præcepta & artes valere, niſi adjuvante natura, proindeque ei qui genio deſtitutus eſt, documenta ſcripta non aliter prodeſſe, quàm ſi ſemina mandentur agris ſterilibus.

1538 His igitur documentis, & longo rerum uſu edocti, ne luderent operam, & inanibus ſumptibus profunderent patrimonium, ſi inhabiles conarentur ad ſtudia litterarum, Indi, apud quos magno in honore habebatur philoſophia, ſolebant (ut narrat Philoſt. lib. 1. de vita Apol. cap. 12.) deſignare certos viros, qui ex aſpectu noverant mores & ingenia hominum conjicere, quibus ea præcipuè demandata erat cura, ut exploratos juvenes pro philoſophia diſcenda admitterent, vel excluderent. Apud Lacedæmones (ut teſtantur Plutarch. in Lycurgo, & Xenoph. in Repub. Laced.) ex lege Lycurgi nemo pro ſuo arbitrio filium ſuum jam doctrinæ capacem poterat alere & inſtituere: ſed omnes, ut ſeptimum annum exceſſerant, centuriati erant in claſſes penes Magiſtros, quos vocabant pueritlæ, ut unuſquiſque pro ſuo genio & ingenio, huic vel illi ſtudio vacaret. Apud Perſas (ut memorat Philoſtr. in Prothagora) erat quidem ſchola publica omnibus patens cujuſcunque generis, & conditionis, ſed ultra gymnaſium erat ſublimius, ubi ſapientiſſimi profeſſores, Magos vocabant, nó alios quàm indigenas, & Perſide ortos, & hos non niſi Regis permiſſu doctrina ſua imbuebant.

Scholaſticorum delectus habendus.

1539 Hæc generaliter dicta pro habendo delectu admittendorum in Academiam, magis patebunt, expedita ſpecialiter difficultate triplici circa illorum ætatē, conditionem, & ſexum. Circa ætatem, qua quis vigere debeat, ut in ſtudium generale admitti poſſit, nulla certa regula ſtatuitur. Illud omnibus compertum eſt, neque infantiam, neque ſenectutem decrepitam eſſe ætates aptas pro litteris addiſcendis. Sola pueritia, adoleſcentia, juventus, virilis ætas, & cruda viridiſque adhuc ſenectus in quæſtionem veniūt. Ex quibus ætatibus, quanvis ſenectus non excludatur ab officio addiſcendi: cum juxta Gloſ. 1. in can. nullus. diſt. 38. ad diſcendum nulla ætas ſera ſit, & juxta Auguſtinum, eadem Gloſſa atteſtante, laudabile ſit in ſenectute diſcere: tamen ætas puerilis, & juvenilis ad diſcendum aptior eſt quacunque alia, ut ſumitur ex Apoſt.
„ 2. ad Timoth. 3. Et quia ab infantia ſacras
„ litteras noſti, quæ te poſſunt inſtruere ad
„ ſalutem. Tridentino ſeſſ. 23. de reform. cap.
„ 18. ubi jubet: Vt ſingulæ cathedrales, Me-
„ tropolitanæ, atque his maiores Eccleſiæ, pro
„ modo facultatum, & diœceſis amplitudine
„ certum puerorum ipſius civitatis, & diœce-
„ ſis, vel ejus provinciæ, ſi ibi non reperian-
„ tur, numerum in collegio ad hoc prope ip-
„ ſas Eccleſias, vel alio in loco convenienti,
„ ab Epiſcopo eligendo, alere, & religioſè e-
„ ducare, & Eccleſiaſticis diſciplinis inſtitue-
„ re teneātur.

Ætas ſcholaſtici qualis.

Pueri aptiores ad diſcendum.

Facit quod habetur in Proœm. Inſtitut. ibi: (Cupidæ legum juventuti.) Quod in ſcientijs quærendis adoleſcentia & juventus quærantur l. 1. C. de ſtud. liber. Vrb. Romæ lib. 11. Quæ in hanc rem tradunt S. Hierony. Epiſt. 3. ad Paulinum, & Gloſ. ſingularis in l. 1. C. de athletis lib. 10. Accedit ratio, quia ad diſcēdum multum juvat memoria, qua potiſſimum juvenes pollent, & ſenes deſtituuntur, juxta illud Quintiliani, (Ea quæ rudioribus annis didicimus, tenaciùs hærent.) Pueri igitur & juvenes aptiſſimi ſunt ad diſcendum. De certo pro hac vel illa facultate addiſcenda, annorum numero, nihil poſſumus definire, niſi quòd ſerventur Academiarum ſtatuta & conſuetudines. De hac noſtra Eboréſi illud ſcimus, nullum admitti in aulam Theologiæ moralis, qui nó undecimum annum attingat.

1540 Circa conditionem non eſt cur immoremur, cum nullam inveniamus jure communi, vel municipali ab Academijs excluſam, & à ſcientijs addiſcendis prohibitam. Quanvis enim Gregor. Tholoſ. in ſua Repub. teſtetur fuiſſe olim ſervis interdictum addiſcere medicinam, tamen hac noſtra ætate non videmus quòd conditio ſervilis in Academijs ſaltem Europæis ab ullis addiſcendis facultatibus arceatur. Poſſunt igitur omnes cujuſcunque conditionis tam generoſi, quàm plebei, tam liberi & ingenui, quàm ſervi in Academijs (niſi peculiaris aliqua lex, vel conſuetudo obſtet) pro comparandis quibuſcunque diſciplinis admitti.

Servi olim vetiti ſi a medicina diſcenda.

Circa ſexum maior eſt difficultas, an ſolus virilis admittendus ſit, & fæminæ prorſus ab Academijs, & ſcientijs arcendæ? Pro parte negativa, ſeu pro fæminis ad ſtudia litterarum admittendis, facit 1. mos antiquorum, qui ad ſtudia litterarum, & publicas ſcholas admittebant puellas, ut referunt Livius lib. 3. de Virginea, Plinius lib. 1. Epiſt. 27. & Athenæus lib. 13. Meminerunt etiam Iuriſconſulti l. 4. ff. ubi pupill. educ. deb. & l. ſi paterno C. de negot. geſtis. Et adhuc (inquit Petrus Gregor. de Repub. lib. 15. cap. 2. num. 3.) Galieni imperatoris temporibus, puel-

Fæminæ an ad ſcholas admittendæ.

Digitized by Google

puellæ & viduæ Plotini philoſophi ſcholam, diſciplinæ cauſa, frequentabant. Facit 2. quòd mulieres etiam ex ſapientia laudem nanciſcũtur: unde illud Proverb. 14. (Sapiens mulier ædificat domum.) Hinc plurimæ olim, & noſtra quidem ætate nonnullæ recenſentur omni ſcientiarum genere excultæ. Textor in ſua officina in cap. Mulieres doctæ, numerat quatuor ſupra ſexaginta, multò plures Chaſſanæus p. 2. conſid. 9. Videatur Caſſiodorus lib. 4. Variar. Ep. 1.

1541 Nihilominus pars affirmativa mihi omninò arridet, præſertim ſi loquamur de arcendis fœminis ab ſcholis publicis, in quas virorum ac juvenum multitudo confluit. Multis enim incommodis præberetur anſa, ſi abſque ſexus diſcrimine omnes uni adeſſent gymnaſio. Addo, quanvis loquamur de fœminis ſeorſim ſcholam aliquam frequentantibus, vel privatim addiſcentibus, etiam abſque ullo conſortio virorum, regulariter eas prohibendas eſſe ab ſtudio facultatum tam ſuperiorum, quàm inferiorum. Quia (ut rectè notavit Petrus Greg. de Repub. lib. 15. cap. 2. n. 3.) prima fœminarum cura, & præcipuus labor in ſacro eloquio probatus eſſe debet nere, ſuere, texere, ſeu pingere, domeſtica curare, ita ut unaquæque ab ineunte ætate hæc omnia diſcat, ut poſſit optimam matremfamilias agere. Sic Proverb. 31. laudatur fortis mulier. Quæſivit lanam, & linum, & operata eſt conſilio manuum ſuarum. num. 13. Et de nocte ſurrexit, deditque prædam domeſticis ſuis, & cibaria ancillis ſuis. num. 15. Manum ſuam miſit ad fortia, & digiti ejus apprehenderunt fuſum. num. 19. Hoc exercitium commendat in fœminis S. Pagina, & nullibi ſtudium, vel exercitium literarum. Accedit fruſtraneũ eſſe ſtudium, quod ſuum finem præcipuum nequit conſequi: præcipuus autem ſtudendi finis eſſe debet prodeſſe alijs ſua doctrina, ſcilicet eos docendo ſcientias ſtudio, ac ſudore comparatas. Et hunc finem mulier aſſequi non poteſt, cum non permittatur in conventu viros docere, ut probat Tiraq. l. 10. connub. gloſ. 1. n. 32. in fine ex cap. Mulier diſt. 23. vocans hunc textum notabilem. In fœminis enim laudatur taciturnitas, reprehenditur loquacitas, juxta illud Eccleſ. cap. 26. num. 18. (Mulier ſenſata, & tacita.) Cui conformatur Apoſtol. 1. ad Corint. 14. (Mulieres in Eccleſijs taceant.) & 1. ad Timoth. 2. (Mulier in ſilentio diſcat, docere autem mulieri non permitto.) Dixi (regulariter) quia poſſunt evenire caſus in quibus utile & laudabile ſit in fœminis ſcientias diſcere, & quandoque docere: v. g. ſi detur penuria virorum, qui ex deſidia, vel tarditate ingenij neque diſcant, neque doceant. Et hac unica ratione poteſt ſatisfieri partis negativæ fundamentis.

Fœminarũ labor qualis.

Mulier nõ poteſt docere.

1542 Quoad alteram quæſtionis partem, de obligatione parẽtum ad ſuſtentandum filium admiſſum in Academiam, difficultas principalis eſt, an pater compelli poſſit miniſtrare ſumptus & expenſas filio ſuo volenti ſtudere? Negativam ſententiam tenent Bart. l. 1. §. neque caſtrenſe num. fin. ff. de collat. bonor. Ripa l. 1. ff. ſolut. matr. num. 14. Iaſon Authent. quæ collatio verſ. decimo Cod. communia, de legat. Roman. conſ. 45. Bulcher de legitim. nupt. lib. 6. num. 44. Garcia de expenſis cap. 3. num. 52. Antonius Gom. in l. Tauri 29. num. 18. & Molina de juſt. tract. 2. diſp. 239. §. Dubium eſt. Videntur fundari, quia neque ratio, neque textus ullus apparet, quo oſtendatur dari in parentibus prædictam obligationẽ: obligationes autem non ſunt addendæ, neque multiplicandæ abſque ſufficienti fundamento.

Pater an teneatur alere filium in ſtudio.

Nihilominus affirmativam ſententiam defendunt Imola l. quidam cum filiũ ff. de verb. oblig. And. Siculus conſ. 37. a num. 26. lib. 2. Gloſ. l. ſed Iulianus §. proinde v. ſolebat ff. ad Macedon. Stephan. Gratian. diſcep. foren. cap. 166. num. 9. Paul. l. Macedoniani num. 3. C. ad Macedon. aſſerens ſe ita conſuluiſſe, & ita cõſuluit conſ. 241. col. 2. lib. 2. Vitalis de Nemauſo tract. de colla. q. 5. Inclinat D. Petrus Barboſ. 7. parte legis 1. num. 16. ff. ſolut. matr. magis receptam eſſe dicit Pinel. l. 1. C. de bonis mater. 1. par. num. 55. Idẽ probant Rebuff. ſchol. priv. 53. & Horatius Lucius ſchol. priv. 16. Sumitur 1. ex l. de bonis, § non ſolum ff. de Carbo. edic. ubi ſic habetur: Non ſolum alimenta præſtari debent pupillo, ſed etiam in ſtudia, & cæteras neceſſarias impenſas, debet impendi pro modo facultatum. Hinc eſt quòd tutor præceptoribus pupillorum tenetur mercedem conſtituere l. cum plures §. fin. ff. de admin. tut. ergo à fortiori pater. Sumitur 2. ex eo; nam qui tenetur alicui alimenta, ſi hæc obligatio proveniat à jure naturali, vel à jure ſanguinis, tenetur ad expenſas Magiſtrorum l. qui filium, & ibi Bald. ff. ubi pupillus educa. debeat. ſed pater tenetur ad alimenta jure naturali, & jure ſanguinis l. ſi quis à liberis ff. de liberis agnoſcen. ergo tenetur ad ſtudij expenſas. Sumitur 3. ex eo quia pater non ſolum tenetur alere filium de præſenti, ſed etiam ea facere, quibus filius in poſterum ſe alere & tueri poſſit. l. Stichus ff. de leg. 3. ſed ſtudia comparant, quibus ſe quis tueri poſſit, ut tenet Gloſ. l. cum poſt, § gener. ff. ſolut. matr. ergo pater tenetur præſtare impenſas ſtudij. Sumitur 4. ex eo, quia pater tenetur ad implenda omnia, quæ patri ut tali incumbunt: ſed patri incumbit onus, ut filius optimis diſciplinis erudiatur, juxta illud Eccleſ. cap. 7. (Filium habes? erudi illum.) ergo obligatur alere filium in ſtudio.

Studium inter alimenta.

1543 In concordiam conatur Petrus Barb. cit. num. 27. mittere utranque ſententiam, quatenus cum Gloſ. pen. ad l. Macedoniani C. ad Maced. Baldo ad l. Omnimodo §. imputati num. 7. C. de inoffic. teſtam. Decio l. ſi donatione num. 40. in Auth. quod locum num. 7. C. de collatio. Spino in ſpecul. teſtam. gloſ. 18. num. 39. & Aymon conſ. 125. num. 8. aſſerit quòd à principio pater invitus non cogetur, filium mittere in ſtudium: quia nulla reperitur lex, quæ eum ad hoc obliget: imò in poteſtate patris eſt eligere officium, cui filium addicat: ſi autem filium ſponte miſit ad ſcholas, & is polleat ingenio apto ad comparandam ſcientiam, cogetur pater ei neceſſaria ſuppeditare: ne aliàs impediatur bonum publicum, & filius cum dedecore, ac temporis jactura ab ſtudio repellatur. Unde carpit Antonium Gomez l. Tauri 29. num. 18. & Garriam de expenſis cap. 3. num. 52. quibus adhæſit Molina d. 239. §. Dubium eſt, aſſerentes contrarium huic ſecundæ parti ſuæ reſolutionis eſſe receptum.

Filium in ſtudio quando teneatur alere pater.

1544 Concordia hujuſmodi mihi videtur valde probabilis, & apta ad conciliandum prædictas ſententias. Verùm pro iiſdem optimè conciliandis, alia via mihi incedendum eſt, ut nempe ſentiam cum authoribus primæ ſententiæ negans omnem patrem abſolutè teneri ad alendum filium ſuum in ſtudio, & ſentiam cum authoribus ſecundæ ſententiæ affirmans illum patrem teneri filium ſuum volentem alere in ſtudio, qui attẽtis circũſtantiis ex parte filij habẽtis geniũ, itẽ ex parte ipſius patris habẽtis ſufficientẽ facultatẽ bonorũ, & commoditatem intelligat filium pro ſua conditione non aliter poſſe vitam ſuã honeſtè tranſigere, niſi tali arte, vel diſciplina fuerit inſtructus. Prior pars probatur fundamento primæ ſententiæ, cum non appareat radix ex qua proveniat omni patri quà tali facere expenſas cum filio in ſtudio. Poſterior pars ultra fundamenta ſecundæ ſententiæ, nititur 1. quia pater tenetur ad dotandas filias l. fin. C. de dotis promiſſ. ergo etiam ad procurandum filijs quidquid omninò neceſſarium, & ſufficiens eſt, ut maneant pro ſua conditione ſufficienter dotati. Et ſic ſe habet ſtudium in prædictis circunſtantijs. Nititur 2. quia pater tenetur filio ad pietatis officia l. parentes ff. de in jus vocandis, & l. uxorem §. Codicillis in fine ff. de legat. 3. expenſa autem illa in ſtudio eſt officium pietatis. Hinc eſt quòd omnes ferè citati authores conveniant teneri patrem eniti ut filius ſciat Grammaticam, hoc eſt ſciat legere, & ſcribere. Cum hæc diſciplina ſit homini penè neceſſaria. Vide quæ de alimentis datis pupillo filio plebæi in ſtudio per tutorem tradit Phæbus d. 117.

Pater obligatur ad expenſas ſtudij.

Pietas patris erga filium.

1545 Obſerva 1. dictam obligationem non habere locum, quando filius eſſet diſidioſus & vagus in ſtudio, nec ſpes foret ut proficeret. l. ſed Iulianus §. proinde ff. ad Macedon. Quia non gerit utiliter tunc negotium ſuum, & patris, & quia non tenetur dare perituro. l. ſi quis cum ſciret ff. pro emptore. Obſerva 2. non habere locum, niſi quando pater eſt dives, ac potens ut faciat expenſas illas. Quia alias charitas benè ordinata incipiet à ſe ipſo. l. præſes C. de ſervi. & aqua. Quando autem pater cenſeatur potens ad hoc faciendũ, relinquitur arbitrio judicis arg. l. 1. ff. de jure delibera. Obſerva 3. non habere locum, quando filius habet bona materna, vel alia, ex quibus neceſſaria percipiat: tunc enim deobligatur pater. Ita Rebuff. cit. priv. 33. fin. & Petrus Barb. cit. num. 27. Obſerva 4. cum Menochio lib. 4. præſ. 191. num. 19. prædictam obligationem locum habere in his qui ex charitate ſanguinis, & ratione naturali tenentur præſtare alimenta, ut in fratre, avo paterno, & alijs enumeratis in l. ſi quis a liberis ff. de liber. agnoſc. Notat verò Barb. num. cit. fratres non teneri fratri ſubminiſtrare neceſſaria mortuo patre: quia jam tunc habet legitimam, ex qua poſſit neceſſaria habere l. & ſi filium ff. de muner. & honor. Addit quòd ſi legitima non ſufficiat ad perferendos ſumptus ſtudij, alij fratres ex legitimis non cogentur neceſſaria ſuppetere. Arg. l. unica Cod. de inoffic. dotib. ſed hæredes extranei cogentur ex regul. l. 2. §. ex his ff. de verb. oblig.

Pater quando deobligetur ab expenſis filij ſtudentis.

Frater ad alendum fratrẽ in ſtudio.

1546 Difficultas tandem gravis eſt, an filius ſcholaris donationem ſibi à patre factam cauſa ſtudij, & quod ab eo accepit pro expenſis ſtudij, illo mortuo, teneatur in collationem adducere, vel in legitimam imputare? Videtur affirmandum ſecundùm ordinarias regulas. Quia prædicta donatio eſt donatio ob cauſam, ut conſtat: ſed donatio ob cauſam indiſtinctè confertur, & imputatur in legitimam. l. quoniam novella, & l. omnimodo §. imputari C. de inoffic. teſtam. Et ſic donatio ex cauſa dotis facta imputatur in legitimam, quia cenſetur donatio ob cauſam dict. l. quoniam. Ergo donatio facta ex cauſa ſtudij debet filio imputari in legitimam. Nihilominus talem donationem, & expenſas in ſtudio cum filio factas eſſe conferendas, & in legitimam imputandas, negandum eſt cum communi ſententia, quam tuentur Bart. tract. de duobus fratr. num. 15. Bald. l. filiæ num. 10. C. famil. erciſc. Cumanus conſ. 40. Alciat. de præſumpt. reg. 1. præſ. 7. Rebuff. ſchol. privil. 55. Avendan. reſp. 17. col. 2. Garcias Gallæcus de expen. cap. 4. num. 7. Petr. Barb. l. 1. ff. ſolut. matr. p. 7. n. 15. Mendez de Caſtro in l. Cum oportet num. 173. C. de bonis, quæ liber. Cal Pereyra in Cõmen. ad §. Sed hæc §. 2. n. 50. Inſtit. de inoffic. teſtam.

Donatio patris cauſa ſtudij an imputetur in legitimam.

Valaſc.

Valaſc. de partit.cap.13.num.151. Molina tract. 2 diſp.139.init. Azor p.2.lib.2. cap.4. q.17. & Reginal.in prax. fori pœni. lib. 10. num. 43. Habetur in jure Luſitano Ordin.lib.4.tit.97.§.7. & in jure Caſtellano l.3.tit.4.part.5. & utrúque ſumitur ex jure communi l. quæ pater ff. famil.erciſc. Vnica & adæquata hujus deciſionis ratio fuit ſtudij favor, qui redundat in maximum bonum commune.

Alimẽta majora uni filio quàm alijs parentes dare poſſunt

1547 Obſervat 1.circa prædicta Molina d.diſp.139.§.Litoitam. poſſe parentes de ſuis bonis alere filium in ſtudijs, etſi filius habeat propria: neque teneri ipſos parentes ea alimenta computare in portione de qua liberè poſſunt diſponere: quoniam alimenta filiorum ad ordinariam ac competentem adminiſtrationem ſuorum bonorum ſpectant, quæ proinde de toto acervo bonorum poſſunt inſumi, ſatque eſt parentibus ſplendiorem, maioremque ſuſtentationem in veſtitu, cibo, equitatu, famulisque & alijs ejuſmodi rebus, tradere uni filiorum, quàm alijs, modò id non excedat metas rationis attentis omnibus circunſtantijs. Accedit (ſubjungit) alimenta, quæ filijs in ſtudijs præſtantur, privilegiata eſſe, adeo ut ad quaſi caſtrenſia bona pertinere videantur: eo quòd ſcientiæ in commune Reipublicæ bonum cedant. Obſervat 2. Petrus Barb.cit.nu.17. illud certum eſſe, quòd ſi dum pater vivebat, filius in ſtudio contraxit aliquod debitum, ex communi illud ſolvendum eſt l. ſi uni §.1. ff. famil. erciſcun. Tradunt Navarr. in Manual.cap.17.num.151. & Bart. l.1. §. neque caſtrenſe in fine ff.de collat.bonor. & Auth. de duobus fratr.num.18. Obſervat 3.idem Doctor num.28. ſicut pater præſumitur dotare filiam ex proprijs bonis, etiam ſi penes ſe habeat bona filiæ l.fin. Cod.de dotis promiſſ. Ita eſſe in expenſis factis eum filio in ſtudio: nam etiam ex bonis proprijs videbitur illas feciſſe, quantumcunque penes ſe habeat bona propria filij. Quod in ſpecie tradit Horat. Lucius in privil.ſchol.priv. 16. limi.5. idque ſatis colligitur ex generalitate l. quæ pater §1. ff. famil.erciſc.

Debitum a filio contractum in ſtudio.

QUÆSTIO III.

An liceat admiſſo in Academiam mutare nomen, & habitum?

1548 ADmiſſo jam in Academiam juvene, & explicata obligatione parẽtum circa eum alendũ, cum poſſit, ac ſoleat evenire tum mutatio nominis, tum mutatio habitus; de utraque nobis in hac bipartita quæſtione agendum eſt. Prior igitur quæſtionis pars inquirit, an liceat ſcholaſtico ſibi nomen, vel cognomen mutare? Negativa pars fundari poteſt 1. quia mutans ſibi nomen vel cognomen incidit in peccatum inconſtantiæ, quod ſaltem veniale eſt, proindeque talis mutatio moraliter mala & illicita eſt. 2. quia mentiri ſive verbo, ſive opere continet intrinſecam malitiam, ut conſtat: qui autem mutat nomen facto ipſo & opere mentitur, ſe quaſi pro alio gerens. Vnde Menochius de arbitr.caſu 308.num.1. Falſitas (inquit) committitur in nominis, vel cognominis mutatione, quæ aliquando punitur judicis arbitrio. Addo Baldum & alios, qui ad l.1. C.de mutat. nominis affirmant pœna falſi puniri eum, qui ſibi nomen mutat; ergo talis mutatio mala, & illicita eſt.

Nominis mutatio an liceat.

Affirmativa pars ex oppoſito habet fundamentum 1.in jure: nam Iuriſtæ tradunt pro generali regula, licere unicuique nomen ſuum mutare, l.1.C.de mutat.nominis. Sic ſtatuunt Imperatores Diocletianus, & Maximianus: „Sicuti in initio nominis, cognominis, prænominis, recognoſcendi ſingulos impoſitio „libera eſt privatis, ita eorum mutatio inno„centibus periculoſa non eſt. Ita etiam habetur in proœm. Gregoriano, ubi Felin.num.36. & in proœmio Sexti. Ratio horum eſt, quia nomina ſunt indita ad placitum, quibus facile poſſit unum ab altero dignoſci l. ad recognoſcendos C.de ingen.& manumiſſ.& §.ſi quis in nomine Inſtit.de legatis. Habet fundamentum 2.in receptiſſima conſuetudine cum antiquiorum, tum recentiorum. Nam apud Græcos id moris fuiſſe, conſtat exemplis: Plato enim antea ex avi nomine dictus fuit Ariſtocles: Theophraſto antea Tyrtamus nomen erat: Homerus ante quàm incideret in cæcitatem, appellabatur Meleſigenes. Apud Romanos cum frequentiſſimus mutandi nomina uſus foret, tum ille præcipuus (ut narrat Alex.ab Alex.lib 6.cap. 19.) quod libertini jure annulorum aureorum donati, veteri nomine exuto, novum induebant, ut qui ad equeſtrem ſplendorem vocati, exploſis veteribus, ingenuorum Romanorum nominibus inſignirentur, ne quid nota nominis obſoleti collato honori officeret.

Nominis mutatio quotupliciter eveniat.

1549 Pro concordia utriuſque ſententiæ notandum eſt 1. nominis mutationem poſſe evenire tam in homine libero, quàm in ſervo, ſive per fraudem, ſive abſque ulla fraude. Notandum 2. dupliciter ſolere evenire dictam mutationem. 1. quando quis alienum nomen aſſumit, ut ſe alterum mentiatur, qualiter legimus feciſſe Iacobum, cum parenti ſuo ſe finxit Eſau Gen.25. refertur in cap. quæritur §.1. 22. q. 2. & cap.ult.22.q.2. ſuntque in literis humanioribus multa exempla, quæ congerit Valer. Max. lib.9. cap.16. Sit prima

conclu-

concluſio : cuicunque homini libero, ſi abſit fraus,& diſſimulatio perſonæ, integrum eſt ſibi nomen mutare, ſcilicet exuendo vetus, & induendo novum. In hoc ſenſu procedit, & vera eſt ſecunda ſententia, quæ ſatis exprimitur l.1. C.de mutat. nom. his verbis : Mutare „ nomen, vel prænomen, vel cognomen, ſine „ aliqua fraude, licito jure, ſi liber es, ſecūdum „ ea, quæ ſæpe ſtatuta ſūt, minimè prohiberis. Patet ex fundamento authoritatis & rationis, quo nititur prædicta ſententia, accedente conſuetudine Eccleſiæ, in qua mutatur nomen Pōtificibus Maximis recenter creatis, ut imitentur primum Summum Pontificem, cui Chriſtus mutavit nomen Simonis in Petrum : & illius mutationis ratio à nonnullis ſubditur, quia aliqui inventi ſunt habere turpe nomen, quod retinere Chriſti Vicario indecorum valde eſt. Scribit enim Platina in vitis Pontif. Sergium hujus nominis ſecundum, antequam eveheretur ad Pontificatum, Os Porci fuiſſe appellatum. Ex concluſione poſita, & lege citata rectè inferunt Baldus, Angelus ad d.l. & Felinus in proœm. Gregor. num.37. non licere ſervo nomen ſibi mutare. Ratio deciſionis eſt, quia præſumitur mutare, ut à domino fugiens reperiri amplius nequeat.

Nominis mutatio in Pontificibus.

Servo non licet mutare nomen.

1550 Secunda concluſio. Mutare ſibi nomen in fraudem nemini etiam libero licitum eſt, quamvis propria perſona non diſſimulata. In hoc ſenſu procedit prima ſententia, proindeque niti poteſt iiſdem ejuſdem fundamentis. Addo hujuſmodi mutationem eſſe peccatum ex genere ſuo lethale, & hoc deſumi ex pœna falſi, qua afficitur talis mutator, ut docent Baldus, & alij ad l.1. C. de murat. nom. & Bart. in l. falſi in princ. ff. de falſis. Nam pœna falſi olim fuit, & eſt hodie graviſſima. Olim enim (ut refert Manutius de legibus Rom.) ex decreto L. Syllæ dictatoris fuit in libero homine aquæ & ignis interdictio : in ſervis fuit ultimum ſupplicium : hodie verò in ſervo eſt ultimum ſupplicium, in libero bonorum publicatio, & deportatio l.1. §. ult. ff. ad l. Corneliam de falſis. At cum jam deportationis pœna in deſuetudinem abierit, & ejus loco arbitraria ſucceſſerit, ut tenet Menoch. de arbit. caſu 318. num. 20. ſequitur arbitrariam eſſe in hoc caſu. Poſita concluſio roboratur varijs exemplis : imprimis qui per fraudem clerici nomen aſſumit, puniri debet (ut docet Bart. in l. qui ſub prætextu C. de ſacroſ. Eccleſ.) pro modo judicis, hoc eſt, pœna arbitraria, ut interpretatur Felinus cit. num. 38. Similiter arbitraria pœna afficiendus eſt qui fraude Doctoris nomen ſibi uſurpat, ut tradunt idem Bart. in leg. relatum C. de profeſſ. & medicis lib. 10. & Frāc. de Marchis q. 690. par. 1. Eadem ratione idem eſt dicendum de mercatore mutante ſibi nomen & ſignum, ſcribit Felin. in proœm. Gregorio.

Mutatio nominis in fraudē.

Pœna falſi.

gor. num.37. & de quolibet aſſumente ſibi falſum nomen nobilitatis, Tiraquel. tract. de nobil. cap.13. Denique licèt Rebuff. ſchol. privil. 93. aſſeruerit ſcholares poſſe ſibi ad libitū mutare nomina, hoc rectè intelligit Menochius cit. num.16. modò non mutent nomina fraude in detrimentum alterius.

1551 Poſterior pars quæſtionis petit, an ſcholari in Academiam admiſſo liceat habitum, ſeu veſtem mutare? Supponimus juvenem, poſtquam in Academiam legitimè admiſſus eſt, teneri geſtare habitum ſcholaſticum, juxta ſtatuta & conſuetudinem ipſius Academiæ, cui adſcriptus eſt. Nā ſi veſtes geſtari debent juxta conſuetudinem regionis Gloſ.1. in Can. fin. 21. q.4. & Gloſ.1. in Can. ſi quis virorum diſt.30. etiam ab alumnis Academiæ juxta ipſius morem ferri debent: præſertim, quia cum ſint partes adornativæ hominis Gl. conſtat in cap. propterea, de verb. ſignif. & pro diverſitate vel ſtatus, vel ſexus variari ſoleant, Gl. congruentibus in Clem. 2. de vita & honeſt. neque enim vir habitum fœminæ, vel è contra, neque monachus habitum laici, vel è contra aſſumere poteſt, benè ſequitur homines veſtibus proprio ordini congruētibus uti debere. Nam ſi quis veſtibus hujuſmodi abjectis, alias aſſumat, & in publico, ceſſante cauſa rationabili portet, redditur indignus prærogativa profeſſorum illius ordinis, ut habetur in d. Clem. 2. de vita & honeſt. Quanvis enim nec veſtium pretioſitas conferat virtutē aliquam, nec veſtium vilitas auferat qualitatem hominis extrinſecam, Can. ſi quis virorum diſt.30. proindeque veſtes ornatas portare non ſit reprehenſibile, niſi quando fit ad finem jactantiæ, vel delectationis corporalis Can. parcimoniam diſt.41. & Gloſ.1. in can. fin. 21. q. 4. tamen unuſquiſque tenetur geſtare veſtem ſive pretioſam, ſive vilem, ea ratione & forma, quam ſuus ordo, ſtatus, vel profeſſio requirit, dato ſtatuto, vel legitimo more id præſcribente.

Habitus ſcholaſticus.

Veſtium mutatio.

1552 Qualis autem veſtium moderatio ex præſcripto juris communis obſervari debeat ab ſcholaribus, Rebuf. ſchol. privil. 95. ex Iaſone in l. vinum ff. ſi certū petatur, exiſtimat nullam eſſe obſervandam, quatenus ait ſcholaribus etiam clericis licitum eſſe portare veſtes breves, & indumenta cujuſcunque coloris ſint, quaſi velit clericis in Academia ſtudiorum cauſa verſantibus licere quovis habitu uti. Probat, nam ſcholaſtici cenſentur viatores & peregrini. Cap. clerici officia, de vita & honeſt. cleric. & l. eum filiusfam. viaticum ff. ſi cert. petat. ſed peregrini & viatores poſſunt ferre arma, & veſtes qualeſcunque tēpore peregrinationis. Auth. Omnes peregrini C. communia de ſucceſſ. cap. Epiſcopi 21. q.4. & cap. ſi quis ex clericis, de vita & honeſt. cler. ergo

Veſtium ſcholariū qualis.

Peregrinorum veſtes.

Digitized by Google

ergo & quicunque ſcholaſtici, dum in Academia verſantur. Si enim nomen peregrinorum habent, etiam effectum habere debent. l. à nullo C. de ferijs.

Clericalis veſtis quæ

1553 Hac Rebuff. ſententia, prout extenditur ad clericos ſcholares, meritò improbatur à Menochio in arbitr. caſu 392. num. 34. & Sanch. lib. 7. conſil. cap. 1. dub. 49. num. 19. quia adverſatur manifeſtè cap. 2. in fine, ne clerici vel monachi in 6. Et quidem certum eſt quaſdam veſtes eſſe clericis interdictas, & omnes quæ dedecent ſtatum clericalem, ut habetur ex cap. penult. de vita & honeſt. cleric. & Clem. eod. tit. Vnde clerici etiam ſæculares prohibentur geſtare veſtes virgatas, Gloſ. Virgatis in Clem. attendentes, de ſtatu Monach. Similiter prohibitæ ſunt clericis veſtes rubei & viridis coloris, item quæ variantur ſericis texturis, & ſunt verſicolores. Gloſ. partita in Clem. 2. de vita & honeſt. Conſonant hæc decreta & prohibitiones doctrinæ ſanctorum ,, Patrum: Nam S. Baſilius homil. 24. Veſtium ,, (inquit) extra neceſſitaté curam gerere, vel ,, infelicium eſt, vel injuſtorum. S. Bernard, in Epiſt. de cura & regimine domus, Sic habes: ,, De veſtibus ſcias, quòd veſtis ſumptuoſa eſt ,, probatio pauci ſenſus, veſtis nimis apparés ,, citò viri odium patitur: ſtude bonitate placere, ,, non veſte. & Epiſt. 14. ad Epiſcop. Lon- ,, donienſ. Quidquid præter neceſſarium victum, ,, ac ſimplicem veſtitum de altario retines, ,, tuum non eſt, rapina eſt, ſacrilegium ,, eſt. S. Hieronym. Epiſt. 2. ad Nepot. cap. 11. ,, Veſtes pullas æquè devita ut candidas: or- ,, natus, & ſordidæ pari modo fugiendæ ſunt, ,, quia alterum delicias, alterum gloriam re- ,, dolet.

Veſtibus mediocritas.

1554 Huc ſpectat quod infert S. Greg. tom. 14. in Evang. his ver- ,, bis: Quod pro ſola inani gloria veſtimétum ,, pretioſius quæritur, res ipſa teſtatur: quia ,, nemo vult ibi pretioſis veſtibus indui, ubi ,, ab alijs non poſſit videri. Quadrat apud Ælian. lib. de var. hiſt. illud dictum Socratis ad Xantippem conjugem pretioſa ſe veſte ornantem, ut ad pompam ſpectandam prodiret: ,, Hanc (inquit) non ſpectandi cauſa, ſed po- ,, tius ut ſpecteris, habes. Ex mente S. Ambroſij lib. 1. de offic. cap. 19. Veſtitus clericalis eſſe debet non affectatus, ſed naturalis & ſimplex, neglectus magis quàm expetitus, ut honeſtati, vel neceſſitati nihil deſit, nihil accedat nitori. Servanda igitur à clericis ea eſt mediocritas, ut nec utantur veſtibus nimis fulgidis, & pompoſis, nec etiam nimis vilibus, ſordidis, aut ſenio exterminatis: nam quodlibet ex his extremis clericalem ſtatum dedecet. Ita Palat. in temper. tib. de donat. inter virum §. 11. num. 10. Fulv. Pavian. lib. 2. cap. 34. num. 35. Abb. in cap. ne clerici num. 11. de vita & honeſt. cler. & Tiraq. l. 3. connub. gloſ. 1. part. 3. a num. 51. Hujus mediocritatis ſtudium laudabile eſt, ſicut reprehenſibilis appetitus mollium, ac pretioſarũ veſtium, coercendus procul dubio ab eo, qui ſibi perſuadeat nullam alicui ex pretioſa veſte moralem bonitatem, & laudem accedere, juxta Senecam apud Lucam de Penna in l. 2. C. de veſtibus olobeiis lib. 11. ſic diſſerentem: Quem- ,, admodum (inquit) ſtultus eſt, qui equum ,, empturus, ipſum nõ inſpicit, ſed ſellam ejus, ,, & frænum, ſic ſtultiliſſimus eſt qui hominẽ ,, aut ex veſte, aut ex conditione quomodo ,, veſtis eſt circundata, æſtimat.

Tonſura in habitu clericali.

1555 Cum igitur ex hactenus dictis ſatis apertè conſtet teneri jure communi omnes clericos, etiam ſcholares ad gerendum habitum honeſtum, illud ex Bannes 2. 2. q. 12. a. 1. dub. 2. obſervat Sanchez lib. 6. conſil. cap. 1. dub. 49. num. 1. tonſuram eſſe eſſentiale, & potiſſimum in habitu clericali; reliqua verò ut veſtes, eſſe concomitantia, & velut extrinſecè annexa ſtatui. Addit num. 2. quãvis jure cõmuni præcipiatur clericis honeſtus habitus, tamẽ non eſſe definitũ in ſpecie quænam ſint veſtes honeſtæ, ac verè clericales. Vnde tales cenſeri debent, quæ in hac vel illa provincia communi uſu admiſſæ fuerint, ut tenent Covar. quæſt. pract. cap. 38. num. 7. verſ. 4. Salzedo pract. Bern. Diaz cap. 75. §. fin. prohibitis, Rochus cap. fin. de conſuet. Panorm. cap. 1. de apoſt. & Sylveſt. v. excommunicatio 6. §. 6. dicto 6. Cum vero jus commune circa habitus honeſtatem ſolum ſtatuat de clericis ſine ulla reſtrictione, vel exceptione clericorum ſcholarium, & nihil ſtatuat de ſcholaribus laicis, ſatis apparet illos, & non hos comprehendere.

Habitus honeſtus ſcholaſticorum.

1556 Quid verò poſtulet æquitas, non attentis ſpecialibus ſtatutis, ut ſcholares laici honeſtè induantur, ſatis perſpicuum eſt, 1. ex ipſa profeſſione ſcholaſtica: ſunt enim hujuſmodi profeſſores amantes ſapientiæ, utpote quam ſummo labore ac ſtudio inquirunt, proindeque amantes honeſtatis, quæ cum ſapientia mirificè cohæret. 2. ex antiquis ſapientiæ amatoribus, ſeu philoſophis, qui ſe nimium frugales in veſtitu exhibuerũt. Nam apud Alex. ab Alex. lib. 4. genial. cap. 18. licèt Ariſtoteles decorus habitu, & nitido veſtitu fuerit, tonſa coma, & digitis auro circundatis, tamen Diogenes corpore fuit ſeminudo, veſte humili, ac ſordida: qui cum videret Rhodios veſte conſpicuos, eos dixit inſolentes: idẽ cum Lacedæmonijs in humili & abjecta veſte occurriſſet, hos etiam nuncupavit inſolentes. Pythagoras alba ex lino amictus veſte, neque ex mortuo animali quippiam ferens, auream geſtabat coronam, nonnunquam purpuratus. Crates manticam, & ſordidum palliolum ſibi tantum pro indumento aptabat. Ariſtippus

Socra-

Socraticus Mileſiam chlamydem, aliquando amictum viliorem induebat, cætera nudus: & ſic alij præſtantiſſimi philoſophi, cum ſibi facilè perſuaderent internis virtutum, ac ſciẽtiarum ornamentis ſatis reddi ſpectabiles: exteriores veſtes ſolum eſſe expetendas pro tegenda nuditate, juxta illud Apoſtoli 1. ad Tim. 6. Quibus tegamur, his contenti ſimus.

Veſtis honeſta qua. 1557 Quænam autem in ſpecie eſſe debeat veſtis quæ honeſtè ac decenter ſcholares cooperiat, non eſt in promptu decidere. Illud memini Simachum philoſophum de hoc interrogatum ſic reſpondiſſe. „ Illa veſtis decenter induitur, quæ non trahit pulverem, nec in humum dimiſſa maculatur. Ex quo infert Rebuff. ſchol. privil. 96. ſcholares debere indui colore griſeo, vulgo aleonado, quia hujuſmodi color communiter non maculatur, & inſuper denotat ſpem bonam, quam ſcholaris poteſt rectè concipere adminiſtrandi Rempublicam, ſi diligenter litteris operam dederit, ut habetur in procem. Inſtitut. §. fin. At quidquid ſit de jure communi, nihil circa ſcholaſticum habitum decernente, & de authoribus talem vel talem habitum honeſtum aut inhoneſtum judicantibus, cum diximus num. 1551. teneri ſcholarem ad portandum habitum, prout jubent ſtatuta, vel conſuetudo Academiæ, in qua verſatur, & non poſſimus adire omnes Orbis Academias, ſufficiet afferre nonnulla quæ ſtatuit Conimbricenſis lib. 3. Statut. tit. 3. num. 1. 2. 3. ¶ Os eſtudantes (inquit) andaràm honeſtamente veſtidos, ſem ſeda algũa: mas poderàm trazer os chapeos, & barretes forrados, & collares dos manteos, & guarniçoẽs de ſotanas por dentro: & nas camiſas não traraõ abanos, ſenão collares chãos, ſem feitio de rendas, nem bicos, nem tranſinhas, nem de outras guarniçoẽs ſemelhantes. E não trarão em nenhum veſtido de ſotana, calças, ou pelote as cores aqui declaradas. ſ. amarello, vermelho, encarnado, verde, laranjado. Et num. 2. ¶ Não poderàm trazer barretes de outra feição, ſenão redondos, ou de cantos: nem carapuças, ſenão os que trouxerem dò no tempo limitado, ou pellas peſſoas, que o pòdem trazer, conforme a minha ley. E os manteos que ouverem de trazer, ſeràm compridos, ao menos te o artelho. Vide reliquum capitis, & quidquid pro honeſtate habitus ſuorum ſcholarium decernit Academia Eborenſis lib. 2. Stat. cap. 3. quod ad longum non refero utpote valde affine prædictis de Conimbricenſibus.

Coma nutritio in ſcholaribus. 1558 Denique cum nutritio comæ ſive in mento, ſive in capite ſpectet ad habitum, difficultas eſt, an liceat ſcholaribus comam nutrire, cæſariem & barbam promiſſam gerere? Procedit de ſcholaribus tam laicis, quàm clericis. Pro parte affirmativa facit imprimis authoritas S. Paginæ. Nam in lege veteri præcepit Deus populo ſuo: (Neque in rotundum attondebitis comam, nec radetis barbam.) Levit. 19. Et cap. 21. ſermonem dirigens ad ſacerdotes Aaron. (Non radent caput, nec barbam.) Similiter Nazaræis lex impoſita „ fuit ſic: Omni tempore ſeparationis ſuæ no„ vacula non tranſibit per caput ejus &c. Sã„ ctus erit, creſcente cæſarie capitis ejus. Numer. 6. Deinde facit conſuetudo quarundam nationum, quibus nutrire comam in uſu fuit, ſicut & alijs tondere. Nam inter Argivos & Lacedæmonios (ut narrat Herodotus lib. 1.) cum pertinax contentio foret de agro dicto Thyrea, poſtquam Lacedæmonij evaſerunt victores, ex eo tempore Argivi tonſis capitibus, cum antea incederent comati, legem ſtatuerunt, ſe devoventes, ne prius comam alerent, quàm Thyream recuperaſſent. His è converſo Lacedæmonij tulere legem, ut in poſterum comati eſſent, cum antea tonſi fuiſſent. Vulgus olim Gallorum comam circuntondebat, non radebat: ſoli Regi permittebatur promiſſam gerere cæſariem, ut refert Agathius lib. 1. Similiter Perſarum Regibus fuiſſe in more nutrire comam, indicio eſt dicterium Veſpaſiani, quo eluſit cometem, qui ſuis temporibus apparuit, dicens ad Perſarum Regem pertinere, cui capillus effuſior. Sic Aurel. in Veſp. & in eodem Sueton. cap. 23. Ergo (ut author eſt Menoch. de arbitr. caſu 392. num. 31.) reliquis viris comam & barbam nutrire conceditur. Imò ex doctrina Baldi ſequitur crimen eſſe barbam incidere. Baldus enim in l. reos num. 6. C. de accuſat. docuit barbam in homine eſſe membrum, & ob id incidentem barbam teneri pœna, qua plecti ſolet is, qui membrum alicui abſcidit. Barba nutrita.

1559 Nihilominus pro parte negativa communis ſenſus cordatorum rectè arbitrantium eſt, comam & cæſariem promiſſam gerere, ſpectare ad delicatos, & effæminatos, ſi illam diligenter curent, vel ad milites, ſi illam negligant, & ſolum intendant ea impexa, & incompta terrorem hoſtibus injicere. De prioribus dixit quidam (Abſint à nobis juvenes, ut fœminæ, compti.) Et intelligẽda eſt Gloſ. 1. in Can. prohibitæ diſt. 33. ubi ſic habet, (Comam nutrire viro ignominia eſt, ſed mulieri eſt gloria.) Hinc apud Romanos (teſte Gellio lib. noct. Att. cap. 4.) nec ſervis comam nutrire licebat. Ex quibus mihi facile perſuaſum habeo dedecere ſcholares laicos eſſe cincinnatos, vel cirratos, ſcholaribus verò clericis id prorſus non licere. Primum ſuadetur, tum ex dictis, tum ex eo quia ſcholares laici, etiam in Academia laica ſunt ſtudentes ſapientiæ, cum qua ſtare nequit indecentia, quæ viſitur in ſtudioſa nutritione capillorum. Dixi (etiam in Academia laica) quia ſcholaſtici laici Cæſaries nutrita, & ſcholarium.

qui

qui verſantur in Academia Eccleſiaſtica, tenentur ex quadam maiori æquitate, & decentia abſtinere ab illo crinali luxu, ne dicam, molli ac fœmineo ornatu. Quia ſi non actualiter, ſaltem habitualiter ſunt clerici, ex habituali reſpectu, & tendentia Academiæ Eccleſiaſticæ ad clericatum. Hinc Iſabella & Ferdinandus Hiſpaniæ Reges (ut teſtatur Marineus lib. 19. rer. Hiſp.) omnibus juvenibus, qui litterarum ſtudijs operá dabant, uſum ſericarum veſtium, promiſſorumque capillorum ademerunt.

Coma nutrire prohibeta clericis.

1560 Secundum de ſcholaſticis clericis, quibus honeſtas maiori jure competit, faciliùs ſuaderi poteſt: nam id clamant leges canonicæ de omnibus clericis etiam non ſcholaſticis. Anicetus Papa (ut narrat Platina in ejus vita) eam conſtitutionem tulit, ne clericus comam nutriret. Sic enim cap. Prohibere 23. diſtinctio.
,, habetur his verbis: Prohibere fratres per
,, univerſas regionum veſtrarum Eccleſias,
,, ut clerici juxta Apoſtolum comam nòn
,, nutriant. Addit cap. ſequenti: Cleri-
,, ci, qui comam nutriunt, ab archidiaco-
,, no, etiam ſi noluerint, inviti detondean-
,, tur. Imponit excommunicationis pœnam
,, capit. ſubſequentibus verbis: Si quis ex
,, clericis relaxaverit comam, ſit anathema.
Hæc conſtitutio etiam edita fuit à Concilio Carthaginenſi 4. & habetur cap. clericus, de vita & honeſtat. cleric. Comprehendit, juxta Gloſ. ad cap. Prohibere, omnes clericos, etiam uxoratos: ſed de his poteſt intelligi, ſi velint uti privilegio clericali, alias ſecùs, ut ſumitur ex cap. quiſquis diſtinct. 84. Vide quæ circa hujuſmodi prohibitionem eruditè congerunt Menoch. de arbitr. caſu 392. num. 25. Duaren. lib. 1. de ſacris Eccleſ. miniſtr. cap. 14. Barboſ. de poteſtat. Epiſcop. part. 2. alleg. 9. numero 10. Illeſcas in Chronic. Pontific. par. 1. cap. 7. Carol. de Graff. de effectib. clerical. effect. 37. Beller. diſquiſ. clerical. Fuſc. de viſitat. lib. 1. cap. 20. num. 13. & Pelag. de planctu Eccleſ. lib. 2. cap. 14.

QVÆSTIO IV.

Quantum honoris, amoris, & obſervantiæ debeant ſuis Magiſtris diſcipuli?

1561 IN hac quæſtione libenter ſpatiarer, niſi ſuperiori libro multa de cultu, amore, & obſervantia erga Magiſtros, & Doctores attuliſſem. Cogor tamen in hoc loco pauca dicere, vel dicta perſtrictim repetere: nam viro ingenuo, qui aliquando ſub Magiſtri diſciplina fuit, adeo erga illum ingenita eſt propenſio, ut vel ſaltem de eodem cogitare, & brevi memoria conſequi, jucundiſſimum ſit. Hinc
,, M. Tullius in Orat. pro Planco, Nemo
,, (inquit) certè eſt noſtrum liberaliter e-
,, ducatus, cui non Magiſtri ſui atque Do-
,, ctores, cui non locus ille mutus, ubi ipſe eſt
,, altus, aut doctus eſt, cum grata recordatione
,, in mente verſetur.

Magiſtrorum jucunda recordatio.

1562 Igitur pro quæſtionis deciſione certum eſt multum honoris, amoris, & obſervantiæ impendere debere ſuis Magiſtris adoleſcentes. Diſcipulus enim ſumma reverentia doctrinam à ſuo Magiſtro traditam accipere debet, eumque obſervare atque diligere ut legatum, & præconem veritatis. Cap. ſicut vir 7. quæſt. 1. & Eccleſiaſt. 32. (Audi tacens, & pro reverentia accedet tibi bona gratia.) ſcilicet ſcientia. Quod verò teneatur obedire Magiſtro tanquàm patri, ipſumque ex virtutibus pietatis, obſervantiæ, & gratitudinis proinde colere, & amare, diſertis verbis commendant Decian. tractat. criminal. tom. 1. cap. 14. num. 7. Petrus Gregor. de Republ. lib. 18. cap. 3. num. 2. Rebuff. de ſcholaſt. neceſſarijs, neceſſar. 6. & Menoch. de arbitr. caſu 400. num. 5. Sumitur ex leg. liberto. & ibi Gloſ. ff. de obſequ. à libert. parent. & patro. præſtan. ubi Paulus reſpondit eadem reverentia colere debere diſcipulum præceptorem ſuum, qua & proprium parentem. Idem fere habetur leg. 1. Cod. de excuſat. artific. lib. 10. & ſummopere laudatur Alexander Severus quòd Vlpianum præceptorem ſuum leg. ex divi Codic. locati parentem alterum appellet.

Magiſter colendus ut pater.

1563 Maior dubitatio eſt circa honoris & amoris gradum: nempe teneaturne diſcipulus honorare, & amare Magiſtrum æquè ac ſuum parentem naturalem, an plus? Quòd par ſit obligationis quantitas, & in eodem gradu ſint Magiſter & pater honorandi, ac diligendi, videtur ſenſiſſe Carneades, qui (ut in ejus vita narrat Laertius) multum diuque in Chryſippi libris perlegendis verſatus, illum præceptoris loco habens dictitare ſolebat: (Niſi Chryſippus eſſet, ego non eſſem.) quaſi recepiſſet à ſuo Magiſtro quantum à patre naturali, proindeque æquè utrique debitor fuiſſet.

Magiſtro qualis honor impendendus.

Quòd maior ſit obligatio diſcipuli erga præceptorem, quàm filij erga parentem, ſeu quòd maior honor debeatur præceptori,

Digitized by Google

quàm patri naturali, expreſſè tradit Iacobus Rebuffus ad leg. 1. Cod. de excuſat. artific. lib. 10. Fundatur, quia filius in jure patrem naturalem reprehendit leg. 3. §. ſi quis, & ibi Gloſſ. digeſt. de condict. cauſa data, & tamen diſcipulus ſententiam ſui præceptoris debet excuſare, ſi poſſit, leg. ſi dicere ſententiam digeſt. de receptis arbitr. Tenetur enim ſequi doctrinam rationabilem illius, ſub quo magiſterium accepit. Cap. de his, diſtinct. 12. Prædictæ diſparitatis rationem videtur innuiſſe Quintilian. lib. 2. Inſtitut. Orat. ubi præceptorem appellat parentem, non quidem corporum, ſed mentium, quaſi paternitas hæc poſterior tantum excellat priori, quantum mens corpori. Huc ſpectat, teſte Antonio Meliſſa par. 2. ſerm. 11. id quod Magnus Alexander olim reſponſum dedit: interrogatus enim utrum magis deſideraret patrem Philippum, an præceptorem Ariſtotelem, prudenter reſpondit, Magiſtrum ſe magis deſiderare, quàm patrem, quòd ille, ut præclarè inſtitueretur, effecit, iſte vero ut tantummodo eſſet.

Diſcipuli qui ſuos Magiſtros honorarunt.

1564 Non eſt cur tam ancipitem, & periculoſam litem audeam dirimere, ne alicui ex duobus parentibus naturali & morali fiam injurius. Illud palam ſine hæſitatione teſtabor, diſcipulos eſſe ſuis præceptoribus obſtrictos vinculis arctiſſimis, quibus ut ſe olim ſolverent magni heroes, multas erga illos grati animi ſignificationes exhibuerunt. Caſſelius, cum nequiret referre gratiam præceptori Murio vita privato, ejus nepotem Publium hæredem fecit. De quo Pomponius leg. 2. §. ſervus. verſ. fuit eo tempore ff. de orig. juris. Ibidem §. ultim. commendat inſignem pietatem diſcipulorum, qui Sabinum præceptorem inopem ſuis opibus aluerunt. Q. Flaminius (ut memorat Volaterran. lib 16.) ut ſpecimen grati animi erga præceptorem Ennium ederet, illum civitate donavit. Idem author lib. 23. laudat M. Aurelium Antoninum Imperatorem, qui tanto amore proſecutus eſt Frontem Magiſtrum, ut ei ſtatuam in Senatu decreverit, & erexerit. Ariſtoteles (ſi habemus fidem Petro Crinito lib. 24. de honeſta diſciplin. cap. 1.) Platonem Magiſtrum tanti fecit, ut illi vita functo aram in templo cõſtruxerit, ſtatuamque conſecraverit: Vide multa alia, quæ de diſcipulis ſuos præceptores colentibus affert Petr. Greg. de Rep. lib. 18. cap. 3.

Vocatio in jus duplex.

1565 Ex dictis proclive erit exponere nonnulla dubia moralia. Primum dubium eſt, an liceat diſcipulo præceptorem ſuum ſine venia in jus vocare? Pro deciſione benè notat Menoch. de arbitr. caſu 400. num. 2. duplicem eſſe vocationem in jus, alteram realem, quam dicimus prehenſionem, alteram verbalem, quæ appellatur citatio. Conſtat non poſſe Magiſtrum vocari in jus priori vocatione, à diſcipulo, ſicut nec ab alio quovis adverſario. l. Medicos, & ibi Bartol. in num. 2. Cod. de profeſſ. medic. lib. 10. Soc. in l. generaliter num. 9. ff. de in jus vocan. & Aret. in §. pænales Inſtitut. de action. Majus eſt dubium circa alteram vocationem, quæ eſt citatio: in quo partem affirmativam ſequitur unicus Io. à Platea in §. pænales Inſtitut. de action. exiſtimans Magiſtrum in jus vocari ſine venia impunè poſſe. Nihilominus Angel. Aretin. ibi num. 7. rectiùs ſentit diſcipulum, qui ſine venia in jus vocavit præceptorem, judicis arbitrio eſſe puniendum. Et quidem quòd non liceat diſcipulo talis vocatio, defendunt Menoch. citat. num. 4. Lara in leg. ſi quis à liberis §. etſi impubes numero 13. Levinus Lemnius in exhortat. ad vitam bene inſtitut. cap. 8. Surdus de aliment. titul. 1. quæſt. 53. num. 8. Rebuff. de privileg. ſcholar. privileg. 70. Emman. Barb. ad Ordinat. lib. 3. tit. 9. §. 1. num. 5. Ratio facile deducitur ex ſupradictis: nam eadem, vel majori reverentia tenetur diſcipulus colere Magiſtrum, qua naturalem parentem: hunc autem ſine venia in jus vocare non poteſt; ergo nec Magiſtrum.

Citatio Magiſtri.

Accuſare Magiſtrũ nequit diſcipulus.

1566 Secundum dubium eſt, an liceat diſcipulo ſuum Magiſtrum accuſare? Reſpondeo negativè cum Tiberio Deciano tractat. crimin. lib. 4. cap. 14. num. 7. Sumitur ex leg. dicere ff. de arbitr. ubi Celſus documentum dedit, juxta quod diſcipuli ſuos Magiſtros non incurſare, ſed excuſare debeant. Quod ibidem ponderat Bartol. & in leg. interdum §. Stichi promiſſor ubi Iaſ. in fine ff. de verb. oblig. & Oldrad. in l. quæſitum §. 1. ff. de fundo inſtruct. Accedit jus Canonicum cap. ſententia 2. quæſt. 7. ubi dicitur eſſe puniendos, qui præceptorum, ſeu Doctorum culpam produnt. Ratio videtur eſſe, quia pater & præceptor in multis æquiparantur, ut ſatis conſtat ex dictis; ſed filio non licet accuſare patrem; ergo nec diſcipulo præceptorem.

Alimẽta præbenda Magiſtro.

Tertium dubium eſt, an diſcipulus teneatur alere Magiſtrum ſuum inopem? Rectè affirmant Decianus citatus numero 7. & Rolandus volum. 3. conſil. 5. num. 10. Sumitur ex leg. 2. §. primus Divus Auguſtus digeſt. de origin. juris, ubi juxta Pomponium Sabinus pauper à ſuis diſcipulis fuit ſuſtentatus. Facit & authoritas Gloſſæ à quibus, in cap. revertimini §. fin. quæſt. 1. aſſerentis diſcipulos debere referre gratias Magiſtro non tantum verbis, ſed etiam rebus, quod intelligo non ſolum de mercede, ſeu ſtipendio debito ex juſtitia, ſed etiam de alimentis

debitis

debitis ex pietate, & gratitudine. Facit 2. authoritas Senecæ lib. 6. de benefic. cap. 16. affirmantis non poſſe medico, & præceptori mercede tantum ſatisfieri, ſed amore. Quia (inquit) illi ex medico & præceptore in amicum tranſeunt; & nos non arte, quam vendunt, obligant, ſed benigna & familiari voluntate. Hinc Octavian. Auguſtus (ut narrat Sueton. in Auguſt. cap. 42.) in maxima annonæ penuria juſſit omnes peregrinos Vrbem egredi, exceptis medicis, & præceptoribus. Facit 3. ratio à ſimili: nam Caccialup. in tractat. de feu in 6. art. num. 11. ait quòd Vaſſallus tenetur alere dominum pauperem, & è contra, ſicut filius patrem, & è converſo §. ſi vel parens. Sic etiam diſcipulus Doctorem l. 1. §. Sed Divus pius ff. de orig. juris.

Diſcipulus, pecuniá numerans Magiſtro.

1567 Quartum dubium eſt, an quando diſcipulus numerat pecuniam ſuo Magiſtro, præſumatur in dubio illam donare? Benè reſpondent affirmativè Bologne. in l. quidquid ff. de verb. oblig. num. 62. & Menoch. de præſump. lib. 4. præſum. 34. ubi latè probat, quando quis dicit ſuo conjuncto, Tolle hanc pecuniam, præſumi illam donare, & idem num. 19. expreſſè tradit de ſcholari tradente pecuniam ſuo Doctori. Addit ibid. præſumptionem locū habere multo magis, quando aliquod adjunctum verbum id operatur, ut ſi dixit, (Tolle pecuniam, quam tibi concedo.) Verbum enim (concedo) ſignificat donationem, ut ait Alexand. in leg. cum quid num. 13. & Curſius Iunior num. 19. Addit Menoch. citat. num. 34. ſecùs eſſe dicendum, ſi ſcholaris traderet pecuniam mercatori: quia tunc præſumendum non eſt quod donaverit, vel mutuo dederit, ſed quòd depoſuerit. Ita Bald. in l. incendium C. ſi certum petat.

Illuſio & ſubſannatio facta Magiſtro vel parenti.

1568 Quintum dubium eſt, qualiter peccent diſcipuli, qui illudunt, derident, vel ſubſannāt Magiſtrum ſuum? Non inveni dubium hoc expreſſè deciſum in aliquo authore. Illud tamen facilè reſolvetur aſſerendo peccatum eſſe ex genere ſuo lethale, ſi illuſio, deriſio, vel ſubſannatio accipiantur prout juſtitiam offendere poſſunt, nempe lædentes famam per detractionem, vel honorem per contumeliam, item prout offendere poſſunt charitatem contriſtando eum qui irridetur. Nam peccatum contra has virtutes eſt ex genere ſuo lethale; & ſic per hujuſmodi vitia poteſt quis peccare graviter offendendo extraneum, proindeque à fortiori offendendo Magiſtrum. Tota dubitatio eſt de his vitijs quatenus opponuntur ſpeciali virtuti, pietatis parentibus, ac Magiſtris debitæ. Molina de juſtit. tractat. 4. diſput. 21. num. 6. rectè affirmat deriſionem, illuſionem, aut ſubſannationem parentibus factam eſſe peccatum grave. Probat item ex eo quòd Noemus gravi pœna, ſcilicet maledictione affecerit Chanaan, ob deriſionem ſibi irreverenter factam: tum ex illo Proverb. 30. ubi inter varia hominum genera deteſtabilia connumeratur (Generatio quæ patri ſuo maledicit, & quæ matri ſuæ non benedicit.) Cum verò ſupra ex jure, & graviſſimis authoribus ſatis oſtenderim Magiſtrum eſſe moralem parentem, cui tantum vel plus debent diſcipuli, quàm filij ſuo parenti naturali, mihi ſatis probabile eſt irriſionem factam Magiſtro poſſe habere ſpecialem malitiam gravem: quidquid videatur reclamare uſus, & vulgaris hominum æſtimatio.

Irriſio circa Magiſtrum.

Injuria illata Magiſtro.

1569 Sextum dubium eſt, an diſcipulus irridens Magiſtrum, vel aliter tractans injurioſè, teneatur hanc ſpecialem circumſtantiam declarare in confeſſione? Negabunt aliqui fortaſſis allegantes communem praxim: quaſi uſu receptum non ſit, quòd pœnitens qui ſuum Magiſtrum contumelijs, vel alijs injurijs affecit, in confeſſione Magiſtri circumſtantiam aperiat, eamque confeſſarius inquirat. Mihi tamen (ſi loqui ſine authore licet) cohærenter ad proximam doctrinam, aſſerendum eſt, prædictam circumſtantiam, quando materia fuerit gravis, eſſe neceſſariò aperiendam. Quia eſt mutans ſpeciem, utpote offendens virtutem ſpecie diverſam, ſcilicet pietatem. Quod verò filius graviter offendens patrem, ratione pietatis graviter læſæ, teneatur id exprimere in confeſſione, docent Toletus lib. 5. Summa cap. 5. num. 7. Navar. in Manual. Lat. cap. 14. n. 13. Alexan. in 3. par. de 4. præc. ex Richar. in 3. diſt. 37.

Bannitus Magiſter an poſſit occidi.

1570 Septimum dubium eſt, an licitè & impunè poſſit diſcipulus Magiſtrum bannitum interficere? Hanc difficultatem in nullo authore inveni notatam, vel deciſam. Cohærenter tamen ad ea quæ hactenus reſolvi, idem dicendum eſt de diſcipulo erga Magiſtrum bannitum, ac de filio erga patrem bannitum. Quid autem ſoleant docere authores de filio erga patrem bannitum, affert Stephanus Fagundez in 5. præcept. Decal. lib. 5. cap. 16. numero 13. Et quidem breviter in hoc puncto eſt duplex ſententia, altera Bartoli in leg. ſi adulterium cum inceſtu §. liberto. digeſt. de adulter. In leg. 1. §. præterea numero 51. digeſt. de quæſt. Beroi in cap. quæ in Eccleſiarum numero 114. & Angeli de maleſic. v. Et ex intervallo num. 17. affirmantium poſſe filium licitè & impunè occidere patrem bannitum. Fundatur, quia quando quis eſt bannitus manet per ſententiam

Digitized by Google

Principis declaratus hoſtis Reipublicæ: at filius poteſt licitè occidere patrem injuſtè inferentem bellum ſuæ patriæ, ut defendunt omnes Doctores cum Iulio Claro lib. 5. ſentent. §. homicidium num. 59. ergo & bannitum. Altera ſententia, quæ mihi arridet, eſt ipſius Iulij citat. num. 59. & Claudij in leg. 1. §. jus gentium num. 13. ff. de juſtit. & jure negantium poſſe occidere. Probatur, quia licèt pater bannitus per ſententiam Principis declaretur, & fictione juris cenſeatur hoſtis communis Reipublicæ, nunquam tamen exuit jus naturale patris, quo filij obligantur, & veritas debet prævalere fictioni. Confirmatur à ſimili, nam ſi Princeps fiat bannitus, non poteſt licitè interfici à vaſſallis, eo quòd ſit pater moralis eorum, ut tenent Albericus in 4. part. Statut. quæſt. 17. & Capolla Conſil. crimin. 5. Magiſter eſt pater moralis diſcipulorum, ergo etiam ſi ſit bannitus, non poterit occidi ab illis. Vnde patet ſolutio ad fundamentum partis oppoſitæ: nam pater pugnans contra patriam eſt verus hoſtis ſuorum filiorum in ea degentium, at bannitus ſolum manet hoſtis fictione juris.

DISPVTATIO II.

Quantum, & qualiter teneantur diſcipuli ad ſtudendum, ſeu incumbendum litteris.

1571 CVM jam expoſuerimus quanta ſit diſcipulorum obligatio erga ſuum præceptorem debito honore, & amore obſervandum, ac diligendum, ſequitur ut exponamus quanta ſit eorundem obligatio ratione proprij muneris, ſeu in obeundo ac exercendo proprio munere. Cum verò præcipuum diſcipulorum munus ſit ſtudere, ſeu litteris operam dare, inſtitutum præſtabimus declarando tria, ſcilicet quantus eſſe debeat in ſtudendo diſcipulus, quantus in frequentando gymnaſium, & quomodo, ſeu quibus circunſtantijs ſtudio incumbere.

QVÆSTIO I.

Quantus eſſe debeat in ſtudendo diſcipulus?

Studium diſcipulorum.

EXploratum omnibus eſt unum ex præcipuis medijs ad comparandas ſcientias eſſe ſtudium, quo diſcipulus in Academia vel privatim evoluendis libris, vel publicè audiendis præceptoribus ſe diligenter impendit. Vtrunque igitur pro ſuo explendo munere, & aſſequendo fine amplecti debet, ita ut averſetur ignaram negligentiam, & ſedulam diligentiam colat. Tria

Negligentia & diligentia in ſtudendo

„ ſunt (inquit Hugo de S. Victore lib. 5. eruditionis didaſcalicæ cap. 5.) quæ ſtudijs obeſſe ſolent, negligentia, imprudentia, fortuna: de prima admonendus unuſquiſque eſt, de ſecunda inſtruendus, de tertia adjuvãdus. Quantum verò litterarium ſtudijs proſit diligentia, & officiat negligentia, ſatis expreſſit textus in cap. fin. 83. diſtinct. ubi appellatur diligentia mater eruditionis, negligentia verò noverca. Hinc ſcholaris negligens & vagus ab ſcholis removendus eſt exemplo tyronis vagi, qui ad militiam non accedebat, ut dicit Imperator leg. 1. Cod. de tyron. lib. 12. Vbi addit Gloſſ. approbata per Iacobum Rebuff. in leg. tribuni Cod. de re milit. lib. 12. quòd vagus ſcholaris non fiet magiſter. Eſt enim vetus paræmia: (Lutum niſi tundatur, non fit urceus:) id eſt citra laborem nullus evadit in virum abſolutum, nedum ſcientiarum omnium excultum facultatibus. Adeo conjuncta eſt cum ſtudendi labore ſcientia, ut hanc ſine illo nemo poſſit conſequi, annuente S. Pagina Eccleſ. 1. (Qui addit ſcientiam, addit & laborem.)

Studentis aſſiduitas.

1572 Dicta ſatis oſtendunt ſcholarem pro ſuo implendo munere eſſe debere ab omni ignavo otio abhorrentem, & in evolvendis libris nimis ſedulum: adhuc tamen perſiſtit initio propoſita difficultas, quantus ſcilicet in ſtudendo, & quàm aſſiduus eſſe debeat? Caſſiodorus Epiſt. 2. diſcipulos ita vult litteris addictos, & devotos, ut nullum ſtudendo terminum præfigat. In addiſ„ cendo (inquit) decorum non eſt terminũ ha„ bere: hîc honeſta probatur ambitio, cujus etiã

„ nimio.

nimietas placet; omne enim ſcientificum, quanto profundius quæritur, tanto glorioſius invenitur. Nam ſicut impoſſibilis eſt terminus addiſcendi omne ſcibile, utpote infinitum, ita impoſſibilis eſt terminus, quo ſtudendi tempus, & aſſiduitas præfiniatur. Supereſt ergo, ut diſcipulus tantus in ſtudendo ſit, quantus eſt in vivendo, ita ut totam ſuam vitam, dummodo ipſius, & ſanitatis abſit periculum, ſtudio indeſinenter devoveat, ſemperq; doleat diem aliquem ſine ſtudio præteriiſſe. Audiat Fauſtum in diſtic.

Nulla dies abeat quin linea ducta ſuperſit,
Non decet ignavum præteriiſſe diem.

Audiat Catonem, qui fertur dictitaſſe ſe de tribus egiſſe pœnitentiam; primo quòd arcanum mulieri dixiſſet. Secundo, ſi per aquam tranſiſſet, dum per terram proficiſci poterat. Tertio, ſi aliquot dies per incuriam tranſiviſſet ſine ſtudio.

Studio dediti qui. 1573 Quanti olim fecerint hujuſmodi aſſiduitatem viri ſapientes qui adeo in verſandis libris toti erant, ut dies noctibus ſtudendo jungerent, ſuo exemplo teſtantur Plinius, Alexander, Solon, & plures alii. Plinius fuit adeo emancipatus litteris, ut nunquam earum ſtudia intermitteret. Nihil unquam legit, quin excerperet, nec in bibliotheca tantum, ſed in menſa, in lectica, & etiam equo vectus, ita ut vel ſcribere, vel ſcribendum aliquid dictaret. Alexander Magnus (ut eſt author Amianus apud Rebuff. neceſſ. 10.) cum dormiret brachio extra cubile protento, pilam fertur tenuiſſe argenteam, ſuppoſita pelvi, ut cum nervorum rigorem ſopor laxaſſet infuſus, pilæ lapſæ tinnitus abrumperet ſomnum. Hoc videtur accepiſſe ab Ariſtotele præceptore ſuo, de quo dicitur plus olei ſtudendo, quàm vini bibendo inſumpſiſſe. Denique præ aliis Solon (ut narrat Valer. lib. 8. titul. 7.) fuit ita nimia in litterarum ſtudiis contentione, aſſiduitate, & perpetuitate, ut in extremo agone exiſtens, aſſidentibus amicis, & inter ſe conferentibus, ſuis jam preſſum caput erexerit. Interrogatus autem cur id egiſſet, reſpondit: Ut cum illud quidquid eſt, de quo diſputatis, percepero, moriar. Exularet profecto ignavia ab hominibus, & adeſſet quædam indeficiens litterarum aviditas, ſi eo animo vitam ingrederentur, quo Solon ea egreſſus eſt.

1574 Eſt adhuc moralis difficultas, utrum, & qualiter quis in ſtudendo peccare poſſit? Affirmativa reſolutio, quòd poſſit peccare tum per defectum, tum per exceſſum, explicata lucem afferet, ut innoteſcat modus & qualitas peccati. *Negligentia quid ſit, & quotuplex.* Quod attinet ad peccatum per defectum, ſeu negligentiam in ſtudio, ſciendum eſt negligentiam eſſe duplicem: altera dicitur materialis, & eſt illa per quã quis jus ſuum, cujus liberam adminiſtrationem habet, inculpabiliter omittit: de qua in cap. ſi clericus, de præb. in 6. in cap. ſi autem, & in cap. plerunque, de reſcript. Altera dicitur formalis, & ſic definitur à Valent. tom. 3. d. 4. q. 6. p. 1. Eſt rationis cunctatio ſeu tarditas in imperando efficaciter id quod eſt jam benè conſultatum, & judicatum. Hæc definitio in effectu coincidit cum illa, quam tradit Leſſius lib. 1. de juſt. cap. 2. num. 19. in hunc modum: Eſt omiſſio actuum rationis, qui neceſſarii ſunt, ut opus ſuo tempore fiat. Notat benè idem author ibidem dupliciter conſiderari negligentiam, primo ut eſt omiſſio diligentiæ requiſitæ in ipſo opere externo; & ſic eſt directè contra virtutem, in cujus materia verſatur, ut negligentia in orando eſt contra religionem, in ſolvendo debito eſt contra juſtitiam. Secundò ut eſt omiſſio diligentiæ requiſitæ in actu intellectus excitantis, & diligentis voluntatem, & vires externas ad executionem; & ſic eſt contra prudentiam: & ideo juxta Iſidorum ethymolog. lib. 10. cap. 3. negligens dicitur quaſi nec eligens.

1575 Ut autem veniamus magis ad rem, & ſpecialem quandam negligentiam ſtudiorum, quæ opponitur ſtudioſitati, nihil aliud eſt talis negligentia, juxta Leſſ. lib. 4. cap. 4. num. 85. quàm voluntaria omiſſio diſcendi illius, quod diſcere, vel ſcire tenetur: ut ſi quis negligat diſcere articulos fidei, & alia ad ſalutem neceſſaria: ſi Epiſcopus, Parochus, Advocatus, Medicus negligant ea diſcere, quæ ſuum cujuſque officium attingunt: ſi ſtudioſus negligat ſua ſtudia. *Negligentia oppoſita ſtudioſitati.* Eſt enim hoc vitium oppoſitum per defectum virtuti, quæ appellatur ſtudioſitas. *Studioſitas quid.* Nam hæc juxta S. Thomam 2. 2. quæſtion. 166. eſt virtus, quæ affectum & ſtudium cognoſcendi juxta rectæ rationis normam temperat. Habet pro materia proxima non quidem cognitionem ipſam per ſe, utpote actum neceſſarium, ſed ſtudium cognoſcendi, quod eſt actus liber. Quale autem peccatum ſit hujuſmodi negligentia? benè reſpondet Leſſ. citat. num. 85. Eſt (inquit) per ſe, quatenus procedit ex tædio laboris, & defectu amoris ad cognitionem ſibi congruentem, peccatum veniale: ſæpe tamen poteſt eſſe mortale ratione materiæ, nimirum ſi ſub peccato mortali ad eam diſcendam, jure divino, vel humano erat quis obſtrictus: quod ſi ſolum ſub veniali tenebatur, erit veniale. Ex quibus patet ſcholarem poſſe interdum peccare mortaliter ob negligentiam in ſtudendo, ſcilicet offendens graviter charitatem paternam, fraternam, vel propriam, ſi forte per ſtudium ſuis, vel ſibi tenebatur ſub mortali conſulere. Vide S. Thom. 2. 2. quæſt. 54. a. 3.

a.3. in corpore, Iacobum de Graff. in aureis deciſ. p.1. lib.3. cap.5. num.132. Barb. de pot. Epiſc. p.3. alleg.126. Sylveſt. Tabien. & alios Summiſtas v. Negligentia.

Curioſitas quid & quo ſit peccatum.

1576 Quod attinet ad peccatum per exceſſum, illud committi poteſt ex vitio curioſitatis, quæ ſtudioſitati virtuti adverſatur. Curioſus generaliter dicitur, qui maiorem curam circa rem aliquam inutilem cognoſcendam, vel comparandam adhibet, quàm ratio poſtulet. Quale autem peccatum ſit curioſitas? bene reſpondet Leſſ. cit. a n.83. per ſe ſolum eſſe veniale: quia non eſt magna inordinatio quòd homo appetat ſcire quæ ad ſe non pertinent. Addit poſſe eſſe mortale ratione circunſtantiarum. 1. ratione prohibitionis, ut ſi quis legat libros vetitos, ſi ſpectet duella, ſi abſque conſenſu pœnitentis velit audire quæ dicuntur in confeſſione. 2. ratione materiæ, ut ſi hæc contineat occultum pactum cũ dæmone: ſi ſit periculoſa, qualis inductiva ad peccatum: ſi ſit improportionata intellectui, utpote ſupra ipſius vires. 3. ratione mediorum, ut ſi quis medijs illicitis notitiam aliquã parare velit. 4. ratione finis pravi, ut ſi ex intentione decipiendi, vel alicui notabiliter nocendi aliquid ſcire appetat. 5. ratione incommodi connexi: ut ſi ex tali ſtudio ſequeretur ſcandalũ, vel ob illud omitteret ſcire, aut exequi quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem.

Affectus nimius ad ſtudium.

1577 Cæterùm, ut redeam ad ſcholaſticum ſtudium, poſſe ſcholare peccare in illo graviter per exceſſum tam in affectu, quàm in effectu, mihi perſpicuum eſt. In affectu peccabit graviter, ſi affectu tam vehementi inhæreat libris, ut propter hanc adhæſionem nõ dubitet tranſgredi præceptum grave, v.g. omittere ſacrum die feſto. Nam Suar. tom.4. in 3.p. diſp.22. ſect.4. num.11, cui ſubſcribit Sanch. lib.1. Decal. cap.5. num.15. diſputans an omittens ſacrum ob ſtudium, teneatur ultra ſacri omiſſionem confiteri eam finis circunſtantiam, nempe ſtudium, propter quod omiſſum eſt ſacrum: & reſpondet affirmativè, ſi omiſit ex vehementi, & inordinato ad ſtudium affectu: ſecus, ſi ex ſua libertate, & facilitate. Quia omiſſio illa induit malitiam gravem ſpecie diſtinctam in priori eventu: nam opus veniale, & etiam indifferens, efficitur mortale, quoties in ejus objecto finis ultimus conſtituitur.

Studium in effectu nocivum vitæ.

1578 In effectu poteſt evenire etiã per exceſſum ſtudij peccatum mortale, ſi quis ita ſit nimius & immodicus ſtudendo, ut ex tali nimietate intelligat ſibi mortem indubitatam parare. Difficultas eſt an ſit peccatum mortale incumbere ſtudio, quod mortem acceleret, ſeu afferat vitæ brevitatem? Non inveni hanc quæſtionem diſputatam in his terminis, ſed invenio ſimilem in alia materia, nempe an liceat per vigilias, jejunia, & alias carnis macerationes accelerare mortem? De quo Victoria relect. de temperant. num.12. Navar. in Manual. cap.15. num.12. Caietan. 2.2. q.147. a.2. ad 2. Azor par.3. lib.2. cap.3. q.13. & Cardin. de Lugo tom.1. de juſt. d.10. a num.32. Reſolvunt 1. nunquam eſſe licitum per tales mortificationes ſibi directè intendere mortis accelerationem, etiam modicam, etiam habẽdo ſe negativè ideſt non adhibendo media neceſſaria ad conſervationem vitæ, & a fortiori habendo ſe poſitivè, ut ſi diris flagellis quis ſe vulneret. Quia non licet ſe interficere etiam per unam horam antequam ab alio occidatur. Reſolvunt 2. non peccare eum qui amore perfectionis & ſecuritatis circa ſalutem animæ religionem intrat, vel in ea perſeverat ſuſtinens ipſius auſteritatem, ex qua prævidet notabilem mortis accelerationem. 1. quia dicta perſona eas mortificationes exercet ex regula, vel modo approbato per Summum Pontificem. 2. quia id conceditur militi corporali ſuſtinenti duritiam militiæ ob bonum commune temporale; ergo à fortiori concedi debet militi ſpirituali. 3. quia Carthuſiani licèt aliquando pro comperto habeant abſtinentiam carnium fore illis cauſam mortis, non tenentur in tali diſcrimine carnes edere: quia grave illud nocumentum eveniet per accidens reſpectu hujus, vel illius monachi: ſemper autem perſeverat ratio boni communis, & obſervãtiæ religioſæ, quæ privato bono temporali præponderat.

Vitæ abbreviatio per mortificationes & ſtudiũ.

Virtus cauſa finalis breviandi vitam.

15579 Maior eſt difficultas de laicis & ſæcularibus, an poſſint licitè amore virtutis aſſumere vigilias, jejunia, & mortificationes, quæ vitæ abbreviationem afferant? Conſtat poſſe, ſi vitæ abbreviatio ſit moderata. Quia ſi non damnamus peccati mortalis eos qui utuntur cibis delicatis, & multis, quanvis prævideant multarum infirmitatum, & vitæ brevioris periculum, cur damnabimus alicujus peccati eos, qui amore virtutis ab illis abſtinent cum periculo vitæ abbreviationis moderatæ? Quid ſi ſit mani feſtum periculum notabilis abbreviationis? Quanvis ex ſe & regulariter non liceat, tamen ex cauſa frequenter licet, ut ait Lugo cit. num.32. & 33. qui num.34. affert exemplum S. Caſimiri commendati ab Eccleſia in ejus officio, quod medicis conſulentibus noluit uxorem ducere, ut mortem ex morbo jam imminentem evaderet, ſed mori maluit, quàm virginitatis propoſitum deſerere. Dicta vera ſunt, ſed in hoc pũcto mihi ſemper placuit, quæ olim docuit in manuſc. Doctor primarius, & Magiſter meus P. Michael Tinoco tract.3. de juſt. diſp.1. ſect.2. ubi quærit an peccet homo ſæcularis, ſi per vigilias, & jejunia amore virtutis ita maceratur, ut credat ſe propriam vitam notabiliter minuere? Reſpondet 1. id non licere, ſi loquamur

ſpe-

ſpeculativè. Probat, quia externa afflictio non eſt tantum bonum in perſona privata, ut excedat bonum illud magni ſpatij vitæ, v.g. decem annorum, quo quis majora etiam ſpiritualia merita acquirere poteſt. Deinde unuſquiſque tenetur propriam vitam non prodigere, & non abbreviare ſine rationabili cauſa, cum illius cuſtos ſit; ergo ſpeculativè non licet illam notabiliter per vigilias, & afflictiones minuere. Reſpondet 2. practicè nullum dari periculum peccati in illa vitæ diminutione. Probat, quia nunquam conſtare poteſt vitam per vigilias & jejunia eſſe notabiliter minuendam, cum paſſim eveniat viros durioris, & aſperioris vitæ diutiùs vivere, quàm molles & delicatos.

Studium cauſa brevioris vitæ.

1580 His ita conſtitutis, facilis erit deciſio noſtræ difficultatis in ſubjecta materia de ſtudio. Nam ſi loquamur de modica abbreviatione vitæ propter ſtudiũ, non ex illius intentione, ſed permiſſione, mihi videtur licere tam laicis, quàm regularibus, & eſſe rationabilem cauſam adeptionem ſcientiarum, quas quis ſtudio comparat in magnam boni publici utilitatem: ſicut eſt rationabilis cauſa minuendi vitam in milite per labores militares defenſio Reipublicæ. Si loquamur de notabili vitæ abbreviatione propter ſtudium in regularibus v.g. in hominibus Societatis, aut alterius religionis habentis ſimile ſtatutum, mihi videtur idem prope dicendum quod reſolutum vidimus num. 1578. de abbreviatione vitæ in regularibus per vigilias, & mortificationes. Nam ſtudium ex regulari ſtatuto ſuſceptum propter ſalutem animarum, induit quandam bonitatem moralem, & manet opus virtutis non ignobilius jejunijs, vigilijs, ac flagellationibus. Ideò S. Ignatius plus deferendum judicat tali ſtudio, quàm orationibus, & afflictationibus prolixis, illius impeditivis. Nam Conſtit. p. 4. cap. 4. §. 2. Cum ſtudijs (inquit) vacant, ut eſt cavendum, ne fervore ſtudiorum intepeſcat ſolidarum virtutum, ac religioſæ vitæ amor: ita mortificationibus, orationibus, ac meditationibus prolixis eo tempore non adeo multum tribuetur. Si loquamur de notabili abbreviatione vitæ in perſonis privatis ſæcularibus, mihi videtur adhibendam eſſe reſolutionem juxta prædicta in fine ſuperioris paragraphi, ita ut ſpeculativè non liceat: ſecus practicè. Quia ferè nunquam conſtare poteſt de tali abbreviatione, præſertim ſi aſſiduitas ſtudij prudenter intellecta ſuſcipiatur. Nam ſtudium prudenter ſuſceptum ex ſe conducit ad longam vitam, cũ intercipiat graves curas, avertat moleſtias, & extinguat triſtitiam, & alias vitæ humanæ exitiales peſtes. Ex quo ſcimus viros aſſiduo literarum ſtudio indeſinenter addictos, qui longam vitam duxerunt, inter quos poſſunt numerari Navarrus, & Suarius, ille enim vivendo excesſit annum centeſimum, hic ſeptuageſimum.

QVÆSTIO II.

Quantus eſſe debeat diſcipulus in frequẽtando gymnaſium.

1581 Diſcipulorum ſtudiũ duplex eſt, vel unum cõpoſitũ ex duobus, quorũ alterũ privatũ, alterũ publicũ eſt. Illud habetur domi legẽdo libros, vel manuſcripta quæ præceptor dictavit: hoc habetur audiendo Magiſtros in publicis ſcholis, vel aulis. Egimus de priori, quæſtione præcedente. Agemus in præſenti de poſteriori, quod vel conſiſtit in frequentia gymnaſij ad audiendum præceptorem, vel ſaltem ſine illa ſtare nequit. Eſt igitur in hac re præcipua difficultas, an ſit neceſſaria hujuſmodi frequentia, ut cenſeatur diſcipulus perfectè litteris operã dare? Rectè affirmat Rebuff. de neceſſar. ſchol. neceſ. 4. & Suarius tom. 4. de Relig. tract. 10. lib. 5. cap. 3. num. 15. Sumitur ex §. fin. & proœm. Inſtitut. ubi diſcipulus monetur quod ſumma ope, & alacri ſtudio lectiones audiat. Et S. Ignatius in 4. p. Conſtit. cap. 6. num. 8. frequentiam gymnaſij pro audiendis Magiſtris ſic præcipit: Scholaſtici in audiendis lectionibus ſint aſſidui, & in eis prævidendis diligentes. Nam Chriſtus Dominus cum adhuc eſſet puer ad ſcholaſticorum exemplum non dubitavit parentes deſerere, ut Doctores diligenter audiret, & eos interrogaret. Luc. 2.

Frequentia gymnaſij requiritur.

1582 Ratio prædictæ reſolutionis eſt, quia licet ſtudiũ ſit vehemens applicatio animi ad aliquid agendũ l. 1. §. hujus ſtudij ff. de juſt. & jure, & DD. in c. ex ſtudijs de præſũpt. tamen ſcholaſticus ſuo Marte abſque ope Magiſtri nunquam per illam vehementem applicationem poterit devenire ad perfectam intelligentiam juris, & comparationem ſcientiarum. Nã M. Tullius Trebatio juriſconſulto confeſſus eſt juris diſciplinam per ſe non poſſe cognoſci, ſed Doctorem & interpretem deſiderare. Item Servius Sulpitius orator inſignis Mutium Scævolam bis terue de jure ſibi reſpondentem ob rei difficultatem non intellexit, ut habetur l. 2. §. Servius ff. de orig. jur. Difficultas igitur rerum, & quæſtionũ in quacunque diſciplinarum facultate non poteſt regulariter per ſtudium privatum à diſcipulo ſuperari, niſi hic Magiſtrũ frequenter audiat, & conſulat. Addit Rebuff. citat. neceſſ. 5. non ſufficere illam præciſam auditionem, ſed oportere quòd diſcipulus lectio-

Auditio frequens præceptoris.

Lectionis audiendæ repetitio.

nem prævideat, auditamque apud ſe referat. Et quidē S. Ignatius hoc præcepto ſuos ſcholaſticos obſtringit. par. 4. Conſt. cap. 4. num. 8.
„ In audiendis (inquit) lectionibus ſint aſſidui,
„ & in eis prævidendis diligentes, & poſtquā
„ eas audierint, repetendis. Huc ſpectat illud
„ Platonis in Timæo: Principium (inquit) do-
„ ctrinæ eſt in lectione, conſummatio in con-
„ templatione: & illud Apoſtoli ad Hebr. 2.
„ Abundantius (ait) oportet obſervare nos ea,
„ quæ audivimus, ne forte pereffluamus. Facile enim è memoria excidunt audita, quæ non repetuntur, & è contra repetita lectio prodeſt. l. una C. de emend. Iuſtin. Cod.

Interruptio ſtudii nocet.

1583 Supereſt adhuc explicanda hujuſmodi frequentia: & per quid cenſeatur tolli. Quanvis in ſenſu ut quis dicatur frequens, ſatis eſt quòd duabus vicibus rem agat, juxta Gloſ. 2. in cap. Monaſteria, de vita & honeſt. Frequentatio (inquit) inducitur ex duabus vicibus: tamen ut ſcholaris dicatur frequētare gymnaſium, neceſſe eſt quòd in eo adeundo habeat continuationem ſine interruptione notabili. Scholaris enim doctrina intercisa perit, continuata viget. Gloſ. commentantibus, in princip. proœm. lib. 6. Et de hac interciſione doctrinæ, ſeu interruptione frequentiæ videtur intelligi Gloſ. notata in Can. ſunt qui arbitrantur, de pœn. diſt. 1. ubi dicit in ſcholis dormiendum non eſſe: quaſi dormiat qui negligenter, & oſcitanter frequentiam interrumpit. Cum enim ſtudere non dicatur, niſi quis cum effectu ſtudet, ut pro ſequitur Gratian. tom. 2. cap. 227. num. 90. & 99. & effectum ſtudij habere nequeat niſi qui continenter ſtudet. Nam juxta Rebuff. neceſſ. 4. fin. diebus interpolatis audiens ac ſtudens vix perveniet ad frugem. Quia ſicut in præſcriptione ad acquiſitionem dominij non prodeſt tempus præteritum, quādo datur interruptio, cap. illud, de præſcript. Gloſ. & DD. in l. cum notiſſimi C. de præſcrip. trigin. ann. ita in ſtudio vix dabitur acquiſitio ſcientiæ, niſi tempus fuerit continuum. Semper tamen hujuſmodi temporis continuitas in frequentando gymnaſium, intelligenda eſt nō metaphyſicè, ſed moraliter, ſeu humano more. Qualis autem requiratur & ſufficiat ad gaudendum privilegijs, tradunt Menoch. conſil. 1031. num. 4. Barb. tom. 1. in Cod. pag. 14. col. 2. num. 5. & nos ſupra lib. 3. diſp. 3. q. 5. qualis poſtuletur ad probationem cujus, diximus lib. 6. d. 3. q. 1. & 2. Qualis frequentia ſit neceſſaria ut credentes præceptori dicantur, tractat Menoc. conſ. 124. l. 54.

Frequens apud juriſtas quid.

Præſcriptio tempus continuum.

Studiorum impedimenta. Prima cura.

1584 Pro coronide hujus quæſtionis, & prædictorum intelligentia rogabis 1. quænam ſint impedimenta ſtudij litterarum, quæ juvenem aliàs qui ingenioſum poſſunt ab ſpe comparandi ſcientiam dejicere. Omiſſis plurimis, quæ ſcholarem interturbant, & ab ſtudio litterarum prorſus avertunt, apponemus præcipua. Primum eſt curarum in diverſa trahentium multitudo, quin & ſolicitudo nimia rerum temporalium. Nam cura dicitur quaſi cor urens. Gloſ. in princ. Auth. de hæred. & falſi. collat. 1. & ingenium ita diſtrahit ac dividit, ut non permittat ſcholarem ad duo ſe habere, videlicet ad bona temporalia, & ad ſtudium Arg. cap. diverſis, de cleric. conjug. l. fin. C. de aſſeſſ. & l. hac parte, de proximis ſacror. ſcrin. lib. 12. Hinc Seneca Epiſt. 17. Studijs
„ (inquit) & divitijs pariter vacare non potes;
„ nec illam animam dignatur habitare ſapien-
„ tia, quam deſiderijs vides infectam, & curis
„ temporalibus involutam. Idem Epiſt. 73.
„ Studio me dabo, cum omnia alia negligen-
„ da ſint, ut huic aſſideamus. Suo exemplo id firmavit Crates Thebanus, ut refertur cap. Gloria Epiſcopi 12. q. 2. hic enim vir quondam ditiſſimus, cum ad philoſophandum Athenas pergeret, magnum auri pondus abjecit: neque putavit ſe poſſe & virtutes, & divitias ſimul poſſidere.

Sit igitur ſcholaris in otio, & ſine cura rei familiaris. l. 1. C. de excuſat. artif. lib. 10. & l. 1. C. de veterat. in fin. lib. 12. Quod otium ut obtinerent Scholaſtici Societatis ab omni rerum cura ac ſolicitudine alieni, & quanti faceret ſtudium in ordine ad ſalutem animarum, multum laboravit, & ſatis oſtendit S. noſter Patriarcha Ignatius parte 4. Conſtit. cap. 6. num. 3. his verbis: ¶ Impedimenta etiam removeantur, quæ ab ſtudijs animum avocant, tam devotionum, ac mortificationum, quæ vel nimiæ, vel ſine ordine debito ſuſcipiuntur, quàm curarum, & exteriorum occupationum, quæ domi in officijs domeſticis, & foris in colloquijs, confeſſionibus, atque alijs erga proximos functionibus aſſumuntur, quatenus ab eis declinari in Domino poterit. Eſt enim cōſilium, quò alijs poſtea utiliores cum doctrina, quam didicerint, ſe præbeant, hujuſmodi exercitia, licèt pia, donec ſtudia ſint abſoluta, differri.

1585 Secundum impedimentum eſt gula, ſeu nimia in cibum, ac potum ingurgitatio. Quantum enim hujuſmodi intemperantia ſtudio litterarum noceat, inde apparet, quia ſaturitate omnes corporis, ac mentis infringuntur vires, hebeſcunt ſenſus, mens obruitur, ac denique in membra & facultates hominis torpor incredibilis obrepit. Nam pinguis venter craſſum ſenſum generat: tex. in cap. quando 44. diſt. & DD. in l. 1. C. qui ætat. lib. 10. & l. 1. Cod. de comiti. & trib. ſchol. lib. 12. A potu etiam nimio evenit ebrietas, quæ parit mentis exilium. Cap. a crapula, de vita & honeſt. cler. E contra juxta cap. ne tales, de conſec. diſt. 5. nihil ſic ſenſuum acumen operatur, ſicut moderata refectio. Unde S. Hieronym.

Gula & intemperantia impediunt ſtudium.

tonym. in rub. de temper. jejun. cap. 14. ita habet: Sic tantum comedas, ut ſtatim poſt cibum poſſis legere, orare, pſallere. Et ibid. poſt pauca, Pinguis venter non gignit ſenſum tenuem. Idem ad Pamachium: Litteræ (inquit) mariſupium non ſequuntur, ſudoris comites ſunt & laboris, ſociæ jejuniorum, & non ſaturitatis.

1586 Tertium eſt luxuria, & effrænata libido, quæ ſunt lethiferæ peſtes ſcientiarum, ipſarumque acquiſitionis per ſtudium. Nam luxuria præterquàm quòd innumeris curis turpem amatorem diſtrahit, eundem dementat, mente ipſius cogitationum obſcænarum tenebris excæcata, ita ut luxurioſus ſua libidine vertatur in feram, aſinum, porcum, vel ſimilem beſtiam. Hinc ab Homero Odyſſ. 4. continentia principum laudatur ſub perſona Vlyſſis, qui nullo poculo, aut veneficio potuit dementari ab inſigni venefica & meretrice Circe, quæ ejus ſocios libidine obcæcatos veneficijs & blanditijs transformavit in urſos, porcos, leones, aſinos, ac ſimiles beſtias. Quo ſpectat illud Horatij 1. Epiſt.

Luxuria studiorum peſtis.

Sirenum voces, & Circæ pocula noſti:
Quæ ſi cum ſocijs ſtultus, cupiduſq; bibiſſet,
Sub dña meretrice fuiſſet turpis & excors,
Vixiſſet canis immũdus, vel amica luto ſus.

Teneat igitur Academicus alumnus pro colẽdo ſtudio literarum, & vitanda luxuria, documentum S. Hieronymi, quòd refertur cap. nũquam, de conſecrat. diſtin. 5. in hunc modum: Ama ſcientiam ſcripturarum, & carnis vitia non amabis.

1587 Quartum impedimentum valde interturbans, imò deſtruens ſtudium eſt ludus, qui idcirco ſcholaribus eſt prohibitus §. illud in procœmio ff. orum etiam ſi fuerit ludus pilæ, vel ſcacorum, quanvis alijs ſit permiſſus Authen. Interdicimus C. de Epiſc. & cler. Concinunt Statuta Eborenſia lib. 2. cap. 4. §. 5. ¶ Poſto que pelas Ordenaçoens ſeja permitido, que ſe poſſaõ jogar jogos de dados em tavoleiros com tavolas, nenhum eſtudante as poderà jogar, nem ter as ditas tavolas, & dados em caſa. E fazendo o contrario encorrerà nas penas em que encorrem os que jogaõ cartas, ou as tem em caſa. E quanto ao jogo de cartas & dados ſe guardarà o conteudo na Ordenaçaõ. Ratio hujus prohibitionis deſumitur tum ex amiſſione temporis, quæ maxima in ludo eſſe ſolet, tum ex amiſſione pecuniarum, ſine quibus Scholaris viaticum, ſeu victum neceſſarium pro ſuo ſtudendi munere habere nequit: tum denique quia de ludo veniri ſolet ad rixam, ex qua contingunt vulnera, effuſiones ſanguinis, & homicidia. Gloſ. Violationes, in Clem. gravi, de celebrat. Miſſ. Concludit igitur Rebuff. neceſſ. 11. ſolum litterarium ludum ſcholaribus eſſe permiſſũ, & lepidè addit ludum omnem, excepto ludo cartharum, id eſt librorum, ſcholaſticis prohiberi. Hæc omnia ita temperanda cenſeo, ut honeſtus ludus non obſit, imò proſit interdum ſtudio, pro eo tempeſtivè interrumpendo, ſi opportunis temporibus moderatè exerceatur.

Ludus studio destructor.

1588 Quintum impedimentum eſt proclivitas ad rixam. Vnde ſcholaris eſſe debet pacificus, non rixoſus, vel procax, ut notatur in procœm. Decret. & probat Corſet. tract. de poteſt. regia, in privileg. pacis. Pacificos pueros eſſe ad doctrinam aptiores, tradit Volaterr. lib. 28. cap. 2. his verbis: Ad doctrinam (inquit) alius alio docilior: Mercuriales pueri velociſſimi ſunt, verùm cito deſinũt, raroque ad frugem perveniunt, maximè ſi cum Mercurio Martem conjunctum habeant. Non enim rectè cohæres Mercurius cum Marte, Minerva cum Bellona, pax cum bello, otium & quies cum inquietudine. Vnde qui amant rixas & contentiones corripi debent. Can. ſi quis monachus diſt. 90. Conſiſtunt autem rixæ in factis, contentiones in verbis, lites in judicijs. Gloſ. rixas in cap. 1. Ne cler. vel monachi. Sunt ergo rixoſi ſtudio litterarum non ſolum inutiles, ſed etiam pernicioſi, ita ut ab Academia, vitandæ perturbationis cauſa expelli debeant per Statuta Eborenſ. lib. 2. cap. 5. num. 4. per Conimb. lib. 2. tit. 20. nu. 4. Quare juxta Albericum in l. 2. ff. ad l. Rhod. de jactu poterunt ſcholaſtici agere contra hoſpitem, qui ipſis invitis, rixoſum recepit ex conducto, ut agat cõtra talem rixoſum ex locato, ut eos non turbet, vel diſcedat. Addit Rebuff. ſchol. privil. 11. num. 2. ex l. ſi is qui §. 1. ff. de jure dotium, & l. ſi filia §. 1. famil. hercisc. poſſe filium deſerere patrem rixoſum, & ſeorſum habitare, ita ut cogatur pater eidem filio dotem, quam à nuru recepit, reſtituere, cum filius ſit deinceps laturus onera matrimonij.

Rixæ impeditiva studiorum.

1589 Rogabis 2. Vtrum pro maiori facilitate ſtudendi, ad augendam memoriam liceat ſcholaſtico ſumere potionẽ, quam vocant Anacardinam, etiam cum certitudine, vel ſaltem morali periculo amittendi unum ex corporeis ſenſibus. Quæſtio hæc nova eſt, & à nemine, quem viderim, excitata. Eſt tamen practica, cum ſciamus nonnullos hujuſmodi potionem ſumpſiſſe pro augenda memoria. Et ego noſco virum, qui adhuc ſenex pollet firmâ memoria deſtitutus olfactu, eo quòd puer ex præſcripto parentis anacardinã ſumpſerit.

Anacardina ad memoriã augendã.

Pro parte affirmativa pugnabit aliquis 1. quia intendere augmentum memoriæ pro ſcientijs facile comparandis, ac retinendis, eſt finis valde honeſtus, & bono etiam communi valde utilis: quanvis autem potio anacardinæ ob deſtructionem alicujus ſenſus, contineat aliquam

aliquam deordinationem, hæc non videtur eſſe magni momenti: atque adeo cohoneſtatur ab honeſtate finis, in quem tendit. 2. quia ſi talis potio foret illicita, ex eo eſſet, quòd afferret deſtructionem alicujus potentiæ corporalis, in quam homo non habet dominium: ſed hoc non obſtat, tum quia œconomus non habet dominium in bona ſui heri, & tamen aliquando unum deſtruit pro conſervatione, & augmento alterius, tum quia homo non habet dominium in ſua membra, & tamen pati poteſt caſtrationem; nam juxta Salonium 2. 2. tom. 1. q. 65. a. 1. contr. 2. pater caſtrare poteſt filium conſentientem, ſi abſit periculum vitæ, ut voce & cantu Eccleſiæ deſerviat; ergo poterit quis pati deſtructionem alicujus ſenſus, ut tenatior memoria inſerviat bonó communi.

Caſtratio an liceat.

Abortus procuratio.

1590 3. Quia non eſt maior deordinatio, & maius incommodum amiſſio potentiæ corporeæ, quàm expulſio fœtus nondum animati: ſed hæc poteſt directè procurari per remedium de ſe expulſivum fœtus, quando id neceſſarium eſt ad matris ſalutem, ut docent AA. communiter, Sanch. lib. 9. Matr. diſp. 20. num. 6. & Trullench. tom. 2. Decal. lib. 5. cap. 1. dub. 4 num. 1. ergo licitum eſt permittere amiſſionem potentiæ corporeæ, ut quis vigeat firmiſſima memoria. 4. Nam eodē modo ſe habet amiſſio ſenſus corporei atque amiſſio potentiæ moralis, hoc eſt libertatis: ſed amiſſio potentiæ moralis quandoque honeſtatur ex fine, ut cernitur in ſomno, per quē quis paſſim privatur libertate ſine peccato, ex eo quòd ſomnus naturæ utilis & commodus ſit. Item quamvis ebrietas ſit illicita, & contineat deordinationem, eo quòd privet libertate, tamen aliquando cohoneſtatur ex fine, ut ſi ſumatur ad corporis ſanitatem, vel tuendam vitam, teſte Hermanno in Medulla lib. 5. cap. 3. dub. 5. a. 2. n. 2. ex Leſſio lib. 4. cap. 3. dub. 4. n. 37. ergo ſimiliter deſtructio ſenſus alicujus poterit ex fine cohoneſtari.

Ebrietas nō liceat.

1591 Nihilominus oppoſita pars negativa, quòd non liceat ſumere anacardinam pro ratione præciſa augendæ memoriæ, mihi placet, & viris doctis, quos cōſului. Probatur a priori, quia nihil injuſtum licere poteſt: ſed ſumptio anacardinæ afferentis deſtructionem ſenſus injuſta eſt; ergo non licet. Maior & conſ. patent. Suadetur minor, quia omnis deſtructio rei alienæ, invito rationabiliter domino, injuſta eſt: ſed ſumens anacardinam deſtruit rem alienam, ſeu non ſuam, ſcilicet potentiam corpoream invito rationabiliter domino, Deo; ergo talis deſtructio injuſta eſt. Quòd potentia corporea ſit res aliena, ſeu non ſua, patet, quia homo non habet dominium in potentias etiam corporeas, ut expreſſé docuit Magiſter quondam meus D. Michael Tinoco in tract. manuſc. juſt. diſp. 8. ſect. 1. ex eo quòd potentiæ ſaltem cognoſcitivæ præſupponantur, ut homo in libertate conſtitutus poſſit de rebus diſponere. Quòd dominus Deus ſit rationabiliter invitus circa talem deſtructionem, patet, quia augmentum memoriæ non eſt bonum tanti momenti, ut pro eo comparando exponi poſſit indeterminatè unus ex ſenſibus, inter quos ſunt aliqui præcipui, & valde neceſſarij humanæ vitæ, qualis viſus, & tactus: erit igitur rationabiliter invitus Deus dominus noſtrorum ſenſuum, ſi ſic abſque alia maiori cauſa exponantur.

Anacardina potio.

1592 Confirmatur 1. quia illicitum eſt procurare deſtructionem potentiæ generativæ, ſeu impedimentum illius, inducta ſterilitate per potionem, ut docet Sanch. lib. 9. Matr. & Turrian. 2. 2. tom. 2. diſp. 26. dub. 2. num. 45. quaſi ſit per peccatum contra naturam impedire ſemen à ſuo naturali fine generationis. Vnde hujuſmodi procurationem nunquam etiam ex graviſſima cauſa licere in uxoratis tanquam intrinſecè malam, tradit Caietan. 2. 2. q. 154. a. 1. ad ſolut. 4. & cū multis Diana par. 5. tract. 14. reſol. 90. & par. 7. tract. 5. reſol. 33. contra Torreblaneam in pract. jur. ſpir. lib. 12. cap. 13. num. 31. aſſerentem licere ſumere poculum ſterilitatis, pro vitando periculo vitæ, quod imminet in partu. Ergo in noſtro caſu ſaltem ex præciſa cauſa augendæ memoriæ non licet procurare deſtructionem ſenſus. Confirmatur 2. nam abſciſſio membri ideo nō licet niſi in caſu extremæ neceſſitatis pro vitādo periculo vitæ, quia homo non habet dominium in membra: & ſolum pro conſervatione totius poteſt exponere partem: ſed homo etiā non habet dominium in potentias corporeas; ergo etiam non poteſt aliquam ex illis, ſumpta potione exponere, niſi ad ſolam conſervationem vitæ.

Sterilitas procurata in uxoratis.

1593 Ex dictis facilè ſolventur adducta in oppoſitum. Ad primum dicimus non omnem finem honeſtum cohoneſtare medium de ſe inordinatum; ut patet in eleemoſyna, quæ eſt finis valde honeſtus, & tamen non cohoneſtat furtum, ut ſcilicet liceat furari ad dandam eleemoſynam. Sic res ſe habet in deſtructione potentiæ, quæ eſt damnificatio rei alienæ. Ad ſecundum reſpondemus nunquam licere diſpoſitionem rei alienæ invito rationabiliter domino. Vnde œconomus ſolum poteſt diſponere de rebus ſui heri, ex præſumpta illius voluntate, quando v. g. rem unam deſtruendo pro conſervatione alterius, agit fideliter negotium domini: & ſic cohærēter fateremur licitam eſſe deſtructionem potentiæ, ſicut & cujuſcunque membri ad conſervationem totius hominis, non verò ad augmentum memoriæ. Hinc caſtratio ad meliorē vocem pro cantu Eccleſiæ illicita eſt, ut rectè docet Tannerus in 2. 2. diſp. 4. q. 8. dub. 5. n. 101. quia

Membrorū abſciſſum pro toto conſervādo.

Caſtratio non licet

quia cantus pueri non eſt tanti momenti, ut ob illum fruſtretur finis à natura intentus, qualis eſt generatio; cum id neque ad vitandum periculum animæ in ſacris Canonibus permittatur. Nam caſtrantes ſe ipſos pro abſtinentia, etiam ab obtentis ordinibus repelluntur. Cap. ſi quis pro ægritudine diſt. 55. Item caſtrari ſe facientes prohibentur ordinari, quia quaſi homicidæ ſui ipſius judicantur. Glo. abſcinderint in cap. ex parte, de corpore vitiat. ordin. Denique caſtrans ſervum capite punitur, & ſervus, & medicus, & locus, in quo id factum eſt, confiſcatur. Glo. fin. in Can. ſi quis à medicis diſt. 55. Ad tertium admittimus maiorem de expulſione illa fœtus pro tuenda vita matris; & etiam cohærenter fatemur licitam eſſe potionem anacardinæ, ſicut & caſtrationem, & cujuſvis membri abſciſſionem pro tuenda vita hominis, & conſervatione totius: negamus tamen licere dictam potionem ſolum pro augmento memoriæ. Ad quartum ſimiliter fatemur licere amiſſionem potentiæ moralis ad tempus, non ſolum inductam ex ſomno, ſed etiam ex nimio potu, quando talis amiſſio judicetur neceſſaria ad conſervandam hominis vitam, & ſic de amiſſione ſenſus corporei per anacardinam, ut diximus; ſecus pro memoria augenda. Illud notamus alienationem mentis in poſito caſu non dici ebrietatem: quia ebrietas ſolum datur, quando ſine juſta & gravi cauſa, tantum ob voluptatem, aut ingluviem quis ſciens volens privat ſe violenter proxima poteſtate utendi ratione ad omnem ſubitam neceſſitatem. Ita Herman. & Leſſius, quos citavimus num. 1590.

Ebrietas quid.

QUÆSTIO III.

Quomodò, ſeu quibus circumſtantijs ſtudere debeat ſcholaſticus?

1594 **A**Ctum eſt quæſtionibus proximis de ſtudio veluti quoad ſubſtantiam, quantitatem & qualitatem, ita ut planum fieret quotus, & qualis eſſe debuerit diſcipulus in ſtudendo: agendum ſupereſt in præſenti de circumſtantijs ſtudij, & inquirendum, quomodo ſtudere debeat? Inſtitutum præſtabimus, ſi diſcurramus per circumſtantias finis, temporis, ac loci, tribus dubijs explicatis. Primum dubium eſt, quemnam finem debeat quis ſtudendo, ſeu literis vacando intendere, ut tale exercitium honeſtum, & licitum maneat? Hoc dubium facilè diſſolvetur ab eo qui viderit quæ latè diſſeruimus circa finem intendendum à diſputantibus, ſi aptè accommodet fini ſtudendi, quæ diximus de fine diſputandi à n. 503. Nam ſicut diſputandi pravus finis eſt intendere obſcurationem veritatis, vel obſcurationem æmulatoris ex diſplicentia perſonæ, item vanam gloriam, vel contentionem, ita ſtudendi pravus finis dabitur, ſi quis ſtudendo intendat obſcurare veritatem, vel æmulatorem: ſi intendat vanam gloriam, vel contentionem. E contra finis erit manifeſtè honeſtus & bonus, ſi quis ſtudendo intendat aſſecutionem, & perſuaſionem veritatis, juxta S. Ignatiũ in regula 28. commun. item ſi intẽdat per acquiſitionẽ ſciẽtiæ ædificationẽ propriã, vel alienã, juxta S. Bernardum ſer. n. 36. in Cãt. (Sunt (inquit) qui ſcire volunt, ut ædificent, & charitas eſt.) Denique ſi intendant ſcientijs, & doctrinis per ſtudium partis maiorem Dei gloriam propagare. Et hic eſt finis optimus, & honeſtiſſimus, quem noſter Patriarcha Ignatius ſemper intendebat.

Studij finis quis.

1595 Verſatur in quæſtione intentio duplicis finis, quæ ab ſtudentibus haberi ſolet: alter finis eſt recreatio, alter eſt lucratio. Quòd honeſtus ſtudendi finis, ſit recreatio, ſimiliter ex traditis per Albericum ad l. Divus, & exprimitur à Rebuffo ſchol. privil. 1. num. 9. Probatur, quia honeſta recreatio, ſeu delectatio eſt objectum virtutis, quæ dicitur eutrapelia; poterit ergo eſſe finis honeſtus ſtudij. Confirmatur. Nam eodem modo ſe habet ludus licitus, atque ſtudium ad ſuum finẽ: uterque enim ex ſua ratione indifferens eſt: ſed ludus habet interdum pro fine honeſto recreationem; ergo ſimiliter ſtudium eandem habere poteſt. Quòd etiam lucratio eſſe poſſit finis honeſtus ſtudij, inde ſuadetur, quia licèt turpis lucratio, & quæcunque progrediens ex avaritia, honeſtatem habere nequeat, tamen lucratio non excedens terminos juſtitiæ, & habenda ad ſuccurrendum inopiæ, & tollendas graves neceſſitates, honeſta eſt. Vnde Barboſ. tom. 1. collect. ad cap. tuam in Domino, de ætat. & qual. nu. 5. ex Coſmo in proœm. pragm. ſanct. pag. 39. dixit licitum eſſe ſtudere ſpe promiſſionis habendæ in Eccleſia. Illud nota ſtudium litterarum opus eſſe liberale, nec reddi ſervile ex fine, ſeu ex eo quòd quis ſtudendo intendat quæſtum, ſeu lucrum pecuniarium, ut rectè docent Azor Inſtitut. moral. par. 2. lib. 1. cap. 27. q. 3. Azeved. l. 4. num. 12. tit. 1. lib. 1. novæ recop. Sayrus in clavi lib. 7. cap. 2. num. 13. Tolet. in Sum. lib. 4. cap. 24. n. 9. & Reginal. in praxi lib. 19. c. 3.

Studium ob recreationẽ vel lucrum.

1596 Secundum dubium eſt circa circumſtantiam temporis, & eſt præcipua difficultas, an liceat ſtudere diebus feſtis? Mihi omninò certa, & indubitata eſt affirmativa ſententia, quam expreſſè tradunt Rebuff. ſchol. privil. 1. Petrus Subertus tractat. de

Studere diebus feſtis licet.

culto

cultu vineæ Domini 4.par.cap.5. Florent.in 2. parte Summæ tit.9.cap.7. Lucas de Pena in l. 1. col.2.Cod.de agrico.& cenſi.lib.11. innuunt Caietan.2.2.q.122.a.4. Navar.in Man.cap.13. n. 13.Suar.de Relig.tom.1.tract.2.lib.2.cap.25. & Fagundez in quinc. præc.1. lib.1.cap.11.a nu. 3. ubi dicunt licere diebus feſtis ſcribere, & tràſcribere. Probatur 1. authoritate juris divini: nam per hoc licitum eſt diebus feſtis dare operam ſcientiæ habendæ. Siquidem Chriſtus Dominus Lucæ 4. intravit ſecundùm conſuetudinem ſuam die Sabbati in ſynagogam, & ſurrexit legere, & traditus eſt illi liber Eſaiæ &c. Apoſtoli fuerunt edocti per Spiritum S. die dominica, & eis data eſt omnis ſcientia Act. 2. Eadem de Saulus fuit illuminatus, & accepit ſcientiam Act.9. Conſtat etiam ex eodem divino jure licere diebus feſtis benefacere. Matth.12.& Marci 3. Sed qui ſtudet benefacit, ſaltem prout à cogitationibus malis ſubtrahitur, & fugit ignavum otium, fomitem ac ſentinam malorum omnium. Unde S.Hieronymus in 3.
„ par. Epiſt. 15. In manibus (inquit) tuis divina
„ ſit lectio, & crebræ orationes, ut omnes co-
„ gitationum ſagittæ, quibus adoleſcentes
„ percuti ſolent, hujuſmodi clypeo repellan-
„ tur.

1597 Accedit authoritas juris canonici, per quod ſcholaribus permittitur diebus feſtis ſtudere, & legere. Cap.1. & ibi DD.& cap.licet, de ferijs. Facit Gloſ.declaravit in Clem. exivi §.licet, de verb. ſign. ubi dicitur ſtudium & orationem eſſe labores ſpirituales, qui proinde licent die feſto. Facit item, quia homines in vinea Domini laborare ſtudendo dicuntur, cap.fin. de Magiſt. in fine. Licitus eſt autem omni tempore labor in vinea Domini. Nec deſideratur authoritas juris civilis, juxta quod feſtis diebus omnia exerceri poſſunt, ſine quibus mundus regi nequit l.omnes in prima, & ibi Gloſ.C.de ferijs: mũdus autem ſine ſcientia regi nequit, ut habetur ead. Authen. Deinde militaris & litteraria diſciplina æquiparantur in procem. Inſtit. & in l. advocati C.de advocat. diverſ. judic. At diſciplina militaris feſtis diebus exerceri poteſt l. Divus ff. de ferijs. Denique famuli diebus feſtis poſſunt, imò tenentur ſervire ſuis dominis. Arg.l.ſervus. §. ſervus, & l. ſi peculium §. quædam ff.de ſtatu liber. l.1.& l.colonos C.de agri.& cenſit.lib.11. Cum verò qui ſtudet dicatur ſervire Eccleſiæ, quia ſtudet, ut poſtea meliùs Eccleſiæ ſerviat, & eam protegat. l. qui ſub prætex. C.de ſacroſ. Eccleſ. & l.1. C.de agric.& cenſit. ſequitur ſcolarem poſſe, ac debere ſtudio incumbere diebus feſtis.

Opera pro-hibita die feſto.

1598 Probatur 2. ratione, quia die feſto prohibentur omnia opera ſervilia, hoc eſt, quæ & verſantur circa materiam externam: & vel mechanica & illiberalia ſunt, v.g. ſuere, fabricare: vel requirunt tantùm laborem corporis, & ſolum ab operarijs & ſervis fieri ſolent, ut cum DD. tradit Layn. l. 4. tract.7.c.1. Item ex non ſervilibus prohibentur forenſia, ut mercatus, placitum, judicium ad mortem vel pœnam, & omnis ſtrepitus judicialis: nullum aliud opus prohibetur; atqui ſtudium non eſt opus ſervile, ſed ingenuum, ac liberale, cum ordinetur ad illuſtrandam mentem, eamque ſcientijs locupletandam: deinde non eſt opus forenſe, quod ſtrepitu aliquo exerceatur: imò quærit receſſum, & tam internam, quàm externam tranquillitatem, ut opportunè fiat; ergo ſtudere licet diebus feſtis. De hujuſmodi tranquillitate animi per ſtudiũ
„ parta locutus eſt Seneca Epiſt.18. Feſtis (in-
„ quit) maximè diebus animo imperandum
„ eſt, ut tunc voluptatibus ſolus abſtineat, cũ
„ in illas omnis turba procubuerit. Confirmatur 1. quia juxta S.Bernard. ſerm.14. in Cant. non minus eſt animæ ſciẽtiam præbere, quàm eſcam corpori: ſed diebus feſtis licitum eſt præbere eſcam corpori, eamque parare; ergo ijſdem diebus licebit præbere ſcientiam animæ per ſtudium. Confirmatur 2. quia feſtis diebus licent nonnulla opera ſervilia propter neceſſitatem, de quibus latè Doctores, inter quos factus author moralis citatur Virg.1. Georg.

Quippe etiam feſtis quædam exercere dieb⁹
Fas & jura ſinunt: rivos deducere nulla
Relligio vetuit, ſegeti prætendere ſepem,
Inſidias avibus moliri, incendere vepres,
Balantumq; gregem fluvio merſare ſalubri.

Ergo à fortiori licebit exercere opus ſtudij, quod liberale eſt, & continet magnam neceſſitatem & utilitatem.

1599 Circa prædictam temporis circunſtantiam, rogabis, quodnam ſit tempus opportunius ad ſtudendum? Cum aſſiduitas ſtudij, quam in ſuperioribus diximus valde utilem pro comparandis ſcientijs, accipi debeat morali modo, ita ut non poſtulet omne omninò tempus ad ſtudendũ, imò deſideret interruptionem, proindeque oporteat dari aliquod tempus omninò liberum & vacuum ab exercitio ſtudendi, neceſſe eſt definire quodnam tempus cenſeatur aptius, ut in ſtudio utiliter inſumatur. Communis & unanimis ſtat omnium ſtudioſorum conſenſus pro matutino. Ratio eſt, quia hoc tempore abſunt fere omnia, quæ ſunt impedimenta ſtudij: nam imprimis abſunt curæ, & reliquæ mentis perturbationes, quæ ex humano commercio, & colloquutione evenire ſolent: tempus enim matutinum vicinius eſt nocturno jam elapſo, in quo præceſſit alma quies, & omnimoda mentis feriatio. Abeſt ſaturitas, exitialis ſtudij, & ſcientiarum noverca, cum ante prandium fere nemo in cibum & potum nimium ingurgitetur. Denique abeſt ſolis vehemens ardor, qui &

Tẽpus ſtudio aptius.

ſe

ſe ipſo ſtudentem impedit, & excitare ſolet craſſos admodum vapores, quibus mens obnubilatur.

Studium cauſa differendi officium divinum.

1600 Eſt igitur moralis difficultas, an ſtudium opportunè habendum tempore matutino ſit cauſa juſta ſacerdoti, ut differat officium divinum ad tempus veſpertinum? Negabit aliquis, quia non videtur conſonum ut quis, reſervato ſibi, pro ſua commoditate, tempore aptiori, quale eſt matutinum, impendat Deo, ad habendum ſcilicet cum eo ſermonem per horas canonicas, tempus minùs aptum, quale eſt veſpertinum. Accedit, quia recitatio officij divini eſt opus non ſolum vocale, ſed etiam mentale, quod proinde ut exactè fiat, non minùs quàm ſtudium, poſtulat tempus matutinum: cum vero opus ſtudendi ſit liberum, & opus recitandi ſit obligatorium, hoc illi præcedere debet, ut fiat tempore aptiori: proindeque non eſt juſta cauſa ſtudium tempore matutino, ut officium differatur ad veſpertinum. Nihilominus oppoſitum dicendum eſt cum Sanches lib. 7. Conſil. cap. 2. dub. 3. num. 3. ex Navarro in Cap. quando cap. 3. Latinè num. 51. Hiſpanè num. 56. & Maiore in 4. diſtinct. 14. quæſt. 1. Ratio eſt, quia ſubſtantia præcepti conſiſtit in eo quòd Horæ recitentur: quòd autem recitatio fiat tali vel tali tempore, ſicut præcipitur Clement. 1. de celebrat. Miſſar. & cap. 1. eod. tit. eſt modus quidam & circumſtantia non admodum neceſſaria, ſed ſolum obligatoria ſub veniali, ut præter citatos authores, docent Sotus lib. 10. juſtit. quæſt. 5. art. 4. Merina in Summ. lib. 1. cap. 14. §. 11. Sylveſt. v. Hora quæſt. 9. & S. Antonin. 3. p. tit. 13. cap. 4. §. 4. Vnde ſi detur cauſa juſta, dilatio in aliud tempus liberabitur omninò à peccato: ſed commoditas ſtudendi tempore matutino eſt cauſa juſta differendi: ſiquidem pro comparandis per ſtudium ſcientijs affert utilitatem maximam bono tam privato, quàm publico: & conveniunt citati AA. notabilem utilitatem etiam privatam, ſufficere pro cauſa differendi.

Ex quibus patet ſolutio ad rationem pro parte oppoſita. Quia præceptum Eccleſiaſticum eſt benignum, proindeque non obligat cum magno detrimento commoditatis temporalis. Deinde ſtudium & recitatio officij non ita ſe habent, ut æquè fiant tempore matutino: ſtudium enim poſtulat magnum conatum, & contentionem potentiæ intellectricis, non ita recitatio officij, cum ſolum, ut ſtudioſè fiat, deſideret attentionem, quæ facilè habetur tempore veſpertino.

1601 Tertium dubium eſt circa circumſtantiam loci, & imprimis an liceat ſtudere in templo, ſeu loco ſacro? Affirmandum videtur cum Rebuffo ſchol. priv. 2. Sumitur 1. ex eo, quia bonum argumentum ſit de tempore ad locum leg. vinum ff. ſi certi petat. Quod firmat Gloſ. in Clem. 1. verbo regularem, de cenſib. ubi dicit ſicut licitum eſt ob neceſſitatem comedere carnes tempore prohibito, ita & in loco. Notat tamen Rebuff. cit. num. 1. ex Iaſone ad dict. l. vinum, hoc procedere, quando eſt eadem ratio: ſecus ſi ſit diverſa. Nam debitorem capere in Eccleſia non licet, quanvis liceat eum capere die feriato: & hoc ob diverſitatem rationis, ſiquidem in Eccleſia poteſt cuſtodiri, & citari verbo: ſi autem non capiatur die feriato, fugiet. Sumitur 2. ex eo quòd ſtudium appelletur labor ſpiritualis in Clement. exivi §. licet, de verb. ſignific. quæ autem ſpiritualia ſunt, in Eccleſia tractari poſſunt cap. decet, de Immunic. Eccleſ. in 6. Hanc reſolutionem admitto, modò non habeatur ſtudium tempore Miſſæ celebrandæ. Quia tunc præter indecentiam, impeditur ſatiſfactio præcepti: non enim quis ſtudens poteſt ſatisfacere præcepto audiendi ſacrum, ſicut non ſatisfacit præcepto recitandi officium, qui recitat ſolo animo ſtudendi, & addiſcendi juxta Suar. de Horis can. lib. 4. cap. 26. Item non ſatisfacit præcepto audiendi ſacrum, qui à ſenſibus pene abſtractus in Deo contemplando defixus eſt, ex defectu præſentiæ moralis. Addunt nonnulli non poſſe quempiam audiendo Miſſam, recitare Horas ad quas tenetur. Quia ſunt duæ obligationes, una de audiendo Miſſam attentè Cap. Miſſas, de conſec. diſt. 1. altera de recitando Horas cap. 1. de celebr. Miſſ. & utraque poſtulat attentionem, & devotionem exteriorē, quæ nequeunt eſſe ſimul, Arg. cap. ex literis, de probat. Hoc tamen ut valde rigidum meritò improbat Sanch. lib. 1. Decal. cap. 14. num. 11. dicens quòd eodem tempore poſſit quis audire ſacrum die feſto, & recitare Horas canonicas, vel alias preces; ad quas ratione ordinis, voti, aut pænitentiæ injunctæ tenetur. Quia neutrum requirit attentionem ad verba: ſed utrique ſatisfit unica attentione ad Deum, & res divinas.

Studium in loco ſacro.

Debitor capiendus.

Miſſæ attentio.

1602 Rogabis, quiſnam ſit locus ſtudio magis opportunus, & aptus? Arbitrabitur aliquis deſidioſus & ſomnolentus lectū eſſe locū ſtudio maximè accōmodum, utpote qui eſt amicus quietis, & ab omni perturbatione ac ſtrepitu ſemotus. Verùm contra hujuſmodi hominem ſic opinantem, vel potiùs ſomniantem ſtat celebratiſſimum illud Fauſti: (Non jacet in molli veneranda ſcientia lecto.) Stat etiam Rebuff. in Auth. Habita ad illud: „ Omnibus qui cauſa ſtudiorum. Vbi ſic habet: Studeant ergo per ſe ipſos extra lectum: quia ſcholaſtic⁹ junū in lecto dormire

Eccleſia ſtudio aptior quàm

Z z poteſt

Digitized by Google

„ poteſt, ſtudere tamen extra debet, cum „ multos habeat libros, quos non poſſet in „ lecto ſtudendo percurrere: pauperi tamen „ hoc permitto hyemis tempore. Item Bald. in ead. Auth. graviter invehitur contra eos, qui cum maneant in lecto dormientes mittũt librum ad ſtudium. Nam ſtudere eſt actus perſonalis, qui non poteſt per alium exerceri l. vna §. ne autem Cod. de caduc. tollen. Addit Rebuff. loco citato, Scholari jacenti in lecto, & mittenti librum ad ſtudium accidere, ut ipſe maneat vacuus omni ſcientia, & liber miſſus pro illo ſcientiam contineat, ſicut accidit viro cuidam, qui jacens in lecto uxorem ſuam ad audiendam Miſſam pro ſe mittebat: nam poſtea uxor intravit paradiſum pro marito.

Mulier de prava vita.

Eſt igitur locus ſtudio aptiſſimus cubiculum, non quodcunque ſed ſecretum, & ab omni turba, ac tumultu ſeparatum, juxta monitum Rebuffi neceſſ. 4. prope finem, ubi ſic „ concludit: Ideo totis nervis fugere debet „ ſcholaſticus, ne cubicula, & ſtudia ſua ſupra „ vias publicas habeat, tum propter murmur „ aſſiduum tranſeuntium, tum ne à mulieri„ bus, eas per feneſtras conſpiciẽdo, diſtraha„ tur, & corrumpatur, quæ ſolent aliquando „ viros etiam prudentes corrumpere l. penult. „ ff. de ſervo corrupto. Lucas de Pena in leg. „ una §. illos Cod. de ſtudijs liber. Vrb. Rom. „ lib. 11. quod ſatis in Davide, & Salomone „ videri poteſt.

DISPVTATIO III

Quantum, & qualiter ſcholaſticus teneatur ex contractu, & crimine?

1603 QVanvis lib. 3. hujus operis, in quo egimus de privilegijs ſcholaſticorum, præſertim diſp. 4. in qua ſermo fuit de nonnullis privilegijs in ſpecie, multa dixerimus quæ ſpectant ad contractus inter ſcholaſticos, vel cum ſcholaſticis initos, tamen illa omnia perſtricta ſunt obiter, utpote in aliena materia, petita ſolum in illius ſubſidium. At in præſenti diſputatione præcipuus, imò proprius locus eſt ad diſputandum de contractibus, quos ſcholaſtici frequenter inter ſe, vel cum alijs inire ſolent, quales ſunt ludus, promiſſio & donatio, locatio & conductio, mutuum & commodatum, emptio & venditio, fidejuſſio, mandatum, alijque ſimiles, & qualiter teneatur ſcholaſticus tum ex contractu, tum ex crimine.

QVÆSTIO I.

Qualiter ſcholaſticus teneatur ex ludo?

Ludus quid ſit.

ANtequam accedamus ad peculiares difficultates ſcholaſticorum ludentium, præmittendum eſt 1. quid ſit ludus, & quotuplex. Ludus juxta Theologorum conſenſum, teſte Bonacina diſp. 2. quæſt. 1. & Leſſio cap. 26. dub. 1. eſt contractus, quo ludentes inter ſe paciſcuntur, ut victori cedat, quod uterque depoſuit. Hic contractus licitus eſt jure naturæ, dummodo adſint circumſtantiæ debitæ, & aliunde non interveniat ſcandalum, aut juſta prohibitio, aut iniquitas ſe miſceat, nec peccati offeratur occaſio. Quia ſicut unuſquiſque ſuæ rei eſt dominus, ut poſſit de ea diſponere abſolutè, ita etiam ut poſſit diſponere ſub aliqua conditione, ſive hæc pendeat à fortuna, ſive ab induſtria. Ludus eſt triplex: alius eſt merè fortuitus, ideſt conſiſtens in ſola fortuna, qualis ludus taxillorum, vulgo dos dados, alius merè ingenioſus, ſolum poſtulans ingenium & induſtriam hominis, quamvis nonnihil fortunæ habeat, qualis ludus calculorum, vulgo enxadres, tertius eſt mixtus, qui nempe conſiſtit partim in induſtria, partim in fortuna, qualis eſt ludus tabularum, & etiam in chartis ludus, quem vocant do triumfo.

1640 Præmittendum 2. ludũ merè fortuitum, qui venit nomine aleæ, & fortunâ magis & caſu, quàm arte gubernatur, eſſe prohibitum jure communi tum laicis, tum clericis. Prohibetur laicis in Authent. alearum Cod. de religioſ. & ſumptu funer. & leg. 1. ff. de aleæ luſu. Prohibetur clericis cap. clericus 2. & Authen. de ſanctis Epiſcop. §. interdicimus, de vita & honeſtat. cleric.

Ludorum prohibitio, & qualiter peccata.

Qualea

Quales ludi, & qualiter in Luſitania prohibeantur, tradit Molina de juſtit. tract. 2. diſp. 512. à num. 10. Notat vero Sanch. lib. 1. conſil. cap. 8. dub. 25. num. 5. laicos ludentes contra præſcriptum legum juris communis non peccare mortaliter. Quia tales leges contrario uſu ſunt abrogatæ, ut docent Medina lib. 1. ſum. cap. 14. Alcocer de ludo cap. 10. & Salas de ludo dub. 5. n. 5. Addit citatus Sanch. dub. 26. n. 7. leges ſpeciales, quales Caſtellæ (idem diceret de Luſitanis) non obligare ad mortale: tum quia non omninò, nec eo rigore uſu receptæ ſunt: tum etiam quia materia non eſt adeo gravis. Notat iterum dub. 28. n. 8. jura citata de clericis non comprehendere clericos in minoribus, ſed tantum conſtitutos in ſacris, vel beneficiarios: addit contra Salas de ludo dub. 24. num. 3. comprehendere religioſos etiam non clericos. Quia ludi alearum, & taxillorū ſunt ſtatui religioſo valde indecentes. Reſolvit tamē ex cōmuni doctrina clericū his ludis prohibitis ſemel, aut iterū ſine ſcādalo ludentē non peccare mortaliter: ſecùs verò, ſi ſæpe, etiā ſi luderet recreationis cauſa. D. Antonin. p. 2. tit. 1. cap. 23. §. 2. & Sylv. v. ludus. q. 4. putant nec eſſe mortale tales ludos frequenter exercere, & ſummam notabilem ludere. Quia conſuetudo licèt aggravet peccatum, non tamen de veniali in mortale tranſfert. Benigniùs Diana p. 7. tract. 9. reſ. 3. cum Amico tom. 1. de juſt. diſp. 28. ſect. 1. n. 10. ludum clericorum cenſeri poſſe licitum, quando pecunia, attenta qualitate, & facultate perſonæ ludentis, non excedit moderatam quantitatem, præſertim ſi aſſumatur cauſa recreationis.

Ludens religioſus. 1605 Maior dubitatio eſt de religioſo ludente ludis prohibitis. Diſtinguēdum, & reſolvendum arbitror cum Diana p. 7. tract. 9. reſ. 4. ex Dicaſtillo de juſtit. lib. 2. tract. 18. diſput. 2. dub. 2. num. 21. quibus non multum diſcrepat Sanchez citatus dub. 28. Nam ſunt religiones, in quibus maximè viget obſervantia regularis, & tantum abhorrent à ludis prohibitis alearum, taxillorum, & chartarum, ut nec nomen talium, & ſimiliū ludorū permittant. Si igitur quis auderet in aliquam ex dictis religionibus tales ludos inducere ludens ipſe, aliiſque dans peſſimum exemplum, & ſuperiores non impedientes conniverent, omnes lethaliter peccarent. In aliis vero religioſis ordinibus, in quibus prædicti ludi videntur jam uſu recepti, & permiſſi, non peccat lethaliter regularis illis ludens, dummodo intendat lucrum moderatum, & ſolum exponat illam pecuniam, quam liberè poteſt in ſui commodum, & recreationem expendere.

Ludus qualiter prohibitus ſcholaſticis. 1606 Prima difficultas eſt, qualiter ſcholaſtici prohibeantur ludere, & qualiter ludendo peccent? Hoc habent commune ſcholaſtici cū reliquis hominibus, ſcilicet quòd ſubjaceāt omni prohibitioni latæ in quoſcunque ludentes, ita ut omnis ludorum prohibitio lata in laicos, cadat in ſcholares laicos, & omnis lata in clericos, cadat in ſcholares clericos. Conſonum enim fuit, ut ſcholaſtici nullo privilegio à dictis prohibitionibus eximerentur. Nam ludus abſolutè, ſi debito modò, & æqualiter fiat, quanvis jure naturali liceat, tamen ex accidenti multa ſecum affert incommoda tam ſpiritualia, quàm corporalia. Ex ludo enim cōtingit perdiſio, & dilapidatio propriæ ſubſtantiæ, ex quo provenit deſperatio, & oriuntur blaſfemiæ in Deum, & Sanctos, ut habetur l. ultim. Cod. de relig. & ſumpt. fun. Item ex ludo naſcuntur furta, ſacrilegia, falſitates, ut tradunt Puteus tract. de ludo num. 1. & Hoſtien. in ſumma de exceſ. prælat. Vnde luſores dicuntur agere malam vitam, & non admittuntur in teſtes, ut docent Gratian. in deciſ. 45. num. 5. Roland. tom. 2. conſ. 63. num. 24. & Maſcat. de probat. concl. 998. puniunturque gravibus pœnis, ut videre eſt apud Menoch. de arbit. caſu 399. ubi n. 21. quinam dicatur frequens in ludo, rectè expendit.

Scacchorum ludus. 1607 Habent hoc ſpecialiter ſcholaſtici, quòd tam jure communi, quàm ſpeciali hujus noſtræ Eborenſis Academiæ prohibeantur ab omni ludo, utpote allativo perditionis pecuniariæ, & perturbationis ſtudiorū, ut vidimus ſupra n. 1587. Adde de ludo ſcacchorum, ſeu latrunculorum, quòd licèt ſit permiſſus clericis, juxta Abbat. ad cap. clerici n. 4. de vita & honeſt. Ioan. Andr. n. 13. & Viu. tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 29. n. 4. modò non diſtrahantur à divinis propter longum tempus, quod in hoc ludo inſumitur tamē (ut bene notat Barb. tom. 2. collec. ad d. cap. n. 8. ex Ioan. Bapt. de regulis juris hom. 22.) prædictus ludus, alloqui multo ingenio & arte conſtans, viris ſtudioſis ac litteratis non convenit. Quia mens litteratū ſtudiis fatigata recreatur magis ceſſatione & quiete, quàm novo labore, & novo meditationis genere, apto ad gravandum potiùs quàm levandum? Quæreres, qualiter peccent ſcholaſtici ludendo? facilè ſatis fiet ex præmiſſis à numer. 1604. ubi ſatis dictum eſt de peccato ludendi contra prohibitionem, quod contrahunt laici, clerici, & regulares, ita ut ſcholaſtici illius triplicis ſtatus, ſeu profeſſionis ludentes contra præſcriptum juris communis, peccent eodem modo, quo prædicti. Siquidem ſubjacent eidem prohibitioni, & iiſdem pœnis, quibus illi. Quando verò ſcholaſtici ludunt trangrediendo peculiaria ſuæ Academiæ ſtatuta, peccant tanquam violatores illorum, proindeque ex natura rei fere nunquam lethaliter. Quia ſtatuta fere nunquam obligant graviter, ut ſæpta ſæpè diximus lib. 2. diſp. 2. q. 1. *Ludentes ſcholaſtici crimen.*

Excommunicatio contra ludentes.

1608 Rogabis 1. quomodo peccent ſcholaſtici Salmantini ludentes contra præceptum Magiſtri ſcholarum? Hoc dubium ut decidat Sanch. lib. 1. conſ. cap. 8. dub. 27. ſupponit num. 2. Magiſtrum ſcholarum Salmantinum quotannis ferre excommunicationem latæ ſententiæ contra ſcholaſticos ludentes ultra duos argenteos, & reſervari ſibi abſolutionem. Hoc ſuppoſito, benè reſolvit cum Soto lib. 4. juſtit. quæſt. 5. a. 2. & Alcocer de ludo cap. 37. ſcholaſticos ludentes ultra prædictam ſummam, peccare mortaliter, & eſſe excommunicatos. Patet, quia excommunicatio illa eſt à potente excommunicare, & legitimè fertur: deinde non poterat ferri niſi pro culpa mortali. Concludit tamen n. 4. dictos ſcholaſticos ludentes non teneri ad reſtitutionem lucri, ſi lucrentur à potente ludere. Quia dictus Magiſter non potuit impedire quin per ludum dominium transferretur.

Votum & juramentũ de non ludendo.

1609 Rogabis 2. quomodo peccet ſcholaſticus, qui vovit, aut juravit ſe abſolutè non luſurum, ſi in ludo exponat modicam quantitatem, & ita ſe gerat, ut talis ludus, ſecluſo eo voto & juramento eſſet actus virtutis? Certum eſt prædictum eſſe reũ voti, aut juramenti, ſi quando vovit aut juravit, expreſſè dixit, vel ſaltem intendit ſe obligare ad abſtinendum à ludo etiam modicæ quantitatis. Quia tota obligatio ſumitur tum ex valore voti aut juramenti, tum ex intentione voventis, aut jurantis. Difficultas eſt, quando quis abſolutè vovit, aut juravit non ludere, quin conſtet de expreſſa voventis aut jurantis intentione. In hac dubitatione quæſtio decidenda eſt ex voventis, aut jurantis fine in • ito: & imprimis dicendum, ſi ille intendit ſe privare temporali illa ludendi recreatione, & ſe propter Deum mortificare, teneri ad abſtinendum ab omni ludo, etiam modicæ quantitatis, temporis, vel pecuniæ. Illud autem obſervat Sanch. lib. 3. Decal. cap. 18. n. 3. ut intelligatur an tranſgreſſor hujus voti aut juramenti peccet mortaliter, vel venialiter, non eſſe attendendum ad quantitatem pecuniæ in ludo expoſitæ, ſed ad quantitatem temporis in ludo inſumpti: quia ex quantitate tẽporis colligitur recreatio, quæ notabilis ſufficiet ad peccatũ lethale, modicæ ad veniale. Idẽ procedit, ſi finis voventis aut jurantis fuit vitare jacturam temporis, pro rebus majoris momenti agendis. Quid ſi prædictus intendit vitare jacturam pecuniæ, & vitiũ prodigalitatis? Tunc (ut docet Sanch. cit. n. 3.) ex quantitate pecuniæ expoſitæ culpa dijudicanda eſt. Unde ſi modica ſit pecunia, nulla erit culpa, nec etiã venialis: quia nulla ibi committitur prodigalitas, nec datur periculum jacturæ. Si aliquantulum excedatur in pecunia, erit culpa venialis, ſi multum excedatur, lethalis. Dubium eſt an, & quomodo peccet prædictus vovens, aut jurans, ſi mutuavit pecuniam, ut alius pro ipſo, & nomine ipſius luderet, & ipſe eum doceret. Item ſi vovens, aut jurans non ludere, ludat nomine alieno: & ſic de alijs, quæ videri poſſunt apud Fagund. in 2. præc. Decal. lib. 2. cap. 26. Veniamus ad alia quæ ſunt magis peculiaria ludo ſcholaſticorum.

Dominij translatio in ludo.

1610 Secunda difficultas eſt, qualiter ſcholaſtici teneãtur ex ludo, & qualiter ludentes cum ſcholaſticis, præſertim circa pecuniam lucratam reſtituendam? Nota 1. ex Sanch. l. 1. conſil. cap. 8. dub. 6. ſtando in mero jure naturæ per ludum transferri dominium, atque adeo lucrantem non teneri reſtituere lucrum, niſi in triplici caſu. 1. quando qui ludo perdidit, non poterat alienare rem ludo perditam. Eſt enim (ut inquit Lugo de juſtit. diſp. 31. num. 13.) regula generalis, ab eo non poſſe aliquem lucrari, qui dominium non habet, vel liberam adminiſtrationem rerum quæ ludo exponit. 2. quando quis fuit vi tractus & compulſus ad ludum à lucrante. 3. quando fraus aliqua in ludo intervenit. Nota 2. ex eodem Sanchez dub. 27. quanvis ſcholæ Magiſter Salmantinus, ſtrictè ſub excommunicatione prohibeat ludum ſcholaribus, non poſſe impedire tranſlationem dominij per ludum: quia non poteſt facere legem taliter impeditivam: at perdens tali ludo repetitionem habet juxta Sotum lib. 4. juſt. quæſt. 5. a. 2.

Ludentiũ pœnæ.

1611 His notatis, ſit reſolutio: Scholaſtici quoad pecuniæ perditionem, & repetionem in ludo, æquales ſunt reliquis non ſcholaſticis ſuæ conditionis & ſtatus, niſi in aliqua Academia per ſtatutum ſupremi Principis diſponatur aliquid ſpeciale circa tranſlationem dominij amiſſorum in ludo, de quo nobis non conſtat. Quare ſcholaſtici in Luſitania, ſicut & reliqui ludentes ludo prohibito, incidunt (ut ex Ordin. tradit Molina trac. 2. diſput. 512. num. 11.) in pœnam ſolvendi quidquid probatum fuerit eos ludo fuiſſe lucratos, ita ut dimidium omnium pœnarum ſpectet ad accuſantem, & aliud dimidium ad fiſcum Regis. Item qui comprehenduntur ludentes incidunt in pœnã amittendi eam omnẽ pecuniam, quam ad ludẽdum habuerint expoſitam: ſecus, quam habuerint in marſupijs, aut alibi, ita ut dimidium ſpectet ad comprehenſorem, & aliud dimidium ad præfectum arcis ejus oppidi, vulgo Alcayde ● ot.

1612 Cum verò ſcholaſtici, qui in Academia verſantur, ut plurimùm ſint filijfamilias, vel minores, quidquid de his diximus, facilè ſcholaſticis aptari poterit. Rogabis 1. an qui in ludo lucrantur à filiofamilias, poſſint tale lucrum retinere, vel teneantur reſtituere? Reſpondetur poſſe retinere.

retinere, quando filiusfamilias validè luſit: at teneri ad reſtituendum, quando filiusfamilias luſit invalidè, nempe quando ludo expoſuit ea, de quibus non poterat diſponere. Vt verò intelligatur quando poſſit, vel non poſſit diſponere, videnda ſunt quæ doctè tradit Lugo de juſtit. diſput. 3. ſect. ultim. circa varia bonorum genera, & peculiorum filijfamilias, & quæ dixit diſput. 22. ſect. 20. de contractibus filijfamilias, quomodo poſſit de conſenſu, vel abſque conſenſu patris contrahere vel alienare. Addit citatus author diſput. 31. num. 20. aliud eſſe judicandum quando prædictus ludit ex adventitijs, & quando ex profectitijs. Faciliùs quippe (ait) excuſantur à reſtitutione qui lucrantur ab illo ludente ex adventitijs: quorum licèt pater uſumfructum habeat, hoc tamen jus cenſetur renunciare ipſe pater, quando nō eget, & bona non ſunt magni momenti, & filius extra ejus domum degit: vel quando pater videns, & ſciens ea bona à filio adminiſtrari, non contradicit. Vide Molinam diſput. 519. & Salas dub. 9. Adde ex Sanch. citat. dub. 7. nu. 9. filiumfamilias, qui jam factus eſt maior, ſcilicet habens ætatis viginti quinque annos, poſſe ludere bona adventitia quoad proprietatem, dūmodo pater habeat uſumfructū toto tēpore, quo leges ipſi concedunt.

Filiusfamilias ludens ex profectitijs.

1613 De bonis (proſequitur idem Lugo citatus) profectitijs, ſeu ijs quæ à patre accipit ad ſuam ſuſtentationem, certum eſt, invito patre, non poſſe ea ludo exponi, & lucrantem teneri ea reſtituere. Quòd cum moderatione intelligendū eſt. Non enim procedit quando ſumma eſt modica, attenta ludētis qualitate & cōditione. Vnde quādo pater miſit filiū ad ſtudia, poſſe eū ex centū, quæ à patre accipit, ludere & perdere quinq; docent cōmuniter Doctores, quos ſequitur Sanch. d. c. 8. dub. 7. n. 3. & Salas dub. 9. fine. Quia hæc videtur eſſe pars ſuſtentationis neceſſariæ, cum pertineat ad moderatam & honeſtam recreationē. Quod etiam quoad minorem ſaltem ſummam cum debita proportione de filijs in domo paterna exiſtentibus, intelligunt cum Rebello & Medina citatus Salas dub. 11. & Sanch. n. 3. Addunt alij, quos ſequitur Salas dub. 15. ſi filius ex ijs quæ à patre accipit ad ſuam moderatam ſuſtētationem, parcè vivēdo aliquid ſubtrahat, poſſe id totum ludere, dummodo ea de cauſa non plura alimēta petat. Addit cum Rebello Salas dub. 16. ſi pater filio in ſcholis verſanti tribuat ex ſua liberalitate centum aureos ad alimenta, cum ſeptuaginta ſufficerent, poſſe triginta à filio ludo exponi.

1614 Ex dictis infertur 1. cum Sanch. n. 6. id quod filius poteſt licitè per totum annum ludere, poſſe ſemel initio anni totum ludere cum animo non ludendi iterum toto anno. Quia licèt pater illam ſummā cōcedat pro recreatione filij toto anno habenda, tamen filius renūciat ejuſmodi recreationi tempore ſequenti, ut ſemel maiorē habeat. Infertur 2. cum Lugone citato num. 22. eum qui lucratur à filiofamilias eam ſummam, quam poteſt toto anno perdere, non teneri inquirere, an eo anno jam ſummam illam expleverit in alijs jacturis, ſed poſſe retinere, quando non conſtat ex circunſtantijs periculum probabile, quod jam eo caſu ſummam licitam excederet. Et quidem qui ſupra eam ſummam lucratus eſt, non tenetur reſtituere totum lucrum, ſed ſolum exceſſum ſupra id quod ludere poterat, ut benè docet Sanch. num. 7. contra Alcocer de ludo cap. 10. Infertur 3. cum Banhez 2. 2. quæſt. 32. a. 7. Sanch. num. 3. & Lugone num. 24. filiumfamilias qui poteſt perdere quinque aureos, ſi lucretur ſucceſſivè viginti, poſſe eos omnes ludere, & perdere tam eodem ludo, quàm diverſis ludis in diebus diverſis. Quia adeſt interpretativus patris conſenſus, ne pater ipſe repugnans videatur incivilis. Infertur 4. cum Fagundez lib. 7. Decal. cap. 4. num. 11. ex Petro Navarra de reſtitut. lib. 3. cap. 1. num. 77. teneri filiumfamilias reſtituere ea quæ de bonis profectitijs, alijſque ſimilibus pluſquam alij fratres in ludis expendit, ſicut quæ cum meretricibus, & nimijs veſtibus diſtraxit. Addit idem Fagundez, Et hoc animadvertant illi, qui cum filijs mercatorum negotiantibus pecunia parentum ludunt: tenentur enim illi hæc omnia in integrum reſtituere, ſi extent, aut mala fide lucrati ſunt: ſi autem bona fide, tenentur reſtituere illa, in quibus facti ſunt ditiones.

Reſtitutio ex ludo.

Minor quando ludit.

1615 Rogabis 2. quid dicendum ſit de minoribus, an & quomodo ab eis in ludo lucrans teneatur lucrum reſtituere? De hoc puncto latè diſputat Lugo diſput. 22. de Contract. ſect. 10. illud autem breviter & benè reſolvit diſp. 31. num. 25. in hunc modum: nempe, ſi minor curatorem etiam habens ſit pubes, vel pubertati proximus, hoc eſt excedens decimum annum cum dimidio, ſi ſit maſculus, vel nonum cum dimidio, ſi ſit fœmina, eum qui ab eo lucratus eſt, poſſe lucrum retinere, dum minor ipſe, vel ejus tutor, aut curator beneficio reſtitutionis non utitur, quia minor naturaliter obligari potuit. Rogabis 3. an ſcholaris filiusfamilias, vel minor, qui ludit animo non ſolvendi, vel animo repetendi ſolutum beneficio legis concedentis repetitionem, poſſit retinere lucrum, ſi lucretur? Negat Leſſius cap. 26. num. 31. 1. quia par debet eſſe utriuſque ludentis conditio, & nō datur paritas in caſu propoſito. 2. quia ille non habēs animū ſolvēdi decipit adverſariū, & fraus nemini patrocinari debet. Nihilominus Sanch. cit. dub. 5. n. 2. affirmat poſſe adhuc lucrū retinere, quamvis

Ludens animo non ſolvendi.

ab initio habuerit propoſitum non ſolvendi, vel repetendi ſolutum. Quia utitur beneficio legis, & alter ſibi imputet, quod velit ludere cum eo, qui poteſt non ſolvere. Huic ſententiæ acquieſcit Lugo cit. num. 54. eam ſic probans, quia ad valorem contractus ludi non requiritur animus ſolvendi, ſicut nec ad valorem matrimonij requiritur animus ſervandi conjugi fidem promiſſam cum ad utrunque ſufficiat animus ſe obligandi. Placet, modò qui habuit animum non ſolvendi, habuerit animū ſe obligandi ad ſolvendum. Verùm ſicut hoc ſpeculativè intelligitur facilè, ita in praxi exercebitur, & eveniet difficulter.

Ludere preces ſacras an liceat. 1616 Rogabis 4. an liceat ludere preces ſacras, ut v. g. victus teneatur recitare pro victore ſalutationem Angelicam? Eſt caſus, qui inter ſcholaſticos regulares Societatis noſtræ frequenter evenit, in quo negant Vega in Summa v. ludus caſu 14. & Ludov. Lopez 2. par. Inſtruct. cap. 32. fine, propter irreverentiam miſcendi ſacra profanis, & dicunt Simoniam eſſe, ſi velint ludentes civiliter obligari. Rectiùs affirmant Navarrus in Manu. cap. 19. num. 7. Sanch. dub. 24. nu. 15. Rebellus par. 2. num. 12. q. 1. & Lugo cit. diſp. 31. num. 5. licitum eſſe talem ludum, ſi preces abſque irreverentia & feſtinatione recitentur. Monet idem Lugo ſemper ſpirituale aliquid eſſe utrinque ſolvendum. Nam ſi ex una parte ſpirituale, & ex alia temporale ſolvendum foret, non abeſſet periculum Simoniæ, quatenus in contractu oneroſo ſpirituale temporali opponeretur. Expediri hoc loco poterant variæ difficultates, ſcilicet, an qui nequeunt alienare, & in ludo perdere, quales religioſi, & filijfamilias, abſolutè poſſint in ludo lucrari, & lucrum retinere? An qui ludo prohibito aliquid eſt lucratus, teneatur ad illius reſtitutionem? An qui in ludo prohibito victus fuit, teneatur ſolvere in conſcientia? & ſimiles. Sed quia hujuſmodi quæſtiones communes ſunt omnibus ludentibus, & nihil continent ſpeciale pertinens ad ludum ſcholaſticorum, videantur in authorib' à nobis tota hac quæſtione citatis.

QUÆSTIO II.

Qualiter ſcholaſticus obligetur, vel obliget ex promiſſione, & donatione?

Promiſſio quid ſit. 1617 Qvod attinet ad priorē quæſtionis partem de promiſſione, ſupponendum eſt 1. quid ſit promiſſio ſimplex, & quomodo differat à propoſito, & pollicitatione. Promiſſio ſic „ definitur: Eſt deliberata, & ſpontanea fidei „ obligatio, facta alteri in re quapiam licita „ & poſſibili. Propoſitum ſic definitur: Eſt „ deliberatum ac firmum decretum aliquid „ faciendi. Pollicitatio ſic definitur: Eſt offe„ rentis ſolius promiſſum; ſeu nuda promiſſio nondum ſequuta acceptatione. Vnde patet 1. differre promiſſionem à propoſito in duobus, ſcilicet quòd propoſitum nec obligationem contineat, nec reſpiciat alterum neceſſariò. Nam promiſſio utrunque poſtulat, & obligationem, & reſpectum ad alterum. Patet 2. diſcrimen inter promiſſionem & pollicitationem: illa enim latius patet, & eſt veluti genus, hæc veluti ſpecies, cum omnis pollicitatio ſit promiſſio, non è contra. Supponendum 2. ex Sanch. lib. 1. Matri. diſp. 5. num. 2. Molina diſp. 263. & Cardin. de Lugo de juſt. d. 23. n. 35. & 36. tam jure communi civili, quàm canonico requiri acceptationem, ut promiſſio vim obtineat, atque adeo poſſe revocari quandiu acceptatio non accedit. Hæc procedere etiam de jure naturæ, præter citatos authores, uno excepto Molina oppoſitum ſentiente diſp. 262. num. 16. docent Vaſq. diſp. 4. de Matr. cap. 4. n. 42. Turrian. diſp. 64. dub. 3. & Leſſius cap. 18. n. 39. *Propoſitum quid.* *Pollicitatio quid.*

Promiſſio juramento firmata. 1618 His ſuppoſitis, cum omnes ferè reſolutiones hujus materiæ ſint omnibus communes, ſolum apponā tres, quæ magis quadrant in ſcholaſticos, quando ſit promiſſio accedente juramento. Sit prima reſolutio. Si ſtudioſus jurejurando adactus promiſit non exire territorium Eborenſe, ſine facultate creditoris, donec ſolverit, adhuc poterit exire & recedere abſque perjurio, ſi pe patrem fuit juſſus venire. Ita Rebuff. ſchol. privil. 73. ex Paulo, Ludov. & Iaſ. in l. fin. ff. qui ſatiſda. cogan. Probatur, quia in omni juramento intelligitur excepta authoritas ſuperioris, cap. Venientes, de jurejur. & ita tenent Andr. in regula, In malis promiſſis, de reg. jur. in 6. & Additiones ad Felin. in cap. Conſtitutus col. 5. de reſcript. Eſt autem pater ſuperior, cui filius ſub peccato tenetur obedire. Confirmatur, quia non valet renunciatio, quam facit ſcholaſticus accipiens pecuniam mutuo, ut poſſit à creditore detineri, renunciando l. ob æs alienum C. de act. & oblig. Quia juxta cit. Ioan. And. in addit. turbaretur publica ſtudiorum utilitas; ergo ſimiliter non poterit etiam facto juramento renunciare, ne exeat vocatus à patre. Hoc tamen rectè limitat Rebuff. cit. niſi ſcholaris tale juſſum procuraverit deſtinando litteras ad patrem, ut eundem ab ſtadio revocaret. §. item tria, Inſtitut. de excuſat. tutor.

Iuramentū ſcholaſtici promittentis 1619 Secunda reſolutio. Quanvis ſcholaris accepto juramento promittat Rectori Academiæ, cum comitari eū ſit

ſit in Montepeſſulano, tamen non dicetur perjurus, ſeu juramenti reus, licèt illum non comitetur, ſi tamen fuerit apud ſuas ædes ex juſtâ cauſa, utpote quia ſtudio tunc incumbebat. Ita expreſſè Bened. de Plumb. ad l. proximè citandam, & Rebuff. ſchol. priv. 74. Sumitur ex l. cũ verò §. fin. & l. ſequen. ubi citatus Bened. ff. de fideicom. liber. ubi qui apud ædes ſuas ſunt, ex juſta cauſa abeſſe videtur. Cum verò juſta cauſa ſit, imò juſtiſſima in privata domo per ſtudium dare operam litteris: deinde ſi ſcholaſticus ex cauſa juſta abeſſet, non teneretur comitari Rectorem, ſequitur ſtudentem domi ſuæ excuſari. Tertia reſolutio. Si ſcholaris accepto juramento (ut ſolet fieri in bacchalaureatu) promiſit gradum ſumere in aliqua certa Academia, poteſt abſque perjurio, in alia gradum accipere, dummodo accedat novum examen, quod ibi ſubire tenetur. Quia jam gradus ille petitur & accipitur ex nova cauſa, ſcilicet ex novo jure acquiſito per novum examen. Deſumunt hanc reſolutionem ex cap. 2. de renunciat. Rebuff. cit. priv. 76. Georg. Nata in repet. cap. quanvis col. 4. de pact. in 6. Felin. in cap. ex inſinuat. de ſimon. Iaſ. in l. nulli col. 3. C. de judic. & Barbat. conſ. 20. col. 12. num. 2. vol. 2. Probatur, quia juramentum ut obliget, intelligitur rebus ſic ſtantibus l. fin. ff. qui ſatiſd. cogand. fin. ff. ad municipa. cap. quemadmodum, de jurejuran. Quando autem nova cauſa advenit, nempe per novum examen, reſſam non ſunt in eodem ſtatu.

Iuramentum de gradu accipiendo.

1620 Faciunt pro confirmatione, & explicatione poſitæ reſolutionis nonnulla exempla in praxi admodum utilia. 1. ex Romano conſ. 503. col. 2. & conſ. 22. col. 2. ſi juravero de cætero me non petiturum bona emphyteutica, intelligitur niſi jus mihi de novo proveniat. Vnde poſſum petere ex nova conceſſione. 2. ex eodem, licet alienans rem videatur uſufructui renunciare, quem in ea re habebat, tamen ex jure de novo ſupervenientе, poterit illum petere. 3. ex Gloſ. in cap. ad noſtram 2. de jurejur. ille qui juravit ſe non petiturum uſuras, poteſt illas petere, ſi teſtator juſſit eas reſtitui in teſtamento. Quia tunc ex nova cauſa petit. 4. ex Barbat. & alijs in l. ſtipulatio hoc modo ff. de verb. obligat. ſi filia renunciet bonis paternis cum juramento, excluditur à petitione, ſi pater moriatur ab inteſtato Cap. cum contingat; de jurejur. & cap. quanvis, de pactis in 6. tamen ſi per patrem inſtituatur hæres, poterit ex nova cauſa, videlicet ex teſtamento illa bona petere. Et idem, ſi non inſtituatur, ſed filij moriantur omnes, vivo patre & ſola filia remanente; nam cum illa renunciatio facta fuerit in favorem filiorum, eis non exiſtentibus, ſuccedet filia ab inteſtato, non contra teſtamentum. 5. ex Hippolyto de Marſil. ſing. 142. ſi ſemel facta fuit excuſſio contra debitorem principalem, juxta Auth. præſente C. de fidejuſſ. & repertus fuerit non ſolvendo, tunc creditor aget contra fidejuſſorem; ut ibi, tamen ſi de novo incipiat debitor habere bona, poteſt iterum agi contra eum ex nova cauſa. Ex quibus facilè intelligitur ceſſare obligationem promiſſionis juratæ ex nova cauſa, utpote rebus variatis, & non ſtantibus.

Cauſa nova quid operetur.

Iuramentum non obligat ſi detur nova cauſa.

1621 Quod attinet ad poſteriorem quæſtionis partem de donatione facta ſcholaſtico, vel per ſcholaſticum, ſupponendum quid ſit donatio, & quotuplex. Dictâ à dono donationem, quaſi doni dationem, ſeu donandi actionem; teſtatur Iuriſconſultus l. ſenatus ff. de donat. cauſa mortis. Eſt autem donum juxta S. Thom. 1. p. q. 88. a. 2. quod ex liberalitate conceditur. Nam l. donari ff. de donat. ſolum dicitur donari quod nullo jure cogente conceditur. Ab Ariſtotele 4. ethic. cap. 2. definitur donatio in hunc modum: (Eſt datio irredibilis.) Vocatur irredibilis, ut ſignificetur eſſe liberalis, ſeu pro nullo pretio dari: quod enim pretio datur, aliquo modo in dantem redit. Vt ſciás quotuplex ſit donatio, ea dividitur 1. in gratuitam, & remuneratoriam. Gratuita, quæ & merè liberalis dicitur, eſt quæ fit ex mera liberalitate, non reſpiciendo ulla merita. Remuneratoria eſt quæ fit ex gratitudine; & reſpicit merita, quæ ex ſola gratitudine obligant. 2. in donationem puram, & non puram: pura eſt, in qua nulla limitatio ponitur, atque adeo ſtatim obligat. Non pura vel eſt conditionalis, vel modalis, vel in diem. Has vide ſatis expoſitas in meo Prompt. à num. 902. 3. in ſimplicem, & ob cauſam. Donatio ſimplex eſt quæ fit ex ſola liberalitate, & à gratuita non diſtinguitur. Donatio ob cauſam eſt quæ fit non ex mera liberalitate, ſed ex aliqua cauſa præterita, præſenti, vel futura: ut ſi dones aliquid famulo, quia ſervivit fideliter, vel ut ſerviat fideliter. 4. in donationem inter vivos, & donationem cauſa mortis, de quarum explicatione alibi.

Donatio quid ſit.

Donatio quotuplex.

1662 Prima difficultas eſt circa donationem factam per ſcholaſticum: an ſi ſcholaſticus animo diſcedendi ab ſtudio donet rem aliquam ſuo hoſpiti, vel alteri, & poſtea non diſcedat, poſſit revocare donationem? Negabit aliquis ex generali doctrina, ſcilicet quòd donatio inter vivos, qualis fuit illa facta per ſcholaſticum, regulariter non poſſit revocari Cap. propter, de donat. & l. fin. C. de revocan. donat. ut videre eſt apud Molinam d. 281. Gamam deciſ. 165. Leſſium cap. 18. num. 105. & Lugonem de juſt. d. 23. Accedit vera doctrina Iaſ. poſt Bal. in l. 1. in fine ff. de condict. cauſa data, qui dicunt, ſi aliquis donet propter benemerita, illa exprimendo in inſtrumento, & falſum ſit; quod aliqua merita præceſſerint, ob hoc donationem non vitiari:

Donatio an revocari poſſit facta per ſcholaſticum.

quia donatio non requirit cauſam, ideo ſi ſit error in cauſa, & non in obligatione, non vitiatur; ergo non vitiabitur, nec poterit revocari donatio illa facta per ſcholaſticum, quanvis non perſiſtat cauſa diſcedendi ab ſtudio. Nihilominus affirmandum eſt cum Benedicto de Plumbino in l. mortis col. 2. ff. de manumiſſ. quem refert, & ſequitur Rebuff. priv. 63. Ratio eſt, quia ibi ineſt tacita conditio, ut nempe, ſi diſcedat, cenſeretur donatum. Explicatur 1. in donante cauſa mortis: nam ſi reconvaleſcat, donatio reſcinditur, ex eo quòd ineſt tacita conditio, ſi moriatur. l. 1. & ſequen. ff. de donat. cauſa mort. Ergo ſimiliter in noſtro caſu, quia ineſt tacita conditio, ſi diſcedat. Explicatur 2. in viro ingrediente religionem, ſi donet, & poſtea de religione egrediatur: is enim poterit donatum repetere, cum hoc tacitè ineſſet, ſi in religione perſiſteret. Arg. l. cum quid ff. ſi cert. pet. ſecus ſi reſignaret beneficium: illud enim repetere non poterit, ſi egrediatur: quia titulus non datur à reſignante cap. beneficium, de reg. juris in 6.

Donatio nec vitiatur

1623 Nec refragatur l. ſi repetendi Cod. de condict. ob cauſam, ubi propoſitum in mente retentum nil operatur. Nam juxta DD. lex illa loquitur, quando propoſitum erat circa actum conſiſtentem in perſona alterius, quam proponentis; in noſtro caſu erat in perſona proponentis, vel hic eſt tacita conditio inter duos, ibi in uno tantum. Adde ex Rebuffo citato, propoſitum in mente retentum, tunc demum operari, quando eſt à jure præſumptum, ut d. l. mortis ff. de manum. Unde ſæpe ex conjecturis propoſitum retentum elicimus, & ſecundùm illud maximè in ultimis voluntatibus judicamus l. hæredes palam §. ſed ſi notam ff. de teſtam. l. ſi ſervus plurium §. fin. de legat. 1. Secus ſi jus ex illo propoſito nil præſumeret: tunc enim dicitur propoſitum abortivum, quod nil parit. Ex dictis patet ad rationem negandi initio poſitam. Dicitur enim donatio inter vivos irrevocabilis regulariter, quia patitur ſuas exceptiones, & una eſt in noſtro caſu, tum propter fundamentum aſſignatum, tum præcipuè quia ibi vertitur favor ſtudentium. Ad doctrinam Iaſonis dicimus cauſa impulſiva, & quandoque motiva deficiente non deficere valorem actus, ſecus ſi conditio deficiat. Rogabis obiter, an ſi ſcholaſticus poſtea recedat, convaleſcat donatio revocata? Reſpondeo negativè cum DD. ad l. fin. Cod. de revocan. donat. Ratio eſt, quia illa donatio ab initio reſciſſionem paſſa vitium habuit; quod autem ſemel ab initio vitioſum fuit, non poteſt tractu temporis convaleſcere. l. quod initio ff. de reg. jur.

Propoſitũ quãdo nil operatur.

1624 Secunda difficultas eſt circa donationem ſcholaſtico faciendam, & ſub ſe dubium multiplex continet. Primum dubium eſt, an donatio facta per patrem filiofamilias ſcholaſtico valeat? Negabit aliquis nixus doctrina, quam tradunt Anton. Gomez tom. 2. Var. cap. 4. Molina tom. 1. d. 238. & tom. 2. d. 291. Axor tom. 3. lib. 11. cap. 9. & Leſſius lib. 2. cap. 18. num. 90. aſſerentes donationem patris erga filium ſub ſua poteſtate conſtitutũ, ita ſe habere, ſicut donatio inter conjuges, ac proinde ita invalidam eſſe, ut in vita patris dominium non transferat. Habetur l. donationes, quas parentes C. de donat. inter virum & uxo. Deinde ex eo quia quidquid acquirit filius, patri acquirit l. placet ff. de acquiren. hæred. Unde pater donando filio, ſibi ipſi donare videtur: ſed quia ſemel eſt patris, non poteſt amplius ſua effici res l. 3. §. ex pluribus ff. de acquir. poſſeſſ. cap. inter, de fide inſtrum. Confirmatur, quia requiritur differentia inter dãtem & accipientem cap. debitum, de baptiſmo, & cap. per veſtras, de jure patron. & cap. fin. de inſtit. Ejuſdem enim ad ſe ipſum donatio fieri nequit. Filius autem conſtitutus ſub poteſtate patris cenſetur eadem perſona cum patre. l. ult. in fin. C. de puber. & alijs ſubſti. Nihilominus valere etiam abſque juramento donationem factam per patrem ſcholari ſub illius poteſtate conſtituto, rectè docent Socin. in tract. de fallen. reg 101. Alex. in l. in quartam col. 11. ff ad leg. falci. Crotus in repet. l. frater à fratre col. 20. in 9. fallen. ff. de condict. indeb. Angel. & Iaſ. in l. 1. ff. ſolut. matr. ubi dicit eſſe communem, & quidem verior apparet favore ſtudij. Probatur à ſimili, nam donatio cauſa dotis valet l. Pomponius ff. familiæ herciſc. ergo etiam valebit donatio cauſa ſtudij, cum æquiparentur d. l. 1. ſolut. matrim. & in æquiparatis diſpoſitum de uno, & in alio cenſetur. Cap. de multa, de præb. & cap. ſi poſtquam, de elect. in 6. Nec nobis repugnant authores pro parte negativa citati, ſed ſolum loquuntur generaliter, & videntur ſtare pro noſtra parte, quatenus docent valere donationem, quando pater bona mobilia donat filio profeſſuro aliquam diſciplinam, artem, vel ſcientiam, ut v. g. libros emat, aliave inſtrumenta.

Donatio facta filio ſcholaſtico per patrem.

1625 Secundum dubium eſt, an pater revocare poſſit donationem factam ſuo filio ſtudenti? Videtur affirmãdum ex generali doctrina de donatione ſimplici, quæ quidem revocabilis eſt, ſeu revocari poteſt in varijs eventibus. Negandum tamen eſt cum Rebuffo priv. 61. Sumitur à ſimili 1. quia donatio à patre facta militi irrevocabilis eſt l. 4. in prin. ff. de caſtren. peculio, ubi dicitur, quòd actionem, perſecutionemque caſtrẽſium rerum ſemper filius, etiam invito patre, habebit. 2. quia Epiſcopus nequit revocare diſpenſationem, quam fecit cum ſcholari docili, ut tenet Gloſ. v. ſeptennium in cap. cum ex eo, de elect. in 6. Ergo idem aſſerendum de patre donante

Donatio non revocabilis.

donante cauſa ſtudij. Noſtra tamen reſolutio fallit 1. quando revocatio fieret ex cauſa ingratitudinis: quia tunc valeret. l.fin.C. de revocan. donat. Fallit 2. quando pater donando retinuiſſet poteſtatem revocandi, quando & quoties vellet, quaſi appoſita conditione, ut ſic, & non aliter daret. Quia contractus ex conventione legem accipiunt. leg. 1. §. ſi convenia ff. depoſit. & leg. contractus, de regulis jur.

Donatio uſusfructus facta ſcholaſtico

1626 Tertium dubium eſt, an quando pater rem donat filio ſtudij gratia, cenſeatur retinere uſumfructum? Negativa reſolutio, quæ vera eſt, juxta Rebuff. privil.62. ita intelligi debet, ut ſemper pater quando donat cauſa ſtudij, & nil aliud exprimit, cenſeatur donare utrunque, nempe proprietatem, & uſumfructum. Sumitur ex l.3.C de caſtren. peculio lib.12. ibi nec in eo ullum jus patris eſt. ubi decernitur noſtra reſolutio in milite, à quo rectè arguitur ad ſtudentem, præſertim in caſu propoſito, ut docet Petr. Iacob. in ſua pract. in Rub. de in integ. reſtit. fol.33. Confirmatur, nam quando quis donat prædium, vel id teſtamento relinquit ſcholaſtico cauſa ſtudij, pater in illo non habebit uſumfructum, juxta Authen. Excipitur Cod. de bonis, quæ liberis; ergo ſimiliter quando pater donat ex eadem cauſa. Ratio eſt manifeſta, quia donatio illa facta fuit per patrem filio ſcholaſtico, ut poſſit vivere, & onera ſtudij, quæ magna ſunt, ſuſtinere: hoc autem vix poſſet fieri, ſi pater uſumfructum illius rei donatæ retinuerit. Imò juxta l.fin. ubi Bald. C. de alimen. pupil. præſtan. cogeretur filius cum magno ſuo incommodo rem illam vendere, propter magnas ſtudij expenſas. Dixi in reſolutione (& nil aliud exprimit) quia ſi pater donans expreſſit ſe uſumfructum retinere, manebit retentus, juxta tradita n.125. in fine.

Inſinuatio in donatione facta ſcholaſtico.

1627 Quartum dubium eſt, an donatio excedens ſummam quadringentorum aureorum facta ſcholaſtico ſine ulla inſinuatione valeat? Videtur negandum cum Iaſon. ad l.1. lectura 1. num.35. C. de ſacroſ. Eccleſ. Riminaldo in prin. Inſtit. de donat. a n. 510. & Loazio in l. filiusfamil. §. divi num.36. ff. de legat. 1. ex l. Sancimus C. de donat. ubi abſolutè decernitur ad valorem donationis excedentis prædictam ſummam, requiri inſinuationem. Affirmandum tamen eſt cum Rebuffo priv.64. ex Bald. Angel. Alex. & alijs in l.1. ff. ſolut. matr. quos ſequitur Petrus Barb. l.1. par. 7. num.40. ff. ſolut. matr. cum Lucio de privil. ſchol. privil.25. & Dueñas reg.224. fallen.6. Probatur à ſimili, quia cauſa dotis, & ſtudij æquiparantur, ut ſæpe probatum manet: ſed donatio ob cauſam dotis non requirit inſinuationem l.fin. §. ſimili modo C. de jure dotium, ubi Anton. de Canaro q.37. Ergo ſimiliter donatio ob cauſam ſtudij. Confirmatur, quia donatio ad pias cauſas valet abſque ulla inſinuatione l. illud, ubi Bar. C. de ſacroſ. Eccleſ. ſed pium eſt miniſtrare alimenta, & donare pauperibus ſcholaribus, ut deſumunt Doctores ex Auth. Habita C. ne filius pro patre. Ergo donatio cauſa ſtudij non requirit inſinuationem. Ratio eſt, nam jus commune poſtulat inſinuationem, ut fraus evitetur: ſed fraus evitatur, quando ſit donatio cauſa ſtudij, cum hæc cauſa ſit juſtiſſima, & valde cedens in bonum commune; ergo tunc non poſtulatur inſinuatio. Et ex hoc patet ad rationem negandi, cum lex illa generalis optimè patiatur noſtram, & ſimiles exceptiones.

1628 Quintum dubium eſt, an ſi quis falsò putans ſe eſſe obligatum ad ſolvendum alimenta cuidam ſcholaſtico pauperi benè ſtudenti, ſolvit indebitè, & dictus ſcholaſticus multas expenſas cauſa ſtudij pro eo fecerit, poſſit eas expenſas repetere, an habeantur pro donatis, vel amiſſis? Hoc dubiũ ita decidit, Rebuff. privil.174. ut neget illum poſſe repetere tales expenſas. Probat ex textu ſingulari in l. cum is §. ſi mulier ff. de condict. indeb. qui loquitur de dote: & cauſa dotis ac ſtudij æquiparantur l.1. ff. ſolut. matr. & ſic docet Bal. tract. de dote parte 5. in dotis privil.44. Hanc reſolutionem ego ita intelligo, ut ſolum procedat quando ex parte ſcholaſtici data fuit bona fides; ſecus quando ſcholaſticus dedit cauſam deceptioni. Quia ſicut in præſcriptione ut ſupremus Princeps transferat dominium ab uno in alium, requiritur bona fides, ita in noſtro caſu.

Expenſa indebitè ſoluta ſcholaſtico

1629 Sextum dubium eſt, an valeat donatio uxoris facta viro ſcholaſtico pauperi, ut fiat licentiatus, aut Doctor? Negabit aliquis ex doctrina generali, quòd nõ valeat donatio inter virum & uxorem. l.1. per totum tit. de donat. inter vir. & uxo. & ex jure Luſitano Ordin. lib.4. tit.65. de quo latè Sanch. lib.6. Matrim. Leſſius lib.2. cap.18. Mullna trac. 2. d.289. & Lugo de juſt. diſp.16. ſect.4. Ratio in qua fundatur jus eſt, ne conjuges propter mutuum amorem ſe ſpolient. Affirmandum tamen eſt cum Petro Rebuffo ſchol. privil.175. & Ioanne Lupo in repet. cap. per veſtras, nota 1. limit. 6. fol.32. col.4. in magno ſuo volumine de donat. inter vir. & uxor. Deſumũt ex l. quod adipiſcendæ, cum lege ſeq. ff. de donat. inter vir. & uxor. Poteſt confirmari, nam quæcunque donatio ob cauſam, & donatio oneroſa valet inter conjuges, ut ſupponitur tanquam certum a Molina d.289. Sanch. d. lib.6. & Antonio Gomez l.52. Tauri num.66. atqui donatio illa per uxorem facta viro ſcholari eſt ob cauſam, non qualemcunque, ſed quæ multum cedit in bonum commune, quale eſt receptio gradus in Academia; & quæ multum cedit in bonum uxoris.

Donatio uxoris facta viro ſcholari

uxoris, ſiquidem ex marito facto Doctore poteſt illa appellari Domina, ex quo videtur donatio eſſe oneroſa, cum uxor donaverit ſub hoc onere; ergo valet. Notat tamen lepidè & eruditè Rebuff. cit. non teneri poſtea maritum vocare eam Dominam. Quia privilegio, quod uxor ex perſona mariti eſt conſecuta, adverſus illũ uti nõ debet. Arg. l. ſi judex ff. de minor. l. donationes ult. ubi Bar. C. de donat. inter virũ & uxor. Facit quod tradit Corſetus de poteſt. Regia q. 30. affirmans Regem non teneri vocare Reginam ſuam uxorem. Circa quod multa de more congerit Tiraq. de leg. connub. lege 4. Ad rationem negandi patet ex dictis, cum doctrina illa generalis meritò patiatur hanc exceptionem, ſicut & alias.

Rex an teneatur Reginam ſuã uxorem vocare.

QUÆSTIO III.

Qualiter ſcholaſticus teneatur ex contractu emptionis, & venditionis?

1630 ANte quàm accedamus ad nonnulla, quæ in emptione, & venditione ſcholaſticorum habent peculiarem doctrinam, explicandum nobis eſt quid ſit emptio, & venditio. Miſſis alijs definitionibus, ſic definitur: (Eſt contractus bonæ fidei, ſolo conſenſu perfectus, in re aliqua pro ejus pretio celebratus.) Dicitur (contractus) & intelligitur propriè dictus, ut excludantur legatum, & pacta ex una tantum parte obligantia, ut promiſſio liberalis. Additur (bonæ fide) ut numeretur inter illos, in quibus judex de bono & æquo multa poteſt arbitrari: & excluduntur contractus ſtricti juris, in quibus judex ad rigoroſum ſenſum verborum adſtringitur, quales ſunt ſtipulationes, contractus feudalis, & alij. Dicitur (ſolo conſenſu perfectus) quia nec poſtulat certam verborum formam, ut ſtipulatio, & alij qui verbis dicuntur perfici, nec requirit traditionem rei, ſicut mutuum, depoſitum, & alij qui non cenſentur in propria ſpecie perfecti, niſi per factum, ſeu traditionẽ rei. Vltima particula (in re pro ejus pretio) eſt peculiaris differentia hujus contractus: nam illum diſtinguit à cambio, in quo datur pecunia pro pecunia: & diſtinguit à permutatione, in qua datur res pro re. Nomine rei intelligũtur etiam quaſi res, ut jura, & ſervitutes, quæ etiam venduntur. Nomine pretij non intelligitur quodcunque: nam in locatione, emphyteuſi, & ſimilibus pretium datur: ſed intelligitur pretium rei ſuper qua fit contractus: & hoc ſatis indicat particula illa (pro ejus pretio) quæ ſimiliter indicat extrema ita eſſe permutanda, ut res maneat ſub dominio emptoris & pretiũ ſub dominio venditoris.

Emptio & Venditio quid ſit.

1631 His ita circa naturam hujus cõtractus declaratis, veniamus ad peculiarem doctrinam, quæ competit ſcholaſticis. Sit prima difficultas, an teneatur venditor, à quo ſcholaſticus emit vinum, quod ſervari non poterat, ipſe tamen ex ignorantia ſervavit, & vinum inutile factum eſt? Videtur negandum ex l. 1. cum ſimili C. de periculo & cõmodo rei vend. ubi habetur perfecta emptione commodum & incommodum ſpectare ad emptorem: cum verò ad ſcholaſticum emptorem pertinere debuerit omne commodum vini empti, ſi v. g. fieret generoſius, ita pertinere debet incommodum, nempe quòd ex diuturna ſervatione factum fuerit inutile. Affirmandum tamen eſt cum Rebuffo ſchol. priv. 99. Sumitur ex l. dolum authoris, ubi Gloſſ. & Petr. de Bella. C. de peric. & incommod. rei venditæ. Quia debebat venditor naturam vini dicere. Quod & noſter caſus exprimitur l. ſi vina quæ in dolijs §. Plane ff. illo tit. per hæc verba: Planè ſi cum intelligeret venditor bonitatem „ eorum non duraturam uſque in eum diem, „ quo tolli deberent, non admonuit emptorem, tenebitur ei, quanti ejus intereſſet, admonitum fuiſſe. Monet tamen benè Rebuff. loco citato, hoc eſſe jus commune, cum omnibus competat, ſed pinguiùs (inquit, competit ſtudentibus, cum hi communiùs ignorẽt naturam vini, ſed non aquæ bonæ, quæ eorum eſt amica ſtudijs: & ita (concludit) in ſingulos dies deberent proclamari vini venditoribus, ut ſcholaſticos deinceps bona fide emeores, de his monerent.

Emptio vini per ſcholarẽ.

1632 Secunda difficultas eſt, an venditor invitus compelli poſſit interdum ad vendendam rem ſuam ſcholaſticis? Videtur negandum ex utroque jure, canonico cap. 1. cum ſimilibus, de empt. & vendit. civili, l. dudum, & l. invitum C. de contrah. empt. l. nec emere, C. de jure delibet. l. 1. §. curæ carnis ff. de offic. præf. urb. ex quibus conſtat quòd quis non cogatur vendere. Fundantur ratione, quia unuſquiſque dominus poteſt diſponere de re ſua, quando & quomodo ipſi libuerit. Nihilominus affirmandum eſt: quia poſſe cogi dominum ad vendendum ſcholaſticis locum aptum pro ſcholis ampliandis, vel fabricando collegio, tradunt unanimiter Petrus Leſnaud. opuſc. de Doct. par. 2. num. 26. Cepola in tract. de ſervit. urba. præd. cap. 81. Rub. de ſepul. & Alex. in addit. ad Bar. in l. una C. de ſtud. liber. Vrb. Ro. lib. 11. Fundantur, quia in hoc verſatur utilitas publica, cujus valde intereſt dari viros litteratos, qui Rempublicam adminiſtrant. Facit 1. quia ſumarius, ſeu piſtor compelli poteſt

Venditio facienda ſcholari.

ad

Digitized by Google

ad coquendum panem ſcholaſticorum; & hoc ratione utilitatis publicæ §. præterea in fine Inſtit. quib. mod. re contra. oblig. Et ſic de hoſpite, qui cogi poteſt ad excipiendos hoſpitio ſcholaſticos; & notarius qui cogi poteſt ad ſcribendum. Bar. in l. 1. ſort. adverſus nautas ff. Roman. in repet. l. ſi verò §. de viro col. 42. fallen. 45. ff. ſolut. matr. Facit 2. quia locator ædiũ compelli poteſt ad eas locandas ſcholaſticis, ut jam latè oſtendimus lib. 3. diſp. 4. q. 6. ergo ſimiliter venditor ad vendendum in aliquo caſu.

Venditio rei vitioſa.

1633 Tertia difficultas eſt, Vtrum in contractu emptionis & venditionis, quem celebrat ſcholaſticus emendo, licita ſit circunventio, ſeu deceptio abſque dolo ex parte venditoris, ita ut ea data non vitiet contractum? Videtur affirmandum ex l. in cauſæ cognitione §. Idem Pomponius ff. de minor. l. item ſi pretio §. Quemadmodum ff. locati. cap. dilecti, de emption. Ex quibus conſtat licitum eſſe contrahentibus, præſertim in contractu venditionis invicem circunvenire, ſeu decipere abſque dolo, ut exponit Gloſ. Negãt alij cum Petro Iacob. in ſua pract. in Rub. de actione redhibitoria verſ. Attamẽ fol. 48. Calderin in repet. l. 2. col. 39. Cod. de reſcind. vendit. & Gloſ. in l. 1. in prin. ff. de ædil. edict. qui dicunt ſcholaſticos qui à bibliopolis decipiuntur, poſſe reſtitui, ut ſi emant libros defectuoſos, vel falſos; nam poterunt agere contra bibliopolas actione redhibitoria, vel actione quanto minoris. Quod rectè intelligit Rebuff. priv. 119. quando in libro deeſſet unum foliũ, vel unus quaternio: ſecus, ſi foret defectus unius litteræ, vel ſyllabæ, vel nominis. Quia nõ ſolet ſuccurri contra jus commune pro re minima l. ſcio, ubi Bar. ff. de in integ. reſtit. Alij intelligunt limitantes, quando ſcholaſticus emeret in ſtudio, ſeu in loco, ubi eſt ſtudium: ſecus extra talem locum. His non acquieſcit Rebuff. cit. intelligens generaliter, ſive in ſtudio, ſive extra emeret. Et meritò, quia generaliter agere poteſt redhibitoria, vel quanto minoris, qui emit rem vitioſam habentem vitium latens l. 1. ff. de ædilit. edict. Addit Gloſ. in verbo Præſtat §. pen. Inſtit. de excuſat. tutor. quã ſingularem appellat Bald. in margarita verbo Venditio q. 6. ſi ſcholaſticus emat librum, & deprehendat illum maximè vitioſum, non teneri ſolvere pretium. Quia aliter ſtudẽtes manerent deterioris conditionis, quàm non ſtudentes, quod dici nequit Arg. l. Servius ff. quod vi, aut clam.

Venditio panis furnarijs.

1634 Quarta difficultas eſt, an liceat contractus emptionis & venditionis, quem ſcholaſtici Eborenſes ſolent inire cum furnatijs, ut nempe data ſimul initio anni tota ſumma pecuniæ, accipiant ſucceſſivè per totum anni decurſum illos panes, quos vulgo poyas vocant, eo pretio quo panificæ ſuos panes vendiderint. Caſus hic in ſubjecta, & in individuali materia, à nullo authore, quem viderim, eſt deciſus. Dicam igitur quid in illo ſentiam juxta principia generalia, & viros doctos, quos conſului. Pro parte negativa, ſcilicet non licere talem contractum, facit 1. quia contractus venditionis, & emptionis licitus non eſt, niſi in illo interveniat juſtum pretiũ: non enim licet aliquem fraudare in pretio juſto, quamvis læſio non excedat dimidium, ut tenent Sotus de juſt. q. 3. a. 1. Medina de reſt. q. 32. Molina d. 350. num. 5. & Leſſius cap. 21. n. 20. Nam juſtitia commutativa ponit æqualitatem in datis & acceptis: hæc autem æqualitas in eo conſiſtit, ut non plus pretij à me emptore accipias, quàm res valeat, nec ego venditor tibi cõferam rem minoris quàm ſit pretium, à te acceptum. Atqui in contractu, quo ſcholares emunt panes à furnatijs, non datur juſtum pretium, ſiquidem furnatiæ vendunt eodem pretio, quo panificæ, & panis furnatiarum eſt duplo, vel triplo maius quàm panis panificarum; ergo non licet.

Emptio pecunia anticipata.

Facit 2. quia ementi pecunia anticipata non licet ferre aliquid pro ipſa pecuniæ anticipatione, ac proinde pro tali anticipatione non licet defraudare aliquid de juſto pretio, ut rectè docet Leſſius cap. 21. num. 59. Quia hoc eſſet lucrari aliquid ſupra ſortem ex vi impliciti mutui, quod continetur in anticipata ſolutione, qui enim anticipato ſolvit, implicitè mutuat. Sed Eborenſes ſcholaſtici ex eo quòd emant panes illos anticipata pecunia videntur ferre aliquid, nẽpe panes pretio minori quàm juſto: ergo contractus illicitus eſt.

Pretium quando licet ſcitò.

1635 Nihilominus non audeo injuſtitiæ nomine condemnare prædictum contractum. Invenio enim nonnulla quæ conferunt, ut intelligatur dari in illo juſtũ pretium, quo dato, & probato, planum omnino fiet, contractum eſſe juſtum, ac licitum. Confert 1. quia ſicut multitudo emptorum facit pretium creſcere, ita paucitas facit pretium decreſcere: at modus emendi anticipata pecunia ex ſe inducit paucitatem emptorum; ergo & minuit pretium. Confert 2. quia merces ultroneæ, quæ ſcilicet offeruntur emptoribus ultro quæſitis & rogatis, ſiunt pretij dejectioris. Item ſi venduntur in magna quantitate, vulgò, ſe ſe vendem por junto. Cum verò furnatiæ offerant hos panes vendendos ſcholaſticis, & in magna quantitate, qualis eſt quantitas panium coquenda per annum, vel dimidium, nõ ſic panificæ, cum hæ vendant minutim, & per partes, ſequitur multum in pretio decreſcere panes furnatiarum. Et ex his & alijs principijs Corduba in Summa q. 85. Sotus lib. 6. de juſtit. q. 4. a. 1. & Molina d. 360. probant, vel ſaltem nõ audent improbare anticipatas emptiones. Ita-

naium

natum minoris infimo pretio, quæ paſſim ſiũt in Hiſpania. Confert 3. quia panificæ vendunt pretio legitimo, ſeu taxato publica authoritate, furnariæ vendunt pretio vulgari, illo nempe quod communis & vulgaris hominum æſtimatio imponit. Eſt autem diſcrimen inter legitimum, & vulgare, quod illud conſiſtat in indiviſibili, nempe ut non liceat ab illo recedere, vulgare habeat latitudinem, intra quam vel eſt infimum, vel medium, vel ſummum, quæ omnis latitudo continetur in terminis juſtitiæ: poteſt igitur evenire, ut infimum pretium panis furnariæ ſit æquale pretio panis panificæ. Ad quod etiam confert 4. quòd panificæ plerunque vituperantur, & quandoque puniuntur, ex eo quòd vendant panes multo inferioris quantitatis, & ponderis, quàm à taxatoribus præcipitur. Ex quo facile intelligitur panes furnariæ quantumvis maioris ponderis, & quantitatis, poſſe non excedere pretium panis, quem vẽdit panifica. Ergo non eſt facile damnandus prædictus contractus emptionis paniũ pro vili pretio.

Ad primam rationem pro parte contraria facilè ſatisfit ex dictis. Negamus enim in illa emptione dari pretium injuſtum, cum hactenus oſtenderimus poſſe tale pretium, & ſi vile & infimum, manere intra limites juſtitiæ. Ad ſecundam fatemur non poſſe emptorem ferre aliquid pro mera anticipatione pecuniæ: negamus tamen ſcholares Eborenſes aliquid ferre in illo contractu pro anticipata ſolutione: cum ſemper ſupponamus pretium debere eſſe juſtum, & probemus decreſcere ex anticipata ſolutione, & merces multas ſimul emendas vileſcere.

QUÆSTIO IV.

Quale ſit ſcholaſticorum mutuum, commodatum, mandatum, & fidejuſſio?

Mutuum quid ſit.

1636 VT lucem præferamus iis, quæ de his contractibus dicturi ſumus circa ſpecialiter pertinentia ad ſcholaſticos, exponendum prius eſt quid ſit mutuum, commodatum, mandatũ, & fidejuſſio. Mutuum acceptum non pro re mutuata, ſed pro ipſa mutuatione, ſeu contractu mutuandi, juxta Bart. ex l. 2. ff. de rebus creditis, ſic definitur: Eſt traditio rei, ut ſtatim fiat accipientis, cũ onere tamen, ut poſtea tantundem reddat in eodem genere. Vide explicationem hujus definitionis apud authores, qui ex profeſſo de mutuo egerunt, quales Molina, Leſſius, Lugo. Commodatum eſt contractus quo res aliqua mobilis, vel immobilis quoad ſolum uſum gratuitè conceditur, idque ad aliquod certum tempus explicitè, vel implicitè determinatum: explicitè, ut ſi dicas commodo tibi hunc librum, vel domum ad duos menſes: implicitè, ut ſi dicas, commodo tibi librum, ut eum tranſcribas: quia tunc tantum temporis implicitè deſignatur, quantũ neceſſarium eſt ad commodè tranſcribendum. *Commodatum.*

Mandatum à Molina d. 548. prout deſumitur ex l. 2. ff. mandati, Inſtit. eod. tit. & Gloſſis utrobique ſic definitur, Eſt ita ſuſceptio aliquid exequendi, quod alius formaliter, aut virtute ei injungit. Eſt igitur contractus bonæ fidei nominatus, qui inter mandatorem, & mandatarium perficitur ſolo conſenſu exteriùs expreſſo, quo mandator id injungit, & mandatarius acceptat: ſive fiat inter præſentes, ſive inter abſentes per epiſtolam, aut internũcium, mediante verbo, Volo, rogo, mando, aut ſimilibus: nam verba Conſulo, Moneo ſolum conſilium important, non mandatum. *Mandatum quid.*

Fidejuſſio, quantum ex l. ubi autem ff. de verb. oblig. deſumunt Molina d. 539. Leſſius cap. 28. diſp. 1. Rebellus lib. 16. q. unica, & Lugo d. 52. num. 1. dicitur à fide & jubere, quaſi quis fide ſua jubeat id ad quod alter ſe obligat: & ſic definitur: Eſt alienæ obligationis in ſe ſuſceptio, qua ſe quis obligat ad eam implendam, ſi debitor principalis non ſolverit. *Fidejuſſio quid.*

1637 Prima difficultas eſt, qualiter teneatur filiusfamilias ſcholaſticus ex mutuo? Senſus difficultatis eſt, an ſi filiusfamilias ſcholaris exiſtens in ſcholis, recipiat mutuò pecuniam aliquam, etiam invito patre, poſſit eadem a patre repeti? Videtur negandum: Quia filiofamilias jure civili l. 1. & ſequent. ff. & C. ad Macedonianum §. penul. Inſtit. quod cum eo, qui ex aliena eſt poteſt. conceditur exceptio, ſeu oppoſitio contra exigentem ſolutionem mutui, ut non teneatur ſolvere in foro externo, nec in interno, ut addunt Anton. Gom. 2. tom. Var. cap. 6. num. 2. & Molina d. 301. num. 2. Quod privilegium filiofamilias conceſſum fuit ad tollenda mala, quæ ex ejuſmodi mutuis oriri conſueverant, inter quæ erant mortes parentum, ut filij haberent unde ſolverent. Non videntur autem filijfamilias ſcholaſtici eſſe deterioris conditionis, ut tali privilegio non fruantur. *Mutuum ſcholarium.* *Macedonianum.*

Nihilominus affirmandum eſt cum Baldo Novel. de dot. priv. 46. num. 2. p. 6. Menochio præſ. 582. num. 9. lib. 3. Fabio in addit. ad Vinc. ſing. 134. Steph. Gratiano tom. 1. cap. 107. n. 23. Rebuffo priv. 58. Molina diſp. 301. num. 6. Alex. in l. fin. C. de nego. geſt. & Panormitano ad cap. quod quibuſdam, de fidejuſſ. num. 3. qui aſſerunt ſi filiusfamilias in ſtudio procul a patre *Macedonianum non prodeſt ſcholaſticis.*

patre degens, acceperit mutuum ad ea quæ incumbebat patri cum eo inſumere, vel ad quæ paterna pietas non recuſaret ſumptus cum eo facere, ſolvendum eſſe abſque ulla exceptione tale mutuum, modò non excedat, quod pater eum eo filio erat inſumpturus. Sumitur ex leg.2. & leg. Macedoniani Cod. de Maced. leg. ſed Iulianus §. quod dicitur, & §. ſequent. ff. eod. tit. & ex jure Caſtellæ l.6. tit.1. part.5. Addit Ioann. de Anan. in cap. 1. de Magiſt. ſi ſcholaris recipiat libros commodato, & poſtea moriatur, teneri patrem eos reſtituere, ſicut mutuum. Molina citatus hoc extendit ad regularem, qui miſſus eſt ad ſtudium, ita ut ſi ibi mutuò acceperit ad competentes ſumptus, teneatur monaſterium perſolvere. Ratio reſolutionis principalis eſt, quia intereſt in civitate ſtudioſos habere §. final. in proœm. Inſtitut. Ac ſtudioſi diſtantes a patre ob pecuniarum defectum, ne fame perirent, civitatem deſererent, ſi non eſſet qui eis pecuniam daret mutuam. Quis verò tam ſtultus qui illis mutuaret, ſi ſciret in tali caſu perſiſtere Macedonianum, quo pater ſe poſtea defenderet ad non ſolvendum? Fuit igitur conſonum bono publico, & ipſis ſcholaſticis favorabile, quòd ceſſaret in tali caſu Macedonianum.

1638 Quæ reſolutio ampliatur, ut procedat etiam in dubio, an mutuum illud ſcholaſticus in rebus ſtudij expenderit? Quia tunc præſumitur expendiſſe pro neceſſitatibus ſcholaſticis, ut benè ex Bar. ad l.fin.C. ad Maced. & Aymano conſ.91.n.6. teſtatur Gratian. cit. n. 32. Ampliatur 2. ut etiam procedat quando filius erat in ſtudio contra voluntatem patris, ſed benè ſtudebat. Quia tunc utiliter geſtum eſt patris negotium: ſcientia enim filij eſt laus & gloria patris Gloſ. in Auth. Coſtit. quæ de dignit. colla. 6. §. generaliter. Mercator autem mutuans ſcholaſtico præſumitur ignorare eum eſſe in ſtudio contra voluntatem patris. leg. verius digeſt. de probat. Si filius eſſet in ſtudio ex voluntate patris (inquit Rebuff. cit.) tunc ſive benè ſtuderet, ſive non, pater teneretur, niſi crederet eum benè ſtudere, & creditor ſciret oppoſitum. Tunc enim patri daretur exceptio contra creditorem, arg. l. quis cum ſciret ff. de uſucap. pro empto. l. cum quis, de ſolut. Si erat in ſtudio præter voluntatem patris, non contra, tunc aut tantum erat expenſurus, & benè ſtudebat, & tenetur pater, quia utiliter eſt geſtum negotium; aut non benè ſtudebat, & creditor putabat eum benè ſtudere, & habet actionem contra patrem l.3. ff. ad Macedon. aut notorium erat illum malè ſtudere, & tunc ſibi imputet creditor l. pen. illo tit.

Studium ſcholaſtici.

1639 Nec obſtat quòd pater fuerit invitus in mutuatione illa facta ſilio. Nam expenſa interdum reperitur facta contra domini voluntatem l. fin. C. de negot. geſtor. quod tenet Bal. tract. doris par.6. priv. 46. Hæc doctrina innoteſcit 1. in expenſa dotis & funeris, ut concludit Bar. in reper. l.1. in 67. dotis privilegio a numero 123. ff. ſolut. matrim. Innoteſcit 2. in redimente captivum invitum, & contradicentem, ut tradit Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom.1. cap.107. num.14. Innoteſcit 3. in medico curante infirmum invitum: cum poſſit ab eo expenſas repetere. Gloſ. ſing. in cap.1. diſt. 80. Iaſ. in §. tripli in addit. Inſtitut. de actio. Ang. in §. Item col.9. de except. Roman. ſing. 123. Decol. conſ. 692. num. 6. Alex. in l. quamvis num. 13. ff. ſolut. matrim. & latè Tiraq de nobil. cap. 6. a num. 37. Innoteſcit 4. in pecunia mutuata filiæ converſa in emptionē ornamentorum. Nam hæc (inquit Stephan. cirat. num. 25.) pertinet ad gloriam puellæ, & decus patris. l. ſed & ſi pater §. hoc ſenatusconſulto, ad Macedon. & Bal. in l. Macedon. C. eod. tit. Ex quibus patet ſolutio ad partem contrariam.

Expenſa facta contra voluntatem domini.

1640 Secunda difficultas eſt, quomodo obligetur ſcholaſticus ex commodato: & an poſſit commodatum repetere ante uſum finitum? Videtur negandum, quia eſt contra naturam commodati, quod poſſit revocari ante uſum finitum, quando ad certum uſum commodatum fuit. l. ſi ut certo §. ſicut ff. commodati. Patet ex definitione illius: dicitur enim (Rei alicujus gratuita conceſſio non ad ad nutum revocabilis.) Et ponitur ultima particula ad diſtinctionem a precario, quod ad nutum revocari poteſt: commodatum enim repeti nequit abſque peccato injuſtitiæ ante abſolutum tempus, ad quod tacitè vel expreſſè conceſſum fuit. De quo Navarr. in Man. cap. 17. num. 182. Molina d. 294. Leſſius cap. 27. a num. 78. & Lugo d. 33. a num. 11. Affirmandum tamen eſt cum Baldo in l. penult. ff. commodati, Alberico in 2. parte ſtatut. quæſt. 155. & Socino in tract. fallent. regula 147. quos citat & ſequitur Rebuff. privileg. 16. qui affirmat, ſi Scholaſticus commodaverit digeſtum, vel alium librum, & nunc legatur, aut velit recedere, poſſe ſtatim revocare commodatum, etiam ad certum uſum factum; & ante uſum expletum, ne amittat lectiones, & terat tempus in vanum abſque libris. Item ſi ſcholaſticus dederit amico ſuo libros commodatos, ut illos creditori obligaret cauſa recipiendi pecunias mutuo. Nam poterit agere contra commodatarium, ut illos redimat. rex. juncta Gloſ. & ibi Bal. in leg. ſi ut certo §. nunc videndum in fin. digeſt. commodati. Barba. in Rubr. de commoda. Alber. in 2. p. ſtatut. quæſt. 155. & Socin. in tract. fallent. regula 147.

Commodatū ſcholaſtici.

Aaa 1641 Ter-

Mandatũ ſcholaſtici

1641 Tertia difficultas eſt circa obligationem, quam ex mandato contrahit ſcholaſticus, in qua duplicem invenio caſum. Prior caſus eſt, ſcholaſticus mandavit cuidam, ut noctu duceret meretricem ad ſuum cubiculum, illi promittens ſtare de præfecto vigilum, & de damno: evenit ut ducens meretricẽ caperetur. Quæritur an ſcholaſticus mandans teneatur? Negativè caſũ decidit Rebuff. privileg. 21. Probat, quia in maleficijs non poteſt accedere fidejuſſor, ut nempe malefactor ſervetur indemnis. leg. ſi a reõ §. final. digeſt. de fidejuſſor. & ibi ita expreſſẽ Raynel. Poſterior caſus eſt, quidam ſcholaris mandavit ſocio, ut ſecum veniret, portaret enſem, & arma: obtemperavit ſocius: evenit tamen ut circuitor, vulgo Meirinho, utrunque armis ſpoliaret. Quæritur, an mandatarius ſocius poſſit agere contra mandantem actione mandati ad recuperanda arma? Negativè repondet Gloſ. in leg. quoniam Cod. ad leg. Iul. de vi publ. Quia in re turpi non contrahitur obligatio. §. Illud quoque Inſtitut. mandati leg. ſi remunerandi §. ſi rei turpis, & leg. ſi vero non remunerandi §. ſi adoleſcens, & leg. ſi mandavero tibi in 2. §. qui ædem ff. mandati. Ita etiam Panormitan. in cap. bonæ in 2. num. 14. de poſtul. Prælat. Cæterùm Salic. Aber. & Fab. ad dict. leg. quoniam in hac materia ſic diſtinguunt. Aut cauſa (inquiunt) erat licita & honeſta, quia accedebat mandans ad indulgentias, & mandavit ſocio, ut veniret cum armis ad eum ſociandum, & tunc tenetur mandatario ad reſarciendum damna. Ita docent Panor. & Innocen. ad cap. ſicut in ultim. de jurejur. Aut cauſa erat illicita, quia mandans adjunxit ſibi ſocium ad occidendum, vel tundendum, & tunc mandatarius non recuperat. Ita tenet Bal. in l. fidejuſſ. C. mandata.

Obligatio in re turpi nõ contrahitur.

Mandatarius læſus

1642 Quæ hactenus a præclariſſimis juriſtis dicta ſunt, procedunt in foro externo, quatenus ſecundùm jura allegata mandatario læſo conceditur, vel denegatur actio ad proſequendam reparationem in judicio. Quid autem in foro interno, ſeu foro cõſcientiæ tenendum ſit, latè diſputant, & reſolvunt Theologi. Vt paucis me expediam, ſit concluſio. Mandans tenetur ad reſtitutionem damnorũ, quæ mandatario in mandati executione obvigerunt Molina tom. 2. d. 249. n. 9. cõcluſionem hanc intelligit de mandatario ſubdito mandãti, & de illo, qui vel in meram gratiam mandãtis, vel illius timore damnum exequitur: & non de illo, qui nullo modo ſubjicitur mandanti, vel accepto pretio exequitur mandatum. Probatur prior pars, quia ſubditus mandatum illud non ſponte, ſed coactè exequitur. Deinde qui gratia, vel timore alterius agit, totum hoc refert in mandantem; ergo ſi damnum aliquod incurrat, a mandante reparari debet. Poſterior pars ſuadetur, nam qui mandantis ſubditus nõ eſt, vel nullo timore illius ducitur, vel conductus pretio mandatum peragit, totũ agit ſpõte ſua; ergo mandans non tenetur illius damnum reparare. Nec liberabitur mandans a ſupradicta reſtitutione, ex eo quòd mandatarius rem iniquam exequutus eſt: quia etiam non liberatur a reſtitutione pretij, peracta fornicatione, ille qui meretrici illud ſpopõdit. Et quidẽ magis ad noſtrã rẽ, quanvis mandans pœnã injuſti facti ſubeat, & mandatarius peracto mandato nullam actionem habeat, tamen in foro conſcientiæ (inquit Rebel. lib. 17. de mandato q. un. n. 6.) ſi quid mandatarius in patrando delicto expendit, ſolvendum videtur a mandante.

1643 Quarta difficultas eſt circa ſpecialia, quæ dantur in fidejuſſione ſcholaſtici, & expedietur reſolutione duplici expedita. Prima reſolutio, Quanvis non videatur dare fidejuſſorem idoneum, qui dat privilegiatum l. de die §. qui mulierem ff. qui ſatisda. cogan. eſt enim ad conveniendum difficilis, tamen ſcholaſticus non cogitur dare fidejuſſorem extraneum, quando eſt in loco ſtudij conventus, ſed ſufficit quòd det alium ſcholaſticum privilegiatum. Ita in caſu propoſito ex Specul. titul. de ſatiſd. Rebuff. privileg. 171. Sumitur ex leg. final. Cod. de privileg. ſchol. lib. 12. ubi ſic habetur: Eus
„ minimè extranei fidejuſſoris exactione ve-
„ xari, ſed pro conſuetudine vetuſtiſſima, &
„ jugiter obſervata, numerarium, videlicet ſuæ
„ ſcholæ fidejuſſorem præbere jubemus. Qui textus licèt procedat, & loquatur expreſſé de milite, tamen habebit locum in milite legalis, & litteratiæ militiæ, poſtquam æquiparantur leg. advocati Cod. de advoc. diver. judicior. Intellige 1. reſolutionem, quando ſcholaſticus eſſet extraneus, & non inveniret alium fidejuſſorem; quod conſtabit cautione ipſius juratoria. Quia ne ſcholaris a ſuis avocetur ſtudijs, permittitur dare talem, qualem poteſt, inſtar conſanguineorum leg. 3. §. prætor ff. qui ſatisda. cogan. Intellige 2. quod ſcholaris fidejubens tenebitur ſuo privilegio renunciare, alioqui non recipietur leg. ſi fidejuſſor. in prin. ff. qui ſatiſda. cogan. Adde quando ſcholaris poſſet dare alium fidejuſſorem, quàm ſocium, tunc ceſſante ratione, ceſſare diſpoſitionem, ſic docet Lucas de Penna ad leg. in ſacris 3. colum. 3. Cod. de proximis ſacr. ſcrin. lib. 12 An poſſit, vel non poſſit dare? ſtabitur juramento ſcholaſtici, arg. §. ſed iſte Inſtitut. de action. & cap. nulli, in fine de elect. in 6. Intellige 3. ut nequeat ſcholaſticus dare fidejuſſorem religioſum, cum hic non poſſit fidejubere pro alio ex cauſa neceſſitatis.

Fidejuſſor ſcholaſtici.

neceſſitatis. Cap. quod quibuſdam, de fidejuſſ. ubi plenè Barbat. Addit Sāch. lib. 6. Decal. cap. 14. n. 38. 39. & 41. non poſſe religioſum fidejubere, niſi id exigat monaſterij utilitas, & de licentia prælati, ac maioris partis capituli, ita ut maneat irrita fidejuſſio facta abſque tali licentia, etiamſi religioſus exiſtat in ſtudio, ubi ad alios contractus facultatem habet.

Fidejuſſor ſcholaris.

1644 Secunda reſolutio. Si ſcholaſticus pro ſuo ſocio fidejubeat, & poſtea velit accedere ad litterarum ſtudium, poteſt agere contra creditorem, ad ſubrogandum alium, & ut liberetur ab illa fidejuſſione. Ita Rebuff ſchol. priv. 152. ex Specul. tit. de judic. in §. Specialia ver. quid ſi fidejuſſor. Ioann. And. Panorm. Felino, & alijs. Simitur 1. ex l. aut longa ff. de procur. l. liber, ubi profectio urgens, ff. de arbit. l. ſi longius ff. de judic. Sumitur 2. ex ratione, quia aliter creditor ille impediret ſtudium; quod impedimentum repugnaret publicè utilitati. §. his Ita Inſtitur. de juſtit. & jure. Idem affirmat Bald. ſi ſcholaris pro ſocio ſuo quidquam pignori dedit; ut nempe poſſit agere contra ſocium pro luitione, & redemptione. leg. de reſtituendis Cod. commodati, ubi adjungit procedere maximè quando pro ſocio pignori dedit libros, aut veſtes: quia tunc poterit eos petere, non expectata temporis diuturnitate, ne ſine libris tempus perdat, & ſine veſtibus frigore rigeat. Arg. l. obligatione ff. de pignor.

QVÆSTIO V.

Qualiter teneatur ſcholaſticus ex locatione, & conductione?

Locatio & conductio quid ſit.

1645 VT paucis expediamus quæ nam ſit doctrina peculiaris de locatione circa ſcholaſticos, & præcurrat lux veluti ſubita, qua natura hujus contractus innoteſcat, illius definitio, quæ omiſſis alijs, nobis placet, & recentioribus, Molinæ d. 486. num. 1. Leſſio cap. 24. num. 1. & Cardinali de Lugo de juſtit. diſp. 29.
„ num. 1. non diſplicet, ſic habet: Locatio &
„ conductio eſt contractus, quo perſona, vel
„ res aliqua ſive immobilis, ſive mobilis ad u-
„ ſum, aut ad fructus, in modicum tempus pro
„ certo pretio conceditur, & acceptatur. Non erit nobis ſermo de cōtractu locationis & cōductionis ædium inito cum ſcholaſticis, quanvis ſit præcipuus. Quia de iſto jam aliundè egimus lib. 4. diſp. 4. q. 6. 7. & 8.

Prima difficultas eſt circa conductionem equi, an ſcholaſticus, quando recedit ab ſtudio, poſſit compellere dominum equi, ut eum ſibi locet? Non procedit de domino, qui non ſolet locare ſuum equum. Quia hunc compelli non poſſe planum eſt. Procedit de domino, qui ſuum equum locare ſolet: in quo caſu rectè affirmativam partem defendunt uterque Rebuffus, Iacobus in leg. curſum C. de curſu publ. lib. 12. Petrus ſchol. privileg. 7. num. 2. Bart. in l. una §. 1. ff. furti. & Decius reg. 213. num. 6. Tota ratio ſumitur ex utilitate publica: quia ſic expedit bono communi; ut dentur ſtudioſi, & litterati in Republica. Ergo ſicut ſcholaſtici habent privilegium hoſpitationis in locatione ædium, ut nempe hoſpitentur quando veniunt, ita habere debent privilegium in locatione equorum, ut nempe equo vehantur, quando recedunt. Hoc tamen limitatur in ſcholaſtico ignoto; cui dominus ſuum equum non cogetur locare, non datis ſibi fidejuſſoribus. Quia privilegium debet intelligi ſine præjudicio alicujus. leg. impuberi digeſt. de adminiſtrat. tuto. leg. 2. §. merito ff. ne quid in loco publ. fiat. leg. nec avus Cod. de emancip. liber. Quid ſi ſcholaſticus locatum equum tundat fuſtibus, ita ut ex illis ictibus moriatur? Benè reſpondet Corſet. in ſingul. incipiente conductor, cui ſubſcribit Rebuff. privileg. 7. num. 2. periculo ſcholaſtici perire. Quia equi calcaribus, & flagellis ſolent percuti, & non lignis. Secus (inquit Bal. conſ. 22.) ſi alio modo pereat, modò dolus, & lata culpa abſint.

Equus locādo ſcholaſticis.

Conductor equi pereuntis.

1645 Quid ſi ſcholaſticus non dedit avenam equo, quem locaverat, & ex eo factus eſt macer: tenetur ne? Negativè reſpondet Petrus Rebuff. cit. num. 2. per tex. in l. animalia C. de curſu publ. lib. 12. ubi dictam reſponſionem expreſſè firmat Platea ex eo quia ſcholaſtici conductos equos non ſolent avena impinguare, cùm modicam eis impendere conſueverint: Illis ego acquieſco, dummodo ſcholaſticus equum ſolita, ac ſufficienti portione non fraudaverit. Quid in hoc eventu? conduxit ſcholaris equum, quem deteriorem fecit, & eo modo voluit domino reddere: dominus noluit recipere: ſcholaris equū ligavit ad illius portā præſentibus duobus teſtibus; offerens pretium locationis: & ſtare de deterioratione arbitrio proborum: recuſavit adhuc dominus equum recipere, & ſic equus fame extinctus eſt. Quæritur an de hac extinctione teneatur ſcholaris? Rebuffus num. 13. affirmat ſe de hoc caſu conſultum Catteri, negativè reſpondiſſe per Gloſ. Angel. & Pau. in leg. qui ſibi §. fin. ff. de ſolut. Quia (inquit) ille ſcholaris ad duo debita tenebatur, unum de reſtituendo rem, alterum de ſolvendo

pretium deteriorationis, & ſic offerendo prius debitum exaudiri debuit, proindeque ſibi imputet locator qui hoc non recepit. 6. fin. §. quibus modis pign. & hypot. ſolu. & notatur in l. quidam ff. de reb. cred. Accedit quod deterioratio non erat liquida; ideoque ſatis erat, pretium locationis; quod erat liquidum offerre præſenti pecunia; & pro eo quod non erat liquidum ſatisdare: leg. ſtatu liber rationem digeſt. de ſtatu liber. Quid ſi ſcholaris conduxit equum, quem accepit æſtimatum, & equus caſu fortuito perijt? teneturne? Gloſſ. in leg. ſicut certo §. nunc videndum ver. periculum digeſt. commodati, affirmativam partem tenet. Verùm Gloſ. in leg. 3. ff. locati contrarium firmat hac ratione, quia illa æſtimatio non facit emptionem in contractibus, de quorum natura eſt dominium non transferri, qualis eſt hic leg. cum manu ſata §. nemo ff. de contr. empt. Nam æſtimatio illa fit cauſa deſignandi intereſſe, & benè operatur, ut teneatur conductor de culpa leviſſima l. cum duobus §. damna ff. pro ſocio. Ita in proprijs terminis Bald. ad l. 1. col. 3. q. 3. Cod. commodati. & Conrad. tract. de contract. q. 77. concluſ. 4. qui affirmat hoc etiam procedere in foro conſcientiæ.

Famulorum ſolutione.

1647 Secunda difficultas eſt circa conductionem famulorum, & imprimis an ſcholaris teneatur ſolvere ſalariũ famulis? Videtur affirmandum ex generali doctrina, quam tradunt Navar. in Manuali cap. 17. num. 18. Capicius deciſ. 125. num. 1. Cabedus 1. par. deciſ. 161. num. 1. aſſerentes omni jure, etiam divino deberi ſalarium famulo juxta mẽſuram laboris: Nam Lucæ 10. & Matth. 20. „ Voca operarios, & redde illis mercedem, „ Deuter. 24. & Levit. 19. Non negabis mercedem indigẽti pauperi, ſed eadem die reddes ei pretium laboris ſui. Et Pauli ad Cor. „ 3. Vnuſquiſque autem propriam mercedem „ accipiet ſecundùm ſuum laborem. Facit tex. in l. Seio amico ff. de annuit legat. Imò in ſpeciali caſu de ſcholaſticis, pro hac parte facit 1. quia juxta Rebuff. ſcholar. privileg. 167. ſi famulus longo tempore ſervivit ſtudioſo nulla de ſalario facta conventione, & mẽtione, non poteſt poſtea in fine ſalarium petere. Quia hoc ſpeciale eſt in advocatis, & alijs numeratis in leg. 1. ff. de varijs & extraor. cognit. Signum eſt ergo ſalarium abſolutè haberi famulo per ſcholaſticum. Facit 2. quod afferunt Iaſon in leg. diem functo num. 28. digeſt. de aſſeſſor. & Iacobus Rebuff. in leg. judicet Cod. de anno. & tribut. lib. 10. ſcilicet ſi famulus relinquat dominum culpa ſua, perdere mercedem, ſupponitur ergo illi debitam fuiſſe.

Famuli ſcholaſticorum.

1648 Nihilominus tenendum eſt famulis ſcholaſticorum, quibus datur tempus ad ſtudendum, non deberi ullum ſalarium. Ita Navarr. in Manual. cap. 17. numero 118. Cabedus deciſion. 162. numer. 3. Emmanuel Barboſ. in remiſſ. ad Ordin. lib. 4. titulo 29. Gutierr. de juramment. confirmat. part. 1. cap. 64. numer. 3. & Marta in votis noviſſ. deciſion. voto 99. num. 7. numero 8. ubi aſſerit, poſſe ſcholarem famulo recedere volenti a ſuis ſervitijs auferre veſtes, quas dederat, dum erat in ſuo ſervitio: quia non cenſetur donaſſe, niſi pro eo tempore, quo ei ſervierit. In Academia Conimbricenſi (ut ait Barboſ. citatus) tenetur ſcholaſticus famulo ſuo ſtudenti calceamenta ſolum miniſtrare, quæ nequaquam ab eo etiam abire volenti poterit auferre. Ratio in qua fundatur principalis reſolutio, præter legitimam conſuetudinem, quæ ſemper obſervari debet, eſt, quia ſcholaſtici dant ſuis famulis tempus ſufficiens ad ſtudendum, & ſcientias capeſſendas, quod omnibus pecuniarijs ſalarijs præferendum eſt. Accedit quòd in officijs mechanicis, qui docetur, eſt qui ſolvit, non verò ei ſalarium ſolvitur, ut benè notat Bartol. ad leg. in fundo a 8. ff. de rei vendic. ex text. in leg. cæterum ff. eod. titu. Ex quo facilè deducitur ei, qui ſervit Magiſtro, ut eum doceat artem ſuam; non deberi ſalarium, imò ipſe ex conſuetudine & conventione ſolvit Magiſtro, & ipſe Magiſter tenetur eum docere, & dare tempus ad diſcendam, & exercendam artem, ſub onere reſtituendi jacturam peritiæ. Ita Molina de juſt. tract. 2. d. 506. n. 6. Azor Inſtit. moral. p. 3. lib. 8. c. 13. de locato q. 3. Flores Vari. lib. 1. q. 8. §. 2. n. 12. & Rebel. de oblig. juſt. p. 2. lib. 14. q. 13. n. 2.

Ad fundamentum partis contrariæ dicimus, famulis jure divino & humano deberi ſalarium, ſeu mercedẽ ſui laboris, quando illis non præſtatur aliquid æquipollens, vel forte melius ſalario, quale præſtant ſcholaſtici famulis, nempe tempus ad ſtudendũ, & Magiſtri doctrinã, quæ omni auro pretioſior eſt. Ad 1. & 2. confirmationem, quibus oſtenditur aliquid ſalarij per ſcholaſticos ſolvi famulis, reſpõdemus id eſſe verũ & obſervãdum in Academijs, in quibus ea conſuetudo legitimè vigeat: ſecus in Luſitanis, & alijs ſimilibus. Nam Conimbricæ (ut ſupra diximus) ſolum ſcholaſtici dant famulis calceamenta, Eboræ (ut credo) nihil ex conventione præter cibũ, ex æquitate aliquid veſtitur, & calceatus.

Operæ famulorum locatæ.

1649 Rogabis 1. an ſi ſcholaris præcipiat famulo ſuo, ut operas, quas ſibi exhibere tenetur, alteri præſtet, ad id teneatur famulus? Affirmativè reſpondet Rebuff. privil. 12. nu. 7. per tex. in l. opere in terum fin. ff. de oper.

Digitized by Google

oper. liber. l. hominis, & l. uxori §. ſtropium ff. de uſus legat. Ratio eſt, nam is qui conduxit, alteri poteſt locare leg. cum in plures ff. locati. ita ut pecunia illa per famulum requiſita acquiratur domino leg. patronus, & l. ſi libertus 1. ff. de operis libert. Hæc doctrina abſolutè vera eſt, fallit tamen 1. quando is, cui operæ jubet exhiberi, eſſet odioſus, vel oneroſus, & moroſus. Quia tunc famulus non tenebitur eidem ſervire Arg. l. 2. ff. ut in poſſeſſ. legat. l. invitus ff. de fideicom. libert. & leg. fin. Cod. de pact. Int. empt. & vendit. Fallit 2. quando vellet delegare operas turpes, quas ipſe dominus non poterat exigere. l. hæ demum ff. de operis libert. Fallit 3. quando extra locum vellet, ut eidem ſerviret. Tunc enim non teneretur l. uſuras C. de ſolut.

Famulus multorum unde debeat obedire.

1650 Rogabis 2. cuinam ſcholaſtico teneatur obedire famulus, quando eſt in famulatu duorum, vel trium, & omnes eodem momento ei præcipiunt Rebuff. in Auth. Habita C. ne filius pro patre ad illa verba, Et nobis ejus miniſtris, aſſerit ſe de hoc puncto fuiſſe conſultum Tholoſæ, & reſpondiſſe 1. ex Hoſtienſi, ſi famulus poſſit, teneri obedire omnibus, per tex. in leg. duorum libertus ff. de operis libert. leg. ſervus communis digeſt. de acquirend. hæred. leg. ſi quis in gravi §. ſi cum omnes digeſt. de Senatuſconſult. Silla. 2. ſi non ſit conventum inter illos, cui obediatur, & impoſſibile ſit obedire omnibus, parendum eſſe illi qui fuerit primus genere, vel primus ſcientia, ita ut ſemper ſcientia præcedat nobilitati, & maior gradus minori. Cap. qui reſtituit. 11. quæſt. 3. §. ſi nullus altero ſit maior, vel dignior, ſed omnes ſint æquales, ei obediendum, a quo famulus maiora conſequitur lucra. Argu. textus in cap. cum in officijs, capit. relatum, & cap. fin. de teſtament. Ita Sylveſt. ver. Obedientia quæſt. 10. diſtinct. 5. 4. ſi tantum habeat ab uno, quantum ab altero, obediendum eſſe præcipienti negotium magis neceſſarium, v. g. parare prandium. Arg. l. maiorem ff. de pactis. 5. ſi præcepta negotia fuerint æquè neceſſaria, vel utilia poſſe famulum obedire, cui velit l. final. ff. de religion. & ſumpt. funer. leg. ſi quis in gravi §. ſi cum omnes ff. de ſenatuſconſ. Silla. 6. ſi famulus nollet, vel potiùs non auderet eligere, forte dirimendum eſſe, cui parendum foret. Argent. l. in tribus. cum ſequen. ff. de judic. præcipuè cum agatur de facto, in quod, & non in jus ſors cadere poteſt. Ita Angel. in §. ſed & ſi Inſtit. de ſatiſda. tuto.

Salarium integrum

1651 Rogabis 3. ſi plures ſcholares conveniant cum famulo circa ſalarium certum pro toto anno, & unus ex illis interim recedat ex cauſa juſta, an debeatur famulo integrum pretium conventum? In partem affirmativam propendet Rebuff. privil. 16. num. 8. Probat, quia famulo non debet imputari, ſi non ſerviat omnibus, cum per eum non ſtet. Reg. in jure civili ff. de reg. jur. & reg. eum non ſtat, illo tit. in 6. & l. in executione §. fin. ff. de verb. oblig. Confirmat ex doctrina Bart. ad leg. ſcio digeſt. de annu. legat. aſſerentis, quòd eatenus quatenus diminuitur labor, debet diminui præſtatio penſionis: ſed eum tantus fermè ſit labor in ſerviendo uni, quantus in ſerviendo duobus, non debet penſio, ſeu ſalarium minui. Hanc reſolutionem credo veram cum limitatione, nempe ſolvendum eſſe integrum ſalarium famulo; modò juxta conſuetudinem, vel jus Academiæ, ſi alius ſcholaris ſupervenisſet, famulus non poſſet maius pretium petere: ſecùs ſi poſſet. Nam poſtulat æquitas, ut ſicut ad augmentum ſcholarium jubentium creſcit pretium, ita ad illorum decrementum decreſcat. Eſt adhuc dubitatio, an etiam ſcholaris ille abſens teneatur ſolvere ſuam partem? Rectè affirmant Alb. & Bar. in l. eadem in fin. C. locati, Bald. in l. 1. de legat. & Iaſ. in repet. leg. quominus quæſt. 13. ff. de ſtu. Probant exemplo omnino ſimili: nam ſi tres conducant eandem domum, & unus illorum recedat, alij duo non tenentur ad integram penſionem, licèt tales duo uſi fuerint tota domo: quia ex quadam neceſſitate uſi ſunt, cum non poſſent uti parte domus, ſicut nec parte famuli. leg. duo fratres digeſt. de acquirend. hæred. Illud tandem obſervandum eſt, ſcholarem recedentem poſſe liberari omnino a ſolvenda penſione, ſi antequam diſcedat, proteſtetur ſe illa domo amplius uti nolle, vel non poſſe propter rixas, & inquietudines aliorum. Sic notatur in capit. Cum M. de conſtitut. & in leg. non ſolum §. morte ff. de nov. oper. nunciat.

QUÆSTIO VI.

Quid juris ſcholaſtico in ultimis voluntatibus?

Minor teſtari non quit.

1652 Agendum paucis nobis eſt de ſcholaſtico teſtatore, legatario, & donatore cauſa mortis. Quod attinet ad primum, quamvis aperto jure conſtet maſculũ minorẽ quatuordecim annis, & fœminam minorem duodecim annis, quos impuberes, & pupillos dicimus, non poſſe facere teſtamentum. l. qua ætate ff. de teſtament. l. ſi frater Cod. qui teſt. fac. poſſ. l. fin. Cod. de teſtam.

teſtam. milit. §. præterea Inſtit. quibus non eſt perm. De quo Bened. Ægid. in repet. l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. p. 1. §. 1. Molina de juſt. tract. 2. d. 136. Flores Var. lib. 1. q. 1. n. 83. Gomez in l. 3. Tauri n. 18. ſimiliter quanvis conſtet filium in patris poteſtate exiſtentem teſtari non poſſe leg. qui in poteſtate ff. de teſtam. l. ſenium C. de teſtam. hæc tamen communis diſpoſitio locum non habet in filio ſcholaſtico: hic enim de bonis donatis per patrem, vel alium teſtari poteſt, ut docet Petrus Iacobus in rub. de in integ. de teſtit. Ioann. Sainxon. de conſuet. Turonen. quos refert, & ſequitur Petrus Rebuff. priv. 128. & a fortiori de bonis acquiſitis intuitu ſtudij, vel per ſtudium. Confirmant, nam filiusfamilias ideo teſtari nequit, quia eſt perſona non integra l. fin. §. neceſſitate C. de bonis quæ liber. ſed quando eſt in ſtudio cenſetur integra perſona, quia ſine patre ſtudet, & proficit: ideo agit ſicut paterfamilias, & loco patrisfamilias habetur. l. 2. ff. ad Macedon. ergo teſtari poterit.

Legata facta ſcholaribus. 1653 Quod attinet ad ſecundum, qualiter ſcholaris legatarius ſit, ſeu legatum acquirat. Dico 1. ſi teſtator legaverit ſcholari libros legales, ſi efficiatur Doctor in jure civili, & libros medicinæ, ſi efficiatur Doctor in medicina, factus Doctor in utraque facultate, debet habere tã libros legales, quàm medicinæ. Ita Rebuff. priv. 130. ex l. Titiæ teſtatores ubi expreſſè Alex. Iaſ. ff. de legat. 1. Ratio eſt, quia ſub ſimplicibus comprehenditur caſus mixtus in favorabilibus. l. ſi ita ff. de liber. & poſth. & notat M. Anton. in l. 2. in prin. ff. de verb. oblig. Deinde ſuperveniens dignitas non tollit privilegium præcedens. l. 3. Cod. de dignit. lib. 12. Idem dicendum eſt, quandò teſtator legavit illis qui ſunt Doctores in legibus, & medicina centum: nam licèt unus Doctor non ſit in utraque facultate, tamen habebit centum, ut docet Alex. conſil. 20. ponderatis num. 8. in 3. vol. Quia in materia favorabili quando copula cadit inter duo adjectiva, vel inter duas qualitates, & non conſtat quòd ſint adjectæ reſpectu unius & ejuſdem ſubſtantivi, vel diverſorum, in dubio ad diverſa referri debent, ſi hoc fieri poteſt, ad hoc ut augeat, videlicet ut Doctor in medicina centum habeat, & totidem Doctor legum.

Locus legato ſolvendi. 1654 Dico 2. ſi ſcholari legetur aliquid in ſubſidium ſtudij, debet ſolvi in loco, ubi legatarius ſtudio incumbit. Ita Bald. in l. ſed & ſi ſuſceperit §. ſi libertis ff. de judic. Duenhas reg. 161. n. 11. Peregrin. de fideicom. art. 53. n. 6. Sim. de Pret. de inter. ultim. volunt. lib. 4. dub. und. & Stephan. Gratian. to. 1. cap. 61. n. 1. Nam legatum debet ſolvi ubi teſtator voluit, aut eſt veriſimile voluiſſe l. cum res init. ff. de legat. 1. ſed quanvis teſtator non expreſſerit, tamen veriſimile eſt voluiſſe, ut ſolveretur loco ſtudij: cum ex perſonarum cõditione præſumatur voluntas legantis, Bart. in l. item illa coſ. fin. n. 13. de conſtit. pecun. per tex. in l. ad perſonas, de jurejur. & teſtator præſumatur voluiſſe quòd ſcholaris cauſa habendi legatum ab ſtudio non diſcederet. Dico 3. ſi teſtator legavit alimenta ſcholari, ſolui debet pro alimentis pecunia in Univerſitate, & non ſpecies, id eſt vinum & frumentum. Ita ex Baldo & alijs in l. 1. C. de legat. Rebuff. privil. 132. *Alimẽta legata ſcholari.* Probat, nam prædictum eſt legatum in genere, proindeque magis videtur legata æſtimatio l. 1. in fine ff. de auro & arg. legat. Deinde quando alimenta debentur nobili, etiam æſtimatio dabetur. l. cum hi §. ſi in annos ff. de tranſact. *Cibi ruſticorum qui.* Confirmat ex abſurdo, quia ſi liberum foret debitori dare in ſpecie alimenta ſcholaſtico, daret fabas, caſeum, & cepe, quæ ſunt cibi ruſticorum juxta Gloſ. in l. ſervus urbanis ff. de legat. 3. & tamen ſcholaſtici debent comedere bonas eſcas, & bono vino uti, ut ingenium (inquit) acutius habeant. Concludit non teneri ſcholaſticum vivere in domo hæredis, cum hic teneatur præſtare alimenta in Academia, ſcilicet pecuniam arbitrio boni viri.

Legatum incertum. 1655 Dico 4. Quanvis legatum incertum non valeat l. quidam in prima ff. de legat. 2. l. quidam, de rebus dubijs. Cap. nos quidem, & ibi Doct. de teſtam. tamẽ legatum incertum relictum ſcholari valet, ut ſi legentur expenſæ ſtudij, vel aliud ſtudij cauſa. Ita ex Alex. in addit. ad Bar. in l. ſi quis annum ff. de annuis legat. Iaſone & alijs ad l. ita ſtipulatus n. 13. ff. de verb. oblig. Rebuff. privil. 133. *Legatum dotis.* Sumitur ex eo; quia cauſa dotis & ſtudiorum æquiparantur; ut ſæpe a nobis probatum eſt: at legatum incertum valet in cauſa dotis, ut habetur ex l. cum poſt §. gener. ff. de jure dotium, & latè per Bald. tract. de dote in 6. par. priv. 11. fol. 12. *Expenſæ ſtudij quæ.* Adde ex Bar. in l. his verbis §. fin. ff. de legat. 3. & Socino in l. quibus diebus §. primo ff. de condit. & demonſ. quando ſtudij expenſæ relinquuntur, non ſolum venire illas, quæ dantur pro libris & victu, ſed etiam quæ dantur pro matricula, & etiam pro Doctoratu, juxta Alex. conſ. 77. n. 6. vol. 4.

Rogabis obiter, ſi hæres gravetur, ut expenſis hæreditatis faciat Titium ſtudere, nec dicatur in qua facultate, quomodo teneatur? Benè ſatisfacit Rebuff. citatus §. Quæro, affirmans hæredem teneri facere ut prædictus ita inſtruatur, ut legere & ſcribere ſciat: deinde ut Grãmaticæ ſtudeat, & alijs facultatibus, juxta capacitatem ingenij ſcholaſtici, per tex. in l. Stichus ff. de legat. 3. ad quem locum Bolog. & Petr. de Ferra. in ſua pract. in forma libel. & Alex. in l. ita ſtipulatus ff. de verb. oblig.

Falcidia in legato ſtudioſi. 1656 Dico 5. De legato facto alicui ſtudioſo litterarum, non detrahitur Falcidia, ſicut nec de legato dotis. l. cum dotem

Digitized by Google

dotem ff. ad leg. Falci. Ita expreſſè Rebuff. privil. 134. & Barbat. in reperii. cap. Raynaldas col. 149. in 33. caſu de teſtam. maximè quando pro ſtudio Theologiæ relinquirur. Bal. in l. 1. col. 6. q. 2. ff. de legat. 2. Sed Alex. in l. ita ſtipulatus col. 8. ff. de verb. oblig. affirmat idem procedere in ſtudio cujuſcunque ſcientiæ approbatæ, ut nulla detrahatur Falcidia, ſicut non detrahitur de legato ad pias cauſas Auth. ſimiliter C. ad leg. Falci. Addit Rebuff. citatus, non debere ſolui de prædicto legato gabellam, quanvis ex ſtatuto, vel conſuetudine de legatis foret ſolvenda. Concludit Barbat. cit. nec de tali legato eſſe detrahendam quartam Epiſcopalem. Dico 6. Quanvis legatum annuum relictum Fratri Minori, Prædicatori, vel alteri Mendicanti non debeatur, utpote repugnans mendicitati, Clem. exivi §. cumque annui, de verb. ſign. de quo latè Sanch. lib. 7. Decal. cap. 27. a n. 33. tamẽ factum prædictis Mendicantibus pro libris emendis, & alijs oneribus ſtudij ſupportandis favore ſtudij valebit. Ita Rebuff. priv. 135. ex Panorm. conſil. 63. in vol. 2. & Gloſ. in Clem. Dudum §. hujuſmodi Verbo Indirectè, de ſepult. Ratio eſt, quia legatum illud dicitur factum ad augendum divinum cultum cap. ſi u. de teſtam. Deinde per illud non tollitur mendicitas: illi enim Fratres dicuntur Mendicantes quoad victum ſolum, & non quoad diſciplinam. Reſolutio juxta Bar. tract. Minorit. lib. 2. q. 1. fallit quando tanta eſſet illis relicta quantitas, ut veriſimiliter hoc factum in fraudem crederetur.

Legatum dotis.

Legatum annuum pro ſtudio Mendicantium.

1657 Dico 7. Quanvis legatum in annos ſingulos non debeatur, niſi anno finito l. 1. C. quando dies legati cedit l. qui hoc anno ff. de verb. oblig. l. ſi in annos ff. de condit. & demonſt. fallit quando aliquid legatur ſcholaſticis cauſa habitationis, vel mercedis, vel victus. Ita Rebuff. priv. 136. Sumitur ex conjectura voluntatis teſtatoris, qui per tale legatum intẽdit ſuccurrere ſcholaſtico egẽti, & hic ſtatim in cujuſlibet anni exordio egere incipit, tex. ibi Gloſ. in l. nec ſemel §. ſi in habitatione ff. quando dies legati cedit. Item, quia tale legatum eſt pium, & quando ratio pietatis ineſt, tunc debetur in principio. l. ſi ita fuerit 2. ff. de manu teſta. Dico 8. Legatum annuum ſcholari etiam in minùs ſolemni voluntate relictum, ſi per triennium præſtitum ſit, debebitur de cætero præſtari, ſeu in poſterum etiam præſtari. Ita Rebuff. priv. 157. Sumitur ex l. 1. C. de fideicom. ubi juxta Salicetum præſtatio triennalis alimentorum concurrente favore ultimæ voluntatis facit legatum deberi etiam in futurum ex voluntate minùs ſolemni. Ubi Iaſ. in col. 2. extendit ad dotem, cum dos, ſtudium, & alimenta æquiparentur.

Legatum quãdo & quando debeatur ſcholari.

1658 Supereſt adhuc expendenda difficultas practica, an ſcilicet pecunia legata ad Miſſas celebrandas dari poſſit ſcholaſtico futuro ſacerdoti, ut eas celebret cum primum fuerit ſacerdos? Pro parte affirmativa facit quòd de jure communi executores, vel hæredes habeant ſex menſes a die inſinuati teſtamenti, aditæ hæreditatis, & ſciẽtiæ, ut legata pia mandent executioni. Authẽt. de Eccleſiaſt. titul. §. ſi autem hæres ver. ſi autem legatum. & §. ſi quis autem pro redemptione. De quo Greg. Lopez in l. fin. tit. 10. par. 6. Covarr. in cap. ſi hæredes n. 5. & Molina d. 251. §. quando el 1. Accedit quòd ad executionem teſtamenti ſive factum ſit ad cauſas pias, ſive ad prophanas, habeant annum ex Authen. Hoc amplius C. de fideicommiſ. & Authen. de hæredibus & Falcidia §. ſi quis autem non amplius, & §. fin. ver. Non autem excipimus. Imò tam ad legata pia, quàm ad teſtamentum implenda, mẽſis & annus conceditur in Luſitania Ordin. lib. 1. tit. 62. §. 2. & Eborenſi Conſtit. tit. 21. cap. 1. Cum igitur ſcholaſticus intra hoc tẽpus poſſit fieri ſacerdos, videtur ſaltem cum hac limitatione poſſe Miſſas celebrandas acceptare.

Miſſas celebrandas an ſuſcipere poſſit ſcholaris nondum ſacerdos.

1659 Nihilominus ſtandum omninò eſt pro parte negativa. Probatur, quia hæres, vel executor teſtamenti, tenetur, ubi primùm poteſt, executioni mandare voluntatem defuncti. Sumitur ex cap. ſi hæredes, ubi Panorm. num. 4. & Covarr. n. 4. & in cap. Tua nobis n. 5. de teſtam. & probat tex. in l. cum res ff. de legat. 1. & l. ſi domus §. in pecunia ff. eod. tit. & l. Caſtellæ 6. tit. 10. partit. 6. & docet Molina tom. 1. d. 151. §. dubium item eſt n. 11. ubi notat graviter peccaturum executorem in animam defuncti, qui opera pia & ſuffragia executioni mandare diſtulerit, nec impleverit, ubi primùm potuerit. Sanch. in opuſc. lib. 4. cap. 1. dub. 55. n. 8. Diana 4. p. tract. 4. miſcel. reſol. 162. §. fin. & Bocacin. cum alijs diſp. 3. de teſt. q. 18. p. 8. § 6.

Executio teſtamenti.

Ad fundamentum partis contrariæ dicimus totum procedere in foro externo. Quia prædictum illud tempus ſolum intelligitur conceſſum, ut ante illud executores & hæredes negligentes in exequendo, pœnas a jure impoſitas non incurrant, neque cogantur reddere rationem de executione, ut obſervant authores citati, & Pereyra de Caſtro tap. Manus regiæ cap. 16. n. 9. Ex quo Molina, Covarruv. & Diana locis citatis affirmant poſſe executores cogi etiam cenſuris Eccleſiaſticis, ad implendã voluntatẽ defuncti, ubi primum mortuus fuerit, ſi potuerint.

1660 Quod attinet ad tertium de ſcholaſtico donatore cauſa mortis, ex Leſſio cap. 18. dub. 14. n. 105. & 116. obſervandum eſt 1. quid ſit donatio inter vivos, & quid donatio cauſa mortis. Donatio vivos eſt, cum quis ſic donat, ut etiam ſe vivo velit rem

Donatio inter vivos & cauſa mortis quid in ſcholare.

eſſe alterius. Donatio cauſa mortis eſt, cum quis ſic donat, ut rem non velit abſoluè & irrevocabiliter eſſe alterius, niſi poſt ſuam mortem. Obſervandum eſt 2. donationem, quæ facta fuit cauſa mortis, poſſe revocari ob tres cauſas. 1. ſi donatorem pæniteat. 2. ſi facta fuit ob periculum inſtans, eo recedente, ceſſetur revocata. 3. ſi donatarius moriatur ante donatorem: nam eo ipſo cenſetur revocata: ſecus de donatione inter vivos. Hæc, enim non extinguitur morte donatarij, ſed ſi ſit acceptata tranſit ad hæredes. Si donator promittat ſe donationem non revocaturum, tranſit in donationem inter vivos.

His obſervatis, hæc omnis doctrina generaliter cadit in ſcholaſticū donatorē cauſa mortis. Illud tamē ſpeciale invenio traditum a Rolando a Valle vol. 2. conſ. 8. num. 10. his verbis, Ad hoc (inquit) faciunt notata per Bar. in l. fin. ff. de ſolut. quem ibi ſequuntur omnes, ubi ſi ſcholaris veniens ad mortem habēs pecuniam apud campſorem, fecit eam promitti fratribus Prædicatoribus, ſi poſtea evaſit, poterit revocare: quia videtur facta contemplatione cuiuſdam relicti.

QVÆSTIO VII.

Qualiter ſcholaſticus teneatur ex crimine?

Pænitentia vel excludendam delicti vel pænam. 1661 ANte quam accedamus ad crimina ſcholaſticorum in particulari, qualia ſunt furtum, defloratio virginis, adulterium, ſtuprum, ludus prohibitus, geſtatio armorum prohibitorum, & expenſio monetæ falſæ, præmittendum eſt 1. quāvis in delictis non admittatur pænitētia, nempe ut in foro externo evitentur pœnæ, l. ſi pecuniam, & ibi DD. ff. de condict. data cauſa, tamen in ſcholaſtico delinquente aliquando admitti. V. g. ſi ſcholaſticus cauſa comedendi accipiat pullos alienos, & poſtea pænitentia ductus eos reſtituat, non tenetur de furto. Ita Rebuff. privil. 124. ex Bar. in l. qui ea mente ff.
Furtum ſcholaſtici. de furt. & Florian. in l. Quintus ff. ad leg. Aquil. Rationem ſubdit, quia forte ſcholaris ille fuit inſtigatus a re, ſuper qua delinquitur, ut quia pulli & gallinæ quotidie accedebant ad ſuum cubiculum. Sic in ſimili dicitur in l. ſciētiam §. qui cum aliter ff. ad leg. Aquil. quòd non tenetur incitatus, ſi verberet, vel occidat
Adulterium ſcholaſtici. ſe defendendo cum moderamine l. 1. C. unde vi. Addit Rebuff. citatus idem eſſe in ſcholaſtico, qui incitatur ad adulterium a ſua hoſpita quam arbitrarer (inquit) minùs peccare, quàm ſi eam multum ſolicitaſſet: ſolicitando enim amitteret tempus, & poſtea adulterium committeret, & ſic dupliciter peccaret. Idem eſt, ſi aliquo dicto tuo, vel facto injurioſo provocaretur ad iram, ob quam aliquid tibi injuriæ inferret, ut injuriarum non teneatur. Specul. in tit. de accuſato §. primo ver. Quid ſi vocavi. Angel. tract. de malefic. glo. Verba contumelioſa. *Provocatus minùs peccat.*

1662 Præmittendum 2. ſtudioſos litterarum, non poſſe in locis in quibus ſtudent ex delictis alibi etiam in Univerſitate commiſſis puniri. l. 2. C. ubi de crimine agi oporteat, & l. 2. C. ubi ſenatores. Ita Bolog. ibi, Ioan. Bapt. in addit ad Alber. in verbo Scholaribus, Domin. in cap. quæ contra 8. diſt. Felin. in cap. dilectus. in 2. verſic. col. 7. de reſcript. Probatur tum quia ſcholaris eſt in via, & advena, qui non poteſt conveniri extra domicilium l. hæres §. proinde, ff. de judic. tum quia ſola habitatione non ſortitur forum. Salic. d. l. 2. C. ubi de crimine agi oporteat. Hæc omnia admittit Rebuff. privil. 123. rectè tamen limitat, ut ſolum procedant de criminibus levibus, & levitate ingenij perpetratis: cum levia ſub diſſimulatione tranſeant: ſecus in enormibus, & graviſſimis, ut læſæ Majeſtatis, & hæreſis. His poſitis, *Punitio ſcholaris in loco ſtudij.*

1663 Primum dubium eſt circa deflorationem virginis, quam qui corrupit, tenetur dotare, & accipere uxorem, juxta cap. ſi ſeduxerit, de adult. & ſtupro, ita tamen ut hæc duo non intelligantur copulativè, ſed alternativè, ſcilicet quòd aut dotare, aut in uxorem ducere teneatur. Eſt communis ſententia, & uſu recepta, ut tradit Anton. Gom. in l. 80. Tauri num. 8. Quærimus modò, an ſcholaris qui cæpit Virginem corrumpere, ſed non perfecit, teneatur de defloratione? Reſpondetur negativè cum Perez l. 42. in addit. tit. 19. lib. 8. Ordin. pag. 392. quem referunt ac ſequūtur Barboſa parens in remiſſ. ad Ordin. Luſit. lib. 5. tit. 23. num. 1. & Barboſa filius tom. 3. collect. ad cap. ſi ſeduxerit, de adulterijs n. 6. Nam pænæ per jus impoſitæ ſunt verè & cum effectu deflorantibus: ſcholaris autem ille quanvis peccaverit per conatum, non perfecit peccatū per deflorationem. Et quidem pænæ impoſitæ delictis, cum ſint odioſæ, debent intelligi impoſitæ delictis in ſuo genere conſummatis. *Virginis defloratio per ſcholarem.*

1664 Secundum dubium eſt, an ſeneantur ſtupri, & debeant per jus puniri ſcholares, qui accedunt ad mulieres, vulgo fante ſehas, quæ ſtant cum civibus, & in eorum domibus inhoneſtè vivunt? Benè ſatisfaciunt reſpondentes negativè Angelus in l. ſi uxor ff. de adulter. Alex. conſ. 13. col. 1. Socinus conſil. 148. col. 2. in fine, Gozza. conſ. 21. col. 2. Marſil. ſingul. 150. Bald. conſ. 206. col. 1. & alij, *Stuprum ſcholaris.*

qaos

quos refert ac ſequitur Rolandus a Valle vol. 1. conſ. 74. n. 17. & addunt reſolutionem procedere, quanvis mulieres illæ ſint liberæ. Ratio eſt, quia coitus non violentus habitus cum muliere non nupta, quæ non retinet nomen honeſtæ mulieris, judicatur tanquam coitus habitus cum meretrice, qui de jure non eſt punibilis. l. ſi uxor, ubi Bart. ff. de adult. l. verum, in propoſitione ff. de furt. l. 1. ff. de concub. Quod

Meretricius coitus.

autem mulier fuerit impudica, ſatis probatur per teſtes qui deponant, quòd illa ſe multorum libidini præbuerit. Hoc enim ſufficere videtur ad meretricium probandum cap. Vidua 34. diſt. Item quòd ejus turpitudo fuerit publicè venalis hoc enim ſufficit ad probationem vitæ inhoneſtæ cap. meretrices 32. q. 4. Ita Alex. conſ. 99. col. 2. vol. 6.

Meretricium quo modo probatur.

1665 Tertium dubium eſt, quam pœnam incurrat ſcholaſticus expendens falſam monetam? Crimen falſæ monetæ fuiſſe unū ex graviſſimis, & atrociſſimis apud omnes nationes, latè probat ac teſtatur Tiberius Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 24. Idque innoteſcit ex eo quòd in Romano populo fuerit olim celeberrima ſchola, quam Marius Gratidianus inſtituit, in qua (teſte Plinio lib. 33. cap. 9.) juventus docebatur denarios probare, ut adulterinos nummos a probis certò ſciret diſcernere. 2. quia crimen hoc eſt unum de exceptis, & reſervatis Principi cum Deum, homines, ac Principem maximè, & graviſſimè deludat, ut tradunt DD. ad cap. 1. ver. Monetæ, tit. quæ ſunt reg. cap. quanto, de jurejur. & in l. 2. & ult. C. de falſa moneta, ubi rectè dicunt maius eſſe monetam poſſe cudere, quàm ſtatuta condere: quia ſtatuta omnes civitates condunt, non tamen omnes monetam cudunt. 3. quia ſpeciale eſt in hoc crimine quòd accuſator ſi non probet, non puniatur de calumnia, ut habetur ex tex. in l. 1. & ibi Gloſ. verbo immunitatem C. de falſa moneta. 4. quòd ſocius criminis, ſi accuſet ſocium, excuſatur, ut tenet Gloſ. citata. Talis enim ſocius accuſans non punitur, ſed conſequitur veniam, ſicut eam conſequitur, qui eſt ſocius criminis læſæ Majeſtatis, & accuſat. l. quiſquis in fin. C. ad l. Jul. Majeſt. De quibus, & multis alijs videndus eſt Menoch. de arbitr. caſu 316. a n. 51. Afflict. ad Conſtit. Regni Siciliæ, Rub. Adulterinam §. 1. n. 5. Clarus in §. Falſum n. 38. Vincent. de Franch. deciſ. 401. & Farin. in praxi crim. q. 115. a n. 130.

Moneta falſa crimen.

Crimē falſæ monetæ, & læſæ Majeſtatis.

1666 Circa ſcholaſticum cudentem monetam falſam, vel expendentem fraudis conſcium, & mala fide, nulla eſt difficultas, cum hic nulla via, & privilegio liberetur a pœnis, quas alij incurrunt. Dubitatur, an ſi ſcholaris exponat pecuniam falſam, puniri debeat eo modo, quo mercator punitur illam exponens? Reſpondetur negativè cum Iacobo Rebuffo in l. 1. C. de mutilegis lib. 11. Petro Rebuffo privil. 111. & Emman. Barboſa ad Ordin. lib. 5. tit. 12. §. 3. n. 5. Sumitur ex l. qui falſam, & l. lege Cornelia, ubi Bar. ff. ad leg. Corn. de falſis. Quod eſt verum ſi ſcholaris ignoranter expoſuerit, arg. l. 1. ff. de receptat. juncta Gloſ. in l. item apud §. ſi quis virgines ff. de injur. Ignorantia autem in ſcholaſtico præſumitur, Arg. l. 3. §. ſi plures, & l. qui cum uno §. fin. ff. de re milita. Cum magis præſumatur ſcirè jura, quàm pecuniam. Arg. l. fin. C. de jur. delibera. Unde qui allegaret ſcholarem ſcienter expoſuiſſe falſam monetam, deberet probare juxta Bar. in l. omnes C. de agric. & cenſit. lib. 11. & Barbat. conſ. 51. col. 2. vol. 2. Imò poſſet hæc ignorantia ſcholaris probari juramento ipſius, cum dependeat ab animo tex. in cap. nullus de elect. in 6. Sic docet Hippol. in l. qui falſam a n. 96. ff. ad leg. Corn. de falſis.

Monetam falſam expendens punis ſcholaris.

Qualiter teneatur ſcholaris ex geſtatione armorum prohibitorum, diximus abunde a n. 470. qualiter ſi percutiat unguibus, dentibus, vel atramentario? diximus n. 483. Qualiter puniri debeat ex ludo prohibito, dictum eſt ſupra q. 2. a n. 1603. & videatur Emman. Barb. to. 2. pag. 344. Qualiter puniatur, ſi habeat domi meretrices, diximus n. 436. Videatur Menoch. arbitr. caſu 78. n. 12. fol. 217. Quòd ſcholares in ſcholis capi non debeant, niſi pro criminibus exceptis; a nobis jam alibi dictum eſt, & traditur a Deciano to. 2. cap. 29. fol. 61. n. 10.

Punitio ſcholaris ob delicta.

1667 Hoc in lib. poterat a nobis inſtitui duplex alia diſputatio, altera de ſubjectione ſcholaſticorum Ordinarijs locorum in quibus ſtudent, ſive quoad ſuſcipienda ſacramenta, ſive quoad accipiendam diſpenſationem, & abſolutionem, ſive quoad obſervationem feſtorum, & jejuniorum, quæ præcipiuntur ab Ordinarijs. Sed huic diſputationi ſuperſedeo, quia ſcholaſtici nihil habent in hoc ſpeciale diverſum ab ijs, qui in civitate ſortiuntur quaſi domicilium. Videantur Barb. de poteſt. Epiſc. p. 2. alleg. 4. Roland. tom. 3. cōſil. 79. Menoch. conſ. 691. n. 14. & præſ. 29. lib. 5. & Sanch. de Matr. lib. 3. d. 13. Altera diſputatio inſtitui poterat de diſcipulis parochis, & religioſis. Sed hanc etiam prætermitto utpote tritam, & ubertim diſcuſſam tum ab ijs, qui tractant de beneficijs Eccleſiaſticis, quales ſunt Garcia, & Palaus, tum ab ijs qui ex profeſſo diſputant de dubijs regularium, quales ſunt Sanch. tom. 2. Decal. Fr. Emmanu. Rotericus, Lezana, Pellizarius, & alij, in quibus videri poſſunt.

Subjectio ſcholarium &c.

Diſcipulis parochis, & regularis.

1668 Solum ad hanc rem decidam breviter difficultatem, de qua fui conſultus, & in nullo authore deciſam inveni. Utrum quando S. Pontifex concedit facultatem (ut ſolet) alicui parocho, œconomo, aut canonico, ut per quinquennium poſſit abeſſe ab Eccleſia ſua, ut in Academia det operam literis,

litteris, tale quinquennium intelligatur habere annos duodecim menſium, ita ut computentur etiam menſes feriales, an non computentur, & teneatur in illis talis diſpenſatus reſidere in ſua eccleſia, illique ſervire? Pro parte negante cõputando eſſe tales menſes, proindeque cogẽ- *Parochus ſtudens,* dum eſſe in illis reſidare, facit 1. quia gratia, ſeu indultum ſemper debet conformari, cum ſupplica: & hæc eſt optima & communis regula, ut mens Principis concedentis deprehẽdatur: talis autem diſpẽſandus ſolum perjt abeſſe tẽpore quo in ſtudio detinetur: at feriali tempore non detinetur. Facit 2. quia in prædicta cõceſſione, ut narrat Pyrrhus Corradus in praxi diſpenſ. lib. 5. cap. 6. n. 21. ſolet Pontifex apponere hãc clauſulam (In gymnaſio publico actu operam navare teneatur: alioquin fructus ſuos non faciat) in tempore autem feriali non cenſetur actu operam litteris navare. Facit 3. quia omnis diſpenſatio, qualis eſt dicta gratia, cum ſit vulnus legis, odioſa eſt, proindeque per interpretationem potius reſtringenda quàm amplianda; ergo tempus illud conceſſum ſolum continet annos litterarios, qui conſtant ex novem, aut decem menſibus.

His non obſtantibus, exiſtimo, conſultis viſis doctis, *Canonicus ſtudiis* mentem eſſe Pontificis concedere quinquennium integrum & perfectum, ita ut illius anni ſinguli coaleſcant ex duodecim mẽſibus. Moveor 1. quia quando in jure abſolutè & ſine ulla reſtrictione conceditur, aut deſignatur triennium, intelligitur de annis naturalibus, ac ſolaribus, qui conſtant ex duodecim menſibus, ut probant Legiſtæ ex textu in l. Ita vulneratus §. æſtimatio ff. ad leg. Aquil. l. anniculus ff. verb. ſign. & communiter Canoniſtæ per tex. in cap. quæſivit 13. de verb. ſignif. ubi Barb. n. 4. Deinde quãdo in indulto deſignatur tempus, intelligitur de completo, ut notat Gratian. diſcep. foren. to. 4. cap. 607. n. 20.

Moveor 2. quia Pontifex in illo quinquennio conceſſit annos ſcholaſticos, ſeu Academicos, qui conſtant ex duodecim menſibus, alijs nempe lectivis, & alijs ferialibus: ſic enim Academica ſtatuta tales annos ſcholaſticis ſuis ad ſtudendum, & vacandum decernunt & conſtituunt. Pontifex igitur cum concedat annos non excipiendo mẽſes, debet intelligi de annis juxta præſcriptum Academiæ.

Moveor 3. quia Pontifex conceſſit totum illud tempus, in quo quis verè eſt, & dicitur ſcholaſticus, ſiquidem ſcholaſticitatem in illo conceſſit: atqui etiam tempore feriali eſt, & dicitur quis ſcholaſticus: ſiquidem etiam in illo & fruitur privilegijs, & ligatur ſtatutis, ut probatum manet num. 218. & 376. ergo tale tempus computatur.

Moveor 4. quia Pontifex per illam diſpenſationem voluit ut talis parochus, vel canonicus eſſet verus ſcholaſticus cum omnibus requiſitis ad benè & aptè addiſcendum, ut evaderet doctus, & ſic melius ſuæ eccleſiæ inſerviret: in quo maximè intendit favorem & utilitatem eccleſiæ: atqui unum ex requiſitis ad addiſcendum eſt moderata & tempeſtiva vacatio a litteris, ut vidimus lib. 2. diſp. 2. q. 4. qualẽ præſcribit Academia concedens tempus feriale; ergo illam prædictis conceſſit.

Moveor 5. quia ſicut Academia concedit ſuis ſcholaſticis vacationem a litteris, ita eccleſia concedit ſuis canonicis vacationem a choro per centum dies: ſi ergo prædictus, quo tẽpore vacant ſcholæ, debeat intereſſe choro, carebit utraque vacatione: & videbitur iniquum, quòd cum ſit canonicus ſimul & ſcholaſticus, proindeque videatur habere duplex jus ad duplicem illam vacationem, neque ut canonicus, neque ut ſcholaſticus navet.

Ad primum pro parte contraria dicimus in noſtra ſententia optimè conformari conceſſionem cum ſupplica: ſiquidem talis canonicus petivit tempus quo aptè addiſceret, & ſic Academicum: tale autem eſt non ſolum lectivum, ſed etiam feriale, & utrunque conceſſit Pontifex.

Ad ſecundum reſpondemus clauſulam illam (actu operam navare teneatur) verificari etiam tempore feriato, in quo ſcholaſticus fictione juris cenſetur actualiter adeſſe ſtudio, ſicut miles cenſetur adeſſe militiæ, quando abeſt cauſa morbi. l. qui mittuntur §. fin. ff. ex quibus cauſis maiores. l. unica in fin. ff. de bonorum poſſ. ex teſtam. milit. Item cenſetur adeſſe, quando abeſt ex juſta cauſa. l. ex teſt. C. de teſtam. milit. & alijs quæ attuli n. 376. Cenſetur autem ſcholaſticus tãquam miles quoad privilegia, ut ibidem oſtendi. Igitur dicetur adeſſe ſtudio, quando abeſt ex præſcripto Academiæ, ſcilicet tempore feriali. Explicatur ſolutio: quia ſicut Academia concedit ſingulis hebdomadis unum diem vacationis, ita ſingulis annis duos vel tres menſes vacationis; ergo ſicut ſcholaſticus cenſetur adeſſe ſtudio tota hebdomada etiam die vacationis, ita cenſebitur adeſſe toto anno etiam menſibus feriatis.

Ad tertium fatemur diſpenſationem, & ſic noſtrum indultum diſpenſativum ſtrictè eſſe interpretãdum, ſed intra proprietatem ſermonis naturalem & juridicam, attenta mente diſpenſantis, ſicut, meliori ſalvo judicio interpretati ſumus.

Illud monemus, noſtram ſententiam procedere ex natura rei, præciſis conſuetudine legitima, & interpretatione authentica, quibus, ſi aliqua ex illis detur, ſtandum omninò eſt.

LIBER X.

DE COLLEGIIS, ET PRÆBENDIS Academicis.

1669 IN hoc decimo & ultimo libro claudendum, & coronandum eſt opus collegijs, & præbendatls Academicis, utpote ijs qui tanquam eminentia propugnacula Academias ipſas muniendo, ac circunvallando claudunt, & coronant. Quatuor igitur diſputationibus abſolvetur liber. Prima erit de fundatlone, ac ſtatutis collegiorum. Secunda de idoneitate, & oppoſitione collegarum. Tertia de ipſorum obligationibus, & correctione. Qaatta de Academicis præbendis, & præbendatis, quos vulgo appellant do partido.

DISPVTATIO I.

De fundatione, ac ſtatutis collegiorum.

SIcut initium collegiorum eſt ipſorum fundatio, ſeu erectio, ita noſtri libri de collegijs initium rectè capietur ex eorum fundatione. Item quia ſine ſtatutis nequit ſtare fundatio: ſunt enim ſtatuta quæ fundant collegium formaliter, ſicut cæmenta, & parietes materialiter, idcirco in hac diſputatione annectimus ſtatuta fundationi, ut de utroque pro noſtro captu diſſeramus.

QVÆSTIO I.

Quid & quotuplex ſit collegium: qua authoritate fundetur, & quia immutari poſſit?

Collegium unde dictum. COllegium habet nomẽ ex eo quòd plures ſimul colligantur, juxta Bart. in Rubr. de colleg. illicit. vel quòd ſimul cohabitent juxta Gloſ. in l. 1. ff. quod cuique uni. Hinc collegiati artifices dicebantur qui in collegia, ſeu decanias diſtincti erant, ut teſtantur Alciat. lib. 1. parerg. cap. ult. & Barboſa in tom. 2. Collect. ad l. caſſante C. de commercijs & mercat. num. 4. Quamvis collegium appelletur interdum ſocietas, ut in l. 1. ff. quod cujuſque univ. interdum ſodalitium, ut in l. 1. ff. de colleg. illicit. aliquando corpus, ut in d. l. 1. ff. quod cujuſque aliquando congregatio, ut l. Neratius ff. de verb. ſign. Imò uſurpetur plerunque pro communitate, univerſitate, populo, & turba, ab illis tamen omnibus aliqua ratione diſcriminatur. Igitur juxta Sylveſtrum v. eodem q. 1. collegium ſic definitur: (Eſt congregatio, quam ad minus tres facere poſſunt.) Nam (addit) duo faciunt congregationẽ, collegium tres, populum decem, turbam pluſquam decem.

1670 Diſtinguitur inſuper collegiũ a comunitate, & univerſitate, quòd communitas, & univerſitas latiùs pateat quàm collegium. *Communitas quid ſit.* Eſt enim communitas juxta Petrum Gregor. de Repub. lib. 1. cap. 1. num. 7. id quod & publicum, quod populo commune eſt, & civibus. Sumitur prò illa conjunctione unanimi, & pro illo civili corpore, quod homines commodè, & benè vivendi gratia inſtituunt. Vniverſitas ſecundùm Azonẽ ſic definitur: (Eſt plurium corporum inter ſe diſtantium uno nomine ſpecialiter eis deputato, collectio.) Vide ejus explicationem, & multiplicitatem,

Collegium & ſocietas.

tem, hujus operis initio num.5. Diſtinguitur etiam collegium a Societate juxta Sylveſt. v. eod. num.2. quòd collegium reſidet in uno l. ſicut ff. quod cujuſque uni. at Societas morte unius ſocij ſolvitur l.adeo ff.pro ſocio. Diſtinguitur tandem collegium a corpore, juxta Tiberium Decianum tract.crimin.lib.7. cap.20. num.1. tanquam genus ab ſpecie: corpus enim (inquit) omnes ſocietates, collegia, univerſitates, patrimonium, hæreditates, & ſimiles uniones ſignificat nam ſicut corpus phyſicum plura continet membra, ita corpus morale plures continet res tanquam ejus membra: collegium autem propriè de hominibus dicitur; eſt igitur ſpecies reſpectu corporis.

Contractus cum collegio,

1671 Explicata definitione, & eſſentia collegij, patet 1. quod tradit Stephan. Gratian. tom.4. cap.721. num.9. ſcilicet contractus legitimè initos cum collegio firmiter permanere, cum geſti ſint nomine collegij, quod non moritur, nec habet hæredem, ſed continuò vivit in ſemetipſo, ut habetur l. 1. §. fin. ff. ſi quis jus dicen. non obtemp. imò eſt eadem univerſitas, licèt corpora mutentur l. ſi grege ff. de legat. l. peculium §. 1. ff. de legat.1. l.3.in princ. ff. de rei vindi. leg. ſi cum teſtamentum §. ſi petiero ff. de except. rei judic. Ex quo rectè dicunt Calder. conſ.21. & Natta conſ.589.num.19. in dictis ſemper præteritum, præſens, & futurum eſſe idem. Patet 2. quod docet Romanus conſ. 436.num.8. nempe collegium nihil aliud eſſe quàm homines præſentes, vel qui loco præſentium ſubrogantur. Vnde infert conſ.198.num.1. quòd illa dicuntur eadem, in quibus forma non mutatur, licèt aliqua qualitas, vel accidens alteretur: & hac ratione cives omnes dici præſentes, licet in veritate aliqui ſint abſentes. Patet 3. quod tradit Petrus Barb. ad l. proponebatur de judic. n.19. & poteſt aptari collegijs, nempe licèt ſemper cenſeatur idem populus, & ijdem cives, tamen non dici eandem civitatem, ſi in ea mutetur gubernandi forma, ut ex Ariſtotele docent Alciat. lib.6. parerg. cap.17. Menoch. conſ.219. n. 16. & Vaconius in juris declaratione 21. n.12. qui tamen n. 14. advertit verius dici eandem eſſe civitatem, & tamen non eandem eſſe rempublicam, propter mutatã regiminis formam.

Collegij permanentia & immutabilitas.

Civitas ſemper eadem.

Mutatio civitatis.

1672 Collegij multiplicitas apparebit ex duplici explicata diviſione. Altera eſt in Collegium licitum, & illicitum. Collegium licitum ex lege Solonis erat omne id quod non reperiebatur prohibitum, ut habetur l. ult. ff. de colleg. illic. Quia omne quod non eſt prohibitum, permiſſum intelligitur l. ni itus §. cum quæritur ff. de procur. Collegium illicitum eſt omne illud quod non probatur authoritate Principis confirmatum, ut inquit tex. in l.3.§.1. ff. de colleg. illicit. Notat verò Tiberius citatus n.ra. confirmatum, & conſequenter licitum probari collegium, eo ipſo quod appareat Principem ad illud ſcripſiſſe tanquam collegium, vel de eo mentionem habuiſſe, uti de collegio. Quia eo ipſo cenſetur approbaſſe, ſi ex certa ſcientia id faceret. Altera diviſio eſt in collegium laicum, & Eccleſiaſticum. Collegium Eccleſiaſticum eſt illud, quod per ſe, & ex vi ſuæ inſtitutionis, & intentione fundatoris, conſtat ex parte maiori, vel pari clericorum. Collegium laicum eſt, quod per ſe, & ex ſua inſtitutione ex maiori laicorum parte inſurgit. Hæc diviſio, & explicatio membrorũ rectè, & cohærenter ſumitur ex dictis lib.1. diſp.1.q. 2. ubi latè egimus de diviſione Academiæ in Eccleſiaſticam, & laicam.

Collegium licitũ & illicitum.

Collegium laicum & Eccleſiaſticum.

Collegiorũ approbatio.

1673 Circa ſecundam quæſtionis partem de approbatione collegij, ſeu authoritate, qua collegium erigi ac fundari debet, quamvis Innocent. in cap. dilecta, de exceſſ. præd. cui non repugnat Sylv. V. collegium n. 3. videatur ſentire non egere collegiũ authoritate, & approbatione Principis, quatenus ait licere quòd homines cujuſcumque profeſſionis, ut grammatici, vel negotiatores, & hujuſmodi poſſint convenire propria authoritate, & facere ſibi rectorem, ac Syndicum, dummodò coeant, vel collegium faciant pro cauſa honeſta, putà ad defenſionem ſuæ juſtitiæ, & ne in ſuis officijs fiat fraus: & multo magis ſi faciant cauſa pietatis, vel religionis. Probat.1. ex l. ult. ff. de colleg. illic. ubi ſtatuitur illicitum eſſe collegium quod fit pro aliquo malo; ergo è contra cenſebitur licitum quod fit pro aliquo bono. Probat.2. ex Bar. ad l.1. ff. de colleg. illic. ubi dicit jure communi collegia, quæ fiunt cauſa religionis, eſſe permiſſa l.1. ff. quod cujuſque univ. ergo non indigent authoritate Principis.

Principis authoritas ad collegium.

1674 Nihilominus egere authoritate, & approbatione Principis, omne collegium, ut erigatur, & fundetur, concors eſt juriſperitorum ſententia, quam defendunt Nicol. Loſſæus de jure univerſ. 1.p. cap.2. a n.72. Petrus Gregor. de repub. lib.18. cap.2.0. 19. Tiberius Decian. tract. crimin. lib.7. cap.20. n.3. & Alfonſ. de Eſcobar cap.6. n.8. Sumitur ex antiquiſſimis legibus Romanis. Nam lex Licinia lata fuit de Sodalitijs, & (ut refert Tullius pro Planc. & lib.8. epiſt. famil.) fuit lata contra eos, qui feciſſent coitiones adipiſcendorum honorum cauſa, ut corrumperentur ſuffragia. Dicta eſt a Licinio: fuerit autem hic Licinius qui a Parthis cæſus fuit, an C. Licinius, qui anno ab urbe condita 318. fuit Conſul cum Cornelio Lentulo Candino, mihi non conſtat. Fuit etiam lex Duilia Menenia de coitionibus lata a M. Duilio, & Lucio Menenio Tribuno plebis, anno de urbe condita 134. ut narrat Livius lib.7. Accedunt leges in corpore juris communis civilis, quibus præcipitur ne

fiant

fiant collegia ſine authoritate Principis. l. collegia §. in ſumma ff. de colleg. illicit. l. 1. & ſeq. ff. eod. tit. & l. conventicula Cod. de ſacroſ. Eccleſ. in quibus Imperatores præcipiunt præſidibus provinciarum, ne patiantur eſſe collegia, aut ſodalitia, aut conventicula aliqua, cujuſcunque rei prætextu fiant, niſi accedat Principis authoritas.

Majeſtatis læſæ reus.

1675 Imò tam ſtrictè prohibentur collegia ſine Principis authoritate fundata, ut qui ea fecerit, judicetur læſæ Majeſtatis reus, perinde atque qui cœtus egerit, & templa manu armata occupaverit. leg. 1. junct. Gloſ. digeſt. de colleg. illic. l. 1. digeſt. quibus permiſſ. & l. 1. digeſt. ad leg. Jul. Majeſtat. Et hoc tradunt Petrus Gregor. citat. num. 19. Tiber. cit. n. 8. Ludovic. Montal. tractat. de reprob. ſent. Pilati art. 2. col. 3. & Gigas tractat. de crim. læſæ Majeſtat. tit. Qualiter & a quibus quæſtio. 48. Ratio pro dicta ſententia manifeſta eſt, quia fundatio collegiorum cenſetur res maximi ponderis, cum eſſe poſſint collegia optima, quæ cedant in grande boni publici augmentum, vel collegia peſſima, quæ magnam Reipublicæ labem, & perniciem afferant: conſonum igitur fuit, ut pro collegijs excitandis poſtuletur authoritas, & conſenſus Principis, ut hic communi boni conſulens, quæ ſint admittenda, & quæ repellenda decernat. Argumenta partis adverſæ nihil conficiunt. Ad primum fatemur licitum ex natura rei eſſe collegium quod fit pro aliquo bono, ſed non poſſe fundari ſine facultate Principis tale bonum intelligentis, & tale collegium approbantis. Ad ſecundum, Bartoli doctrinam admittimus, nempe collegia, quæ fiant cauſa religionis eſſe permiſſa, ſed dicimus hæc etiam exigere approbationem Principis, ut judicet de ipſorum bonitate, & utilitate.

Collegij immutatio.

1676 Circa tertiam quæſtionis partem, de immutatione collegij, notandum eſt eam poſſe fieri tripliciter, 1. per deſtructionem, ſeu extinctionem collegij. 2. per tranſlationem ipſius. 3. per reductionem ſeu diminutionem numeri collegarum. Quod attinet ad duo priora, ſcilicet extinctionem, & tranſlationem, ſatis abundè a nobis diſcuſſum eſt lib. 1. diſp. 1. tota quæſt. 4. ubi egimus de extinctione, & tranſlatione Academiarum, & omnis illa doctrina poteſt optimè aptari collegijs ſive laicis, ſive Eccleſiaſticis extinguendis, & transferendis. Omne enim collegium (ut ſupra notavimus) univerſitas eſt. Quod attinet ad reductionem, ſeu diminutionem

Collegarũ numeri reductio.

numeri collegarum, Doctor Franciſcus Barreto de Figueiredo in quodam manuſcripto, cui ipſe, me teſte oculato, ſubſcripſit, ſic ait. Quamvis in collegio ex præſcripto fundatoris detur certus, ac præfixus numerus collegarum, tamen collegium non poteſt in ſe continere plures, quàm qui ex redditibus ſuſtentari queant. Unde de numero ampliori detrahendum eſt uſque ad numerum proportionatum redditibus. Hoc (inquit) procedit in religioſis, item in præbendis Canonicalibus, ita ut numerus dignitatum, & canonicatuum a Sede Apoſtolica confirmatus diminuatur per ſolum Epiſcopum, & Capitulum decreſcentibus fructibus. Confraternitas Miſericordiæ non acceptat plures pauperes, quàm eos, quibus ex redditibus poteſt ſuccurrere. Xenodochium ſimiliter non admittit plures hoſpites, & ægrotos, quamvis habeat præfixum numerum. Nulla datur obligatio vendendi ad hunc effectum bona immobilia, ex quibus, proveniunt redditus. Adverte hoc procedere data penuria: vivere cum incommodo non ſufficit. Creſcentibus fructibus deveniendum eſt ad antiquum numerum præfixum. Collegæ legitimè recepti non poterunt ob dictam penuriam expelli: ſed collegium non tenebitur ad reſpondendum illis, niſi ſolis fructibus perceptis: reliquum collegæ quærent, vel è collegio egredientur, ſalvo jure collegiaturæ, ut poſſint redire, cum collegium devenerit ad pinguiorem fortunam. Hæc diſpenſatio non eget authoritate; neceſſitas enim ſecum affert diſpenſationem. Hæc citatus Doctor, ſed Luſitanis verbis, quæ Latinitate donavimus. Procedit (ut credo) reſolutio excludens authoritatem, quando penuria indubitata eſt: ſi enim de illa detur aliqualis dubitatio, recurri debet ad ſupremum Principem. Ideo in collegio Purificationis, quando collegæ, qui juxta mentem fundatoris, ſtatut. 1. par. cap. 3. debebant explere numerum quinquaginta, ad dimidietatem reducti ſunt, acceſſit diploma Pontificis, qui talem reductionem decrevit, ac ſtabilivit.

Collegiorũ inſignia.

1677 Pro coronide quæſtionis obſerva, collegium legitimè fundatum, & conſtitutum poſſe uti peculiaribus ſignis, & inſignibus. Collegia (inquit Tiberius citat. num. 9.) quæ olim permittebantur, ferebant vexilla in pompis, ut legitur apud Vopiſcum in Aureliano Cæſare, cum ejus triumphum Romæ, de Tetrico, & Zenobia deſcribit, & apud Trebellium Pollionem in Gallieno, cum decennalia pro eo habita recenſet. Quæ vexilla etiam hodie ab his collegijs, in proceſſionibus, & rogationibus

Digitized by Google

ferri videmus ſub inſigni ejus Sancti, in cujus tutela poſita ſunt. Addit Auguſtin. Barb. tom. 2. Cod. pag. 160. col. 1. num. 4. collegium impedire poſſe, ne aliud ſuis utatur ſignis, & inſignibus.

QVÆSTIO II.

Ad quemnam ſpectent collegij Purificationis ædificia, fabrica, & ſupellex?

1678 SVnt in hac Eborenſi Academia duo, quæ eandem multum nobilitant, magnifica collegia: alterum, quod inſcribitur Matris Dei, fundatum larga manu Hectoris de Pina nobiliſſimi Senatoris: alterum, quod nuncupatur (Virginis à Purificatione) fundatum regia munificentia Sereniſſimi Henrici Cardinalis, ac Regis. Circa hoc collegium eſt bipartita quæſtio propoſita, ad quemnam pertineant ejuſdem ædificia, & fabrica cum ſupellectili. Quod attinet ad priorem partem, ſcilicet ad quem ſpectent, ſeu cujus ſint ædificia collegij Purificationis? facilis, & vera eſt deciſio: aſſerimus enim ſpectare ad collegium Spiritus ſancti Societatis Ieſu; cui Summus Pontifex ita univit, & incorporavit collegium Purificationis, ut conſtitueret Præpoſitum, & Rectorem Societatis collegij Spiritus ſancti adminiſtratores, dominos, ac poſſeſſores bonorum collegij Purificationis, necnon Xenodochij Regij excitati pro collegis, & ſcholaſticis ægrotantibus. Sumitur ex varijs clauſulis Bullæ Gregorij XIII. expeditæ anno 1578. Iunij 13. Prima clauſula: Ac propterea magis expediens fore, ut collegium Purificationis, & hoſpitalis ejuſmodi eidem collegio Sancti Spiritus, ſeu Vniverſitati tanquam membra ſuo capiti perpetuo uniantur, & incorporentur; ac ea ratione bona, & proprietates hujuſmodi integra, & indiviſa ad communem collegiorum, & hoſpitalis uſum conſerventur.

Collegij Purificationis ædificia cujus ſint.

Xenodochium pro ſtudioſis Eborenſibus.

Secunda clauſula. Ita quòd liceat Præpoſito, Rectoribus, & Presbyteris Societatis hujuſmodi pro tempore exiſtentibus corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem collegij Purificationis, & hoſpitalis, ac jurium, poſſeſſionum, proprietatum, ac pertinentiarum prædictorum, per ſe, vel alium, ſeu alios propria authoritate liberè apprehendere, & perpetuo retinere.

Tertia clauſula. Necnon collegium Purificationis, & hoſpitale ejuſmodi, collegialeſque & ſcholares, & alias quaſcunque perſonas in illis pro tempore degentes in ſpiritualibus & temporalibus regere, & gubernare, cæteraque in præmiſſis, & circa ea quomodolibet neceſſaria juxta ordinationem per ipſum Henricum Regem deſuper factam, ſeu faciendam gerere & exercere diœceſani loci, ſeu prædictorum Capituli, vel cujuſvis alterius licentia, vel conſenſu deſuper minimè requiſitis, cum onere tamen, &c.

Quarta clauſula. Salubrem directionem, conſervationem, regimen, & adminiſtrationem collegiorum, & hoſpitalia hujuſmodi, illorumque bonorum, rerum, & jurium ſpiritualium, & temporalium, ac qualitates, & obligationes ſcholarium, & capellanorum hujuſmodi, necnon modum, & formam Viſitationis, receptionis, admiſſionis, ſeu depoſitionis illorum, ac tempus per quod ibidem ſuſtentari, & manuteneri debeant, concernentia faciendi, condendi, revocandi, immutandi, corrigendi, & denuo edendi eidem Henrico Regi tunc præfuit conceſſam, aliàs in ſuo robore permanſuria motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de ejuſdem Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine tenore præſentium perpetuò unimus, annectimus, incorporamus, & applicamus, ac appropriamus.

1679 Cum igitur (ut ſupra numero 1676. retulimus) numerus collegarum Purificationis, diplomate Apoſtolico fuiſſet reductus ad dimidietatem, & ſuperfuiſſet dimidia pars habitationum, ſeu cubiculorum collegij, quæſitum fuit à Doctore Petro Barboſa illius temporis oraculo, an prælati Societatis poſſent illa cubicula, quæ ſupererant, applicare vel religioſis Societatis, vel ſtudioſis alterius facultatis in Academia ad habitandum? Reſpondit in manuſcripto à ſe ſubſcripto in hæc verba, quæ à Luſitano in Latinum idioma libet convertere. Data (inquit) & inſpecta mutatione, ſeu reductione quinquaginta collegarum ad numerum viginti quinque facta per Gregorium XIII. in Bulla, qua conceſſit Præpoſito, Rectori, & alijs perſonis in ea nominatis, ut eſſent adminiſtratores, domini, ac poſſeſſores bonorum collegij, & hoſpitalis, poſſunt dicti Patres licitè diſponere de cubiculis ſuperſtantibus, ut habitent in eis, quos illi deſignaverint. Hæc Barboſa; ex quibus cum evidentia infertur, data facto, vel fato extinctione formalis collegij, vel hoſpitalis, poſſe collegium Spiritus ſancti integrè frui omnibus juribus, & proventibus prædictarum, tanquam dominum ac poſſeſſorem bonorum omnium immobilium, a

Cubicula quæ ſuperſunt in collegio Purificationis.

quibus

Digitized by Google

quibus illi redditus, ac proventus dimanant.

Fabrica collegij Purificationis ad quem ſpectat.

1680 Circa poſteriorem quæſtionis partem de fabrica, & ſupellectili collegij Purificationis, difficultas eſt, an ad eam teneatur collegium Spiritus ſancti? Videtur teneri ad utranque. 1. deſumpto argumento ex jure communi: nam prælati Societatis erga collegium Eccleſiaſticum Purificationis, ſe habent ſicut Epiſcopi erga ſuas Eccleſias; ſed Epiſcopi tenentur ad Eccleſiarum fabricam juxta Trident. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 3. ubi præcipiuntur jurare fabricatum reditus in uſus Eccleſiæ neceſſarios, & utiles, prout magis expedire viſum fuerit, expendi. Accedit jus civile, nam domus confiſcanda debet etiam cum ſupellectilibus confiſcari. Baldus in leg. 5. col. 3. Cod. de inceſt. nupt. Item domus quando venditur alicui, ea quæ ſunt in domo poſita, ut perpetuo ibi ſint, dicèt non ſint affixa, cedunt emptori. Iaſ. in leg. final. col. 3. digeſt. de Conſtitut. Princip. 2. ex jure ſpeciali. Nam in ſtatutis collegij Purificationis 5. par. cap. 5. ita habetur. ¶ Ordeno & mando, que o Vicerreitor, que pello tempo for, tenha cuidado de ver ſe ha neceſſidade de concerto & reparo algum, aſſi no edificio do collegio, como na horta, cercas, & quaeſquer outras couſas delle, & do que vir que convem, aviſe ao Reitor da Univerſidade, pera que as mande reparar, como lhe parecer. Ubi non ſolum loquitur de fabrica ædificiorum, ſed etiam de utenſilibus, & ſupellectili, ut innuunt verba illa, E quaeſquer outras couſas delle.

Fabrica & ædificiorum.

1681 Nihilominus dicendum eſt Collegium Spiritus ſancti teneri ad fabricam ædificiorum hoſpitalis, & collegij Purificationis, non vero ad utenſilia, & ſupellectilem collegij Purificationis. Ita inveni manuſcriptum per Doctorem Chriſtophorum Gillium, & Emmanuelem do Valle. Quod rectè deſumunt ex Bulla Gregorij XIII. quam expedivit anno 1578. Iunij 13. ad faciendam incorporationem, ubi exponit onus fabricæ his verbis: Necnon tam hoſpitalis, quàm collegij Purificationis hujuſmodi fabricam in ſuis ædificijs, & ſtructuris neceſſarijs manutenendi. Ubi fabricam limitat ad ædificia, & ſtructuras, nec ullam de ſupellectili mentionem facit; ergo noſtrum collegium ſolum tenetur ad fabricam, & non ad ſupellectilem.

Bibliotheca Purificationis.

Ex hac reſolutione colligitur 1. quamvis collegium Purificationis habeat bibliothecam communem, non eſſe collegium Spiritus ſancti obligatum ad eam reparandam, vel conſervandam, exceptis libris, vel eorum capſis, quæ ita affixæ, aut illigatæ, ſive adhærentes ſint ædibus, ut ibi perpetuò poſitæ ſint. Probatur, quia bibliotheca, id eſt capſæ librorum, & libri in eis contenti, exceptis prædictis, non ſunt ædium, ut ſumitur ex leg. quæſitum §. inſtructo autem fundo ff. de fundo inſtruct. leg. Noſtrum autem collegium non tenetur ad reparandum & conſervandum niſi ædificia, & ſtructuras. Dictum eſt (exceptis libris, vel eorum capſis, quæ ſunt affixæ &c.) quia iſta tenetur noſtrum collegium manutenere, hoc eſt cõſervare, ſeu reparare, eo quòd ſint partes ædium, ut videre eſt apud Rebuff. in l. ſtatuæ 245. regula 11. ff. de verb. ſignif. & probatur ex l. librorum §. penult. ff. de legat. 3.

Supellex collegij.

1682 Colligitur 2. non teneri noſtrum collegium ad reparandum, vel conſervandum in collegio Purificationis menſas, ſcamna, ſcabella, cathedras, lampades, vernta, fidelias, ollas, cacabos, ſtaretas, catinos, ſcutellas, culitros, cultellos, mappas, mantilia, gutturnia, pocula, ſalina, & ſimilia, niſi ex his rebus aliquæ ita affixæ, illigatæ ſive adhærentes ſint ædibus, ut ibi perpetuò poſitæ ſint, quales cenſeo menſas in triclinio, juxta ea quæ adducit Rebuffo loco citato reg. 7. Et quanvis aliqua ex iſtis apponerentur in dicto collegio propter ædes principaliter, ut ibi perpetuò eſſent, ſi tamen non ſunt affixa, aut illigata, ſive cohærentia ædificio, nõ tenetur noſtrum collegium ad illa reparanda, ſive conſervanda. Quia etiam ſi tunc dicantur eſſe ædium, tamen non dicuntur eſſe ædium, eo quòd ſint partes illarum, ſed quia ſunt propter ædes, ut conſtat partim ex leg. Iulianus §. final. & alijs legibus ſequent. digeſt. de action. empti & partim ex leg. cum fundus, & leg. dolia digeſt. de fundo inſtruc. leg. Noſtrum autem collegium non tenetur ad reparanda, ſive conſervanda ea quæ ideo ſolum dicuntur ædium, quia ſunt propter ædes. Quod ex eo deducitur, quia Summus Pontifex in Bulla unionis ſupradicta, quando agit de obligatione in re præſenti, poſt verba, fabricam collegij Purificationis, addit illa verba, In ſuis ædificijs, & ſtructuris, ubi geminat verbum ædificium, ſive ſtructura. Quia vox (fabrica) ædificium, ſive ſtructuram ſignificat etiam jure Canonico, ut videre eſt apud Archidiaconum in cap. unico, de reliquijs, & venerat. ſanct. lib. 6. v. Fabrica verſ. 1. quæ geminatio verbi reſtringit obligationem, efficitque ut non comprehendat illa, quæ ideo dicuntur eſſe ædium, quia ſunt propter ædes, licèt aliàs ea eſſet comprehenſura juxta adducta per Iaſon. & alios DD. ab eo citatos in leg. ſi quis in conſcrib. Cod. de pactis.

Ædium res, & propter ædes.

Fabrica quid ſignificat.

Bbb 2 1683 Col-

Mobilia & ſupellex collegij Purificationis.

1683 Colligitur 3. teneri noſtrum collegium ad reparandum, ſive conſervandum clauſtra, portas, claves, & ſeras collegij Purificationis. Probatur, quia iſta ſunt partes ædium, ſeu domus, ut habetur in leg. quæſitum §. fiſtulæ ff. de fund. inſtruct. leg. & in l. fundi in princ. ff. de action. empti.

Ex dictis patet ſolutio ad ea quæ opponebantur pro parte contraria num. 1680. ex jure communi, & ſpeciali. Imprimis jus commune nobis non obſtat: quia licèt demus in locis citatis venire ſimul fabricam, & ſupellectilem, & ad utranque dari obligationem, tamen hæc non comprehendit noſtrum caſum, cum Pontifex ſolum obligaverit collegium Spiritus ſancti ad fabricam, & non ad ſupellectilem Purificationis. Nec obſtat jus ſpeciale ſtatuti citati: nam clauſula illa (& quaeſquer outras couſas delle) intelligitur ſolum de rebus, quæ ſunt ſimiles præcedentibus, quas idem ſtatutum exprimit, quales ſunt domus, parietes, ſepta, putei, canales, & aliæ ejuſmodi, quæ ſublapſæ reparatione indigent: ut ſumitur ex leg. final. §. cui dulcia digeſt. de tritico, vino, & oleo legat, & ex dictis per Filin. in capit. Sedes numero 5. declar. 3. in fine, de reſcript. quem ſequitur Ludovic. Gomez in cap. 1. num. 61. eodem titul. lib. 6. Et hæc benè conjectatur fuiſſe mens Henrici fundatoris, ut ſumitur ex rebus, quas expreſſit ante dictam clauſulam, ſicut ex rebus, quas teſtator expreſſit in caſu §. cui dulcia. Imò ex alia generali clauſula conſtat fuiſſe illius mentem reſtringere hanc clauſulam generalem ad ſimilia ante expreſſa. Nam citatum §. cui dulcia, & Doctores ſupra allegati dicunt hæc omnia habere locum etiam in ſtatutis. Et quidem quòd clauſula illa (quaeſquer outras couſas) debeat intelligi de rebus attinentibus ad fabricam, & bona immobilia collegij, rectè ſumitur ex communi regula Doctorum, ſcilicet clauſulam generalem ſequentem ſpecialiter præmiſſam reſtringi regulariter ad ea quæ ſunt ſimilia expreſſis, non ad diverſa. Ita Bartol. ad l. quæſitum §. penult. ff. de fun. inſtru. Bartr. Dom. Imola, Andr. Felin. & alij ad cap. Sedes, de reſcrip. in 6. ut colligitur ex eodem textu, & Clem. non poteſt, de proc.

Clauſula generalis quomodo reſtringẽda.

1684 Verùm dato, & non conceſſo quòd clauſula illa ſtatuti collegij Purificationis intelligatur etiam de ſupellectili collegarum, ea ſolum injungit Rectori Academiæ, ut prout judicaverit, præcipiat reparari res illas, & non ſtatuit quòd reparentur ſumptibus collegij Spiritus ſancti. Quòd autem non intelligat hujuſmodi ſumptus, ſuadetur, quia ſtatuta Collegij Purificationis non fuere condita ſumpto collegio in ſtatu, quem modò habet poſt unionem, & incorporationem cum noſtro collegio. Nam dicta ſtatuta non fuere condita virtute Bullæ unionis, ſiquidem in illa non fundantur, ſed fuere condita virtute alterius Bullæ expeditæ anno 1576. in qua fundantur, ut conſtat ex diplomate, quod ponitur initio ſtatutorum. Pro quo etiam facit quòd dicta Bulla unionis fuit expedita Romæ die 13. Iunij anno 1579. & ſtatuta Purificationis abſoluta fuerunt 29. Iulij ejuſdem anni, proindeque menſe & dimidio poſt expeditam Vnionis Bullam, quod tempus erat omnino requiſitum, ut Bulla ad Luſitaniam perveniret, ex quo planè conſtat talia ſtatuta non fuiſſe condita virtute dictæ Bullæ. Si igitur collegium Purificationis non foret unitum noſtro collegio, omnes reditus, qui cum ipſo fuere uniti, eſſent procul dubio collegij Purificationis, proindeque ex illis præciperet Rector Academiæ reparari prædictas res, & non ex reditibus noſtri collegij: ergo ſtatutum illud non intelligit reparandas eſſe illas res ſumptibus collegij Spiritus ſancti. Addo, quanvis ſtatutum illud editum foret poſt dictam unionem, & incorporationem, adhuc noſtrum collegium non obligari ad prædictas res. Quia non obligatur ni ad ea, quæ in dicta Bulla Gregorius XIII. illi injungit, & ipſe non injungit reparationem ſupellectilis, ſed tantum fabricæ. Ad hæc Sereniſſimus Rex Henricus in ultimo diplomate, quod expedivit anno 1580. & affertur in fine ſtatutorum, non præcipit dari plus collegio Purificationis, quàm quod dari præcipit Gregorius XIII. in dicta Bulla unionis, & juxta hanc formam & limitationem ſtatuta approbat. Ex quo tandem infero, quanvis demus ſtatutum illud præcepiſſe noſtro collegio reparationem ſupellectilis, per tale diploma manere limitatum, imò derogatũ quoad hanc partem.

Statuta Purificationis quãdo condita.

1685 Reſtat pro complemento quæſtionis expedienda breviter quæſtiuncula: quibus nam ſumptibus reparanda ſit campanula, ſeu tintinnabulum Purificationis, ſi frangatur, vel caſu alio pereat? Si ſermo ſit de campanula, ſeu tintinnabulo, quod nulli parieti affixum eſt, ſed portatur & movetur manu pulſantis, quale illud quod eſt in ſacello, pro dandis ſignis, quando Miſſæ celebrantur, mihi indubitatum eſt,

Campanæ ſeu tintinnabuli reparatio.

eſſe

Digitized by Google

eſſe reparandum collegarum ſumptibus, ijs nempe quibus ſolet reparari ſupellex. Quia hujuſmodi tintinnabulum non minùs recenſetur inter utenſilia, & adſcribitur ſupellectili, quàm mortarium æneum, quod eſt in coquina: conſtat autem ex dictis præcipuè num. 1682. non collegij Spiritus ſancti, ſed collegij Purificationis ſumptibus, reparari utenſilia, & ſupellectilem. Maior eſt difficultas de tintinnabulo communi, quod cum ſuo campanili eſt affixum parieti pro ſigno dando ad menſam, vel ſtudium: quibuſnam ſumptibus reparari debeat? Nonnulli ex noſtris conſultoribus, me præſente, interrogati olim de hoc puncto à Rectore Academiæ, cenſuerunt eſſe reparandum ſumtibus collegarum, non ſecùs ac utenſilia, & ſupellectilem; Quia non invenerunt diſcrimen inter illud & mortarium æneum. Illis tamen ſtatim repugnavit conſultor alius, qui tunc erat primarius ſacræ Theologiæ profeſſor, cenſens tale tintinnabulum eſſe reparandum ſumptibus collegij Spiritus ſancti, tanquam quid ſpectans ad fabricam collegij Purificationis, ad quam tenetur noſtrum collegium. Et quidem hæc ſententia eſt conformis, & conſentanea ad ea quæ tradidimus ſupra numero 1681. & numero 1683. ubi diximus ſpectare ad fabricam illas omnes res, quæ ſunt perpetuò affixæ parietibus, ſeu ædificio, quia cenſentur partes domus leg. quæſitum §. ſiſtulæ digeſt. de fundo inſtrum. legat. Ergo videtur ſpectare ad fabricam campanula, quæ cum ſuo campanili eſt affixa parieti, ut ibi ſit perpetuò. Confirmatur, quia nemo negabit ſpectare ad fabricam templi cymbala, ſeu campanas, quæ ſunt in turri, ſeu campanili adhærente, vel ſupereminente ipſi templo. Quamvis enim talis turris, teſte Sanchez lib. 9. Matrimon. diſp. 15. num. 19. ad effectum pollutionis, non veniat nomine templi; tamen ad effectum immunitatis, ut docetur à Suário tom. 1. Religionis tract. 1. lib. 3. cap. 9. numero 7. cenſetur pars templi. Et quidem campanæ ſunt partes turris, & conſequenter templi. Sic igitur campanula affixa parieti eſt pars domus, & ſpectat ad fabricam.

QVÆSTIO III.

Quænam ulteriùs lucra habeat collegium Spiritus ſancti ex collegio Purificationis?

1686 Prima difficultas eſt, ad quem olim poſt finitum ædificium Purificationis, & hoſpitalis, ſpectarunt accrementa, ſolutis debitis? Vnanimis, & vera fuit priorum illorum doctiſſimorum Patrum ſententia, ſpectare ad collegium Spiritus Sancti. 1. Quia huic collegio præcipiuntur fieri reſtitutiones illatum rerum, quæ injuſtè auferrentur de præbendis pro ædificio Purificationis, & Hoſpitalis deſignatis. 2. Quia abſolutis omninò ædificijs illis collegium Spiritus Sancti nihil aliud debet, quam certam ſummam quotannis ſoluendam pro ſuſtentatione collegarum Purificationis, & pro cura pauperum Hoſpitalis; ergo potuit retinere accrementa illa. 3. Quia illa, quæ creverunt finito illo duplici ædificio, non ſunt accrementa diverſæ rationis, atque illa quæ hodie creſcunt ex ſuſtentatione collegarum, & cura pauperum: ſed hæc ſunt collegij Spiritus ſancti; ergo fuerunt & illa. 4. & a priori, nam quidquid eſt in collegio Purificationis, & Hoſpitali fundatum & radicatum eſt in collegio Spiritus ſancti, ita ut ſi caſu aliquo deficiant ægroti & pauperes in Hoſpitali; itē collegæ in Purificatione, non ſolum redirus, ſed etiam ædificia maneant penes collegium Spiritus ſancti; ex eo quòd per Bullam Vnionis maſſa omnis utriuſque fuerit unita & data collegio Spiritus ſancti cum onere conferendi ſingulis annis certam ſummam Hoſpitali, & certam ſummam Purificationi. Igitur quocunque tempore inventum fuerit aliquid ſpectare ad dictam maſſam, eſt Collegij Spiritus ſancti. *Accrementa ex ædificio Purificationis.*

1687 Secunda difficultas eſt, an reſidua ex vacantijs collegiaturarum, & abſentijs collegiatorum, ſeu quidquid non tinciunt collegiati, quando vel collegiaturæ vacant, vel ipſi ſunt abſentes, pertineat ad collegium Spiritus ſancti, an expendendum ſit in opera pia? Idem procedit de vacantijs præbendarum, & abſentijs præbendatorum, illorum nempe qui habent præbendam, ſeu capellaniam Academicam, vulgo partido. Communis, & vera fuit olim noſtrorum, *Vacantiæ collegiatorum.*

 & exte-

Abſentia collegarũ & præbēdatorum.

& exterorum Doctorum ſententia, totum id cedere collegio Spiritus ſancti, ad quod ſpectat. Ita cenſuerunt D. Gramaxus, D. Ioannes Pereyra, D. Alvarus Pacheco, D. Ludovicus Molina, & Bartholomæus do Valle., inter quos D. Pacheco teſtatur univerſalem eſſe morem omnium Academiarum, ut quæ ſuperſunt ex reditibus, non expendantur in opera pia, ſed cedant ipſis Academijs. Addit afferri hunc caſum a Panormitano in cap. 2. de religioſ. domib. num. 8. Probatur, quia collegium Spiritus ſancti juxta Bullam unionis, ſolum tenetur ſingulis annis conferre unicuique collegarum, & præbendatorum certam ſummam, juxta modum & formam ſtatutorum, & diſpoſitionem ſereniſſimi Henrici: ſtatuta autem, & ſereniſſimus Rex ſtatuit quod illi non fruātur vacantijs, & abſentijs. Sicut igitur in hæreditatibus, ſi aliquid apparet, de quo teſtator per inadvertentiam non diſpoſuit, cedit principali, hoc eſt hæredibus, & non diſtribuendũ in legatarios, ita quidquid juxta ſtatuta, & diſpoſitionem Cardinalis redundat, cedit maſſæ principali, quæ eſt collegij Spiritus S.

Hoſpitalis reſidua

1688 Confirmatur, nam in reditibus Hoſpitalis, in quibus apparuit danda eſſe reſidua ex defectu ægrotorum, quãdo non expenderentur in illos omnia trecenta millia regalium deſignata, expreſſum fuit in Bulla talia reſidua eſſe collegij Spiritus ſancti cujus eſt maſſa principalis, ergo idem dicendũ eſt de ſuperfluis redituum Purificationis, expletis obligationibus juxta Bullas, & ſtatuta. Accedit, mentem Sereniſſimi Henrici, quam ipſe ſæpe prioribus illis patribus manifeſtavit, fuiſſe, ut quidquid ex deſignata ſuſtentatione cētum ſtudioſorum ſcilicet quinquaginta collegarum, & quinquaginta præbendatorum, cura ægrotorum pauperum Hoſpitalis, item fabrica utriſque ædificij, nempe Purificationis, & Hoſpitalis, ſupereſſet, cederet in augmentũ dotis collegij Spiritus S. ſicut impetravit per litteras Apoſtolicas, ante unionem: nec in mẽtem illius venit, quòd expenderetur in pauperes, & opera pia. Cum igitur de illo nihil in particulari diſpoſuerit, dicendum eſt cedere ex ſtatuta rei collegio Spiritus S. cujus eſt maſſa principalis.

Reſidua ex vacantiis & abſentiis præbendatorum.

1689 Tertia difficultas eſt, Vtrum ſicut ante Bullam unionis, & ante abſolutum ædificium Purificationis, reſidua ex vacantijs & abſentijs præbendatorum, nempe Artiſtarum, Caſuiſtarum, & Theologorum, expendebantur in ſcholares, pauperes, & opera pia arbitrio Rectoris, ſic in ſtatu præſenti expendi debeant? Videtur affirmandum ex hoc unico fundamento: quia nec Bulla unionis donat illa reſidua Societati, ſiquidem illi imponit onus, ut expendat reditus illos præbendatorum, ſicut & collegiatorum juxta Statuta, & diſpoſitionem Sereniſſimi Henrici: nec Sereniſſimus Henricus viſus eſt illa donare Societati: ſiquidem in ultimo diplomate, quod expedivit, morti proximus approbat omnia ſtatuta, quæ condiderat circa capellanias Veræ Crucis, & S. Ioannis, in quantum non repugnarent illi ultimo diplomati: & unum ex Statutis Veræ crucis §. No cabo, ita habet:

¶ E o que montar nas multas das Miſſas & liçoẽs com qualquer outro crecimento, que da venda da dita capella ouver, & entrevallos das capellanias, do tempo que eſtiverem por proverſe, tornarà a dita arca: & o Reitor mandarà dizer as Miſſas, & deſpender o demais pelos eſtudãtes pobres, ou outras obras pias, &c. Et cum hoc ſtatutum non repugnet ultimo illi diplomati, per illud cenſetur approbatum.

Mulctæ ex abſentiis non ſunt pœnæ.

1690 Nihilominùs hujuſmodi reſidua pertinere, in hoc præſenti ſtatu, ad collegium Spiritus S. affirmavit Ludovicus Molina in quadam ſententia manuſcripta, quam ego legi. Et meritò. 1. quia mulctæ illæ ex abſentijs lectionum non ſunt pœnæ, ſed ſunt res, quas non vincunt præbendati, ut cõſtat ex §. Cada hum, ubi ſic habetur: ¶ E faltando a algũa lição, não ſendo impedido por tal enfermidade, que não poſſa ir às eſcolas, ſerà apontado pelo Vicereitor, conforme às liçoẽs que perder, pro rata do que vem a cada lição. Ex quibus ſequitur eſſe accrementa, quod manifeſtè colligitur ex §. No cabo, ubi ſic: ¶ E o que montar das multas das liçoẽs, com qualquer outro crecimento, que da renda da dita capella ouver. Cum verò juxta Bullam unionis, omnia accrementa, ſolutis oneribus, cedant maſſæ principali, mulctæ illæ ex abſentijs etiam maſſæ principali cedunt, & ſunt collegij Spiritus S.

2. Quia Pontifex omnes reditus Capellanearum extinctarum, & reditus Purificationis conceſſit Cardinali Henrico, ut ipſe ad arbitrium poſſet eos diſtribuere inter noſtrum collegium, collegium Purificationis, Xenodochium, & alia collegia, quæ decreverat condere ipſe Cardinalis, quorum loco inſtituit præbendas quinquaginta, ſcilicet Artiſtarum, & Caſuiſtarum, qui extra collegia degerent. Deinde Cardinalis in ultima impetratione nihil aliud intendit circa diſtributionem redituum, quàm quod in Bulla Pontificis expreſſé, vel tacitè continebatur: continebatur autem quòd omnia ſuperſtantia, expletis oneribus, forent noſtri collegij. 3. Quia non apparet maior ratio, ob quam Cardinalis vellet ut omnia reſidua Purificationis, & Hoſpitalis, eſſent noſtri collegij, in augmentum dotis, & non reſidua illa præbendatum: conſtat autem (ut ſupra oſtendimus) voluiſſe, quòd reſidua Purificationis, & Hoſpitalis eſſent collegij noſtri. 4. Quia Societas poſt Bullam unionis eſt in poſſeſſione legi-

legitima omnium prædictorum redituum ſub prædictis oneribus, & poſt res per dictam Bullam mutatas eſt in poſſeſſione non ſolvendi dictas mulctas, ſeu vacantias; ergo etiam in dubio (cum in dubio melior ſit conditio poſſidentis) non teneretur eas ſolvere.

Ad fundamentũ pro parte affirmativa dicimus, per Bullam Vnionis, tacitè applicari reſidua illa Societati, quatenus per illam ex natura rei cedunt Societati omnia reſidua, ſolutis oneribus in Bulla expreſſis, ſi Cardinalis poſt illam nihil in contrarium diſpoſuiſſet circa talia reſidua: cum verò Cardinalis poſt dictam Bullam, rebus ſic ad alium ſtatum tranſeuntibus; nihil circa reſidua illa, in contrarium diſpoſuerit, præſertim videns noſtrum collegium accepiſſe omnia in augmentum dotis, ſequitur ex tunc manſiſſe derogatum citatum ſtatutum; nec per ultimum diploma recepiſſe vigorem, quia Cardinalis per illud ſolum intendit approbare, quæ in ſuo vigore permanerent juxta præſentem rerum ſtatum.

Abſentiæ & vacantiæ tempore peſtis.

1691 Quarta difficultas eſt, an reſidua ex abſentijs, & vacantijs collegiatorum, & præbendatorum tempore peſtis, ſint Societatis? Quod attinet ad abſentias collegiatorum, patet quid dicendum ſit, ex 4. parte Statut. cap. 7. ubi ſic diſponitur: ¶ Ordeno que acontecendo (o que Deos não permitã) aver na cidade de Evora peſte; ou outra qualquer doença contagioſa, de que communmẽte cauſa morte, em tal caſo os Collegiaes poſſaõ abſentarſe do collegio, pedindo primeiro licença ao Reitor da Vniverſidade; & querendo alguns delles ficar no collegio, venceraõ ſua porçaõ, poſto que no meſmo tempo naõ aja liçoẽs na Vniverſidade, & o Reitor della lhe ordenarà pello meſmo tempo algum exercicio de letras, em que commodamente ſe aproveitem. Vnde cum ſolum excipiat præſentes in collegio ut vincant ſuas portiones, clarum manet reliquos non vincere, proindeque reſidua ex abſentijs & vacantijs, juxta doctrinam ſupra traditam ſpectare ad collegium Spiritus Sancti.

Præbẽdarij ſeu capellani tempore peſtis.

1692 Maior eſt difficultas de præbendatis, ſeu Capellanis Academicis, an tempore peſtis quod ex abſentijs & vacantijs non vincunt, ſpectet ad collegium Spiritus ſancti? Pro parte negativa facit, quòd Rex Henricus quodam diplomate diſpoſuit ut illa reſidua diſtribuerentur in capellanos pauperes, vel ſcholares pauperes, & ſuo ultimo diplomate approbavit omnia ſtatuta quæ condiderat, & omnia diplomata, quæ expadiverat in quantum ſuo illi ultimo non repugnarent. Nihilominus affirmandum eſt cum citato Molina, qui pro hac parte allegat Doctorem Grammaxum. Fundatur iiſdemmet rationibus, quibus nititur reſolutio difficultatis tertiæ, & præcipuè ſumitur ex hoc, quia videtur Rex Henricus non potuiſſe diſponere de bonis illis juxta Bullam Vnionis, niſi in ſuſtẽtationem capellanorum, non applicando illa alijs pijs operibus: & quidem Regis intentio poſt illam mutationem rerum fuit, quòd omne genus reſiduorum cederet in augmentum dotis noſtri collegij, ipſique cederet. Nec obſtat ultimum diploma, quia per illud Rex non intendit approbare aliquid ſtatutorum vel diplomatum quoad diſpoſitionem de reſiduis, ſed ſolum quoad modum in illis ſervandum. Rerum enim ſtatus poſt Bullam Vnionis, & poſſeſſionem, in qua jam erat noſtrum collegium, aliud non permittebat. Et per hoc manet ſatisfactum fundamento partis negativæ.

QUÆSTIO IV.

Quænam ulterius onera ſubeat collegium Spiritus ſancti ex collegio Purificationis?

Sacelli Purificationis ornatus, & ſuppellex.

1693 PRima difficultas eſt; an noſtrum collegium teneatur ſuppeditare ſacello Purificationis paramenta, ornamenta, cæteraque omnia requiſita, ut collegæ ſacerdotes in illo Miſſas celebrent? Videtur affirmandum ex ijs, quæ de oneribus impoſitis per Gregorium XIII. refert noſter Emmanuel do Valle in quadam ſententia ſua manuſcripta, his verbis. Bulla unionis (inquit) Gregorij XIII. data die 13. Iunij, anni 1579. in qua tota obligatio, „qua collegium noſtrum tenetur collegio Purificationis, & ejus collegis, præter ſummam duorum millium, & quingentorum aureorum, ſolum imponit noſtro collegio obligationem manutendi fabricam collegij Purificationis in ſuis ædificijs, ac ſtru„cturis neceſſarijs, ac ſuppeditandi collegis „paramenta, & ornamenta, cæteraque om„nia pro Miſſis per ipſos celebrandis neceſ„ſaria. Videtur igitur ex Bulla Pontificis ſentire noſtrum collegium teneri ad omnem dicti ſacelli ſupellectilem, & reliqua neceſſaria pro dictis Miſſis celebrandis.

Miſſæ collegarum ubi celebrandæ.

1694 Nihilominus tenenda eſt ſententia negativa, cui olim ſubſcripſit Doctor eximius Franciſcus Suarius menſe Iunio, anno 1609. ut ego vidi. Fundatur, quia noſtrum collegium ſatisfacit illi oneri impoſito per Pontificem, ſuppeditando collegis in templo Spiritus ſancti omnia neceſſaria ad Miſſas celebrandas, nec datur principiũ ex quo probetur teneri ea ſuppeditare in ſacello

cello Purificationis. Imò videtur fuiſſe mens Sereniſſimi fundatoris, ut ea ſuppeditaretur dicto loco. Nam Satuto par.3.cap. 22. ¶ Ordeno que cada hom dos Collegiaes, que forem ſacerdotes, ſejaõ obrigados a dizer cada ſomana hũa Miſſa na Igreja, ou capellas do collegio do Eſpiritu ſancto, pella alma, & intenção do fundador. Item in eadem 3.p. cap. 20. ¶ Ordeno, & mando que todos ouçaõ cada dia Miſſa na Igreja do Eſpiritu ſancto. Item in 2. Bulla Gregorij XIII. etiam dicitur Miſſas celebrandas eſſe pro fundatore in templo collegij Spiritus ſancti. Ergo noſtrum collegium ſatisfacit ſuppeditando illa neceſſaria in dicto templo. Nec aliter ſenſiſſe noſtrum Emmanuelem do Valle, dicendum eſt.

1695 Secunda difficultas eſt, an teneatur, & ad quas Miſſas teneatur collegium Spiritus ſancti pro reſiduis, quæ illi proveniunt ex vacantijs, & abſentijs tum collegatum, tum capellanorum? Pro parte affirmante noſtrum collegium ex reſiduis illis acceptis teneri ad Miſſas, quas collegæ & præbendati ſacerdotes ſi illa vincerent, tenebantur celebrare, & idem eſt de non ſacerdotibus obligatis ad pſalmos, facit 1. quia Bulla unionis non liberat collegium a tali onere: ſiquidem uniens omnes illos reditus, & bona cum oneribus ibi expreſſis, addit, modo & forma ad hoc per eundem Henricum Regem præſcriptis, & præſcribendis. Conſtat autem ſereniſſimum Regem per ſtatuta, & diplomata antecedentia injunxiſſe noſtro collegio celebrationem talium Miſſarum, quando præbendarij non vincerent, & hæc morti proximum ultimo diplomate confirmaſſe. Facit 2. quia portiones illæ collegatum, & reliquorum præbendatorum, in quas noſtrum collegium ſuccedit ex illorum abſentijs, & vacantijs, habent annexum illud onus Miſſarum, & pſalmorum, ut conſtat ex Bullis Pauli IV. & Pij IV. item ex diplomatibus & ſtatutis regijs; ergo tale onus ad noſtrum collegium tranſit, juxta illud, Res cum ſuo onere tranſit. Cap. ex literis, de pignor. & capiti quis laicus 6.q.1. Et quidem conſentaneum eſt; quod ſicut collegium habet commodum, ſubeat incommodum, juxta regulam, Qui ſentit onus, & reg. Rationi congruit, de reg. jur. in 6. & l. unica § pro 2. C. de caducis tollend. ubi Baldus ſic habet: Onus ſimul inhærens tranſit in ſucceſſorem emolumenti, quod habebat onus annexum. Facit 3. epiſtola quam P. Leo Henriques ſcripſit de hac re ad P. Emmanuelem de Sequeira tunc temporis Rectorem Collegij, in qua ſunt hæc concepta verba. ¶ ElRey D. Henrique aſſentou que todos os ſobejos do partido foſſem pera a Companhia, & por iſſo não ha peraque diſſo façaõ eſcrupulo. As Miſſas conteudo quer a S. A. que ſe diſſeſſem todas, & das mul-

tas dellas tiveſſe o P. Reitor a cargo mandalas dizer, de modo que nenhuma ficaſſe por dizer.

1696 Nihilominus pars negativa tenenda eſt, ſcilicet non teneri noſtrum collegium ad illas Miſſas celebrandas, vel faciendas celebrare, nec ad recitationem Pſalmorum. Hujus ſententiæ fuit olim P. D. Nicolaus Godinho, cui ſubſcripſere DD. Franciſcus Suarez, Franciſcus Pereyra, & Franciſcus da Veiga. Fundatur, nam virtute Bullæ unionis quæcunque reſidua ex vacantijs, & abſentijs ſunt collegij Spiritus ſancti ſiquidem omnis maſſa redituum, ex quibus ſolvuntur, fuit unita, & coaleſcens in unum corpus data noſtro collegio, cum ſolo onere ſolvendi dictas portiones, curãdi ægrotos in Hoſpitali, & manutenẽdi fabrica tũ Purificationis, tũ Hoſpitalis: fuit enim mẽs ſereniſſimi Hẽrici, ut per hoc quidquid accreſceret, cederet in augmẽtũ dotis collegij noſtri ſine ulla diminutione. Quæ mens ſatis patet ex Statut. p.2. cap.4. ubi præcepit collegæ, qui tempore ingreſſus habuerit plus quam centum aureos redituum, reſtituat noſtro collegio quidquid ratione collegiaturæ accepit, vel inſumpſit; ergo reſidua illa manent penes noſtrum collegium ſine onere Miſſarum.

Explicatur, nam reſidua illa non veniunt ad noſtrum collegium a collegis, & præbendatis, ſeu portionistis tanquam hæreditas, quæ ab illis ad nos veniret, ut dicamus eos fructus afferre ſecum obligationem Miſſarum: ſed Pontifex immediatè illos univit, incorporavit, & dedit noſtro collegio cum ſolis ſupra dictis oneribus in Bulla expreſſis: unde quanvis illi fructus ſubeant onus Miſſarum, quando habent rationem portionum, & veniunt ad præbendatos, tamen quando non ſunt illorum, ut re vera non ſunt, quando illos non vincunt, nullo modo ſubjiciuntur tali oneri.

1697 Confirmatur 1. nam fructus canonicatus, cui fuit impoſitum onus penſionis, quando canonicus eos non vincit, ſed diſtribuuntur in Capitulares, qui aſſiſtunt divinis Officijs, Cap.1. §. ſtatuimus, de clericis non reſiden. non manent penes illos cum onere, ut videre eſt apud Navarrum lib.3. conſil. tit. de præbendis conſ. 49. quia tales fructus, eo modo, quo aſſiſtentes illos acquirunt, non habent tale onus; ergo ſimiliter quanvis portiones præbendatorum habeant onus Miſſarum quando per illos acquiruntur, tamen non habent tale onus, quando non acquiſiti per illos manent penes noſtrum collegium; Onus enim non fuit impoſitũ illis quomodolibet acceptis, ſed ſolum acquiſitis tanquam portionibus.

Confirmatur 2. nam ſi Rex Henricus decerneret, ut daretur pauperibus, vel fabricæ Acade-

Miſſarum onus ex vacantijs & abſ. tys

Redditus ſine onere Miſſarũ.

Diſtributiones fructuum in aſſiſtentes.

cademiæ quidquid portioniſtæ non vincerent, nulla alia facta declaratione (eo modo, quo Trident.ſeſſ.6. in reform. cap.1. & 2. jubet ut qui non reſederint in ſuis eccleſijs certo tempore, pro rata reſtituant certam ſummam fructuum fabricæ eccleſiæ & pauperibus) nemo diceret tales pauperes manere obligatos ad Miſſas & Pſalmos portioniſtarum, ſeu reſidua illa ſecum deferre tale onus; ergo ſimiliter dici nequit noſtrum collegium ea habere cum tali onere.

1698 Ex dictis facilis eſt ſolutio fundamentorum pro parte contraria. Ad primum negamus aſſumptum, dicimus enim per illam liberari noſtrum collegium a quibuſcunque alijs antea ctis oneribus, & ſolum teneri ad illa quæ ibi exprimuntur: & hanc fuiſſe mentem Cardinalis, ut oſtendimus, proindeque per illam manſiſſe derogatum illud ſtatutum. Aliter omnia reſidua ex vacantijs, & abſentijs diſtribuenda adhuc forent in Miſſas, pauperes, & alia pia opera juxta diſpoſitionem antiquam, quod nemo dicet. Ad ſecundum negamus reſidua illa tranſire ad nos cum illo onere Miſſarum: quia illa (ut oſtendimus) nullo modo ad nos tranſeunt a præbendarijs, poſtquam in illis factæ fuerunt portiones, ſed a nobis non egrediuntur, quandiu præbendari non vincunt, proindeque in nobis manent ſine illo onere. Ad tertium ex Epiſtola Patris Leonis, quæ videtur magis urgere, reſpondemus verba illius eſſe intelligenda de illis Miſſis, quas per informationem ſignatoris, vulgo apontador conſtiterit non dixiſſe præbendatos, tempore quo vincebant portiones: ob quã cauſam, cum eſſent mulctati, & puniri juxta ſtatuta, volebat Rex ut ex his mulctis pœnalibus dicerentur Miſſæ. Et hunc eſſe germanum ſenſum patet ex illis verbis epiſtolæ (& das multas dellas) hoc eſt ex pœnis pecuniarijs, quæ præbendaris fuerint impoſitæ. Et eſt interpretatio conformis ſtatutis Veræ crucis §. 13. & ſtatutis S. Ioannis §.14.

Mulctæ pœnales pro Miſſis.

1699 Tertia difficultas eſt, an ſi cõtigerit imponi juſſu Pontificis aliquod ſubſidium reditibus Eccleſiaſticis, hoc detrahendum ſit pro rata a quinque millibus aureorum, quos collegium Spiritus ſancti ſolvit Purificationi, Hoſpitali, & portioniſtis, vulgo do partido; an totum ſolvendum ſit a collegio Spiritus ſancti? Pro hoc ultimo videtur ſtare ratio illa, ſcilicet, quia Bulla unionis præcipit illam ſummam integrè ſolvere abſque ulla exceptione. Cæterùm primum dicendum eſt cum D. Ludovico Molina, & D. Petro Barboſa, qui de hoc dubio fuere conſulti, nempe detrahendum eſſe pro rata ſubſidium illud ex quinque millibus aureorum. Probatur nam ſubſidium imponitur omnibus reditibus Eccleſiaſticis, quos unuſquiſque habet, videlicet ut ex centum ſolvat quinque: ſed illa quinque millia aureorum ſunt reditus, qui pertinent ad Purificationem, Hoſpitale, & portioniſtas; ergo ex illis detrahendum eſt ſubſidium pro rata, ſicut etiam ſuum peculiare detrahendum eſt de reditibus collegij Spiritus ſancti.

Subſidiũ impoſitũ reditibus collegiorũ

1700 Nec ſic detrahi de illis aureis eſt noſtrum collegium excipere, ſed ſolutis integrè ſine exceptione talibus aureis, eſt illum cui debetur ſubſidium, capere authoritate Pontificis, partem, quæ ad ſe attinet. Confirmatur 1. nam quando evenerit ut imponatur ſubſidium omnibus reditibus eccleſiaſticis, v. g. ut Rex ſextam partem acquirat, ſi aliqui reditus ſint obnoxij penſioni, ex tali penſione tanquam parte redituum detrahenda eſt ſexta pars, non obſtante Bulla habẽte clauſulam, quòd abſque ulla exceptione beneficium ſolvat talem penſionem. Quia hoc non erit excipere ad ſolutionem integram, ſed erit ſolvere integrè penſionem, ex qua Rex capit authoritate Pontificis ſextam partem. Videatur Gigas tract. de penſion. q.59. Confirmatur 2. nam ſi in aliquo prædio ſit conſignatus cenſus, ut nempe ſolvat tot modios tritici, vel talem ſummam pecuniæ, eſto in contractu cenſuali addatur, quòd abſque exceptione talis ſumma ſolvatur, ſi Rex imponeret tributum, ut unuſquiſque ex ſuis omnibus reditibus ſolveret decimam partem, in tali eventu detrahenda eſſet decima pars cenſus, ne veniret ad Regem. Quia tunc dominus prædij non exciperet de ſolutione, ſed integrè ſolveret, & Rex acciperet decimam a domino cenſus, ſicut acciperet ab alijs dominis redituum. Quare ſi non poneretur alia clauſula fortior expreſſè, qua dominus prædij obligaretur accipere in ſe illud onus tributi, ſemper de cenſu detrahenda foret illa decima pars ad Regem. Pius V, in motu proprio, quem expedivit ſuper contractibus cenſuum, prohibuit tales clauſulas in illis ponere.

Penſio beneficij a ſolvendo ſubſidio.

Cenſui impoſitum tributum

Ex dictis ſatis probata, & confirmata manet noſtra reſolutio, & ſatisfactum rationi dubitandi pro parte oppoſita. Quia ſatis oſtendimus collegium Spiritus ſancti adhuc ſolvere ſuum onus, nempe illa quinque millia aureorum abſque exceptione.

1701 Quarta difficultas eſt, Utrum ſalaria officialium collegij Purificationis ſcilicet medici, tonſoris, & aliorum detrahenda ſint ex omni ſumma, nempe duobus millibus & quingentis aureorum, ita ut collegium Spiritus ſancti ad illa concurrat ex reſiduis ſuis vacantiarum, & abſentiarum? Pro parte negativa, ſcilicet non teneri noſtrum collegium concurrere ex ſuis vacantijs & abſentijs, facit 1. quia noſtrum collegium ad nihil amplius tenetur in ordine ad perſonas collegarum, quàm ad ſolvendum reſidentibus ſin-

Salaria officialiũ Purificationis a quo detrahenda.

ſingulis quinquaginta aureos, erga non reſidẽtes non obligatur; ergo ſalaria detrahenda sũt ex ſolis portionibus reſidentium. Facit 2. quia Societas in bonum collegij Purificationis impetravit a Pontifice reductionem numeri collegarum ad dimidietatem, in qua reductione noſtrum collegium manifeſtè amiſit mille aureos quotannis, qui provenire illi debuerant ex vacantijs 25. collegiaturarum, quia collegæ juxta qualitates a Rege poſtulatas, non poterant accedere niſi ad dimidietatem numeri olim præfixi; ergo non videtur conſonum, quòd ex paucis vacantijs, & abſentijs, quas voluit habere, concurrat ad ſalaria.

Onus debet ſentire qui ſentit emolumentum.

1701 His non obſtantibus, tenenda eſt pars affirmativa, quæ fuit olim ſententia manuſcripta Doctoris eximij, & Doctoris Franciſci Dias, cui ſubſcripſerunt. Fundatur 1. nam poſtulat æquitas, ut qui ſentit emolumentum, patiatur onus. l. ſecundùm naturam ff. de reg. jur. & Reg. qui ſentit. in 6. ubi Gloſ. ſed collegium Spiritus ſancti ſentit emolumentum ex vacantijs, & abſentijs; ergo ex illis patiatur onus contribuendi ad dicta ſalaria, æquum eſt. Fundatur 2. nam ſi oppoſitum eſſet verum, collegis, quin accreſceret portio, accreſceret onus, in tantum, ut multiplicatis caſu vacantijs, & abſentijs, illis duplicaretur onus, & quandoque pro nocentibus abſentibus paterentur innocentes præſentes, noſtrumque collegium locupletaretur cum aliena innocentium jactura, quod eſt contra æquitatem l. nam hoc natura ff. de condict. indeb. de quo Anton. Gomez 1. tom. cap. 10. a n. 43. Fundatur 3. quia portio vacans, & accreſcens poſſidetur eodem jure & modo, quo poſſidetur principalis portio; atqui portio principalis & totalis collegarum habet hoc onus concurrendi ad dicta ſalaria; ergo hoc onus dari debet in portionibus vacantibus, & in eis quæ ſunt abſentium. Ad quod citari ſolet tex. in l. ſi mihi & tibi in prin. ubi Iaſ. n. 7. communem dicit leg. 1. l. ſi in teſtamento ff. vulgari & pupill. cum his quæ Padill. in l. voluntas n. 29. C. fideicom. & optimè Gutier. in repetit. l. ultimæ C. quando non peten. p. 5. a n. 52.

In contractibus non datur jus accreſcendi.

1702 Fundatur 4. quia licèt in contractibus non detur locus juri accreſcendi, ut poſt alios aſſeruerunt Gomez tom. 1. cap. 10. & Gutierr. loco citato, tamen portiones illæ, quæ quaſi accreſcunt, vel aliter acquiruntur, tranſeunt cum ſuo onere & ſimili modo, quo antea: pro quo eſt bonus textus in l. unica §. pro 2. C. de caducis tollen, ibi (ſimili modo manere apud eos a quibus ſunt derelicta:) & ibi (omnes perſonas, quibus lucrum defertur, eas lucrum ſentire.) Fundatur 5. quia non plus debet operari (ut ita dixerim) fictio in caſu ficto, quàm veritas in caſu vero, ut apud omnes in confeſſo eſt: ſed portiones vacantes, & portiones abſentium ſunt veluti fictæ, portiones actuales ſunt veræ; ergo ſi hæ habent onus ad ſolvenda ſalaria, etiam illæ. Facit regula juris, Res tranſit cum ſuo onere ad tertium poſſeſſorem Cap. Paſtoralis, de decimis. Facit etiam cap. cum omnes. de conſtit. ubi præcipitur ſervari æqualitas inter portiones, quæ accreſcunt inter antiquos & moder-

„ nos. Iuniores in perceptione fructuum

„ tam præbẽdarum, quàm vinearum coæque-

„ ris antiquis.

Rationibus in oppoſitum factis n. 1700. ſatisfit unica ſolutione, ſcilicet, quamvis ex vacantijs, & abſentijs pro rata detrahantur ſalaria, nunquam noſtrum collegium ſolvere plus quàm ſtatutum per Bullam unionis. Quia ante Bullam reductionis numeri, ſolvebat unicuique ex quinquaginta collegis quinquaginta aureos, & poſt reductionem, ſolvit unicuique ex viginti quinque, aureos centum. Quod autem collegium in reductione illa multum amiſerit, per accidens eſt, & hanc jacturam ſponte ſubijt, & a Pontifice petijt.

Becalia & tunica laciniosa vulgo oppas.

1703 Quinta difficultas eſt, quibus ſumptibus collegæ habere debeant becalia, & tunicas lacinioſas, vulgò oppas? Olim in quadam conſultatione, ubi erant Patres conſultores, & actu legentes, nempe P. Couto, P. Godinho, P. Abreu, P. Gaſpar Gomez, P. Ioannes Alvares, & P. Balthazar Alvares, difficultas propoſita ſic deciſa eſt, unanimi omnium conſenſu, ſcilicet collegas jam receptos, qui in collegio verſantur, debere provideri becalibus, & tunicis lacinioſis ex ſuis deſignatis portionibus juxta modum, qui potior Patri Rectori videbitur. Nam hæc fuit una ex cauſis, ob quas; diminuto collegarum numero ad dimidietatem, portiones in duplum creverunt. Verùm diminutionis illius virtute nullam dari obligationem conferendi becalia, & oppas ex portionibus, illis qui de novo ingrediuntur. 1. Quia hoc non fuit propoſitum Patriarchæ ad effectum prædictæ diminutionis. 2. Quia hujuſmodi proviſio non eſt ſecundùm morem aliorum collegiorum, imò nec aliquorum monaſteriorum regularium, in quibus tyrones ingredientes inter alia afferunt ſuos habitus. 3. Quia ratio poſtulat, ut qui nondum eſt de corpore alicujus communitatis, ejus bonis non fruatur. 4. Quia eſſet notabile incommodum collegij, ſi ex portionibus detraherentur tot ſumptus, nempe ad emendas tot oppas, & becalia: cum ſint multi, qui per totum anni decurſum inter collegas referuntur. 5. Quia hæc diſpoſitio eſt juxta ſtatutum part. 3. cap. 6. ubi ſic: ¶ Nenhum dos Collegiaes que for admitido pera eſtudar no collegio ſerà recebido nelle, ſẽ que leve a roupa, veſtido, livros, & tudo o mais que lhe for neceſſario, a juizo do Reitor da Univerſidade.

1704 Sex-

Portionũ ſupplendarum obligatio.

1704 Sexta difficultas eſt, utrum ſi radix illa noſtro collegio unita, ex qua promanant reditus ad portiones collegarum, & aliorum præbendatorum caſu aliquo diminuatur, vel omninò pereat, portiones ſint diminuendæ, vel omninò extinguendæ, an noſtrum collegium teneatur in tali caſu de ſuis bonis illas ſupplere? Pro hoc ultimo de obligatione ſupplendi, facit hæc ratio, quia noſtrum collegium habet emolumenta ex tertiis, ut ſupra vidimus; ergo debet etiam teneri ad ſupplendos defectus, juxta regulam (Qui ſentit onus ſentire debet & commodum, & è contra.) Nihilominus in tali caſu non teneri noſtrum collegium ad tale ſupplementum, ſed portiones illas eſſe diminuendas, vel omninò extinguendas pro ratione diminutæ, vel ablatæ radicis, judicarunt Doctor P. Alvarus Pacheco, & Doctor Petrus Barboſa, in ſententia, cui ſubſcripſerunt.

Eccleſia gaudet beneficio minoris ad ſuum commodum.

1705 Fundatur 1. quia citata regula non intelligitur de minoribus, & Eccleſiis: nam in contractibus, & quaſi contractibus, cum Eccleſia fungatur jure minoris, debet illæſa ſervari, ut habetur cap. 1. & 2. de reſtit. in integr. in 6. & ita textus & Doctores, qui tractant de hac materia, dicunt minores poſſe contrahere in ſuum emolumentum, non verò in ſuum detrimentum. Et idem procedit de contractibus, vel quaſi contractibus, quos ineunt Eccleſiæ; & ſic in unione, quæ facta eſt noſtro collegio, cum prædictis oneribus. Fundatur 2. nam quando applicantur certa bona cum onere conferendi certam rem, intelligitur quòd res illa debeat conferri ex redditibus bonorum applicatorum, arg. l. 3. in prin. ff. de tritico, vino, & oleo legat. Vnde ſequitur non dari obligationem ſolvendi niſi ex dictis redditibus quouſque ſe extenderint, & nullam eſſe obligationem ſolvendi de ſuo l. nomen debitoris §. penult. ff. de legat. 3. & conſequenter deducitur, quòd ſi bona evincantur, vel eorum fructus quoquomodo diminuantur, onus ſuper illis impoſitum proportionaliter diminuetur, ſi forma §. illud ff. de cenſib. l. 2. Cod. de alluvionibus. & in terminis Panorm. cap. niſi eſſem num. 10. de præbend. Roman. conſ. 369. a num. 31. Vnde manet inutile diſputare, ſitne hoc contractus innominatus, an donatio ſub modo. Quia in utroque militat principium allatum. Mihi probabilius videtur eſſe donationem ſub modo. Cap. verum, de condit. appoſ. Siquidem contractus ſuper ſpiritualibus, vel annexis ſpiritualibus, ſunt prohibiti. Et ex hoc fundamento, ſed præcipuè ex primo manet ſatisfactum rationi dubitandi pro parte oppoſita.

✠

QUÆSTIO V.

Qualiter ſe habeant ſtatuta, & privilegia collegiorum?

Statuta collegiorũ a quo condenda.

1706 Expeditis iis, quæ conſtituunt collegium materialiter acceptũ, quales ſunt ædificia, fabricæ, & annui reditus pro collegis alendis, ſequitur ut expediamus ea quæ pertinent ad collegium ſumptum formaliter; qualia ſunt ſtatuta, & privilegia. Prima difficultas eſt, quiſnam poſſit condere ſtatuta collegiorum? Reſolutio hujus difficultatis pendet a deciſione illius quæſtionis, quæ eſt 2. in diſp. 1. lib. 2. hujus operis, Quiſnam poſſit condere ſtatuta Academiæ: quæ cum in loco citato, a nobis latè profligata fuerit, ex ibi dictis brevi ter expedietur. Igitur pro comperto habetur non ſufficere ad ſtatuta collegiorum condenda juriſdictionem non ſupremam, niſi accedat privilegiũ Principis, vel recepta conſuetudo. Patet, nam poteſtas legiſlativa, utpote inter omnes præcipua, tota ſecundùm ſe reſidet in ſupremo Principe; ergo ſi ab illo non emanet, vel privilegio, vel conſuetudine legitimè præſcripta, non ſufficiet quæcunque minor juriſdictio. Ex quo deducitur collegium quod eſt perfecta communitas, prout hæc reciprocatur cum univerſitate, poſſe ex privilegio, vel conſuetudine condere ſtatuta, ſeu leges municipales, ut habetur §. conſtat Inſtit. de jure naturali & ex l. leges C. de legib.

Collegia in condendis ſtatutis.

1707 Maior eſt difficultas, utrum de facto, ſpectato jure communi, collegium, & quæcunque alia perfecta communitas, ſeu univerſitas per privilegium ſit in poſſeſſione condendi ſtatuta? Videntur negare Suar. de leg. lib. 4. cap. 6. num. 13. & Palaus de leg. diſp. 1. punct. 23. §. 2. num. 11. Affirmandum tamen eſt cum communi Iuriſtarum, Bart. in l. omnes populi num. 6. de juſt. & jure, Bald. in l. 1. num. 3. C. de conſtit. Menochio conſ. 28. n. 20 Alex. conſil. 177. col. 2. vol. 2. & multis aliis, quos citavimus num. 161. Habetur ex jure Canonico cap. ex litteris, de conſtitut. ubi Pontifex ſupponit legitimè fuiſſe factum quoddam ſtatutum a collegio artium liberalium Academiæ Pariſienſis. Item ex civili l. omnes populi, de juſt. & jure. l. 1. C. de emancip. liber. l. prohibere §. planè ff. quod vi aut clam, l. fin. C. de colleg. illicit. Facit quod lib. 8. diſp. 3. q. 2. num. 1319. tradidimus de poteſtate Doctorum. Reſolvimus enim cũ Stephano Daoyz v. Doctor.

nib.

n.1. ex d.cap. ex litteris Doctores legentes facere collegium licitum, & approbatum: ex quo deduximus poſſe facere ſtatuta, & [illegible] quæ ſunt Vniverſitatis. Probatur, nam ſupremi Principis, in ſe tanquam in fonte habentis poteſtatẽ legiſlativam eſt collegium, ſicut & aliam univerſitatem condere; igitur ubi primum collegium, Principe approbãte erigitur, ſi Princeps nihil juris ſibi expreſſé reſervet, in ipſa approbatione virtute continetur, ut omnia jura univerſitatis, & privilegia habeat, l. 1. §. quibus ff. quod cujuſque univerſ. Inter quæ (ut ait Escobar cap. 23. num. 2.) non minimum illud eſt, ut poſſit leges ſibi peculiares conſtituere. Aliud erit jure ſpeciali, ſi vel Princeps expreſſé jus illud ſtatuta condendi ſibi reſervet, vel in hoc aut illo regno contraria conſuetudo vigeat, vel fundatores collegiorum aliud ex licentia Principis ſtatuant.

Statuta Purificationis. 1708 Secunda difficultas eſt, quis poſſit in Collegio Purificationis ſtatuta condere, vel condita immutare? Cum Purificationis collegium ſit eccleſiaſticum, ſolum poteſt accipere leges a poteſtate legiſlativa, quæ eſt in Summo Pontifice, tanquam in ſuo fonte. Vnde Rex Henricus fundator, ut dictum Collegium erigeret, & ſtatuta conderet, anno 1576. facultatem impetravit a Pontifice Gregorio XIII. Vt autem in eis condendis cautè & maturè procederet, multa deſumpſit tum ex ſtatutis, quæ Cardinalis, & Archiepiſcopus Toletanus D.F. Franciſcus Ximenez condidit pro ſuo collegio S. Ildefonſi in Academia Complutenſi, tum ex illis quæ edidit D. Franciſcus Ramirez de Haro Epiſcopus Conchenſis pro collegio S. Iacobi, quod fundavit Salmanticæ. Habemus igitur potuiſſe Sereniſſimum Henricum condere ſtatuta Purificationis, ſicut quemcunque alium, cui Pontifex ſuas vices impenderit.

Statutorũ collegii immutatio. 1709 Maior eſt difficultas, quiſnam hodie poſſit ſtatuta Purificationis immutare? Quòd hujuſmodi poteſtas reſideat in Rectore hujus Academiæ, dummodò accedat confirmatio Generalis, vel Provincialis, deciſum eſt in ſtatutis par. 5. cap. ult. ad finẽ, ubi ſic: ¶ Porque os eſtatutos & decretos humanos convem, & he muitas vezes neceſſario alterarſe com a variedade dos tempos, quero & ordeno, que parecendo ao diante conveniente, mudar, & tirar, acrecentar, ou alterar algũa couſa de novo deſtes, pera melhor procederem as couſas do collegio, o Reitor da Vniverſidade com aprovação do P. Prepoſito Gèral da dita Companhia, ou do Provincial della neſte Reyno, o poſſa fazer: & tudo o que aſſi fizer tenha authoridade, vigor, & effeito, que tem, & pòdem ter eſtes por mim ordenados, & aſſinados: & huns & outros ey por bem & mando que ſe cumpraõ, & guardem inteiramente. Quidam celeberrimus, & inclytus Doctor in Academia Conimbricenſi, in quadam ſententia manuſcripta ita hoc ſtatutum intellexit, ut aſſereret noſtrum Rectorẽ ex vi illius poſſe quidem immutare, & alterare ſtatuta Purificationis, ita tamen ut addat de novo quidquid voluerit, non tamen auferat aliquid ab ſtatutis per Cardinalem conditis, vel ponat aliquid illis contrarium, & derogativum. Ratio in quia fundatur, ſunt verba illa ultima (& huns & outros ey por bem, & mando que ſe cumpraõ) in quibus ſupponit Cardinalis diverſitatem dandam, inter ſtatuta vetera, quæ ipſe condiderat, & ſtatuta nova, quæ Rector conditurus erat, & præcipit utraque obſervanda ſine diminutione: ergo cum velit ſua ſtatuta vetera integrè in poſterum ſervari, non dat facultatem ut minuantur, ſeu derogentur: ſed ſolum concedit ut mutari & alterari poſſint per additionem.

1710 Hæc tamen interpretatio mihi videtur contra mentem Fundatoris, & omninò contraria ipſis verbis ſtatuti. Nam mens fundatoris fuit dare illam poteſtatem immutandi & alterandi ad bonum regimen collegii propter varietatem temporum: hæc autem varietas æquè affert ut pro bono regimine immutentur per additionem, & derogationem. Deinde in ſtatuto citato eſt verbum illud (tirar) quod idem valet atque auferre. Si igitur auferatur totum aliquod ſtatutum, dicetur abrogari, ſi auferatur quoad partem, dicetur derogari; ergo interpretatio illa, quòd Rector ſolum poſſit immutare ſtatuta per additionem, eſt contra mentem fundatoris, & contraria verbis citati ſtatuti. Ex quibus ſequitur poſſe noſtrum Rectorem interpretari authenticè ſtatuta Purificationis illa immutãdo per additionem, vel derogationem. Ad fundamentum contrarium reſpondemus verba illa (& huns & outros) intelligi de ſtatutis antiquis & innovatis, ita ut ſit ſenſus, tam ſtatuta antiqua quæ manſerint immutata, quàm ſtatuta innovata per mutationem obſerventur. *Derogatio ſtatutorum.* *Interpretatio authentica.*

1711 Pro maiori adhuc hujus poteſtatis immutandi declaratione rogabis I. an virtute ſtatuti citati poſſit Rector extinguere in totum, vel facere in totum aliquod ſtatutum? Item an habeat authoritatem alterandi diſpoſitionem Cardinalis circa numerum collegarum? Huic duplici dubio Franciſcus Barreto de Figueyredo vir doctiſſimus, de illo interrogatus, rectè ſatisfecit his verbis, quæ Latinitate donamus. Poteſtas (inquit) alterandi, vel diminuendi non affert poteſtatem revocandi in totum. Et quanvis poteſtas illa tradatur per verba diminuendi, alterandi & mutandi, hæc influit in ſtatuta & regimen collegii, quæ ſupponunt collegium jam factum, & non influit in diſpoſitionem principalem, *Abrogatio ſtatuti.* *Numerus collegarũ.*

quæ

quæ collegium facit, vel perficit, qualis eſt diſpoſitio circa numerum collegarum. Quanvis Oldradus voluerit poteſtatem diminuendi afferre ſecum poteſtatem per paulatinas mutationes, & alterationes deveniendi ad interitum principalis diſpoſitionis, parum rectè locutus eſt, niſi intelligatur in accidentibus, & non in ſubſtantialibus, aut naturalibus diſpoſitionis. Ita Bruno de diminut. & augmento l. juriſgentiū §. adeo, & §. quin imò ff. de pactis.

Poteſtas data duobus.

1712 Rogabis 2. Vtrum ad valorē immutationis factæ in ſtatutis Purificationis requiratur omninò quòd Rector Academiæ illam faciat, & Generalis Societatis, vel Provincialis hujus regni, cui ſubeſt Rector, illam approbet, an ſufficiat ad illā faciendā ſolus Generalis, vel ſolus Provincialis, quando Generalis nomine Academiam viſitat? Reſpōdeo poſtulari omninò quòd Rector faciat mutationē, & adveniat approbatio Generalis, vel Provincialis. Nam hoc poſtulatur tanquā forma, & exprimitur per ſtatutū in cōceſſione talis poteſtatis. Et ſanè quādo confertur juriſdictio ſimul duabus perſonis, una ſine altera nec poteſt illa uti, nec facere actum judicialem, argum. cap. cum dilecta, ubi Doctores de reſcript. & idem cernitur in judicibus delegatis, & arbitris. Cum igitur Cardinalis in conceſſione talis poteſtatis requirat quòd interveniant duæ perſonæ in alteratione & mutatione ſtatutorum, una ſine alia nequit validè immutare. Dixi (cui ſubeſt Rector) quia mens Cardinalis fuit ut ſervaretur in prælatis ſubordinatio. Vnde hodie poſt factam diviſionem Provinciæ, non ſufficiet approbatio Provincialis Beirenſis, quamvis ſit Provincialis hujus regni, ſeu potius in hoc regno, quia jam illi noſter Rector non ſubordinatur.

Statuta collegiorū quomodo obligent.

1713 Tertia difficultas eſt, Vtrum, & quomodo obligent ſtatuta collegiorum, ſive collegia ſint Eccleſiaſtica, ſive laica? Quidquid latè diſputavimus lib. 2. diſp. 2. q. 1. de obligatione, quam pariunt ſtatuta Academiarum, poteſt applicari ſtatutis collegiorum: nam omne collegium rite erectum & approbatum eſt quædam univerſitas, ſeu perfecta cōmunitas, proindeq; capax rigoroſæ legis. Cum igitur ſtatuta collegiorū ſint leges humanæ, ſive Eccleſiaſticæ, ſive civiles, ea habere efficaciam obligandi in conſcientia, dicendum eſt cum S. Thoma 1. 2. q. 96. a. 4. Navarro in Summa cap. 23. n. 54. Valentia tom. 2. diſp. 7. q. 5. p. 6. Suario lib. 3. de leg. cap. 21. num. 6. & Palao to. 5. diſp. 1. p. 14. num. 2. ex illo Apoſtoli ad Ro„ mao. 13. Non eſt poteſtas niſi a Deo: ita„ que qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi „ reſiſtit. Qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damna„ tionem acquirunt. Maior eſt difficultas, quomodo prædicta ſtatuta obligēt in conſciētia? Mihi videtur obligare inſtar legum pœnalium, vel regularum Societatis Ieſu, ſcilicet non obligare ad id quod immediatè diſponunt, ſed data hujus tranſgreſſione, obligare ad pœnam ſuſtinendam. Quod habere maiorem certitudinem in ſtatutis Purificationis, conſtat ex p. 5. cap. ultimo, ubi ſic: ¶ Mando que ſe cumpraõ & guardem inteiramente com tal declaração, que por razão delles, nem das couſas nelles poſtas, & declaradas, não haja obrigação alguma de peccado, mais do que a coula de ſi trouxer. Probatur; nam dicta collegia ſunt partes Academiæ, quæ proinde illi ſe debent conformare: ſed ſtatuta Academica obligant prædicto modo, ut loco citato latè expoſuimus; ergo ſtatuta collegiorum ſic obligabunt, ſi aliunde non conſtet de alia, vel maiori obligatione.

Privilegia collegiorum.

1714 Quarta difficultas eſt, quænam requirantur, ut collegiū Academiæ privilegijs gaudeat, ſcilicet ut collegium cauſa ſtudiorū erectū ſubſit Academico judici, & privilegijs ſtudij fruatur? Hanc difficultatem movet, & rectè decidit Alfonſus de Eſcobar cap. 35. affirmans cum Rebuffo privileg. 66. in fine ſi dictum collegium fuerit incorporatum (ut aiunt) ſtudio generali, & collegiati in numero ſtudioſorum deſcripti, gaudere omninò privilegijs ſtudij generalis tam ipſum collegium, quàm ſingulos, manereq; ſubjectos in omnibus cauſis civilibus & criminalibus, prout cæteros ſtudioſos, Academicis judicibus, Ita ut, ſi collegium fuerit Eccleſiaſticum, aut cauſa ſit ſpiritualis, juriſdictio Eccleſiaſtica in collegium illud, & collegiatos exerceatur: ſi collegium ſit ſæculare; vel ſi cauſa profeſſionem reſpiciat, juriſdictio Regia exerceatur. Addit benè incorporationem requiri, ut ipſum corpus myſticum collegij gaudeat privilegijs, & foro: deſcriptionem verò ſingulorum collegiatorum, ut ipſis in ſuis cauſis privatis ſtudioſi habeantur, & privilegijs gaudeant. Vnde incorporationis omiſſio (addit) ſoli collegio: matriculæ verò omiſſio ſolis collegiatis ut ſingulis nocebit. Quin potiùs credit ex ſolo eo, quòd ſinguli de collegio verè ſint ſtudioſi Academici, requiſitaque ut ſinguli expleverint, ad hoc ut in numero ſtudioſorum habeantur, conſequenter collegium, quod ex eis componitur, foro gaudere, non è contra. Differentiam aſſignat capit. §. ultim. Nos ad alia feſtinamus. Vide tamē quæ de matricula latè diximus lib. 3. diſp. 3. q. 4.

Matricula collegiatorum.

Officiales Purificationis privilegiati.

1715 Quinta difficultas eſt, an officiales Purificationis, qui degunt extra collegium, quales ſunt medicus, chirurgus, tonſor, & alij ſimiles, fruantur privilegijs Academiæ; ſicut fruuntur ipſi collegiati? Supponimus diplomate Apoſtolico, & ſtatutis fundatoris Henrici Regis Cardinalis collegiū

Purificationis eſſe incorporatum collegio Spiritus S. proindeque frui privilegijs illius, quæ ſunt privilegia Academica. Igitur conſulius de propoſita difficultate olim Doctor Nicolaus Gramaxus, pro parte affirmativæ ſententiam tulit manuſcriptam, cui ſubſcripſit. Fundamentum illius eſt, quia juxta factam ſuppoſitionem manet collegium Purificationis pars Academiæ, & membrum illius; igitur ſicut officiales corporis Academiæ fruuntur, frui debent officiales Purificationis; quæ eſt pars incorporata Academiæ. Nam idem juris eſt de toto, ac de parte. l. quæ de tota ff. de rei vindicat. Accedit, quia medicus collegij Spiritus ſancti fruitur dictis privilegijs; ergo ſimiliter fruetur medicus Purificationis.

Privilegia ſunt odioſa.

1716 Partem negativam conſulti de hac re tenuerũt olim Doctor Gaſpar Pereyra reſpondẽs epiſtolæ Patris Ferdinãdi Rebello, & Doctor Sebaſtianus de Souza, aſſerentes, poſita adhuc illa incorporatione, officiales illos collegij Purificationis non gaudere privilegijs, quibus gaudet collegium Spiritus S. Ratio eſt, quia dicti officiales non poſſunt vocari membra, vel partes collegij ad hunc effectum. Præcipuè, quia in materia de privilegijs contra jus, utpote odioſa, nec eſſe, nec vocari poteſt privilegiatus, niſi ille cui lex ſpecificè privilegium concedit, ita ut nulla detur extenſio, quam lex non faciat, juxta reſoluta per ſcribentes in cap. 1. de conſtitut. in 6. & cap. in his, & cap. ſanè, de privilegijs, & in l. quod verò ff. de legib. Quanvis autem medicus collegij Spiritus ſancti ſit privilegiatus, & collegium Purificationis per incorporationem illius privilegijs gaudeat tanquam membrum illius, tamen medicus Purificationis non eſt verè ac realiter membrum, & pars collegij Spiritus ſancti, ita ut poſſit in illo verificari quòd ſit medicus collegij Spiritus ſancti quod neceſſarium erat, ut procederet privilegium, ut ſumitur ex textu in cap. per exemptionem §. non autem, junctis verbis præced. de privileg. in 6. Et per hoc videtur ſatisfieri fundamento partis affirmativæ. Accedit quòd teſtatur D. Gaſpar Pereyra, ſcilicet in collegio ſancti Pauli Academiæ Conimbricenſis, cui diplomate Regio incorporatum eſt, & gaudet privilegijs Academiæ, ſolos ſervitores continuos, quales ſunt v. g. oſtiarius, coquus, emptor, eſſe privilegiatos, non verò barbæ tonſorem, venæ inciſorem, medicum, & alios ſimiles. Vtranque propoſitam ſententiam judico probabilem, propendeo in ſecundam, ita tamen ut ſemper obſervetur praxis.

DISPVTATIO II.

De idoneitate, & oppoſitione ad collegiaturam.

1717 Conſtitutis jam Academiarum collegijs per fundationem, ſive materialem ædificiorum, ac redituum, ſive formalem ſtatutorum, & privilegiorum, ſupereſt ut agamus de collegis proximè futuris, ſeu collegium ingreſſuris. Hoc autem præſtabimus, ſi primò de idoneitate, deinde de oppoſitione ad collegiaturam diſſeruerimus.

QVÆSTIO I.

Quid ſit collegiatura, qualis ad illam exigatur, & qualiter probetur idoneitas?

Collegiatura (ut a prima quæſtionis parte ordiamur) nihil aliud eſt quàm jus, quod quis in collegium licitum legitimè admiſſus habet, ut juxta ſtatuta, intra tempus a lege præfixum vivat, & ipſius collegij habens emolumenta, & ſuſtinens onera, munus collegæ exerceat.

Collegiatura an ſit beneficium.

Rogabis, an collegiatura in collegio Eccleſiaſtico dici poſſit beneficium Eccleſiaſticũ? Pro parte affirmativa facit, quia collegiaturæ illi videtur cõpetere tota definitio beneficij, quæ
„ ita habet: Eſt jus perpetuum percipiendi
„ fructus ex bonis eccleſiaſticis propter ali-
„ quod officium ſpirituale, authoritate Eccle-
„ ſiæ conſtitutum. Nam ſi aliquæ definitionis particulæ non competerent collegiaturæ eſſent illæ (perpetuum) ſiquidem collegiaturæ ſunt ad tempus præfixum, quo elapſo finiuntur, & (propter officium ſpirituale) ſiquidem officium collegarum eſt ſtudere, & ſtudium etiam ſacræ Theologiæ ſpirituale non eſt: atqui illæ particulæ competunt; ergo tota definitio.

Suade-

Digitized by Google

Suadetur minus quoad priorem particulam; nam hujuſmodi perpetuitatem ita explicat Leſſius cap. 34. num. 3. ut beneficium ſit perpetuum ex ſe. Quia licèt ex perfecta ſubjectione ad ſuperiorem prioratus pro abbatis arbitrio tolli poſſit: & ſint abbatiæ triennales, & tam beneficia regularia, quàm quæ manualia vocantur, nutu ſuperioris auferri ſoleant, tamen ex ſua inſtitutione perpetua ſunt. Addit Palaus de benefic. diſp. 1. parte 2. num. 5. ſufficere perpetuitatem in beneficio, quamvis non detur in beneficiato. Dicitur enim beneficium perpetuum, non quia auferri nequeat; ſed quia eſt inſtitutum ut ſemper duret, atque dum uni aufertur, alteri tribuatur. Hoc autem cernitur in collegiaturis, quæ ſemper durant vel proviſæ, vel vacantes; per amotionem enim collegarum non extinguntur, ſed vacant. Suadetur quoad poſteriorem particulam, quæ eſt (propter officium ſpirituale) nam ſtudium collegarum Purificationis poteſt dici officium ſpirituale, tum quia eſt ſtudium ſcientiæ ſacræ, qualis eſt ſacra Theologia, tum quia ex mente fundatoris declarata ſuo diplomate initio ſtatutorum, ordinatur ad ſalutem æternam animarum. Accedit quòd collegæ ſacerdotes præcipiuntur celebrare certas Miſſas, & non ſacerdotes recitare certas preces; ergo collegiatura non deficit a ratione veri beneficij. Hæc pars fortaſſis probabilis eſt, præſertim in ſententia eorum, qui aſſerunt, vendere doctrinam Theologicam, vel cathedrā Theologicam, Simoniam eſſe, utpote venditionem rei ſpiritualis.

Beneficij perpetuitas.

1718 Negandum tamen eſt cum Navarro lib. 5. Conſil. tit. de Simon. in novis conſil. 89. Sanchez lib. 2. conſil. cap. 3. dub. 107. n. 8. & Barboſa de poteſt. Epiſc. p. 2. alleg. 19. n. 31. qui hanc negativam ſententiam leviſſimè attingentes vel ſupponunt, vel aſſerunt. Nec ſcio alios, qui de hoc puncto meminerint. Probatur, quia licèt fatear definitionem beneficij ſecūdùm omnes alias particulas competere collegiaturæ, at non competit ſecundùm illam (propter officium ſpirituale) nam debet eſſe officium ſpirituale ex ſe, & ſua ordinatione ad finem intrinſecum, qualia ſunt miniſteria recitandi horas canonicas, prædicandi Verbum Dei, vel miniſtrandi ſacramenta. Studium autem Theologicum, ſicut & officium docendi Theologiam ſolum habere poſſunt ſpiritualitatem a fine extrinſeco, ſicut quodcunque aliud opus indifferens, quod non ſufficit. Habere autem collegas Purificationis obligationem celebrandi Miſſas, vel recitandi preces ſacras, provenit ex ſtatuto id præcipiente, non verò ex intentione fundatoris dantis fructus eccleſiaſticos propter tale officium.

Officium ſpirituale quid.

1719 Ex doctrina ſic expoſita multiplex dubium reſolvi poteſt. Primum dubium eſt, Utrum ſufficiat collegiatura ad patrimonium, ut quis ad illius titulum ordinetur? Pro parte affirmativa ſtat imprimis Corduba in Sūma q. 56. quatenus aſſerit collegialē ex aliquo collegio maiori Salmanticenſi, aut Complutenſi, qui ad aliquem recipiendū gradum Doctoratus ſuos actus cum ſatisfactione defendit, poſſe ad titulum illorū ordinari abſque alio patrimonio, vel beneficio. Idem tenet Henriq. lib. 13. de excommun. cap. 37. num. 2. & lib. 10. de ordine cap. 17. fine, ubi aſſerit multos conſultos ſic tenuiſſe. Idem ſentit de graduato Gonzalez regul. cancel. 8. gloſ. 4. nu. 36. Idem Emman. tom. 2. cap. 15. num. 15. dicens poſſe abſque patrimonio vel beneficio ordinari bonum ſcholaſticū Theologiæ, vel ſacrorū canonum, recepto bacchalaureatus gradu, qui expectet gradum licētiatus recipere. Fundantur, quia Trident. ſeſſ. 21. cap. 2. de reform. intendit quòd ordinandus habeat congruam ſuſtentationem, quandiu vixerit; & certum eſt collegialem illum, vel graduatum illam habiturum obtenta cathedra, vel beneficio.

Collegiatura an ſufficiat pro patrimonio ad ordines.

1720 Oppoſitam partem negativam expreſſè defendit Sanch. lib. 7. Cōſil. cap. 1. dub. 35. n. 10. & Ledeſma tom. 1. Summæ tra. de ordin. c. 7. ad fin. Innuit Barb. de poteſt. Epiſc. p. 2. alleg. 19. n. 31. quatenus ait cooptatum in collegium ſeminarij, non poſſe ordinari ad titulum ſeminarij, niſi ob cauſam inſerviendi beneficio, quod forſan eſſet Seminario injunctum: poſſe verò ordinari ſub certa aſſignatione fructuum illi facta ob cauſam inſerviendi tali beneficio, ut nempe inſerviat donec ſibi proviſum fuerit de congrua ſuſtentatione. Ita Zerola in praxi Epiſcop. p. 1. v. Seminarium §. 6. Flamin. de reſign. benef. lib. 2. q. 6. num. 32. Zech. tub. de clericis num. 7. ver. 84. Salzed. ad Bernard. cap. 18. num. 9. & Garcia de benef. p. 2. cap. 5. num. 104. ubi in additionibus refert Gregorium XIII. declaraſſe clericos Seminarij non poſſe promoveri ad aliquem ordinem ſacrum ad titulum ipſius ſeminarij, niſi pro ſervitio beneficij ſeminario uniti, & tunc cum aſſignatione certi annui reditus, unde ſic promotus vivere poſſit, quæ tamen aſſignatio ceſſat, poſtquam ille aliunde ſe æquè ſuſtentare poterit.

Seminariſta ad ordines.

Et quidem hæc pars negativa tutior eſt, & conformior Tridentino quod expreſſè exigit pacificam beneficij poſſeſſionem, & patrimonium verè ab ordinandis obtentum: ſed per collegiaturam non habet quis congruam ſuſtentationem perpetuam; deinde per gradum illum ſolum habet beneficij ſpem, quæ multis modis impediri, & fruſtrari poteſt; ergo neque collegiatura, neque gradus ſufficit. Confirmatur, nam certius habet

Patrimonium ad ordines recipiendos [illegible]dum.

beneficium qui illius habet canonicam inſtitutionem, quàm graditatus, & collega: ſed ille nequit ordinari donec pacificè poſſideat, ut eſt expreſſa deciſio Tridentini dict. cap. 2. ergo & hic a fortiori. Facit quod tradit Navarr. cap. accepta, de reſtitut. ſpoliat. oppoſit. 5. num. 22. ſcilicet renunciantem metu beneficium, non poſſe ad ejus titulum initiari, quia valet renúciatio: cum tamen habeat manifeſtum jus, ut ſibi plenè reſtituatur. Vide quæ diximus ſupra 1268.

Dimiſſoria litteræ.

1721 Secundum dubium eſt, an liceat Capitulo Sede vacante, infra annum a die vacationis, dare licentiam, vel litteras dimiſſorias ad ordines, collegæ electo, item rectori collegij electo? Videtur affirmandum. Nam Capitulum poteſt dare illam licentiam ob cauſam beneficij recepti, vel recipiendi, ut docent Suar. tom. 5. in 3. p. diſp. 31. ſect. 1. num. 10. Azor. par. 2. lib. 3. cap. 49. quæſt. 5. Emman. Sà v. Ordo num. 29. Filliucius, & alij quos refert Bonac. de ordine d. 8. quæſt. unica par. 4. num. 23. & ſatis innuitur a Tridentino ſeſſ. 7. cap. 10. ubi ab ipſa prohibitione excipit recipientes, vel recepturos beneficium, per hæc verba: (Alicui, qui beneficij eccleſiaſtici recepti, ſive recipiẽdi occaſione arctatus non fuerit, concedere.) Atqui eadem militat ratio in recipientibus, & recepturis collegiaturam, vel collegij Rectoratum; ergo poterit Capitulum illis dare illam licentiam. Nihilominus oppoſitum tenendum eſt in noſtra doctrina num. 1718. negante collegiaturam eſſe beneficium. Cum hoc ſolum excipiat Tridentinum. Si autem quis probabiliter judicaverit illam eſſe beneficium, juxta doctrinam a nobis traditam n. 1717. cohærenter dicet probabile eſſe quòd Capitulum talẽ licentiam dare poſſit.

Simonia an ſit vẽdere ſuffragium.

1722 Tertium dubium eſt, an committat Simoniam, qui in collegio Eccleſiaſtico vendit collegiaturam, ſive vẽdat ſuffragium, ſive electionem ad illam, quãdo collegium pro ſcholaſticis pauperibus inſtitutum eſt? Rectè cum Navarro lib. 5. conſil. tit. de ſimonia in novis conſil. 89. affirmat Sãchez lib. 2. conſil. cap. 3. dub. 107. num. 8. quatenus ex ſua præcedenti doctrina infert quòd ubi ſunt collegia pro ſcholaſticis pauperibus inſtituta, ſi quis cedat loco ſuo ob pretium, eſt Simonia: quia ſunt annexa ſpiritualibus: at non incurrit (inquit) cenſuras, quia non ſunt beneficium. Idem a fortiori diceret de dante pro pretio ſuffragium, vel electionem ad talem collegiaturam. Nam idem Sanch. dict. l. 2. cap. 3. dub. 28. num. 10. de examinatoribus ad beneficium ſic habet. Licèt (inquit) juxta decretum Tridentini ſeſſ. 24. decreto 2. de reformat. cap. 18. occaſione examinis ad beneficia ante, nec poſt, poſſint aliquid accipere, alioquin tam ipſi, quàm dantes, ſunt Simoniaci, a qua abſolvi nequeant, niſi dimiſſis beneficijs, quæ quomodocunque antea obtinebant, & ad alia in poſterum inhabiles reddantur: at poſſunt accipere ſalarium ex fructibus vacantis beneficij.

Examinatores Simoniaci.

1723 Quod attinet ad ſecundam, & tertiam partem quæſtionis, qualis ad collegiaturam requiratur idoneitas, & qualiter probetur, breviter ſatisfaciemus. Imprimis idoneitas eſt quædam capacitas ad habendam collegiaturam, conſiſtens in eo quòd quis ſecundùm ſtatuta collegij habeat omnia requiſita ut collegium ingredi, & collega effici poſſit. Et talis idoneitas eſt, quæ omninò poſtulatur. Cum verò hujuſmodi idoneitas, ſeu habilitas, & capacitas coaleſcat ex multis, hæc probari debent ſecundùm jus ſpeciale, & ſtatuta collegij, vel ſi tale jus deſit, ſecundùm jus commune. V. g. ſi poſtuletur deſignata ætas, nempe ad collegiaturam Purificationis ætas viginti annorum completorum Statut. par. 2. cap. 2. hæc probatur per teſtes, etiam ſingulares, ut tradunt Farinac. in praxi crim. quæſt. 46. a nu. 262. & Gabriel Pereyr. tit. de teſtibus concl. 2. num. 49. Item per teſtes domeſticos, ut docent Gabriel cit. concl. 10. n. 67. Maſcar. concl. 668. n. 19. & Farin. cit. q. 55. n. 113. Item quamvis teſtis deponat de credulitate, ut referunt Menochius de arbitr. caſu 116. a num. 1. Surdus conſ. 77. num. 6. & Emman. Barb. ad lib. 3. Ordin. tit. 55. concl. 5. num. 4. Denique filiorum ætas per librum parentis ſufficienter probatur. Ita Barb. cit. ad Ordin. lib. 3. tit. 56. §. 1. num. 17. Vide Cavalc. de tutore num. 296. Menoch. conſ. 33. num. 34. conſil. 714. num. 24. conſ. 932. num. 4. & Morl. p. 1. tit. 5. in prælud. num. 24. Si poſtuletur conſanguinitas, hæc probatur per teſtes etiam ſingulares, quando deponunt de diverſis gradibus, & lateribus, juxta citatum Barb. tit. 55. concl. 3. num. 23. & Farin. citatum q. 46. à n. 262. Tenentur tamen deponentes de conſanguinitate, efficacem cauſam, & probabilem rationem dicti ſui reddere, ut videre eſt apud Bellacomb. to. 2. commun. opin. lib. 6. tit. 47. n. 100. Ranchin. p. 4. concl. 409. Maſcard. concl. 69. & concl. 410. n. 22.

Idoneitas ad collegium.

Probatio ætatis.

Conſanguinitatis probatio.

1724 Quando exigitur puritas generis, hæc probatur eo modo, quo probatur genus: nempe eſſe quempiam prognatum ex hoc, vel illo genere, rectè probari per indicia & conjecturas, tradit expreſſè Gloſ. in leg. 1. ff. de probat. & Aret. conſ. 37. nu. 1. & 2. quibus ſubſcribit Maſcard. concl. 840. num. 1. qui addit num. 4. probationẽ generis non ſolum poſſe fieri per teſtimoniũ publicæ vocis, & famæ, ſed etiam per teſtimonium auditus. Quod ſumitur ex cap. de parentela 35. q. 6. & cap. tua, de conſang. & affin.

Generis probatio.

Hoc,

Digitized by Google

Hoc tamen intelligitur de probatione generis antiqui. Nam ſi probandum ſit genus recens, debet ultra publicā vocē, & famam, tractatus, & nominatio probari, ut docet Bartol. in leg. filium eum definimus digeſt. de his qui ſunt ſui, vel alieni juris: & in leg. quod Scoatus ff. de lib. agnoſc. Quid de expoſito, cujus parentes ignorantur; indigetne probatione puri generis, ad ingrediendum collegium, quod talem puritatem requirit? Reſpondeo negativè. Quia probatio de illius tali, vel tali genere impoſſibilis eſt: & cum nemo præſumatur malus, ſeu defectuoſus, niſi probetur, ſatis eſt, ut ille cenſeatur nullum defectum habere in genere, ex eò quòd nullus probari poſſit. Vnde ſicut expoſitus eſt capax ordinum, & non irregularis ex defectu natalium, ut rectè tradunt Cornejo in 3. par. tract. 5. diſp. 15. dub. 1. num. 4. Turrian. de cenſ. lib. 9. diſp. 71. dub. 1. aſſerentes id decreviſſe Gregorium XIV. In gratiam confraternitatis pro expoſitis, nec ab illis multum diſcrepat Suar. de cenſur. diſp. 50. ſect. 4. ita eſt capax ingrediendi collegium, & quancunque religionem.

Expoſitus eſt capax collegiaturæ ſicut & ordinum.

1725 Quando exigitur nobilitas, illa nempe quæ dicitur politica, & apud Sylva conſil. 1. num. 22. definitur „ qualitas quædam per gerentem principatum illata, qua quis, ejusve deſcendentes „ ad tertium gradum uſque ultra plebeios ho„ neſtos accepti oſtenduntur: hæc non præſumitur, ſed probari debet per allegantem: eſt enim res adventitia, nec nobis a natura proveniens, cum habeat ortum ex ſibi accidentibus, vel progenitoribus l. non ignorat. Cod. qui accuſare, ubi Bald. affirmat quem præſumi magis popularem, quàm nobilem. Vnde expoſitus, cujus parentes ignorantur, nobilis nec præſumitur, nec probari poteſt. Quod attinet ad nobilitatis probationem, aſſerit cum multis Maſcard. concluſ. 1095. num. 10. nobilitatem probari per teſtes, qui dicant illum non ſimpliciter nobilem, ſed a populo pro nobili reputari: imò deponant ſe cognoviſſe patrem, avum, & maiores ejus omnes nobiles, & nobiliter viventes, qui pro talibus ſe reputabant, nobilium actus, mores, ſtatus, & conditiones exercentes, & pro talibus eſſe habitos inter omnes, de his cognitionem habentes.

Nobilitas quid.

Nobilitas non præſumitur.

Nobilitatis probatio.

Qui nobilium appellatione veniant, latè tradit Barb. tract. de Appel. Ap. 164.

QVÆSTIO II.

An collegiali facto novitio currat tempus collegiaturæ?

1726 QVæſtio hæc gravis eſt in materia practica, a nullo authore, quem viderim, diſcuſſa, & in caſu qui frequenter accidit collegialibus varios religionum ordines ingredientibus: Senſus illius eſt, utrum in collegijs, in quibus collegiatura præfinitur certo temporis ſpatio, ultra quod non extenditur; v. g. in collegio Purificationis, quinquennio; juxta Statut. parte 2. cap. 12. ſi collegialis fiat novitius alicujus religionis, illi currat tempus collegiaturæ, quandiu degit in noviciatu, an non currat, ita ut ſi regrediatur ad collegium, ipſi totum tempus, quo fuit novitius, reſtitui, ſeu redintegrari debeat?

Tempus collegiaturæ.

Pro parte negativa, quòd ſcilicet tali collegiali facto novitio non currat tempus, ſed quòd illi regredienti ad collegium debeat redintegrari, facit 1. vulgatiſſimum Iuriſtarum axima: (Impedito non currit tempus) quod deſumitur ex l. 1. §. fin. C. de annali excep. & cap. quia diverſitatem, de conceſ. præben. cap. fin. de elect. de quo latè Tiraquel. de retract. lig. §. 3. gloſ. 4. num. 6. & §. 35. gloſ. 4. num. 29. & Barb. axiom. 116. ſed collegialis quandiu degit in noviciatu, eſt legitimè impeditus; ergo illi non currit tempus.

1727 Facit 2. quia cauſa religionis, & pietatis non eſt minùs favorabilis & privilegiata quam cauſa libertatis, ut multis probare poſſem: ſed favore libertatis tempus etiam culpabiliter amiſſum redintegratur. l. ſervus qui teſtamento ff. de ſtatu liber. per quem textum id admittit Valaſc. conſult. 155. num. 14. ergo a fortiori redintegrabitur ob cauſam ingrediendi religionem. Facit 3. nam capellanus, ſeu præbendatus caſuiſta in Eborenſi Academia, ſi ingrediatur religionem, a qua exeat intra primos quatuor menſes, poſtquam ob dictam cauſam abſens fuit, & regrediatur ad aulam Theologiæ moralis, admittitur ſine examine ad primam capellaniam vacantem, qua fruitur omni tempore, quod ex capellania dimiſſa ſupererat currendum, ut habetur in Statut. Academ. lib. 5. cap. 5. num. 5. Ex quo ſatis arguitur voluiſſe inſtitutorem harum capellaniarum, ut capellanus ob cauſam ingrediendi religionem nihil amiſiſſet tēporis,

Religionis cauſa favorabilis.

Novitius ſi fiat per [illegible]

quo aliàs fruiturus erat. Idem ergo cum proportione ex conjecturata mente inſtituentis, videtur dicendum de collega ingrediente religionem. Nam cum cauſa ſit eadem, imò maior in collega, cujus ſtudium, & ſcientia maioris momenti cenſetur, veriſimile eſt, quòd ſi Sereniſſimus Cardinalis de hoc puncto interrogaretur, non minùs collegæ quàm portioniſtæ faviſſet. Quod autem veriſimile eſt ſtatuẽdum fuiſſe, ſi eſſet quæſitum, id de jure ſervandum eſt, ut per tex. in l. tale pactum §. ult. ff. de pactis tenet gloſ. in fin. & commẽdat valde Tiraq. in l. ſi unquam in præf. n. 56.

Porcioniſta ingrediens religionem.

1728 Nec obſtat, ſi dicas eſſe differentiam, quia collegiatura ſemper eſt collegialis, quandiu in novitiatu degit: ſed Capellania Theologi moralis portioniſtæ non eſt, ſiquidem ſigitur poſt primum mẽſem ingreſſus, proindeque currit tempus collegiaturæ, & non capellaniæ. Hoc (inquam) non obſtat, quia collegiaturam eſſe collegæ, quandiu in novitiatu eſt, non cedit in favorẽ illius, ſiquidem illa non fruitur: imò eſſet odium, ſiquidem amitteretur tempus illius, ſi poſtea non repararetur, per tantundem extenſionis. Atque ita ne admittamus contra veriſimilem conjecturam mentis inſtitutoris, voluiſſe plus favere caſuiſtæ, quàm collegæ, videtur dicendum voluiſſe in utroque caſu, quod tempus in noviciatu tranſmiſſum reſiceretur.

Collegiatura non vacat per ingreſſum religionis.

1729 Facit 4. in favorem collegæ quod P. Ioannes Alvares decernit in quadam viſitatione per hæc verba: ¶ Nam vagarà a collegiatura em quanto lhe durar o tempo do noviciado, dentro do qual tem liberdade pera tornar ao ſeculo, & gozar della. Et poſt pauca (Em quanto nam ceder, ou fizer profiſſaõ, nam ſe tire do numero dos collegiaes.) Quo poſito, ſic conficitur argumentum: ſupponamus collegialem intraſſe religionem, cum ad explendum quinquennium collegiaturæ ſolum ſupereſſent quatuor menſes, in hoc caſu juxta decretum viſitationis (cujus favor potiùs ampliandus eſt, quàm reſtringendus juxta communes regulas) debet collegiatura expectare per totum annum novitiatus, intra quem collega habet libertatem regrediendi ad ſæculum; ergo quandiu eſt in novitiatu non currit tempus quinquennij: aliàs poſt quatuor menſes novitiatus vacaret collegiatura, quod eſt contra expre. decretum dictæ viſitationis.

Dicet aliquis decretum illud ſolum procedere in caſu, in quo collegiali deſit plus temporis ad explendum quinquennium collegiaturæ, quàm quod poſſit tranſmittere in novitiatu. Sed contra 1. quia hæc lex eſt favorabilis; ergo non eſt reſtringenda ad ejuſmodi caſum, ſed accipienda eſt, ut ſonat in favorem collegæ. 2. nam caſus ingrediendi religionem in collega, cui deeſt minùs quàm ſpatium unius anni ad explendum tempus collegiaturæ, non eſt extraordinarius, ſed æquè contingens atque ille, in quo deſit ſpatium longè malus. Vnde ſi eſſet excipiendus, a conditore legis omitti non debuit. Arg. l. item apud Labeonẽ §. ait prætor ff. de injurijs. ibi, (Ea enim quæ notabiliter fiunt, niſi ſpecialiter notentur, videntur quaſi neglecta.)

Tempus currit novitio collegiali.

1730 Hæc pars mihi videtur probabilis propter jacta fundamenta: ſed affirmativa pars, ſcilicet tali collegæ tempus currere, eſt probabilior propter fundamẽta jacienda. Fundatur 1. nam collega ille, quãvis tempore novitiatus non viciſſet portionem, quæ juxta ſtatutum ſolet dari præſentibus, & reſidentibus, tamen poſſeſſionem collegiaturæ animo retinuit: ſed hoc ſufficit, ut illi currat tempus novitiatus, etiamſi cauſa abſentiæ juſtiſſima ſit; ergo de facto currit. Minor ſuadetur ex communi ſententia juriſtarum circa curſum temporis, pro qua ſtat Velaſc. conſul. 155. a n. 4. ubi in confirmationem adducit exemplum officialis electi ad ſerviẽdum ſex menſibus, quibus elapſis, illi non prorogatur tempus, quo fuit impeditus ſervire. Item exemplum Doctoris, qui promiſit legere biennio, quo tranſacto, non redintegratur illi tempus, quo legere nõ potuit. Item exemplum ædilis, qui licèt juſtiſſima ex cauſa non ſerviverit tempore, ad quod fuit electus, eo præterito, judicatum eſt, non debere illi concedi aliud tempus. Poterat etiam afferri exemplum prælatorum biennalium, vel triennalium, quibus etiam legitimè impeditis currit biẽnij, vel triennij tempus. Ratio patet, quia regimen unius temporis non eſt regimen alterius temporis. Et hoc latè firmant Abbas in cap. fin. de judic. Iaſon in l. ſi ita ſtipulatus eſſem n. 11. ff. de verb. oblig. Valaſc. conſul. 173. n. 16. & optimè Cabed. p. 2. deciſ. 84. n. 5.

Officiales quibus currit tẽpus.

Tempus poſtulatũ inducit formam.

1731 Fundatur 2. nam tempus quinquennij poſtulatum per ſtatutũ inducit formam, quæ in alio tempore nequit ſubſiſtere, ne muteтur diſpoſitionis ſubſtantia. Auth. quæ ſupplicatio C. de precibus Imper. offeren. Bart. in l. denunciaſſe §. quod tamen ff. de adult. Fundatur 3. quia tempus conditionale currit impedito, quando poterat impedimentum tollere. Cap. fin. de elect. & hujus temporis non datur reſtitutio, ut probat Surdus deciſ. 189. n. 27. Atqui tempus collegiaturæ eſt conditionale, & collega novitius, quandiu in novitiato eſt, impedimentum tollere poteſt. Fundatur 4. nam proviſio facta in uno tempore ad aliud trahi non poteſt l. ſi ita, l. ſi pater filium ff. de vulgari. ſicut etiam conceſſum ad certum tempus, poſt illud eſt prohibitum. l. ſtatu liberum §. ſtichus ff. legat. 2. l. Imperator

Digitized by Google

peratur ff. de poſtulando. De quo Phœbus 2. parte deciſ. 108. num. 16. Surdus deciſ. 75. n. 11. deciſ. 189. num. 2. deciſ. 203. & 244. num. 10. Conſtat autem proviſionem collegiaturæ fieri pro certo tempore, v. g. pro quinquennio proximo; ergo non poteſt prorogari, ſeu ad aliud tempus extendi.

Prorogatio temporis.

1732 Fundatur 5. nam diſpoſitio ſive ſit hominis, ſive legis, facta determinato modo, ſuos terminos non excedit, neque accipit alterius temporis ſubrogationem: imò excludit tempus conjunctum. Bald. conſ. 51. de generali in 5. l. qui fundum ff. de contrah. emption. Cum igitur ſatis oſtenderimus collegiaturam per ſtatutum decretam fuiſſe determinato modo & tẽpore, hoc elapſo prorogari nequit. Fundatur 6. & ultimo; quia cum ille collega ſaltem animo non dimittat poſſeſſionem, nõ interrumpit curſum quinque annorum, quandiu eſt in noviriato: imò illi continenter currunt juxta formam ſtatuti p. 2. cap. 12. poſtulantis quinque annos continuos. Nam tempus continuum currit, ſive aliquis ſit præſens, ſive abſens, in loco, in quo prætenditur tempus labi. Gloſ. v. continuum in Clem. unica, de in integ. reſt. Bart. in l. fin. C. de temp. in integ. de reſtit. Nicolaus Maronius de tempore utili & continuo cap. 2. num. 6. Data autem continuitate datur tempus perſeverans, quo elapſo fit complementum legi, ſeu ſtatuto in forma neceſſaria, quæ ad unguem debet ſervari, ut ait Surdus deciſ. 122. num. 2. Satis igitur oſtenſum manet ex hoc & alijs fundamentis tempus collegiali novitio currere, proindeque ſi regrediatur in collegium, non eſſe illi tempus, quo fuit in novitiatu, redintegrandum.

Impeditus qui dicatur.

1733 Supereſt ut diſſolvamus quæ pro parte negativa opponuntur à num. 1726. Ad primum dicimus in noſtro caſu non procedere axioma, Impedito non currit tempus. Quia præterquam quòd non dicatur propriè impeditus qui liberè & ſponte abeſt, etiam alterius grandis commodi captandi gratia l. item hi ff. ex quibus cauſis maiores, hoc axioma ſolum intelligitur, quando tempus in odium negligentium præfixum eſt: ſecùs quando non in negligentis odium, ſed in favorem alterius præſcribitur, ut notat Gloſ. in cap. ſtatutum v. numerandum, de præben. in 6. Vbi Archid. & alij. Abbas in cap. quia diuturnitatem num. 3. de conceſ. præben. Tiraq. de retract. lig. §. 25. gloſ. 4. num. 26. & multi alij, quos citat & ſequitur Sanch. lib. 7. Matr. d. 37. num. 19. & in caſu præſenti certum eſt quinquennium collegiaturæ non præfigi in odium negligentium: ſiquidem etiam morbo impeditis, quanvis aliàs diligentiſſimis, tempus illud currit, ſed in favorem illorum qui emenſo philoſophiæ curriculo volũt eſſe oppoſitores, ſeu petitores collegiaturarum.

Professio religionis voluntaria.

1734 Ad ſecundum reſpondemus in noſtro caſu non agi tantum de favore religionis, quantum de privato commodo illam ingredientis: ne metu ſubſidij temporalis deficientis, ſi a religione exeat, cõpellatur profiteri voluntario minori, quàm quod religionis ſtatus poſtulat. Ob quam cauſam Tridentinum ſeſſ. 25. de reg. cap. 16. annullavit renunciationem bonorum factam intuitu ingrediendi religionem, de qua latè Sanch. lib. 7. Doc. l. cap. 5. Verùm dato quòd ageretur ſolum de favore religionis, caſus l. ſervus qui teſtamento; eſt valde diſſimilis noſtro: quia in illo agitur de ſervo, cui ad comparandam libertatem a teſtatore impoſita fuit conditio, ut priùs ſerviret ſeptem annis, quin dicerentur priores, vel continuitas: in noſtro caſu quinque anni poſtulantur primi ab ingreſſu collegij, & continui: quando autem poſtulatur tempus certum & determinatum, nec in favorem libertatis prorogatur l. Thais ancilla, ver. intra certa tempora ff. de fideicom. libertatib.

Tempus certū non prorogatur.

Ad tertium agnoſcimus diſparitatem, & dicimus dari maiorem rationẽ, ut redintegretur Caſuiſtæ tempus capellaniæ: nam cum hoc ſit brevius, nempe triennale, maneret capellanus multum defraudatus, & ſcientia deſtitutus, niſi illud impleret: at tempus collegiaturæ eſt quinquennale, ante quod præceſſit quadriennium philoſophiæ, & poſt illud poteſt ſubſequi aliud quadriennium collegiaturæ, quam vocant de paſſante. Accedit quòd ſatis favoris impeditur collegiali, cum permittitur retinere poſſeſſionem ſuæ collegiaturæ, & regredi ad collegium quocunque tempore anni novitiatus: quæ non permittuntur capellano.

Ad quartum dicimus viſitationem P. Ioannis Alvares, ita eſſe intelligendam, ut quantum fieri poſſit, non deroget, nec opponatur ſtatutis collegij. Quia legum correctio utpote odioſa, vitari debet, quantum fieri poſſit. Vnde cũ expreſſè non dicat redintegrandum eſſe collegiali omne tempus tranſactum in novitiatu, intelligendum eſt nihil immutare de ijs quæ ſtatuta diſponunt, juxta regulam Accurtij Auth. de hæredibus ab inteſtato, verſ. Vacantibus, ibi, (Nec enim aliàs corrigit, quæ ſolvari poſſunt. Cum enim juxta ſtatuta currat tempus ijs qui legitimè ſunt abſentes ob cauſas valde urgentes, quales ſunt cauſæ ſuccurrendi parentibus, quæ anteponuntur cauſis religionis, dicendum non eſt, voluiſſe Patrem Viſitatorem hoc limitare, ſeu excipere in cauſa ingrediendi religionem.

✠

QUÆSTIO III.

Expediuntur difficultates circa varia requiſita ad collegiaturam.

1735 PRima difficultas eſt, an perſona aliqua non gaudens foro Eccleſiaſtico, ſit idonea, ut ei conferatur collegiatura Purificationis, vel capellania, vulgo partido? Huic difficultati ſatisfaciam apponens reſolutionem, quam de hoc quæſitus dedit, & ſubſcripſit P. Doctor Petrus Paulus Ferrer in domo S. Roquij 24. Februar. 1608. quæ reſolutio de Caſtellana in Latinam linguam fideliter verſa, ita habet. Mihi (inquit) videtur quæſtionem iſtam jam pridem tranſiſſe in rem judicatam. Siquidem abhinc multos annos diſcuſſa eſt in Academia Eborenſi in clauſtro pleno, ad quod convenerunt omnes Doctores illius, conſultores collegij, & alij patres docti, ex præſcripto P. Provincialis, & decisum eſt, omnibus conſentientibus, & ſubſcribentibus, perſonas non eccleſiaſticas carere omni jure ut opponantur capellanijs Caſuiſtarum. Igitur tria dico. Primum, ſuppoſita veritate informationis, exiſtimo certum quòd collatio capellaniarum facta perſonis non eccleſiaſticis, ſeu non gaudentibus foro eccleſiaſtico, eſt nulla & invalida, & quòd contraria opinio non ſolum eſt improbabilis, & falſa, ſed etiam cenſurabilis, & denuntiabilis tanquam temeraria, quæ caret authoritate, & ratione, quæ ſit alicujus momenti, & etiam erronea in materia morali, licèt non in fide. Dico ſecundum, illam opinionem eſſe contra Rationem ſtudiorum tit. de Theologia ſcholaſtica num. 11. fol. 35. ubi præcipitur, ut ſeligamus opiniones tutiores, ac magis receptas: hæc autem nec tuta eſt, nec recepta, atque adeo omninò rejicienda & improbanda. Dico tertium, peccatum, quod committitur in collatione ſupradicta eſſe contra juſtitiam commutativam. Cum non conferatur illa capellania oppoſitori digno, qui juxta ſtatuta fundatoris habebat jus ad rem, & conferatur habenti nullum jus: proindeque datur obligatio reſtitutionis, quæ debet fieri habenti jus ad rem. Hæc citatus Doctor Ferrer pro ſuo acri & efficaci ingenio.

Eccleſiaſtica perſona omnino requiritur ad capellaniam & collegiaturã

1736 Secunda difficultas eſt, qualis eſſe debeat puritas generis, ut admittatur quis ad collegiaturam & capellaniam in Eborenſi Academia? De admittendis ad collegiaturam Purificationis ſic habet Stat. p. 2. cap. 2. ¶ E que nam ſomente nam decendaõ, & procedaõ de caſta de Iudeus, Mouros, Infieis, ou de peſſoas que foſſem condenadas pela Santa Inquiſiçaõ, ou de tredores à Coroa Real, ou de gente infame publicamente, mas ainda que nam tenhão diſſo algũa raça. De admittendis ad capellaniam portioniſtis, dicũt ſtatuta quòd ſi alij reperiantur oppoſitores, excludantur nigri, & mulati: item dicũt quod nullo modo admittantur Hebræi, vel Mahometani, aut ex Hebræis, vel Mahometanis deſcendentes.

Generis puritas.

1737 Dubium eſt 1. an filius mulati, quanvis dentur alij oppoſitores, debeat excludi a capellania? Videtur negandũ, 1. quia mulatus in rigore proprietatis juxta cõmunem ſenſum eſt filius genitus ex uno patre nigro, & altero albo, proindeque filius mulati mulatus non eſt: verba autem legis ſunt intelligenda juxta communem loquẽdi uſum, cap. ex litteris el 1. de ſponſal. ubi in collect. Barb. in 6. cap. quanquam 2. q. 7. cap. quanvis juncta Gloſ. in caſus poſitionẽ, de verb. ſignif. l. librorum §. quod tamen Caſſius ff. de legat. 3. l. cum de lanionis §. aſinam ff. de fuddo inſtructo, & l. Labeo, ubi Bart. ff. de ſupellectili legat. Mantica de conject. lib. 3. tit. 8. Valaſc. conſult. 180. num. 3. & Sanch. lib. 1. Matr. d. 18. num. 4. 2. Qui jure communi mulati non ſunt inhabiles ad beneficia eccleſiaſtica, cum admittat omnes Chriſtianos, aliunde idoneos, ut habetur cap. eam te in fine, de reſcript. & ex toto tit. de ætat. & qualit. & cum recedendum ſit, etiam a propria verborum ſignificatione, ut evitetur juris communis correctio, juxta communem Iuriſtarum ſententiam, quam cum multis tenet Sanch. lib. 1. Matr. d. 17. num. 6. ſi non detur textus expreſſus, ſicut non datur in noſtro caſu: quia non dicitur textus expreſſus, quando circa intelligentiam illius diverſimodè judicant ſapientes, ut rectè obſervavit Suar. de cenſur. d. 40. ſect. 4. num. 13. & ſect. 5. n. 4. & d. 46. ſect. 3. num. 6. a fortiori non eſt recedendum a propria verbi ſignificatione, ut inducatur juris communis correctio.

Mulatus qui ſit.

Vſus loquendi in lege.

Mulatus non inhabiles ad beneficia.

Expreſſus textus qui.

1738 3. Quia in jure filius neophyti non dicitur neophytus, ut optimè deduxit Sanch. lib. 2. Decal. cap. 28. num. 6. neque Trident. ſeſſ. 23. cap. 3. de reform. dum ad ordines ſuſcipiendos jubet inquiſitionem fieri de genere, comprehendit nepotem ſervæ, ſed natum ex ſerva, ut notavit Henriq. lib. 10. cap. 17. in commen. l. G. cum Maiolo lib. 4. de irregul. cap. 2. & cum multis Barb. de poteſt. Epiſ. p. 2. alleg. 10. num. 4. Dicendum igitur eſt quòd filius mulati, & nepos nigri non ſit in noſtro caſu comprehenſus, neque mulatus vocandus. 4. Nam ratio ob quam ſtatutum videtur excludere nigros & mulatos a capellanijs Academicis eſt indecentia & horror, qui incutitur ex

Neophyti filius.

Servæ filius.

Niger ſacerdos.

Digitized by Google

ex nigro vel fuſco colore, ſi detur in ſacerdote degente inter homines albos: & cum hujuſmodi præbendæ ſint inſtitutæ ad juvandos in ſtudijs eos qui ſunt, vel eſſe cupiunt clerici: imò ſtatutum eos qui nondum ſunt in ſacris conſtitui, præcipiat intra certum tempus promoveri, inde eſt quòd nolit admittere nigros & mulatos, niſi in defectum aliorum. Cum ergo ad legis intelligentiam præcipuè inſpicienda ſit intentio legiſlatoris, juxta Cap. intelligentia, de verb. ſignif. & l. in ambiguis ff. eod. tit. non videntur excluſi per ſtatutum filij, vel alij deſcendentes mulatorum, cum in illis ceſſet ratio indecentiæ, & horroris ex colore nigro, vel fuſco reſultantis.

Legiſlatoris intentio.

Hæc opinio eſt ſatis probabilis, & tenenda præſertim in caſu, quo filius mulati ſit in poſſeſſione collegiaturæ, vel capellaniæ. Quia in dubio melior eſt conditio poſſidentis, de qua latè Suar. de cenſ. d. 40. ſect. 5. n. 14. Vaſq. 1. 2. q. 19. a. 6. d. 66. c. [illegible] Salas ibid. q. 21. tract. 8. diſp. unica ſect. 23. & Sanch. lib. 1. Decal. c. 10. n. 9.

Poſſidentis conditio.

1739 Dubium eſt 2. Vtrum quando ſtatutum excludit abſolutè loquendo Hebræos, Mahometanos, & ſimiles, abſque alia expreſſione, cenſeatur excludere eos qui habent particulam ſanguinis Hebræi, vel Mahometani, vulgo raçam? Mihi videtur negandum ex generalibus principijs. 1. Quia hujuſmodi ſtatutum utpote correctivum juris communis eſt odioſum. l. præcipimus Cod. de appellat. Item quia privativum & pœnale eſt, ac proinde in ſignificatione proprijſſima, & rigoroſiſſima eſt accipiendum, juxta regulam Odia, & regulam In pœnis de regul. juris in 6. De quo latè Fidericus de Senis conſ. 72. nu. 2. Alex. conſ. 77. num. 9. lib. 1. Parif. conſ. 29. n. 14. Quod verò hujuſmodi ſtatuta ſint pœnalia & odioſa, tradunt in ſpecie Abbas in d. cap. eam te, de reſcrip. num. 7. Felinus num. 12. Ripa nu. 29. & Barboſa de parocho cap. 1. num. 73. & de poteſt. Epiſcop. p. 1. tit. 2. gloſ. 17. num. 27. in fine cum multis S. Rotæ deciſionibus, quas utrobique refert. Cum verò ſub his vocibus (Hebræus, Mahometanus) non comprehendatur propriè habens particulam illius ſanguinis, vulgo raçam, talis non excludetur per dictum ſtatutum. 2. Nam quando legiſlator excludit habentem particulam illius ſanguinis, id exprimit, ut videre eſt in ſtatuto Purificationis p. 2. cap. 2. quando igitur non exprimit, non excludit, juxta axioma, ſi voluiſſet, expreſſiſſet l. item Labeo §. ait Prætor ver. hoc edictum ff. de injurijs, & cap. inter corporalia, de tranſlat. Epiſc. Quòd multis locupletat Tiraq. in l. ſi unquam, v. libertis a num. 5. C. de revocan. donat. Præſertim, quia ſecundùm jus commune expreſſa nocent, non expreſſa minimè l. nonnunquam in fine ff. de condit. & demonſt. & conſequenter ac communiter fit interpretatio contra illum, qui potuit ſuam mentem apertiùs declarare, & in dubio eam reliquit l. 2. ff. de pactis. Vnde rectè dixit D. Emmanuel do Valle lib. de conſalmis ſect. 1. cap. [illegible] num. 13. dubiam legem ſibi parare inſidias, quia contra neminem allegari poteſt. Et quidem in dubio id tantum præſumitur dictum, quod reperitur ſcriptum l. quod Labeo, in fine ff. de ſupellect. legata. Nec ſufficit voluiſſe dicere, ſed oportet dixiſſe, arg. tex. in l. quidam cum filium ff. de hæred. inſtit. & in l. ſi repetendi C. de condict. ob cauſam.

Iudæi, vel Mahometani raçæ.

Odia & pœna reſtringēda.

Expreſſio ad excludendum.

Ex quibus infertur, quando excluditur mulatus, nulla facta expreſſione, vel data tali one expreſſioni æquipollente, non excludi omninò nigrum. Quia niger appellari nequit mulatus; & hic videtur peior nigro ob illam commixtionem ſanguinis, ob quam forte excluditur.

Niger an excludatur excluſo mulato.

1740 Dubium eſt 3. Vtrum quando excluditur infectus ſanguine Hebræo, vel Mahometano, ſufficiat habere famam de tali infectione, ſi talis fama probetur? Videtur negandum ex traditis per Barb. de poteſt. Epiſc. p. 1. tit. 2. gloſ. ult. n. ult. Nam exceptio impuritatis ſanguinis, cum ſapiat objectū, debet plenè & concludenter probari cap. ſuper his, de accuſat. cap. accedens, de elect. cap. 1. & cap. ut circa eod. tit. in 6. & in ſpecie fuit deciſum in Legion. coram Blanchetto, & in una Tolatana portionis 6. Novembris 1595. Ideo per famam (infert Barb. cit. n. 50.) concludenter probari non poteſt, niſi ſit perpetua & illæſa apud omnes, & appareat oriri potuiſſe ex aliqua probabili cauſa, quæque contrarijs probationibus non debilitetur, ut tenuit Rota in dicta Toletana portionis, apud Manticam deciſ. 274. num. 9. & in una Oveten. Canonicatus 10. Septemb. 1608. coram R. P. D. Macquemontio. Facit quod idem Barb. tradiderat n. 47. nempe facta probatione impuritatis ex parte Capituli, poſſe proviſum contraria probatione probare ſuam puritatem, Rota apud Seraph. deciſ. 50. & ſi contingat fieri duplicem probationem æqualem, nempe puritatis & impuritatis, ſemper prævalere illam, quæ eſt pro puritate; quia in concurſu ſemper prævalet fama bona. Cap. cum in tua, ubi Abb. n. 10. de ſponſal. Rota in Toletana Canonicatus coram R. P. D. Marquemontio, & in alia Toletana portionis 22. Iunij 1609. coram Illuſtriſ. Sacrato, & in altera Toletana portionis 2. Maij 1592. coram Illuſtriſ. Mantica, quæ eſt inter ejus deciſiones impreſſas deciſ. 274. c. 12.

Fama ſanguinis Hebræi.

Generis puritatis probatio.

1741 Tertia difficultas eſt circa ordines minores, qui poſtulãtur Stat. p. 2. cap. 2. ad collegiaturam Purificationis, an carentes illis Sede vacante, debeant admitti in collegium? De hoc puncto tacta fuit olim

Ordines requiſiti ad collegiaturam.

Ianua-

Ianuario 1603. diſquiſitio, & conſultatio in collegio Spiritus ſancti cum Patribus Doctoribus & Conſultoribus. Omnes in hoc unanimiter conſenſere, ſi judicetur valde difficile obtinere dictos ordines per reſcriptum Nuncij, vel Collectoris; videri caſum exceptum à ſtatuto per epichæiam, vel ſaltem teneri Rectorem diſpenſare cum oppoſitoribus, qui carent dictis ordinibus, caſu quo non dentur alij oppoſitores habilitati: nam ſi dentur, nec epichææ, nec diſpenſationi locus erit. Maior fuit contentio an difficultas obtinendi ordines per nuncium eſſet ſufficiens? Abiere Patres dicti in contrarias ſententias; ſed plures in affirmativam. Quia non videbatur juſtum quòd ſcholaſticus ob ordines minores, qui tāti momenti non ſunt, compellatur ad faciendas illas expenſas, præſertim, quia ob leves cauſas, in hoc diſpenſatum fuerat. Verùm negativa ſententia etiam probabilis eſt, & habet fundamentum in lege, quæ abſolutè præcipit non eſſe admittendos qui ordinibus minoribus caruerint. Quare fortunæ ſuæ imputet, qui ſine illis repellatur, ſicut imputaret, qui ob illorum defectum, non obtineret beneficiū Eccleſiaſticum forte oblatum.

Collega prudens foro eccleſiaſtico.

1742 Eſt adhuc difficultas, an admiſſus in collegium ſine prædictis ordinibus, gaudeat privilegio fori eccleſiaſtici, quandiu initiatus non eſt? Hanc difficultatem nec deciſam, nec motam inveni in aliquo authore. Pro parte negativa facit, quia ſi aliquid ſuaderet partem affirmativam eſſet, quia talis collega quanvis laicus verſaretur in collegio eccleſiaſtico, cujus pars foret: ſed hæc ratio nihil valet, quia etiam ſcholaſticus merè laicus, qui verſatur in Academia eccleſiaſtica, qualis eſt Eborenſis, non gaudet privilegio fori eccleſiaſtici; ergo neque talis collega. Nihilominùs mihi & viris doctis, quos conſului, viſum eſt prædictum collegam gaudere privilegio fori eccleſiaſtici. Probatur, quia hujuſmodi collega, ubi primùm cooptatur in collegium, vivit cum alijs ſub eodem tecto, gerens habitum eundem cum illis, obſervans eandem vitæ rationem, factus omnium commenſalis; ergo ad talem effectum reputatur perſona eccleſiaſtica. Nec obſtat defectus ordinum: quia etiam religioſi laici carentes ordinibus gaudēt dicto privilegio. Item oblati, ſeu Tertiarij religionum, ſi in monaſterio vivant, & abſque fraude ſe & ſua ei obtulerunt. Item ſorores Tertiariæ S. Franciſci etiam in domibus viventes, ſi vitam cælibem ex voto ducant. Item Donati, qui habitum religionum induti, inſerviunt monialibus, ut videre eſt apud Dianam p. 1. tract. 2. reſ. 85. p. 4. tract. 1 reſol. 31. p. 6. tr. 8. reſol. 30. & 31. Ergo idem dicendum de collegis, etiam ſi careant ordinibus. Et ex dictis manet ſatisfactum rationi dubitādi pro parte negativa.

Religionis impedimentum.

1743 Quarta difficultas eſt circa impedimentum religionis quod opponitur oppoſitoribus collegij Purificationis Statut. p. 2. cap. 3. his verbis. ¶ Nem menos poderá eſtar, & ſer recebida no collegio peſſoa algũa, que depois do tempo do noviciado de ſua religiaõ foi admitido aos votos della, quer perſeveraſſe, quer não. An hujuſmodi impedimentum ſit nullum, quando quis fuit admiſſus nulliter ad profeſſionem, & nulliter vovit? Caſus olim ſic evenit: Sacerdos quidam fuit monachus S. Hieronymi aliquot annis, & a religione egreſſus eſt per Breve Xiſti V. propter nullitatem profeſſionis. Quæſitum fuit a viris litteratis, an prædictus habuerit impedimentum ad collegiaturam Purificationis, & negativè reſponſum eſt. De hoc etiā rogatus Doctor eximius Suarius, in quadam Epiſtola, cui ſubſcripſit Olyſſip. 18. Iunij 1609. dictam ſententiam confirmavit verbis Caſtellanis, quæ ſic Latinitate donamus. Mihi videtur hanc perſonam non habere impedimentū ad collegium. Quia verè & realiter non emiſit profeſſionem, nec religionis vota: addi poteſt, non egiſſe verè novitiatum: cum omnia annullet Xiſti Bulla: atque adeo fuere illa omnia umbra, & ſpecies exterior, non veritas. Ex quo concluditur prædictum non comprehendi illo Purificationis ſtatuto, quod loquens de novitiatu & votis, intelligi debet de votis validis & veris, 1. quia hoc ſignificant verba accepta in ſua legitima & abſoluta ſignificatione. 2. Quia hoc ſtatutum eſt odioſum, ſeu oneroſum, proindeque debet reſtringi ad rigorem proprietatis verborum. 3. Quia actus nullus non inducit ſuos effectus: & ita in præſenti profeſſio nulla non potuit inducere inhabilitatem, ad jus collegij, cum illa in lege non exprimatur.

Paupertas ad collegium.

1744 Quinta difficultas eſt, quid intelligatur nomine pauperis, quādo paupertas poſtulatur ad collegium? Quid nomine oriundi, & regnicolæ, quando hæc etiam poſtulantur? In collegio Purificationis, quod Sereniſſimus Henricus pro collegis pauperibus inſtituit, Statut. p. 2. cap. 4. præcipitur ne admittatur habēs ex redditibus annuis plus quàm centum aureos. Et hujuſmodi paupertas conſonat cum ea quæ per Doctores explicatur. Pauperum enim appellatione veniunt nō ſolum mendicantes, ſed etiam habentes congruam ſuſtentationem, qui tamen attento ſtatu perſonæ, & dignitate videntur indigere. Bart. in l. 1. num. 35. C. de ſacroſ. eccleſ. Maſcar. de probat. concluſ. 1154. num. 14. Surdus de alimen. tit. 1. q. 93. num. 50. Tiraq. de pia cauſa in præf. pag. 10. Mexia in tract. taſſæ panis concl. 1. num. 46. Barb. in l. matrim. num. 6. ff. ſolut. matr. & Alex. conſ. 91. num. 4. lib. 7. ubi ſubdit

Paupertas inopia qui.

quòd pauper differt ab inope, nam pauper dicitur,

citur, qui parum habet, inops verò qui nihil habet. Verùm quòd in hoc plurimum judicis arbitrio deferendum ſit, tradunt Perez l.1. ver. ex qualitate tit.1. lib.3. Ordin. Molina de primog.lib.2.cap.16.num.46. Menoch.de arbitr. caſu 65.& de præſ. lib.6. præſ.25. Quid ſit Q. rionus,& quid ſit regnicola, quando poſtulentur ad collegium, vel quodvis munus, diximus num.702.& 703.

Famulus excluſus a collegiatura. 1745 Sexta difficultas eſt, quid intelligatur, quando per ſtatutum excluditur a collegiatura famulus, item filius habentis officium vile? Quando abſolutè a collegiatura excluduntur famuli, hoc non intelligitur de famulis illuſtrium perſonarum, qui vulgo appellantur pagées. Ratio eſt, quia famulatus inſignium, & illuſtrium virorum (inquit Gama p.1. deciſ.312. fine) non inducit ignobilitatem in famulis. Hi enim tanquam nobiles excuſantur a pœna vili per legem regiam lib.5.tit.40.ibi (nem pagées de fidalgos). Ita etiam ſentit Emmanuel Barb. in remiſ. ad Ord.lib.4.tit.92.num.13. Famuli (inquit) illuſtrium virorum, vulgo pagées, ſi deſcendant ex parentibus non plebeis, non cenſentur pedeſtres, vulgo piaés. Quod etiam approbat Molina tract.2. de juſt.d.166. §.de jure hujus Luſitan. Quarè prædicti etiam a collegiatura poſtulantes nobilitatem non excludentur. Maior *Officium vile.* eſt difficultas circa intelligentiam illius particulæ, officium vile. Conſtat enim non omne officium mechanicum eſſe vile. Nam inter plebeios & mechanicos ſunt viri honeſti, ac proinde non viles, ut ſumitur ex Bartolo tract. *Nobilitas quid.* de nobil. circa l. ſi ut propoſitis C. de dignit. lib.12. ſic definiente nobilitatem: „Eſt qualitas illata per principatum tenentem, qua „ quis ultra honeſtos plebeios acceptus oſ„ tenditur. Vbi ſupponitur dari honeſtos plebeios, id eſt non viles. Exiſtimo igitur officium vile eſſe id quod reputatur infimum, ſordidum & abjectum, quale v.g. officium tortoſis, & lanionis.

1746 Septima difficultas eſt, quid agendum, ſi quis factis ordinarijs diligentijs, & non repertus habere impedimentum, bona fide in collegium Purificationis admiſſus eſt, quando poſtea inveniatur illud habere, v.g. infectionem ſanguinis Hebræi? In libro conſultationum, & reſolutionũ hujus Eborenſis Academiæ, eſt caput, in quo *Impedimentum ſi poſtea in collegio reperiatur.* quæſitus olim P. Leo Hemiques a Rectore, quid eſſet agendum de quodam clerico, qui factis diligentijs, bona fide, ad capellaniam, vulgo partido admiſſus fuit, & poſtea repertus eſſe de genere Hebræo? reſpondit, Sereniſſimi Regis Henrici mantem eſſe quòd talis non privaretur capellania, ſed ea toto tempore frueretur. Poſtea rogatus P. Generalis Claudius Aquaviva, quid agendum, ſi idem eveniret collegæ Purificationis, reſpondit in omnibus cum collega ſervandum eſſe, quod ſtatuerat Rex Henricus de Capellanis, ſeu præbendatis, & loquens de eodem ſupra dicto ſcholaſtico decrevit quòd licèt inventus habere particulam ſanguinis damnati, non expelleretur, ſed expleret totum ſuum tempus. Cum hæc omnia proponerentur Doctori Franciſco Suario Granatenſi, reſponſum manuſcriptum dedit Olyſſip. 18. Iunij 1609. his verbis. Suppoſita (inquit) relatione, non video rationem dubitandi in hoc quæſito. Nam conſtat, ad receptionem talis perſonæ in collegium factam fuiſſe omnem diligentiam, quæ debebat, & poterat fieri prudenter, atque adeo fuiſſe legitimè receptum ſecundùm allegata & probata: deinde ſtatutum non obligat ad innovandum aliquid poſt legitimam receptionem: cum de hoc nihil expreſſé dicat. Ad hæc P. Generalis habens poteſtatem interpretandi authenticè ſtatuta, ſic declaravit. Ergo nonupereſt principium excludendi talem perſonam, quæ habet acquiſitum jus. Imò ſi notantur verba ſtatuti, hæc interpretatio illis conformis eſt. Siquidem ſtatuta ſolum loquuntur de oppoſitoribus ad collegium, & non de factis jam collegis. Deinde non annullant receptionem habentis impedimentum, qui legitimè admiſſus eſt. Et hoc concinit vulgari regulæ, Odia ſunt reſtringenda, ſiquidem conſtat ſtatutum eſſe ſtricti juris, & odioſum. Itaque concluditur talem collegam non poſſe dimitti, antequam tempus ſuæ collegiaturæ abſolvat. Hæc Doctor eximius, cui libenter, & reverenter acquieſcimus, addentes poſitam reſolutionem de quocunque alterius collegij afferri ex Ledeſma, & Medina per Villalobos 2. p. tract.8. diff.10.n.4.

1747 Octava difficultas eſt, Vtrum Rector Academiæ aliquando debeat, & teneatur diſpenſare cum habente impedimentum ad collegium Purificationis? *Diſpenſandi obligatio.* Pro parte negativa facit, quòd Rector tenetur proſpicere ſuo collegio Spiritus ſancti, & pro ejuſdem commodis invigilare: ſed huic obligationi non ſatisfaciet, ſi diſpenſet; ſiquidem fraudabit collegium ſuum commodo vacantiarum; ergo nunquam tenebitur diſpenſare. Pro parte omnino oppoſita videntur ſtare Sylveſter v. diſpenſatio q.1. Sà num.2. & Ioann. Sanch.in ſelect. diſp.43. num. 8. affirmantes prælatum ſemper teneri diſpenſare, quando adeſt legitima cauſa diſpenſationis. Probant, quia aliter ſuo muneri deeſſe videbitur. Exiſtimo de noſtro Rectore diſpenſaturo cum collegis Purificationis idem ſentiendum ac de reliquis prælatis. Rectè autem ſentiunt de illis Suar.lib.6.de leg.cap.18. num. 22. Salas d.20. ſect 7.num.70. & Sanch.lib.3. Matr.d.10. n.4. eos aliquando non teneri, aliquando teneri

ad

ad diſpenſandum. Prima pars ſumitur ex jure. Nam diſpenſatio cap. i. de ſtatu monachorum in 6. appellatur indulgentia. Cap. didici 1. q. 7. ſine dicitur gratia, & cap. poſtulaſti, de clerico excommun. miniſtr. vocatur miſericordia: hujuſmodi autem voces non important debitum. Accedit ratio, quia cauſa diſpenſandi quanvis ſit ſufficiens, non ſemper eſt ita gravis, ut obliget prælatum. Secunda pars ſuadetur, nam diſpenſatio poteſt deberi 1. ex præcepto humano poſitivo, ut ſi quis per jus, vel per hominẽ præcipiatur diſpenſare. 2. ex natura rei, quando fuerit neceſſaria diſpenſatio ad bonum cõmune fovendum, vel malum vitandum, ut ſi ea conceſſa pax obtineatur, ea negata rumpatur. 3. ex juſtitia ratione officij, ut ſi requiratur ad vitandum grave periculum animæ, vel reparãdum honorem ablatum. 4. ex charitate, & miſericordia: nam hæ virtutes interdum afferunt obligationem gravem, ſi proximus gravi neceſſitate laboret.

Ad rationem pro parte negativa, dicimus per accidens eſſe quòd noſtrum collegium patiatur incommodum ex illa diſpenſatione, quando Rector intendit per ſe majori obligationi diſpenſando ſatisfacere. Sic res ſe habet in judice, qui non ſemper tenetur damnare ad integram pœnam pecuniariam applicandam fiſco, ex præciſa ratione, ne fiſcus incommodũ patiatur. Cum hoc incommodum illi contingat per accidens. Fundamento partis affirmativæ omninò oppoſitæ ſatisfactum eſt probata priori parte noſtræ reſolutionis.

Vltima difficultas eſt, Vtrum poſſit Rector diſpenſare cum habente impedimentum ad collegiaturam, v. g. defectum ætatis, cum præjudicio tertij? Non eſt quæſtio de præjudicio eveniente per accidens, quale diximus n. 1747. evenire collegio Spiritus ſancti habentis vacantias, ex diſpenſatione, quod præjudicium potius conſiſtit in non acquirendo lucrum, quàm in ſpoliatione juris. Quæſtio eſt de præjudicio per ſe, quod conſiſtit in ſpoliatione juris jam quæſiti. Reſpondeo igitur negativè ex cap. quanvis de reſcriptis in 6. ubi reſtitutio alicui conceſſa intelligitur ſine præjudicio tertij in jure quæſito, cui concinit jus civile leg. quod ſi minor §. non ſemper ff. de minor. Ratio eſt, quia magiſtratus, vel prælatus non ſupremus poteſtatem non habet ſpoliandi aliquem innocentem ſuo jure quæſito: ſed illa diſpenſatio fieret cum ſpoliatione juris quæſiti; ergo ſine poteſtate, & nulliter.

Confirmatur & explicatur optimo exẽplo, quia licèt Epiſcopus, etiam poſt latam ſẽtentiam poſſit diſpenſare cum beneficiato amittente beneficium ex crimine, ut facta pœnitentia illud recuperet, cap. commiſſi §. nec non de hæret. in 6. & cap. at ſi clerici §. de adul ter. de judic. de quo Rodrig. qq. reg. tom. 1. q. 24. & Sanch. lib. 7. Matr. d. 42. n. 2. & 18. tamen non poteſt diſpenſare cum præjudicio tertij, cui jus quæſitum eſt, ut ſi pendente accuſatione impetravit beneficium in eventu privationis. Quia Epiſcopus illum tali jure ſpoliare nequit per diſpenſationem. Ita Decius in cap. At ſi clerici num. 155. Abbas num. 18. Sabagun. ibi num. 14. Calder. conſ. 12. de reſcrip. Baſilius Ponze lib. 8. de diſpenſ. cap. 7. nu. 13. & Caſtro Palaus tract. 3. diſ. 6. pun. 6. n. 11.

Sequitur 1. ex reſolutione poſita, ſi multi dentur oppoſitores ad eandem collegiaturam, poſſe Rectorem diſpenſare cum aliquo in defectu ætatis ante inceptam oppoſitionem, ſecus, poſt illam inceptam per examẽ, vel abſolutam. Ratio eſt, quia ante oppoſitionem nullus habet ad collegiaturam jus, cui præjudicetur: ſecus poſt illam inceptam, vel abſolutam. Et hoc uidetur probari, & a paritate rationis procedere in oppoſitoribus per concurſum ad idem beneficium coram Epiſcopo circa defectus per eundem diſpenſabiles, ut nempe ante oppoſitionem poſſit: ſecùs poſt illam.

Sequitur 2. ſi duo ſint oppoſitores ad duas collegiaturas, & alter carens debita ætate, ſed diſpenſabili, per examen mereatur primam, poſſe Rectorem cum illo diſpenſare ante, vel poſt abſolutam oppoſitionem. Quia ſecundus oppoſitor nunquam habuit jus ad primam collegiaturam. Ex quo infertur, ſi dictus in ætate diſpenſatus prior ingrediatur collegium, obtenturum præcedentiam antiquitatis reſpectu alterius: cum ſit quid acceſſorium, & veluti annexum priori collegiaturæ dicta præcedentia. Explicatur duplici exemplo. 1. in philoſophis abſolventibus quartum curriculum, quando per ſortes obtinent loca ad magiſterium: nam qui primam ſortem òbtinuit, etiam diſpenſatus in ætate, ſi tempore ſtatuto fiat Magiſter, præcedit reliquos, etiam non diſpẽſatos. 2. in duobus oppoſitoribus ad duos canonicatus: nam qui prior obtinuit, & poſſedit ſuum, etiam diſpenſatus in ætate, præcedit antiquitate alterum non diſpenſatum.

Hæc procedunt præciſo ſtatuto, conſuetudine, vel diſpenſatione conditionali, vel pacto aliud decernente, quibus omninò ſtãndum eſt.

QUÆSTIO IV.

Qualiter ſe habeat oppoſitio ad collegiaturam?

1748 AVſpicamur quæſtionẽ a prima, & præcipua difficultate circa tempus, intra quod ſcholaſticã

Terminus oppoſitoris qui.

laſtici tenentur dare nomen, & ſe declarare oppoſitores: quod tempus currit a die fixationis, qua publicatur collegiatura, vel Capellania vacans, uſque ad certum diem, v. g. trigeſimum. In qua difficultate 1. dubium eſt, utrum dies fixationis computetur cum alijs; ita ut ex illo, & reliquis coaleſcant triginta dies, ut detur terminus peremptorius? Reſpondeo negative. Nam ſtatutum Purificationis par. 2. cap. 7. ita habet. ¶ Dentro em trinta dias, que ſe contarão do dia da denunciação da tal collegiatura. Eſt autem receptiſſima, & veriſſima Iuriſtarum ſententia, quòd quando diſpoſitio, quæ tempus ſtatuit, proponitque hujuſmodi dictiones a, ab, ex, diei de quo terminus ſtatuitur, v. g. a die contractus, ab appellationis die, ex die notificationis, talis dies non computatur. Ratio eſt, quia hujuſmodi dictiones, a, ab, ex, ſunt natura (ut aiunt) ſua excluſivæ, & ſeparativæ, ut latè probat Barb. tract. de dictioni dict. 1. & 118. ergo quando præponuntur diei, a quo incipit tempus, talis dies excluditur, & non computatur. Et ita tenent Alex. in l. Gallus init. ff. de liber. & poſthum. Bald. in l. ult. col. 2. C. de appellat. Francus in cap. frequens, de reſtitut. ſpolior. Afflict. ad conſtitut. lib. 1. rub. 90. num. 8. Caſſanæus de conſuet. Burgund. rub. 1. § 8. nu n. 8. Dueñas reg. 196. Steph. Grat. diſcep. foren. cap. 161. princ. Flamin. de reſignat. lib. 2. q. 8. num. 8. & Azeved. ad Curiam Piſanam lib. 4. cap. 6. n. 50.

Dies termini.

Termino elapſo an admittendus oppoſitor.

1749 Secundum dubium eſt, an ſi quis poſt elapſum omnem terminum fixationis venit, & vult dare nomen, re integra, ſcilicet ante examen, poſſit, ac debeat admitti cum alijs deſcriptis? Videtur negandum cum Molina de primogen. lib. 2. cap. 9. num. 17. Navarro in Manuali cap. 17. num. 74. & Ioanne Gutierrez conſil. 44. num. 9. & Canon. quæſt. lib. 2. cap. 11. num. 55. & lib. 3. pract. 42. a num. 45. qui loquuntur de oppoſitoribus ad beneficium, quando hoc per concurſum providendum eſt. Fundatur in eo, quia ſi talis admittatur, fiet injuria deſcriptis, qui ex edicto oppoſitionis cum certo termino jus habent, ne alij admittantur. Nihilominus affirmandum eſt cum Garcia de benefic. part. 9. cap. 2. num. 206. & Gonzales gloſ. 9. §. 11. a num. 115. opponentem ſe poſt terminum edicti re integra, idest ante peractum examen poſſe, & debere admitti. Ita cenſuit ſacra Congregatio; ubi ſubſcripſit, & ſub ſigillo munivit Hieronym. Cardinal. „ Matthæus. An occurrente vacatione be„ neficij in concurſu providendi, ad quod in„ tra terminum in edicto præfixũ, plures ſint „ oppoſiti, ſi dicto termino elapſo, alter ſu„ perveniat, re integra, debeat admitti? Con„ gregatio concilij cenſuit re integra eſſe ad-„ mittendum. Hæc declaratio (inquit Garcia) fuit adducta in una Calagurritana dimidij beneficij, ſeu portionis 21. Aprilis 1602. coram D. Ortẽbergo, & juxta eã fuit per Rotam reſolutũ, Nẽpe quòd proviſor potuit admittere ad concurſum venientem elapſo termino ab eo præfixo, licèt contradicat adverſarius, qui cõparuit in termino. Ratio inter alias præcipua eſt, quia hujuſmodi terminus non præfigitur ad auferendum jus, quod habent omnes qui ante incepta examina volunt ſe opponere: ſiquidem in utilitatem boni publici, & Eccleſiæ, quæ principaliter attendenda eſt, cedit dari plurimos petitores, ut ex illis optimus eligatur: præfigitur ergo ut ſciatur, elapſo tali termino eſſe non amplius expectandum. Ex quo patet ſolutio ad fundamentum partis negativæ, cùm appareat nullum dari jus in oppoſitoribus ad hoc ut dictus ſuperveniens nõ admittatur.

Novitius impeditus ad collegiaturam.

1750 Secunda difficultas eſt, Vtrum collega, qui ante finitam collegiaturam, quam vocant (de curſante) factus novitius cujuſdam religionis, & ab ea egreſſus iterum ſe recepit in collegium Purificationis, maneat impeditus ad collegiaturam, quã vocãt de paſſante? Supponimus 1. omnia impedimẽta quæ dantur ad collegiaturam Purificationis, eſſe in ordine ad utrunq; genus collegarũ, ſcilicet curſantium, & paſſantiũ. Supponimus 2. in quadam viſitatione, quam R. P. Generalis approbavit, & habet vim ſtatuti, recenſeri impedimenta eſſentialia, in quibus ſolus Generalis diſpenſare poteſt, & alia minus eſſentialia diſpenſabilia per ſolum Provincialem, quæ omnia cũ in ordinem dirigantur, ſic habetur: ¶ Os eſſenciaes ſaõ os ſeguintes: 1. ter entrado em religiaõ, ainda que foſſe por breve tempo, & ſem fazer nella profiſſaõ. In fine declaratur R. P. Generalem ſcripſiſſe, ut hoc impedimentum ad unguem obſervaretur. Ex quibus ſuppoſitis videbitur alicui ſatis probari partem difficultatis affirmativam. Nam ſupponitur ad utrunque collegiaturæ genus eſſe impedimentum cujuſcunque religionis noviciatum, etiam ad breve tempus; ergo qui fuit novitius, etiam prædicto modo, impeditus manet ad dictam collegiaturam.

Collegiatura reſtituto.

1751 Nihilominus judico probabilius talem collegam oppoſitore nõ eſſe impeditũ hujuſmodi impedimẽto. Hanc ſenteñtiæ ſubſcripſit D. Emman. do Valle de Moura Eboræ 11. Decẽb. 1642. Probatur, nam in ſtatutis, ſeu potius in viſitatione habente vim ſtatuti, habetur quòd collega factus noviti᷒ quocunque tempore novitiatus poſſit regredi, & frui ſua collegiatura, & idẽ valet, ac ſi diceret, quòd collega ille poſſit frui ſua collegiatura, omnibus jurib᷒, & utilitatib᷒, ſeu eodẽ modo

quo illa fruebatur ante ingreſſum religionis; ſiquidem nullum jus ex dictis aufert, aut limitat, nec nos debemus auferre, aut limitare: atqui unum ex juribus illius collegiaturæ curſantis eſt quod poſſit ſe opponere, & debeat admitti ad oppoſitionem collegiaturæ de paſſante; ergo ad illam expeditus eſt, & nullo modo impeditus per noviriatum.

Reſtitutio quid ſit.

1752 Confirmatur 1. quia in illo ſtatuto ſaltem virtualiter continetur, regreſſo collegiali faciendam eſſe integrã reſtitutionẽ ſuæ collegiaturæ: reſtitutio autẽ eſt in priſtinũ ſtatũ repoſitio. l. 1. §. reſtituas ff. ne quid in loco publico. l. reſtituere ff. de verb. ſignif. cum verò ille in ſtatu priſtino non haberet impedimentum ad collegiaturam, ſic dicẽdum eſt non habere poſt novitiatum. Confirmatur 2. nam regreſſio illa ad collegium eſt beneficium & liberalitas ſupremi prælati ordinata ad bonum commune, proindeque duplicanda potiùs, quam reſtringenda. Nam beneficium Principis latè interpretandum eſt, ut ex l. 3. ff. de conſtitut. Princip. leg. quod volo ff. de legib. l. ſi quando C. de inoffic. teſtam. l. 2. Cod. de noxal. action. cap. olim, de verb. ſignif. rectè tradunt Menoch. de præſump. lib. 3. præſ. 103. num. 31. Valaſc. conſil. 58. num. 11. Roman. conſ. 89. Viſis ijs num. 4. Tiraq. de nobil. cap. 37. num. 59. & latè Oldrad. conſil. 300. Ex quibus ad rationem pro parte affirmativa, patet non quencunque noviriatũ eſſe impedimentum, ſed illum tantum, qui habetur, a non collega, ſeu illo, qui quandiu novitius eſt, collegiaturam non habet.

Beneficiũ Principis ampliandum.

Oppoſitionis tẽpore habilitas adeſſe debet.

1753 Tertia difficultas eſt, Vtrũ ut quis poſſit admitti in collegiũ, vel capellaniam, ejus idoneitas, ſeu habilitas adeſſe debuerit non ſolum tẽpore collationis, ſed etiam oppoſitionis? De hac difficultate cõſultus olim P. Doctor Ioannes Correa, qui tunc temporis (ut credo) erat Provincialis, ſatis perplexus, ac dubius reſpondit 6. Martij 1608. ſed viſus eſt propendere in partem affirmativam. Mihi videtur in hoc puncto, ſi non obſtet ſpeciale ſtatutum, aut praxis legitimè præſcripta, obſervandum eſſe, quod in beneficijs conferendis ſecundùm jus commune obſervatur. Nam deficiente jure ſpeciali, recurrẽdum eſt ad jus cõmune in re eadem, vel omninò ſimili, qualis eſt proviſio beneficiorum, & collegiaturarũ, vel præbẽdarum in Academijs.

1754 Igitur quid de beneficijs ſentiant authores, dicam paucis. Ætatem, qua quis cenſetur habilis ad beneficium juxta Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap. 6. adeſſe debere non ſolũ tẽpore collationis, ſed etiam electionis, præſentationis, & impetrationis, tradunt Vaſq. de benef. c. 3. §. 2. dub. 3. n. 23. Navar. conſ. 2. n. 1. de ætat. & qualit. Barb. de poteſt. Ep. 3. p. alleg. 60. n. 78. & Garc. de benef. p. 7. cap. 4. n. 85. Ratio eſt, quia electus, & præſentatus, cum habeat jus ad beneficium, dicitur modo illud obtinere, & Tridentinũ vtẽs verbis generalibus prohibet conſequutionẽ beneficij ante ætatẽ ab ipſo decretã. Addunt Garcia eod. n. 85. Gutierr. conſ. 44. n. 7. Perez de Lara de anniverſ. lib. 2. cap. 9. num. 55. & Zevallos q. 693. a num. 7. prædictam ætatem adeſſe debere non ſolum tempore impetrationis, ſed etiam oppoſitionis. Quia aliter nequit quis eſſe legitimus oppoſitor, cui beneficium conferatur. His omnibus ſubſcribit Caſtro Palaus tract. 13. diſp. 4. punct. 3. num. 20. addens cum Azorio 2. p. lib. 6. cap. 5. q. 12. Flaminio lib. 4. de relig. q. 9. n. 20. & Vgolino de officio Epiſc. cap. 50. §. 8. n. 3. collationem electionem, impetrationẽ beneficij factam carenti legitima ætate, irritam eſſe, utpote de perſona inhabili, & contra formã a Concilio præſcriptã. Idẽ omninò exiſtimo dicendum eſſe de inhabili per quodcunq; impedimẽtum tum ad beneficium, tum ad collegiaturam, & præbẽdã Academicã.

Ætas ad beneficiũ quo tempore adeſſe debeat.

1755 Quarta difficultas eſt, utrũ ſuffragia examinatorũ, qui examinãt oppoſitores ad collegiaturam Purificationis, ſint deciſiva, an ſolũ conſultiva? In hac difficultate triplex poteſt excogitari ſententia, Prima aſſerẽtiũ hujuſmodi ſuffragia eſſe deciſiva, ſeu definitiva, ita ut Rector electurus teneatur ſtare maiori parte illorum. Fundamentum ſumitur ex Statut. par. 2. cap. 9. ubi examinatores appellantur judices. ¶ Pella maneira que dito he ſe faça exame de ſua ſufficiencia, ao qual aſſiſtirão como juizes, &c. Et poſt pauca, Os quais juizes. Iudices autem habere ſuffragium deciſivum, ſeu definitivum, conſtat ex cap. forus, de verb. ſignific. Sylveſtro v. Iudex, & S. Thoma 2. 2. quæſt. 6. ubi ait judicium ſignificare rectam determinationem. Secunda ſententia eſt affirmantium prædicta ſuffragia eſſe conſultiva. Poteſt probari ex natura hujuſmodi ſuffragiorum: nam talis eſt ut non compellat electorem, ſed, illis auditis, integrum ſit prælato eligere, quem maluerit, ſicut ſe habent ſuffragia conſultorum Academiæ Eborenſis in ordine ad electionem officialiũ. Cõſtat autem ex Stat. p. 2. cap. 10. ita ſe habere ſuffragia examinatorum; ſic enim habent: ¶ Os examinadores dem ſeus pareceres tendo ſomente conta cõ a virtude, bõs coſtumes, ſaber, & ſufficiencia dos oppoſitores. E o Reitor da Vniverſidade, ouvidos ſeus pareceres, eleja aquelles, que ſegundo ſua conſciencia julgar q̃ ſe devem admittir.

Suffragia examinatorũ an ſint deciſiva.

1756 Tertia ſententia eſt intendentiũ conciliare utranque præcedẽtem, quatenus exiſtimant dicta ſuffragia eſſe deciſiva quoad idoneitatẽ, ſeu ſufficiẽtiã, ita ut nequeat Rector eligere judicatũ nõ idoneũ: eſſe

Examinatorum ad beneficia ſuffragia

verò

Digitized by Google

verò conſultiva quoad gradum idoneitatis, ſeu ſufficientiæ, ita ut ex judicatis idoneis poſſit Rector eligere quem maluerit. Probant utranque partem fundamentis utriuſque ſupra poſitæ ſententiæ, & addunt optimum exẽplum deſumptum ex Tridentino de reform. ſeſſ. 24. cap. 18. ubi præcipitur, ut eligantur examinatores ad beneficia; & ex verbis Concilij optimè probat Lugo tom. 2. juſtit. diſp. 35. num. 65. illos habere ſuffragium deciſivum quoad dignitatẽ, & ſufficientiam, ita ut Epiſcopus nequeat cõferre beneficium judicato inſufficienti, & habere cõſultivum quoad gradum dignitatis, ſeu ſufficientiæ.

1757 Hæc tertia ſententia eſt valde probabilis propter exẽplũ juris cõmunis, cui jus ſpeciale cõformat, hoc juxta illud interpretãdũ. Mihi tamẽ ſimpliciter arridet prima, ſecũdùm quàm exiſtimo ſuffragia illorũ examinatorũ eſſe abſolutè deciſiva nõ ſolũ quoad ſufficientiã, ſed etiã quoad gradum illius: quatenus ſtatutũ illis cõmittit, ut judicẽt non ſolum de ſcientia, ſed etiam de virtute, & moribus. Moveor non ſolum fundamento primæ ſententiæ, quòd ſcilicet examinatores ſunt judices, acproinde decidere debeant, ſed ulteriùs 1. quia in edicto fixationis, ſeu denũciationis, ubi proponitur terminus oppoſitoribus, dicitur providendũ eſſe, qui inventus fuerit magis dignus, proindeque fit proviſio per concurſum, ſicut in beneficijs, in quibus ſecũdum rigorem juſtitiæ ſolum poteſt eligi magis dignus; ergo non poteſt cõmitti arbitrio Rectoris, ut eligat quem maluerit, etiã ex dignis. 2. quia examinatores jurejurando adiguntur ſuffragium ferre pro magis digno, & ſuffragia per Rectorem & Secretarium calculantur coram conſultoribus: quæ omnia forent inutilia, ſi Rector poſſet pro ſuo arbitrio conferre collegiaturam.

Judices decidunt.

1758 Tertium probatur ex ultimis verbis ſtatuti concludentibus citatum caput. (Eſtando os examinadores duvidoſos em dar ſeus votos, o dito Reitor da Univerſidade eleja quem melhor lhe parecer.) In quo caſu perplexitatis examinatorum ſtatutũ dat Rectori arbitrium eligendi; ergo ſi non derut perplexitas, Rector tale arbitrium nõ haberet: eſſet enim inutile illud dare, ſi jam habuiſſet, etiam eligendi contra manifeſta ſuffragia examinatorum.

Solum reſtat ſatisfacere fundamento ſecundæ ſententiæ, & interpretari ibi citatum ſtatutum committens Rectori, ut auditis ſuffragijs, eligat quem indicaverit admittendum. Exiſtimo per illud ſtatutum non poſſe Rectorem directè contraire ſuffragijs examinatorum, & excludere quem illi ponunt in primo loco: ſed tantum indirectè, v. g. ſi in illo inveniat defectum alicujus qualitatis requiſitæ per ſtatutum, v. g. defectum ætatis, vel puritatis ſanguinis: de quibus qualitatibus non judicant examinatores, ſed ſolus Rector. Probatur hujuſmodi interpretatio ex diverſitate verborum ejuſdem ſtatuti: nam primo loco, quem interpretamur, committit conſcientiæ Rectoris, ut eligat: (Eleja aquelles, que ſegundo ſua conſciencia julgar, que ſe devem admittir.) Secundo loco, quando datur perplexitas, committit electionem Rectoris arbitrio: (Eleja quem melhor lhe parecer) nulla facta mentione conſcientiæ. Igitur quamvis in ſecundo caſu nullo modo obſtringatur ſuffragijs, utpote perplexis, tamen in primo caſu per ſe illis obſtringitur, & ſolum poteſt ab illis recedere, quando obſtat defectus qualitatis, idque poſtulet ſtatuti obſervatio. Nam quando Princeps alicujus conſcientiæ committit cauſam, v. g. dicens, (Conſcientiam tuam oneramus) commiſſarius debet judicare ſecundùm leges, ſequendo non conſcientiam, ſeu notitiam ſuam privatam abſolutè, ſed ſequendo juſtitiam communi, & publica lege munitam; acproinde ſecundùm allegata & probata, ut habetur l. illicitas §. veritas ff. de offic. præſid. & Ordin. Luſit. lib. 5. tit. 63. init. tit. 66. princ. & tradunt Decian. tract. crimin. lib. 2. cap. 14. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 8. n. 40. Maſcard. de prob. concl. 948. Farin. in praxi crim. par. 1. q. 21. num. 163. Sayrus in clavi lib. 12. cap. 8. a num. 6. & Leſſ. de juſt. lib. 2. c. 29. n. 10. & 84.

Conſcientiæ alicujus commiſſa aliquid per prælatum quid.

Et quidem paucis abhinc annis contra Rectorem, qui volebat admittere in collegiũ Purificationis oppoſitorẽ ab examinatoribus reprobatum, per judices a P. Generali deſignatos ſententia lata eſt.

1759 Superſedeo multis difficultatib⁹, quæ hoc loco agitari poterant, & ab authoribus deciduntur. An qui in oppoſitione eligunt ad collegium, teneantur ſemper eligere digniorem? Vide Valq. de benef. cap. 2. §. 3. dub. 1. & Lugonem de juſtit. tom. 2. diſ. 35. num. 63. De alijs quæſtionibus ad collegia, & collegas ſpectantibus: de divite electo, ſi pauper eſſe debeat: de renunciationibus ſimulatis, quæ ob hoc fieri ſolent: quomodo collega teneatur alimenta malè percepta reſtituere: an reſtitutio ijs caſibus obliget ante ſententiam: & quid in alijs ſtatutis pænalibus, quibus privantur collegæ præbẽda, cõſule Villalobos p. 2. trac. 8. diff. 10. Emman. Roder. in Summa cap. 99. Navarrum in Summa cap. 19. n. 100. & in Manuali cap. 23. num. 65. Lopez in Inſtruct. conf. 1. p. cap. 9. Sanch. de Matrim. lib. 8. diſp. 19. num. 26. Sotum de juſt. lib. 1. q. 6. num. 6. Salon 2. 2. quæſt. 62. a. 3. verſ. Lex pænalis, Molinam de juſtit. tractat. 2.

Collegarum electio.

diſp. 99. verſ. De collega. Menochium de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 10. & de arbitr. caſu 26. num. 33. Gutierr. de juramento 1. parte cap. 36. n. 10. & Alfonſum de Eſcobar cap. 35. ad finem. De peccato in differendo proviſionem collegiaturarum, Vide Villalobos citat. num. 6.

DISPVTATIO III

De collegialium obligationibus, & correctione.

1760 EXplicata collegiorum fundatione, & collegialium in collegium oppoſitione, collegijs ſic rite ædificatis, & collegialibus legitimè admiſſis, ſupereſt ut diſputemus de ipſorum collegialium multiplici obligatione, quæ ſumi poteſt in ordine ad collegium, & ipſius Rectorem, vel in ordine ad ipſos collegiales, & quidem circa omnem ſtatutorum obſervantiam; tandem de correctione cadente ſuper ſtatutorum tranſgreſſores.

QVÆSTIO I.

Qualiter teneantur collegiales erga collegium, & ipſius Superiorem?

Reſtitutio facienda collegio. PRior hujus quæſtionis pars verſatur præcipuè in exponenda obligatione reſtitutionis, erga collegium, quam contrahit collega indebitè contra ſtatuta admiſſus, Vtrum, & quomodò teneatur collegio reſtituere alimenta, quæ ab illo accepit? Si loquamur de habente impedimentum, v. g. ætatis, impuritatis ſanguinis, vel nuptiarum, qui bona fide in collegium admiſſus eſt, & poſtea certò cognovit tale impedimentum, quanvis Ledeſma 2. p. tract. 8. cap. 8. poſt. concl. 19. & Sotus lib. 1. de juſtit. quæſt. 6. art. 6. probabiliter exiſtiment talem teneri ad dimittendam collegiaturam, & conſequenter ad reſtitutionem alimentorum, quæ a collegio accepit, quantum ex illis factus eſt ditior: tamen oppoſitum tanquam probabilius cum ipſo Ledeſma citato rectè defendit Villalobos par. 2. tract. 8. diff. 10. n. 4. & eſt reſolutio conformis illi quam tradidimus n. 1746. Si loquamur de eo qui habens impedimẽtum mala fide admiſſus eſt, rectè cum Ledeſma citato affirmant Villalob. cit. n. 3. eum, & omnes qui ſcientes impedimentum pro eo tulerunt ſuffragia, peccaſſe lethaliter, & manſiſſe obnoxios reſtitutioni.

1761 Hanc doctrinam roborat, explicat, & ampliat Alphonſus de Eſcobar cap. 35. a num. 8. in hunc modum: Si quæratur (inquit) an collegialis habens pro impedimento defectum paupertatis, alimenta collegio reſtituere debeat? Diſtinguendum eſt; an licitè, & juxta conſtitutiones fuerit electus, & poſt electionem ipſi hæreditas, vel quid aliud obveniat, quo caſu non privatur regulariter præbenda, ſed certa quantitas alimentorum nomine deſignatur per conſtitutiones: tunc enim ſufficiet eam quantitatem ſolvere; licèt quæ recepit a collegio longè plus valoris habeant. Sin autem electio fuit nulla, quia contra conſtitutiones fuit ipſo electionis tempore, tunc non eam certam quantitatem, ſed juſtum alimentorum omnium valorem arbitrio prudentis viri reſtituere collegio debet, etiam ſi cauſa nullitatis ceſſaverit, veluti ſi non legitimæ ætatis electus fuerit. Quia electio ſemel irrita non convaleſcit. Rurſus (concludit) in primo caſu, quando electio initio valet, poterit collegialis, ſi ipſi collegium minora alimenta præſtat, id de taxata quantitate detrahere, & compenſare, etiam caſu, quo alimentorum pars, quam accepit, excedat taxam prædictam. In ſecundo verò caſu, quando electio fuit nulla, non hic modus ſervabitur, ſed quidquid accepit, reſtituere tenetur juxta juſtum pretium: ſi tamen collegium aliunde ipſi collegiali debeat, hoc caſu abſque ulla diſtinctione compenſatio admittetur. Hæc Eſcobar loquens de collegio Salmanticenſi. *Paupertas requiſita ad collegium.*

1762 Quid verò de collegiali Pontificationis, qui ingreſſus eſt habens defectum paupertatis, decernunt Statuta p. 2. c. 4. *Coll. a paupert.*

¶ E recebendoſe algum, que ao dito tẽpo tenha de renda mais da dita conthia, ſeja obrigado no foro exterior, & interior reſtituir ao dito collegio do Eſpiritu ſancto tudo o

que

o que lhe deu, ou com elle gaſton. Quid verò ſi verè pauperi legitimè admiſſo obvenerint quacunque via divitiæ? ioſra ſtatuunt toto capite citato. Dubium eſt primum circa prædicta, an cenſeatur ingreſſus collegium mala fide, in ordine ad obligationem reſtituendi, qui ſciens certò ſe habere impedimentum occultum, illud tacuit? Reſpondeo affirmativè. Probatur, nam qui ſe cognoverat inhabilem, tenebatur declinare oppoſitionem ad collegiaturam, ſi id ſine propria infamia efficere poterat.

Collegium ingreſſus mala fide.

Reſtitutio ante ſententiã condemnatoriam.

1763 Dubium eſt ſecundum, an prædicti, quos diximus teneri ad reſtitutionem, ad eam teneantur ante ullam judicis ſententiam? Videtur negandum. Quia illa obligatio reſtituendi provenit ex crimine, ſcilicet ex mala fide habentis impedimentum, qui collegium ingreſſus eſt, ſed non teneri delinquentem ad hujuſmodi reſtitutionem, ſeu privationem ſuorum bonorum, ante ſententiã judicis, communis & vera opinio eſt, quam defendunt Vaſq. de legib. diſp. 178. cap. 4. num. 4. Caſtro de juſta hæret. punit. cap. 9. Sanch. lib. 3. de Matrim. diſp. 81. à num. 4. & lib. 7. diſp. 89. num. 11. Salas de legib. diſp. 19. ſect. 4. num. 49. Sà v. Lex num. 11. & Leſſius lib. 2. de juſtit. cap. 29. dub. 8. num. 54. qui affirmant, non teneri reum ad executionem, quamvis in lege ponantur particulæ (Ipſo facto, Ipſo jure) imò quamvis addatur pœnam incurri abſque alia declaratione: nam intelligi debet de declaratione pœnæ: proindeque ſemper requirit declarationem criminis; ergo ſimiliter de collegiali qui cõmiſit crimen ingreſſus collegium indebitè cum impedimento.

Pœna requirit ſententiã judicis.

Poſſeſſor malæ fidei quomodo tenetur.

1764 Nihilominus affirmandum, eſt collegialem illum teneri ad reſtitutionem ante ullam judicis ſententiam. Probatur ex cõmuni principio: nam omnis qui mala fide accepit rem alienã, tenetur eam reſtituere ante ullã judicis ſententiam, ut apud omnes in confeſſo eſt de poſſeſſore malæ fidei: ſed collegialis ille, dũ aleretur a collegio, accipiebat mala fide rem alienã, ſcilicet alimẽta illa: nunquã enim fuit collegialis verus, qui faceret fructus ſuos, eos legitimè vincendo, ſed fictus; ergo ante ullam ſententiam tenetur reſtituere. Confirmatur, & explicatur exemplo parochi non reſidentis, qui juxta Trident. ſeſſ. 23. cap. 1. de reformat. pro rata temporis abſentiæ non facit fructus ſuos, ex quo ſectè infert Vaſq. de benefic. cap. 4. §. 2. art. 5. dub. 4. teneri eos reſtituere, etiam ſi nulla detur ſententia declaratoria criminis: ſed collegialis ille, etiam non fecit fructus illos ſuos, ſeu alimenta ſua; ergo tenetur illa reſtituere abſque ulla ſententia declaratoria. Ex quibus patet diſcrimen ad fundamentum partis oppoſitæ. Nam ille criminoſus, de quo procedit communis illa opinio, per legem in pœnam criminis privatur ſuis bonis, quæ antea legitimè poſſidebat, & ideo intervenire debet ſententia ſaltem criminis declaratoria: in noſtro caſu, ſicut in caſu parochi non reſidentis, neuter privatur bonis ſuis, ſed ſolum non facit bona ſua.

Parochus non reſidens.

1765 Dubium eſt tertium, an qui admiſſus fuit in collegium, in quo viget ſtatutum, ut qui inciderit in tale delictum, privetur collegij privilegijs, & obligetur reſtituere quidquid a collegio accepit, ſi incidat in illud delictum teneatur in conſcientia a collegio deſiſtere, & accepta reſtituere ante ullam ſententiam? Negant Molina tract. 2. de juſtit. diſp. 96. fine, Azor lib. 5. cap. 8. quæſt. ultim. Navarr. cap. 23. num. 63. Vaſquez p. 2. tom. 2. diſp. 173. cap. 1. & judicat probabile Bonacina de legib. quæſt. 1. punct. 7. §. 2. 2. num. 26. Probant, nam illa eſt in rigore pœnia, quæ privat bonis & privilegijs acquiſitis: ſed ille collega jam acquiſivit collegium per legitimam admiſſionem in illud, quæ admiſſio videtur fuiſſe abſoluta, & non conditionalis. Omnis autem pœna rigoroſa, ad ſui executionem miniſterium exigens, non debetur in conſcientia ante ſententiam; ergo ante hanc non tenetur dictus collega exire collegio, & reſtituere.

In noſtro collegiaturæ privatio in pœnam criminis.

Affirmant Sayrus in clavi regia lib. 3. cap. 9. Sotus lib. 1. de juſt. q. 6. a. 6. ad 4. & Reginal ſus lib. 13. n. 276. Probãt, quia admiſſio in collegiũ fuit conditionalis, atque adeo ſub conditione non patrandi criminis illius omnia bona & privilegia illi collata fuerunt, ipſeque ſub tali cõditione acceptavit, atq; adeo nunquã abſolutè fecit ſua, bona a collegio accepta; ergo nõ impleta conditione per patratione criminis, jam retinet alienum, teneturq; illud reſtituere ante ullam ſententiam.

1766 Mihi in hoc dubio placet cautela & moderatio, quam adhibet Palaus diſput. 2. de legib. punct. 2. num. 4. conciliãs utramque propoſitam opinionem, dum aſſerit ex uſu, & conſuetudine interpretandum eſſe hujuſmodi ſtatutum. Vnde ſi mos obtineat ut quis conditionaliter admittatur, idque verbis expreſſis ſoleat intimari admittendis, incidens in delictum tenebitur ſtatim deſiſtere collegio, & accepta reſtituere. At ſi abſolutè fuit admiſſus, neque ratis, neque expreſſis verbis illi declaratum eſt ſub tali conditione admitti, non tenetur renunciare collegio, nec accepta reſtituere, donec ſententia ſaltem declaratoria feratur. Prima pars conſtat, quia liberum fuit fundatori collegij talem conditionem ponere, & ſua bona non dare, niſi quibus & quando voluerit: ſicut liberum eſt marito relinquere legatum uxori ſub cõditione,

Collegiatura data conditionaliter.

 ſi

ſi caſtè vixerit. Secunda pars ſuadetur, quia ſi admiſſio in collegium non fuit condiſionalis, privatio collegij & bonorum cenſetur in rigore pœnæ privans bonis abſolutè acquiſitis; ergo adj ſui executionem poſtulat ſententiam declaratoriam criminis.

1767 Poſterior quæſtionis pars de obligatione collegialium in ordine ad ſuum ſuperiorem, ſive hic appelletur Rector, ſive Vicerector, ſive quocunque alio nomine, circa obſervantiam, reverentiam, & obedientiam, quæ illi debetur, ſatis manet expedita, ex ijs quæ lib. 5. diſp. 11. q. 4. tradidimus de reverentia & obedientia Rectori Academico debita ab ſtudioſis. Cum enim collegiales ſint ſtudioſi in Academia, ſive profeſſores, ſive auditores, ex ibi diſputatis ſatis intelligere poterunt, qualiter immediatè ſuo, & mediatè Academico Rectori obſtringantur. Eſt tamen in præſenti decidendum grave dubium circa ſtatutum collegij Purificationis, in quo præcipitur obedientia, & ſubjectio habenda Rectori collegij Spiritus Sancti in hunc modum p. 11. cap. 2. ¶ Todos cõnhação como cabeça ao Reitor da Companhia, ſem terem recurſo, nē aução pera em couſa algũa recorrerem a outra juſtiça, official, ou peſſoa de qualquer qualidade, & eſtado que ſeja: & pello meſmo caſo que algum o contrario fizer, ſeja deſpedido do collegio.

Statutū contra jus naturale vel poſitivum commune.

1768 Quæritur an hujuſmodi ſtatutum ſit juſtum, & licitum, proindeque obſervandum? Negativa pars videtur manifeſtè probari ex eo, quia nulla lex humana poteſt juſtè ac licitè ferri contra legem naturalem, imò nec lex humana inferioris contra legem humanam ſuperioris: ſed ſtatutum quod negat appellationem a ſententia judicis inferioris ad ſuperiorem, quale eſt ſtatutum relatum, ita ſe habet: ſiquidem prohibet ſub gravi pœna recurſum, ſeu appellationem a ſententia Rectoris Academici habentis varios ſuperiores, ad quancunque aliam perſonam cujuſcunque gradus, ſtatus, & conditionis. Deſtituere autem reum omni recurſu & appellatione eſt contra jus naturale, & jus poſitivum commune; ergo tale ſtatutum eſt injuſtum, ac illicitum.

Appellatio denegata per ſtatutum.

1769 Nihilominus affirmativa pars, ſcilicet prædictum ſtatutum eſſe juſtum & licitum, tenenda eſt. Probatur hoc unico fundamento: nam juſtum & licitum eſt illud ſtatutum, quod nullum jus, ſeu legem ſuperioris offendit, & non cedit in præjudicium, ſeu injuriam alicujus: ſed ſtatutum relatum nec offendit legem ſuperioris, nec cedit in præjudicium alicujus; ergo eſt licitum. Maior ſumitur ex l. fin. C. de tempor. appel. & Doctoribus, Sayro in clavi lib. 12. cap. 17. num. 37. Emman. Rorer. tom. 1. quæſt. regul. q. 9. 29. Baldo ad l. public. Cod. & Bart. ad l. Omnes populi num. 27. ff. de juſt. & jure. qui loquentes de ſimilibus ſtatutis denegantibus appellationem, ſolum reprobant ſtatuta particularia, quæ præjudicant ſuperioribus, vel cedunt in manifeſtū gravamen alicujus. Minor quoad priorem partem ſuadetur, quia dictum ſtatutum non offendit legem ſuperioris, ſiquidem per illud nõ tollitur recurſus, ſeu appellatio ad ſuperiores Rectoris, quales ſunt Provincialis, Viſitator, Generalis, & Summus Pontifex: ſolum enim tollitur recurſus ad magiſtratus ſeculares, & eccleſiaſticos, qui omnes ſunt judices incompetentes collegialium virtute ſtatuti, quod Rex Henricus condidit authoritate Summi Pontificis, ut conſtat ex Bullis Apoſtolicis.

Appellatio denegata ex contractu.

1779 Minor quoad poſteriorem partem, nempe quòd non cedat in præjudicium, ſeu injuriam alicujus, ſcilicet collegialis, oſtenditur, quia collegiales per tale ſtatutum non manent deſtituti remedio adeundi hos & alios ſuperiores, qui poſſint audire ſuas querelas, illiſque juſtè editis deferre: ſiquidem (ut diximus) adhuc poſſunt a ſententia Rectoris provocare ad Provincialem, Viſitatorem, Generalem, & Pontificem. Accedit, quòd licèt daremus in illis remanere jus alitèr & ad alios provocandi, hoc jure manent deſtituti per ceſſionem illius ex contractu legitimo, juxta Statutum p. 5. cap. 2. ubi ſic loquens de Viſitatoribus, atque adeo etiam de ipſo Rectore viſitante. ¶ Ordeno mais, que ſe nāo poſſa appellar da determinação, & mādados dos Viſitadores, nem aver della relaxação, & ſe algum appellar, ou reclamar, ou preſumir uſar aproveitarſe de algum outro meyo contra a tal ſentença, & ſua execução, ſeja deſpedido do collegio ſem algũa dilação: & pera evitar demandas & diſcordias, que coſtumão nacer de ſemelhantes appellações, quero & mando que os collegiaes, & peſſoas que ouverem de eſtar no collegio, nam ſe admittão nelle, ſenão com eſta expreſſa ley & condição de ſe ſojeitarem neſta forma & modo de viſitação & caſtigo, & que eſta condição tenha força & vigor de contrato em ambos os foros, & que ſem aprovação & conſentimento deſte eſtatuto nenhum poſſa receber algũa couſa licitamente do collegio. Hanc conditionem, & contractum fecit tanti Rex ſereniſſimus, ut ne poſſit unquam allegari ignorantia, præcipiat hoc ſtatutum a collegialibus legi de verbo ad verbum certis anni temporibus.

Renunciatio juris appellādi.

1771 Quare cum collegiales jurent obſervantiam ſtatutorum, per pactum & juramentum renunciant juri, quod forte habebant in multis caſibus recurrendi ad alias perſonas. Et quidem certum eſt, quòd per pactum poſſit quis renunciare juri appellandi,

& alijs

& alijs juribus, ut habetur ex l. fin. C. de tempor. appellat. Sic religioſi Dominicani habent ſtatutum, quo ſe obſtringunt non appellare extra ad ſuos ſuperiores; & fuit confirmatum per duos, vel tres Pontifices. Subdit Chronographus rationem, quia monachi non ingrediuntur religionem ad litigandum, ſed ad obediendum.

(Fandem confirmatur reſolutio, & occurritur rationi dubitandi pro parte contraria, adducta interpretatione, quam interrogatus Doctor eximius Suarius Statuto initio relato adhibuit Olyſſipp. & ſubſcripſit 18. Iunij 1609. Senſus (inquit, ſed Caſtellanis verbis) planius hujus ſtatuti eſt, quod clauſula illa (outra juſtiça, official, ou peſſoa) non excludit prælatos ſuperiores Rectori Societatis, quales ſunt Provincialis, Generalis, Papa: nam juxta Dialecticam, excluſiva non excludit concomitantia. Deinde jus ſuppeditat nobis exemplum in decretis, quæ prohibent confiteri alteri quàm proprio ſacerdoti: quia licèt proprius ſacerdos ſit parochus, non excludunt illa prohibitione Epiſcopum, Papam, imò nec commiſſarios delegatos, qui ab illis habent juriſdictionem, ergo rectè intelligitur proportionaliter dictum ſtatutum, præſertim juxta praxim, quæ fertur obſervari. Ad hæc, vulgatis, & communis doctrina eſt verba legis ita eſſe interpretanda, ut nullum inducant abſurdum ſenſum, & ſi commodè fieri poſſit: & hoc loco non ſolum poteſt fieri commodè, ſed etiam ſecundum jus, & communem ſenſum prædictarum locutionū. Hæc Suarius.

QVÆSTIO II.

Qualiter collegiales obligentur inter ſe, & ad ſtatuta?

1772 Diſputata, & expedita quæſtione, de obligationibus, quibus collegæ tenentur tum erga collegium, tum erga ipſius collegij Rectorem, ſequitur ut decidatur breviter quæſtio de obligationibus, quibus inter ſe, & ad ſtatuta obſervanda tenentur. Quod attinet ad priorem partem, omiſſis obligationibus, quæ inter convictores, ſeu homines civiliter ac ſocialiter viventes ex humano convictu, & commercio generaliter pullulant, ſive eas juſtitia, ſive obſervantia, urbanitas, gratitudo, aliæve ſimiles virtutes pariant, nobis ſermo peculiaris eſt de hominibus in Academia collegialiter degentibus. Nam hujuſmodi homines jure quidem

Convictores ſeu viventes ſociabiliter.

magis ſtricto obligantur tum ex affabilitate, & urbanitate ad mutua obſequia præſtanda, tum ex juſtitia ad fidem promiſſam ſervandam, tum etiam ex ſtatutis ad habendam reverentiam, & deferendum locum antiquioribus, vel gradu aliquo Academico inſignitis. Et quidem ſtatuta Purificationis parte 3. cap. 2. decernūt loca collegis deferenda, & præcedentias juxta antiquitatem & gradus, inter ipſos obſervandas. Item eadem p. 3. cap. 18. Valdè commendant, & præcipiunt urbanitatem obſervantiam, & juſtitiam in non violando famam & honorem his verbis. ¶ Como o bom enſino & corteſia ſeja hũa das partes da virtude, & o principio della, mando que todos os collegiaes tenhaõ muita conta com o decoro & corteſia, que devem ter & guardar huns aos outros, & que nenhum ainda que ſeja o Vice-reitor fale com outro por vós, ſenão por ſenhor, & voſſa merce; & que os modernos tenhaõ muito reſpeito & reverencia aos mais antigos: & ordeno & defendo que nenhum collegial detraha no collegio, ou fora delle da fama, honra, & credito dos do collegio.

1773 Quibus verbis manifeſtè continentur, & valde commendantur comitas, affabilitas, obſervantia, & juſtitia in non violando famam & honorem collegialium inter ſe, atque adeo manifeſtè cernitur præter obligationes & debita harum virtutum, quæ jure naturali in homines generaliter cadunt, ad illas ſpecialiter collegiales ex ſtatuto obſtringi. Remiſſis obligationibus ex ſtatuto ad poſteriorē quæſtionis partem, ut intelligatur quæ pullulant naturaliter ex dictis virtutibus, ſatis erit earum naturam paucis declarare. (Comitas) quæ apud Latinos alio nomine dicitur (affabilitas) apud Tullium 2. offic. quanvis non in ſolo alloquio verſetur, ſed etiam in alijs actionibus, & officijs, quibus nos attemperamus proximo, ut ipſi grata ſit noſtra conſuetudo, tamen in ſermone & affatu ſe præcipuè exhibet, ſicut adulatio, & litigium. Vnde ſic definitur à Leſſio lib. 2. cap. 47. dub. 7. n. 47. Eſt virtus, quæ procurat ut converſatio noſtra cum proximis in rebus ſerijs ſit grata, & talis, qualem eſſe decet, ſpectata conditione noſtra, & perſonarum quibus cum agimus negotiorum, & reliquis circumſtantijs, ità ut neque nimis blandè, neque nimis aſperè in congreſſibus nos geramus. Hinc peccatur contra hanc virtutem dupliciter, nempe delectandi exceſſu, & defectu, ac proinde duobus extremis, blanditia, & moroſitate.

Comitas & affabilitas.

1774 Quomodo quis teneatur ex virtute affabilitatis, videre eſt apud Dianam p. 2. tract. 5. reſol. 62. p. 1. tract. 13. reſol. 89. & p. 4. tract. 4. reſ. 182. Apud Lotteam 2. 2. q. 23. art. 6. ſect. 3. diſp. 25. mem. 3. num. 18. ex affabilitate oritur obligatio reſalutandi om-

Affabilitas ubi à ſummo.

nes, qui nos ſalutant. Addit idem author ſalutationem anticipatam non deberi, niſi perſonis magnæ dignitatis cauſa honoris: converſationem, & allocutionem deberi ſolum conjunctioribus. Cum verò obligatio per ſe orta ex affabilitate, ſeu comitate non ſit gravis, ait omiſſionem ſalutationis & reſalutationis, etiam quando debentur, non eſſe peccatū lethale, niſi forte grave ſcandalum gigneret, vel ex circunſtantijs cederet in gravem injuriā alicujus.

Salutatio quibus debita.

Salutatio obligatio.

1775 Ex virtute affabilitatis tenetur quis etiam inimicum ſalutare. At Mendoça vol. 2. d. 135. ſect. 4. §. 64. ab hujuſmodi obligatione liberat 1. prælatum, aut parentem, qui in pœnam juſtam inimicum nō ſalutaret. 2. inimicum, qui ſine infamia nequiret adverſarium ſalutare. 3. eum cui infamis, & atrox aliqua injuria irrogata eſt, ut ſi fuit appellatus fur, Iudæus, Sodomita. Nam debet præſumi omittere ſalutationem, non ex odio, ſed ex dolore juſto, qui juſtè tollit officia, atque indicia urbanitatis, & alioqui reputaretur vir ille animi degeneris, utpote qui tam acerbam injuriam parui penderet. 4. eos qui habēt oculos, & mentem diſtractam, vel ita ſe ſimulant habere, ut prudenter credantur ſalutationem ex inadvertentia omiſiſſe. 5. eum, qui videns inimicum inter tres amicos, iſtos inſalutatos capite recto alloquitur. Nam hujuſmodi allocutio, quantunvis uni directa, judicatur ſalutatio omnium ſociorum. Hæc Mendoça. Addit Lorca citatus num. 30. non eſſe certum peccare mortaliter eum, qui obvius inimico inter multos, omnes ſalutat præter ipſum. Quia ſalutationis etiam debitæ omiſſio non continet lethalem malitiam: deinde prædictus talem ſalutationem poteſt omittere non ex odio, ſed ad ſignificationem propriæ injuriæ, & gravaminis. Hoc tamen improbat Filliucius tom. 2. tract. 28. cap. 1. num. 19. præſertim ſi inimicus prior ſal[illegible]vit. Valerus in difficul. utriuſque fori v. remiſſio diff. 2. num. 4. excuſat ab obligatione allocutionis, & ſalutationis, propter aliqualem inimicitiam, religioſos, qui quotidie celebrant, & ſunt exemplares: quia in his ceſſat ſcandalum. Hoc tamen quibuſdam diſplicet. Conſule Zenardum. p. 2. pr. c. 17. Ex dictis infertur cum Laymano lib. 1. tract. 3. cap. 4. num. 3. poſſe abſolvi patrem, qui non vult ad colloquium admittere filium, qui contra ipſius patris voluntatem, ſe conjunxit indigno matrimonio, etiam ſi id familiæ imperet: modò id faciat ad tempus, & in punitionem abſque odio, & iracundia.

Obſervantia quid.

1776 Obſervantia ex M. Tullio apud S. Auguſtinum lib. 83. qq. q. 31. ſic definitur: „Eſt virtus per quam homines „aliqua dignitate excellētes, cultu quodam, „& honore dignamur. Hanc definitionem explicatiùs tradit Leſſius lib. 2. cap. 46. dub. 2. num. 12. in hunc modum: Eſt virtus cultum deferens ſuperioribus, & alijs perſonis excellentibus, quæ nos gubernant, vel gubernare ſunt idoneæ. Quibus verbis explicatur actus virtutis, objectum (quod) objectum (cui) & ratio objectiva. Actus virtutis eſt deferre honorem & obſequium, ſeu deferre cultum, quando ratio poſtulat. Idem cultus eſt objectum (quod) cum ſit opus externum virtutis, quod virtus intendit. Objectum (cui) eſt ſuperior & quævis perſona excellēs. Ratio objectiva in objecto (cui) eſt excellentia, ut eſt principium gubernationis actu vel poteſtate.

Iuſtitia quid ſit.

1777 Obligatio proveniens a virtute obſervantiæ non eſt æquè rigoroſa atque illa quæ provenit ex virtute juſtitiæ. Hæc enim eſt virtus tribuens unicuique jus ſuum; proindeque ex ipſius violatione infertur proximo rigoroſa injuria. Cum igitur per ſtatutum citatum velit ſereniſſimus Henricus collegas ſuos obligatos inter ſe ex comitate, obſervantia, & juſtitia, eam præcipuè juſtitiæ partem exprimit, quæ famam & honorem cuſtodit illæſum, proindeque contumeliam & detractionem averſatur. (Contumelia eſt injuria, qua alicujus honor offenditur.) Honor autem nihil eſt aliud quàm teſtificatio quædam excellentiæ alterius, quæ excellentia præcipuè conſiſtit in ſanctitate & ſapientia. Hujuſmodi teſtificatio exhibetur verbis, ut quando aliquem honorificè compellamus, aut ſignis, ſcilicet genuflexione, capitis inclinatione, erectione ſtaturæ, & alijs. Detractio ſic definitur: (Eſt alienæ famæ occulta & injuſta denigratio, ſeu violatio.) In eo differt a contumelia, quòd hæc lædat honorem in præſentia, illa occultè lædat famam in abſentia. Fama apud Iuriſperitos dicitur illæſæ dignitatis ſtatus, legibus & moribus comprobatus. A Theologis in genere accepta ſic deſcribitur. Eſt multorum exiſtimatio de vita & moribus alicujus. Hic accipitur pro bona, & conſiſtit præcipuè in opinione virtutis & ſapientiæ. Detractio igitur, quæ eſt contra bonam famam, octo modis contingit, quatuor directè, nempe imponendo crimen falſum, ampliando crimē verum, pandendo crimen occultum, & ſiniſtrè interpretando alterius factum: quatuor indirectè, ſcilicet negando excellentias alterius, eas extenuando, eas tacendo eo loco & tempore, ut vertatur ſilentium in vituperationem, item laudando ſimulatè aut frigidè. Detractio (inquit Leſſius lib. 2. cap. 10. num. 7.) ceteris paribus, minus peccatum eſt quàm contumelia. Qui intendit (addit num. 10.) directè famā alterius denigrare, committit peccatum ex genere ſuo mortale, grauius furto, ſed levius homicidio, & adulterio. Qui non intendens (concludit num. 12.) lædere famam, narrat de-

Contumelia quid.

Honor quid ſit.

Detractio quid ſit.

Fama quid ſit.

ſectum

fectum proximi, quo illa graviter læditur, cō mittit detractionem materialem, & peccat lethaliter.

Abſolutio excommunicatorum collegarum ſe per utientium.

1778 Meritò igitur piiſſimus Rex Cardinalis ſuo ſtatuto cavit ne ſui collegiales mutuam famam læderent per detractionem in abſentia, & per contumeliam honorent in præſentia. Et hoc potiſſimùm, quia ex detractione & contumelia erumpere ſolent frequenter contentiones & rixæ aſperrimæ, quas Rex Sereniſſimus ſtatut. p. 3. cap. 15. diſtrictè prohibet, ne ſcilicet patiant unquam percuſſiones, & cædes. Eſt adhuc gravis & peculiaris difficultas, an clerici collegialiter viventes, ſive in ſeminarijs Concilij Tridentini, ſive in collegijs Academiarum, ſi ſe percutiāt, poſſint ab Epiſcopo abſolvi? Reſolutio affirmativa vera eſt, quummodo percuſſio non ſit atrox, ſeu enormis. Tales enim ſive ſint collegæ, ſive convictores, ſi ſe leviter, vel mediocriter percutiant, non coguntur adire Pontificem, ſed a ſuo Epiſcopo abſolvi poſſunt. Ita ex cap. Quoniam, de vita, & honeſt. cleric. deſumunt Suar. de cenſ. d. 22. ſect. 1. num. 70. Fragoſus 2. p. lib. 1. diſp. 2. §. 3. num. 55. & Barb. ad dict. cap. quoniam in collect. num. 1. & ad cap. ſi quis ſuadente num. 80. Ratio hujus deciſionis fuit, quia in communitate viventes facilè indignantur, & ſe percutiunt. Notat verò Alfonſus de Leon apud Dianam p. 9. tract. 2. reſol. 56. ſic abſolutos non teneri poſtea comparere, quia hi non abſolvuntur ratione impedimenti adeundi Pontificem, ſed ex privilegio conceſſo ob aſſignatam rationem.

Percuſſio levis, mediocris, enormis.

1779 Rogabis, quænam ſit læſio levis, mediocris, enormis? Conſtat triplicem hanc percuſſionem debere eſſe ſufficientem ad peccatum lethale: ſiquidem per illam incurritur excommunicatio. Percuſſio levis non dicitur talis ratione culpæ levis, ſed reſpectu ad mediocrem, & enormem: & eſt illa quæ inter lethales infimum locum occupat non enim pervenit ad mediocrem, quæ alio nomine vocatur gravis, neque ad enormem, quæ alio nomine atrox dicitur. Ita Suar. de cenſ. diſp. 22. ſect. 1. num. 88. Molina tom. 4. d. 57. num. 1. & Palaus de cenſur. d. 3. Percuſſio mediocris eſt illa, quæ de ſe, hoc eſt ex facto ipſo, aut ex circumſtantijs, excedit quidem levem, ſed non pervenit ad enormem: ut ſi grave vulnus infligatur, ſi multi capilli evellantur, ſi multum ſanguinis effundatur, non quidem ex diſpoſitione membri percuſſi, qualis eſt naſus, ſed ex gravitate percuſſionis. Percuſſio enormis eſt illa quæ excedit levem, & mediocrem, & teſte Suario citato num. 88. juxta cap. Cum illorum de ſent. excommun. ſignificatur ex duplici capite. Primum caput eſt (ſi ad mutilationem membri, vel effuſionem ſanguinis eſt proceſſum.) Non loquitur de occiſione,

Mutilatio quæ ſit.

utpote notiſſima enormitate. Vera mutilatio datur, quando vel minimum membrum abſcinditur, aut ſaltem inutile redditur. Ad effuſionem ſanguinis, non ſufficit fieri in magna quantitate, ſi v. g. e naribus effluat, ſed requiritur quòd proveniat ex enormitate læſionis: quod prudentis arbitrio relinquitur: imò ſatis eſt graviſſima læſio, ſi impediatur effuſio ſanguinis. Secundum caput eſt dignitas perſonæ percuſſæ: ponitur exemplum in Epiſcopo cōſecrato reſpectu omnium, & in Abbate reſpectu ſubditorum: non tamen in illis ſemper quæcunque læſio eſt enormis, ſed habenda eſt ratio perſonæ offendentis, & circumſtantiarū & ab his perſonis ad alias in dignitate conſtitutas fieri debet argumentum; ita tamen, ut ſemper læſio enormis ſit menſura aliarum.

Enormis percuſſio.

Religioſi ſe percutientes.

1780 Dicta procedunt (inquit Suar. a num. 71.) de religioſis ſe percutientibus, ut a ſuo Abbate abſolvantur. Cap. Canonica, de ſent. excommun. ita tamen ut hoc privilegio nec gaudeant clerici qui vitam ſocialem non agunt, nec religioſi qui ſæculares clericos percutiunt. Quando religioſi ſe percutientes ſunt diverſorum ordinum, prælatus percuſſi poteſt abſolvere percutientem d. cap. cum illorum. Ad abſolutionem parum refert quòd percuſſio fiat in monaſterio, vel extra illud. Quid ſi Abbatem percutiat ſubditus, vel Abbas ſubditum? Reſpondeo Abbatem gaudere illo privilegio, ut a ſuo prælato regulari abſolvi poſſit, non verò ſubditum. Quia non ſemper percuſſio, qua ſubditus, ſed ſemper qua Abbas percutitur, enormis cenſetur. Quando daretur percuſſio inter Abbatem & non ſubditum, prælatus cujuſcunque percuſſi abſolvere poteſt. Hæc procedunt ſecundùm jus commune. Hodie tamen poſſunt regulares fere omnes ex privilegio ſpeciali abſolvere ſuos ſubditos, etiamſi percuſſio ſit enormis, ne detur occaſio vagandi extra monaſteria. Ita Fragoſ. 2. p. lib. 1. diſp. 2. §. 3. verſ. De novitijs, Tamborinus de jure Abbat. tom. 2. diſp. 54. q. 11. num. 2. Buſſius diſceptat. moral. diſcept. 1. dub. 19. num. 197. Bordonus reſol. 28. num. 50. & Pellizar. tract. 8. cap. 6. num. 191. addens ex Bonacina & alijs, ſi prælatus injuſtè nolit abſolvere, poſſe ſubditum abſolvi ab Epiſcopo.

Conſervator abſolvens.

1781 Maior difficultas eſt circa collegas, & convictores collegij Purificationis, ſi percutiantur leviter, vel mediocriter: a quonam debeant abſolvi, ab Archiepiſcopo ne, an a ſuo Conſervatore Eccleſiaſtico Academiæ? De hoc dubio conſului duos Doctores emeritos, qui fuere primarij S. Theologiæ profeſſores in hac Eboreoſi Academia, & cum illis ſentio eſſe abſolvendos a ſuo Conſervatore. Ratio eſt, quia ut conſtat ex Bulla unionis Gregorij XIII. ſtatutis Purifica-

ficationis,& ſententijs latis contra Archiepiſcopum Eborenſem, ut videre eſt apud Fragoſum par.2.lib.4.diſp.12.§.7. collegiales, ſicut & reliqui ſcholares Academiæ, ſunt exempti a juriſdictione Archiepiſcopi in ſpiritualibus &

Exemptio collegialium ab ordinario.

„ temporalibus, juxta illa verba: Ex nunc
„ perpetuò eximimus collegialeſque & ſcho-
„ lares pro tempore degentes in ſpiritualibus
„ & temporalibus regere &c. Deinde ſunt ſubjecti in ſpiritualibus & temporalibus Rec-
„ tori Academiæ, juxta illa alia verba: Liceat
„ Rectoribus & collegiales, & ſcholares in
„ ſpiritualibus, & temporalibus regere & gu-
„ bernare, & circa ea quomodolibet neceſ-
„ ſaria juxta ordinationem per ipſum Regem
„ Henricum deſuper factam, vel faciendam
„ gerere & exercere. Habet igitur Rector Academicus omnem poteſtatem in ſpiritualibus, exceptis cauſis matrimonialibus, & ſpectantibus ad ſacramenta, quæ ad ſolum Epiſcopum pertinent, ut alibi diximus. Ergo habet poteſtatem ad abſolvendum a cenſuris, ſicut & ad diſpenſandum in votis, & relaxandum juramenta, & ſimilia ſpiritualia, quæ ſacramẽta, & ſacramentorum non ſunt. Cum verò Rector Societatis, juxta ipſius ſtatuta prohibeatur adminiſtrare actus juriſdictionis, qui habent aliquid fori externi, & exercentur cum aliquo ſtrepitu judiciali, Rector collegij Spiritus ſancti committit Conſervatori Academiæ eccleſiaſtico abſolutionem a dicta cenſura, ſicut & ſimiles actus.

Diſpenſatio per Rectorem.

1782 Quod attinet ad poſteriorem quæſtionis partem, de obligatione collegialium ad obſervanda collegij ſtatuta, cum ſit moraliter impoſſibile definire, quomodò ſtatuta collegiorum univerſi terrarum orbis obligent in Academijs, illud facilè definiri poteſt, omnem illam obligationem petendam eſſe, tum ex voluntate declarata fundatoris volentis ſic vel ſic obligare, tum ex natura rei, ſeu materia ipſorum ſtatutorum, quæ aliquando intrinſeca eſſe ſolet, ita ut jure naturali abſtringat. Scimus ſtatuta collegij Purificationis juxta mentem fundatoris Henrici Regis non obligare ad peccatum, niſi quãtum res, & materia ipſa naturaliter obligare poteſt. Sic teſtatum reliquit Sereniſſimus Rex Statut. p.5.cap.12. ad finem. ¶ Huns & outros ei por bem, & mando ſe cumpraõ, & guardem inteiramente, com tal declaração, que por razão delles, nem das couſas nelles poſtás & declaradas, não aja obrigação algũa de peccado, mais que o que a couſa de ſi trouxer. Habemus igitur collegas Purificationis eſſe obligatos ſuis ſtatutis, eo modo quo religioſi Societatis Ieſu obligantur ſuis regulis, & ſcholaſtici ſuis Academicis, de quibus latè diſſeruimus lib.2.diſp.2.q.1. reſolventes hujuſmodi regulas & ſtatuta habere vim obligandi conditionaliter inſtar legis, & voti purè pœnalis.

Statutorum collegij obligatio.

1783 Difficultas eſt, Vtrum & quomodò obligentur collegæ Purificationis ad ſuffragia, ſcilicet Miſſas celebrandas, & Pſalmos cum precibus recitandos pro fundatore? Statut. p.3.cap.22. ſic habetur: ¶ Ordeno que cada hum dos Collegiaes que forem ſacerdotes, ſejaõ obrigados a dizer cada ſomana hũa Miſſa na Igreja & capellas do collegio do Eſpiritu ſancto, pella alma & intenção do fundador. Et poſt pauca. E os Collegiaes que não forem de Miſſa, ſeraõ obrigados a rezar cada hum delles cada ſomana hũa vez os ſete Pſalmos com ſuas Ladainhas, preces, & oraçoẽs, pella meſma intenção. Dubitatur 1. utrum hujuſmodi obligatio ſit per ſe gravis, ex vi alicujus contractus, an levis ex præciſa vi ſtatuti non obligantis ſub peccato? Exiſtimabit aliquis eſſe obligationem gravem ex vi contractus. Fundatur 1. nam contractus innominatus datur quando intervenit hoc pactum, (Do ut des, Facio ut facias:) ſed Cardinalis fundando collegium dedit collegis alimenta, ut illi pro ipſius anima facerent ſacra, & recitarent preces; ergo ad ſacra & preces tenentur ex contractu. 2. nam fundator in illis ſacris, & precibus mandandis, habet ſe inſtar teſtatoris: ſed quando teſtator mandat hæredibus Miſſas celebrandas, vel preces recitandas, hæredes tenentur graviter ex quaſi contractu; ergo ſimiliter collegæ. 3. quia Capellani deſtinati ad certas Miſſas celebrandas tenentur ad illas ex rigore juſtitiæ: ſed collegæ (& idem eſt de portioniſtis) ſunt veluti Capellani Cardinalis; ergo eodem modo obligantur. 4. nam eodem modo ſe habent collegæ & portioniſtæ, vulgo (os do partido) ad Miſſas pro fundatore Henrico celebrãdas, quo Sacerdotes Societatis Ieſu ad ſacra faciẽda pro fundatoribus collegiorum: ſed hi ſacerdotes ad illa tenentur ex contractu ſaltem virtualiter inito cum fundatoribus; ergo etiam collegæ ſimili & gravi obligatione obſtringũtur.

Miſſæ celebrandæ pro fundatore.

1784 Nihilominus oppoſitum tenendum eſt, ſcilicet collegas Purificationis non teneri ad illas Miſſas & preces ex contractu, ſed tantum ex ſtatuto, atque adeo leviter, eo modo, quo ſtatutum obligat. Probatur, quia obligatio gravis, qualis eſt obligatio juſtitiæ ex contractu, non admittitur, niſi appareat principium, ſeu contractus expreſſus, vel ſaltem tacitus, ex quo oriatur: atqui hîc non apparet talis contractus, ſed ſolum ſtatutum obligans; ergo obligatio ad tales Miſſas, vel preces non ex contractu, ſed ex ſolo ſtatuto provenit. Quòd non appareat contractus expreſſus, manifeſtum eſt. Quòd nec appareat tacitus, inde ſuadetur, quia ſi Cardinalis fundator vellet obligare collegas ex cõ-

Miſſarum pro fundatore obligatio.

tra-

tractu, id expreſſiſſet, ſicut expreſſit Stat. p.5. cap.12. quando voluit eos obligare ad non appellandum a ſententia viſitatorum, ubi dicit: ¶ E quero que eſta condição tenha vigor & força de contrato em ambos os foros. At in noſtro caſu non expreſſit. Accedit quòd in noſtro caſu, antequam præciperet illas Miſſas, & Pſalmos ſignificavit obligationem gratitudinis Statut. cit. p.3. cap.22. ¶ Como ſeja juſto que aja gratidaõ & correſpondencia da parte dos que recebem boas obras pera com aquelles de quem as recebẽ, ordeno &c. Voluit igitur Cardinalis obligationem eſſe ex gratitudine, non ex juſtitia. Idem exiſtimo dicendum de obligatione ſuffragiorum pro collegis defunctis, de qua obligatione in Stat. p.5. c.12. Quanvis enim ibi dicatur: (Encarregamos as conſciencias dos ditos Collegiaes) hæc verba præciſè non important præceptum grave; ſed ſunt intelligenda juxta ea quæ diximus ſupra n.1758.

1785 Ex dictis patet ad objecta n. 1783. Ad 1. negamus Cardinalem dediſſe alimenta collegis ſub illo pacto, vel onere: ſolum enim fundavit, & dotavit collegium intendens augmentum ſuæ Academiæ, & ſcientiarum, pro maiori Dei gloria, & Eccleſiæ utilitate: ad Miſſas, ſicut ad preces ſolũ obligavit ex ſtatuto. Ad 2. negamus paritatem inter fundatorem, & teſtatorem, nam hic diſponit de ſuis bonis ſub illo onere, non ſic fundator collegij. Ad 3. dicimus collegas vocari capellanos lato modo, & nõ in rigore: nõ enim accipiunt alimẽta tãquã ſtipẽdiũ, ſeu mercedẽ pro Miſſis, ſicut accipiũt rigoroſi Capellani, qui proinde ex juſtitia ad illas obligantur. Ad 4. fatemur paritatẽ inter collegas, & ſacerdotes Societatis ad offerẽdas Miſſas pro fundatoribus; ſed negamus ſacerdotes Societatis teneri ad illas ex contractu. Societas enim non ſolet acceptare fundationes ſub illo onere. Solum enim ex gratitudine præcipit ſuis ſacerdotibus tales Miſſas. Vnde talis obligatio non excedit ordinariam obligationem regulæ, & obedientiæ. Secus eſſet, ſi Societas acciperet aliqua bona habentia onus Miſſarum hæc enim bona ad Societatem cum tali onere tranſirent. Ita Suar. tom.4. relig. tract.10. lib.8. cap.3. n.3.

Miſſæ pro fundatoribus offerendæ.

1786 Dubitatur 2. ad quod tempus extendatur, ſeu quantum duret hujuſmodi obligatio collegarum ad Miſſas? Non eſt cur dubitetur de Miſſarum multiplicitate poſt reductionem numeri collegarum ad dimidietatem, an ſcilicet duplicetur obligatio, ſicut duplicata fuit portio poſt illam reductionem, nempe ut qui antea tenebantur, in unaquaque hebdomada celebrare unam Miſſam, hodie teneantur celebrare duas pro fundatore? Quia conſtat non teneri niſi ad unam, ex epiſtolis Patris Generalis, & Aſſiſtentis, quas ſcripſerunt 12. Septembris, 1599. Et meritò; quia Miſſæ illæ non ſunt debitæ tanquam onus impoſitum rebus à Cardinali datis, ſed ſolum debentur ex ſtatuto, ut offerantur a collegis. Sola eſt dubitatio de extenſione obligationis ad tempus, utrum ſcilicet qui intra tempus ab ſtatuto præfixum non ſatisfecit, teneatur poſt elapſum tale tempus ſatisfacere? In quibuſdam manuſcriptis (ut creditur) Patris Doctoris Ioannis Correa, dicitur Patrem Molinam fuiſſe in ea ſententia, ut exiſtimaverit præbendatum Academicum, qui contra ſtatutum non obtulit pro fundatore Miſſam in una hebdomada, ea elapſa manere deobligatum. Quia Miſſa illa eſt onus hebdomadæ, proindeque cum illa tranſiens.

Miſſarum obligatio poſt reductionem numeri.

1787 Hæc tamen ſententia mihi diſplicet: quia repugnat doctrinæ communi, quam affert Sanches lib.4. Decal. cap.14. a num.24. circa tempus adjectum obligationi tanquam terminum ejus implendæ. Nam ſi terminus ponatur in honorem temporis, v.g. præcipiatur jejunium in privilegio Nativitatis B. Virginis, & præcipiatur Miſſæ auditio in die ipſius Nativitatis, elapſa die obligatio etiam non impleta evaneſcit: & ſic tranſit dies cum ſuo onere: ſi verò terminus ponatur, ne differatur ſolutio, ut quando præcipitur confeſſio intra annum facienda, vel quis vovet ingredi religionem intra annum, eo elapſo, adhuc manet obligatio. Et idem eſt in cõtractibus, quando quis promittit ſolvere intra certum tempus. In noſtro autem caſu, ſicut & in ſacerdotibus Societatis Ieſu juſſis offerre certas Miſſas ſingulis hebdomadis, ſic res habet. Eſt adhuc difficultas an collega impeditus infirmitate celebrare Miſſas illas, vel recitare Pſalmos, poſt illud impedimentum teneatur? Reſpondeo negativè. Quia ſic decl. dicitur Statut. p.3. cap. 22. ¶ Eſtando algum Collegial de tal maneira doente, que não poſſa dizer Miſſa, nem rezar os ſete Pſalmos, não ſeja obrigado a dizer Miſſa, & rezar os taes Pſalmos, em quanto aſſi eſtiver doente. Idem credo in hominibus Societatis, ſi non ex regula expreſſa, ſaltem ex conſuetudine interpretante. Quid de collegis abſentibus? In cubiculo P. Rectoris, qui creditur Ioannes Correa, inter reſolutiones manuſcriptas, hæc inventa eſt, ſcilicet collegas abſentes nec teneri ſacra facere, nec Pſalmos dicere, ſecùs præbẽdatos. Quid de collegis collegiaturam abſolventibus vel per expulſionem, vel per legitimam egreſſionem, ſi culpabiliter in collegio Miſſas, vel Pſalmos omiſerunt? Idem eſt de expulſis a Societate ſimilia omittentibus. Exiſtimo ad nihil teneri, evaneſcente obligatione illa ſive per egreſſionem, ſive per voluntatem fundatoris præſumptam, ſive per uſum, & legitimam præſcriptionem.

Tempus adjectum tanquam terminus.

Ægroti ad Miſſas celebrandas.

Expreſſi ad Miſſas offerendas.

QVÆS-

Digitized by Google

QUÆSTIO III.

Qualiter ſe habeat correctio, & punitio collegarum.

Correctio & punitio collegarum.

1788 CVm præcipuus hujus ejus quæſtionis ſcopus ſit diſſerere de cauſa efficiente correctionis, ſeu punitionis in collegijs cujuſcunque Academiæ, qui eſt judex ad decernendum in civilibus, & puniendum in criminalibus, cui collegium ſubjicitur, difficultas eſt an omnia collegia ſtudiorum cauſa erecta ſubſint judici Academico? Negativa ſententia, quæ traditur ab Alfonſo de Eſcobar cap. 35. ab eo reſolutione duplici rectè explicatur. Prima reſolutio. Si dicta collegia fuerint incorporata (ut aiunt) ſtudio generali, & collegiales in numero ſtudioſorum deſcripti, ſubjacent tam in civilibus, quàm in criminalibus judici Academico. Ita Rebuff. ſchol. priv. 66. in fine. Ratio eſt, quia tunc nullum apparet diſcrimen inter collegas ipſos, & reliquos ſtudioſos in matricula Academiæ deſcriptos. Secunda reſolutio: ſi dicta collegia incorporata non fuerint, aut collegiales in numero ſtudioſorum deſcripti, tunc inſpiciendum erit, an in erectione, & approbatione judicem ſpecialem conſtitutum habeant, iſque judex erit: ſin minus, ordinarijs judicibus loci competet juriſdictio, vel Eccleſiaſtica, vel ſæcularis juxta collegij naturam, & cauſarum. Dixi (judicem ſpecialem) inquit Alfonſus citatus num. 7. non intelligendo de Rectore ſpeciali & immediato collegij, ſed de judice cum juriſdictione ordinaria, & mero mixtoque imperio, vel etiam ſi ipſi Rectori ipſa juriſdictio & imperium expreſſè concedatur, non aliter. Nam Rectores (ſubdit n. 13.) collegiorum Salmanticenſium, & ſimilium, juriſdictionem ordinariam minimè habent, ſed tantum correctionem, ſeu œconomicam poteſtatem in ſubditos, ad ea omnia, quæ conſtitutionum collegij implementum pertinent, & vitæ normam, vivendique genus diutius obſervatum. Ideòque ſolum poterunt collegiales, reliquoſque ſibi ſubditos ad obſervantiam cogere pœnis, & mulctis per conſtitutiones impoſitis, vel alijs uſu collegij introductis. Quod ſi ſubditus renuat, nec pœnis velit obedire, nullam in ipſum juriſdictionem pœnalem exercere poteſt niſi tantum collegio eum privare, & expellere. Poteſt hic obiter inquiri, an ſi collega abs rimen collegiatura privatus, vel ipſe ſponte cedens, exutus jam veſte collegiali, & indutus alia incipiat tendere ad oſtium collegij, ſed antequàm egreſſus, mutata voluntate prælati, vel ipſius, velit manere, id poſſit abſque nova oppoſitione ad collegiaturam? Mihi videtur affirmandum. Quia actus privationis collegiaturæ non cenſetur conſummatus niſi poſt egreſſum a collegio. Confirmatur ex doctrina Suarij tom. 3. Relig. lib. 5. cap. 15. n. 7. aſſerentis non dari interruptionem novitiatus, ſi novitius invitus, aut nolens animo abeundi in ſæculum dimittat habitum novitij, & induat ſæcularem, ſi ante egreſſum monaſterij regrediatur ad novitiatum. Quia non conſummavit actum. Idem credo cum proportione dicẽdum de eo, qui poſt vota bieonij expellitur à Societate, ſi poſt exutum noſtrum habitum, & indutum ſæcularem, antequam egrediatur collegium, detur reſipiſcentia.

Rector collegij quam poteſtatem habeat.

Collegiaturæ interruptio.

Viſitatio & reformatio collegiorum.

1789 Hactenus de punitione, ſeu de poteſtate ad puniendum per correctionem quotidianam, & ordinariam. Quid de punitione, ſeu correctione veluti extraordinaria per viſitationem, & reformationem? Accipe duas alias reſolutiones, quas affert prædictus Alfonſus citatus a num. 309. Sic prima reſolutio. Collegia quæ ratione ordinis, vel ſtatus merè ſpiritualia ſunt, in quibus Pontifex, vel Epiſcopus authoritatem interpoſuerunt, in omnibus litibus & negotijs tam ſingulorum, quàm Univerſitatis, nullo dempto, ad Eccleſiæ cognitionem, vel judicum ab ea deſignatorum pertinent. Conſtat ex dictis, & ſumitur ex cap. novit, & cap. decernimus, de judic. Bobadil. lib. 2. cap. 18. a num. 9. & Gemonio de ſacroſ. immun. lib. 2. cap. 10. Procedit etiam in territorijs Principum ſæcularium, & (quod eſt amplius) licèt prædicta collegia in Principem, ſive Rempublicam conſpiraſſent, aliave regni pernicies ex eis emergeret. Nam adhuc in ea nulla ſæcularis juriſdictio eſt. Poterit tamen (addit ex Bobad. cit. num. 93.) juſtè Princeps, non ex vi juriſdictionis, ſed ſupremi dominij defenſionis procedere ad omnium temporalium privationem, & regni expulſionem, maximè ſi periculum ſit in mora. Secunda reſolutio: in collegijs profanis & merè ſæcularibus, ſive finem promiſcuum, & non merè pium reſpicientibus, ſi omnes ſint laici, ad Principem, ſi omnes ſint clerici ad Pontificem ſpectat viſitatio, & reformatio. Quod ſi mixta ſint collegia ex clericis, & laicis; vel quia ars, ſive profeſſio collegij licita eſt clericis; vel quia ſinguli de licentia prælati eam exercere poſſunt, tunc ſi maior pars laicorum, idem juris erit, ac ſi omnes eſſent laici: ſin vero maior pars clericorum ſit, tunc idem reſpondendum erit, ac ſi omnes clerici forent. Videatur citatus author a num. 338. cum multis, Bobadill. lib. 2. cap. 18. à num. 220. Garcia de benef. p. 5. cap. 1. num. 600. Barb. de poteſt.

Epiſc.

Epiſc.alleg.75. Covar.in cap. ſi hæredes n.1.de teſtam. Paz in praxi to.2.præl.2.a n.45.&Maſſa juriſd.p.1.c.10.n.13.

Purificationis Vicerector.

1790 Quæ hactenùs protulimus tota hac quæſtione, procedunt ſpectato jure cōmuni: facilè tamen aptari poſſunt collegijs in particulari; & nos aptabimus noſtro collegio Purificationis. Imprimis collegij Purificationis Vicerector, juxta Stat. p.1.c.10. eſt judex ordinarius & cōpetēs omniū rerū, dubitationū, & diſcordarū, quæ excitari ſulēt inter collegas, & reliquas perſonas ejuſdē collegij, ita ut poſſit de illis cognoſcere, & sūmariè ferre ſententiam, ſive in ſcripto, ſive verbaliter, ut judicaverit. A qua determinatione nemo poteſt appellare niſi ad Rectorem Academicum. Credo hujuſmodi Vicerectorem non habere veram juriſdictionem, ſed tantùm poteſtatem œconomicam, eo modo, quo dictum eſt num.1788. de Rectoribus collegiorum Salmanticenſium. Imò habet poteſtatem magis limitatam, ſiquidem non poteſt procedere, ſicut illi, uſque ad privationem collegij. Nam hæc poteſtas ſpectat ad Rectorem Academicum, juxta Stat.p.3.c.23.

Rector Academiæ eſt ſupremus ſuperior Purificationis.

1791 Eſt autem Rector Academicus pollens vera & omnimoda juriſdictione in collegium Purificationis, & omnes illius perſonas, utpote cui per ſtatutum à Pontifice & Rege demandetur plena rerum omnium adminiſtratio. Sic enim habetur Statut. p. 1. cap. 2. ¶ Ordeno & quero, que o Reitor da Vniverſidade ſeja o ſupremo ſuperior deſte collegio da Purificação, & que o dito collegio lhe ſeja ſempre de tal maneira ſugeito, & subordenado, que todo o governo, & adminiſtração de ſuas rendas, conſervação, & adminiſtração dellas in ſolidum, & direição dos collegiaes, & officiaes, & mais peſſoas, & couſas do dito collegio eſtè inteiramente no dito Reitor; & em tudo dependaõ delle, & por elle ſe governem, &c. Quare Rector Academicus, qui ſemper eſt Rector collegij Spiritus ſancti Societatis, poteſt ac ſolet in cauſis gravioris momenti jus dicere omnibus collegis, & reliquis ejuſdem collegij perſonis, de plano, ſervata judicij forma ſubſtantiali, abſque ullo judiciali ſtrepitu, juxta ſtatutum Societatis prohibentis noſtris exercere judicium cum tali ſtrepitu. Nam quando hunc res & cauſa poſtulat, eam committit Conſervatori Eccleſiaſtico. Vt autem intelligatur praxis in hoc judicio a Rectoribus obſervari ſolita, appono verba, quæ inveni in quodā teſtimonio veri, quod poſtulatum eſt a Patre Antonio de Vaſcōcellos, & ita habet: Certifico ego P. Antonius de Vaſconcellos, quòd toto mei Rectoratus triennio, nullus collega expulſus fuit, niſi propter culpas, in quibus fuit comprehenſus juxta ſtatuta, ita ut fuerit damnatus per tres viros Societatis, ſicut ſtatuta diſponunt, oſtenſis prius reo culpis &c. 18. Iunij 1609.

Forma judicij in collegijs.

Compromiſſio eccleſiaſticorū in laica perſona.

1792 Supereſt adhuc expedienda duplex difficultas. Prima eſt, utrum quando olim fuit exorta graviſſima contentio inter collegas Purificationis, & Rectorem Societatis coram Apoſtolico Collectore, potuerint ſe compromittere, ut fecerunt, in perſona Viceregis D. Chriſtophori de Moura, ut hic cognitis Bullis Pontificijs, & ſtatutis, quod ſibi æquum viſum fuerit, decerneret, & omnes tali determinatione ſtare tenerentur? Videtur negandum: quia Vicerex erat perſona laica: Eccleſiaſtici autem prohibentur ſe compromittere in perſona laica ſuper ſpiritualibus, Cap. contingit, de arbitr. ubi ſic habetur: „ Prohibemus ne ſuper rebus ſpiritualibus compromittatur in laicum: quia non decet ut laicus in talibus arbitretur. Hæc deciſio cohæret cum triplici alio jure. 1. quia laicus de talibus cognoſcere non poteſt. Cap. lator, qui filij ſint legitimi. 2. quia eccleſiaſtica negotia tractare non debent laici. Cap. decernimus, de judic. 3. quia de Eccleſia malè judicat, qui quærit judicium laicorum. Cap. placuit 11. quæſt.1. ergo non potuerūt prælati Societatis, & collegæ Purificationis utpote perſonæ eccleſiaſticæ ſe compromittere in dicto Vicerege.

Arbitrator laicus in cauſa eccleſiaſtica.

1793 Nihilominus dicendum eſt potuiſſe dictas perſonas ſe compromittere in Vicerege, non tanquam in judice arbitro, ſed tanquam in arbitratore, ita ut potuerit Vicerex viſis Bullis, & ſtatutis declarare arbitrio boni viri penes quos jus eſſet, & cogere compromiſſos ad ſtandum tali declaratione. Quòd poſſint eccleſiaſtici in quacunque cauſa ſe compromittere in laico, tanquam in arbitratore, expreſſé tenent Bald. in cap. decernimus n. 17. de judicijs. Speculator tit. dè arbitro & arbitrat. §. Reſtat videre ver. Item de ſenten. Anchar. conſ.23.col.3. Hoſtienſ. & Ioan. Andr. in cap. fin. init. de rerum permut. Roman.conſ.299. Alex.in l. Quoties C. de judic. & conſ.91.col.2.lib.2. Ioann. de Anan. in cap. ſicut col. 1. de hæreticis, & Decian. in d. cap. decernimus n. 2. Quod verò perſonæ eccleſiaſticæ teneantur ſtare declaratione arbitratoris laici, tradunt Roman.conſ.173.fin. Felin. in cap. ſignificaſti num.7. de foro compet. Franciſcus Marcus ſuar. deciſ.p.1. deciſ.623. n. 8. cum ibidem dicat compoſitionem amicabilem etiam in beneficio eſſe permiſſam ad dictamen aliquorum peritorum, maximè authoritate ſuperiorum. Vbi vox (maximè) oſtendit poſſe fieri etiam ſine tali authoritate. Facit textus celebris in l. 2. C. communia utriuſque judicij, ubi DD.

Arbiter qui.

1794 Ratio hujus reſolutionis, & ſolutio rationis pro parte contraria, ſumitur ex differentia quæ datur inter arbitrũ, & arbitratorem. Nam arbiter, qui & compromiſſarius appellatur, eſt ille qui ex cõpromiſſo, id eſt ex conſenſu partiũ litigantiũ, & ipſarũ electione, de cauſa cognoſcit, ita ut ſic electus a diſcordantibus ſua ſententia litem dirimat, & ab ea nõ appelletur. l.1.ff.de arbitr. Quod verum eſt in arbitro compromiſſario, ſecus in arbitro juris, cap. pervenit 11.quæſt.1. l.ult. Cod. de offic. delegat. Arbitrator, qui etiam amicabilis compoſitor dicitur, eſt in quem aliqui compromittũt tali forma, ut poſſit cognoſcere, & etiam judicare (ut aiunt) altè & baſſè, & ab ejus ſententia non appellatur: ſed ſi fuerit lata contra jus conſtitutionis, irrita eſt ipſo jure l.2. Cod. quando provoc. non eſt neceſ. ſed ſi lata eſt contra jus litigantis, valet, redigitur tamen ad arbitrium boni viri. l. ſocietatem §.arbitrorum ff. pro ſocio. Vnde quãvis arbiter & arbitrator poſſint eligi cum pœna, adhuc tamẽ inter utrũq; eſt diſcrimen, nam arbiter ex conſenſu partiũ eſt verus judex electus, qui proinde debet obſervare juris ordinẽ & ſententia ejus ſive juſta, ſive injuſta, ſemper eſt tenenda, ſi pœna fuerit appoſita cap. judicibus 2.q.7. Arbitrator verò non tenetur ſervare ordinem judicialem: ſed ſi profert injuſtam ſententiam, recurritur ad audientiam ſuperioris, vel arbitrium boni viri. Vide alia diſcrimina conſulendo authores ad cap. Quintavallis, de jurejuran. Ex dictis patet ad rationem pro parte oppoſita. Nam cap. contingit, cum reliquis ibi citatis, intelligitur de prohibitione facta contra eccleſiaſticos in cauſis ſpiritualibus ſe compromittentes in laico tanquam in arbitro, & non tanquam in arbitratore. Et ſic exponunt Archidiac. Alex. d. conſ.91.n.4. & Speculator citatus.

Arbitrator quis.

Compromiſſio ex conſenſu prælati.

1795 Addo ex ſuperabundanti, quòd licèt demus noſtros illos prælatos & collegas feciſſe compromiſſionem in prædicto Vicerege, tanquam in judice arbitro, adhuc illam valere, & tenere. Ratio eſt 1. quia illa compromiſſio facta fuit ex conſenſu prælatorum tacito, & quando hic intervenit, poteſt illa fieri in laico, tanquam in arbitro, ut docent Abbas in cap. ſignificaſti, de foro competen. & ibid. Felin. num.5. & probatur ex textu in l. cum oſtendimus §.1. ff. fidejuſ. tutor. & in l. 1. in princip. ff. de verb. obligat. ubi juxta Felin. tacens in judicialibus habetur pro conſentiente. 2. quia prædictus Vicerex erat commendatarius maior Alcantaræ: & in commendatarijs Chriſti, S. Iacobi, & S. Benedicti poſſe fieri compromiſſionem tanquam in judicibus arbitris, docuit olim inclytus Doctor Ludovicus de Caſtro cathedraticus Conimbricenſis ad cap. 1. de judicijs. & hanc eſſe in hoc regno receptam praxim, teſtatur D. Franciſcus da Veiga, in quadam ſententia, cui ſubſcripſit Bracharæ 14. Auguſti 1609.

Commendatarij ſunt perſonæ eccleſiaſticæ.

1796 Et meritò, nam commendatarij ſunt perſonæ eccleſiaſticæ, ut rectè docent Navarr. in apolog. de redit. eccleſiaſt. quæſt.1. monit.55. ad finem, & monit. ſequen. per totam, & conſil. 20. & 23. de regul. Fortunius Garcia in tract. præſtito pro militibus S. Iacobi 1. p. ver. præterea, F. Emman. Roter. tom.1. qq. regul. q.1. a.9. Valaſcus tom.2. conſul.108. num. 24. & conſul.130. n.3. S. Antonin. 3.p. tit.25. cap.5. §.3. Bart. in l. ſemper §. quibuſdam ff. jure commun. Cardin. in Clem. cap. ſuper litteras q. 12. de præben. Sà v. religio num.41. Et quamvis nonnulli ex citatis authoribus, quibus poſſumus addere Sanch. lib.4. Decal. cap. 4. num.11. dicant prædictos equites eſſe perſonas religioſas, & ut tales gaudere privilegio canonis, & in hoc refellantur a Sylveſtro v. religio. 1. §.1. verſu 3. Angelo v. religioſus §.1. Soto lib.7. de juſtit. quæſt.5. a.1. verſ. Quapropter, Molina tom.1. juſt. diſp.141. Aragonio in 2.2. q.88. a.11. pag. in [illegible] 1016. col. 2. Ludovico Lopez in inſtruct. p. 2. cap.48. ver. ad 4. tamen omnes conſentiunt tales equites eſſe perſonas eccleſiaſticas, multi ex dictis concedunt eſſe quaſi religioſos, ſed non ſimpliciter tales. Vnus tantum Azor ex authoribus, quos legi, dubitat lib.12. inſtit. moral. cap.3. q.3. §. Verum enim, an ſint perſonæ eccleſiaſticæ: ſed ejus authoritas, quamvis magna ſit, non debet præponderare, & prævalere tot, & tantis authoribus a nobis citatis.

Canonis privilegiũ in commendatarijs.

Collega actor in lite petẽs expenſas.

1797 Secunda difficultas eſt, an collega actor in lite, poſſit a collegio ſuo cum quo litigat, petere alimenta, & litis expenſas? Caſus evenit olim Eboræ in collegio Matris Dei, cuidam collegæ Franciſco Ferreira de Pina, qui intendens fieri Rector, cœpit litigare contra ſuum collegium, & contra Protectorem, qui eſt Rector collegij Societatis, & Academiæ, proindeq; initio litis petebat alimenta & expenſas. Videbatur niti textu in cap. ex parte 11. de accuſat. ubi monacho accuſanti criminaliter Abbatem decernuntur alimenta, & litis expenſæ: & tamen monachus in lite actor eſt; ergo ex ſimilitudine, vel paritate rationis decerni debent collegæ, quamvis in lite actor ſit.

Alimẽta pro litigantibus.

Meritò tamen a tali petitione repulſus fuit, per ea quæ doctimè tradit Valaſcus tom.1. cõſult.1. num.6. aſſerens cum communi ſententia nunquam reum actori præſtare alimenta, & expenſas litis, nec unquam id vidiſſe judicatum. Exceptiones verò quas ponit a num.1. ſemper de reo ſunt, vel de eo qui ante litem erat in poſſeſſione, & vel fuit ſpoliatus,

Digitized by Google

liatus, vel ejus bona ſequeſtrata. Et ſimilia quæque ſunt, quæ ponit Surdus de alimen. tit. 1. quæſt. 126. num. 4. de ſcholari & collega a collegio expulſis: & idem reſpiciunt, quæ afferuntur communiter de filio vel paternam hæreditatem petente, vel cum patre de alimẽtis præſtandis litigante, de quo latiſſimè Surd. cit. q. 110. 111. 112.

Collega abſentie

1798 Facit etiam contra prædictum collegam ſtatutum ipſius collegij Matris Dei 2. par. cap. 14. §. 10. ubi denegat collegis portionem in abſentia, niſi ſint in ſervitio ejuſdem collegij: & ceſſante cauſa ceſſat effectus. l. generaliter juncta Gloſſ. v. Derelictis. Cod. de Epiſcop. & cleric. Videātur Doctores citati, & communiter ſcribentes in dict. cap. ex parte, & in leg. ſi inſtituta, juncta Gloſ. v. decerni, & in l. qui de inofficioſo digeſt. de inoffic. teſtament. Nec obſtat fundamentum partis contrariæ deſumptum ex dict. cap. ex parte, ſcilicet quòd monacho authori in lite accuſationis decernuntur alimenta, & expenſæ. Quia (ut rectè obſervat Surdus citat. quæſt. 121.) monachus ille accuſans Abbatem, litigabat in utilitatem monaſterij, quatenus utile eſt monaſterio bonum habere prælatum: at noſter collega litigabat in utilitatem propriam. Accedit quòd monachus non petit a monaſterio alimenta, & expenſas litis, ſi aliunde habeat, ut notat Surdus d. quæſt. 121. ſicut nec filiusfamilias petit ab alio alimenta, ſi patrem habet, qui eum alere poſſit, ut docet idem Surd. tit. 7. q. 37. n. 11. & cum eo Sanch. lib. 1. Decal. cap. 14. nu. 6. Noſter autem collega erat filius hominis divitis, & patrimonium habebat.

Monachum petit expenſas ad litem.

DISPVTATIO IV.

De præbendis, ſeu capellanijs Academicis.

Simile & valde ſimile an ſit idem.

1799 Quamvis ſimile non ſit idem, ut ex l. pecuniam ff. ſi certum petatur, l. ſimilitudinem C. de Epiſcop. & cleric. §. ſed inter eas Inſtit. de nupt. cap. capitulum, de reſcript. deſumunt Zabarella cou. 156. Mantic. ſing. 318. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 84. & Gutierr. pract. lib. 2. q. 176. tamen valde ſimile reputatur idem, ut docet Bald. conſ. 408. Quidam civis num. 8. verſ. quapropter lib. 1. quem citat Tuſchus lib. 5. conck. 246. num. 6. Hinc eſt quòd præbenda, ſeu capellania Academica, cum ſit valde ſimilis collegiaturæ, acproinde reputetur idem, multa quæ diſputationibus præcedentibus diximus de collegiaturis, & collegis, procedunt de capellanijs, & capellanis, ideoque pauca quæ dicenda ſuperſunt, redigemus ad duas quæſtiones: altera erit de capellanijs, ſeu præbendis quoad adeptionem, & conſervationem: altera de capellanis, ſeu præbendatis quoad obligationem.

QVÆSTIO I.

Qualiter ſe habeat capellania, ſeu præbenda Academica quoad adeptionem, & conſervationem?

1800 Quæſtio hæc proponitur bipartita, ſeu habens duas partes. Prior quæſtionis pars eſt, quænam requiratur idoneitas, ut quis poſſit ſe opponere, & obtinere capellaniam? Idoneitas, ut quis poſſit ſe opponere, & obtinere capellaniam, præter ſufficientiam ſcientiæ, de qua judicabunt examinatores, poſtular certam ætatem, nempè per ſtatuta Academia Eborenſis, In Caſuiſtis annum vigeſimum ſecundum completum, in Artiſtis annum decimum nonum completum, inſuper puritatem ſanguinis. De puritate ſanguinis, item de ſuffragijs examinatorum, & poteſtatis Rectoris ad conferendum, auditis examinatoribus, ſatis diximus diſp. 2. agentes de idoneitate, & oppoſitione collegarum, a quibus petendæ ſunt harum, & ſimilium difficultatum plurimæ deciſiones, & illæ ſpectantes ad inhabilitatem illius qui venit poſt terminum fixationis. Illud hoc loco circa ætatem breviter deci-

Idoneitas ad capellanias.

Ætas requiſita ad præbenda ſor. Academiæ.

decidendum eſt, quod fuit olim valde controverſum inter Doctores utriuſque Academiæ, Conimbricenſis & Eborenſis, nempe an Rector hujus Academiæ potuerit conferre Capellaniam non habenti ætatem poſtulatam ab ſtatuto? Partem negativam unanimiter tenuerunt, & in ſuis manuſcriptis ſubſcripſerunt Doctores Sebaſtianus de Souſa profeſſor canonum Veſperarius, Dominicus Antunes de Abreu profeſſor canonum, Andreas Alvares, Ludovicus de Baſto, & Antonius Homem, qui tunc erat profeſſor Decreti, & poſtea fuit infeliciter crematus propter errores contra fidem.

Rectoris poteſtas contra ſtatuta.

1801 Fundatur, quia ætas illa ad capellanias eſt expreſſé decreta per ſtatutū, quod Sereniſſimus Cardinalis authoritate Apoſtolica condidit: Rector autē non poteſt aliquid decernere contra ſtatutum: quia inferior nequit diſponere contra diſpoſitionē ſuperioris, cap. quod ſuper his. de maiorit. Præſertim, quia ſtatutum requirit ætatem illam in eligendis ad capellaniam, tanquam formam: a forma autem electionis non eſt recedendum, juxta regulam l. cum hi §. ait prætor digeſt. de tranſact. Accedit inferiorem ſine expreſſo conſenſu ſuperioris non poſſe contravenire illius decretis, ut apertè ſumitur ex cap. Etſi clerici, de adulter. cap. cum inferior, de maiorit. & obedient. cap. 1. de conſtitut. & hoc obſervavit Navarr. conſil. 1. num. 1. de in integ. reſtitut. Imò (addit quidam ex citatis) dubitari poteſt an Rex Henricus ex vi Bullæ Pontificiæ potuerit committere illam poteſtatem Rectori: ſiquidem videtur fuiſſe per Pontificem electa induſtria talis, & tam altæ perſonæ ad alterandum quidquid in Bulla Pontifex ipſe decreverat: quia ſic manebat poteſtas illa indelegabilis, juxta vulgarem doctrinam in cap. ſi pro debilitate cum ſimilibus, de offic. delegat. Et quanvis in caſu, quo dentur perſonæ inferioris ætatis, aliàs magis idoneæ ad capellanias, videatur ceſſare ratio ſtatuti, ceſſat tamen in particulari, & non in communi: quod non ſufficit: ut apparet in minoribus, quia non ſufficit, ut inter illos aliqui maturitate judicij excellant quibuſdam maioribus, ut illis poſſit tradi adminiſtratio bonorum. Præcipuè quia ratio, ut electi requiſitæ illius ætatis ſint propinqui ad ſuſcipiendos ordines ſacros, ſemper deficit in junioribus.

Minores nequeunt adminiſtrare bona.

Ætatis defectus diſpenſabilis.

1802 Hæc ſapienter dicta a ſapientiſſimis Iuriſperitis veritatem continent: ſed egent luce ac diſtinctione Theologica, quam adhibemus ex reſolutis per inſignem Theologum P. Doctorem Chriſtophorum Gillium, quæ in archivo hujus collegij invenimus. Dicimus igitur non poſſe Rectorem, imò nec Provincialem diſponere aliquid obſervandum contra illud ſtatutum de ætate requiſita oppoſitorum ad Cappellanias, poſſe tamen ex juſta cauſa diſpenſare cum aliquo in particulari. Prima pars eſt de mente ſapientiſſimorum Doctorum, quos proximè citavimus: nam poteſtatem Rectoris Academici excedit ſtatuta Academica condere, vel legitimè condita abrogare, vel derogare: hæc enim poteſtas juxtá Bullas Apoſtolicas, & ordinationem Sereniſſimi Henrici ſolum reſidet in Generali Societatis, ut latè oſtendimus lib. 2. diſp. 1. q. 3. diſponere autem aliquid in poſterum ſervandum contra ſtatutum, eſt illud abrogare, ſi talis diſpoſitio toti ſtatuto adverſetur, vel derogare, ſi diſpoſitio parti ſtatuti repugnet, ac proinde ſolam partē tollat. Secunda pars quod Rector poſſit ex cauſa juſta diſpenſare cum aliquo habente defectum ætatis, cōſtat ex ipſis ſtatutis p. 1. cap. 3. §. 5. ubi ſic: ¶ E nos ditos eſtatutos poderá o dito Reitor diſpenſar em algum caſo particular, com cauſa juſta.

Capellaniæ privatio ob delicta.

1803 Poſterior quæſtionis pars eſt, qualiter ſe habeat capellania illa quoad conſervationem, ſeu qualiter ſe gerere debeat capellanus, ut capellaniam retineat? Imprimis certum eſt ad conſervationem & retentionem capellaniæ multum conferre, quòd capellanus obſervet ad unguem ſtatuta, vel ſaltem non delinquat graviter, præſertim contra finem præcipuum illorum, v. g. non ſuſcipiens ordines a ſtatutis præceptos. Nam Rector præcedentibus admonitionibus debitis poteſt non obedientem privare capellania. Rectori enim incumbit mandare executioni quidquid diſponunt ſtatuta: ad quod indiget vi coactiva, ſeu coercitiva: aliter irriſoria, & fruſtranea eſſet illius poteſtas, ut expreſſé habetur in cap. ex literis, de offic. delegat. in 6. ibi: Cum „ hujuſmodi demandatá juriſdictio deluſo„ ria videretur, ſi coercionem aliquam non „ haberet. Quo poſito, cum in ſtatutis non decernatur pœna ijs, qui non ſuſceperint dictos ordines intra certa tempora, manet hujuſmodi pœna penes Rectoris arbitrium, juxta id quod ſtatuitur cap. de cau„ ſis, de officio deleg. ibi, ſi tale fuerit ne„ gotium, quod certa exinde pœna in cano„ nibus exprimatur, eádem infligas, alioquin „ ipſas pro delicti qualitate, & cauſæ ſecun„ dùm tuum arbitrium, punire procures. Sic DD. & Gloſ. ult. in cap. finem, de dolo & contumac. & DD. in cap. ſuper his, de accuſat. facit regul. textus in l. 1. in fine digeſt. Iure deliberandi. Quod arbitrium poteſt extendi uſque ad privationem præbendæ, ut in ſpecie tradunt Innocent. per tex. in cap. quia diverſitatem, de conceſſ. præbend. Felin. in cap. 1. num. 14. de officio delegat.

Rectoris poteſtas erga portioniſtas Academicos.

Arbitrium puniendi.

Privatio præbendæ.

Facit

Facit Gloſ. 4. §. In ſumma Inſtitut. injurijs celebrata a Maranta diſput. 3. in princip. Padilha num. 23. in leg. tranſigere Cod. tranſact. Clar. §. fin. quæſt. 83. num. 11. Menoch. de arbitr. quæſt. 86. num. 20. Quod in ſimili decidit text. in cap. cum inconſtis 7. de elect. ibi admoniti ſi non fuerint præfixo
,, a canonibus tempore in presbyteros ordi-
,, nati, & ab iſto removeantur officio, & alijs
,, conferatur, qui velint & poſſint illud con-
,, venienter implere.

Capellania vacatio per infirmitatē

1804 Difficultas quoad prædictam conſervationem & retentionem capellaniæ eſt, utrum capellanus Academiæ Eborenſis de licentia Rectoris abſens propter infirmitatem, ante annum capellania ſit ſpoliandus? Caſus olim anno 1639. ſic exenit. Quidam Ioannes Lopez Abrantinus ægrotavit in noſocomio Academico, cum eſſet capellanus philoſophic⁹, & pertinaci febre correptus, quæ non deſinebat illum vexare, de conſilio medicorum ſeceſſit Abrantium patriam ſuam cauſa recuperandæ ſanitatis: & jam ibi per menſes quatuor de licentia Rectoris Academiæ morabatur, quin perfectè convaleſceret, ut ad ſcholas regredi poſſet. Secretarius Academiæ, cui incumbunt capellaniæ quoad vacantiam, & edicta publicanda, capellaniam Ioannis, elapſo quadrimeſtri, declaravit vacantem, & edictum vacationis in Academia de more fixit. De hoc certior factus Ioannes curavit edictum refigi, capellaniamque ſibi non auferri. Quæſitum igitur fuit quid juris in hac materia? Nonnullis videbatur dictam capellaniam vacaſſe, & ut ſic legitimè per edictum id declaratum fuiſſe. Nitebantur ſtatuto, quod decernit capellano ægrotanti in noſocomio regali ejuſdem Academiæ reddendos eſſe cappellaniæ integros proventus, ac ſi præſens eſſet, & lectionibus intereſſet, niſi tandiu eſſet ægrotus, ut capellaniam amitteret, item capellanum, qui religionem fuerit ingreſſus, quarto menſe poſt ingreſſum, cappellaniam amiſſurum. Statutum igitur ſolum permittit capellaniam ægrotanti in deſignato noſocomio per aliquod temporis ſpatium, quod videtur non exceſſurum quadrimeſtre per legitimam interpretationem deſumptam ab alio ſtatuto, de ingreſſo religionem. Noſter autem Ioannes ægrotans deſervit noſocomium, & extra illud in patria moratus fuerat per quadrimeſtrium; ergo jure perdidit capellaniam.

Ægrotus capellanus.

1805 Mihi tamen videtur probabilius Ioannem ſaltem ante annum integrum abſentiæ propter ægritudinem de licentia Rectoris factæ non eſſe ſpoliandum capellania. In hac ſententia fuit olim acutiſſimus & litteratiſſimus P. Franciſcus Freyre profeſſor Theologiæ moralis. Fundor primo, nam per ſtatutum decernitur ægrotos in regio illo noſocomio detentos facere ſuos fructus capellaniæ: & Ioannes de conſilio medicorum, Rectoriſque facultate ſe contulit in patriam cauſa recuperandæ ſanitatis, & ideo patria in locum noſocomij fuit ſubrogata: ac proinde cum in noſocomio lucraretur fructus capellaniæ, eoſdem lucrari debet in patria. Quia ſubrogatum induit naturam ejus, in cujus locum ſubrogatum eſt, & eadem retinet privilegia. Tex. in cap. 1. de vaſſal. decrepitæ ætatis, in uſibus feudor. leg. ſi cum §. qui injuriar. digeſt. ſi quis cautioni. Et ita in ſpecie tenetur Gratian. diſcept. forenſ. tom 4. cap. 766. num. 63. Molina lib. 4. de primog. cap. 4. n. 36. Tiraquel. de retract. lignag. §. 32. gloſ. 1. num. 27. Præcipuè cum agitur de evitanda pœna ex Gloſ. v. Epiſcopi Clem. 2. de reſcript. Everardus in topicis legal. loco 95. littera F.

Subrogatū cujus naturam induit.

Confirmatur, quia criminoſus tenetur perſonaliter in judicio comparere ex l. Accuſatore §. ad crimen ff. public. judicijs, & Ordinat. Luſitan. lib. 5. tit. 124. §. 14. niſi fuerit in vinculis, ex ead. Ordinat. §. 14. Cald. in Comment. ad l. unicam §. 2. n. 65. C. ex delictis defunct. & quamvis liberetur a carcere ſub fidejuſſoribus, fidelibuſque cuſtodibus, adhuc non tenetur in judicio comparere, ſed per procuratorem litigare poteſt, ut eſt deciſum in Senatu Luſitano apud Phæbum p. 2. areſto 171. propter naturam ſubrogationis.

Criminoſus, ut compareat in judicio.

1806 Fundor 2. quia in alio ſtatuto decernitur capellano, qui in patria ſua ægrotaverit, reddendos eſſe capellaniæ proventus, ſi licentiam Rectoris habuerit: Ioannes autem eſt in patria ſua ægrotans, ac proinde cum illi conveniant verba diſpoſitionis, debet etiam diſpoſitionis effectus convenire. l. 4. §. toties ff. damno infecto. l. quod conſtitutum ff. militari teſtam. Surd. deciſ. 122. num. 13. Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 5. n. 24. & gloſ. 45. §. 1. num. 51. Fundor 3. quia in jure manifeſtum eſt beneficiatum ægrotantem non amittere beneficium ſuum, imò lucrari non modò fructus omnes, ſed etiam diſtributiones quotidianas, ſi quando ſanus erat, beneficium inſervire ſolebat. Cap. unico, de clericis non reſiden. in 6. cap. clericus victum, in fine 91. diſt. cap. 1. de clericis ægrotan. Quia afflictio non eſt danda afflicto. Cap. judicatis 3. q. 9. cap. cum percuſſio 7. q. 1. l. Divus ff. de offic. præſid. Tenent in ſpecie Moneta de diſtrib. 2. p. q. 6. num. 10. Barb. de poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 53. num. 169. Fundor 4. Quia licet verba ſtatuti videantur ſupponere ægrotum aliquando amiſſurum capellaniam, ibi: (Niſi tandiu ſit ægrotus, ut capellaniam amittat) ad tamen non diſponunt. Quia lex quæ ſupponit,

Capellanus ægrotans in patria.

Beneficiatus ægrotans.

Lex ſupponens nõ diſponit.

non diſponit, ex deciſ. Rotæ 446. de procuratoribus, in antiquis, Germin. in cap. 1. §. licet, de procurat. in 6. Alex. conſ. 126. col. 2. vol. 1. Surdus deciſ. 272. num. 9. præſertim in pæna privationis, quæ conſiderari non debet, niſi expreſſis verbis imponatur, ex Reg. Auth. de non eligen. 2. nubent. §. ſin autem collat. 5. Tellus Fernandus in l. 6. Tauri num. 20. & Lorca de capellan. lib. 1. c. 7. n. 45.

Tẽpus intra quod capellanus admittit capellaniã.

1807 Fundor 5. nam quanvis dicamus aliquem terminum debere præfigi, quo elapſo capellani ægrotantes amittant capellanias, adhuc terminus quatuor mẽſium qui aſſignatus eſt in ſtatuto pro ijs qui religionem ingrediuntur, non debet ſufficiens reputari, ut ægrotus amittat capellaniam: tum quia talis terminus, cum non loquatur de ægrotis, non debet ad eos extendi: ſi enim voluiſſet eos comprehendere legiſlator, expreſſiſſet: cum verò non expreſſerit, ſignum eſt id non intendiſſe l. unica §. ſin autem C. de caducis tollen. cap. ad audien. de decimis. l. ſi ſecundo §. Prætor ait ff. de acquiren. hæred. Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 9. num. 33. & gloſ. 42. num. 11. Surdus deciſ. 88. num. 4. & quod lex non dicit, nõ eſt ab homine præſumendum. l. Diſſentientis C. de repud. Cap. illa, de ſede vacan. Cap. conſoluiſti 2. q. 5. Surdus deciſ. 219. num. 21. & conſil. 173. num. 72. Præſertim in caſu pænali, qualis eſt iſte, lex ad ſimilem caſum non extenditur. Calderin. conſ. 147. aliàs conſ. unico Vt lite pendente, ver. Pro prædicta, Surd. conſ. 362. n. 5. Sanctarellus Variar. q. 5. num. 40. Imò reſtringenda eſt ex reg. Odia, de reg. jur. in 6. cap. 5. §. ille verò, de filijs presbyter. in 6. Surd. deciſ. 208. num. 5. & multi apud Sanctar. cit. num. 41. Tum quia vox illa (tandiu) ſignificat tanto tempore, id eſt (Tam longo tempore:) tempus verò quadrimeſtre, vel ſemeſtre dicitur breve, ſeu modicum tempus in jure. l. ſi cum dies §. fin. ff. de receptis arbitr. Menoch. de arbitr. caſu 57. n. 30. Corſetus de minimis p. 2. num. 18. Rebuff. in praxi tit. de diſpenſat. ratione ætatis v. ſeu circa num. 3. & 4. Garcia de benef. parte 11. c. 3. num. 49. Et cum in jure modicum nihilo æquiparetur Cap. licet cauſam, de probat. Corſetus cit. n. 17. non eſt veriſimile legiſlatorem voluiſſe privare Ioannem cappellania contra diſpoſitionem juris.

Lex non exprimẽs non dicit.

Legis extenſio.

Terminus breve & modicum in jure.

Modicum pro nihilo.

Infirmus valde privilegiatus.

1808 Fundor 6. Quanuis ſtatutum non loqueretur expreſſé ſolum de ijs, qui religionem ingrediuntur, adhuc nõ deberet extendi ad infirmos, qui ſunt valde privilegiati. Gloſ. Auth. de hæred. quæ ab inteſtato, in princ. Gomez in cap. ſtatutum num. 47. de reſcrip. in 6. Sanctarel. Variar. q. 2. n. 19. Surdus deciſ. 287. num. 5. Licèt enim alia opera pia non ſint tam privilegiata, ut eſt pia peregrinatio, & ipſe religionis ingreſſus, id provenit ex eo, quòd reliqua impedimenta etiam pijſſima, cum ſint voluntaria, removeri poſſunt, ac proinde non excuſant: ex reg. qui poteſt facere ff. de reg. juris. l. quibus diebus ff. de condition. & demonſt. Menoch. de arbitr. caſu 153. num. 12. Surdus deciſ. 203. num. 16. & 17. at verò infirmitas neceſſariò toleratur, ac proinde non debet infirmo generare præjudicium. Gloſ. v. invita cap. fin. diſt. 5. & in cap. presbyteros diſt. 50. Sanctarel. q. 8. num. 2. Neceſſitas enim legem non habet. l. 1. ff. de offic. Conſul. cap. quanto, de conſuetud. cap. 2. de obſervat. jejun. Riccius deciſ. 47. n. 7. p. 1.

Opera pia privilegiata.

Impedimenta voluntaria.

Neceſſitas legẽ non habet.

Annus ſufficit ad ſignificationem vocis Diu.

1809 Cum igitur terminus aliquis ſit aſſignandus, & vox illa (tandiu) quæ continet hanc vocem (diu) ſignificet annum in jure l. 1. §. quibus, & §. largius ff. de ſucceſſorio edicto, dicendum videtur, quòd capellanus, qui per annum integrum non potuerit ſcholas frequentare, capellania ſit privandus, ſicut Epiſcopus ſi per annum non reſideat, dicirnt Pontifici denunciandus, & cogendus reſidere, vel eccleſia privandus juxta Trident. ſeſſ. 6. cap. 1. de reform. & Conſtit. Pij V. quæ incipit, In ſuprem. Item parochus, & quilibet alius beneficiatus, qui intra annum nõ ſuſceperit ordinem ſacrum beneficio ſuo convenientem, beneficio privatur cap. licèt canõ, de elect. in 6. & cap. cum in cunctis §. inferiora extra eod. tit. & in ſtatuto 8. Eccleſiæ Eborenſis diſponitur, ut canonicus timens graviſſimum vitæ pericolum, poſſit per annum in abſentia lucrari fructus, & diſtributiones quotidianas. Et ita deciſum fuit pro qualibet Eccleſia in toto orbe per S. Congregationem ad inſtantiam Ioannis Blaſij canonici Carpenſis, qui poſt annum juſſus eſt canonicatui renunciare.

Parochus non ſuſcipiens ordinem ſacrum.

Fundamento pro contraria parte ſtatutum afferenti ſatis manet ſatisfactum per explicationem ipſius ſtatuti, quam latè exhibuimus in fundamentis hactenus pro noſtra ſententia adhibitis.

QVÆSTIO II.

Ad quid, & qualiter capellani, ſeu præbendati Academici obligentur?

Præbendati Academia obligationes.

1810 CONſtat omnes Capellanos, præbendatos, ſeu portioniſtas, vulgo dicimus do partido, ſive ſint auditores Theologiæ moralis, ſive auditores Philoſophiæ, teneri non ſolum generali obligatione ſcholaſticorũ, cum ſcholaſtici ſint,

Digitized by Google

ſint, ſed etiam ſpeciali obligatione implendi ſuum peculiare munus capellanorum, atque adeo teneri non ſolum ad obſervanda ſtatuta Academica, ſed etiam ad obſervanda ſtatuta peculiariter condita pro Academicis Capellanis. Quantùm obligent ſtatuta Academica, latè expoſuimus lib. 3. diſp. 2. q. 1. Quantum obligent ſtatuta ſpecialiter edita pro ipſis Capellanis Academicis, facile eſt decidere. Nam ſi accipiantur ex præciſa vi ſtatutorum, quin interveniat ratio aliqua vel contractus, vel legiſlatoris volentis aliter obligare, non video diſcrimen inter ipſa, & alia ſtatuta Academica. Illud ſcio fundatorē Capellaniarum in Eborenſi Academia, qui eſt ſimul Academiæ fundator, Sereniſſimus Rex, & Cardinalis Henricus, non expreſſiſſe intentionem aliquam, quā habuerit, aliter, & peculiariter obligandi ſuos capellanos.

Miſſarum obligatio in præbendatis.

1811 Eſt tamen a nobis in hac ultima quæſtione, pro coronide totius operis expedienda una, vel altera difficultas de obligatione prædictorum circa Miſſas pro fundatore celebrandas, & ordines ſacros certo tempore ſuſcipiendos. Prima difficultas eſt, qualiter obligentur capellani ad celebrandas, & offerendas Miſſas pro fundatore? Statuta condita pro capellanis Veræ Crucis, qui ſunt Theologi morales, §. 12. ita habent:

¶ Cada hum dos ditos Capellaẽs, que for de Miſſa, ſerà obrigado a dizer cada ſomana hũa Miſſa rezada na See, ou na Igreja do Eſpirito ſancto da dita Vniverſidade, por nòs, & noſſas obrigaçoẽs, conforme a creação, & inſtituição da dita Capella. Hæc ipſiſſima verba ſunt in Statutis Capellanorum S. Ioannis, qui ſunt philoſophi, §. 13. Ex quibus putabit aliquis hujuſmodi præbendatos non habere maiorem obligationem ad offerendas dictas Miſſas (& idem eſt de non ſacerdotibus ad 7. Pſalmos, letanias, & alias preces) quàm eam obligationē, quæ ſolet reſultare ex ſtatutis. Nam eodem modo videntur præbendati obligati ad Miſſas celebrandas, & Pſalmos recitandos pro fundatore, quo obligantur collegæ Purificationis ad eadem pro eodem fundatore; ſed collegæ ſolum obligantur ex ſtatuto, atque adeo leviter, eo modo, quo ſtatutum obligat, juxta ea quæ reſolvimus num. 1784. ergo præbendati ſolùm obligantur per ſtatuta, ac proinde leviter.

Capellanorū obligatio ad Miſſas.

1812 Nihilominus oppoſitum ſentio cum viris doctis, quos conſului: nempe eos teneri non ſola obligatione ſtatuti, ſed etiam obligatione gravi juſtitiæ. Fundamentum eſt, nam dicti præbendati obligantur eodem rigore & modo, quo veri Capellani alicujus veræ Capellæ: Rex enim Cardinalis apertè dicit initio ſtatutorum ſe inſtituiſſe Capellam, ibi: ¶ Fazemos ſaber, que ſendo nòs Arcebiſpo de Evora, & tendo conſentimento de noſſo Cabido inſtituido & ordenado na capella da Vera Cruz da noſſa See hũa capella de vintoito Capellaẽs &c. Et poſt pauca: ¶ E tendo nòs aprovado & confirmado a dita capella, como conſta das Bullas & lettras Apoſtolicas, que diſſo nos mandou paſſar &c. Deinde Sereniſſimus fundator manifeſtè dicit in ſtatutis ſupra citatis §. 12. & §. 13. ſe velle illos obligatos juxta inſtitutionem, & creationē dictæ capellæ: atqui capellanus, vel ſacerdos beneficiatus, qui ratione alicujus capellaniæ, vel beneficij obligatur celebrare, tenetur ex juſtitia ſub lethali celebrare toties per ſe aliū, quoties id exigit obligatio capellaniæ, vel beneficij: idque quanvis obligatio ſit de celebrādo quotidie, ut cum communi ſententia docent Azor lib. 10. cap. 24. q. 7. Henriq. lib. 9. cap. 23. num. 5. & cap. 24. num. 4. Bonacina diſp. 4. q. ult. p. 7. Fagund. in quinq. lib. 3. præcep. 1. cap. 11. & Laymanus lib. 5. cap. 3. Nam ex contractu tacito ex natura rei inito cum fundatore ſuſceperunt dictam capellaniam ſub tali onere. Aliter valde fraudarentur tam vivi, quàm defuncti, pro quibus Miſſæ illæ offerendæ ſunt, ſi tanto fructu, & valore ſacrificij priventur. Ergo noſtri præbendari, cum ſint veri capellani, ad prædictas Miſſas graviter obligantur.

Capella unde dicta.

1813 Vt autem in ſpecie explicemus hujuſmodi obligationem, & an ceſſet aliquando in aliquo caſu particulari, præmittendum eſt, quid ſit Capella, & Capellania, & unde dicantur. Capella dicitur a caprarum pellibus, quibus olim Franci Tuguria operire conſueverunt, ut rem divinam facerent: vel certè Capella eſt nomen Francum, quo ſignificatur tegumen, quod veluti tentorium ſibi Reges Francorum extruebant in caſtris, ut ſacrum audirent. A Capella nomen habet Capellania. Inter utranque vide diſcrimen quod ponit Azor p. 2. lib. 3. cap. 1. q. 5. Vide ſimiliter quæ diximus de diſcrimine inter Capellam & Maioratum in noſtro Elucidario n. 1121. Vt verò intelligatur an Capellania ſit beneficium, notat Suar. de Horis canon. cap. 4. num. 11. duplicem dari Capellaniam, alteram collativam, quæ authoritate Epiſcopi erigitur, etiamſi ex bonis laicis dotetur, & penes laicum patronum jus præſentandi maneat: alteram non collativam, quæ a patrono laico cōceditur ſine collatione prælati, v. g. quando laicus relinquit ſua bona cum hoc onere, ut certa quædam penſio quotannis alicui clerico detur ad tot Miſſas celebrandas. Hæc poſterior neque beneficium eſt, neque inducit obligationem recitandi officium canonicum. Prior (inquit D. Sebaſtian. Cæſar in hierarch. eccleſ. diſp. 4. §. 3. num. 1.) verè beneficium erit ſi authoritate prælati ita fuerit inſtituta, ut

eam obtinens in perpetuum intituletur; ſecùs, ſi ad certum tempus, ut Capellanus Academiæ Conimbricenſis, & noſtri Eborenſes, de quibus loquimur, vel ſi ad nutum fuerit amovibilis, ut Capellanus Sedis Conimbricenſis. Illud nobis compertum eſt, pro instituto confirmãdo, quencunque ex dictis Capellanis, teneri ex juſtitia ad ſolvendum debitum Miſſarum, ſub quarum onere penſionem accipit.

Capellanus obligatus celebrare quotidie.

1814 Pro maiori explicatione hujuſmodi obligationis, dubium eſt 1. an capellanus ex ſtipendio obligatus quotidie celebrare, poſſit unam Miſſam in hebdomada omittere? Conveniunt authores citati nu.1812. ſi in tali Capellania conſuetudo ſit, ut una vel altera dies interſit vacationis in celebrando, poſſe Capellanum ſacerdotem a ſacrificio abſtinere, vel illud pro alio offerre. Nam ea videtur fuiſſe mens fundatoris. At ſi prætindamus ab omni conſuetudine, & inſtitutio Miſſæ illius quotidiana dirigatur ad ſacerdotem, dicens v. g. (Eligatur ſacerdos, qui quotidie celebret.) Diana p.2. tract.14. reſol. 28, & p.5. tract. 5. reſol.23. & tract.13. reſol.51. affirmat poſſe in hebdomada vnam Miſſam omittere. Imò Navarrus tom.1. conſil. lib.3. conſ.6.n.5. addit non ſolum unam, ſed etiam alteram omittere poſſe. At non poterit celebrare pro alio dante ſtipem, juxta Naldum v. Miſſa num.5. qui exiſtimat talem quater, vel ſexies tantum in anno, ex urgente neceſſitate, poſſe celebrare pro ſe ipſo, vel alio ſibi conjuncto ad ſpecialem Dei gratiam conſequendam: & hoc ex præſumpta teſtatoris voluntate. Si autem inſtitutio dirigatur ad locum, v.g. ſi dicat. (Celebretur quotidie Miſſa in tali Eccleſia.) Vel dirigatur ad ſacerdotem, addendo (per ſe, vel per alium) tenetur omninò quotidie celebrare, ut ait Zenard. par.1. de ſacram. cap.15.

Capellanus ægrotans, vel aliter impeditus,

1815 Dubium eſt 2. An capellanus quandiu ægrotat, vel aliter legitimè impeditur, teneatur celebrare per alium? Conſtat in hoc & ſimilibus caſibus, ſi detur ex verbis fundationis, aut aliunde conjectura ſufficiens, ut teſtatoris, ſeu fundatoris voluntas deprehendatur, hanc eſſe implendam. Si verò nulla detur talis conjectura, deobligari capellanum, communis ſententia eſt, quam tenent Sylveſt. v. Miſſa, Navarr. cap. 25. num.135. Bonac. d.4. q.ult. p.7. num.6. Azor p.1. cap. 14. lib. 10. q.7. Henr. cap.24. num.4. & Fagun. 1. præc. Eccl. lib.3. cap.15. num.11. Maior eſt dubitatio in aſſignando tempore, quo ægrotus a tali obligatione liber eſt. Riccius p.1. reſol. 340. n.5. putat ſolum manere deobligatum per octo, vel decem dies. Hurtadus de ſacrif. diſp.4. diff. 1. extendit ad menſem. Peyrinus tom.5. cap.1. n. 24. ad bimeſtre: nam ſpatium duorum menſium eſt breve reſpectu anni, & cum teſtator non expreſſerit ſuam intentionem tam ſtrictè obligandi, non debet Capellanus pauper, eo tempore, quo magis eget, privari ſtipendio. Scimus ex ſtat. §.12. Regem Cadinalem voluiſſe ſuos Capellanos eſſe liberos ab onere Miſſarum, toto tempore, quo per morbum impediuntur; ſecus ſi impedimentum aliunde adveniat. Verùm in alijs capellanijs, ubi (ut dicebamus) non eſt voluntas teſtatoris expreſſa, capellanus ægrotans poſt duos menſes, tenetur ſubſtituere alium, qui ſuo loco celebret, ut rectè docent Navar. lib. 2. de teſtit. cap.2. num. 210. Layman. de Miſſa cap.7. & Hurtad. ibid. diſp.4. diff. 1. fine. Sumitur ex cap. contuliſti, de celebr. Miſſ. & cap. ſignificatum, de præben. Et quidem in hoc caſu hæc rationabiliter præſumitur mens fundatoris.

Miſſarum celebratio per ipſum Capellanum.

1816 Dubium eſt 3. Vtrum Capellanus poſſit abſolutè Miſſarum oneri ſatisfacere per alios? Affirmativa reſolutio vera eſt, quando cautum non ſit in fundatione Capellæ, quòd Capellanus celebret per ſe ipſum. Ita S Congregatio declaravit apud Homobonum p.1. tract.4. cap.13. q.122. addens in tali caſu Capellanum cogi non poſſe ab Epiſcopo, ut celebret per ſe ipſum. Ita Dian. p.2. tract.14. reſ.18.

Miſſarum obligatio in certo loco,

Dubium eſt 4. an Capellanus qui per fundatorem præcipitur celebrare in tali Eccleſia, vel altari, poſſit celebrare in alio loco? Negativa reſolutio vera eſt, ita ut Fagundez præc.1. Eccl. lib.3. cap.9. n.6. exiſtimet Capellanum regulariter peccare mortaliter, ſi nõ celebret in loco per fundatorem deſignato. Excuſabitur tamen Capellanus qui ter in anno, vel quater in ſacello deſignato non celebret. Si tamen accipiens ſtipem, cum eo pactũ fuit, ut celebraret Miſſam de requie in altari privilegiato, non excuſatur celebrans in alio altari cum calculo benedicto, exiſtimans cum illo animam liberare. Tenetur enim celebrare in altari privilegiato, & de requie. Sic teſtatur Diana p.4. tr.4. reſ.233. fuiſſe declaratum a S. Congregatione rituum in una Toletan. 13. Iulij 1601. quæ etiam 24. Aprilis 1626. declaravit, quod ſi in die aſſignato altari privilegiato incidat feſtum de præcepto, ibi Miſſa de requie dici non poteſt. Verum (ut affirmat Diana p.2. tr.14. reſ.29.) qui Miſſam offerret in diverſo loco, peccaret quidem, ſed ad reſtitutionem non teneretur, niſi ſubtraheret aliquod ſuffragium defunctis, v.g. ratione minoris frequentiæ. Quia tunc hoc damnum teneretur reſarcire alijs precibus.

Miſſa diei ſatisfacit pro quacumque alia.

1817 Dubium eſt 5. an Capellanus obligatus ex Capella (& idem eſt de quovis qui obligatur ex ſtipendio) Miſſam dicere, v.g. de Spiritu S. de B. Virgine, vel de requie, ſatisfaciat celebrando Miſſam currentem? Reſpondetur affirmativè cum Diana p.2. tr.14. reſ.31. & p.3. tr.6. reſ.62. Quia omnes

Miſſæ

Digitized by Google

Miſſæ paris valoris ſunt: imò (addit ille) defunctis, & alijs nulla ſalubrior Miſſa eſt, quàm Miſſa diei. Peccaret tamen Sacerdos venialiter, ſi ſpecialiter promiſiſſet celebrare talem Miſſam, & celebraret aliam. Ita latè Villalobos tom.1.tract.8.diſp.91. num.9. ex Navarro lib. 2.cap.2.num.248.& alijs. Dubium eſt ultimò, an Sacerdos obſtrictus ad celebrandum Miſſas S. Gregorij, teneatur illas celebrare cõtinuè, & ſine ulla interruptione? Affirmat Gavantus in Rub.Miſſal.tom. 1.p.1.tit.5.lit.D. dicens Miſſas illas ſic per ſaltum celebratas non valere, ut inſtitutas a S.Gregorio. Negandum tamen eſt cum Bonacina de ſacr. diſp.4. q.ult. punct.7.§.3.num.6.& 7. Nam valent prædictæ Miſſæ, ut tenet Fraxinellus de oblig. ſacerd. ſect.8.concl.6.§.5. num.7. & ſacerdos tenetur celebrare continuè morali modo, ſalva nempe honeſtate, & devotione ipſius, quantum fieri poteſt. Videatur Diana p.2. tract.14. reſol.32. Ex dictis perſpicuum manet qualiter obligentur collegæ Purificationis ex ſtatuto p.3. cap. 22. præcipiente Miſſas celebrandas in templo collegij Spiritus ſancti, & præſcribente ſingulis hebdomadæ diebus talem, vel talem Miſſam. Item qualiter obligentur Capellani ex ſuis ſtatutis §.12.& 13. celebrare ſuas Miſſas in templo Sedis Eborenſis, vel templo collegij Spiritus ſancti tali deſignatione Miſſarum. Mihi videtur ſolum ſubſiſtere obligationem ad numerum Miſſarum, abeunte jam in deſuetudinem prædicta illa duplici deſignatione.

Miſſa D. Gregorij.

1818 Secunda difficultas eſt, qualiter obligentur capellani illi, ſeu præbendati, & portioniſtæ Academici ad ſuſcipiendos ſacros ordines tali, vel tali tempore? Dari abſolutè in præbendatis hujuſmodi obligationem, conſtat ex ſtatutis §.2. ubi de præferentia in electione ad capelianiam.

Ordines ſuſcipiendi obligatio.

¶ Sempre ſe elegerão os mais idoneos, preferindo porem, cæteris paribus, os de ordens de Miſſa aos de Evangelho, & os de Evangelho aos de Epiſtola: & eſtes aos que não tiverem ordens algũas, & huns & outros com obrigação que nos primeiros tempos que ſe derem gerais, tomem as ordens pera que então tiverem legitima idade. Eſſe hujuſmodi obligationem levem, exiſtimabit aliquis. Quia nõ videtur habere maiorem vim, quàm ex ſtatuto ſic decernente: ſtatuta autem Academica (ut ſæpe diximus) ex ſe non obligant graviter. Mihi videtur loquendum cum diſtinctione, nempe ut aſſeram eſſe obligationem gravem quoad ſubſtantiam, ita ut præbendatus peccet lethaliter, ſi omninò omittat ſacros ordines ſuſcipere: eſſe levem quoad modum, vel circumſtantiam temporis, ut non peccet graviter, ſi ſemel aut bis præceptam opportunitatem ſuſcipiendi omittat. Hæc poſterior para conſtas ex ratione proximè facta; quia talis modus, & opportunitas videtur ſolum cadere ſub obligatione ex ſtatuto. Prior pars ſuadetur, quia obligatio abſolutè ſuſcipiendi ordines omnes ſacros, non ex ſtatuto, ſed ex natura ipſius rei gravis eſt, ſiquidem concernit finem principalem, quem intendit Rex fundator in erigendis Capellanijs, ſicut & collegiaturis Purificationis: nempe ut eſſet copia presbyterorum, qui moribus integri, & ſciẽtia inſtructi poſſent eligi in parochos Eborenſis diæceſis: & ideo per modum quaſi contractus virtualis ſuppeditavit illis ſuos reditus: fraudatio autẽ hujuſmodi finis, nõ ſuſceptis ordinibus ſacris, gravis admodum eſt.

1819 Maior difficultas eſt, Utrum Capellanus, vel Collega, qui percepit annuos illos reditus, & poſtea non ſuſcepit ſacros ordines, quia v.g. nupſit, teneatur reſtituere omnes fructus perceptos? De hac difficultate conſulti olim duo celeberrimi Doctores, Dominicus Antunes de Abreu, & Rodericus Perez da Veiga affirmativè reſponderunt, ſcilicet oppoſitorem, qui initio accepit capellaniam, vel collegiaturam animo comedendi reditus, & non ſuſcipiendi ſacerdotium, ſi de facto comedit, & ſacerdos factus non eſt, teneri reſtituere omnes reditus, quos percepit. Reſolutionem deſumunt ex cap. licet canon, de elect. in 6. & cap. commiſſa ver. cæterum eod. tit. in quibus quod dictum eſt, decernitur de accipiente beneficium parochiale obligato intra annum ſuſcipere presbyterium: non enim citati Doctores inveniunt ad hujuſmodi obligationem contrahendum, diſcrimen inter præbendatum Academicum & talem beneficiatum.

Reſtitutionis obligatio in præbendato, vel collega non ſuſcipiente ſacerdotium.

1820 Ut verò eorum reſolutio in præbendatis, & collegis Academicis dilucidiùs pateat, videndum breviter nobis eſt, quanta ſit in parocho electo obligatio ſuſcipiendi presbyterium. Conſtat ex d. cap. licet canon. acceptantem parochiale beneficium (idem extendit Gluſ. ad beneficia non curata, quanvis repugnet Navarr. in Man. cap. 55. num.118.) teneri ſub lethali, & obligatione reſtituendi fructus perceptos, habere intentionem ſuſcipiendi presbyterium, intra annum. Dubitatur 1. an ſatisfaciat huic obligationi, ſi acceptet cum animo dubio, vel ſaltem conditionato illud ſuſcipiendi? Negant in utroque caſu Azor 2.p.lib.6.c.9. q.3. & Gutierr. lib.2. canonic. qq. c.3. à num.22. Affirmant Graffis in deciſ. aur. lib.2. c.97.num.55. & Garcia de benef. p.3.c.4.num.48. Mihi videtur diſtinguendum, ut nempe aſſentiat prioribus negantibus, ſi adſit animus merè dubius, & hæſitans: aſſentiat poſterioribus affirmantibus, ſi adſit animus conditionatus, nempe retinendi beneficium, & ſuſcipiendi apto tempore presbyterium,

Parochus electus quomodo teneatur ſuſcipere ſacerdotium.

Intentio in parocho ſuſcipiendi ſacerdotiũ.

Digitized by Google

terium, niſi aliquid felicius contingat. Ratio eſt, quia merè dubiua caret animo & voluntate; non ita acceptans conditionaliter. Sic docet Sanch.l.7.Matr. d.45. num.10. qui num.3. ſubſcribente Leſſio cap.34.a num.100. dicit ab eo qui illa intentione dubia acceptavit, faciendam eſſe fructuum reſtitutionem in conſcientia, ante ullam judicis ſententiam. Dubitatur 2. an qui accepit beneficium abſque animo ſacerdotij, & poſtea mutata voluntate ſacerdos factus eſt, teneatur reſtituere fructus, quos percepit illo tempore, quo caruit voluntate? Affirmant Toletus lib.5.Summæ cap. 5.num.5. & Sotus lib.10. de juſt.q.5.a.6. Negandum tamen eſt cum Suar. de leg. lib.4.cap.13 num.30. Leſſio cap.34.num.133. & Garcia p.3.c.4. num. 51. & habetur cap. commiſſa de elect. in 6. ex quo textu Sanch.cit.n.11.& Leſſius nu.34. deducunt, te, ſi curatum beneficium accepiſti animo promovendi intra annum, ſed poſtea mutata voluntate non fuiſti promotus, non eſſe obligatum fructus illo tempore perceptos reſtituere, quanvis graviſſimè peccaveris.

Collegæ obligati ad ordines ſa. non

1821 Hæc omnis doctrina de ſuſcipiente beneficium parochiale, in ordine ad obligationem ſuſcipiendi presbyterium, juxta duos illos Doctores citatos n. 1819. quadrat omninò in Academicos præbendatos, & collegas, quaſi a beneficijs ad præbendas, & collegiaturas Academicas, fiat optimum argumentum. Et quidem reſolutio hujuſmodi tum ex ratione, tum ex authoritate mihi videtur valde probabilis. Illi tamen non plenè acquieſco. Quia in re odioſa, & pænali non fit extenſio legis ad rem diverſam propter ſolam ſimilitudinem, imò identitatem rationis, ut cum communi docet Suar. de legib. lib.6.cap.3.num.3. lex autem illa privans fructibus ob non ſuſceptum presbyterium, & obligans ad eorum reſtitutionem ante ullam judicis ſententiam, eſt valde odioſa, verſaturque ſolum juxta verborum proprietatem in materia beneficiorum; ergo non poteſt extendi ad rem diverſam, ſcilicet ad præbendam, & collegiaturá Academicá, quæ beneficia non ſunt. Debuit igitur, ut dicti fructus reſtituerentur, præſertim ante ullam ſententiam declaratoriam, hoc expreſſiſſimè contineri in aliquo ſtatuto Academico, quo fundator ſuam mentem declararet, ſicut declaravit loquens de ijs, qui habentes ex redditibus annuis pluſquàm centum aureos, Collegium ingreſſi ſunt: item p. 2. cap. 3. loquens de uxoratis, & deſponſatis ante, vel poſt ingreſſum collegij, ut nempe teneantur in conſcientia reſtituere quidquid acceperunt a puncto initi conjugij, vel diſpenſationis: cum igitur non declararet, non videntur dicti præbendati ex aſſignato principio habere talem obligationem.

Reſtituendi obligatio in non ſuſcipientibus ordines,

1822 Alia igitur via incedendum eſt, quæ mihi, & viris doctis, quos conſului, ſatis placuit. Hæc ut innoteſcat, ſuppono oppoſitorem ad dictam capellaniam, vel collegiaturam dupliciter potuiſſe ſe gerere in acceptatione illarum. 1 ita ut nec habuerit animum ſe obligandi ad ſuſcipiẽdum ſacerdotium, nec proinde implendi talem obligationem. 2. ita ut habuerit animum ſe obligandi ad dictum ordinem ſuſcipiendum, ſed non habuerit animum implendi talem obligationem, quia v.g. intendebat nubere. Hæc enim duplex intentio evenire poteſt in quolibet viro ineunte contractum cum alio. Dico igitur, ſi oppoſitor primo modo ſe geſſit in acceptione capellaniæ, vel collegiaturæ, tenetur ante ullam ſententiam reſtituere omnes fructus perceptos: ſi autem ſe geſſit ſecundo modo, quanvis peccaverit, non tenetur ad talem reſtitutionem, ſaltem ante ſententiam. Prior pars conſtat, quia oppoſitor carens animo ſe obligandi ſubſtantiali, utpote ad principalem finem, & ſic accipiens capellaniam, vel collegiaturam, nunquam fuit verus capellanus, aut verus collega, proindeque ex natura rei nunquam fecit fructus ſuos; ergo tenetur eos reſtituere, utpote alienos. Poſterior pars ſuadetur, nam capellania, vel collegiatura habenti animum ſe obligandi, quanvis non implendi validè collata fuit, proindeque verus ille capellanus, vel collega fecit fructus ſuos; ergo nequit privari illis ante ſententiam.

Matrimonij verus conſenſus

1823 Explicatur optimo exemplo, deſumpto ex matrimonio: nam ſi quis nubat animo non ſe obligandi ad copulam, invalidè matrimonium init, quia tunc deficit conſenſus eſſentialiter requiſitus ad verũ matrimonium, qualis eſt conſenſus in obligationem, per quam alter conjux acquirat jus ad copulam, ſeu traditionem corporis. Si quis autem nubat animo ſe obligandi ad copulam, ſed illam nunquam habendi, vel per fas, vel per nefas, adhuc validè matrimonium init, quia ſaltem in radice intendit principalem finem matrimonij. Et hæc eſt vera & cõmunis doctrina apud Sanch. lib.2. Matr.d.28. Ex quo perſpicuè infertur, ſi vir primo modo nubens accipiat a fæmina dotem, & comedat fructus ejus, teneri ad omnium reſtitutionem, ante ullam judicis ſententiam: ſecùs, ſi nubat ſecundo modo. Ratio eſt, quia in primo, & non in ſecundo eventu, matrimonium irritum fuit, proindeque ille non evaſit verus maritus. Ergo ſimiliter in caſu quo oppoſitor ex irrita collatione non evaſit verus capellanus, aut verus collega, tenebitur ad reſtitutionem: ſecùs, quando collatio valida fuit.

1824 Dices, collatio beneficij parochialis facta habenti animum

non

non ſuſcipiendi presbyterium, valida fuit, & ille fecit fructus ſuos: & tamen tenetur illos reſtituere (ut diximus) ante ullam ſententiam; ergo quanvis collatio capellaniæ, vel collegiaturæ facta habenti animum ſe obligandi, ſed non implendi, valida ſit, & ipſe faciat fructus ſuos, tenebitur illos reſtituere ante ullam ſententiam. Reſpondeo conceſſa maiori & minori, negando conſequentiam: diſparitas eſt, quia juxta textum citatum in cap. licet canon, & cap. commiſſa, & communem Doctorum interpretationem, Pontifex permiſit valorē collationis, & cōceſſit illos fructus revocabiliter, ac veluti conditionaliter, donec parochus ille ſuſciperet presbyterium, ac proinde conſervatio valoris collationis, & dominij fructuum, voluit ut penderet a ſuſceptione presbyterij, quo non ſuſcepto maneret collatio invalida, & fructus manerent alieni. Secus in collatione Capellaniæ, & collegiaturæ, cum non appareat textus, aut voluntas fundatoris, quibus collatio illarum ſic irritetur, & fructus maneāt alieni.

Beneficij collatio invalida.

1825 Quid ſi oppoſitor probè ſciēs ſe habuiſſe animum non ſuſcipiendi presbyterium, dubitet dubio negativo an habuerit animum ſe obligandi ad illud? Exiſtimo præſumendum eſſe, quòd habuerit talē animum. Ratio eſt, quia (ut diximus) ſine animo ſe obligandi, actus accipiendi capellaniam, vel collegiaturam, eſſet invalidus: in dubio autem ſtandum eſt pro valore actus. l. quoties ff. de rebus dubijs. l. ſi quando ff. delegat. 1. & l. quoties ff. de verb. obligat. Rolan. a Valle cōſ. 61. n. 23. Bertazol de clauſul. in ſtrum. clauſul. 1. gloſ. 4. n. 5. & Scacc. de appel. q. 2. num. 29. cum multis alijs.

Actus valet in dubio.

1826 Oppōnes, in dubio præſumitur quis ſe velle obligare, quantum minus poteſt: quia in tali dubio poſſidet libertas, & unuſquiſque a communiter contingentibus, intelligitur velle ab omni onere eſſe immunis, & quantum fieri potuerit, levatus: hinc eſt (teſte Sanch. lib. 4. Decal. cap. 16. n. 30.) quòd ſi quis vovens religionem, dubitet, habueritne intentionem ſe obligandi ad religionem indeterminatè, an ad certam, & determinatam? præſumendū ſit pro certa & determinata, eo quòd ut ſic minùs ſe obliget; ergo prædictus in dubio cenſendus eſt non habuiſſe animum ſe obligandi ad presbyterium. Reſpondeo negando conſequentiam ex eodem principio contra noſtram reſolutionem aſſumpto: nempe quòd unuſquiſque in dubio præſumatur intendiſſe obligationem, quantum fieri potuerit, minorem. Nam prædictus intendens ſe obligare ad presbyterium, intendit minorem obligationē, ſine qua ſubiret maiorem, nempe obligationē naturalem ex juſtitia dimittendi capellaniam, & reſtituendi fructus omnes ante ullam ſententiam: quia non intēta illa obligatione presbyterij, maneret irrita collatio capellaniæ, & collegiaturæ: proindeque in dubio præſumēdus eſt habuiſſe animum taliter ſe obligandi, ut maneret minùs obligatus.

Obligatio minor præſumitur in dubio.

Quantum toto hoc opere Academico noſter exaravit calamus: quantum noſter qualicunque ingenio, & induſtria perfecit labor, Deum opt. max. precor, ut cedat in maiorem illius gloriam, & B. Mariæ ſemper Virginis obſequium: necnon B. Auguſtini admirabilis S. Eccleſiæ Doctoris, cujus feſta die 28. Auguſti, anno Domini 1659. univerſo operi metam, & coronidem figimus.

FINIS.

INDEX RERVM
COPIOSVS, IN QVO CITATVR
numerus marginalis paragraphorum.

A.

ABbas in Conſervatorē eligēdus 945.
Abbatiſſa præcipiens. 1319.
Abbatiſſa poteſtas. 906.
Aborſus periculū iñ curatione. 1523.
Aborſus procuratio. 1590.
Abrogatio ſtatuti. 1711.
Abſens quando reputatur præſens. 1299.
Abſentia officialium. 1126.
Abſentia ex cauſa juſta. 874.
Abſentia quinquennium in ſcholari 377.
Abſentia in militibus & ſcholaribus. 878.
Abſentia collegarum & portioniſtarum. 1687.
Abſentia & vacantia tempore peſtis. 1691.
Abſentiarum capellanorum mulcta 1690.
Abſolutio excommunicationis collegarum ſe invicē percutientium. 1778.
Abſolutio religioſorum ſe percutientium. 1780.
Abuſus domus locata ad expellendum. 440.
Abuſus privilegij. 1390 1391.
Academia & Univerſitas quid ſit. 267.
Academia quotuplex. 12.
Academia conſiderata ut ſingulorum, & ut univerſorum. 16.
Academia omnis an ſit Eccleſiaſtica. 15.
Academia quando Eccleſiaſtica, vel laica dicenda ſit. 17.
Academia perfecta. 13.
Academia perfectiſſima. 14.
Academiæ fundatio ad quem ſpectet. 46. 47.
Academiarum fundatores qui. 51.
Academia laicæ fundatio per Papam. 56
Academijs condendis locus non omnis olim permiſſus. 64.
Academia locus. 66. 67 68.
Academia tranſlatio 70.
Academia utiles bono communi. 80.
Academia utiles toti Eccleſiæ. 94.
Academia Conimbricenſis utilitas. 109.
Academia Eborenſis utilitas. 112.
Academia proſunt regimini politico. 89.
Academia ejici magna pœna. 719.
Academia in condendis legibus. 161.
Academia jure cōmuni poteſt condere ſtatuta. 162.
Academia ſolemnitas in condendis ſtatutis. 177.
Academia conſenſus in legibus. 177.
Academia legitimus conſenſus. 25.
Academia poteſt obligari juramento. 199.
Academia poteſt delinquere. 34.
Academia poteſt puniri. 39.
Academia frequentiſſima eſſe debet. 14.
Academia tribunal & magiſtratus gaudent privilegio fori. 341 342 343.
Academia protector quis. 52.
Academia omnis nobilis. 119. (132.
Academia eſt ignobilior republica Eccleſiaſtica.
Academia nobilitas an ſit anteponēda militari. 137
Academia præſtat reipublica militari. 138.
Academia p[illegible]es an ſint nobiles. 120.
Academia Eccleſiaſtica privilegia. 288.
Academia Societatis Jeſu commendantur. 105.
Academijs & litteris infenſi qui. 82.
Academia extincta, vel tranſlata, quid dicendum de privilegijs, & reditibus. 76.
Academia extinctio ad quem ſpectet. 71.
Academiarum everſores. 72.
Academia privilegia ſunt realia, & nō perſonalia (295.
Academia Vide Univerſitas.
Acceptatio delegationis. 1148
Acclamationis privilegium. 491.
Accrementa ex ædificio Purificationis. 1686.
Accuſatio Magiſtri. 1566.
Accuſatoris occidendi opinio probibita. 549.
Actor in lite petens expenſas. 1797.
Actus publicus quis ſit. 533.
Actus valor in dubio. 1825.
Adulterium ſcholaſtici. 1661.
Advocati nobiles. 130.
Advocati an gaudeant privilegijs Doctorum. 1375
Advocati obligatio. 1133.
Advocatorum examen. 1236.
Advocatus defendēs juxta opinionē probabilē 1515.
Advocatus pro pauperibus gratis. 1285.
Advocatus pauperum. 1288.
Ædificia collegij Purificationis cujus ſint. 1678.
Ædiles judices calūniarū vulgo das coimas. 474
Ædilium Academicorum obligatio. 1132.
Ædilium officium. 1131.
Ædium res, & propter ædes. 1682.
Ægrotus ad Miſſas celebrandas. 1787.
Ægrotus Capellanus. 1805 1806.
Ægrotus privilegiatus. 1818.
Æmulatio quid. 560.
Æmulationis mala 555.
Ænigma quid ſit 530.

Digitized by Google

Ænigma exponens in ſenſu alieno, 591.
Ænigmata proponendi conſuetudo. 584.
Ænigmata honeſté proponuntur. 583.
Ænigmatibus qui ceſſarunt. 583.
Ænigmatis notitia quid operetur. 590.
Ænigmatis notitia fraude extorta. 594.
Æqualitas poematum in certamine. 568.
Ætas ſacerdotis 700.
Ætas judicis qua. 699.
Ætas Conſervatoris. 937.
Ætas ad præbendatos requiſita 1800.
Ætas requiſita ad officiales. 1110.
Ætas ſcholaſticorum qualis. 1539.
Ætas ad Doctoratum. 1174.
Ætas ad beneficium quo tẽpore adeſſe debet 1754.
Ætatis defectus diſpenſabilis. 1802.
Ætatis venia. 1110. 1112.
Ætatis probatio. 1723.
Affabilitas, & comitas. 1773.
Affabilitatis obligationes. 1774.
Affectus nimius ad ſtudium. 1577.
Alienatio bonorũ immobiliũ pro regularibus. 682.
Alienatio bibliothecæ. 683.
Alienatio decimarum. 466.
Alimenta pro ſtudio. 1542.
Alimenta ſcholaſticorum, libri. 608.
Alimenta pro litigantibus. 1797.
Alimenta maiora uni filio quàm aliis parentes darẽ poſſunt. 1547.
Alimenta præbenda Magiſtro. 1566.
Alimenta legata ſcholari. 1654.
Allegatio moderata eſſe debet. 1461.
Allegationes falſæ. 1436.
Amor librorum. 609.
Anacardina ad memoriam. 1589.
Animus defendendi librum. 640.
Annulus Doctoris. 1220.
Annus inceptus in ætate ad officia. 1110.
Annus ſufficit ad ſignificandum Diu. 1809.
Antiqua doctrina commendatur. 1448.
Antiquitas præfertur. 1194.
Antiquitas & novitas conjungantur. 1452.
Antiquitas Cancellariatus. 823.
Apoſtoli an omnes ignobiles, & cur electi. 1109.
Apozentadoria Conimbricenſis Academiæ. 434.
Apozentadoria Eborenſis Academiæ. 435.
Apparitor Academicus quid poſſit. 1012.
Appellatio in notoriis. 1042.
Appellatio denegata per ſtatutum. 1769.
Appellatio denegata per contrarium. 1770.
Appellatio à Conſervatore. 1042.
Appellatio in Academiis ad quem fiat. 1050.
Appellatio in ſingulis Academiis. 1051.
Appellatio non obſtat libris tradendis 674.
Appellatio ſtudioſi. 1045.
Appellatio contra ſtudioſum. 1046.
Appellatio a ſententia Magiſtri 1316.
Appellatio in quibus cauſis detur. 1043.
Appellatio a Conſervatore ad quem detur. 1044.
Appellatione remota & ſummariè procedere quid. 1048.
Appellationis remotio in cauſa criminali. 1049.
Approbatio Põtificis non reddit Academiam Eccleſiaſticam. 59.
Approbatio Pontificis quos effectus habeat, 60.
Approbatus an poſſit reprobari. 1230.
Arbiter quis. 1794.
Arbitraria pœna. 717.
Arbitrator quis. 1794.
Arbitrator laicus in cauſa Eccleſiaſtica. 1794.
Arbitrium quid ſit. 769.
Arbitrium puniendi. 1803.
Arma inventa ad pedes ſcholaſtici. 484.
Arma ſcholaſticorum ſunt libri. 608.
Arma vetita auferuntur à clericis. 1008.
Arma vetita 477. 1405.
Armorum appellatione quid veniat. 477.
Armorum prohibitio. 478.
Armorum prohibitio in Academiis Luſitaniæ. 479.
Ars utilis in Doctore. 1480.
Artes liberales. 141.
Aſſeſſor recuſatur. 1040.
Aſſiduitas ſtudii. 1572.
Aſtrologia judiciaria. 81.
Athenæum quid. 6.
Atramentario percutiens. 483.
Atientio Miſſa. 1601.
Audiens legentem an dicatur legere. 634.
Auditio frequens præceptoris. 1582.
Auditor quis dicatur. 1535.
Auditorium quid. 1535.
Averrois defenſio. 538.
Avocatio quid ſit. 401.
Avocatio cauſarum in Academiis. 402.
Author quis. 1336.
Author libri. 629.
Author libri quis. 624.
Author libri quid poſſit poſt approbationem. 649.
Authores optimi reprehenſi. 611.
Authores citandi partè. 1424.
Authoris nomen in libro. 651.
Author. *Vide* Scriptor.
Authoritas quid ſit. 1336.
Authoritas jurantium in verba Magiſtri. 1464.
Authoritas non prævalet rationi. 1343.
Authoritas Doctorũ & Patrũ Eccleſiæ. 1339. 1348

B.

Baccalaurus quos præcedat. 1205.
Baccalaurus Theologiæ an præcedat Magiſtrum artium. 1207.
Bannitus Magiſter, & Pater an poſſit occidi. 1570.
Barba nutritio. 1558.
Becalia, & tunica collegarum. 1703.
Beneficiatus ægrotans. 1806.
Beneficium quid ſit. 1717. definitur. 837.
Beneficium conferendum magis digno. 916.
Beneficium mandatum ſcholari. 1533.
Beneficium per injuſtam ſententiam ablatum. 1499.

Bene-

Beneficium Principis empliandum. 175.
Beneficia ſcholarium. 488.
Beneficij collatio invalidata. 1824.
Beneficij perpetuitas. 836. 1717.
Beneficij fructus percipiens ſcholaſticus. 62.
Beneficiorum expectativa. 738.
Beneplacitum quid ſit. 769.
Beneplacitum in conceſſione. 1150.
Biblio beca quid ſit. 678.
Bibliotheca nomine quid veniat. 679.
Bibliotheca in Academia. 677.
Bibliotheca legata. 681.
Bibliotheca Purificationis. 1681.
Bibliotheca alienatio 683.
Bibliothecarum paratio. 680.
Bibliothecarum everſio. 681.
Bibliothecarum inventor. 678.
Bibliothecarius & Cancellarius an idem. 832.
Birretum rotundum. 1119.
Bona criminoſi alienata 1501.
Bona Vniverſitatis an poſſint oppignerari, & vẽdi. 19
Bona immobilia an poſſint alienari a regularibus. (682.
Brachij ſecularis invocatio. 1025.
Brevitas doctrine. 1424.
Brevitas in docendo. 1461.
Brodium in oppoſitione. 1277.

C.

Caſaties in ſcholaſticis. 1558. 1559.
Calumniarum privilegium 472.
Campanulæ reparatio. 1685.
Cancellare quid ſit 816.
Cancellarius unde dict us. 817.
Cancellarij nomen multiplex. 826.
Cancellariatus officium antiquum. 418. 823.
Cancellariatus qualis dignitas. 835 822.
Cancellariatus non eſt beneficium 836.
Cancellarius celebrans quando ſuſpenſus eſt. 910.
Cancellarius Romana Eccleſia. 829.
Cancellarius delegatus Principis. 858.
Cancellarij qui fuerunt. 828.
Cancellarij dotes. 827.
Cancellarius poteſt recuſari. 853.
Cancellarius manifeſtans punctũ candidato. 898.
Cancellarij Academici vera dignitas. 834.
Cancellarij Academici munus. 821.
Cancellarij munus in hac ætate 819.
Cancellarij Academici locus. 828
Cancellarij poteſtas in præcipiendo. 859. 862.
Cancellarij juriſdictio. 843. 844.
Cancellarij juriſdictio ordinaria. 849.
Cancellarij poteſtas erga graduandos. 852.
Cancellarij obligatio in collatione gradus. 881.
Candidato punctum manifeſtans. 898.
Candidatus præſtans juramentum. 890.
Canonicæ facultatis neceſſitas. 1186.
Canonicæ facultatis objectum. 1186.
Canonicatus an ſit dignitas. 963.
Canonicus ad munus Conſervatoris. 948. 962.
Canonicus ſuſpenſus. 1314.
Canonicus ſtudens. 1668.
Canonicus deputatus Conſervator Eborenſis. 961.
Canonis privilegium in commendatarijs. 1796.
Canoniſtæ Doctoris præcedentia. 1186.
Capellania quid & quotuplex. 1813.
Capellaniæ oppoſitor. 1800.
Capellania privatio ob delicta. 1803.
Capellania vacatio per infirmitatem 184.
Capellani Academici obligationes. 1810.
Capellani obligatio ad Miſſas. 1812.
Capellanus ægrotans, vel aliter impeditus. 1815.
Capellanus ægrotans in patria. 1806.
Capellanus ingrediens religionem. 1728.
Capellanus obligatus celebrare quotidie. 1814.
Captura pro repræſalijs. 424.
Captura ſcholaſtici intra ſcholas 425.
Carcer neceſſarius in republica. 420.
Carcer Academicus. 421.
Carcer inter regalia. 422.
Carceratio ſtudioſi pro debitis. 423.
Carceris privilegium. 339.
Cardinales Conſervatores. 941.
Cardinales an poſſint dare Conſervatorem. 929.
Cardinalium & Epiſcoporum præcedentia. 1201.
Caſtitatis minima. 542.
Caſtitatis violatio quoad reſervationem. 546.
Caſtratio an liceat. 1589. 1593.
Cathedra quid ſit 1242.
Cathedra Doctoris. 1221.
Cathedra privare quis poſſit. 720.
Cathedra per injuſtam ſententiam data an retineri poſſit? 1498.
Cathedrarum privatio in noſtris Academijs. 721.
Cathedrarum proviſio & privatio. 720.
Cathedras providendi duplex modus. 1250.
Cathedraticum quid ſit. 808.
Cauſa nova quid operetur. 1620.
Cauſa pia dupliciter accepta. 309.
Cauſa ſtudij & dotis. 305.
Cauſa ſtudij favorabilis. 305.
Cauſa ſtudij ſufficiens ad diſpenſandum in reſidentia beneficij. 307.
Cauſa ſtudij eſt utilitas Eccleſiæ. 262.
Cauſa Doctoris privilegiata. 1410.
Cauſa dotis, miſerabilium, & pauperum. 306.
Cauſa finalis privilegiorum Academiæ. 262.
Cauſa finalis ſi ceſſit. 800.
Cauſæ extinguendi Academiam. 73. 74. 75.
Cauſæ de quibus cognoſcit judex Academicus 988.
Cauſæ non ſummariæ quomodo decidendæ. 1807.
Cauſa decimarum ad quem ſpectent. 990.
Cauſa expellendi conductorem. 436.
Cauſa præventa ante ſtudium. 410.
Cauſæ circa quas datur poteſtas Conſervatoris. 977.
Cauſæ cognitio ad diſpenſationem. 242.
Cauſa finalis defectus. 273.
Cauſæ favor non derogat privilegijs aliorũ. 296.
Cauſarum avocatio. 403.
Cauſarum univerſitas in juriſdictione. 696.

INDEX RERUM.

Cautio pro domo conducta. 459.
Censu impoſitum tributum. 1700.
Cenſura lata in Academiam. 44.
Cenſura per Doctorem Academicum. 696.
Cenſura contra regulares extra territorium. 1030.
Certamen litterarium an liceat. 553.
Certamina poetica. 556.
Ceſſio actionis facta in ſcholaſticum. 318.
Ceſſio bonorum in ſcholari. 677.
Ceſſiones factæ ſcholari. 498.
Character Doctoris. 1161.
Chirurgi an ſint nobiles. 128.
Chirurgi irregularitas. 1518.
Chriſtus novus Doctor. 1444.
Chriſtus ſe accommodat diſcipulis. 1459.
Cibus ruſticorum quis. 1654.
Circuitoris obligatio. 1138.
Citatio ad audiendam ſententiam. 1095.
Citatio Magiſtri. 1565.
Citatio praveniens judicium. 398.
Citatio Doctoris. 1403.
Citatio facta ſcholari per judicem non ſuum. 397.
Cives per reſcriptum facti. 1368. 1372.
Civile jus quando recipiatur à canonico. 395.
Civitas ſemper eadem. 1671.
Civium privilegia. 1411.
Civium privilegia habent ſtudioſi. 485.
Clamor ſcholaſticus, & vox altior docentis. 1497.
Clariſſimi vocantur Doctores. 1906.
Claritas doctrinæ. 1428.
Clauſula, Ad beneplacitum. 770.
Clauſula revocatoria. 806.
Clauſula derogatoria. 249.
Clauſula derogatoria. 475.
Clauſula, Appellatione remota 1047.
Clauſula generalis derogatoria privilegiorum. 290.
Clauſula generalis quomodo reſtringenda. 1683.
Clericalis veſtis quæ. 1553
Clericatus ad forum ſtudioſi 589.
Clericus in minoribus ad forum Academicum. 389
Clericus renuncians privilegio fori. 299.
Clericus & monachus tabellio. 1138
Clerici quomodo ſubjecti legibus civilibus. 725.
Clerici occiſor an forum amittat. 417.
Clerici in Academia Conimbricenſi. 395.
Clerici in ſacris poſſunt eſſe ædiles & ſcribæ in Academia. 1126.
Clerici prohibiti ab officijs laicis. 1115.
Clericis prohibita coma nutritio. 1560.
Clericorum ſubjectio in Academia laica 61.
Clericum percutiens Magiſter, vel pater. 1325.
Cognitio cauſæ ad diſpenſandum. 242.
Collecta an poſſit imponi ab Academia. 178.
Collecta petenda à diſcipulis. 1487.
Collectæ impoſita ab Academijs. 732.
Collega gaudens foro Eccleſiaſtico. 1742.
Collega pauper. 1762.
Collega negligens expellendus. 383.
Collega actor in lite petens expenſas 1797.
Collega obligati ad ordines ſacros. 1821.
Collega abſentes. 1798.
Collegæ ſe compromittentes 1792.
Collegarum numerus 1711.
Collegarum numeri reductio. 1676.
Collegarum electio. 1759
Collegarum matricula & privilegia. 1714.
Collegarum abſentia. 1687.
Collegarũ Purificationis exẽptio ab Ordinario. 1781
Collegiatura an ſit beneficium. 1717.
Collegiatura privatur in pœnam criminis. 1765.
Collegiatura data conditionaliter. 1766. [1719
Collegiatura an ſufficiat pro patrimonio ad ordines.
Collegiatura nõ vacat per ingreſſũ religionis. 1739
Collegiatura tempus currens. 1726.
Collegiatura interruptio, ſeu finitio. 1788.
Collegiatura reſtitutio. 1751.
Collegiaturarum vacantia. 1687.
Collegium unde dictum. 1669.
Collegium licitum, & illicitum. 1672.
Collegium laicum, & Eccleſiaſticum. 1673.
Collegium faciens contractum. 1671.
Collegium ingreſſum mala fide. 1762.
Collegium in condendis ſtatutis. 1707.
Collegia Eccleſiaſtica. 23.
Collegij electio. 52.
Collegij immutatio. 1676.
Collegij permanentia & immutabilitas. 1671.
Collegij Purificationis ædificia, & jura cujus ſint.
Collegij & Academiæ Eboreſis utilitas 115. (1678.
Collegio Academico relictum an ſit pium. 312.
Collegiorum approbatio. 1673.
Collegiorum inſignia. 1677
Colloquijs etiam privatis prohibitum eſt aſſerere B. Virginẽ fuiſſe conceptã in peccato Originali. 531.
Colores in inſignibus Doctoris. 1222.
Coma nutritio prohibita clericis. 1560.
Coma nutritio in ſcholaribus. 1558.
Comœdia damnabiles. 601.
Comœdiarum turpitudo. 598.
Comitas in ſermone. 497.
Comitas & affabilitas. 1773.
Comitativa Doctoris jubilati. 1304.
Comitativa Doctoris. 1413.
Comitativæ tempus. 704.
Comitatus Rectoris. 711.
Commendatarij Conſervatores. 945.
Commendatores ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ. 1796.
Cõmiſſio delegati in citatione nõ inſerenda. 1078.
Commodatum quid ſit. 1636.
Commodatum ſcholaſtici. 1640.
Communicatio in privilegijs. 805.
Communicatio privilegiorum. 302. 335.
Cõmunicatio privilegiorum diverſa forma. 336.
Communicatio in privilegijs facta Eborenſi Academiæ. 338.
Communitas quid ſit. 1670.
Communitas non venit nomine perſonæ. 294.
Compenſatio in bonis ſcholarium. 489.
Compoſitio poematis 574.
Compromiſſum in judicem Academicum. 1037.

Com.

Digitized by Google

Compromiſſum ex conſenſu prælati. 1795.
Cōpromiſſum Eccleſiaſticorū in perſona laica. 1792
Cōceptio Deiparæ an ſit materia diſputationis. 526.
Conceptio immaculata Deiparæ non poteſt negari etiam in priuatis colloquijs. 532.
Conceptio immaculata Deiparæ qua ratione publicè aſſerenda. 534.
Conceptionis B. Virginis decretum. 530.
Concionatores mentientes. 1434.
Concionatoris offiiū eſt materia Simoniæ. 1264.
Concubina Doctoris. 1504.
Conductio aduſumper ſcholaſem. 429. &c.
Cōductor ſcholaris an præferatus ſcholari cōductori. (431.
Conductor equi pereuntis. 1646.
Conductor recedens 445.
Conductoris ſcholaris a domo expulſio. 432.
Conductorem a domo expellendi cauſa. 436.
Cōfeſſarij Regis officiū eſt materia Simoniæ. 1264
Confeſſio injuſtè extorta. 1068.
Confeſſio judicialis. 1068.
Confeſſio judicialis quando probet. 1067.
Confeſſionis monitio facienda per medicū. 1529.
Confeſſionis notitia in ordine ad ſuffragandū. 1282.
Confirmatio duplex. 230. ſtatutorum. 228.
Confirmatio ſtatutorum per Regem. 166.
Confirmatio legum eſt actus juriſdictionis. 172.
Conimbricenſis Academiæ utilitas. 108. Statuta. 165. Immunitas 457. Curſus authores. 114.
Conjunctio perſonarum in cauſa. 997.
Confraternitates Eccleſiaſticæ. 23.
Conſcientia commiſſio quid operatur. 1758.
Conſanguinitatis probatio. 1724.
Conſenſus Academiæ in leges 177.
Conſenſus legitimus Academiæ. 25. 26.
Conſenſus ſingulorum de Academia. 27.
Conſervator cur ſic dictus. 922.
Conſervator qui ſit. 923. 924.
Conſervator an ſit judex. 924.
Conſervator quotuplex 926.
Conſervator a quibus dari poſſit. 927.
Cōſervator an ab alijs præter Papā dari poſſit. 928
Conſervator ſui Conſervatoris. 950.
Conſervator ſui ſuperioris nemo. 950.
Conſervator Eborenſis judex ordinarius. 972.
Conſervator Conimbricenſis judex ordinarius. 971.
Cōſervator Eborēſis cōtra officiales ordinarij. 1000
Conſervator procedens contra Ordinarium. 1002.
Cōnſervator Academicus nō in omnibus cauſis eſt judex. 989.
Cōſervator Eborenſis nominādus qui. 957.
Conſervator non electus judex in ſynodo. 958.
Conſervator Eborēſis & Ordinarius cōcedunt. 999.
Conſervator negligens punitur. 322.
Conſervator puniendus a Rectore. 1102.
Conſervator Academicus a quo judicandus. 1097.
Conſervator erga debita ſtipēdia. 984.
Conſervator laicus a quo dari poſſit. 928.
Conſervator Eccleſiaſticus defendit etiam officiales laicos. 1004.
Conſervator Canonicus. 963.
Conſervator abſolvens collegas. 1781.
Conſervator excedens poteſtatem. 1083.
Conſervatoris dati finis. 925.
Conſervatoris neceſſitas. 933.
Conſervatoris ætas. 937.
Conſervatoris authoritas. 998.
Conſervatoris officium quale. 952.
Conſervatoris munus eſt dignitas. 952.
Conſervatoris Academici creatio. 936.
Conſervatoris officium in nōnullis Academijs. 956.
Conſervatoris Eborenſis officium. 957.
Conſervatoris juriſdictio an ſit privativa. 975.
Conſervatoris juriſdictionem impedientes. 998.
Conſervatoris dandi & eligendi forma. 935.
Conſervatoris poteſtas ad abſolvendum. 1021.
Conſervatoris poteſtas circa quas cauſas. 977.
Cōſervatoris poteſtas in exēptos, etiā Epiſcopos. 996
Cōſervatoris poteſtas cōtra Ordinariū Eborēſē. 1002
Conſervatoris laici territorium. 1032.
Conſervatoris Academici exemptio. 1009.
Conſervatoris officium expirans. 953.
Conſervatoris punitio a quo facienda. 1096.
Conſervatoris familiaris a quo judicandus. 1099.
Conſervatores qui eligi poſſint. 934.
Conſervatores inter ſe oppoſiti. 996.
Conſervatores Academici an ſint judices ordinarij. 968.
Conſervatores Eborenſes a quo judicandi. 1098.
Conſervatoriæ litteræ non ſunt exhibendæ. 1081.
Conſilium culpabile. 1512.
Conſilium auditum pro forma. 741.
Conſilia dandi obligatio 1505.
Conſtantia judicis. 1076.
Conſtitutio uſu non recepta. 959.
Conſuetudo & privilegium 283 289.
Conſuetudo pro lege. 219.
Conſuetudo in actibus urbanitatis. 712.
Conſuetudo pia obſervanda. 285.
Conſuetudinis vis in privilegijs. 1374.
Cōſuetudinis probatio per dictum Doctoris. 1348.
Conſulendi obligatio in Doctore. 1507.
Conſulens remedium noxium. 1512.
Conſulibus æquales Doctores. 1306.
Contentio quid ſit. 498.
Contentio illicita. 494.
Contentio damnabilis. 496.
Contentioſa juriſdictio. 845.
Continuitas temporis. 703.
Continuitas temporis ad jubilandum. 1897.
Contractus cum collegio. 1671.
Contractus prælati regularis cum ſuis ſubditis. 562.
Contumelia quid ſit. 1777.
Convictores, ſeu viventes ſocialiter, qualiter obligentur. 1772. &c.
Convitia abſint a diſputatione. 510.
Convivium omiſſum die Doctoratus. 1203.
Corpus & Societas quid. 1670.
Correctio diſcipulorum per magiſtrum. 1454.
Correctio ſcholarium an ex juſtitia. 917.
Correctio & punitio collegarum. 1788.

Correctio moderata a quibus præſtanda. 1321.
Correctionis omiſſio. 788.
Correctores impreſſionis. 628.
Creatio Conſervatoris Academici. 936.
Credendi obligatio in Doctore. 1475.
Creditor ſcholaris. 489.
Crimen monetæ falſæ. 1665.
Criminoſus ut compareat in judicio. 1805.
Crudelitas in judice. 1073.
Cubicula quæ ſuperſunt in collegio Purificationis. 1679.
Curioſitas quid, & quale peccatum. 1576.
Curſus Conimbricenſis authores qui 114.
Curſuum probatio qualiter fiat. 873.
Curſuum probatio non legitima. 880.
Cuſtodes ſylvarum & vinearum. 1139.

D.

Debita Academiæ extincta. 78 79.
Debita civilia an ſint materia Conſervatoris. 984.
Debitor capiendus. 1601.
Debitores an in Conſervatoris poteſtate. 995.
Debitum a filio contractum in ſtudio. 1547.
Debitum proximum peccati Originalis. 535.
Decanus, & Archidiaconus an Doctores eſſe debeant. 1238.
Decimæ Eccleſiaſticæ donatæ Academiis. 466. debent ſubſidium. 467.
Decimam Doctor debet. 1502.
Decimarum cauſæ ad quem ſpectent. 990.
Decimarum jus duplex. 467.
Deciſio, ſtatutum, ſententia. 156.
Deciſiones Rotæ. 156
Decretum Gregorij XV. de Conceptione B. Virginis. 530.
Defenſio Averrois. 538.
Defenſio librorum hæreticorum. 639.
Defloratio Virginis. 1663.
Delectatio Venerea quid ſit. 543.
Delegata commiſſio exhibenda. 1077.
Delegationis acceptatio. 1148.
Delegatus ad univerſalitatem cauſarũ quis. 966.
Delegatus judex factus ex ordinario. 851.
Delicti venia. 1408.
Delictum Univerſitatis. 35.
Denominatio ſumitur a maiori parte. 18. 21.
Dentes & ungues an ſint arma. 483.
Depoſitio prælati 564.
Derogatio ſtatutorum. 1710.
Derogatio legis Regiæ. 474. privilegiorũ. 475.
Derogationis author quis. 244.
Derogatoria clauſula ſimplex. 249.
Derogatoria clauſula privilegiorum. 290.
Derogatoria clauſula. 475.
Deſiſtentia ab oppoſitione. 1265.
Deſtructio Academiæ. 71. 72.
Detractio quid ſit. 1777.
Detractio non impedita per ſuperiorem. 919.
Dexter locus. 1226.
Dextra fortior & activior. 1227.
Diæta in territorio Eccleſiaſtico. 1031.
Dialectici nobiles. 126.
Dies termini. 1748.
Digniorum electio. 792.
Dignitas quid ſit. 688.
Dignitas & nobilitas non coincidunt. 136.
Dignitas requiſita ad Conſervatorem. 934. 946.
Dignitas Rectoris Academici. 890.
Dignitas principalis an requirat Doctoratũ. 1239.
Dignitas Cancellarij ex munere. 824.
Dignitas Gymnaſiarchæ. 902.
Dignitas in Conſervatore quando adeſſe debet. 958
Dignitatis appellatio. 889.
Dignitatis procuratio in Societate. 691.
Dignitatis procuratio in profeſſo Societatis. 838.
Dignitati conceſſa privilegia. 1371.
Dignitate duplici pollens. 135.
Dilationes proceſſus. 1091.
Diligentia ad quam tenetur prælatus. 915.
Diligentia in Doctore. 1480.
Diligentia Gymnaſiarchæ. 914.
Diligentia in ſtudendo. 1571.
Dimiſſoriæ litteræ. 1721.
Diœceſana lex. 801.
Diſciplina quid ſit. 1414.
Diſciplinæ omnes utiles Reipublicæ. 86.
Diſciplinarum honeſtas ad privilegium. 387.
Diſcipulus qui dicatur. 1535.
Diſcipulus bonus qui fuit, Magiſter eſſe debet. 1245.
Diſcipulus pauper alitur à Magiſtro. 1485.
Diſcipulus pecuniam numerans Magiſtro. 1567.
Diſcipulus parochianus, & regularis. 1667.
Diſcipuli Dei ſunt Angeli & homines. 1458.
Diſcipuli qui ſuos Magiſtros coluerunt. 1564.
Diſcipulorum puniiio. 1321.
Diſcordia omnis tollenda. 554.
Diſpenſandi poteſtas. 234.
Diſpenſandi poteſtas in Academia. 240.
Diſpenſandi obligatio. 1747.
Diſpenſatio aliquando debita. 883.
Diſpenſatio quid ſit. 231.
Diſpenſatio quotuplex ſit. 233.
Diſpenſatio legiſlatoris in proprio ſtatuto. 234.
Diſpenſatio in ſtatutis Academiæ. 239.
Diſpenſatio in lege ſuperioris 236.
Diſpenſatio abſque cauſa cognitione. 241.
Diſpenſatio durans ceſſante cauſa. 270.
Diſpenſatio per Doctorem. 1781.
Diſpenſatio cum præjudicio tertij. 1747.
Diſpenſationis valor. 240.
Diſpenſationis revocatio. 279.
Diſpenſatus an poſſit præcedere non diſpenſatum. 1747.
Diſiungere quid ſit. 816.
Diſputandi utilitas. 500.
Diſputandi honeſtas. 501.
Diſputandi finis. 503.
Diſputandi neceſſitas excuſat laicos. 525.

Diſ-

Digitized by Google

Diſputare de claris, inane eſt. 541.
Diſputare de poteſtate Principis. 539.
Diſputare v ctoria intuitu. 517.
Diſputatio quid ſit. 534.
Diſputatio & diſputare quid ſit. 492.
Diſputatio rigoroſa in quo conſiſtat. 527.
Diſputatio quotuplex. 493.
Diſputatio licita eſt. 409.
Diſputatio de rebus fidei. 514. 515. &c.
Diſputatio de rebus in Concilio decretis. 537.
Diſputatio laici jubente clerico. 523.
Diſputatio laici cum laico. 524.
Diſputatio de immaculatâ Conceptione Deiparæ. 526.
Diſputationis & contentionis diſcrimen. 512.
Diſputationis modus. 509.
Diſputationis locus. 511.
Diſputationis tempus. 512.
Diſputationes regere cujus ſit. 863.
Diſſenſus Vniverſitatis. 29.
Diſtributiones fructuum in aſſiſtentes ſine ullo onere. 1697.
Divulgatio manuſcriptorum. 644.
Docendi exercitium pro privilegiis. 1393.
Docendi munus convenit religioſis. 1048.
Docendi munus quando excuſet à jejunio. 1495.
Docendi obligatio. 1506.
Docendi uſus laudabilis. 1242.
Docentis vox altior. 1497.
Docere die feſto. 1495.
Docilis & docibilis quid. 1536.
Docilitas in judice. 1076.
Doctor qualiter præferendus. 1214.
Doctor quis dicatur. 1152.
Doctoris & Magiſtri confuſa nomina. 1168.
Doctoris nomine qui veniant. 1156.
Doctoris appellatio comprehendit Magiſtros. 1164
Doctor an poſſit eligi Conſervator Eborenſis. 960.
Doctor non præſumitur falſum feciſſe 1503.
Doctor an cenſeatur approbatus ad audiendas confeſſiones. 1232
Doctor præferendus. 1209.
Doctor eligendus Conſervator. 949.
Doctor à quo creari poſſit. 841.
Doctor in jure indignus. 893.
Doctor approbatus an poſſit reprobari. 1230 1386
Doctor teſtis de ſcientia diſcipuli. 1350.
Doctor an recuſari poſſit. 1314.
Doctor ad expediendas litteras. 1157.
Doctor à quo ſit eligendus 1179.
Doctor creatus à Principe. 1368.
Doctor eſt illuſtris & Comes. 1216.
Doctor privilegiis debet honorari. 1361 &c.
Doctor præfertur militi. 1184.
Doctor duplex præfertur ſimplici. 1200.
Doctor maior quis. 1203.
Doctor creatus à Principe præcedit. 1198.
Doctor per reſcriptum non gaudet privilegiis. 1369.
Doctor non tenetur uxorem ſuam vocare Dominam. 1629.
Doctor falſitatis quomodo peccet. 1439.
Doctor nomine tenus non fruitur privilegiis. 1365.
Doctor tenetur docere. 1481.
Doctor conductus. 12,1.
Doctor jubilatus. 1294.
Doctor Eborenſis egreſſus à Societate, quem locum & quomodo poſtea habeat in Academia. 1197.
Doctoris nomen & inſignia uſurpans. 1481.
Doctoris ſalarium. 1286.
Doctoris diligentia & ars. 1480.
Doctoris donatio. 1504.
Doctoris poteſtas in collegio. 1329.
Doctoris poteſtas ad concionandum. 1335.
Doctoris etiam non docentis dignitas. 1182.
Doctoris teſtimonium. 1354.
Doctoris obligatio ad credendum. 1475.
Doctoris concubina. 1504.
Doctoris aſſertum de conſuetudine. 1349.
Doctoris præferentia circa Epiſcopatum obtinendum. 1187.
Doctoris Canoniſtæ præferentia. 1186.
Doctoris obligationes. 1473. &c.
Doctoris obligatio ad conſulendum. 1507.
Doctoris character. 1161.
Doctoris laureola. 1162.
Doctoris gradus inter regulares. 1157.
Doctoris privilegia retinet ejus vidua. 361.
Doctori quanta fides adhibenda. 1347.
Doctores qui poſſint fieri. 1172.
Doctores & Magiſtri ſunt nobiles. 120.
Doctores Eccleſiæ qui. 1181.
Doctorum Eccleſiæ authoritas. 1339.
Doctorum præcedentia. 1184.
Doctorandi poteſtas inter Regalia. 8426
Doctorandus quæ debeat habere. 1174.
Doctoratus quid ſit. 1161.
Doctoratus eſt dignitas. 834. 1181.
Doctoratus ad quæ beneficia requiſitus. 1237.
Doctoratus & Magiſterium coincidunt. 1165. 1166
Doctoratus an ſit patrimonium pro ordinibus. 1268
Doctoratus requiſitus ad Epiſcopatum. 1237.
Doctoratus quomodo probetur. 1240.
Doctoratus die convivium omiſſum. 1203.
Doctoratus expenſa. 1409.
Doctoratus ſolemnitas. 1178.
Doctoratus cauſa quænam ſint. 1171.
Doctoratus effectus & proprietates. 1235.
Doctoratui quæ idoneitas 870.
Doctrina quid ſit. 1414.
Doctrina nova idest divina. 1445.
Doctrina tradita privatim præſumitur adulterina. 88.
Doctrina quæ prohibetur in Societate. 550.
Doctrina pura ab omni ſcelere. 1419.
Doctrina accommodata. 1460.
Doctrina attemperanda auditoribus. 1457.
Doctrina antiqua laudatur. 1448.
Doctrina vetus. 1450.
Doctrinæ veritas. 1417.
Doctrina puritas. 1418.

Doctrinæ ſanitas. 1425.
Doctrina claritas. 1421.
Doctrina brevitas. 1424.
Doctrina ſynceritas. 1423.
Doctrina uniformitas. 1427.
Doctrina unitas. 1428.
Doctrina uſus ad privilegia. 1395.
Doctrina donatio. 1412.
Doctrina tradendæ optima ratio. 1465.
Doctrina nova & veteris conjunctio. 1454.
Doctrinæ occultatio. 1437.
Doctrina falſa retractatio. 1510. 1511.
Doctrinā falſam tradens quomodo peccet. 1440.
Doctus qui dicatur. 871. 1155.
Documentum quid. 1415.
Dogma quid ſit. 1415.
Dogmatiſtæ & hæreſiarchæ qui. 1443.
Dogmatiſta tradendi brachio ſæculari. 1442.
Dogmatiſtarum pœna. 1441.
Dolus & fraus in donatione. 414.
Domicilium ſcholaris. 455.
Dominativa poteſtas. 159. 160.
Dominium religioſi acquiſitum in præmium. 578.
Dominij translatio in ludo. 1610.
Dominij acquiſitio per ſcholaſticum Societatis. 576
Dominus ſervo non obligatur. 562.
Domus conductio. 449. *&c.* 450.
Domus locatio ſcholaribus. 427.
Domus reſtauratio pro expellendo inquilino. 452.
Domus venditio coacta. 1412.
Domus decem interdictæ ob necem ſcholaris. 490.
Donatarium officiorum reſignationes admittere nequit. 753.
Donatio quid ſit. 1621.
Donatio quotuplex. 1621.
Donatio uxoris facta viro ſcholari. 1629.
Donatio uſusfructus facta ſcholari. 1626.
Donatio librorum quando præſumitur. 666.
Donatio inter vivos, & cauſa mortis quid in ſcholaris. 760.
Donatio doctrinæ. 1412.
Donatio Doctoris. 1504.
Donatio patris cauſa ſtudij, an imputetur in legitimam. 1546.
Donatio non revocabilis. 1625.
Donatio acceptata non revocatur. 276.
Donatio revocari nequit. 767.
Donatio manuſcriptorum inter regulares. 660.
Donatio facta ſcholari de bonis eccleſiæ. 319.
Donatio facta ſcholari per patrem. 1624.
Donatio patris cauſa ſtudij. 1546.
Donationis revocatio per ſcholaſticum. 1622.
Donationes reſcindendæ. 1622.
Dotis & ſtudij cauſa. 315.
Dotis & miſerabilium cauſa. 306.
Dotis legatum. 1655. 1656.
Dubium medicamentum. 1521.
Duces & Marchiones in condendis legibus. 161.
Ducibus æquiparantur Doctores. 1305.
Dynaſtæ in concedendis privilegijs. 258.

E.

Eborenſis Academia parens ſummorum Magiſtrorum. 117.
Eborenſis Academia utilitas. 112.
Eborenſis Academiæ ſtatuta. 167.
Eborenſis Academia exemptio ab Ordinario. 1003.
Eborenſis Academia immunitas a muneribus. 457.
Eborenſis Conſervator judex ordinarius. 972.
Eborenſis Conſervator & Ordinarius contendunt. 999.
Ebrietas quid ſit. 1593.
Ebrietas an aliquando liceat. 1590.
Eccleſia indiget viris litteratis. 98.
Eccleſia gaudet reſtitutione in integrum. 1705.
Eccleſiæ Doctores qui. 1181.
Eccleſiæ Doctorum & Patrum authoritas. 1339. 1341.
Eccleſiaſtica & laica res unde dicatur. 19.
Eccleſiaſtica perſona requiritur ad capellaniam, & collegiaturam. 1735.
Eccleſiaſtici quando reſpondeant coram judice laico. 776.
Eccleſiaſtici reditus. 23.
Eccleſiaſtici ſubditi legibus civilibus. 214.
Eccleſiaſtica collegia & confraternitates. 23.
Eccleſiaſticus Conſervator defendit etiam officiales laicos. 1004.
Ejectio ab ſcholis. 719.
Electio judicis ſemel facta. 399.
Electio Rectoris Salmantini. 700.
Electio indigni. 791.
Electio indigni quando licita. 1280.
Electio collegarum. 1759.
Emerita ſtipendia. 1295.
Emeritus Doctor. 1294.
Emptio & venditio quid. 1630.
Emptio pecuniæ anticipata. 1635.
Emptio vini per ſcholarem. 1631.
Enormis percuſſio. 1779.
Epiſcopus imprimens librum. 645.
Epiſcopus Conſervator. 941.
Epiſcopus & alij prælati in dando Conſervatore. 938.
Epiſcopus in puniendis regularibus. 647.
Epiſcopi officium. 996.
Epiſcopi poteſtas. 238.
Epiſcopi poteſtas in condendis Academijs. 47. 53.
Epiſcopi ſcientia qualis. 1176.
Epiſcopi ſuſpenſio. 1313.
Epiſcopi conſenſus ad prorogationem juriſdictionis. 1035.
Epiſcopo an exhibenda littera Conſervatoria. 1080.
Epiſcopo quando ſubjecti regulares. 776.
Epiſcoporum præcedentia. 1196.
Epiſtola. Vide Littera:
Equus locandus ſcholaſtico. 1645.
Ethymologia vis & utilitas. 902.
Examen requiſitum ad Doctoratum. 1176.
Examen advocatorum. 1236.
Examen rigoroſum in Academijs Luſitaniæ. 1177

Examen præcedens confert prærogativam. 1199.
Examen Doctoris ad beneficium 1235.
Examen Doctoris ad ordines & obſonoc. 1234.
Examen privatum. 861.
Examinis immunitas. 1229.
Examinatio librorum. 649.
Examinatores ad beneficia. 1756.
Examinatores Simoniaci. 1752.
Examinatorum ſuffragia deciſiva. 1755.
Examinatorum ad beneficia ſuffragium. 1756.
Excellens in arte non punitur capite. 1290.
Excommunicatio contra ludentes. 1608.
Excommunicatio ſcholaſtici condicentis. 430.
Excommunicari nequeunt ſcholares Pariſienſes. 490.
Excommunicatus judex an validè, & licitè judicet. 1056, 1057.
Executio per Conſervatorem. 1022. 1024.
Executio per quem judicum facienda. 304.
Executio teſtamenti. 1659.
Exemplum vitæ in Doctore. 1456.
Exemptio Conſervatoris Academici. 1009.
Exemptio Societatis ab ordinarijs. 802.
Exemptio a Synodis. 803.
Exemptio non mendicantium a Synodis. 804.
Exemptio collegarum Purificationis ab Ordinario. 1781.
Exẽptio Academiæ Eborenſis ab Ordinario. 1003.
Exemptio cum damno tertij. 814.
Exemptio non ſolvendi ſynodaticum. 810.
Exemptionis privilegium. 308.
Exercitiũ docendi pro retinendis privilegijs. 1392.
Exhibitio commiſſionis. 1079.
Exhibitio poteſtatis in delegato. 1077.
Exilij pœna in ſcholares. 1019.
Expectativa officiorum. 738.
Expenſa facta contra voluntatem domini. 1639.
Expenſæ Doctoratus. 1409.
Expenſa indebitè ſoluta ſcholari. 1628.
Expenſa ſtudij 1544.
Expenſa ſtudij quæ. 1655.
Expenſæ litis. 1797.
Expenſas libri faciens. 629.
Expoſiti a quo oriundi. 702.
Expoſitus eſt capax collegiaturæ, ſicut & ordinũ. 1724.
Expreſſa mentio. 475.
Expreſſio ad excludendum. 1739.
Expreſſus textus qui. 1727.
Expulſio inquilini 447 & 451.
Expulſio inquilini ex neceſſitate domini. 438.
Expulſio inquilini ex non ſoluto pretio. 439.
Expulſorum obligatio ad Miſſas. 1787.
Extinguendi Academiam cauſa. 74.
Extremorum probatio continet intermedia. 876.

F.

Fabri obſtrepentes expelluntur a Doctore. 1399.
Fabrica quid ſignificat. 1682.
Fabrica collegij Purificationis ad quem ſpectet. 1683.
Fabrica Xenodochij 1681.
Facetiæ & joci. 582.
Facultas regularium ad legendum libros prohibitos. 654.
Facultas legendi libros. 642.
Fallax & mendax qui. 1430.
Falſa docens quomodo peccet. 1439.
Falſa doctrina quomodo retractanda. 1518.
Falſidia in legato ſtudioſi. 1656.
Falſitas & falſarius quid ſit. 1429.
Falſum feciſſe Doctor non præſumitur. 1507.
Fama poteſt tuendi. 506.
Fama ſanguinis Hebræi. 1240.
Familiaris Conſervatoris a quo judicandus. 1099.
Familiares ſtudentium privilegiati. 348. 349.
Familiares ſcholaſticorum Eborenſium. 993.
Familiares an gaudeant beneficio Conſervatoriæ. 991.
Famuli ſcholaſticorum. 1548.
Famulorum ſalarium. 1647.
Famulus plurium cui debeat obedire. 1650.
Famulus excluſus a collegiatura. 1745.
Favorabilitas cauſæ non derogat privilegijs aliorum. 296.
Fautor hæreticorum quis ſit. 789.
Feriæ aptè conceduntur in ſcholis. 228.
Feriarum conceſſio Simoniaca. 227.
Feſtis diebus docere. 1495.
Feſtis diebus ſtudium. 1596. 1597.
Feudatarij in legibus condendis 182.
Fidejuſſio quid ſit. 1636.
Fidejuſſio ſcholaſtica. 1643.
Fidejuſſor ſcholaſtici extra ætatem. 354.
Fidejuſſor pro domo conducta. 450.
Fidejuſſor religioſus 1645.
Fidejuſſor ſcholaſticus. 1644.
Fidejuſſor ſtudioſus coram quo conveniendus, 353.
Fidejuſſores ſcholaſticorum privilegiati. 352.
Fides Doctoris adhibenda. 1347.
Fides habenda Doctorum ſcripturis. 1412.
Fides divina an ſit materia diſputationis. 516.
Fides explicita in Doctoribus. 1477.
Fidei Chriſtianæ puritas. 1420.
Fidei augmentum ex ſtudijs. 105.
Fidei diſputatio quando licita 518.
Fidei profeſſio per Doctorem 1478.
Fidei profeſſio per procuratorem. 1479.
Fidei profeſſio quomodo iteranda. 889.
Fides non præmiſſa informatione, gradus collatio. 887.
Filius natus apud hoſtes. 363.
Filius neophyti. 1738.
Filius ſervi. 1738.
Filiusfamilias ludens ex adventitijs. 1612.
Filiusfamilias ludens ex profectitijs. 1613.
Filium in ſtudio qualiter alat pater. 1543.
Filij ſtudioſorum ad privilegia 355.
Filij Doctoris. 1407.

Filij

Filij Doctorum nobiles. 1216.
Filij Doctoris privilegia. 1377.
Filijs officialium an officia conferenda. 737.
Finalis cauſa ceſſatio. 267.
Finalis cauſa Conſervatoris dandi. 933.
Finis boni ſciendi. 503.
Finis ſtudiorum. 22.
Finis diſputantis quis. 503.
Finis ceſſatis in privilegio. 272.
Fœmina ad officium publicum. 736.
Fœmina depravat viros. 1602.
Fœmina nequit docere. 1541.
Fœmina medica ingrediens monaſterium virorum 1525.
Fœmina impoſitum onus nubendi. 749. 750.
Fœminæ an ad ſcholas admittenda. 1540.
Fœminarum labor qualis. 1541.
Fœmina. Vide Mulier.
Forma factum. 740.
Forma ſubſtantialis qua. 864.
Forma judicij in collegijs 1791.
Forma conferendi gradus. 863.
Formæ defectus inducit nullitatem 854.
Forma accidentalis omiſſa. 867.
Forum Academicum turbans punitur 400.
Forum ſtudioſi ſucceſſoris. 408.
Forum ſucceſſoris ſingularis. 413.
Forum fidejuſſoris ſcholarium. 352.
Forum mariti ſequitur uxor 356.
Forum amittens ex crimine reſidendi. 419.
Fori privilegium jure communi. 392.
Fori privilegium jure ſpeciali. 393.
Fori privilegium habens ſtudioſi Luſitani. 394.
Fori privilegium in clericis. 391.
Fori Academici amiſſio quotuplex. 415.
Fori renunciatio. 416.
Fori privilegium contra parem privilegiatũ. 326.
Fori privilegium in vidua Doctoris. 361.
Fori Academici renunciatio. 298. 304.
Fori privilegio gaudent Magiſtratus Academici. 342. 343.
Frater ad alienum fratrem in ſtudio. 1545.
Fratres Doctorum privilegiati 1376.
Fratres Doctorum nobiles. 1216.
Fraus & dolus in donatione. 414.
Frequens quid apud Iuriſtas. 1583.
Frequentatio gymnaſij ad privilegia. 375.
Frequentationis interruptio. 376.
Frequentia & matricula in Academijs ſpecialibus. 380.
Frequentia gymnaſij. 1581.
Frequentia ſcholarium non ſuppletur ſtudio privato. 885.
Fructus beneficij percipiens ſcholaſticus. 62.
Fundatio Academiæ ad quem ſpectet. 46.
Furtum ſcholaſtici. 1661.
Furtum reſervatum. 638.
Furtum omne in religioſis an ſit contra votum paupertatis. 664.

G.

Gabella venditionum. 461.
Gabella non ſolvitur ex libris. 675.
Galliæ Doctorum privilegium ſingulare. 18.
Generis puritas. 1736.
Generis puritatis probatio. 1740.
Genium & ingenium ad ſcientias. 1537.
Gloſſa authoritas quanti ſit. 1345.
Gloria humana deſiderabilis. 559.
Gloria mundi. 454.
Graduandi poteſtas. 52.
Graduandi poteſtatem quo. 841.
Graduatus in Artibus abſque ſufficientia. 894.
Graduatus perperam in oppoſitione beneficij an præcedat. 896.
Gradus maior præcedit. 1210.
Gradus irritus ex quibus defectibus. 897.
Gradus conferendi obligatio. 882.
Gradus una toris facultatis. 1201.
Gradus collatio ob præmiſſa informatione fidei. 887.
Gradum conferens non afferenti informationem de fide. 887.
Gradum conferens inſufficienti peccat, & punitur. 891.
Gradum conferens inſufficienti punitur. 870.
Gradum recipiens cum aliquo defectu. 895.
Gradum conferendi locus. 857.
Graduũ collatio facta inſufficienti an ſit irrita. 854.
Graduum collatio dicitur ſiſtio. 855.
Grammatica, & Philoſophiæ Magiſtri excuſantur a jejunio, non alij. 1494.
Grammatici & alij privilegiati. 345.
Grammatici nobiles. 122.
Gula ſtudium impedit 1585.
Gymnaſiarcha Vide Præfectus ſtudiorum.
Gymnaſiarcha pollet vera juriſdictione. 905.
Gymnaſiarcha nomen. 901.
Gymnaſiarchæ dignitas. 902.
Gymnaſiarchæ officium 910.
Gymnaſiarchæ poteſtas. 907.
Gymnaſiarchæ obligatio. 915.
Gymnaſiarchæ diligentia & vigilantia. 913.
Gymnaſium quid. 6.
Gymnaſium & palæſtra. 558.
Gymnaſij frequentia. 1581.

H.

Habilitas ad ſcientiam. 1537.
Habitus ſcholaſticus 1551.
Habitus honeſtus ſcholaſticorum. 1556.
Habitus mutatio. 598 601.
Hæres ſtudioſus ubi conveniendus. 407.
Hæres abſens privilegiatus. 411.
Hæredes ad ſalarium defuncti officialis. 1128.
Hæreditatis jus duplex. 467.
Hæreſiarcha & dogmatiſta qui. 1443.
Hæreticorum deſcendentes. 1173.
Hæreticorum fautor qui ſit. 789.

Hære-

Hæreticorum ſautor an ſit Rector diſſimulans errorem Magiſtri. 787.
Hæreticus author libri. 622.
Hermaphrod[illegible]us. 18.
Homagium habet Doctor. 1402.
Homicidium ſcholaſtici ad forum. 418.
Honeſtas veſtium. 1556. 1557.
Honeſtas clericorum non offenditur officijs Academicis. 1117.
Honeſtas vitæ pro conſervandis privilegijs. 1389.
Honor quid ſit. 1777.
Honor habendus Doctoribus. 1407.
Honor debetur Doctori. 1217.
Honorarium Doctoris. 1289.
Hora canonica in diſputaturo. 513.
Hora prandij anticipatio in jejunio. 1494.
Horarum canonicarum excuſatio. 1257.
Hoſpitale pro ſtudioſis. 1678.
Hoſpitalis reſiduum. 1688.
Hoſpitale. Vide Xenodochium.
Hoſpitatio ſtudioſorum. 785.
Hoſpitatio ſcholarium. 426.
Hoſpitatio Conimbricenſis Academiæ. 434.
Hoſpitatio Eborenſis Academiæ. 435.
Hoſpites ſcholaſticorum privilegiati. 351.
Humilitas religioſa cum ſtudio litterarum. 1028
Hypotheca privilegium in ſalario. 1292.

I.

Idoneitas ad Doctoratum. 870.
Idoneitas ad collegium. 1723.
Idoneitas ad officium Academiæ. 1104.
Idoneitas ad capellanias. 1800.
Iejunium Magiſtrorum. 1492.
Iejunium illius qui examinatur. 1494.
Ignominia Doctoris 1385.
Ignominia nequit affici Vniverſitas. 44.
Illuſtris qui. 118.
Illuſtris & Comes eſt Doctor. 1216.
Illuſtres Doctores jubilati. 1305.
Immunitas a muneribus. 1401.
Immunitas ab oneribus perſonalibus 454.
Immunitas Academiarum a tributis. 459.
Immunitas Academiæ a ſubſidio Eccleſiaſtico. 464
Immunitas ſcholarium Pariſienſium. 457.
Immunitas Academiæ Conimbricenſis & Eborenſis a muneribus. 457.
Immunitatem violantis pœna. 463.
Impeditus quid dicatur. 1733.
Impedimenta voluntaria. 1808.
Impedimenta ad collegium. 1743. &c.
Impedimentum cognitum poſt obtentam collegiaturam. 1746.
Imperatoris legatum relictum. 362.
Imperium duplex. 159.
Impoſſibile non obligat. 913.
Impreſſio librorum quam facultatem exigat. 630.
Impreſſio librorum apud regulares. 644
Impreſſio vetita quum admittat parvitatem materia. 650.
Impreſſionis libri hæretici prohibitio. 620.
Imprimentes contra prohibitionē Bullæ Cœnæ. 627.
Impugnatio opinionis in actibus publicis. 533.
Incorporatorum antiquitas ad præcedentiam. 1197
Indicia an ſufficiant ad condemnandum. 1067.
Indigni electio. 791.
Indigni electio quando licita. 1280.
Indigno conferens Doctoratum 891. 892. &c.
Indoctus & imperitus qui dicatur. 1384.
Inducere ſignificat cancellare. 816.
Indulgentia data ſine cauſa. 261.
Indulgentias falſas proponens. 1436.
Infirmus valde privilegiatus. 1808.
Ingenioſi poſſunt citius doctorari 872.
Ingenium oſtendere & acuere. 508.
Ingenium & genium ad ſcientias. 1537.
Ingenij tarditas compenſatur ſtudio. 617.
Inhabilitas ipſo jure. 1272.
Inhibendi poteſtas in Conſervatore. 1014.
Inhibitio judicum Academicorum. 405.
Inhibitio Ordinarij. 1002.
Inhibitio delegati & legati per Conſervatorem. 1015.
Inhibitio Conſervatoris per quot. 1016.
Inhibitoria vis & natura. 1005.
Inhoneſtas ſcholaris ut expellatur a domo conducta. 440. 441. 442.
Injuria quid ſit. 925.
Injuria quid & quotuplex. 978.
Injuria manifeſta quæ. 925.
Injuria illata Magiſtro. 1569.
Injuria leges ſævere nequeunt. 1301.
Injuria de quibus cognoſcit Conſervator. 979.
Injuria illata & inferenda ſpectat ad Conſervatorem. 980.
Inquilinus recedens a domo conducta. 445.
Inquilinus ſcholaris quando non poſſit expelli. 448
Inquilini expulſio. 438. 439
Inquiſitores in puniendis regularibus. 647.
Inquiſitorum juriſdictio delegata. 973.
Inſignia Doctorum. 1219.
Inſignia in ſpoliatis a dignitate. 1308.
Inſignia gerendi tempus. 1482.
Inſignia portandi obligatio. 1481.
Inſignia Doctoris uſurpans. 1481.
Inſignia collegiorum. 1677.
Inſignijs per quem Doctor ornandus. 1179.
Inſignis locus quis. 66.
Inſinuatio in donatione facta ſcholari. 1627.
Intentio in parocho ſuſcipiendi ſacerdotium. 1820
Interpretandi poteſtas. 1329.
Interpretatio quid & quotuplex. 1330.
Interpretatio authentica. 1710.
Interpretatio qualis & qualiter facienda. 1332.
Interpretatio legis quomodo facienda. 1334.
Interpretatio legum per Doctorem Iuriſtā 1333.
Interpretatio privilegiorum. 294.
Interpretatio facta privilegiorum quæ repugnant privilegijs ſcholaſticis. 321.

Digitized by Google

Interpretatio Tridentini prohibita. 1333.
Interpretatio S. Scripturæ penes quem. 1331.
Interruptio ſtudij 1583.
Interruptio lectura per injuriam. 1298.
Interſtitia temporum in ordinibus ſcholaſticorũ. 321
Ioci & ſales moderati. 585.
Irregularitas Magiſtri ex punitione. 1324.
Irregularitas Doctoris conſulentis. 1500.
Irregularitas medici. 1518.
Irriſio victoris. 579.
Irriſio circa Magiſtrum. 1568.
Irritatio quid ſit. 243.
Iubilatio quid ſit. 1295.
Iubilationis conditiones. 1296.
Iubilatus Doctor. 1294. 1295.
Iubilatus docens per ſubſtitutum. 1304.
Iubilati Doctoris privilegia. 1303.
Iudæi an excludendi a Doctoratu. 181.
Iudæi vel Mahometani raça. 1739.
Iudæorum deſcendentes ad Doctoratum. 1172.
Iudex probus & integer. 1071.
Iudex maturus in judicando. 1075.
Iudex ex æſtimatus errore communi. 1054.
Iudex abſque ſufficienti ſcientia judicans. 1055.
Iudex excommunicatus. 1056.
Iudex ſecundum allegata & probata debet judicare. 884.
Iudex in dubio negative. 1066.
Iudex ſtudiorum in exequendo. 1023.
Iudex erga non ſubditos patientes damnum a ſubditis ſuis. 920.
Iudex ſcholarium an ſit ordinarius. 967.
Iudex calumniarum vulgo coimas *quis.* 473.
Iudex non impediens damnum ſubditi. 919.
Iudex condemnans abſque juris ordine, & ex privata notitia. 1063.
Iudex peccans in accipiendo pretium 1058.
Iudex competens Rectoris Eborenſis. 775.
Iudex ſequens opinionem probabilem. 1065.
Iudex executor. 304.
Iudex Conſervatorum Eborenſium quis. 1099.
Iudicis actus quis. 699.
Iudicis ſtipendium. 1058.
Iudicis Academici recuſatio. 1041.
Iudicis negligentia. 1075.
Iudicis doctrina. 1076.
Iudicis conſtantia. 1076.
Iudices ſcholarium qui ſint, & quot. 954 955.
Iudices Academici moderate puniant. 1018.
Iudices in certamine litterario. 565.
Iudices recuſari qui poſſint. 731.
Iudicum inhibitio 405.
Iudicum ſententia eſt deciſiva. 1757.
Iudicum negligentium pœna. 322.
Iudicialis confeſſio. 1068.
Iudicialis indago. 926.
Iudicialis ſtrepitus exulat a Societate. 774.
Iudicij rectum quid poſtulet. 1053.
Iudicij ſubſtantialia. 1094.
Iudicij variatio. 399.
Iudicij uſurpatio. 1053.
Iudicij forma in collegijs. 1791.
Iuramentum præſtandum a privilegiato. 386.
Iuramentum officialis. 356.
Iuramentum de obediendo Rectori. 714.
Iuramentum promiſſorium ſcholaſticis. 1618. 1619.
Iuramentum de gradu accipiendo. 1619.
Iuramentum an tranſeat ad ſucceſſores. 201.
Iuramentum accommodatum materia. 206.
Iuramentum de non legendo. 1609.
Iuramentum in verba Magiſtri an expediat. 1462. 1463.
Iuramentum præſtandum rectori. 726.
Iuramentum exigens tactum. 865.
Iuramentum Rectoris. 780.
Iuramentum præſtandum a candidato. 890.
Iuramentum de defendenda Conceptione B. Virginis. 536.
Iuramentum de continuatione in ſcholis. 879.
Iuramentum ſuffragatorum. 1270.
Iuramentum non diſpenſandi. 275.
Iuramentum promiſſorium circa ſtatuta ſervanda. 205.
Iuramentum non obligat, ſi detur nova cauſa. 1620.
Iuramenti obligatio. 727.
Iuramenti ceſſatio. 207.
Iuramento obligata Academia. 199.
Iurantes in verba Magiſtri quam authoritatem habeant. 1464.
Iuratum ſtatutum an poſſit revocari. 246.
Iuriſconſultus nobilis. 129.
Iuriſdictio unde dicta 692.
Iuriſdictio quid ſit. 692.
Iuriſdictio Conſervatoris Pariſienſis. 1316.
Iuriſdictio Conſervatoris an ſit privativa. 974.
Iuriſdictio privativè conceſſa. 302.
Iuriſdictio Regis in ſcholaſticos. 173.
Iuriſdictio duplex in Rectore. 696.
Iuriſdictio data Eccleſiæ per Principem. 285.
Iuriſdictio data duobus. 1712.
Iuriſdictio ordinaria & delegata ſub eodem nomine Conſervatoris. 473.
Iuriſdictio adjecta ordinaria delegata cenſetur. 969.
Iuriſdictio ordinaria. 848.
Iuriſdictio voluntaria & contentioſa. 845.
Iuriſdictio Eccleſiaſtica contra laicos. 994.
Iuriſdictio Rectoris qualis nam ſit. 695.
Iuriſdictio Rectoris Academici. 693.
Iuriſdictio Rectoris Pariſienſis. 735.
Iuriſdictio Rectoris Conimbricenſis. 697.
Iuriſdictio Rectoris Eborenſis. 698.
Iuriſdictio Rectoris in ſtudioſos Eccleſiaſticos. 723.
Iuriſdictio vera in Cancellario. 843.
Iuriſdictio Eccleſiaſtica in Cancellario. 844.
Iuriſdictio Gymnaſiarcha. 904.
Iuriſdictio Conſervatoris an ſit ordinaria 965.
Iuriſdictio Conſervatoris prorogata. 1034.
Iuriſdictio an præſcribatur. 747.

Iuriſ-

Digitized by Google

Iuriſdictionis munus quale. 694.
Iuriſdictionis poteſtas. 159.
Iuriſdictionis lex 801.
Iuriſdictionis extenſio ad conjunctos. 992.
Iuriſdictionis eſt actus conſumatio legum. 172.
Iuriſdictionem Conſervatoris impedientes. 998.
Iuriſperitus parens Imperatorum. 150.
Iuriſperiti nobiliores medicis. 147.
Iuriſperiti & medici de nobilitate contendũt. 144.
Iuriſperitorum excellentia. 149.
Iuriſprudentiæ objectum & finis. 148.
Ius accreſcendi non datur in contractibus. 1072.
Iuſtitia quid ſit. 1777.
Iuſtitia & veritas in judice. 1074.
Iuſte impoſita lex non eſt. 189.

L.

Labor die feſto in præparatione tragædiæ. 602.
Labores ſcholaſticorum. 256.
Laicus quando conveniendus coram judice Eccleſiaſtico. 927.
Laicus diſputans de fide. 519.
Laicus doctus diſputans. 521.
Laicus diſputans preſente clerico. 522.
Laicus juriſdictionem habens in Eccleſiaſticos. 723.
Laicorum nomine qui veniant. 520.
Laureola Doctoris. 1162.
Lectio S. Scripturæ in monaſteriis habenda. 101.
Lectionis audita repetitio. 1582.
Lectura interruptio per injuriam. 1298.
Legalis ſcientiæ objectum & finis. 148.
Legata bibliotheca. 681.
Legatum incertum. 1655.
Legatum dotis. 1655 1656.
Legatum librorum. 605. 676.
Legatum pium. 309.
Legatum Imperatori relictum. 362.
Legatum collegio Academico relictum an ſit pium. 312.
Legatum certum & incertum. 681.
Legatum cauſa ſtudii, & cauſa dotis inter ſe comparatum. 315.
Legatum relictum ſcholari 1533. 1653.
Legatum annuum pro ſtudio Mendicantium. 1656.
Legatũ quando & quandiu debetur ſcholari. 1657.
Legati ſolvendi locus. 1654.
Legatus in dando Conſervatore. 930.
Legatus a latere in avocatione cauſarum. 404.
Legens & non intelligens librum hæreticum. 635.
Legentes librum hæretici. 633.
Legentes actu præcedunt. 1192.
Legiſlativa poteſtas. 52.
Legulator an obligetur ſuis legibus. 209.
Legulator Academicus non tenetur ſuis legibus. 211
Legulatoris intentio. 1738.
Legiſta & medici Doctoris præferentia. 1188.
Lex quid ſit. & quas conditiones exigat. 153.
Lex civilis obligat in conſcientia. 188.
Lex humana an poſſit dari ſine obligatione. 191.
Lex ſupponens non diſponit. 1806.
Lex non exprimens non dicit. 1807.
Lex quæ nititur præſumptione. 196.
Legis & ſtatuti appellatio. 155.
Legũ multiplicitas. 154.
Legis extenſio. 1807.
Lege ſua an quis obligetur. 778.
Leges favere nequeunt injuſtitiæ. 1301.
Lex. Vide Statutum. Conſtitutio.
Levis percuſſio. 1779.
Libellus offerendus Conſervatori. 1089.
Liberorum appellatione qui veniant. 1379.
Liber qui ſit. 604.
Liber & volumen. 605.
Liber commodatus. 1640.
Liber ſcholari edendus. 673.
Liber cum textu hæretici, & commentariis catholici. 624.
Libri nomine quid veniat in prohibitione. 620.
Librum accipiens a bibliotheca. 662.
Librum hæretici legentes. 633.
Librum comburens ne tradat. 641.
Libri neceſſarii ut fruatur Doctor privilegiis. 1397
Libri pravi comburendi. 610.
Libri non admittunt pignerationem. 670.
Libri utiles ad conſervandas diſciplinas. 614.
Libri non debent gabellam. 675.
Libri prohibiti. 652.
Libri legati ſcholaſtico. 676.
Libri ſacri. 607.
Libri tradendi non obſtante appellatione. 674.
Libri explicandi publicè qui. 1489.
Libri non ſunt obligati pro penſione domus. 669.
Libri empti per religioſum. 655.
Libri conferendi ad partitionem. 665.
Libri allati in collationem. 667.
Libri inter bona quaſi caſtrenſia. 665. 668.
Libri non deferendi ſine licentia. 656.
Libri delati in aliam religionem. 657.
Libri ſunt inſtrumenta litterarum. 608.
Libri ſcholaris negligentis. 283.
Librorum examinatio neceſſaria. 649.
Librorum utilium laus. 615.
Librorum privilegia. 665.
Librorum donatio quando præſumitur. 666.
Librorum prohibitio quas perſonas obliget. 631.
Librorum hæreticorum retentio. 637.
Librorum copia utilis. 617.
Librorum oſores. 610.
Librorum alienatio. 609.
Librorum multitudo an noceat. 616.
Librorum utilitas. 612.
Librorum venditio ad reſtitutionem. 676.
Librorum venditio per regulares. 684.
Librorum appellatione. 606.
Librorum amor. 609.
Librorum uſum regularis delegans aliis. 656.
Librorum hæreticorum defenſio. 639.
Libros prohibitos an legere poſſint Inquiſitores 645
Libros a ſæculari furans regularis. 664

Libros legendi facultas. 648.
Libros ſcholaſticorum nequis Iudæus retinere. 672.
Libido hebetat ingenium. 443.
Licentia prælati ad acquirendum dominium. 577.
Licentiatus an poſſit reprobari. 1231.
Licentiatus indignè. 893.
Licentiatus an poſſit impediri a recipiendo Doctoratu 1180.
Licentiatus an veniat nomine Doctoris. 1158.
Licentiatus in favorabilibus eſt Doctor. 1159.
Licentiati an habeant privilegia Doctoris. 1373.
Licentiatorum duo genera. 1374.
Litigioſus damnatur. 497.
Littera injurioſè aperta. 594.
Litterarum otium. 1531.
Litteris infenſi qui. 82.
Litteratus genere ignobilis an præferatur nobili. 135.
Litterati præficiendi ſunt in Eccleſia. 98.
Litterati. Vide Sapientes.
Locatio & conductio quid ſit. 1645.
Locatio domus facta ſcholaribus. 427. &c.
Locatio & conditio officiorum. 761.
Locatio officiorum per donatarios. 760.
Locationis pretium. 433.
Locus ædificandis gymnaſijs aptus eſſe debet. 65.
Locus opportunus Academiæ quis. 66.
Locus ſtudio aptus qui. 1602.
Locus ſalubris & amenus ad ſtudendum. 69.
Locus inſignis quis. 66.
Locus publicus ad docendum. 67.
Locus tranquillus ad ſtudendum. 68.
Locus Doctorum honoratus. 1223.
Locus ſiniſter videtur nobilior. 1224.
Locus dexter nobilior. 1226.
Locus diſputationis. 511.
Locus Cancellarij. 825.
Locus Doctoris ſuſpenſi. 1312.
Locus pro gradibus conferendis. 857.
Locus collegij non recuperatur a Doctore reſtitutè 1500.
Locus legati ſolvendi. 1654.
Locum deſignare ſtudijs Principis eſt. 63.
Logica inculcandæ methodus. 1468.
Logici acutiſſimi damnatio. 503.
Loquendi uſus prævalet. 679.
Ludens animo non ſolvendi. 1615.
Ludentis ſcholaſtici crimen. 1607.
Ludentium pœna 1611.
Ludere preces ſacras an liceat. 1616.
Ludi magiſter non privilegiatus. 344.
Ludus quid ſit. 1603.
Ludus ſtudij deſtructor. 1587.
Ludus qualiter prohibitus ſcholaſticis. 1606.
Ludus religioſorum. 1605.
Ludorum prohibitio, & ludentis peccatum. 1604.
Luxuria & res Venereæ differunt. 544.
Luxuria peſtis ſtudiorum. 1586.
Lyceum quid. 6.

M

Macedonianum non prodeſt ſcholaſtico. 1637.
Macedoniani exceptio in filiofamilias ſcholaſtico. 314.
Macelli privilegiũ. 472. Calũniatorũ privilegiũ. 472
Magiæ liber. 626.
Magicæ artes nocivæ. 81.
Magiſter quis, & unde dicatur. 1152.
Magiſter quis propriè. 1154.
Magiſter eſt nomen ſplendidum. 1170.
Magiſtri nomine qui veniant. 1156.
Magiſter coactus ad docendum. 412.
Magiſter eſt pater. 1317.
Magiſter poteſt præcipere. 1317.
Magiſter expellens diſcipulum. 1327.
Magiſter artium an ſit verè Doctor. 1163.
Magiſter puniens. 1320.
Magiſter qualis ſit corrigendo. 1484.
Magiſter puniens clericum. 1325.
Magiſter probatæ vitæ. 1474.
Magiſter diſcens. 1473.
Magiſter ad jejunium. 1492.
Magiſter ſe accommodet diſcipulis. 1457. 1459.
Magiſter colendus ut pater. 1562.
Magiſter negligens in puniendo. 1323.
Magiſter excedens in puniendo. 1322. 1323.
Magiſter & Doctor differunt. 1154.
Magiſter irritans vota diſcipuli. 1328.
Magiſter citatur, ſed non accuſatur. 1565. 1566.
Magiſter catholicus. 1475.
Magiſter philoſophus præfertur cuicunque graduato non Doctori. 1211.
Magiſtri aptitudo & ſufficientia. 1472.
Magiſtri merces. 1486.
Magiſtri juriſdictio. 1315.
Magiſtri poteſtas ad præcipiendum corrigendum. 1317.
Magiſtro alimenta danda. 1566.
Magiſtro qualis honos impendendus. 1563.
Magiſtros deſignare ad quem ſpectet. 1243.
Magiſtri a quo conſtituendi. 843.
Magiſtri eligendi quales. 1244.
Magiſtri quales procurandi a Rectore. 786.
Magiſtri Artium carpuntur. 1189.
Magiſtri communes ex Eborenſi Academia prodierunt. 117.
Magiſtrorum jucunda recordatio. 1561.
Magiſtrorum nobilitas. 120.
Magiſtrorum locus, & inſignia. 1169.
Magiſter. Vide Doctor.
Magiſterium & Doctoratus coincidunt. 1165.
Magiſterij ratio, & eſſentia. 1167.
Magiſtratus & Magiſter. 1153.
Majeſtatis læſæ reus. 1675.
Mandatarius læſus. 1642.
Mandatum quid ſit. 1636.
Mandatum ſcholaſtici. 1641.
Mandatum ad libros tradendos. 671.
Manifeſta injuria quæ. 925.

Digitized by Google

Manuſcripta tranſeuntis in aliam religionem. 657
Manuſcripta an poſſint auferri per prælatum 651.
Manuſcripta commodare & deferre ſine licentia 656.
Manuſcripta religioſi quoad diſpoſitionem. 659.
Manuſcriptorum divulgatio. 644.
Maſtigophorus puniens clericum. 1326.
Maſtigophori obligatio. 1138.
Materia parvitas in retentione libri. 638.
Materia parvitas in legendis libris prohibitis. 636
Materia parvitas in impreſſione. 650.
Mathematicarum nobilitas. 142.
Mathematica nobilior. 126.
Matricula & Matricularius quid ſit. 365.
Matricula in Academijs jure ſpeciali. 367.
Matricula collegiatorum 1714
Matricula in Academijs ſpecialibus. 380.
Matricula uxoris. 357.
Matriculæ ſupplementum. 370.
Matriculam fugiens ſcholaris an effugiat obligationem ſtatutorum. 215.
Matriculari juſſus habetur pro matriculato. 371.
Matriculatio omninò requiſita in ſtudioſo. 366.
Matriculatio in non ſtudioſis. 368.
Matriculatio ut probetur quis privilegiatus. 369
Matrimonij verus conſenſus. 1823.
Medica fœmina ingrediens monaſteria virorum. 1525.
Medicamenti dubij applicatio. 1520.
Medicina olim non diſcebatur à ſervis. 1540.
Medicus quis ſit. 1355.
Medicus indignus Doctoratu. 892.
Medicus videns arctitudinem fœminæ. 1526.
Medicus tempore peſtis. 1516.
Medicus imperitus eſt occiſor. 1517.
Medicus tenetur ad ſecretum. 1527.
Medicus dans facultatem edendi carnes. 1527.
Medicus curans moniales. 1524.
Medicus curans prægnantem cum periculo aborſus. 1523.
Medicus videtur excellere Iuriſperitis. 145.
Medici irregularitas. 1518.
Medici poteſtas. 1335.
Medici & Legiſtæ præferentia. 1188.
Medici ſalarium. 1293.
Medici unius dictum. 1358.
Medico quando imputetur mors. 1519.
Medici commendantur à Deo. 146.
Medici nobiles. 127.
Medici cum Iuriſtis de nobilitate contendunt. 144.
Medici præferuntur Magiſtris artium. 1189.
Medicorum immunitas. 454.
Medicorū juramentū de admonendis infirmis. 1528
Medicorum diſcordantium æqualitas. 1360.
Medicis diſcordantibus quomodo credendum. 1359.
Medicis quanta fides adhibenda. 1356. 1357.
Medium cenſetur probatū extremis probatis. 877.
Membrū abſciſſum pro conſervatione totius. 1593.
Memoria augetur per anacardinam. 1589.
Mendacium intrinſecè malum. 1431.
Mendacium triplex. 1432.
Mendacium lethale quod 1432.
Mendacium circa miracula 1435.
Mendacium leve ex parvitate materiæ. 1430.
Mendacij deformitas. 1433.
Mendacij malitia conſummata. 1430.
Mendacij debilitas. 1417.
Mendacia in tragœdijs. 597.
Mendici validi coguntur laborare. 456.
Mentio expreſſa. 475
Mercatura tollit privilegia Doctoris. 1395.
Mercedes debita docentibus. 1287.
Merces. Vide Salarium Stipendium.
Meretrices apud ſcholares. 440.
Meretricius coitus 1664.
Meretricium quomodo probetur. 1664.
Meretricum introductio 446.
Merum & mixtum imperium. 159.
Metaphyſica tradenda ratio. 1470.
Methodus docendi. 1461.
Methodus perverſa doctrinæ. 1466.
Miles emeritus. 1294.
Militaria & ſcholaſtica privilegia. 316.
Milites nequeunt renunciare ſuo privilegio. 300.
Militer mercatores. 1395.
Militia an nobilitet. 136.
Militiæ inſtitutio. 50.
Militum cæſaries. 1559.
Militum privilegia in Doctore. 1411.
Minima caſtitatis. 542.
Minima non dantur in delectatione Venerea. 543.
Miniſteria Societatis pro quibus non licet accipere aliquid. 573.
Minor teſtari nequit 1652.
Minor quando ludit. 1615.
Minoris privilegium habet ſcholaris. 314.
Minores nequeunt adminiſtrare bona. 1801.
Minores admiſſi ad officia. 1111.
Miſerabilis perſona quæ. 486.
Miſerabiles perſonæ ſunt ſcholaſtici. 264.
Miſerabilium privilegia. 475.
Miſſa diei ſatisfacit pro quacunque. 1817.
Miſſa audienda obligatio in diebus feriatis. 226.
Miſſæ attentio. 1601.
Miſſa S. Gregorij. 1817.
Miſſæ collegarum ubi celebranda. 1694.
Miſſa celebrāda pro fūdatore. 1783. 1784 1785.
Miſſas celebrandas an ſuſcipere poſſit ſcholaris nondum ſacerdos. 1658.
Miſſas pro defunctis celebrare ſtatutū impediēs. 181
Miſſarum obligatio in capellanis. 1811.
Miſſarū obligatio poſt reductionē numeri. 1786.
Miſſarum celebratio per ipſum capellanū. 1816.
Miſſarum obligatio in certo loco. 1816.
Miſſarum onus ex vacantijs & abſentijs. 1695.
Mobilia & ſupellex collegij Purificationis. 168
Modeſtia in diſputando. 509.
Modicum pro nihilo. 1807.
Modus ſervandus in diſputando. 509.
Monachus ſtudioſus quoad forum. 400.

Digitized by Google

Monachus docens. 107.
Monachus accuſans Abbatem petit expenſas ad litem. 1798.
Monachus tabellio qui fuerat in ſeculo. 1118.
Monachus & clericus tabellio. 1118.
Monachi officium non eſt docere. 103.
Moneta falſa crimen. 1665.
Monetam falſam exponens ſcholaris. 1666.
Moniales curans medicus. 1524.
Monialium privilegia. 317.
Monialibus legata bibliotheca. 682.
Monitorium cum clauſula ſi te ſenſeris. 1001.
Mortuus an Doctorari poſſit. 1180.
Motu proprio conceſſa privilegia. 313.
Mulcta infligenda. 718.
Mulcta pœnales pro Miſſis. 1698.
Mulctæ ex abſentijs non ſunt pœnæ. 1690.
Mulatus qui. 1737.
Mulatus non excluditur a beneficijs. 1737.
Mulier. Vide Fœmina.
Multitudo quid ſit. 528.
Munera prohibita judicibus. 1060.
Munerum acceptio per judicem. 1059.
Munerum acceptio ab officialibus. 1137.
Mutatio civitatis. 1671.
Mutatio nominis in fraudem. 1550.
Mutatio veſtium. 1551.
Mutatio nominis. 1548.1549.
Mutilatio quid ſit. 1779.
Mutuum quid ſit. 1636.
Mutuum ſcholarium. 1637.
Myſteria fidei credenda explicitè. 1476.

N.

Naturales ad officium. 1105.
Neceſſitas domini pro expellendo inquilino. 453.
Neceſſitas domini ſuperveniens an ſit cauſa expellendi conductorem. 437.
Neceſſitas legem non habet. 1808.
Negligentia quid ſit & quotuplex. 1574.
Negligentia quale peccatum 783.1575.
Negligentia oppoſita ſtudioſitati. 1575.
Negligentia in ſtudendo. 1571.
Negligentia judicis. 1075.
Negligentia Rectoris. 779.
Negligentia prælatorum 914.
Negotium melius quàm otium. 220.
Neophyti filius. 1738.
Neophyti a quo oriundi. 702.
Nepotes ſtudioſorum. 355.
Niger ſacerdos. 1738.
Niger an excludatur, excluſo mulato. 1739.
Nobilis qui. 118.
Nobilis qui ſimul eſt litteratus. 135.
Nobiles nequeunt renunciare ſuo privilegio. 300.
Nobiles filij Doctorum 1216.
Nobilitas quid. 1725. 1745.
Nobilitas non præſumitur. 1715.
Nobilitas præfertur, cæteris paribus 1108.
Nobilitas generis magni facienda. 133.
Nobilitas ſapientiæ potior quàm generis. 134.
Nobilitas requiſita ad officium. 1106.
Nobilitas Academiæ an maior militari. 137.
Nobilitas Academiarum inter ſe. 140.
Nobilitas Doctoris. 1215.1406.
Nobilitas Doctorum & Magiſtrorum. 120.
Nobilitas ſcholaſticorum. 121.
Nobilitatis privilegia tranſeunt ad poſteros. 1377.
Nobilitatis probatio. 1175. 1725.
Nomen authoris in libro. 651.
Nomen alienum in libro. 651.
Nomen Cancellarij multiplex. 816.
Nomen Doctoris uſurpans. 1481.
Nominis mutatio quotupliciter evenit. 1549.
Nominis mutatio an liceat. 1548.
Notariorum obligationes. 1134.
Notitia ænigmatis fraude extorta. 594.
Notitiæ ſacramentalis uſus ad externum regimen. 1282.
Notoreitas an poſſit excludere informationem. 888.
Notoreitatis examinatio. 983.
Notoriè dignus abſque prævio examine. 888.
Notorij qualitas quomodo conſtare poſſit. 982.
Notorium quid ſit. 981.
Nova doctrina rejicienda. 1451.
Nova cauſa quid operetur. 1620.
Novitas placet. 1447.
Novitas doctrinæ an liceat. 1444.
Novitas vitanda. 1449.
Novitas optima quæ. 1455.
Novitas & antiquitas conjurgantur. 1452.1453
Novitatum cupiditas mala. 1455.
Novitiatus impedimentum ad collegiaturam. 1750.
Novitiatus tempus. 704.
Novitiatus interruptio per egreſſum novitij. 1788.
Novitius ſi fuit capellanus portioniſta. 1727.
Novitius imprimens libros. 645.
Novum quid ſit. 1454.
Nubendi onus. 749.
Nullitas proceſſus quomodo declaranda. 1011.
Numerus collegarum 1711.
Nuncius falſus quomodo peccet. 1440.
Nuncij, & familiares ſtudentium privilegiati. 348.
Nundina quid. 469.
Nundina Academiæ Conimbricenſis. 469.
Nundina Academiæ Eborenſis. 470.
Nundina diebus feſtis. 471.
Nundinarum indictio ad Regem ſpectat. 50.
Nundinarum privilegium neceſſarium eſt. 471.

O.

Obedientia quid & quotuplex. 713.
Obedientia perfecta. 715.
Obedientiam cui domino ex multis debeat famulus. 1650.
Obligatio non præſumitur in dubio. 1826.

Obliga-

Digitized by Google

Obligatio ad ſucceſſores tranſiens. 202.
Obligatio prælati ad ſubditum, & domini ad ſervũ. 563.
Obligatio iuramenti erga iurantes. 200.
Obligatio in re turpi non contrahitur. 1641.
Obligationis vis in ſtatutis. 185.
Obligationes officialium. 1131.
Obſcuritas ſermonis 581.
Obſervantia quid ſit. 708. 1776.
Occultatio doctrinæ. 1437.
Odia & pœnæ reſtringenda. 1739.
Officialis qui dicatur. 1103.
Officialis non ſerviẽs, non cõparet ſalariũ. 1126
Officialis ſubſtitutus quando ceſſet. 1113.
Officialis ſuſpenſi ſalarium. 1128.
Officiali impoſitum onus. 750.
Officiales divites eſſe debent. 1119.
Officiales per Rectorem corrigendi. 794.
Officiales ſyndicandi. 1143.
Officiales Academiæ privilegiati. 347.
Officiales Purificationis privilegiati. 1715.
Officialium creatio & electio. 792.
Officialium uxores & filij privilegiati. 358.
Officialium ætas .1110.
Officialium bonorum retentio. 796.
Officialium malorum amotio 797.
Officialium abſentia. 1126.
Officialium Purificationis ſalaria. 1700.
Officialium obligationes. 1131.
Officialibus tempus currens. 1730.
Officium ſpirituale quid. 1718.
Officium Conſervatoris expirans. 953.
Officium vile. 1745.
Officium per iniuſtã ſententiam ablatum. 1499.
Officium ſuſcipientis obligatio. 777.
Officij privilegia quando competant. 1394.
Officij collati revocatio 766. 772.
Officij malè collati reſtitutio. 793.
Officij reſtitutio non affert bona diſtracta. 1500.
Officij proviſio à quo poſſit impediri. 742.
Officij divini recitationem quæ occupationes excuſent. 1258.
Officia de ſe perpetua. 769.
Officia laica per clericos exercenda. 1114.
Officia vendenda ex licentia Dynaſtarum. 764.
Officia Eccleſiaſtica an poſſint vendi. 757.
Officia laica quoad venditionem. 759.
Officia quæ requirunt ætatem maiorẽ. 1112.
Officia an filijs officialium ſint conferenda. 737.
Officiorum venditionis permiſſio. 763.
Officiorum renunciatio. 751.
Officiorum proviſio contra ſtatutum. 739.
Officiorum vacatio per mortem. 770.
Officiorum privatio ſine cauſa. 728.
Officiorum ſervitia. 743.
Officiorum proviſio per Rectorem. 734.
Officiorum proviſio in quibus perſonis. 735.
Officiorum venditio. 757.
Officiorum venditio per donatarios. 760.
Officijs imponendæ penſiones. 744.
Onus nubendi impoſitum fœminæ. 749.
Onus impoſitum officiali. 750.
Onus debet ſentire qui ſentit emolumentum. 1701.
Onera perſonalia ſcholarium. 455.
Onera & debita Vniverſitatis perennitis. 79.
Opera pia privilegiata. 1808.
Opera prohibita die feſto quæ. 1598.
Opera famulorum locata. 1649.
Operatio Vniverſitatis. 30. 31.
Operatio quando tribuatur, ſiu imputetur. 33.
Opinio quid ſit. 1337.
Opinio communis. 1338.
Opinio probabilis à quo fieri poſſit. 1342.
Opinio præferenda quæ. 1344. 1346.
Opinio probabilis in conſulendo. 1514.
Opinio de minimis caſtitatis. 542.
Opinio, ut occidatur accuſator, prohibita. 549.
Opinio circa tyrannicidium prohibita. 547.
Opinionum impugnatio in actibus publicis. 533.
Opinionis minùs probabilis inculcatio. 1438.
Opinionis improbabilis & falſæ inculcatio. 1438.
Opiniones ſanctorum Patrum. 1341.
Opiniones philoſophiæ & Theologiæ in Societate prohibitæ. 550.
Opinionum pugna. 495.
Oppoſitio ad cathedras an expediat. 1251.
Oppoſitio quomodo fieri debeat. 1256.
Oppoſitionis tempore habilitas adeſſe debet. 1753.
Oppoſitor quis ſit. 1254.
Oppoſitor iniuſtè promotus ad quid teneatur. 1266
Oppoſitor admittendus termino elapſo. 1749.
Oratores nobiles. 124.
Ordinaria iuriſdictio cum territorio 1029.
Ordinaria & delegata iuriſdictio quid. 694.
Ordinaria an ſit iuriſdictio Cancellarij. 847.
Ordinarius quid poſſit contra Conſervatorem Eccleſiaſticum. 1006.
Ordinarius procedens contra exemptos. 1013.
Ordines ſcholaſticorum quoad inceſtuia. 321.
Ordines ſuſcipiendi obligatio. 1818.
Ordines requiſiti ad collegiaturam. 1741.
Ordinis patrimonium. 1719.
Ordinis ſuperioris excellentia. 1208.
Ordo clericalis ad forum. 389. 390. 391.
Ordo ſervandus in proceſſu. 1086.
Originalis peccati debitum proximum. 535.
Originarij ad officium. 1105.
Originis privilegia in filio Doctoris. 1381.
Oriundus quiſnam dicatur. 701.
Oriundus qui, ne ſit Rector. 702.
Oſculum Doctoris. 1221.
Oſtenſio ſcientiæ an ſit finis honeſtus. 506.
Otioſitas damnatur. 219.
Otioſitatis damna. 211.
Otium litteratum. 1531.

P.

Palæſtra & gymnaſium. 558.
Palæſtrarum proviſio iniuſta. 916.

Panis venditio ſcholari per furnariam. 1634.
Papa an poſſit eximere ſcholaſticum a juriſdictione Principis. 58.
Papa approbatio in Academijs. 59.
Papa. Vide Pontifex.
Pariſienſes ſcholares excommunicari nequeunt. 490.
Parochus quomodo reſideat. 374.
Parochus habitans non longe a parochia. 373.
Parochus non ſuſcipiens ordinem per annum. 1809.
Parochus electus quomodo teneatur ſuſcipere ſacerdotium. 1820.
Parochus & regularis diſcipulus. 1667.
Parochus non reſidens. 1764.
Parochus ſtudens. 1668.
Parochi ſcientia. 1477.
Parochi juriſdictio. 906.
Pars maior in conſenſu. 177.
Pars minor cedit maiori. 18.
Pater appellatur Doctor. 1408.
Pater praecipiens. 1318.
Pater puniens. 1320.
Pater imperatorum iuriſperitus. 1501.
Pater puniens filium clericum. 1325.
Pater, vel dominus excedens in punitione. 1322.
Pater obligatus ad expenſas ſtudij. 1544.
Pater quando teneatur alere filium in ſtudio. 1542.
Pater quando deobligetur ab expenſis filij ſtudentis. 1545.
Pater bannitus an poſſit occidi. 1570.
Pater teſtis in cauſa filij. 1350.
Patris donatio cauſa ſtudij. 1546.
Patrum dicta in Decreto Gratiani. 1340.
Patrum authoritas in rebus fidei. 1341.
Patria poteſtate liberatio. 1411.
Patrimonium ad ordines an ſit collegiatura. 1719.
Patrimonium pro ordinibus Doctoratus. 1268.
Patrimonium ad ordines re ipſa obtinendum. 1720.
Patrimonium ad ordines re habendum. 1269.
Patrocinandi obligatio. 1506.
Pauper & inops differunt. 1744.
Paupertas ad collegium. 1744. 1761.
Paupertatis votum. 564.
Paupertatis voto an videatur tranſcriptione. 663.
Paupertatis violatio. 571.
Paupertatis voto materia. 571.
Penſio non ſoluta ad expulſionem inquilini. 451.
Penſio beneficij ad ſolvendum ſubſidium. 1700.
Penſio nequit imponi in officijs. 746.
Penſionis remiſſio in conductore. 444.
Penſiones impoſitae in officijs. 744.
Percuſſio levis, mediocris, enormis. 1779.
Peregrini ſunt ſcholaſtici. 255.
Peregrinorum veſtes. 1552.
Peregrinorum privilegia. 1487.
Peritorum teſtimonio ſtandum. 1353.
Perjurorum infamia & nequitia. 714.
Perjurium Doctoris approbantis. 1180.
Perjurij malitia. 714.
Perſona nomine non venit communitas. 294.
Perſonatus quid ſit. 688.
Perſonatus ad munus Conſervatoris. 947.
Pertinacia diſputantis. 504.
Peſtis tempore vacantia & abſentia. 1691.
Petrus cur a ſiniſtris, & Paulus in dextris. 1228.
Philoſophia docenda methodo. 1467. &c.
Philoſophus nobilis. 126.
Philoſophorum nobilitas. 143.
Phiſica tradenda ratio. 1469.
Pictor aenigmatis tenetur ad ſecretum. 587.
Pietas patris erga filium. 1544.
Pigneratio in libros. 670.
Pignus ſcholaſtici. 1644.
Pignoris obligatio in pupillo. 328.
Pileus rotundus. 1219.
Piſtolla ſcholaribus prohibita. 482.
Poema correctum a competitore. 570.
Poema alienum accipiens peccat. 570.
Poema alienum praemio donatum. 566.
Poema alienum offerri nequit. 569.
Poematum aequalitas in certamine. 568.
Poenitentia ad tollendum delictum, vel poenam in jure. 1661.
Poetae nobiles. 123.
Poetica ars an ſit utilis. 81.
Poetica certamina. 556.
Poena in ordine ad ſolam culpam. 194.
Poena non datur niſi exprimatur. 1367.
Poena non illata ex injuſta negatione veritatis. 1273.
Poena requirens ſententiam judicis. 1763.
Poena Conſervatoris excedentis ſuam poteſtatem. 1084.
Poena arbitraria. 717.
Poena violentiae incurritur ab Academia. 45.
Poena gabellarij violantis privilegium. 463.
Poena falſi. 1550.
Poena praeſtiti. 727.
Poena privans collegiatura. 1765.
Poenae non ſunt extendendae. 1367.
Poena reſtringenda. 1309.
Poena ludentium. 1611.
Poena Dogmatiſtarum. 1441.
Poena Conſervatoris negligentis. 322.
Poena Univerſitatis delinquentis. 43.
Poena regularium imprimentium ſine licentia. 646.
Poena gerentium arma prohibita. 480.
Poena contra legentes librum haeretici. 641.
Poenarum evaſio per regulares. 648.
Poenarum vilium exemptio. 1405.
Poenalis legis obligatio. 195.
Pollicitatio quid ſit. 1617.
Pollutio ſecuta per accidens. 1526.
Pontifex, & ejus legatus a latere in avocatione cauſarum. 404.
Pontifex an poſſit dare judicem laicum. 938.
Pontificis poteſtas ad diſpenſandum. 234.
Pontificis poteſtas in erigendis, & approbandis Academijs. 59.
Pontifices mutant nomen. 1549.
Pontifex, Vide Papa.

Perſio-

Portioniſtarum obligationes. 1810.
Portioniſta. Vide Capellanus.
Portionum ſupplendarum obligatio. 1904.
Poſſeſſor malæ fidei quomodo teneatur. 1764.
Poſſidentis conditio. 1738.
Poſterorum appellatione qui veniant. 1380.
Poſthumus providendus in officio. 736.
Potatio vvacardena. 1591.
Potentia non actus reſpicitur. 20.
Poteſtas iuriſdictionis, & dominativa 159.
Poteſtas ſuprema in Academijs condendis. 49.
Poteſtas Cancellarij erga graduandos. 852.
Poteſtas Gymnaſiarchæ quanta ſit. 907.
Poteſtas Imperatoris. 540.
Poteſtas Doctoris erga ſtudioſos. 716.
Poteſtas conceſſa ad beneplacitum. 1150.
Poteſtas data duobus. 1712.
Poteſtas doctorandi inter Regalia. 842.
Poteſtas Epiſcopi. 238.
Poteſtas puniendi in Conſervatore. 1017. & c.
Poteſtas gubernandi, & legiſlandi. 52.
Poteſtas graduandi in quo. 841.
Poteſtatis patriæ liberatio. 1411.
Poteſtatis exhibitio in delegato. 1077.
Poteſtatem ſuam excedens Conſervator. 1083.
Præbendati tempore peſtis. 1691. 1692.
Præbendatorum abſentia. 1687.
Præcedentia unde probatur. 1183.
Præcedentia antiquitatis. 1194. 1195.
Præcedentia Doctorum diverſarum facultatum. 1185.
Præcedentia inter Doctores eiuſdē facultatis. 1190
Præcedentia inter Doctores, & non Doctores. 1184
Præcedentia ſanctioris. 1191.
Præceptoris aptitudo, & ſufficientia. 1472.
Præceptum Cancellarij. 860.
Præceptum Magiſtri grave. 1318.
Præceptum patris 1318.
Præceptum Abbatiſſæ. 1319.
Præcepti impoſitio qualis. 795.
Prædicandi poteſtas. 1335
Præfecti ſtudiorum munus in Societate. 912.
Præfectura ſtudiorum an ſit dignitas. 903.
Præfectus ſtudiorum. Vide Gymnaſiarcha.
Prælatio extraordinaria in Societate. 840.
Prælatus ſuſpenſus. 1714.
Prælatus permittens violari regulas. 784.
Prælatus regularis quomodo teneatur. 562.
Prælatus regularis ad quam diligentiam teneatur. 914.
Prælati regularis obligatio. 915.
Prælati regularis lenitas. 914.
Prælati qui obligantur ire ad Synodos. 790.
Prælati regulares an Conſervatores eſſe poſſint. 940
Prælati Societatis an Conſervatores eſſe poſſint. 940.
Prælatorum negligentia. 914.
Prælatorum obligatio ad corrigendum ſubditos. 948
Præmium movet. 558.
Præmium ænigmatis. 593.
Præmium ænigmatis aſſequens induſtria alterius. 593.
Præmium litterariū in bonis quaſi caſtrenſibus 595
Præmium obtentū a religioſo ſine licentia. 572.
Præmij denegatio victori. 564.
Præmia donari ſolita in Academijs. 557.
Præmia Academica. 561.
Præmia quando poemata ſunt æqualis excellentiæ. 567.
Præſcriptio iurium Regalium. 841.
Præſcriptionis tempus continuum. 1583.
Præſentia & continuatio ſuſtinent iuris. 873.
Præſtiti pœna & obligatio. 727.
Præſumptione nixa lex. 196.
Præventa cauſa ante ſtudium. 410.
Præventio iudicij per citationem. 398.
Præventionis cauſa potiſſima eſt. 1399.
Praxis eſt interpres. 1311.
Precarium quid. 1640.
Pretium pro doctrina. 1486.
Pretium taxandum in locatione. 433.
Pretium quando decreſcit. 1635.
Pretium ferre pro ſuffragio, pro ſententia. 1275. 1276.
Pretium ferre pro mutuo. 1277.
Princeps ſecularis in dando Conſervatore. 932.
Principis ſupremi eſt Academiam condere 48. 49.
Principis ſupremi eſt inſtitutio militiæ. 49. 50.
Principis authoritas ad collegium. 1674.
Principis verbo creatus Doctor. 1372.
Principe approbante nemo reprobat. 1388.
Priores in Conſervatores eligendi. 945.
Privare officio ſine cauſa. 728.
Privare officio ex cauſa. 729.
Privativa iuriſdictio Conſervatoris. 974. 975.
Privativa & cumulativa iuriſdictio. 964.
Privatus Doctoratu. 1231.
Privilegium nominatur & definitur. 251.
Privilegium differt a gratia, reſcripto, diſpenſatione, & lege. 252.
Privilegiū Eccleſiæ conceſſum non revocatur. 284.
Privilegium & conſuetudo. 283. 289.
Privilegium cum præiudicio tertij. 813.
Privilegium perſonale quando non finiatur cum perſona. 363.
Privilegium fori iure communi & ſpeciali. 392.
Privilegiū non ſolvendi decimas quando ceſſet. 270
Privilegium ſpeciale non derogatur generali clauſula. 292.
Privilegium & ultima voluntas. 282.
Privilegium non ſolvendi calumnias, vulgo coimas. 473.
Privilegium conceſſum Academiæ Eccleſiaſticæ per laicum, dicunt aliqui revocari poſſe. 282.
Privilegium cauſæ piæ. 287.
Privilegium nundinarum. 469.
Privilegium macelli. 472.
Privilegium quando laſo interrogandum. 752.
Privilegium immunitatis. 454.
Privilegium acclamationis. 491.

Privilegium an teneatur quis allegare coram judice non ſuo. 397.
Privilegium adinſtar. 331.
Privilegium adinſtar quomodo diminuatur. 334.
Privilegiũ minoris habet Academia, & ſcholaſticus. (314.
Privilegij cauſa efficiens. 257.
Privilegij uſus. 807.
Privilegij adinſtar extenſio. 333.
Privilegij ceſſatio. 269.
Privilegij deſitio. 265.
Privilegij renunciatio. 257.
Privilegij revocandi cauſa. 281.
Privilegia ſunt neceſſaria reipublicæ. 254.
Privilegia ſunt neceſſaria Academijs 255.
Privilegia collata per ſtatutum. 291.
Privilegia Salmantinæ Academiæ. 329.
Privilegia ſcholaſtica & militaria. 316.
Privilegia ſcholarium in ordine ad beneficia. 488.
Privilegia Academiæ ſunt realia, & nõ pe alia.
Privilegia civiũ habent ſtudioſi. 485. [295.
Privilegia ſunt odioſa 1716.
Privilegia miſerabilium. 475.
Privilegia an revocari poſſint. 275.
Privilegia Doctoris jubilati. 1303.
Privilegia collegiorum. 1714
Privilegia revocare qui poſſit. 279.
Privilegia conceſſa motu proprio. 513.
Privilegia librorum 663.
Privilegia conceſſa Academijs principaliter ob publicam utilitatem. 263.
Privilegia ſcholarium prævalent privilegijs monialium & viduarum. 317.
Privilegia Academiæ Eccleſiaſtica. 288.
Privilegia Doctoris malè promoti. 1366.
Privilegia Doctorum extenſa ad filios. 1378.
Privilegia Pariſienſia, Conimbricenſia, & Eborenſia quoad derogationem 293.
Privilegia aufert inhoneſtas. 1390.
Privilegia omnia Conimbricenſis Academiæ participat Eborenſis. 337.
Privilegia competunt etiam Grammaticis. 345.346
Privilegiorum Academiæ prærogativa 320.
Privilegiorum Academicorum cauſa efficiens. 259.
Privilegiorum Academicorum cauſa finalis. 260.
Privilegiorum extenſio. 350.
Privilegiorum præcedentia in cauſa ſpecialis profeſſionis. 330.
Privilegiorum revocatio. 8 6.
Privilegiorum communicatio. 335.
Privilegiorum probatio. 1413.
Privilegiorum derogatio. 475.
Privilegijs honorandus Doctor. 1361.1362.
Privilegiatus in parem privilegiatum. 323.
Privilegiati per ſpeciales conceſſiones ſi inter ſe litigent. 329.
Privilegiati ſtudioſi. 344. 345.
Privilegiati officiales. 347.
Privilegiatorum reſidentia. 372.
Probabilitas a quo dari poſſit. 1342.
Probabilis opinio. 1337.
Probatio Doctoratus qualis. 1241.
Probatio criminis ſcholaſtici. 1326.
Probatio notorij. 983.
Probatio ætatis. 1723.
Probatio conſanguinitatis. 1723.
Probatio ſcientiæ per teſtes. 1352.
Probatio qualitatum. 705.
Probatio extremorum continet intermedia. 876.
Probationi falſæ curſus cooperantes. 880.
Probationes in judicio. 1067.
Probatum cenſetur medium extremis probatis. 877
Procedendi modus in cauſis ſcholarium. 433.
Proceſſus & ordo ſummarius. 1088.
Proceſſus nullus ex non ſervato ordine. 1007.
Proceſſus Conſervatoris tempore feriato. 1090.
Proceſſus nullitas quomodo declaranda. 1011.
Procuratoris electio. 489.
Procuratoris munus in Doctore. 1396.1480.
Profeſſio religionis voluntaria. 1734.
Profeſſio fidei in Doctore. 1478.
Profeſſio fidei facta per procuratorem. 1479.
Profeſſio fidei quomodo iteranda. 889.
Profeſſus Societatis, ſi procuret fieri Cancellarius. 83
Prohibiti libri. 652.
Promiſſio quid ſit. 1627.
Promiſſio jurata ſcholaſtici. 1618.
Promiſſorium juramentum 205.
Propoſitum quid ſit. 1617.
Propoſitum quando nil operatur. 1623.
Proprietas verborum duplex. 1311.
Prorogata juriſdictio Conſervatoris. 1034.
Prorogatio quid ſit, & quotuplex. 1033.
Prorogatio juriſdictionis. 302.
Prorogatio facienda per locum. 1036
Prorogatio juriſdictionis Academica. 1034.
Prorogatio temporis. 1732.
Protectionis privilegium. 348.
Protector Academiæ quis. 54.
Protectoris authoritas quæ. 175.
Protectoris officium. 170.
Proviſio cathedrarum per ſuffragia. 1253.
Proviſionis revocatio per ſuperiorem. 771.
Proviſionis facta revocatio. 766. 768.
Provocatus minùs peccat. 1661.
Proximè faciendum habetur pro facto. 1159.
Pueri aptiores ad diſcendum. 1539.
Pugna opinionum. 495.
Puniendi poteſtas in Rectore. 717.
Puniendi poteſtas in Conſervatore. 1017.
Puniendi an ſint qui non conſenſerunt Univerſitati delinquenti. 40.
Punitio ſcholaſtici in loco ſtudij. 1662.
Punitio ſcholaris ob delicta. 1666.
Punitio per Magiſtrum. 1320.
Punitio diſcipulorum & ſervorum. 1321.
Punitio Eccleſiaſtici etiam regularis per Rectorem Academiæ. 712.
Punitio Univerſitatis extenditur ad poſteros. 42.
Punitio Conſervatoris per Rectorem. 1101.
Pupillus in obligatione pignoris. 328.

Puri-

Purificationis collegij ædificia & jura cujus ſint. 1678.
Purificationis Vicerector. 1790.
Purificationis ſacellum. 1693
Purificationis officiales privilegiati. 1715.
Puritas doctrinæ. 1418.

Q

Quæſtio. Vide Tortura.
Quæſtor Cancellarius. 820.
Qualitatum probatio. 705.
Quies tempeſtiva. 223.
Quinquennium abſentiæ. 379.

R

Ratihabitio Vniverſitatis. 37.
Rationi non prævalet authoritas. 1543.
Rebellatio Vniverſitatis. 36.
Recreatio honeſta. 222.
Rector unde dicatur. 685.
Rector Academiæ eſt ſupremus ſuperior Purificationis. 1791.
Rector puniens Conſervatorem. 1101.
Rector proponens præmia ſcholaſticis. 561.
Rector Academicus an poſſit fieri Conſervator. 690
Rector Eborenſis an poſſit privare officijs. 730.
Rector collegij qualiter obſervandus. 1767.
Rectoris Academici munus. 687
Rectoris Academici juriſdictio. 693.
Rectoris Academici dignitas. 690.
Rectoris obligatio erga ſtudioſos. 785.
Rectoris poteſtas erga ſtudioſos. 718.
Rectoris poteſtas contra ſtatuta. 1801.
Rectoris collegij poteſtas. 1788.
Rectoris poteſtas erga portioniſtas, ſeu capellanos. 1803.
Rectoris poteſtas ad puniendum. 722.
Rectoris poteſtas ad cenſuras. 696.
Rectoris poteſtas a quo impedienda. 742.
Rectoris poteſtas in providendis officijs. 734.
Rectoris appellatione qui veniant. 686.
Rectoris negligentia. 779.
Rectoris juramentum 780.
Rectoris Conimbricenſis nominatio. 706.
Rectoris Eborenſis creatio. 707.
Rectoris Eborenſis judex competens. 775.
Rectori debita reverentia. 708.
Recuſari Cancellarius poteſt. 853.
Recuſari judices qui poſſint. 731.
Recuſatio quid ſit. 731.
Recuſatio delegati. 040.
Recuſatio judicis Academici. 1041.
Recuſatio Conſervatoris. 1039.
Reditus Eccleſiaſtici in Academijs. 62.
Reditus Eccleſiaſtici quando tales eſſe deſinunt. 23.
Reditus, extincta Academia, cujus ſint. 77.
Redituum defectus an ſupplendus. 1705.
Reformatio collegiorum. 1789.
Reformatoris munus 1146.
Regalium jurium præſcriptio 841.
Regentes actu præcedunt. 1192.
Regnigena quis. 703.
Regula Societatis an ſint veræ leges. 193.
Regularium fractiones permiſſa a Rectore. 783.
Regularis an poſſit fieri Doctor & Magiſter. 1246
Regularis deputandus in Conſervatorem. 939.
Regularis graduatio in jure civili, & medicina. 1248
Regularis punitio per Rectorem Academiæ. 722.
Regulares imprimentes. 645.
Regulares in prohibitione librorum. 653.
Regulares ſtudioſi quomodo ſubdantur in Academia laica. 724.
Regulares ſunt ſubjecti Epiſcopo quoad curam animarum. 776.
Regularium facultas ad libros prohibitos. 654.
Regularis. Vide Religioſus.
Relaxatio religionis. 915.
Relegandi poteſtas in Conſervatore. 1019.
Relegatio ab Academia. 1020.
Religionis tractatio qua. 625.
Religionis cauſa favorabilis. 1727.
Religionis relaxatio. 915.
Religionis impedimentum. 1743.
Religioſus mutans religionem. 658.
Religioſo ſtatui convenit literas diſcere. 100.
Religioſi qualiter Doctores fieri poſſint. 1247.
Religioſi ſe percutientes. 1780.
Religioſorum ludus. 1605.
Religioſis competit docere. 104.
Religioſus. Vide Regularis.
Reliquias falſas proponens. 1436.
Remedium noxium conſulens 1522.
Remuneratorium privilegium. 286.
Renunciatio juris appellandi. 1771.
Renunciatio fori. 416.
Renunciatio fori per ſcholares Eborenſes. 303.
Renunciatio privilegij. 297.
Renunciatio privilegij Academici. 298.
Renunciatio officiorum a quo admitti poſſit. 751.
Repetitio lectionis. 1582.
Repreſaliæ quid. 424.
Repreſaliæ ſcholarium. 351.
Repræſentationes honeſtæ. 600.
Reprobari nequit approbatus a Principe. 1388.
Reprobatio ſemel approbatorum. 1387.
Reprobatio Doctoris approbati. 1386.
Reſcriptum ad graduationem. 1204.
Reſcriptum Principis ex ſe non impedit privilegium Doctoris. 1370.
Reſcripto Principis factus Doctor. 1368.
Reſervatio mendacij. 1430.
Reſidentia quid ſit. 372.
Reſidentia privilegiatorum. 371.
Reſidentia parum diſtantis a parochia. 373.
Reſidentia continuitas. 704.
Reſidentia ſine onere Miſſarum. 1696.
Reſidua ex vacantijs, & abſentijs præbendatorum. 1689.

Reſig-

Reſignatio non poteſt admitti ab omnibus donata-rys. 756.
Reſpublica quid ſit. 8.
Reſpublica omnia nobilis. 119.
Reſpublica litteraria an excellat politica. 133.
Reſtauratio adis pro expellendo inquilino. 452.
Reſtitutio facienda collegio. 1760.
Reſtitutio collegiatura,& quid ſit reſtitutio,1752.
Reſtitutio ante ſententiam. 1763.
Reſtitutio pro officio male collato. 793.
Reſtitutio ex ludo. 1614.
Reſtitutio malè conſulentis. 1509.
Reſtitutio munerum in judice. 1061.
Reſtitutio in integrum ſcholaris. 489.
Reſtitutio in integrum denegatur Doctori minori. 1507.
Reſtitutionis excuſatio in judice. 1070.
Reſtitutionis obligatio in judice. 1065. 1069.
Reſtitutionis obligatio ex injuſto ſuffragio. 1279.
Reſtitutionis obligatio in Magiſtratu negligēte. 919
Reſtitutionis obligatio in non ſuſcipiente ſacerdotium. 1819.
Reſtitutionis obligatio in non ſuſcipiente ordines. 1822.
Reſtitutione in integrum gaudet Eccleſia. 1705.
Reſtitutus ad officium non recuperat bona diſtracta. 1900.
Retentio libri haretici. 637.
Retractatio doctrina. 1510.
Retractatio conſilij eſt laudabilis. 1513.
Reverentia debita Rectori. 708. 710.
Reverentia genus duplex. 709.
Revocandi domum privilegium. 396.
Revocatio ſtatuti quid ſit. 243.
Revocatio ſtatuti confirmati. 231.
Revocatio ſtatutorum Eborenſis Academica. 248.
Revocatio officiorum collatorum. 768.
Revocatio privilegij in lege inferioris facta per ſuperiorem. 280.
Revocatio privilegiorum ſine cauſa. 275.
Revocatio privilegij lucrativi. 277.
Revocatio privilegij remuneratvi. 278.
Revocatio donationis. 1622.
Revocatio juriſdictionis Conſervatoris. 1052.
Revocatoria clauſula. 806.
Reus condemnatus ex ſolis indicijs. 1067.
Rex non tenetur uxorē ſuam vocare Reginā. 1629.
Rhetores nobiles. 125.
Rhetorica utilis. 125.
Rixa impeditiva ſtudiorum. 1588.
Roma ſola eſt reſpublica. 8.
Rota deciſiones. 156.
Rota deciſionum authoritas. 1346.

S.

Sacelli Purificationis ſupellex. 1693.
Sacerdotis atas. 700.
Sacerdotis poteſtas. 1182.
Sevitia eſt cauſa ſeparationis. 1323.
Salarium unde dicatur. 1284.
Salarium Doctoribus debitum. 1285. 1286.
Salarium quantum debeatur. 1129.
Salarium quando ſolvendum. 1122.
Salarium pro quo tempore ſolvendum. 1124.
Salarium qualiter ſolvendum. 1291.
Salarium integrum an ſemper ſolvendum. 1651.
Salarium duplex Doctoris in utroque. 1290.
Salarium Doctoris privilegiatum. 1292.
Salarium Doctoris tranſmittitur. 1293.
Salarium quale dandum Magiſtris. 1289.
Salarium conſtitui debet officialibus. 1119.
Salarium officialis ſuſpenſi. 1128.
Salarium tempore ſyndicatus. 1127.
Salarium an competet officiali nō ſervienti. 1126.
Salarium officialis mortui ad quem ſpectet. 1125.
Salarium Correctorum & judicum forenſiū. 1123
Salarium famulorum. 1647.
Salarij multiplicatio quando fiat. 1130.
Salarij deſignatio ad quem ſpectet. 1120.
Salarium officialium Purificationis. 1700.
Salaria ex quibus bonis ſolvenda officialibus. 1121
Salaria maiora dant pracedentiam. 1193.
Salarium. Vide Stipendium.
Salmanticenſis Academia ſtatuta. 165.
Salmantina cavea. 81.
Salutatio quibus debita. 1774.
Salutationis obligatio. 1775.
Sanitas doctrina. 1425. 1426.
Sapiens quibus inſtructus. 91.
Sapiens utilis reipublica. 85. 95.
Sapiens quibus indicijs oſtendatur. 91.
Sapiens aptus ad regimen. 90.
Sapiens. Vide Litteratus.
Sapientia nobilitati praefertur. 1107.
Scachorum ludus. 1607.
Schiſmaticorum libri rituales. 623.
Schola quid ſit. 4.
Scholam non niſi apti intrare debent. 911.
Scholaris gaudet privilegijs militum. 376.
Scholaris inhoneſtus & inquietus. 388.
Scholaris vagus non fruitur privilegijs. 383.
Scholaris pracedentia in conductione edium. 419
Scholaris nequit expelli quanvis non habeat domum ex vi privilegij. 449.
Scholaris diffinens. 1533.
Scholaris non ſtudens. 1392.
Scholaris inquilini expulſio. 447. 448.
Scholari legatum relictum. 1533.
Scholari mandatum beneficium. 1533.
Scholares qui. 4.
Scholarium appellatione qui. 1534.
Scholaritatis privilegium quandiu duret. 281.
Scholaſticus unde dictus. 1531.
Scholaſticus quis ſit. 1532.
Scholaſtici abſentia. 378.
Scholaſtici punitio in loco ſtudij. 1662.
Scholaſtici ſunt perſona miſerabiles. 264 486.
Scholaſtici furtum adulterium. 1661.
Scholaſtici teſtes cienti. Doctoris. 1252.

Scholaſtici quinam admittendi. 1537.
Scholaſtici an ſint nobiles. 121.
Scholaſtici gaudent privilegijs peregrinorũ. 487.
Scholaſticorum labores. 216.
Scholaſticorum delectus habendus. 1538.
Scholaſticorum hoſpites privilegiati. 351.
Scholaſticorum famuli. 1648.
Scholaſticorum ſubjectio ordinarijs. 1667.
Scholaſticorum privilegia comparata cum militarĩbus. 316.
Scholaſticus. Vide Studioſus.
Scientia nobilitat. 119.
Scientia qualiter inſtet. 93.
Scientia qualis requiratur in Doctorando. 871.
Scientia requiſita in Doctore. 1383.
Scientia parochi. 1477.
Scientia eſt communicanda. 559.
Scientia operationis ut tribuatur Univerſitati. 32.
Scientia probatio in Doctorando. 1175.
Scientia probatio per teſtes. 1352.
Sclopeta ſub qua prohibitione. 481.
Scribarum munus. 818.
Scribarum obligationes. 1134.
Scribere die feſto. 1496.
Scribere & tranſcribere die feſto. 1135.
Scribere de Conceptione Deiparæ. 529.
Scrinia quæ & quot. 829.
Scriniarius qui. 829.
Scriniarius & Cancellarius idem. 830.
Scriptor Doctor præferendus. 1202.
Scriptores multorum librorum. 613.
Scriptores optimi in quibus reprehenſi. 611.
Scriptor. Vide Author.
Scriptura ſacra. 607.
Scriptura ſacra lectio in monaſterijs. 101.
Secretum ſervandum ab officialibus. 587.
Secretum a medico ſervandum. 1527.
Secretum circa ænigma. 586.
Secreti violator injuſtus. 588.
Secreti commiſſi obligatio. 589.
Securitatis privilegium quid. 348.
Seminariſtæ ad ordines. 1720.
Senatus ſupremus in avocatione cauſarum. 403.
Senectus excellit juventutem. 1196.
Senex Magiſter. 1245.
Senioris dictum præferendum. 1359.
Sententa, ſtatutum, deciſio. 156.
Sententia ferenda ſecundum leges. 1064.
Sententia judicantis ſecundum allegata & probata. 1062.
Sententia an & quomodo ferenda a Conſervatore. 1093.
Sententiæ forma. 1094.
Sententiæ executio per quem. 1024.
Sententia in cauſa lata quid poſſint. 676.
Sermonis obſcuritas. 581.
Serventia officiorum. 743.
Servi excluſi a medicina. 1540.
Severitas nimia abſit a judice. 1072.
Servorum punitio. 1321.
Servo non licet mutare nomen. 1549.
Simile, imò valde ſimile non dicit identitatẽ 1799
Similitudo rationis non extendit legem. 535.
Simonia quando committitur. 1262.
Simonia an ſit emere cathedrã Theologiæ. 1261.
Simonia an ſit vendere ſuffragium. 1722.
Simonia in venditione diſpenſationis. 227.
Simonia in conceſſione feriarum. 227.
Simpliciter tale præcedit. 1212.
Simultaneus conſenſus. 26.
Singuli de Univerſitate. 25.
Singuli de Univerſitate an veniant puniendi. 41.
Singulorum conſenſus. 27. 28.
Siniſter locus. 1224.
Siza unde dicatur. 675.
Societas & corpus quid. 1670.
Societas Ieſu quomodo admittat cathedras, & Doctoratus. 1249.
Societas quomodo curet exterminare vanam doctrinam. 551. 552.
Societatis regulæ an ſint veræ leges. 193.
Societatis exemptio ab Ordinario. 802.
Societatis miniſteria pro quibus non licet accipere aliquid. 573.
Societatis ſcholaris coram quo judice conveniendus ſuper ſuis bonis. 1038.
Societatis ſcholæ vitant doctrinã nõ ſanã. 550 551
Societati Ieſu Academiæ commendantur. 105.
Solemnitas Academiæ in condendis ſtatutis. 177.
Spectabiles dicuntur Doctores. 1305
Sponſiones ſuper cathedris prohibita 1267.
Statuarum erectio pro Doctoribus 1218.
Statutum, ſententia, deciſio. 156.
Statutum quid ſit. 152.
Statuti appellatione quid veniat 155.
Statutũ de Iudæo excludẽdo a Doctoratu. 181. 187.
Statutum contra jus naturale. 1768.
Statutum Academicum obligat in conſcientia. 187.
Statutum impediens celebrare Miſſas pro defunctis. 181.
Statuti confirmati revocatio. 247. 231.
Statuti jurati revocatio. 245.
Satuti revocatio quid ſit & quotuplex. 243.
Statuta collegiorum a quo condita. 1706.
Statuta Academica quomodo obligent. 197.
Statuta Purificationis quando condita. 1684.
Statuta Purificationis. 1708.
Statuta Eborenſis Academiæ non egent confirmatine Regis. 171.
Statuta edenda an cadant ſub juramentum. 203.
Statuta Conimbricenſis Academiæ condere cujus ſit. 165.
Statuta Academiæ an comprehendant non matriculatos. 215.
Statuta an obligent etiam illuſtres, & exẽptos 213.
Statuta collegiorum quomodo obligent. 1713.
Statuta impropria. 158.
Statuta condendi poteſtas penes Generalem. 168.
Statuta an obligent abſentes, vel omnes tempore feriato. 218.

Statuta Academiæ cõtra jus canonicũ, vel civile. 179
Statutorum obſervantia. 779.
Statutorum Academiæ confirmatio. 228.
Statutorum violatio an ſit peccatum. 198.
Statutorum collegij immutatio. 1709.
Statutorum derogatio, & abrogatio. 1710. 1711.
Statutorum condendorum convenientia. 157.
Statutorum ruina culpa Rectoris. 781.
Statutorum obligatio quos afficiat. 208.
Statutorum confirmatio per Regem. 166.
Statutorum cauſa. 176.
Statutorum obligatio. 1782.
Statutis ſuis an quis obligetur. 778.
Statutis tenentur omnes ſcholares. 216.
Sterilitas procurata in uxoratis. 1592.
Stipendium judicis. 1058.
Stipendium. Vide Salarium.
Stipulatio. 868.
Stipulatio fit per verba. 865.
Strepitus judicialis 774.
Studendi aſſiduitas. 1572.
Studere die feſto. 1495. 1496.
Studioſitas quid. 1575.
Studioſus qui dicatur. 1534.
Studioſus cõcurrens cum diverſis privilegiatis. 327.
Studioſus pariter privilegiatus. 325.
Studioſus coactus ad docendum. 412.
Studioſi privilegiati. 344.
Studioſus Vide Scholaris, Scholaſticus.
Studium generale. 7.
Studium quid ſit. 3.
Studium in loco ſacro. 1601.
Studium diſcipulorum. 1571.
Studium & profectus an requirantur ad privilegia. 381.
Studium eſt cauſa pia latè accepta. 310.
Studium quando ſit cauſa pia. 311.
Studium litterarum pium. 307.
Studium fuit cauſa concedendi privilegia ſcholaribus. 382.
Studium eſt cauſa differendi officiũ divinum. 1600.
Studium litterarũ cum obſervantia religioſa. 102.
Studium inter alimenta. 1542.
Studium cauſa pia non eſt. 58.
Studium nocivum vitæ. 1578.
Studium quæ cauſæ impediunt. 1584.
Studium in ſcholari præſumitur eſſe juxta voluntatem patris. 1638.
Studium ſine frequentatione gymnaſij. 384.
Studium diuturnum cum intermiſſione. 224.
Studium cauſa brevioris vitæ. 1580.
Studium multorum librorum. 618.
Studium ob recreationem, vel lucrum. 1595.
Studij affectus nimius. 1577.
Studij finis quis. 1594.
Studij impedimenta. 1584.
Studij cauſa ſufficiens ad diſpenſandum in reſidentia beneficij. 307.
Studij cauſa favorabilis. 305.
Studij & doni cauſa. 315.
Studij expenſa. 1544.
Studio dediti qui. 1573.
Studio quod tempus aptum. 1599.
Studio locus aptus qui. 1602.
Studio privari magna pœna. 719.
Studia quam utilia Eccleſiæ. 95.
Studiorum erectio. 22.
Studiorum utilitas. 110. *laus*. 105.
Studiorum tempus & mora. 281.
Studijs locum deſignare Principis eſt. 63.
Stuprum ſcholaris. 1664.
Subconſervator. 937.
Subconſervator quis eſſe poſſit. 1147.
Subconſervatoris poteſtas. 1148.
Subconſervatoris ceſſatio. 1149.
Subjectio clericorum in Academia laica. 61.
Subornatio quid ſit. 1259.
Subornatio eſt gravis culpa. 1260.
Subrogatum cujus naturam induit. 1805.
Subſannatio circa patrem & Magiſtrum. 1568
Subſidiũ Eccleſiaſticũ ex bonis Academiarum. 465.
Subſidium impoſitum reditibus collegiorum. 1699.
Subſtantialis forma quæ. 864.
Succeſſor univerſalis quoad forum. 406.
Succeſſor ſingularis quoad forum. 413.
Suffragantes in oppoſitione qui. 1255.
Suffragator utens notitia ſacramentali. 1283.
Suffragator ſi habeat defectum. 1272.
Suffragatoris juramentum. 1270.
Suffragium invalidum quando. 1271.
Suffragium injuſtũ quam obligationẽ afferat. 1278
Suffragium inutile an afferat obligationem reſtituendi. 1281.
Suffragium venditum. 1275.
Suffragij jus quomodo ſcholaſticis competat. 1274.
Suffragij ſemel emiſſi emendatio. 1283.
Suffragij renuntiatio quando injuſta. 1274.
Suffragij venditio Simoniaca. 1722.
Suffragia examinatorum an ſint deciſiva. 1755
Suffragia ſtudioſorum. 1251.
Suffragijs examinatorum an adſtringatur Gymnaſiarcha. 909.
Summaria cauſa. 1087.
Summariè, & de plano, in clauſula. 1048.
Supellex collegij. 1682.
Superbia fugienda a Magiſtratibus. 1072.
Superbia mala. 88.
Supremum infimi attingit infimum ſupremi. 1219.
Suſpenſio an æquipolleat privationi. 1312.
Suſpenſio ab officio. 728.
Suſpenſio ſtrictè interpretanda. 1309.
Suſpenſio Epiſcopi. 1313.
Suſpenſio Conſervatoris. 1084.
Suſpenſionem violans Cancellarius an fiat irregularis. 899.
Suſpenſus quibus privetur. 1310.
Suſpenſus Doctor quem locum habeat. 1307.
Suſpenſo Doctori locus hoſpitum debetur. 1309.
Synceritas doctrinæ. 1423.
Syndicatoris neceſſitas. 1141.

Syndi-

Digitized by Google

Syndicatoris poteſtas 1144.
Syndicatorem conſtituendi poteſtas. 1142.
Syndicâtus tempore ſalarium. 1127.
Synodaticum quid ſit. 808.
Synodaticum an ſolvendum. 809.
Synodatici ſolvendi immunitas. 811.
Synodorum exemptio. 803.
Synodis an Rector teneatur adeſſe. 798.

T.

Tactus Miſſalis in juramento. 865. 869.
Temeraria doctrina. 1426.
Tempus poſtulatum induit formam. 1731.
Tempus certum non prorogatur. 1734.
Tempus collegiaturæ. 1726.
Tempus ſtudij requiſitum ad gradum. 872.
Tempus currens officialibus. 1730.
Tempus currit novitio collegæ. 1730.
Tempus non currit impedito. 1300.
Tempus adjectum tanquam terminus. 1787.
Tempus ſtudio aptius. 1599.
Tempus abſentiæ in militibus & ſcholaſticis. 878.
Tempus lecturæ quomodo computatur. 1299.
Tempus & meta ſtudiorum. 281.
Tempus lecturæ an redintegrandum. 1503.
Tempus honeſtum diſputandi. 512.
Tempus conferendi gradus. 855.
Tempus breve & modicum in jure. 1807.
Tēpus intra quod portioniſta amittit Capellaniam. (1807.
Temporis prorogatio. 1732.
Temporis probatio. 879.
Temporis continuitas. 703.
Temporis continuitas ad jubilandum. 1297.
Terminus dierum in monitorio. 1001.
Terminus temporis. 1787.
Terminus oppoſitionis qui. 1748.
Termino elapſo an admittendus oppoſitor. 1749.
Territorium quid, & quotuplex. 1026.
Territorium Conſervatorum. 1027, 1028.
Territorium regularium. 1027.
Territorium Epiſcopi & prælati regularis. 1030.
Territorij Academici amplitudo. 1031.
Teſtamenti executor. 1659.
Teſtis Doctor de ſcientia diſcipuli. 1351.
Teſtes coram Conſervatore. 1092.
Teſtimonium Doctoris. 1354.
Teſtimonium medicorum. 1356, 1358.
Textus afferri debet. 1182.
Theologiæ ſtudium prodeſt Eccleſiæ. 96.
Theologiæ tradendæ ratio. 1471.
Theologiæ venditio. 1488.
Theologiæ Magiſteriū nō eſt materia Simoniæ. 1263
Theologia multū confert ſtudiū liberaliū artiū. 97.
Theologica Academia præſtat omnibus. 141.
Theologi qualiter nobiles. 131.
Theologorū opinio an Canoniſtarū præferēda. 1345
Theſes manuſcriptæ. 650.
Tintinnabuli reparatio. 1685.
Tonſura in habitu clericali. 1555.
Tortura injuſta. 1073.
Torturæ excuſatio. 1404.
Tractare de religione quid 615.
Tragœdia unde dicta, & quid 596.
Tragœdiæ in Academijs 597.
Tragœdiæ in templis. 603.
Tranſcribere die feſto. 1496.
Tranſcriptio ad votum paupertatis quid. 663.
Tranſcriptio libri. 629.
Tranſcriptor non præcedit. 1202.
Tranſlatio Academiæ. 70.
Tranſtagana regio parens ſcientiarum. 113.
Tribunal Academicū gaudet privilegio fori. 341.
Tribunalis erectio 49.
Tributum quid & quotuplex. 458.
Tributum impoſitum cenſui 1700.
Tributi impoſitio per Rectorem Academiæ. 732.
Tributorum immunitas per Doctoratum. 1399.
Turpitudo librorum cavenda. 1490.
Turpitudo eſt cauſa expulſionis. 443.
Tutelæ excuſatio. 1400.
Typographiæ repertor. 619.
Typographus imprimens die feſto. 1136.
Tyrannicidij opinio prohibita. 547. 548.
Tyrannus dupliciter. 547.

V

Vacantia collegiaturarum. 1687.
Vacantia, & abſentia tempore peſtis. 1691.
Vacatio nimia nocet. 225.
Vacatio officiorum per mortem 770.
Vacatio capellaniæ per infirmitatem 1804.
Vagina an veniat appellatione armorum. 483.
Vagus non fruitur privilegijs. 383.
Variatio in judicio Academico. 399.
Vectigalium immunitas. 460 462.
Vectigal. Vide Tributum.
Vehiculum Doctoris. 1408.
Venditio panis a furnarijs. 1634.
Venditio officiorum. 757.
Venditio officiorum per donatarios. 760.
Venditio officiorum quandō permittitur. 763.
Venditio officiorum prohibetur in Luſitania. 762.
Venditio librorum per regulares. 684.
Venditio rei vitioſæ 1633.
Venditio facienda ſcholari. 1632.
Venditio ſuffragij. 1275.
Venditio cathedræ Theologiæ. 1260.
Venditionum gabella. 461.
Venerea res. & luxuria. 545.
Venia captanda a Rectore. 711.
Veniam non captantis pœna. 711.
Venialia peccata impedienda a Rectore. 782.
Veritas quid, & quotuplex. 1416.
Veritas doctrinæ. 1417.
Veritas eſt laus præcipua doctrinæ. 1416.
Veritas lucida eſt. 1422.
Veritas ad quàm tenetur concionator. 1435.
Veritas & juſtitia in judice. 1074.

Digitized by Google

Veritatis fortitudo. 1417.
Veritatis impugnatio. 1438.
Veſtu clericalis qua. 1553.
Veſtu honeſta qua. 1552.
Veſtu ſcholarium qualis. 1552.
Veſtium alienarum uſus. 598.
Veſtium mutatio. 1551.
Veſtitus moderatus 1554.
Vicarius quotuplex. 942.
Vicarius Doctor eſſe debet. 1239.
Vicarius an Conſervator eſſe poſſit. 942.
Vicarius Epiſcopi Conſervator eſſe nequit. 944.
Vicarius Archiepiſcopi contra officiales Academiæ. 1008.
Vicarius Principis eſt Cancellarius. 821. 850.
Vicarij dignitas. 944.
Vicecancellarius in Romana curia. 831. 833.
Victoria intuitu diſputatio. 507.
Vidua Doctoris. 1638.
Vidua Doctoris an privilegia retineat. 360.
Vidua licentiati, & cujuſcunque ſtudioſi. 364.
Vidua ſupervivit maritum. 362.
Vidua privilegiata. 359.
Viduæ retinent privilegia virorum. 363.
Viduarum privilegia. 317.
Viduarum privilegia quandiu durent. 364.
Vigilantia Gymnaſiarchæ. 913.
Vigilantia quid, & quotuplex. 978.
Violentiæ pœna. 45.
Virginis defloratio per ſcholarem. 1663.
Virtus nobilitati præfertur. 1107.
Virtus cauſa finalis abbreviandi vitam. 1579.
Virtutes judicis. 1071.
Vis publica in Magiſtro. 1491.
Viſitator quando judex ordinarius. 937.
Viſitatoris munus 1146.
Viſitatio Academiæ Eborenſis. 773.
Viſitatio collegiorum. 1789.
Viſitationis utilitas. 1145.
Vitæ abbreviatio per mortificationes, & ſtudium. 1578.
Vltima voluntas & privilegium. 282.
Vngues & dentes an ſint arma. 483.
Vniformitas doctrinæ. 1427.
Vnitas doctrinæ. 1428.
Vnitio Academiarum. 73.
Vniverſitas & Academia quid ſit. 2. 52.
Vniverſitas & Academia differunt. 9.
Vniverſitatis appellatione quid veniat. 11.
Vniverſitas quanam perſona eſt. 10.
Vniverſitas non venit nomine perſonæ. 294.
Vniverſitas ſemper eadem reputatur, & durat. 24.
Vniverſitas, & ſinguli de Vniverſitate. 25.
Vniverſitatis delictum. 35. *Rebellatio.* 36.
Vniverſitatis extinctio multiplex. 73.
Vniverſitatis bona an poſſint oppignerari, & vendi. 79.
Vniverſitatis punitio. 39. *Extenditur ad poſteros.* 42.
Vniverſitatis diſſenſus. 29. *Operatio.* 30.
Vniverſitatem quæ clauſula non comprehendant. 10.
Vniverſitas. Vide Academia.
Vocatio in jus duplex. 1565.
Volumen quid ſit. 604.
Voluntaria juriſdictio. 845.
Voluntaria juriſdictionis exercitium diebus feſtis. 856.
Voluptas de malo alterius. 579.
Votum an transeat in ſucceſſores. 201.
Votum paupertatis. 564.
Votum de non ludendo. 1609.
Voti paupertatis materia. 571.
Votorum irritatio per Magiſtrum. 1328.
Vox altior docentis. 1497.
Vrbanitas in judice. 1072.
Vſura in Magiſtro qua. 1491.
Vſus loquendi prævalet. 679.
Vſus loquendi in lege. 1737.
Vtilitas Academiæ bono communi. 80.
Vtilitas publica in cauſa ſtudiorum. 83.
Vxor Doctoris privilegiata. 1382.
Vxor Doctoris vocatur Domina. 1410.
Vxor ſtudioſi qualiter privilegiata. 357.
Vxor ſequitur forum viri. 356.
Vxoris donatio. 1629.
Vxorum privilegia & forum. 356.

X

Xenodochium pro ſtudioſis Eborenſibus. 1678.
Xenodochium. Vide Hoſpitale.

Z

Zona Doctoris. 1221.

Digitized by Google

Digitized by Google